·H·E·K·

HUGO GROTIUS
DE
JURE
BELLI AC PACIS

17524



17524

RUIT HORA.



HUGO GROTIUS

Reginæ Regnique Svedici Consiliarius, eorundemque ad Regem Christianissimum Legatus ordinarius, quondam Syndicus Roterodamensis ejusdemque Urbis in Conventu Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ Delegatus.


HUG. GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBRI TRES.
CUM ANNOTATIS
JOHAN. GEORGII SIMONIS D.
ET
PRIVILEGIO SER.
ELECTORIS SAX.
JENÆ, APUD JOHANN. THEODORUM FLEISCHERUM BIBLIOP.

RUIT HORA.



HUGO GROTIUS

Reginæ Regnique Svedici Consiliarius, eorundemque ad Regem Christianissimum Legatus ordinarius, quondam Syndicus Roterodamensis ejusdemque Urbis in Conventu Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ Delegatus.


HUG. GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBRI TRES.
CUM ANNOTATIS
JOHAN. GEORGII SIMONIS D.
ET
PRIVILEGIO SER.
ELECTORIS SAX.
JENÆ, APUD JOHANN. THEODORUM FLEISCHERUM BIBLIOP.

HUGONIS GROTII
DE
JURE
BELLI ac PACIS
LIBRI TRES,
IN QVIBUS
JUS NATURÆ & GENTIUM,
Item
JURIS PUBLICI PRÆCIPUA EXPLICANTUR,
Cum ejusdem

I. *Annotatis ex postremâ ante obitum curâ,*
II. *Commentatione in Epistolam Pauli ad Philemon.*
III. *Dissertatione de Mari Libero,*
IV. *Epistola de Studiis instituendis, ad Benjaminum Maurerium, Legatum Regis Galliæ*
&
V. *Excerpto ex alia de juris studio.*

Publicè olim ad Disputandum propositi, nunc vero novis Animadversionibus & adjectionibus locorum concordantium illustrati, allegatione Scriptorum distinctiori, Indiceqve pariter Rerum ac Verborum locupletissimo adornati,

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *

Dirigente

JOHANNE GEORGIO SIMONE, D.

Cum Privileg. Sereniss. Elect. Saxon.

JENÆ,
Sumtibus JOHANNIS THEODORI FLEISCHERI, Bibliopol.
RUDOLPHSTADII,
Literis CHRISTOPHORI FLEISCHERI, ANNO M DC LXXX.

IF 524

Biblioteka Wyższej Szkoły Handlowej
17524

ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO,

DOMINO

ALBERTO ANTONIO,

SACRI ROMANI IMPERII QUATUOR-VIRO, COMITI DE SCHWARZBURG ET HOHNSTEIN, DYNASTÆ ARNSTETI, SONDERSHUSÆ, LEUTENBERGÆ, LOHRÆ ET KLETTENBERGÆ, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

F. P. P.

Illustrisfime Comes, DOMINE clementisfime,

QUæ jam humillime offeruntur, incomparabilis Grotii de Jure Belli Pacisque opera, sub Tuo Umbone Territoriali noviter exarata constat. Materiæ namque dignitas pariter ac Exemplarium defectus laborem promoverunt adeò, ut ingratus omninò in Orbem Literatum usque dum viderer, nî opus maturassem. Aspice igitur Clementisfimo Oculo conatum hunc subjectisfimum, meque cum fratre, subdito Tuo ac servo obsequioso, DOMINE, Illustrisfimo Tuo Tegmine prosequi perge; qui alias

ILLUSTRISSIMÆ TUÆ CLEMENTIÆ

vivere moriq; debeo

Jenæ die 28. Septembr.
1679.

humillimus cliens ac servus

Joh. Theod. Fleischer.
Bibliop.

Bibliopola Lectori Benevolo S.P.D.

PUblicam iterum in lucem prodeunt decantata *Hugonis Grotii de Jure Belli Pacisq;* opera, non solùm distinctis celeberrimi Domini *Simonis*, Doctoris nobilissimi, animadversionibus illustrata, sed & novis locorum concordantium adjectionibus marginalibus, quatenus quidem ab Ejusdem *Auditoribus* (cum *ipsi* pro nunc propriam admovere manum non licuerit) impetrari potuerunt, fideliter aucta. Utilitatem laboris Tua sponte, Lector, experieris, tum maximè si quando tecum pensitaveris, quot stricturæ, quot dissensiones, quot refutationes inter Eruditos exuni, laterali censurâ hujus Autoris assertorum propullulaverint-quibus tamẽ non parum Te mederi valere arbitror, si multifarias Tractationis hypotheses æq; ac exortas ex iisdem conclusiones sedulò collegeris, invicem comparaveris & decenter combinaveris. Unum modò doleo, Typographi incuriâ, cui, propter loci distantiam, præsente personâ semper adesse impossibile fuit, quædam gnaviter corrigenda irrepsisse, quæ, ut non inique, ubi offenderis, consulere velis, peto.

Vale & huic conatui cum aliis, quæ adjecta videbis, favere perge.

CENSURA PRIORIS EDITIONIS.

TAnta, quæ est hodie, in opus æternum Grotii de Jure bell & pacis commentantium multitudo, vel sola inimitabilem ejus præstantiam & pretium immensum ostentat. Facit enim hæc, ut, quod Justinianus Juris Romani Sectatoribus, quod Hippocrates Medicorum filiis, quod sapientiæ studiosis esti Aristoteles, atq; post Aristotelem, post Hippocratem, post Justinianum multi esse concupiverunt, nemo assecutus est, id Rerumpublicarum consultis, earum scilicet, quæ præter Deum nemini obnoxiæ sunt, & naturæ duntaxat, atque gentium jure utuntur, solum opus Grotianum & hactenus fuerit, & posthac forsan futurum sit. Certè meretur operis hujusce sublimitas, ut, cum plurima excellentia ingenia in illud certatim explanandum hactenus incubuerint, tum longè plura excitentur, qui eruditis suis cogitatis viam ad majestatem ejus capiendam aperiant. Inter eos locum quoque suum tuetur Dn. Johannes Georgius Simon, J. U. Doctor, vir consultissimus, omnisq; melioris literaturæ scientissimus, qui suum ἐμβάλον μέρος conferendo dignus est, qui eodem, & (si pote) meliore favore, quàm qui commentando eum anteverterunt, viri oppido præclari, excipiatur. Neque enim scholicis obtrectationibus & contentiunculis obteri debent, qui operam hîc ponunt, quin, si benè rem gesserint, gratiam, sin, veniam mereantur, & nihilominus laudem industriæ ferant, quod ad palmam in medio positam & ipsi contendere & Reipublicæ literariæ contribuere enixi fuerint. Quare & diligentia commentatoris nobis probata est, & operis profectus omnibus Grotianæ magnitudini operam daturis commendandus esse visus fuit: saltem enim horum utrumlibet futurum est, ut simul ejusmodi operâ re & nomine magnus ille Grotius fato suo superstes sit, atq; æternet; Et ut ad ejus libros dignâ veneratione amplexandos, atq; penitus perdiscendos semper magis magisq; animi studiosorum incendantur. Jenæ XII. April. An. 1673.

JOH. STRAUCHIUS Jctus, Vice-Cancellarius Saxo-Jenensis & Antecessor Salanus.

D. JOH. GEORGIO SIMONI,

JCto Excellentissimo,

S. D.

JO. SCHILTER, D.

NOn ambigo, fore plurimos, Amice, qui actum agere eos reputent, quorum cura in excolendo H. Grotii de Jure Pacis & Belli opere hodieque desudat, qvum videant, jamdum & JCtos, & Philosophos & Theologos multum operæ huic rei impendisse. Sed hi erunt fere, qui cum vulgo cortici rerum inhærent, à penetralibus sapientiæ interioribus arcentur. Hujus enim disciplinæ, cujus solida fundamenta Grotius jacere aggressus princeps est, tanta est amplitudo atque vis, ut minus mirum nobis videri debeat, quod cujusvis generis Doctores ejus Juris expositionem injectâ quasi manu suam esse ajant. Theologi, tanquam partem divinæ Legis, quam profitentur, & in qua plurimorum argumentorum communio, veluti de Religione, de Magistratu, de Bello, de Servis, de Jure Matrimoniorum & aliis. Philosophi verò in antiquissima possessione vel quasi esse videntur, ut nesciam, an retinendæ possessionis remedio vim turbando fieri excipient? Unde auctoritas sapientum & veterum Philosophorum magna in hoc negotio, nec temerè, qvum horum sit munus, Juris Nat. & Gent. principia ex Naturæ Lumine eruere & caliginem humanæ mentis dispellere. JCtos enim verò utrumq; prædictorum agmen interveniendo, quasi ex Jure manum consertam vocare, cernere mihi videor, nec profectò dicis causa. Horum quippe adæquatum subjectum, quod pertractant, Jus omne est & universi Juris Prudentia, quæ non utique ex unius Justiniani Compilatione haurienda hodie videtur, quanquam JCtis Romanis, quorum fragmenta ille nobis reliquit, plus, quàm quibusvis aliis in hac J. N. & G. disputatione deferatur, qvum & rationes sæpe optimas suppeditent, ad demonstrandum id, quod juris est naturæ, & eidem juri, neque minus Juri Gent. sæpe præbeant testimonium: nec veteres modò Juris Rom. conditores intelligo, Justinianos, Ulpianos, Paulos, sed & sequioris ævi Interpp. quanquam illi feliciùs. Verum enim verò, vera & non simulata Juris Prudentia & Philosophiæ partibus, imprimis quæ Actiones Hominum Moresq; formant, constat, & sacrarum scripturarum sano intellectu instructa cernitur, & quibus ipsis nimirum verus conficitur JCtus & Interpres Grotianus, qui demum verè dici poterit, veram non simulatam, felicem, non sterilem, Philosophiam affectare, divinarum pariter ac humanarum rerum notitiam quæsivisse. Atque qvum multus multorum labor in hoc extet argumento, Tu tamen, JCte Egregie, reipsa ostendis, nondum omnia in isto latifundio fuisse evoluta, multa Te potuisse addere. Factũ bonum! Perge ita JPrudentiam nostram à Legistica barbarie vindicare, & cupidæ Juventuti doctrinâ solidâ antecedere. Vale, Deb. Jenæ Idib. April. cIↃ IↃc LXXIII.

CHRISTOPHORUS PHILIPPUS Richter/D.

Com. Palat. Cæsar. Facult. Juridicæ Ordinarius,
& h.t. XVIII. Decanus.

Viro

Nobilissimo, Amplissimo atque Consultissimo,

Dno JOHANNI GEORGIO SIMONI,

J. U. Doctori celeberrimo,

Salut. & Offic.

OBtulisti mihi, *Vir Consultissime, Amice perdilecte, quæ Tuus hactenus in Grotium labor nobis promisit, quaq́, uti scio, instans Auditorum Tuorum solicitatio extorsit. Optarem equidem, & mihi liceret, jam senio propemodum confecto, assidua Tua in Remp. nostram literariam merita condignis eloqui verbis: scribis etenim excellenter, eruditè, & quod in sciolis nostri seculi singulariter culpo, citra cavillationem modestè: Interim, cum valetudinis meæ, heu nimis fractæ, rationem, pariter acres mearum virium satis angustas & imbecilles Tu Ipsemet affatim cognoveris, partes pro nunc egisse meas adopinor, si Tibi ex animo gratulatus fuero. Unicum modò adjicio, & obsequiosi Tui erga me affectus intuitu, sedulò injungo, velis imposterum etiam Tuum divinitus concreditum Talentum, sepositò eo, quod de scribendi hactenus cacoëthe objecisti, subterfugio, liberaliori calamo Musis nostris Salanis, imò toti Orbi literario communicare, certissimè fretus, si non omnibus, attamen optimis aliquando & integerrimis placuisse. Deum de cætero veneror, ut Tuam sanitatem custodiat, laudem promoveat, & tandem Te ad supremum condecensq́ fama culmen clementissimè evehat; Vale. Dabam Jenæ,* XIII. *Aprilis, A. C.* LXXIII.

DAVID Gerber / D. Com. Palat. Cæsar. Illustr. Aulæ Jenens.
Advocatus Ordin.

Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo

DN. JOH. GEORG. SIMONI,

JCto Celeberrimo, Amico & Fautori suo honorando,

S. & O.

PRoducis denique in lucem, Nobilissime Dne Doctor, Amice conjunctissime, quod Tuus dudum, nec minus assiduus, conatus eruditioribus minitabatur. Annuisti tandem honorifico petito, quod à Tuo hucusq; ab ore pendentibus instantius poscebatur. Scilicet hi fructus sunt ingenii Tui florentissimi, quos studii indefessi excellentia, nocturnâq; pariter ac diurnâ manu volvens assiduitas orbi literario commendant. Laborem siquidem si Tuum æstimo, parem vix ille respicit; Judicium si rimor penitius, decumatum subindè reperio; candorem si repeto altius, aculeos mordaces aversatur. Ut nam omnibus cordi esset parilis intentio, nec livor adeò exacerbatas suas, inter clarissimos etiam, ageret radices, quæ plaustris postmodum scommatum fertiles, ceu lolium inter teneras veritatis segetes, feliciter in herbam succrescunt, eamque penè suffocari, si non enecari, faciunt. Melior animus Tibi resedit, qui GROTII incomparabiles libros de Jure Belli & Pacis non tantum publicæ cathedræ committere, sed & ea, quæ fortè à multis prætermissa videntur, notando illustrare fategisti. Macte igitur diligentiâ tuâ, Amice Optume & suavissime, macte Virtute & Gloria! Deus, cui animitus quotidiè supplico, sua adjiciat superpondia, quo Tui Fama prosperè, Patriæ decus ubertim, Salanæ incrementum semper, nostrum gaudium undique perenne sit, dab. Jenæ è Museo, d. 15. April. 1673.

AD LECTOREM.

QVem Tuæ Tranquillitati Grotium exhibemus, Lector Benevole, primitus hâc vice Jenæ excusum, hunc certè nobis exclusum dederunt singularis partim Belgicorum Exemplarium penuria ac caritas, partim & incomparabilis hujusce Autoris inter eruditos præstantia materiaque Juris belli ac pacis feliciter confectæ raritas: quæ adeò duo inter nos omnium stimularunt animos, ut manum operi, utut juvenilem, admovere decreverimus. Quamvis autem lubentes confiteamur, nos oneri suscepto nequicquam pares extitisse Atlantes: ab horrere etenim primâ fronte fecerunt profunda in Autore rationum pondera, sententiarum gravitas, exemplorum versiculor campus, quidâ præter hæc omnia diversum eorum, qui in hoc operam navarunt, & varium fatum. Ast vires iterum colligere jussit Excellentissimi Dn. Simonis, JCti celeberrimi, decanæ facilitas, quæ directorio suo oblatis nostris elaboratis feliciter adstitit, cursumque scribendi, non rarò tremulum, viriliter confirmavit. Aleam igitur jecimus, suffulti potissimum, bono cum Deo, discursibus, quos jamiam laudatus Præses noster Consultissimus ante annum, & quod excurrit, prælegendo communicavit, denuoque, ad petita & instantiam nostram, revisit, ac nobiscum in consuetâ JCtorum Cathedrâ publicè defendit. Pepercimus interim, quantum possibile, Virorum Clarissimorum, à quibus reverenter dissensimus, nomini & autoritati, reciprocum favorem in responsoriâ informatione, sicubi digni fuerimus, nobis spondentes. Puerile namque est, dicaces certare, destrabereque velle respectui excellentis, cum propriâ sæpius existimationis jactura. Accipe proinde, quicunque fueris, Lector cordate, conatum nostrum, nosque omnes, si non ex merito, tamen ex voto, amore prosequere. Deprecamur vitia, quæ fortè irrepserunt, testamur aculeum, si suggillamur. Vale de cetero Deo commendatus, quo vires dante, maturiora Tibi promitte.

Dabamus Jenæ, die 14. April. A. O. R. 1673.

Johann. Christoph. Klee, Stadensis.
Friderich Scriba, Springa-Brunsvvigus.
Laurentius Petrus Wätterhamn/Junecopia-Suec.
Petrus Homfeldt, Frisius Orient.
Johann. Elias Sättler, VVitteb. Sax.
Johann. Henrich Kerkmann, Lemgovia-VVestphal.
Johann. Doebritzsch, Cala-Thuring.
Christ. Frid. Reimann / Sittavia-Lusat.

LUDOVICO XIII.

CHRISTIANISSIMO FRANCORUM & NAVARRÆ REGI,

HUGO GROTIUS.

AUDET hic liber, *Regum eminentissime, Tuum sibi augustum nomen inscribere, non sui, non Auctoris, sed argumenti fiducia, pro Justitia quippe scriptus; quæ virtus adeo Tua est, ut inde Tuis meritis & humani generis suffragio dignissimum tanto Rege cognomentum acceperis, ut jam ubique Justi appellatione non minus, quam* LUDOVICI, *noscaris. Speciosi Romanis Ducibus videbantur ex Creta Numidia, Africa, Asia, aliisque devictis Gentibus tituli. At quanto Tuum illustrius, quo significaris, nullius populi, nullius hominis, sed ejus, quod injustum est, & hostis ubique, & victor semper? Magnum putarunt Ægyptii Reges, si patris hic, matris ille, fratrum amans alius dicerentur. At quantula hæ partes sunt Tui Nominis, quod non ista tantum, sed quicquid pulchrum & honestum excogitari potest, ambitu suo complectitur?*

*Justus es, cum Magni supra omne id, quod dici potest, Regis Patris Tui memoriam honoras, Ipsum imitando: Justus, cum Fratrem modis omnibus, sed nulla re magis, quam exemplo tuo, instruis: Justus, cum Sorores summis matrimoniis ornas: Justus, cum sepultas prope leges revocas, &, quantum potes, ruenti in pejus sæculo Temet opponis: Justus, sed simul clemens, cum subditis, quos Tua bonitatis ignorantia ab officii limite transversos egerat, præter peccandi licentiam, nihil adimis, nec vim adfers animis circa divina diversum à Te sentientibus: Justus simulque misericors, cum oppressos Populos, afflictus Principes Tua auctoritate relevas, nec fortunæ nimium licere permittis. Quæ Tua singularis beneficentia, & in tantum Deo similis, quantum humana natura patitur, me cogit, ut hac quoque publica allocutione gratias Tibi pro me privatim habeam. Nam, quemadmodum cœlestia sidera non tantum magnis mundi partibus se infundunt, sed ad singula animantia vim suam patiuntur descendere; ita Tu, in terris benignissimum sidus, non contentus erigere Principes, sublevare Populos, mihi quoque in Patria male habito * & præsidium voluisti esse, & solatium. Accedit, ad implendum Justitiæ orbem, post actiones publicas, etiam privatæ vitæ Tuæ innocentia & puritas, digna, quam non homines tantum, sed*

* Prolog. §. 30.

& ætheriæ mentes admirentur. Nam quotusquisque de plebe infima, imo de ipsis illis, qui à mundi consortio se abscíderunt, ita se ab omnibus culpis immunem præstat, ut Tu, in ea positus fortuna, quæ innumeris peccandi illecebris undique obsidetur? Quantum vero hoc est, inter negotia, in turba, in aula; inter tot tam diversa peccantium exempla id consequi, quod aliis solitudo vix, sæpe ne vix quidem, præstat? Hoc vero est, non Justi tantum, sed & Sancti nomen in hac ipsa vita mereri, quod majoribus Tuis Carolo Magno & Ludovico piorum consensus post obitum tribuit: hoc est, esse, non gentilitio, sed suo proprio jure, Christianissimum. Sed Justitiæ cum pars nulla à Te aliena sit, illa tamen, quæ circa libri hujus materiam, id est, circa belli pacisque consilia, versatur, eo proprie Tua est, quo Rex es, & quidem Rex Francorum. Ingens hoc Regnum Tuum, quod per tanta tam felicium terrarum spatia in utrumque mare procurrit: sed majus hoc Regno Regnum est, quod Regna aliena non concupiscis. Dignum hoc Tua pietate, dignum isto fastigio, non cujusquam jus armis attentare, non veteres turbare fines; sed in bello pacis gerere negotium, nec incipere, nisi hoc voto, ut quam primum desinas. Quam vero pulchrum hoc, quam glorioſum, quam ipsi conscientiæ lætum, ut, si quando Te Deus ad suum

regnum, quod ſolum Tuo melius eſt, vocaverit, audacter poſſis dicere: Hunc ego à Te gladium pro Juſtitiæ tutela accepi, hunc Tibi nullius temere fuſi ſanguinis reum, purum, inſontemqve reddo. Ita fiet, ut, qvas nos nunc regulas ex libris petimus, in poſterum ex Tuis actionibus, tanquam ex perfectiſſimo exemplari, petantur. Quod ipſum cum ſit maximum, plus tamen aliqvid à Te exigere audent Chriſtianorum populi: ut ſcilicet, exſtinctis ubiqve armis, pax ſua non Imperiis tantum, ſed & Eccleſiis, Te auctore, redeat; diſcatqve noſtra ætas arbitrium ſubire ejus ætatis, qvam vera ſinceraqve fide Chriſtianam fuiſſe Chriſtiani omnes profitemur. Pertæſos diſcordiarum animos excitat in hanc ſpem recens contracta inter Te & ſapientiſſimum pacisqve illius ſancta amantiſſimum Magnæ Britaniæ Regem amicitia, & auſpicatiſſimo Sororis Tuæ matrimonio federata. Difficile negotium, propter ſtudia partium, gliſcentibus in dies odiis inflammata: ſed tantis Regibus nihil dignum, niſi quod ab aliis omnibus deſperatum. Deus pacis, Deus juſtitiæ, Rex juſte, Rex pacifice, cum aliis bonis omnibus, tum hac etiam laude cumulet, Tuam Suæ proximam Majeſtatem. clɔ lɔ CXXV.

IN

IN TRES LIBROS

DE JURE BELLI AC PACIS PROLEGOMENA.

I. Pars I. continens querelam super nimio Juris Gentium generalis neglectu.

II. Cum tamen ejusdem scientia maximè conducat.

III. Probatur hoc ab opinione eorum, qui nihil injustum putant, quod utile, omnemque jus in bello exulare: ubi sententiæ Ethnicorum.

IV. Consensus Christianorum, imprimis Tertulliani.

V. Producuntur argumenta Carneadis.

VI. Homo animal omnium præstantissimum: appetitus societatis tranquillæ eidem proprius. Non omne animal ad suas tantum utilitates fertur.

VII. Id quod apparet in brutis, infantibus, & magis in hominibus, perfectæ ætatis.

IIX. Hæc Societatis custodia in homine fons est Juris naturæ *propriè ita dicti.*

IX. Altera significatio hujus Juris largior.

X. Varia ejusdem exempla.

XI. Dati justum & injustum, posito non esse Deum; cujus tamen contrarium ex diversis nobis constat.

XII. Jus voluntarium *est* vel 1. Divinum. *Jus naturæ Deo quoque adscribi potest.*

XIII. Cujus principia Ipse per suas leges magis fecit conspicua.

XIV. Excitatur affectus socialis quoque per Scripturam Sacram, quæ docet nos à communibus parentibus ortos.

XV. Vel 2. Humanum; *idque rursus* (a.) Civile *cujusque Civitatis.*

XVI. Utilitas non est genuina mater justi, uti voluit Carneades. Vera Juris Naturæ atque Civilis parens substituitur.

XVII. (β) Gentium *ac Civitatum omnium vel plerarumque.*

XIIX. Pars II. docens Carneadæ Refutationem. Justitia non est stultitia.

XIX. Jura non sunt inventa metu injusti aut validioris.

XX. Jus habere effectum potest, licet nemo sit, qui cogat.

XXI. Error illorum, qui justitiam inter privatos, non verò diversos populos obtinere contendunt:

XXII. Refutatur. Jus non solius utilitatis causa comparatum.

XXIII. Nulla societas sine jure conservari potest.

XXIV. Justitia pacem regit: fortitudine militari est præstantior.

XXV. Bellum quoque absque eadem esse nequit.

XXVI. Quæ leges inter arma sileant.

XXVII. Quæ vis justæ causæ in conscientia?

XXIIX. *Pars*

XXIIX. Pars III. Causas comprehendens Autorem moventes ad opus præsens conscribendum; quarum (1.) pudenda bellandi licentia.

XXIX. Ejusdem taxatio à Viris minimè malis. Eorum excessus in carpendo.

XXX. (2.) *Studium juvandi Jurisprudentiam. Error quorundam per confusionem naturalium & ex constituto provenientium commissus.*

XXXI. Consilium inquirendi in Jus naturæ & gentium.

XXXII. Pars IV. tradens Operis Grotiani contenta.

XXXIII. XXXIV. XXXV. Ordo Libri I. II. III.

XXXVI. Scriptionis necessitas. Scriptorum veterum hâc in re inopia.

XXXVII. Recentiorum defectus; quorum quidam allegantur.

XXXIIX. Censura Fabri, Ayalæ & Alberici Gentilis.

XXXIX. Pars V. producens in genere auxilia, *quibus Autor usus fuit in probando jus naturæ* (1.) à priori.

XL. (a.) A posteriori. *Modus inducendi jus gentium. Utriusque discrimen: Item*

XLI. Nova ab his Juris Civilis diversitas. Jus Gentium verum & apparens. Jus ex justitia universali & particulari fluens.

XLII. Auxilia *scripti* in specie, *petita* (a.) *à Philosophis. Aristoteles. De eo judicium.*

XLIII. Ejusdem reprehensio per exempla.

XLIV. Virtutem consistere in affectuum moderatione universaliter verum non est.

XLV. Quædam virtus ad summa incitat.

XLVI. (b.) *Ab Historicis*

XLVII. (c.) *A Poëtis & Oratoribus.*

XLIIX. (d.) *A Libris Sacris. Ubi* (1.) *Lex antiqua. Non est eadem cum jure naturæ. Post Legem novam non est totaliter abrogata.*

XLIX. (2.) *Hebræi Scriptores.*

L. (3.) *Lex nova.*

LI. (4.) *Synodorum canones.* (5.) *Christianorum primorum usus & mores.* (6.) *Patrum scripta & consensus.*

LII. (7.) *Scholastici Doctores.*

LIII. (e.) *A Jure Consultis. Distinctio eorum in tria genera. Judicium de singulis. Antiqui laudantur.*

LIV. Medii taxantur & admittuntur sub certa conditione.

LV. Recentiores vix ullum habent usum. Censentur Hispani Covarruviæ & Vasquius: Galli Bodinus & Hottomannus.

LVI. Pars VI. prodens instituti & ordinis in universum consilium & rationem.

LVII Modestia Autoris temperans se ab his, quæ alterius sunt tractionis.

LIIX. Autor abstractivè egit, non habito respectu ad controversias nostri seculi.

LIX. Pars VII.

LIX. Pars VII. explicans genus dicendi.

LX. Excusatio, quare sæpius scriptorum veterum ipsissima verba allegata.

LXI. Pars VIII. finiens cum commendatione scripti hujus judicio prudentum & conclusione conveniente.

IUs civile, sive Romanum, sive quod cuique patrium est, aut illustrare commentariis, aut contractum ob oculos ponere aggressi sunt multi : at jus illud, quod inter Populos plures, aut Populorum Rectores intercedit, sive ab ipsa natura profectum, aut divinis constitutum legibus, sive moribus & pacto tacito introductum, attigerunt pauci, universim ac certo ordine tractavit hactenus nemo : cum tamen id fieri interfit humani generis.

†††

De Jure Belli ac Pacis) Placet nobis conjectura illorum, qui Autorem opus suum primum inscribere voluisse contendunt : *De Jure Gentium.* Idque probare conantur ex *Epist. ad Gallos 78.* in verbis : *interim non otior, sed in illo de Jure Gentium opere pergo.* Atque hoc ipsa suadent præsentia Prolegomena & imitati sunt multi Neotericorum. Reperitur insuper præfixa operi ad Regem Galliæ dedicatio inter *ep. Epist. ad Gall.* quarum est in ordine 205.

2. Vere enim Cicero præstabilem hanc dixit scientiam, in fœderibus, pactionibus, conditionibus, Populorum, Regum exterarumque Nationum, in omni denique belli jure & pacis. Et Euripides hanc scientiam rerum divinarum & humanarum cognitioni præponit; sic enim Theoclymenem compellari facit :

Nam turpe id esset, cum scias hominum ac Deum
Quod est eritque, justa te haud cognoscere.

3. Atque eo magis necessaria est hæc opera, quod & nostro sæculo non desunt, & olim non defuerunt, (*a*) qui hanc juris partem ita contemnerent, quasi nihil ejus, præter inane nomen, existeret. In omnium ferme ore est Euphemi dictum * apud Thucydidem, Regi aut Civitati imperium habenti nihil injustum, † quod utile : cui simile illud, in summa fortuna id æquius, quod validius; & Rempublicam sine injuria geri non posse. Accedit, quod quæ inter Populos aut Reges incidunt controversiæ, ferme Martem habent arbitrum. Est autem non vulgi tantum hæc opinio, bellum ab omni jure abesse longissime, sed & viris doctis ac prudentibus sæpe dicta excidunt, quæ talem opinionem foveant.

(*a*) *L. 2. c. 22. §. 3.*

* *L. I.*

† *IV. §. 4. n. 2.*

Nihil

†† L. 2. c. 22. §. 3. n. 1. seq. Nihil enim frequentius, quam opposita inter se, jus & arma. †† Nam & Ennius dixit: †††

Non ex jure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt.

††† Gell. N. Att. L. 20. c. 10. Et Horatius ferociam Achillis sic describit:

Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.

& alius alium, cum bellum ordiretur, sic loquentem inducit:

Hic pacem temerataque jura relinquo.

(b) Erasm. Lib. 4. Apopht. (c) Confer. Proleg. §. 24. Antigonus senex irrisit hominem, qui sibi urbes alienas oppugnanti commentarium de justitia adferebat. Et Marius negabat præ armorum strepitu leges * à se (b) posse exaudiri. Ipse ille oris tam verecundi Pompejus, ausus est dicere: * *Armatus leges (c) ut cogitem?*

* * *

Apud Thucydidem) Verba sunt lib. VI. Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐξούσῃ οὐδὲν ἄλογον ὅ, τι ξυμφέρον. Idem sensus libro V. ubi Athenienses præpotentes eo tempore, sic Melios alloqvuntur: ὅτι δίκαια μὲν ἐν ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀνάγκης κρίνεται. δυνατὰ δὲ οἱ δυνατοὶ πράσσουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς συγχωροῦσι: *Justa humanæ rationi ea censeri, quæ par necessitas indicit: Cæterum, quæ fieri possunt, ea fieri à validioribus, ab infirmioribus tolerari.*

A se posse exaudiri) Apud Plutarchum Lysander machæram ostendens: ὁ ταύτης κρατῶν βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται. *Hanc qui habet, is optime de terrarum finibus disputat.* Apud eundem Cæsar: οὐ τὸ αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμον καιρὸν εἶναι: *Non idem esse tempus armorum, quod legum.* Seneca quarto de beneficiis capite XXXIIX. *Multa interim reges, in bello præsertim, opertis oculis donant, non sufficit homo justus unus tot armatis cupiditatibus: non potest quisquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere.*

Armatus leges ut cogitem?) Plutarchus hanc sententiam Pompeji ad Mamertinos sic enuntiat: οὐ παύσεσθε ἡμῖν ὑπεζωσμένοις ξίφη νόμους ἀναγινώσκοντες, *Non desinetis nobis hominibus gladiis accinctis leges recitare.* Curtius libr. IX. *Adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium vertit.*

†††

A se posse exaudiri) Verba hæc Autoris illustrabit locus *Alberic. Gentil. de J. B. Lib. 1. cap. 1. pag. 5. seq.* Si adeò latet, inquit Ille, Jus Gentium bellicum, non ipsum cernent hebetes: improbi negabunt tanto facilius, armati hostes eò promptius, quod armorum (ut ille ajebat apud *Val. lib. 5. c. 2. Plut. Apoph. Reg.*) strepitus audiri leges

leges minus permittit : aut quia ſic ſint audaces, ut quicquid id ſit juris, palam vindicare armis & viribus non erubeſcant. Antigonus, cum ei libellus de juſtitiâ à Philoſopho quodam offerretur, ſtolidum illum eſſe hominem dixit, qui ſibi alienas urbes tum vaſtanti diſceptationes de Juſtitiâ ſcriberet, *Plut. de Vit. Alex.* Et Pompejus Magnus Mamertinis, privilegia quædam obtendentibus, non definetis, reſpondit, gladio nobis accinctis laudare leges? *Plut. Pomp.*

4. In Chriſtianis ſcriptoribus plurima ejus ſenſus occurrunt: pro multis unum † Tertulliani ſufficiat: *Dolus, aſperitas, injuſtitia, propria negotia præliorum.* Qui ita ſentiunt, dubium non eſt, quin oppoſituri ſint nobis illud ex Comœdia:

Incerta hæc ſit tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

† *L. I. c. II. §. IX. n. 2. L. II. c. XX §. X. n. 3. & 4.*

5. Cum vero fruſtra de jure ſuſcipiatur diſputatio, ſi ipſum jus nullum, & ad commendandum, & ad præmuniendum opus noſtrum pertinebit, nunc graviſſimum errorem breviter refelli. Cæterum, ne cum turba nobis res ſit, demus ei advocatum. Et quem potius, † quam Carneadem, qui ad id pervenerat, quod Academiæ ſuæ ſummum erat, ut pro falſo non minus, quam pro vero vires eloquentiæ poſſet intendere? Is ergo, cum ſuſcepiſſet juſtitiæ, hujus præcipue, de qua nunc agimus, oppugnationem, nullum invenit argumentum validius iſto: jura ſibi homines utilitate ſanxiſſe varia pro moribus, & apud eosdem pro temporibus ſæpe mutata: jus autem naturale eſſe nullum: omnes enim & homines & alias animantes ad utilitates ſuas, natura ducente, ferri: proinde aut nullam eſſe juſtitiam; aut ſi ſit aliqua, †† ſummam eſſe ſtultitiam, quoniam ſibi noceat alienis commodis conſulens.

† *L. II. c. 20. §. 44. n. 4. Lactant. Inſt. Divin. Lib. 5. cap. 16.*

†† *Conf. Proleg. §. 18*

6. Verum, quod hic dicit Philoſophus, & ſequitur Poëta,

Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum:

admitti omnino non debet, nam homo animans quidem eſt, ſed eximium animans, multoque longius diſtans à cæteris omnibus, quam cæterorum genera inter ſe diſtant: cui rei teſtimonium perhibent multæ actiones humani generis propriæ. Inter hæc autem, quæ homini ſunt propria, eſt appetitus ſocietatis, id eſt communitatis, non qualiscunque, ſed tranquillæ, & pro ſui intellectus modo ordinatæ, cum his, qui ſui ſunt generis: quam * οἰκείωσιν Stoici appellabant. Quod ergo dicitur, naturâ quodque animal ad ſuas tantum utilitates ferri, ita univerſe ſumtum concedi non debet.

L. II. c. I. §. IX. n. 3.

)( )(

* Οἰκείωσιν

***

οἰκείωσιν *Stoici appellabant*) Chryſoſtomus ad Romanos Homilia XXXI. ἔχομεν γὰρ φυσικὴν πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν, διὰ καὶ θηρία πρὸς ἄλληλα κέκτηνται. *Habemus naturâ homines cum hominibus ſocietatem, quidni, cum tale quid inter ſe & feræ habeant?* Vide eundem capite primo ad Epheſios, ubi à natura nobis data docet ad virtutem ſemina. Marcus Antonius Imperator ſumme Philoſophus: ὁ πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν πάλαι ἐδείκται. ἢ οὐκ ἤδη ἐναργές, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω τῶν ἀλλήλων; *Pridem patuit ad ſocietatem nos genitos. Nonne in aperto eſt deteriora eſſe meliorum cauſa, meliora verò alterum alterius cauſa?*

†††

Quæ homini ſunt propria, eſt appetitus ſocietatis) Negat hoc *Thom. Hobbes. in Element. de Civit. c. 1. §. 2. & ſeqq* propterea, quod (1.) homines in ſocietatem coëant ſolummodò vel commercii & officii, vel animi & hilaritatis causâ: quò aliquid facere poſſent ea, quæ Ipſe proponit *Grotius lib. 1. c. 4 §. 7. n. 3.* (2.) Quod omnes homines naſcantur infantes & indocti, adeoque naturaliter ſocietatem civilem cum vi fœderum, quibus faciendis fides & pacta neceſſaria ſunt, ignorent. (3.) Quod homo extra ſolitudinem vivens ejusdem ſolitudinis pericula ignoret. Sed hiſce ſatisfecit *Dn. Pufendorff. in Element. Jurispr. l. 2. obſ. 3. n. 2. & ſeqq.* quare & nos ad [1.] dicimus, verum quidem eſſe, multos homines propter cauſas ab Hobbeſio allegatas ſocietatem appetere; interim tamen ex hoc nondum ſequitur, totum genus humanum ex privato quodam & minus rectè per rationem formato commodo hoc facere. Sic Grotii locus explicandus erit ſecundum tradita *ad lib. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* quæ ipſemet magis illuſtrat in hiſce *Prolegom. §. 19.* Quomodò etiam optimè conſpirabit *Lampad. de Rep. Roman. Germ. part. 1. §. 3. & ſeqq.* Ad [2.] reſpondemus, omnes homines, quatenus infantes & indocti naſcuntur, per naturam & actu ſocietatem civilem ignorare; nos vero non diſtinctam notitiam & actualem ſcientiam, ſed appetitum ſaltem ſocietatis & inclinationem ad eandem, adeoque potentiam tantum cognoſcendi in infantibus prætendere, *jung. Robert. Scharrock de Leg. Nat. c. 2. n. 10. pag. 117. & ſeqq.* Ad (3.) reponimus (*a*) diſtinctionem inter cognitionem diſtinctam atque exactam periculorum ſolitudinis, quippe quæ homo extra ſolitudinem vivens à ſocietatis utilitate adeò perfectè diſcernere nequit; & confuſam quandam notitiam, quam quilibet in idea effingere ſibi valet, meditando potiſſimum ea incommoda, quæ fugam ſocietatis humanæ neceſſariò vel utplurimum inſequi & comitari ſolent. Quid? quod conſtet [b] non procedere conſequentiam, appetitum ſocietatis humanæ generalem & connatum aufferri, ſi quis incommoda vitæ ſolitariæ confusè vel diſtinctè neſciat.

7. Nam & cæterarum animantium quædam utilitatum ſuarum ſtudium, partim fœtuum ſuorum, partim aliorum ſibi congenerum reſpectu, *aliquatenus temperant: quod in illis quidem procedere credimus ex prin-

principio aliquo intelligente extrinseco, † quia circa actus alios, istis neutiquam difficiliores, par intelligentia in illis non apparet. Idemque de infantibus dicendum, in quibus ante omnem disciplinam ostendit se ad bene aliis faciendum propensio quædam, prudenter à Plutarcho observata: sicut & in ea ætate misericordia sponte prorumpit. Homini vero perfectæ ætatis, cum circa similia similiter agere norit, * cum societatis appetitu excellente, cujus peculiare solus inter animantes instrumentum habet sermonem, †† inesse etiam facultatem sciendi agendique, secundum generalia præcepta, par est intelligi, cui quæ conveniunt, ea jam sunt non omnium quidem animantium, sed humanæ naturæ congruentia.

† *Prolegom §. 39. L. I. c. I. §. XI. n. 1. c. II. §. 3. n. 2. & c. V. §. 2. n. 2. L. 3. c. 1. §. 8. n. 1.*
†† *L. 3. c. 1. §. 8. n. 1.*

* * *

Aliquatenus temperant) Vetus est proverbium, *Canis caninam non est*, Juvenalis;

Tigris agit rabida cum tigride pacem:
Parcit cognatis maculis fera.

Est locus Philonis egregius ad Decalogi præceptum quintum, quem Græce, qui volet, legat. Ego eum, quia longior est, semel, id est Latine, hic ponam: *Imitatores saltem mutorum animantium estote, homines, Beneficio vicem rependere illa edocta norunt. Canes domus defensores sunt: quin & pro heris moriuntur: si quod subito periculum eos contigerit. Dicuntur & canum illi, qui greges comitantur, præcedere pecora, depugnantes ad mortem usque, ut pastores illæsos præstent. Nonne inter fœda fœdissimum est, in referenda gratia vinci hominem à cane, mitissimum animal à ferocissimo? quod si à terrestribus non satis edocemur, transeamus ad naturam volucrum, aëris viatricem, ut vel inde discamus, quod oportet. Ciconiarum senes in nidis manent, volare invalidæ.. Harum soboles per omnes, prope sic dixerim, terras mariaq; volitant, victum undique parentibus quærentes; illæ pro ætatis merito fruuntur quiete rerum copia, deliciis etiam: hæ vero itineris molestias solantur pietatis conscientia & exspectatione paris olim, ubi senuerint, à sua prole, atque ita legitimo tempore debitum persolvunt necessarium, quod accepere, reddentes, neque enim ab aliis alimenta habere possunt, aut initio vitæ parvæ cum sunt, aut natu grandes in vitæ exitu, quapropter non alio, quam natura, magistro didicerunt educare vetulas, educatæ & ipsæ, cum teneræ essent. Nonne vero hæc, ubi audiunt, habent, cur se præ pudore abscondant, qui parentum curam non habent, atque eos negligunt, quos aut solos, aut præ cæteris sublevare debuerant, præsertim cum id facientes non tam daturi sint quippiam, quam id, quod debent, reddituri? Nihil enim est liberis proprium, quod*

non parentum ſit prius, qui aut de ſuo dederunt, aut de ſuo dederunt, aut acquirendi præbuerunt cauſas. De columbarum cura eximia circa fœtus ſuos vide Porphyrium de non Eſu animalium tertio. De ſcarorum & ſaurorum pro ſociis Caſſiodorum XI, 40.

Cum ſocietatis appetitu excellente) M. Antonius libro IX. ὁ ἄνθρωπος φιλεργητικὸς πέφυκε. *Homo in id natus eſt, bene ut aliis faciat*: item: ῥᾷόν γοῦν ἄν τις εὕροι τῶν ἐπὶ γῆς ἀμπέλου γῆθεν ἀπορρῶγα μὴ ἄνθρωπον ἀνθρώπου ἀπεχόμενον. *Facilius reperiat quis terreſtre aliquod ad terram ſe non ferens, quam hominem ab humano genere abſciſſum.* Libro X. ὃ τὸ λογικὸν εὐθὺς καὶ πολιτικόν. *quod ratione utitur, neceſſario & cœtum appetit.* Nicetas Choniates: ἐνεσημήνατο πῶς ἡ φύσις ἡμῖν καὶ ἐνέφυτεύσατο πρὸς τὰ οἰκεῖα συμπάθειαν. *Natura inſculpſit inſeritque nobis animi conſenſionem cum iis, quæ cognata ſunt nobis.* Adde Auguſtinum de doctrina Chriſtiana libro III, c. 14.

†††

Ad benè aliis faciendum propenſio quædam) Huic obſtat, quod in infantibus, propter corruptiſſimum hominis ſtatum, tota propenſio ad malum feratur, adeò, ut ſimul ac in lucem editi ſunt, deprehendantur in ipſis manifeſta iræ, rancoris, faſtidii, impatientiæ, aliorumque inordinatorum motuum indicia. *add. Grot. L. 2. c. 20. §. 19. n. 1.* Unde etiam *Auguſtinus, L. 1. Confeſſ. c. 7.* vidi, inquit, ego & expertus ſum Zelantem parvulum; nondum loquebatur & intuebatur pallidus amaro aſpectu collactaneum ſuum. Veruntamen ex hactenus prolatis nondum indubitatò ſequitur, ejuscemodi infantem præter naturam facere, ſi quid boni & naturali juri conveniens agit. Motus enim citati appetitus ſenſitivi inordinati, ex qualitate objecti moventis, aliter ſeſe in infantibus, qui in intellectus operationibus nondum exercitati ſunt, habere non poſſunt: interim propterea non ſtatim naturâ infantes omnem motum appetitus ſenſitivi ordinati & propenſionem ad bonum, poſitis objectis contrariis, (amotis ſcilicet, benevolentiæ, miſericordiæ, &c.) reſpuunt.

8. Hæc vero, quam rudi modo jam expreſſimus, * ſocietatis cuſtodia, humano intellectui conveniens, fons eſt ejus juris, quod proprie tali nomine appellatur; * quo pertinent alieni abſtinentia, & ſi quid alieni habeamus, aut lucri inde fecerimus, reſtitutio, promiſſorum implendorum † obligatio, damni culpa dati reparatio, & pœnæ inter homines meritum.

† *Proleg. §. 15.*

* * *

Societatis cuſtodia humano intellectui conveniens) Seneca IV. de Beneficiis cap. XIIX: *Ut ſcias, per ſe expetendam eſſe grati animi affectionem, per ſe fugienda res eſt, ingratum eſſe, quoniam nihil eq; concordiam humani generis diſſociat ac diſtrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti ſumus, quam quod*

quod mutuis juvamur officiis? hoc uno inſtructior vita, contraque incurſione ſubitas munitior eſt, beneficiorum commercio. Fac nos ſingulos, quid ſumus? preda animalium & victimæ ac viliſſimus & facillimus ſanguis: quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt. Quæcunque vaga naſcuntur, & actura vitam ſegregem, armata ſunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium, terribilem cæteris fecit, duas res dedit, quæ illum, obnoxium cæteris, validiſſimum facerent, rationem & ſocietatem, itaque qui par eſſe nulli poſſet, ſi diduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: Societas terris genitum in alienæ naturæ transmiſit imperium, & dominari etiam in mari juſſit. Hæc morborum impetum arcuit, ſenectuti adminicula proſpexit, ſolatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis humani, qua vita ſuſtinetur, ſcindes. Tollitur autem, ſi efficies, ut ingratus animus non per ſe vitandus ſit.

Quo pertinent alieni abſtinentia) Porphyrius de non eſu animantium tertio: *ἡ μὲν οὖν δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀφεκτικῶς καὶ ἀβλαβεῖ κεῖται παντὸς ὁπῃοῦν μὴ βλάπτοντος. Juſtitia in eo ſita eſt, ut abſtineatur alienis, neque noceatur non nocentibus.*

†††

Fons eſt) Rectè Grotium ſocietatis cuſtodiam, ſive appetitum ſocietatis ordinatæ inſtructæque naturalem, juris naturalis originem, fontem, principium feciſſe, ſeu mavis, hoc juri naturali fundamentum ſubſtraviſſe, aſſerimus cum *Dn. Bæcler. h l. p. 57.* Nam ſicut ad talem ſocietatem Deus homines condidit, natura inſtruxit, ratio deduxit, oratio copulavit: ita ſi fingeretur ſtatus hominum extra ſocietatem, ille nec humanus eſſet, nec naturalis, & ſic omnis coaguli, ut omnis juris expers. Recedit hic quidem à mente Grotii *Robert. Scharrock. de Offic. cap. 2. de Leg. Natur. n. 10. p. m. 119.* ubi appetitus, innuit, ſocietatis nequit eſſe fons dictarum notionum (juris naturæ) neque hujus deſiderii impletio finis judiciorum rectè conformatorum de nemine lædendo, fide ſervanda, gratiis referendis & ſimilibus. Dictamina enim actiones juxta præceptum eliciendas univerſaliter indicant, ſatis fieri autem huic appetitui poſſit, etiamſi unam ſolummodò regionem aut Remp. benè à te factis tibi demeruerit. Piratæ & conjurati latrones ſuas ſibi habent ſocietates, inter quas poſſint magnanimiter à ſe geſta enarrare quotidiè facinora, & proinde iſti ſatisfaciunt cupidini: dictaminibus autem & judiciis de honeſto non ſatisfaciunt; quod quidem liquidiſſimum videtur argumentum, non ad hunc ſolum finem formari in nobis hæc judicia. Poſito enim fine, nihil ultra requiritur in mediis, quæ ad finem ordinantur. Sed huic reſpondemus, Grotium occupatum eſſe in eo, ut oſtendat ingenitum nobis appetitum honeſtæ ſocietatis, qui in abſtracto univerſaliſſimè ſeſe extendit ad omnes homines, licet eidem poſtmodum in concreto ſatisfieri poſſit, ſi tantum cum unâ familiâ aut cum unâ gente & populo Tibi ſocietas fuerit. Exemplum latronum ſocietatem vitioſam appetentium huc non quadrat, nec de eodem ſub honeſta appetitus naturalis ſocietatis tractatione hic ſolicitus eſt Grotius.

9. Ab hac juris ſignificatione fluxit altera † largior: quia enim homo ſupra cæteras animantes non tantum vim obtinet ſocialem, de qua diximus, ſed & judicium ad æſtimanda, quæ delectant aut nocent, non præſentia tantum, ſed & futura, & quæ in utrumvis poſſunt ducere; pro humani intellectus modo etiam in his judicium recte conformatum ſequi, neque metu, aut voluptatis præſentis illecebra corrumpi, aut temerario rapi impetu, conveniens eſſe humanæ naturæ; & quod tali judicio plane repugnat, etiam contra jus naturæ, humanæ ſcilicet, eſſe intelligitur.

†*Proleg.* §. 12. *L.* 1. *c.* 1. § 9. *n.* 1.

10. Atque huc etiam pertinet in his, quæ cuique homini aut cœtui propria ſunt, elargiendis prudens diſpenſatio, ut quæ nunc ſapientiorem minus ſapienti, nunc * propinquum extraneo, nunc pauperem diviti, prout actus cujusque & rei natura fert, præponit: quam juris proprie ſtricteque dicti partem jam olim multi faciunt, cum tamen jus illud proprie nominatum diverſam longe (*a*) naturam habeat, in eo poſitam, ut, quæ jam ſunt alterius, alteri permittantur, aut impleantur.

(*a*) *Prolegom.* § 41.

* *

Prudens diſpenſatio, ut quæ nunc ſapientiorem minus ſapienti, nunc propinquum extraneo, nunc pauperem diviti, prout actus cujuſq; & rei natura fert proponit) Agit hac de re Ambroſius libro primo de officiis.

11. Et hæc quidem, quæ jam diximus, locum aliquem haberent, etiamſi daremus, quod ſine ſummo ſcelere dari nequit, non eſſe Deum, † aut non curari ab eo negotia humana: cujus contrarium cum nobis partim traditio perpetua inſeverit; confirment vero & argumenta multa & miracula ab omnibus ſæculis teſtata, ſequitur, jam ipſi Deo, ut opifici, & cui nos noſtraque omnia debeamus, ſine exceptione parendum nobis eſſe, præcipue cum is ſe multis modis & optimum & potentiſſimum oſtenderit, ita, ut ſibi obedientibus præmia reddere maxima, etiam †† æterna, quippe æternus ipſe, poſſit, & voluiſſe credi debeat, multoque magis, ſi id diſertis verbis promiſerit: quod (*a*) Chriſtiani indubitata teſtimoniorum fide convicti credimus.

L. I. c. II. § V. n. 1. †*Proleg.* § 20. *L.* 1. *c.* 1. § 10. *n.* 1. § 16. *n.* 6. †† *L. II. c.* 20. § *X. n.* 1. § *XLVI. n.* 1. (*a*) *L.* 2. *c.* 20. § 50. *n.* 1.

†††

Sine ſummo ſcelere dari nequit, non eſſe Deum) Poſito quod Deus ſemel humanam naturam, prouti nunc eſt, condiderit, ita illa, quæ eidem eſſentialiter ineſſe debent, juſta ſunt, ut, etiamſi Ipſe amplius non exiſtat vel nullam curam rerum creatarum habeat, nihilominus eorum contrarium ab æterno turpe ſit. Imò quamvis vel maximè quis impiam iſtam & abſurdam hypotheſin fingeret, genus humanum ex ſe ipſo ortum concepiſſe; tamen repugnaret naturæ ejuſdem v. g. alteri detrahere ſui commodi causâ, fidem fallere, &c. *add. Thom.* 2. 2. *q.* 7. *a.* 6. contra verò locum aliquem haberent alieni abſtinentia, promiſſorum implendorum obligatio, damni culpâ dati reparatio &c. ut proinde

proinde appetitus ille ſocietatis humanæ præcisè Dei exiſtentiam (quod ſine ſcelere fieri nequit) non præſupponens, tunc eſſentialiter ſui ſaltem generis conſervationi ſtudeat, & quæcunque deinde ad diſſolvendam ſeu corrumpendam humanam ſocietatem faciunt, hoc conceptu vocabuli injuſta ſint, *Dn. Hennig. in not. h. l. p. m. 16.* Pro ἀδόξῳ quidam hoc reputant cum *Selden. de I. & I. ſecund. Diſciplin. Hebr. l. 1. c. 7.* ſuffulti ſequenti argumento: quo remoto abeſt imperium atque obligatio legis naturalis, ibi vis atque effectus quoque omninò deeſt. Atqui Deo remoto abeſt imperium atque obligatio juris naturalis. E. remoto Deo vis atque effectus juris naturæ omninò deeſt. Nos negamus minorem propoſitionem: quum aliud ſit juris naturalis obligatio & imperium; aliud hujus obligationis & imperii executio. Poſterius abeſſet remoto Deo, non prius; quia cujuslibet conſcientia dictaret, hoc rectum vel iniqvum eſſe, licet a formidine pœnæ & executione divinâ anxietatem quandam non perciperet. Interim nondum ſequitur, ceſſat legis executio; E. lex quoque ipſa: quia impunitas turpis facti factum ipſum propterea licitum non facit.

12. Et hæc jam alia juris origo eſt, præter illam naturalem, veniens ſcilicet * ex libera Dei voluntate, † cui nos ſubjici debere intellectus ipſe noſter nobis irrefragabiliter dictat. Sed & illud ipſum, de quo egimus, naturale jus, ſive illud ſociale, ſive quod laxius (*b*) ita dicitur, quanquam ex principiis homini internis profluit, * Deo tamen aſſcribi meritò poteſt, quia, ut talia principia in nobis exiſterent, ipſe voluit: quo ſenſu Chryſippus & Stoici dicebant, juris originem non aliunde petendam quam ab ipſo Jove, * à quo Jovis nomine jus Latinis dictum probabiliter dici poteſt.

† *L. 1. c. 1. §. 15.*

(*b*) *Proleg. §. 9.*

* * *

Ex libera Dei voluntate) Inde M. Antonio judice libro IX. ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ: *qui injuſte agit, impius eſt.*

Deo tamen aſſcribi merito poteſt) Chryſoſtomus I. ad Corinthios XI, 3. ὅταν γὰρ εἴπω τὴν Φύσιν, θεὸν λέγω. ὁ γὰρ τὴν Φύσιν δημιουργήσας αὐτός ἐστιν. *Cum naturam dico, Deum dico, ipſe enim eſt naturæ opifex.* Chryſippus III. de Diis: ἃ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν ἢ ἄλλην ἡγεμόνα, ἢ τὴν ἐκ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς Φύσεως. ἐνταῦθα γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομέν τι ἐρεῖν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. *Non poteſt inveniri principium aliud aut origo juſtitiæ, quam ab Jove & communi natura, inde enim initium duci debet, ubi de bonis malisque diſſerendum eſt.*

A quo Jovis nomine jus Latinis dictum) Niſi forte verius per abſciſſionem, ut ex eo, quod fuit oſſium, factum eſt os, ita ex eo, quod fuerat juſſum, factum jus, juſſis, poſtea juris, ut ex Papiſiis Papirii, de quo vide Ciceronem lib. IX, epiſt. 21.

13. Ac-

13. Accedit, quod illa quoque ipsa principia Deus datis legibus magis conspicua fecit, etiam iis, quibus imbecillior est ad ratiocinandum vis animi; & in diversa trahentes impetus, qui nobis ipsis, quique aliis consulunt, vagari vetuit, illos quippe vehementiores addictius regens & fine ac modo coërcens.

† *Proleg.* §. 50. 14. Sed & historia sacra, præter id, quod in præceptis † consistit, affectum illum socialem non parum etiam eo excitat, quod nos docet ab iisdem primis parentibus ortos homines omnes, ita, ut eo quoque sensu dici rectè possit, quod alio dixit Florentinus, cognationem inter nos à *L. Ut vim.* 3. *D. de Just. & Jur.* natura constitutam; cui consequens sit, hominem homini insidiari nefas esse. Inter homines quasi * Dii quidam sunt parentes, quibus proinde non infinitum, sed sui generis obsequium debetur.

* * *

Dii quidem sunt parentes) Θεοὶ ἐπίγειοι, Hierocli ad aureum carmen *Dii terrestres*: Philoni ad Decalogum ἐμφανεῖς Θεοὶ μιμούμενοι τὸν ἀγένητον, ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν, *conspicui Dii, qui ingenitum Deum imitantur vitam dando*: secunda post Deum fœderatio Hieronymo Epist. XCII. Parentes Deorum simulacra Platoni de Legibus XI. Honos parentibus, ut diis, debetur, pronuntiante Aristotele Nicomachiorum IX. cap. II.

†† *Proleg.* §. 8. 15. Deinde vero, cum juris naturæ sit stare pactis, (necessarius enim erat inter homines aliquis se obligandi modus, neque vero alius modus naturalis fingi potest,) ab hoc ipso fonte jura civilia fluxerunt. Nam qui se cœtui alicui aggregaverant, aut homini hominibusque subjecerant, hi aut expresse promiserant, aut ex negotii natura tacite † promisisse debebant intelligi; secuturos se id, quod aut cœtus pars major, (a) *L. II. c.* V. §. 17. aut hi, quibus delata potestas erat, constituissent.

Proleg. §. 21. & *seq.* 16. Quod ergo dicitur non Carneadi tantum, sed & aliis,

* *Utilitas justi propè mater & æqui*,

si accurate loquamur, verum non est: nam naturalis juris mater est ipsa humana natura, quæ nos, etiamsi re nulla indigeremus, ad societatem mutuam appetendam ferret: civilis vero juris mater est ipsa ex consensu obligatio, quæ, cum ex naturali jure vim suam habeat, potest natura hujus quoque juris quasi proavia dici. Sed naturali juri utilitas accedit: voluit enim Naturæ Auctor nos singulos & infirmos esse, & multarum rerum ad vitam rectè ducendam egentes, quo magis ad colendam socie- † *L. pen. D. de J. & J.* tatem raperemur: Juri autem civili occasionem † dedit utilitas: nam illa,

quam

* * *

Utilitas juſti prope mater & æqui) Ad quem locum Acron, aut quisquis eſt vetus Horatii interpres: *repugnat præceptis Stoicorum: oſtendere vult, juſtitiam non eſſe naturalem, ſed natam ex utilitate.* contra hanc ſententiam vide, quæ diſputat Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana libro III. c. XIV.

†††

Naturalis juris mater) Jus enim hoc ex productâ à Deo naturâ fluit, ita ut hoc non eſſet, hypotheſi factâ ad genus humanum, niſi ipſa natura eſſet. Diſſentiunt alii, qui hoc jus naturæ Deo adſcribunt (1.) quia lex deſcendit ab illo, qui imperium habet & vim obligandi: ipſa autem natura humana in ſemetipſum non habet imperium, ſed Deus. Sed hi non contradicere videntur Grotio, qui non negat Deum eſſe autorem humanæ naturæ, & per conſequens juris ex eadem fluentis; ſed illud tantum intendit, hoc jus, cum ad naturam ejuſq; conſervationem applicandum ſit, ex idiomate naturæ fluere debere: adeoque probat, illud, quod ex alio fluit & derivatur, hoc, quatenus ex eo fluit, pro fonte & matre agnoſcere neceſſum habere. Hinc porrò ſequitur, naturam, ut applicabilem generi humano & aptitudinem ad ſe aliis ſociandum præ ſe ferentem, in ſemetipſam imperium non agnoſcere; interim illam, ut applicatam, & quatenus jam actu proximum ſocium appetit, imperium & jus non reſpuere. (2.) quia natura humana eſt objectum quaſi perſonale, cui aliunde lata eſt lex naturæ; quod autem tale eſt, ut feratur ei lex, id non eſt principium generans legem. Sed nec hoc Grotius hic tractat, lubenter concedens, naturam humanam, tanquam ſubjectum occupans, Deo jus immediatè acceptum ferre; veruntamen, dum illa nos, etiamſi nullâ re indigeremus ex mente primi legislatoris Dei ad ſocietatem mutuam appetendam fert, juraque ſocietatis univerſalis nobis dictitat, eatenus hujus dictaminis mater immediata eſt, Deum tantum mediatè concurrentem agnoſcens. Quare hic generalis Dei creatoris ad omnem naturalem cauſam concurſus Grotio nunquam cordi fuit, occupatus quippe circa ea, quæ, ſepoſitâ cauſâ primâ creatrice, naturaliter ſibi ſubſtituta dici queunt.

17. Sed ſicut cujusque civitatis jura utilitatem ſuæ civitatis reſpiciunt, ita inter civitates aut omnes, aut plerasque, ex conſenſu jura quædam naſci potuerunt; & nata apparet, quæ utilitatem reſpicerent non cœtuum ſingulorum, ſed magnæ illius univerſitatis. Et hoc jus eſt, quod gentium dicitur, quoties id nomen à jure naturali diſtinguimus: quam partem juris omiſit Carneades, jus omne in naturale & civile ſingulorum populorum diſtribuens, cum tamen de eo jure, quod inter populos verſatur, acturus (ſubjecit enim orationem de bellis & bello partis) hujus juris mentionem facere omnino debuiſſet.

18. Malè autem à Carneade ſtultiæ †† nomine juſtitia traducitur. Nam ſicut, ipſo fatente, ſtultus non eſt civis, qui in civitate jus civile ſequitur, etiamſi, ob ejus juris reverentiam, quædam ſibi utilia omittere

conf. Pro. leg. §. 5. L. II. c. XII §. 9. n. 1.

)( )( )(

† L.I.c.IV. §.IV.n.2. re debeat; ita nec stultus est populus, qui non tanti facit suas † utilitates, ut propterea communia populorum jura negligat: par enim in utroque est ratio: nam * sicut civis, qui jus civile perrumpit utilitatis præsentis causa, id convellit, quo ipsius posteritatisque suæ perpetuæ utilitates continentur; sic & populus, jura naturæ gentiumque violans, suæ quoque tranquillitatis imposterum rescindit munimenta. Tum vero, etiamsi ex juris observatione nulla spectaretur utilitas, sapientiæ, non stultitiæ, esset, eò ferri, ad quod à natura nostra nos duci sentimus.

* * *

Sicut civis, qui jus civile perrumpit) Hac ipsa similitudine apposite utitur lib. IX, M. Antonius: ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν εἴτε προσεχῶς εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι καὶ σταδιώδης ἐστὶν ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὐτὸν μέρος διϊστάμενος. *Quæcunq; tua actio respectum non habebit, sive cominus sive eminus, ad propositum communitatis, ea vitam diducit, nec unam esse patitur, seditiosaque non minus est, quam is, qui in populo partem seorsim facit.* Et libro XI. ἄνθρωπος ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς οὐ δύναται μὴ καὶ ὅλου φύλου ἀποκεκόφθαι: *Homo ab uno abscissus homine, non potest non & ab universo genere abscissus haberi*; Nimirum, ut eidem Antonio dictum est, quod examini expedit, idem api.

19. Quare nec illud,

Jura inventa metu injusti, fateare necesse est:

quod apud Platonem quidam ita explicat, metu accipiendæ injuriæ repertas leges: ac vi quadam homines ad justitiam colendam adigi, universaliter verum est: id enim ad ea duntaxat instituta ac leges pertinet, quæ ad faciliorem juris exsecutionem reperta sunt; sicut multi per se infirmi, ne à validioribus opprimerentur, conspirarunt ad instituenda ac communibus viribus tuenda judicia, † ut quibus singuli pares non erant, his universi prævalerent. Et hoc demum sensu commode accipi potest, quod dicitur, jus esse id, quod validiori placuit; ut intelligamus, fine suo externo carere jus, nisi vires ministras habeat: sicut Solon res confecit maximas, ut ipse prædicabat:

† L.1.c.3. §.2.n.1.c.4.§.7.n.3.

ὁμοῦ βίην τε καὶ θίκην συναρμόσας.

* *Vim jusque parilis copulans vinculi jugo.*

* * *

Vim jusq; parilis copulans vincli jugo) Ovidius:

Valet causa, causamque tuentibus armis.

20. Ne-

20. Neque tamen, quamvis à vi destitutum, jus omni caret effectu: nam justitia securitatem affert conscientiæ, † injustitia tormenta ac laniatus, quales in tyrannorum pectoribus describit †† Plato: justitiam probat, injustitiam damnat proborum consensus: quod vero maximum est, hæc Deum inimicum, illa faventem habet, qui judicia sua ita post hanc vitam reservat, ut sæpe eorum vim etiam in hac vita repræsentet; quod multis exemplis historiæ docent.

† *Proleg. §. XI. L. 1. c. 1. §. 10. n. 1. §. 16. n. 6.*
†† *Lib. 9. de Rep. add. Tacit. Lib. 6. Annal. cap. 6.*

21. Quod vero multi, quam à civibus exigunt justitiam, eam in Populo aut Populi Rectore insuper habeant, ejus erroris causa est, primum, quod in jure nihil spectant, nisi utilitatem, quæ ex jure oritur, quæ evidens est in civibus, qui singuli ad sui tutelam invalidi sunt: at magnæ civitates, cum omnia in se complecti videantur, quæ ad vitam rectè tuendam sunt necessaria, opus habere non videntur ea virtute, quæ foras spectat, & Justitia appellatur.

22. Sed, ut ne repetam, quod † dixi, jus non solius utilitatis causa comparatum; nulla est tam valida civitas, quæ non aliquando aliorum, extra se, ope indigere possit, vel ad commercia, vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium junctas inter se vires; unde etiam à potentissimis Populis & Regibus fœdera appeti videmus, quorum vis omnis tollitur ab his, qui jus intra civitatis fines concludunt. Verissimum illud, omnia incerta esse, simul à jure recessum est.

† *Proleg. §. 19.*

23. Si nulla est communitas, quæ sine jure conservari possit,* quod memorabili latronum exemplo probabat Aristoteles, certe & illa, quæ genus humanum aut populos complures inter se colligat, jure indiget: quod ille vidit, qui dixit, fœda ne patriæ quidem causa facienda esse. * Graviter eos accusat Aristoteles, qui, cum inter se neminem velint imperare, nisi qui jus habeat, in exteros, quid jus, quid injustum sit, nihil curant.

L. 3. c. 3. §. 2 Cic. Off. 2.

* * *

Quod memorabili latronum exemplo probat Aristoteles) Chrysostomus in caput IV. ad Ephesios: πῶς οὖν λῃσταὶ εἰρηνεύουσι, φησὶ πότε; εἰπέ μοι πάντως ὅταν οὐ λῃστρικῷ τρόπῳ χρήσωνται, ἂν γὰρ ἐν αὐτοῖς ὃς ἂν διανέμονται, μὴ τοὺς νόμους φυλάξωσι τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἑκάστῳ ἀπονείμωσι τὸ δίκαιον, εὑρήσεις ἂν κἀκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις. *At qui fit ergo, dicet aliquis, ut in pace vivant latrones. Quando vero? dic quæso. Nempe cum non ut latrones agunt, nam si in dividendis rebus præscripta justitiæ non servent, neque partitionem ex æquo faciant, videbis & ipsos inter se bellis ac*

præliis implicari. Plutarchus, cum Pyrrhi recitasset dictum, regnum se ei liberum suorum delinquere, cui acutissimus futurus esset gladius, dicit, hoc nihil aliud esse, quam quod in Phœnissis posuit Euripides:

Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.

Ut sanguinante dividant ferro domum.

additque acclamationem egregiam: οὕτως ἄμικτός ἐστι καὶ θηριώδης ἡ τῆς πλεονεξίας ὑπόθεσις. *Adeo insociabile ferinumque est propositum plus suo habendi.* Cicero epist. XI, 16. *omnia sunt incerta, cum a jure discessum est.* Polybius IV. καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥαδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῶλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήβδην διὰ τὰς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας. *Nam & privatæ coitiones facinorosorum ac furum hoc maximè modo everti solent, ubi inter se jus præstant, & in summa, ubi fides inter ipsos periit.*

†††

Latronum exemplo) Conferri potest notabilis historia Piratæ Compani ex Hollandiâ Septentrionali oriundi apud *Oldenburg. Thesaur. Rer. Publ. part. 3. in Excerpt. de Sept. Fœderat. Belg. Proviuc. §. 129. n. 7. pag. 777.*

Graviter eos accusat Aristoteles) Et Plutarchus Agesilao: Λακεδαίμονοι τὴν πρώτην τοῦ καλοῦ μερίδα τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι διδόντες, οὔτε μανθάνουσιν, οὔτε ἐπίστανται δίκαιον ἄλλο, πλὴν ᾧ τὴν Σπάρτην αὔξειν νομίζουσι: *Lacedæmonii primam honesti partem ponentes in patriæ suæ utilitate, jus aliud nec norunt, nec discunt, quam unde Spartam putent posse augeri.* de iisdem Lacedæmoniis Athenienses apud Thucydidem libro V. πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται. πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέροντα, μάλις ἂν διλώσειεν, ὅτι τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια. *Quod ipsos inter se & civilia jura attinet, plurimum virtute utuntur; Quales vero sint adversus alios, multa adferri possint eo pertinentia, breviter autem rem exposuerit, qui dixerit, eis honesta videri, quæ suavia sunt, justa quæ utilia.*

† *Proleg. §. 3.*

24. Is ipse, quem nominavimus modò in partem alteram † Pompejus, quod Spartanus quidam Rex dixerat, beatissimam esse Rempublicam, cujus fines hasta & gladio terminarentur, correxit, dicens, eam vere beatam esse, quæ justitiam pro finibus haberet: quam ad rem alterius itidem Spartani regis uti potuit auctoritate, * qui militari fortitudini justitiam antepofuit, hoc argumento, quod fortitudo justitia quadam regi

gi deberet: at si justi essent homines omnes, fortitudine illa non indigerent. Ipsam fortitudinem Stoici definiebant virtutem propugnantem pro æquitate. Themistius oratione ad Valentem facunde disserit, reges, quales exigit sapientiæ regula, non unius sibi creditæ gentis habere rationem, sed totius humani generis; & esse, ut ipse loquitur, non φιλομακέδονας tantum aut φιλορωμαίους,* sed φιλανθρώπους. * Minois invisum apud posteros nomen non aliud fecit, quam quod æquitatem imperii sui finibus terminaret.

***

Qui militari fortitudini justitiam antepositit) Agesilaus, cùm Persarum regem magnum audiret appellari, *quomodo*, inquit, *major me est: nisi sit justior?* Et hoc apud Plutarchum.

Sed Φιλανθρώπους) Optime M. Antonius: πόλις καὶ πατρὶς ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δ' ἀνθρώπῳ ὁ κόσμος. *civitas & patria mihi ut Antonino Roma, ut homini mundus.* Porphyrius de non esu animantium III. ὁ λέγω ἀγόμβρος καὶ πρὸς πολίτων τηρεῖ τὸ ἀβλαβὲς, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ξένους καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὁ τὴν ἀλογίαν ἔχων ὑπήφανον καὶ ὠμὸς πρὸς ἐκείνους λογικώτερος, διὰ τοῦτο δὴ καὶ θειότερος: *Qui ratione ducitur, innocentiam in cives servat, imo & in peregrinos & homines quosvis, quanto ratione præstans tanto divinior. vid. not. ad L. 1. c. 1. §. 3. num. 1.*

Minois) de quo versus est veteris poëtæ:

Καὶ νήσων δείμαισι βαρὺν ζυγὸν ἔμβαλε Μίνως.
Insula cuncta jugo Minois pressa gemebat.

vide hac de re Cyrillum adversus Julianum libro VI.

25. Tantum vero abest, ut admittendum sit, quod quidam fingunt, in bello omnia jura cessare, ut nec suscipi bellum debeat, nisi ad juris consecutionem, nec susceptum geri, nisi intra juris ac fidei modum. Bene Demosthenes, bellum esse in eos dixit, qui judiciis coërceri nequeunt. Judicia enim vigent adversus eos, qui invalidiores se sentiunt aut putant, bella sumuntur; sed nimirum, ut recta sint, non minori religione exercenda, quam judicia exerceri solent. *L. I. c. III. §. 2. n. 1.*

26. Sileant ergo leges inter arma, sed civiles illæ & judiciariæ & pacis propriæ, non aliæ perpetuæ & omnibus temporibus accommodatæ. Optime enim dictum est à Dione Prusæensi, inter hostes scripta quidem jura, id est civilia, non valere, at* valere non scripta, id est

ea

ea quæ natura dictat, aut gentium consensus constituit. Docet hoc vetus illa Romanorum formula: *eas res puro pioque duello quærendas censeo.* Iidem veteres Romani, ut Varro notabat, bella tarde & nulla licentia suscipiebant, quod bellum nullum, nisi pium, † putabant geri oportere. Camillus juste non minus, quam fortiter, bella gerenda dicebat: Africanus, Populum Romanum & suscipere juste bella & finire: Apud alium legas, *Sunt & belli sicut & pacis jura.* Alius Fabricium miratur ingentem virum, & quod difficillimum est, in bello innocentem, & qui aliquid esse crederet & in hostem nefas.

L. 3. c. 3. §. 7. n. 2.

† *L. 2. c. 1. §. 1. n. 1.*

***

Valere non scripta) Ideo Alfonsus rex interrogatus, plusne libris an armis deberet, dixit, ex libris se & arma & armorum jura didicisse. Plutarchus: εἰσὶ γὴ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ τὸ νικᾶν οὐχ ὅτῳ δικαίου, ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν καὶ ἀσεβῶν ἔργων ὠφελείας. *Sunt apud viros bonos quædam & belli jura, nec ita sectanda victoria est, ut non fugiatur utilitas ex pravis impiisque actionibus proveniens.*

27. Quantam vim habeat in bellis * justitiæ conscientia, passim ostendunt historiarum scriptores, qui victoriam sæpe huic causæ præcipue ascribunt: Inde proverbia illa, frangi & attolli vires in milite à causa: raro eum sospitem redire, qui injusta arma sumserit: bonæ causæ spem adesse comitem; & alia in eum sensum. Nec movere quenquam debent prosperi successus iniquarum molitionum. Satis enim est, quod causæ æquitas suam quandam eamque magnam habet vim ad agendum, quanquam ea vis, ut in rebus humanis accidit, sæpe aliarum causarum oppositu ab effectu impeditur. Etiam ad amicitias conciliandas, quibus, ut singuli, ita & populi ad multas res opus habent, multum valet opinio de bello non temere nec injuste suscepto, pieque gesto. Nemo enim iis se facile adjungit, quibus jus, fas, fidem vilia putat.

***

Justitiæ conscientia) Bene apud Appianum Pompejus: θαῤῥεῖν χρὴ τοῖς τε θεοῖς καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ ὡς πολέμου καλοῦ ἐς δικαίαν ἔχοντι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίδος πολιτείας. *confidere oportet diis & causæ belli honesto justoque suscepti studio ad tuendum patriæ statum.* Cassius apud eundem: μεγίστη δ' ἐλπὶς τοῖς πολέμοις ἡ τοῦ δικαίου. *In bellis spes optima est, causæ jus.* Josephus XV. Antiquæ historiæ: μεθ' ὧν τὸ δίκαιον, μετ' ἐκείνων ὁ Θεός. *Abs quo stat jus, ab eo Deus.* multa sunt apud Procopium in hanc sen-

ſententiam : ut in oratione Beliſarii in itinere in Africam, ubi hoc inter cætera : τὸ ἀνδρεῖον οὐκ ἂν νικώῃ μὴ μετὰ τοῦ δικαίου ταττόμενον. *Victoriam fortitudo datura non eſt, niſi juſtitiam habeat commilitem :* & in altera oratione ante prælium non longe à Carthagine : & in Longobardorum ſermone ad Herulos, ubi hæc, ſed correcta à nobis : μαρτυράμενοι τὸν θεὸν ὥπερ τὴν ῥοπῆς καὶ βραχεῖά τις τὸ παράπαν ἰκμὰς πάσῃ τῇ ἀνθρώπων δυνάμει ἀντίξους ἔσται, αὐτόν τε εἰκὸς ταῖς πολέμου αἰτίαις ἡγμένον, ἀμφοτέροις πρυτανεῦσαι τὴν μάχης τὸ πέρας. *Teſtamur Deum, cujus potentiæ vel minima particula omnem humanam vim æquiparat ; is, ut credibile eſt, belli cauſas intuens, dabit debitum utrisque prælii exitum.* quod dictum eventus mox admirabilis comprobat. Sic & apud eundem ſcriptorem ad Gothos Totilas : οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὴν ἀδικοῦντα καὶ βιαζόμενον ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν βίον ἑκάστου ἡ τοῦ πολέμου πρυτανεύεται τύχη. *Fieri nequit, nequit, inquam, fieri, ut qui violentia & injuſtitia utuntur, decus pugnando pariant, ſed prout vita cuique eſt, ita ei obtingit belli fortuna.* Mox capta jam Roma alteram habet orationem Totilas, pertinentem eodem. Agathias vero libro II. ἀδικία γὰρ καὶ θεοῦ ἀθεραπευσία φευκτὰ μὲν ἀεὶ ἀσύμφορα, μάλιστα δὲ ἐν τῷ προσπολεμεῖν καὶ παρατάττεσθαι. *Injuſtitia & Dei neglectus vitanda ſemper & noxia, tum vero maxime, ubi res belli in acie cernitur.* Probat id alibi Darii, Xerxis, & Athenienſium in Sicilia illuſtribus exemplis. Vide ſi libet & Criſpini orationem ad Aquilejenſes apud Herodianum IIX. Apud Thucydidem libro VII. Lacedæmonii clades ad Pylum & alibi acceptas ſuæ culpæ acceptas ferunt, quod judicium provocati accipere recuſaſſent. Sed cùm poſtea Athenienſes multis editis improbis facinoribus judicium defugiſſent, ſpes inde meliorum ſucceſſuum ad Lacedæmonios rediit.

28. Ego cum ob eas, quas jam dixi, rationes compertiſſimum haberem, eſſe aliquod inter populos jus commune, quod & ad bella & in bellis valeret, cur de eo inſtituerem ſcriptionem, cauſas habui multas ac graves. Videbam per Chriſtianum orbem vel barbaris gentibus pudendam bellandi licentiam : levibus aut nullis de cauſis ad arma procurri, quibus ſemel ſumtis nullam jam divini, nullam humani juris reverentiam, plane quaſi uno edicto ad omnia ſcelera emiſſo furore.

29. Cujus immanitatis conſpectu multi homines minime mali eo venerunt, ut Chriſtiano, cujus diſciplina in omnibus hominibus diligen-

dis

† *Molin. de J. & J. Tom. 1. Tr. 2. D. 99. n. 3*

dis præcipue consistit, * omnia arma interdicerent : ad quos accedere interdum videntur & Joannes Ferus & Erasmus nostras, † viri pacis & Ecclesiasticæ & civilis amantissimi, sed eo, ut arbitror, consilio, quo solemus, quæ in unam partem exierunt, in alteram reflectere, ut in verum modum redeant. Verum hic ipse nimium contradicendi conatus sæpe adeo non proficit, ut obsit etiam, quia deprehensum facile, quod in his nimium est, etiam aliis dictis intra verum stantibus auctoritatem detrahit. Medicina ergo utrisque adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere.

* * *

Omnia arma interdicerent) Tertullianus de Resurrectione carnis: *Gladius bene de bello cruentus & melior homicida.*

30. Simul & jurisprudentiam, quam antehac in muneribus publicis, quanta potui integritate, exercui, nunc quod mihi indigne è patria tot meis laboribus ornata ejecto restabat, privatæ diligentiæ studio adjuvare volui. Artis formam ei imponere multi antehac destinarunt: perfecit nemo : neque vero fieri potest, nisi, quod non satis curatum est hactenus, ea, quæ ex constituto veniunt, à naturalibus recte separentur, nam naturalia, cum semper eadem sint, facile possunt in artem colligi: illa autem, quæ ex constituto veniunt, cum & mutentur sæpe, & alibi alia sint, extra artem posita sunt, ut aliæ rerum singularium perceptiones.

31. Quod si qui veræ justitiæ sacerdotes naturalis & perpetuæ jurisprudentiæ partes tractandas susciperent, semotis iis, quæ ex voluntate libera ortum habent, alius quidem de legibus, alius de tributis, alius de judicum officio, alius de voluntatum conjectura, alius de factorum facienda fide, posset deinde ex omnibus partibus collectis corpus confici.

32. Nos certe, quam viam ineundam censeremus, reipsa potius, quam verbis ostendimus in hoc opere, quod partem jurisprudentiæ longe nobilissimam continet.

33. Primo enim libro præfati de juris origine generalem examinavimus quæstionem, sitne bellum aliquod justum : deinde ad noscenda publici privatique belli discrimina explicandam habuimus vim ipsam summi imperii, qui eam populi, qui reges solidam, qui ex parte, qui cum alienandi jure, qui aliter habeant : deinde & de subditorum in superiores officio dicendum fuit.

34. Liber ſecundus, cum omnes cauſas ex quibus bellum oriri poteſt, exponendas ſumſerit, quæ res communes ſint, quæ propriæ, quod jus perſonis in perſonas, quæ ex dominio naſcatur obligatio † quæ ſucceſſionum regiarum norma, quod jus veniat ex pacto aut contractu, quæ fœderum, quæ jurisiurandi tum privati tum publici vis atque interpretatio, quid ex damno dato debeatur, quæ legatorum ſanctimonia, quale jus humandi mortuos, quæ pœnarum natura, late exſequitur. † *L. 2. c. 10.*

35. Tertius liber primum ſubiectam ſibi habens materiam id, quod in bello licet, cum id, quod impune fit, aut etiam apud populos exteros pro jure defenditur, ab eo, quod vitio caret, diſtinxiſſet, deſcendit ad pacis genera & omnes bellicas conventiones.

36. Eo autem maius viſum eſt pretium operæ, quod, ut dixi, totum hoc argumentum tractavit nemo, & qui tractarunt partes, ita tractarunt ut multum reliquerint alienæ induſtriæ. Veterum Philoſophorum nihil exſtat huius generis, neque Græcorum, quos inter Ariſtoteles librum fecerat, cui nomen δικαιώματα πολέμων, neque eorum, qui Chriſtianismo recenti nomen dederunt, quod valde optandum fuerat: etiam Romanorum veterum libri de iure feciali nihil ad nos ſui, præter nomen transmiſerunt. Hi qui ſummas fecerunt caſuum, quos vocant, conſcientiæ, ut de aliis rebus, ita & de bello, de promiſſis, de iuramento, de repreſſaliis capita fecerunt.

37. Vidi & ſpeciales libros de belli iure partim à Theologis ſcriptos, ut à Francisco Victoria, Henrico Gorichemo, * Wilhelmo Matthæi; partim à doctoribus iuris, ut Joanne Lupo, Franciſco Ario, Joanne de Lignano, Martino Landenſi: ſed hi omnes de uberrimo argumento pauciſſima dixerunt, & ita plerique, ut ſine ordine quæ naturalis ſunt iuris, quæ divini, quæ gentium, quæ civilis, quæ ex canonibus veniunt, permiſcerent atque confunderent.

* * *

Wilhelmo Matthæi) Adde his Johannem de Carthagena editum Romæ anno cIↃ IↃ CIX. & plures ex Tract. Tractatuum Juris Tom. XVI.

38. Quod his omnibus maxime defuit, hiſtoriarum lucem, ſupplere aggreſſi ſunt eruditiſſimus † Faber in Semeſtrium capitibus nonnullis, ſed pro inſtituti ſui modo & teſtimoniis tantum allatis, diffuſus; & ut ad definitiones aliquas exemplorum congeriem referrent, Balthazar Ayla & plus eo Albericus Gentilis: cuius diligentia, ſicut alios adiuvari poſſe ſcio, & me adiutum profiteor; ita quid in docendi genere, quid in ordine, † *L. 2. c. 16. §. 1. n. 1.*

)()()(quid

quid in distinguendis quæstionibus, jurisque diversi generibus desiderari in eo possit, lectoribus judicium relinquo. Illud tantum dicam, solere eum sæpe in controversiis definiendis sequi aut exempla pauca non semper probanda, aut etiam auctoritatem novorum Jurisconsultorum in Responsis, quorum non pauca ad gratiam consulentium, non ad æqui bonique naturam, sunt composita. Causas, unde bellum justum aut injustum dicitur, Ayala non attigit; Gentilis summa quædam genera, quo ipsi visum est modo, delineavit; multos vero & nobilium & frequentium controversiarum locos ne attigit quidem.

39. Nos, ne quid tale indictum abiret, operam dedimus, indicatis etiam dijudicationum fontibus, unde facile esset, etiam si quid omissum à nobis esset, definire. Superest, ut quibus ego auxiliis & qua cura hanc rem aggressus sim, breviter exponam. Primum mihi cura hæc fuit, ut eorum, quæ ad jus naturæ pertinent, probationes † referrem ad notiones quasdam tam certas, ut eas nemo negare possit, nisi sibi vim inferat. Principia enim ejus juris, si modo animum recte advertas, per se patent atque evidentia sunt, ferme ad modum eorum, quæ sensibus externis †† percipimus; qui & ipsi bene conformatis sentiendi instrumentis, & si cætera necessaria adsint, non fallunt. Ideo in Phœnissis Euripides sic loquentem facit Polynicen, cujus aperte justam vult fuisse causam:

Hæc sum profatus, mater, haud ambagibus
Implicita; sed qui regulis æqui & boni
*Suffulta * rudibus pariter & doctis patent.*

Statimque addit chori (constat is autem ex fœminis iisque barbaris) judicium, dicta approbantis.

***

Rudibus pariter & doctis patent) Idem Euripides Antromacham Hermione dicenti:

οὐ βαρβάρων νόμοισιν οἰκοῦμεν πόλιν.
Non barbarorum more in urbe hac vivitur.

respondentem facit:

Κἀκεῖ τάγ' αἰφρὰ, κἀνθάδ' αἰσχύνη ἔχει.
Quæ turpia illis, hic quoq; haut culpa vacant.

40. Usus sum etiam ad juris hujus probationem * testimoniis Philosophorum, Historicorum, Poëtarum, postremo & Oratorum: non quod illis indiscrete credendum sit; solent enim sectæ, argumento, causæ servire: sed quod, ubi multi diversis temporibus ac locis idem pro certo affirmant, id ad causam universalem referri debeat: quæ in nostris quæstionibus alia esse non

† *L. I. c. I. § XII. n. 1.*

†† *Proleg. §. 7. L. I. c. I. §. XI. n. 1. & not. ad n. 2. c. V. §. 2. n. 2.*

non potest, quam aut recta illatio ex naturæ principiis procedens, aut communis aliquis † consensus, illa jus naturæ indicat, hic jus gentium; quorum discrimen non quidem ex ipsis testimoniis, (passim enim scriptores voces juris naturæ & gentium permiscent) sed ex materiæ qualitate intelligendum est. Quod enim ex certis principiis certa argumentatione deduci non potest, & tamen ubique observatum apparet, sequitur, ut ex voluntate libera ortum habeat. † L. 3. c. 4. §. 15. n. 1.

***

Testimoniis Philosophorum) Quid ni, cùm Alexander Severus Ciceronis de republica & Officiis libros perpetuo lectitarit.

41. Itaque hæc duo non minus inter se, quam à jure civili discernere semper unice laboravi: imo & in gentium jure discrevi id, quod vere & ex omni parte jus est; & id, quod duntaxat effectum quendam externum ad instar illius primitivi juris parit; nempe ne vi resistere liceat, aut etiam, ut ubique vi publica, utilitatis alicujus causa, vel ut incommoda gravia vitentur, defendi debeat: quæ observatio quam sit necessaria ad res multas, in ipso operis contextu apparebit. Non minus sollicite separavimus ea, quæ † juris sunt stricte ac proprie dicti; unde restitutionis obligatio oritur, & ea quæ juris esse dicuntur, quia aliter agere cum alio aliquo rectæ rationis dictato pugnat: de qua juris diversitate aliquid jam & supra diximus. † Proleg. §. 10.

42. Inter Philosophos merito principem obtinet locum Aristoteles, sive tractandi ordinem, sive distinguendi acumen, sive rationum pondera consideres. Utinam tantum principatus ille ab aliquot hinc sæculis non in tyrannidem abiisset, ita ut veritas, cui Aristoteles fidelem navavit operam, nulla jam re magis opprimatur, quam Aristotelis nomine. Ego & hic alibi veterum Christianorum sequor libertatem, qui in nullius Philosophorum sectam juraverant, non quod eis assentirentur, qui nihil percipi posse dicebant, quo nihil est stultius; sed quod nullam esse sectam putarent, quæ omne verum vidisset, & nullam, quæ non aliquid ex vero. Itaque* veritatem sparsam per singulos, per sectasque diffusam in corpus colligere, id vero existimabant nihil esse aliud, quam vere Christianam tradere disciplinam.

***

Veritatem sparsam per singulos) Verba sunt Lactantii Institutionum VI. cap. 9. Justinus Apologetico priore: οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐστι πάντῃ ὅμοια. ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν τε καὶ ποιητικῶν καὶ συγγραφέων. ἕκαστος γὰρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο. *Non quod plane*

aliena ſint Platonis dogmata à Chriſti dogmatibus, ſed quod nec plane conveniant, ut nec aliorum dogmata, puta Stoicorum, poëtarum, & hiſtoriæ ſcriptorum. Eorum enim quisque ab inſita ratione id, quod ei conſentaneum eſt, ex parte videns eatenus recte dixit. Tertulliano, Seneca ſæpe noſter, ſed, ut idem nos monet; nulli hominum univerſitas ſpiritualium documentorum competebat, niſi in Chriſtum. Auguſtinus epiſtola CCII. *Mores illi quos Cicero philoſophique alii commendant, in eccleſiis toto orbe creſcentibus docentur atque diſcuntur.* Vide ſi vacat hac ſuper re eundem Auguſtinum de Platonicis, quos paucis mutatis ait Chriſtianos eſſe epiſtola LVI. & de vera religione capite III. & confeſſionum libro VII, c. 9. & libro IIX, c. 2.

43. Inter cætera, ut hoc obiter à noſtro inſtituto non alienum dicam, non ſine cauſa videntur mihi ab Ariſtotele diſcedere & Platonici nonnulli, * & Chriſtiani veteres, in eo, quod ille naturam ipſam virtutis in mediocritate affectuum actionumque poſuerit: (*a*) quod ſemel poſitum eo ipſum abduxit, ut & virtutes diverſas, puta liberalitatem & parſimoniam, (*b*) in unam compingeret, & veritati daret oppoſita minime ex æquo reſpondentia, jactantiam & diſſimulationem; (*c*) & quibusdam rebus vitii nomen imponeret, quæ aut non exiſtunt, aut vitia per ſe non ſunt, ut contemtum voluptatis & honorum, & iræ adverſus homines vacuitatem.†

(*a*) 2. Eth. 5.
(*b*) 4. Eth. 1. & 2.
(*c*) 4. Eth. 7
† L. I. c. V. §. 2. n. 1.

* * *

Et Chriſtiani veteres) Late hoc perſequitur Lactantius libro VI. Inſtitutionum, capitibus XV. XVI. XVII. Caſſiodorus: *non affectibus moveri, ſed ſecundum eos moveri utile vel noxium*

44. Non recte autem univerſaliter poſitum hoc fundamentum vel ex iuſtitia apparet, cui oppoſitum nimium & parum; cum in affectibus & ſequentibus eos actionibus invenire non poſſet, in rebus ipſis, circa quas juſtitia verſatur, utrumque quæſivit: quod ipſum primum eſt deſilire de genere in genus alterum, quod in aliis merito culpat: deinde minus ſuo accipere, poteſt quidem adventitium habere vitium, ex eo, quod quis pro rerum circumſtantiis ſibi ac ſuis debeat; at certe cum juſtitia pugnare non poteſt, quæ tota in alieni abſtinentia poſita eſt. Cui hallucinationi ſimilis illa eſt, quod adulterium ex libidine, cædem ex ira proprie ad injuſtitiam † pertinere non vult; cum tamen injuſtitia non aliam naturam habeat, quam alieni uſurpationem; nec referat, ex avaritia illa, an ex libidine, an ex ira, an ex imprudente miſericordia proveniat, an ex cupiditate excellendi, unde maximæ injuriæ naſci ſolent. Nam qualiacunque incitamenta contemnere hac tantum de cauſa, ne ſocietas humana violetur, hoc vero juſtitiæ proprium eſt.

† L. 2. c. 20. §. 30. n. 3. L. 3. c. 20. §. 40.

Adul-

†††

Adulterium ex libidine) Quem adulterii prætextum habuerit Augustus Cæsar, *vid. ap. Sueton. in Ejus vid. cap. 69.* & Messinensis quidam ex Siciliâ *ap. Henel. in Otio Uratislav. cap. 41. pag. 344.*

45. Ut redeam, unde veneram, verum quidem est, virtutibus nonnullis accidere, ut affectus moderentur, sed hoc non ideo, quod id sit virtuti omni proprium atque perpetuum, sed quia recta ratio, quam virtus ubique sequitur, * in quibusdam modum sequendũ dictat, in quibusdam ad summa incitat: nam Deum nimium colere non possumus: superstitio enim non eo peccat, quod Deum nimium colat, sed quod perverse; neque æterna bona nimium possumus appetere, neque æterna mala nimium formidare: neque peccata nimium odisse. Vere igitur à Gellio dictum, esse quædam quorum amplitudines nullis finibus cohibeantur, & quæ quanto, majora auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sint. Lactantius, cum multum de affectibus disseruisset. *Non in his moderandis,* inquit, *sapientiæ ratio versatur, sed in causis eorum; quoniam extrinsecus commoventur: nec ipsis potissimum frenos imponi oportuit, quoniam & exigui possunt in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine.* Nobis propositum est Aristotelem magni facere, sed cum ea libertate, quam ipse sibi in suos magistros veri studio indulsit.

***

In quibusdam modum sequendum dictat, in quibusdam ad summa incitat) Agathias libro V. in oratione Belisarii, τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς κινημάτων, τὰ μὲν ὅσα πεφύκασι καθαρὸν ἔχειν καὶ ἀκραιφνὲς τὸ αἱρετὸν καὶ καθῆκον, τούτων ἐντελῶς καὶ ὀὴ ἀνθεκτέον. οἷς δὲ μέτεστι καὶ τῆς πρὸς τἀναντία τροπῆς καὶ ἐκνεύσεως, τούτοις οὐ διὰ πάντων χρηστέον ἀλλ' ἐς ὅσον ἔχουσι τὸ συμφέρον. τὸ μὲν οὖν φρονοῦν ἀμιγὲς ἀγαθὸν καὶ ἀνόθευτον ἅπαντες εἶναι φήσαισθε ἄν. τῆς δὲ ὀργῆς τὸ μὲν δραστήριον εὐκλιὲς, τὸ δὲ ὑπέρμετρον φευκτὸν καὶ ἀσύμφορον. *Ex animi motibus illi omnino simpliciterq; arripiendi, in quibus id, quod officio convenit eligiq; dignum est, purum reperitur atq; sincerum. At quibus accidit, ut & in malum vergant atq; declinent, his non omnimode utendum, sed quatenus conducunt. Prudentia, bonum est merum & incorruptum, quod nemo negaverit. In ira id, quod actuosum, laudabile; quod modum excedit, vitandum ac damnum adferens.*

46. Historiæ duplicem habent usum, qui nostri sit argumenti: nam & exempla suppeditant & judicia. Exempla †† quo meliorum sunt temporum ac populorum, eo plus habent auctoritatis: ideo Græca & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec spernenda judicia, præsertim consentientia:

†† *Confer. L. 1. c. 3. §. 5. n. 6.*

† *Proleg. §. 40.* tia: jus enim naturæ, ut diximus, † aliquo modo inde probatur: jus vero gentium non eſt, ut aliter probetur.

47. Poëtarum & Oratorum ſententiæ non tantum habent pondus: & nos ſæpe iis utimur, non tam ut inde adſtruamus fidem, quam ut his, quæ dicere voluimus, ab ipſorum dictis aliquid ornamenti accedat.

48. Librorum, quos à Deo afflati homines aut ſcripſerunt aut probarunt, auctoritate ſæpe utor, cum diſcrimine antiquæ & novæ legis. Antiquam legem ſunt qui urgent pro ipſo jure naturæ: haud dubie mendoſe, multa enim ejus veniunt ex Dei voluntate libera, quæ tamen cum vero jure naturæ nunquam pugnant: (*a*) & eatenus argumentum inde recte ducitur, dummodo diſtinguamus accurate jus Dei, quod Deus per homines interdum exſequitur, (*b*) & jus hominum inter ſe. Vitavimus ergo, quantum potuimus, & hunc errorem, & alterum ei contrarium, qui poſt novi fœderis tempora nullum antiqui fœderis uſum eſſe putat. Nos contra cenſemus, tum ob ib, quod jam diximus, tum quia novi fœderis ea eſt natura, ut quæ ad virtutes morum pertinentia præcipiuntur in veteri fœdere, eadem & ipſum aut majora præcipiat: & hunc in modum uſos teſtimoniis antiqui fœderis videmus antiquos Chriſtianorum ſcriptores.

(*a*) *L. I. c. I. §. XV.* (*b*) *L. I. c. II. §. 2. n. 1.* (*c*) *L. I. c. I. §. fin. n. 4. c. II. §. VI. n. 5. c. IV. §. IV. n. 1. L. II. c. V. §. IX. n. 2. c. XII. §. XX. n. 3. L. 3. c. 12. §. 4. n. 4.*

49. Ad percipiendam autem librorum ad antiqvum fœdus pertinentium ſententiam, non parum conferre nobis poſſunt * Hebræi ſcriptores, ii maxime qui & ſermones, & mores patrios habuerunt percognita.

* * *

* *Hebræi ſcriptores*) ita ſenſit Caſſianus inſtitutione divinarum Scripturarum.

50. Novo fœdere in hoc utor, ut doceam, quod non aliunde diſci poteſt, quid Chriſtianis liceat: quod ipſum tamen, contra quam plerique faciunt, à jure naturæ diſtinxi: pro certo habens, in illa ſanctiſſima lege majorem nobis ſanctimoniam præcipi, quam ſolùm per ſe jus naturæ exigat. Neque tamen omiſi notare, ſi qua ſunt, quæ nobis commendantur magis, quam præcipiuntur, ut à præceptis declinare ſciamus nefas & pœnæ obnoxium, ad ſumma quæque contendere generoſi eſſe conſilii, & ſuâ non carituri mercede.

51. Synodici canones qui recti ſunt, collectiones ſunt ex generalibus legis divinæ pronunciatis, ad ea, quæ occurrunt, aptatæ. hi quoque aut monſtrant quod divina lex præcipit, aut ad id, quod Deus ſuadet, hortantur. Et hoc veræ Eccleſiæ Chriſtianæ eſt officium, ea, quæ ſibi à Deo tradita ſunt, tradere, & eo, quo tradita ſunt, modo. Sed & mores apud Chriſtianos illos veteres, & qui tanti nominis menſuram implebant, recepti, aut

aut laudati, merito pro canonibus valent. Secunda post hos auctoritas est eorum, qui suis quique temporibus pietatis & doctrinæ fama inter Christianos floruerunt, neque gravis cujusquam erroris notati sunt, nam & hi quæ dicunt, magna cum asseveratione, & quasi comperta, momentum non exiguum habere debent, ad interpretanda, quæ obscura videntur, in sacris literis, eoque majus, quo & plurium apparet consensus, & propius acceditur ad primæ puritatis tempora, cum nec dominatus adhuc nec coitio ulla primitivam veritatem adulterare potuit.

52. Qui his successerunt Scholastici, quantum ingenio valeant, sæpe ostendunt: sed in infelicia & artium bonarum ignara sæcula inciderunt: quominus mirum, si inter multa laudanda, aliqua & condonanda sunt. Tamen ubi in re morum consentiunt, vix est, ut errent: quippe perspicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi possunt: in quo ipso tamen diversa tuendi studio laudabile præbent modestiæ exemplum, rationibus inter se certantes, non, qui mos nuper adeo literas inquinare cœpit, convitiis, turpi fœtu impotentis animi.

53. Juris Romani scientiam profitentium tria sunt genera. Primum eorum est, quorum opera in Pandectis, Codicibus Theodosiano & Justinianeo, & in Novellis constitutionibus apparent. Secundum eos habet, qui Irnerio successerunt, Accursium, Bartolum, & tot alia nomina, quos penes diu fori regnum fuit. Tertium eos complectitur, qui humaniores literas cum Legum studio conjunxerunt. Primis multum defero: nam & rationes sæpe optimas suppeditant, ad demonstrandum id, quod juris est naturæ: & eidem juri, neque minus gentium juri, testimonium sæpe præbent, sic tamen, ut ipsi non minus, quam alii, nomina hæc sæpe misceant, imo & jus gentium sæpe vocent id, quod quorundam † duntaxat populorum est, nec tanquam ex condicto, sed quod alii aliorum imitatione, aut fortuitò receperunt. Sed &, quæ vere juris sunt gentium, sæpe tractant promiscue & indiscrete cum his, quæ juris sunt Romani, ut ex titulo de Captivis & postliminio apparet. Hæc ergo, ut discernerentur, laboravimus.

† *L. II. c. III. §. 5. c. IIX. §. 1. n. 2. L. III. c. 1. §. 8. n. 2.*

54. Secunda classis juris divini & historiæ veteris incuriosa, omnes Regum Populorumque controversias definire voluit ex legibus Romanis, assumtis interdum canonibus. Sed his quoque temporum suorum infelicitas impedimento sæpe fuit, quo minus recte leges illas intelligerent, satis solertes alioqui, ad indagandam æqui bonique naturam: quo factum, ut sæpe optimi sint condendi juris auctores, etiam tunc, cum conditi juris mali sunt interpretes. Audiendi vero tum maxime, cum tali consuetudini, quæ nostrorum temporum jus gentium facit, testimonium perhibent.

55. Ter-

55. Tertii ordinis magiſtri, qui Romani juris finibus ſe includunt, & in jus illud commune aut nunquam, aut non niſi leviter, exſpaciantur; vix ullum habent uſum, qui noſtri ſit argumenti: Scholaſticam ſubtilitatem cum legum & canonum cognitione conjunxerunt, ita ut à controverſiis etiam Populorum ac Regum non abſtinerent, Hiſpani duo Covarruvias & Vaſquius: hic magna libertate, modeſtius alter, nec ſine exacto quodam judicio. Hiſtorias magis eidem legum ſtudio inſerere aggreſſi ſunt Galli: quos inter magnum obtinent nomen Bodinus & Hottomanus, ille perpetuo opere, hic ſparſis quæſtionibus, quorum & pronunciata & rationes ſæpe nobis inquirendi veri ſuppeditabunt materiam.

56. In toto opere tria maxime mihi propoſui, ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes, & ut, quæ erant tractanda, ordine certo diſponerem, & ut, quæ eadem inter ſe videri poterant, nec erant, perſpicue diſtinguerem.

57. Temperavi me ab his, quæ alterius ſunt tractationis, ut quæ docent, quid ex uſu ſit facere: quia iſta ſuam habent artem ſpecialem Politicam, quam recte † ita ſolam tractat Ariſtoteles, ut alieni nihil admiſceat, contra quam fecit Bodinus, apud quem hæc ars cum juris noſtri arte confunditur. Nonnullis tamen locis ejus, quod utile eſt, feci mentionem, ſed obiter, & ut ipſum à juſti quæſtione apertius diſtinguerem.

† *L. II. c. IX. §. 8. n. 2*

58. Injuriam mihi faciet, ſi quis me ad ullas noſtriſeculi controverſias, aut natas, aut quæ naſcituræ prævideri poſſunt, reſpexiſſe arbitratur. Vere enim profiteor, ſicut Mathematici figuras à corporibus ſemotas † conſiderant, ita me in jure tractando ab omni ſingulari facto abduxiſſe animum.

† *L. II. c. XXIII. §. 1.*

59. Dicendi genus quod attinet, nolui, ad rerum tractandarum multitudinem adjungendo verborum copiam, faſtidium parere Lectori, cujus utilitatibus conſulebam. Itaque ſecutus ſum, quantum potui, conciſum & docenti conveniens loquendi genus: ut, tanquam in uno conſpectu, habeant, qui negotia publica tractant, &, quæ incidere ſolent, controverſiarum genera, & principia, unde dijudicari poſſunt: quibus cognitis, facile erit, ad rem ſubjectam accommodare orationem, &, quantum lubet, extendere.

60. Scriptorum veterum ipſa verba adduxi interdum, ubi talia erant, ut aut cum auctoritate, aut cum venuſtate ſingulari dicta viderentur: quod & in Græcis feci nonnunquam, ſed maxime, ubi aut brevis erat ſententia, aut cujus gratiam ſperare non audebam Latino ſermone me poſſe aſſequi: quem tamen ubique adjunxi, in eorum commodum, qui Græca non didicerunt.

61. Quam vero in aliorum ſententiis ac ſcriptis dijudicandis mihi ſumſi libertatem, eandem ſibi in me ſumant, omnes eos oro atque obteſtor, quorum in manus iſta venient. Non illi promtius me monebunt errantem, quam ego monentes ſequar. Et jam nunc adeò, ſi quid hic pietati, ſi quid bonis moribus, ſi quid ſacris literis, ſi quid Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſui, ſi quid ulli veritati diſſentaneum à me dictum eſt, id nec dictum eſto.

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER PRIMUS.
CAPUT I.
Qvid Bellum, qvid Jus.

I. Ordo operis.
II. Belli definitio & origo nominis.
III. Jus pro attributo actionis describitur, & dividitur in rectorium & æquatorium.
IV. Jus prō qvalitate dividitur in facultatem & aptitudinem.
V. Facultatis sive juris strictè dicti divisio in potestatem, dominium, creditum.
VI. Facultatis alia divisio: in vulgarem & eminentem.
VII. Aptitudo qvid?
IIX. De justitia expletrice & attributrice: easqve proprie non distingvi per proportionem Geometricam, & Arithmeticam, nec qvod hæc circa res communes, illa circa res singulorum versetur.
IX. Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.
X. Juris naturalis definitio, divisio & distinctio ab his, qvæ non propriè sic dicuntur.
XI. Instinctum cum aliis animantibus communem aut proprium hominibus, non facere aliam juris speciem.
XII. Qvomodo probetur jus naturale.
XIII. Juris voluntarii divisio in humanum & divinum.
XIV. Jus humanum dividitur in civile, civili arctius, & civili latius, qvod est jus Gentium: ejus explicatio, & qvomodo probetur.
XV. Jus divinum dividitur in universale & unius populi proprium.
XVI. Jure Hebræorum nunqvam obligatos fuisse alienigenas.
XVII. Qvæ argumenta Christiani petere possint ex lege Hebræa, & qvomodo.

I.

CONTROVERSIÆ eorum, qvos nulla juris civilis tenet communio, qvales sunt, & qvi in gentem nondum coierunt, & qvi inter se diversarū sunt gentium, tum privati, tum reges ipsi, qviq; par regibus jus obtinent, sive illi optimates sunt, sive populi liberi, aut ad belli, aut ad pacis tempora pertinent. Sed qvia bellum pacis causa suscipitur, L. II. c. XXII. §. II. L. III. c. XV. §. II. & nulla est controversia, unde non bellum oriri possit, occasione bellici juris qvæcunq; tales incidere solent controversiæ rectè tractabuntur: ipsum deinde nos bellum ad pacem, ut finem suum, deducet. L. III. c. XV. §. VI.

II. 1. De Belli ergo jure acturi, videndum habemus, qvid bellum sit, de qvo qværitur, qvid jus, qvod qværitur. Cicero dixit bellum certationem per vim. Sed usus obtinuit, ut * non actio, sed status eo nomine indicetur, ita ut sit Bellum status L. III. c. XXI. §. 1. n. 1. per vim certantium, qva tales sunt: qvæ generalitas omnia illa bellorum genera comprehendit, de qvibus agendum deinceps erit: neqve enim privatum hic excludo, ut qvod reipsa prius sit publico, & haud dubie cum publico communem habeat naturam, qvæ propterea eoqve proprio nomine signanda est.

Non actio sed status) Philo II. de legibus specialibus: ὥσπερ γὰρ οἶμαι πολεμίους οὐ μόνον τοὺς ἤδη ναυμαχοῦντας ἢ πεζομαχοῦντας νομιστέον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερον παρεσκευασμένους καὶ τὰς ἑλεπόλεις ἐφιστάντας τοῖς λιμέσι καὶ τείχεσι, κἂν μὴ συμπλέκονται, κρίνομεν. *Hostes non soli existimantur, qvi jam navali aut terrestri prælio certant, sed pro talibus habendi & qvi machinas admovent portubus aut mœnibus, etiamsi nondum pugnam incipiunt.* Servius ad illud primæ Æneidos:

Nec bello major & armis.

Bellum & consilium habet: arma tantum in actu ipso sunt. Idem ad VIII. *Bellum est tempus omne, qvo vel præparatur aliqvid pugnæ necessarium, vel qvo pugna geritur. Prælium autem dicitur, conflictus ipse bellorum.*

2. Neqve hujus nominis origo repugnat; est enim bellum ex voce veteri duellum, ut duonus qvod fuerat, factum est bonus, & duis bis. Duellum autem à duobus dictum simili sensu, qvo pacem unitatem dicimus. Sic Græcis ex multitudinis significatione πόλεμος: veteribus etiam λύη à dissolutione, qvomodo & corporis dissolutio δύη.

3. Neqve usus vocis laxiorem hanc notionem repudiat. Qvod si qvando belli nomen publico tantum tribuitur, nihil id nobis obstat, cum certissimum sit, nomen generis sæpe speciei præsertim excellentiori peculiariter adhærescere. Justitiam in definitione non includo, qvia hoc ipsum in hac disputatione qværimus, sitne aliqvod bellum justum, & qvod bellum justum sit. Distingvi autem debet, id qvod qværitur, ab eo de qvo qværitur.

III. 1. De jure belli cum inscribimus hanc tractationem, primum hoc ipsum intelligimus, qvod dictum jam est, sitne bellum aliqvod justum, & deinde, qvid in bello justum sit? Nam jus hic nihil aliud, qvam qvod justum est, significat, idqve negante magis sensu, qvam ajente, ut jus sit, qvod injustum non est. Est a. injustum, qvod naturæ societatis ratione utentium repugnat. Sic alteri detrahere sui commodi causa, contra naturam esse dicit Cicero, atqve ita probat, qvia si id fiat, societas hominum & communitas evertatur necesse sit. Hominem homini insidiari nefas esse, evincit Florentinus, qvia cognationem qvandam inter nos constituerit natura. Seneca: *ut omnia inter se membra consentiunt, qvia singula servari totius interest; ita homines singulis parcent,*

L. I. c. II. §. 1. n. 3.
De Officiis II. 1.
L. ut vim. 3. D. de Just. & Jur. De Ira, l. 1. II. c. 32.

cent, qvia ad cœtum geniti ſumus. * *Salva enim eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt.*

Salva enim eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt) Seneca idem Epiſtola XLIIX. *Hæc ſocietas diligenter & ſanctè colenda eſt, qvæ nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliqvod eſſe commune jus generis humani.* Videri poteſt hac de re Chryſoſtomus 1. Cor. XI. 1. item not. ad Prolegom. §. 24.

2. Sicut autem ſocietas * alia eſt ſine inæqvalitate, ut inter fratres, cives, amicos, fœderatos : alia inæqvalis, καθ' ὑπεροχήν Ariſtoteli, ut inter patrem & liberos, dominum & ſervum, regem & ſubditos, * Deum & homines : ita juſtum aliud eſt ex æqvo inter ſe viventium, aliud ejus, qvi regit & qvi regitur, qva tales ſunt : qvorum hoc jus Rectorium, illud Æqvatorium rectè, ni fallor, vocabimus.

Alia eſt ſine inæqvalitate) Ut in Grammaticis alia conſtructio convenientiæ, alia regiminis.

Deum & homines) De hac ſocietate vide Philonem in ἀνεπιφθ. Νῶε. Habet & Plutarchus qvædam in Numa.

IV. Ab hac juris ſignificatione diverſa eſt altera, ſed ab hac ipſa veniens, qvæ ad perſonam refertur : qvo ſenſu jus eſt, Qvalitas moralis perſonæ competens ad aliqvid juſtè habendum vel agendum. Perſonæ competit hoc jus, etiamſi rem interdum ſeqvatur, ut ſervitutes prædiorum, qvæ jura realia dicuntur, comparatione facta ad alia mere perſonalia: non qvia non ipſa qvoqve perſonæ competant, ſed qvia non alii competunt, qvam qvi rem certam habeat. Qvalitas autem moralis perfecta, vid. L. II. c. V. §. X. n. I. c. XII. §. XV. n. 2. facultas nobis dicitur ; minus perfecta, aptitudo: L. II. c. XVII. §. II. n. 2. qvibus reſpondent in naturalibus, illi qvidem actus, huic autem potentia.

V. Facultatem Juriſconſulti nomine ſui appellant, nos poſthac jus proprie aut ſtrictè dictum appellabimus: ſub qvo continentur poteſtas, tum in ſe, * qvæ libertas dicitur, tum in alios; ut patria, dominica: * Dominium, plenum ſive minus pleno ; ut uſusfructus, jus pignoris : & creditum, cui ex adverſo reſpondet debitum. (Romani Juriſconſulti.

Qvæ libertas dicitur) qvam propterea facultatis nomine optimè definiunt *Dominium*) *Jus pro Dominio.* Scholiaſtes ad Horatium.

†††

Vſusfructus) Videtur hoc eſſe contra communem Dd. opinionem, qvum uſufructuarius nudum habeat uſumfructum, & qvidem perſonæ cohærentem, nec qvicqvam de proprietate participet, ſed imminutam retineat Dominus proprietatem, *l. 25. ff. de V. S. Dn. Struv. Syntagm. J. Feud. cap. 2. aph. 3. n. 3.* Niſi forte an cum *Bartol. in l. 58. de Verb Oblig.* uſumfructum, hoc eſt, jus in re uſufructuariâ, qvod Domino proprietatis abeſt, facias partem Dominii integralem. Hoc enim revera in Dominio uſufructuarii eſt conſtitutum. Ut proinde non opus habeat *Gædd. ad cit. l. 25. n. 2* negare uſumfructum eſſe partem Dominii integrantem, cum ejusdem potius ſit acceſſio & ſeqvela, *l. 20. de R. V.* Reſponde-

spondetur siqvidem, verum esse, si ipsa, qvæ exercetur, ususfructus servitus accessio Dominii dicatur, qvia illa Dominium, qva tale, non afficit: sed aliud dicendum de jure, per qvod exercetur ususfructus; hoc, qvum Dominus proprietatis carere debeat, rectè usufructuario tribuitur, unde & Dominus ususfructus dicitur, *arg. l. 5. pr. si usus f. pet.* qvò procul dubio respexit *Grotius*.

Jus pignoris) Idem, qvod de jure ususfructus, & de jure pignoris dicendum arbitramur, cum similiter jus in re oppignoratâ integrum Domini proprietatis Dominium imminuat. Tametsi aliqvando verum sit, ut ipsum qvoqve rei oppignoratæ Dominium in creditorem transeat, *arg. l. 1. de Pignorat. action. l. 17. ff. l. 18. C. de Pignorib.* exemplum esto in pignore, qvod contractâ fiduciâ fiebat, *Isidor. 5. Etymolog. 21. Paul. 1. Sentent. 9. & 2. sent. 13. §. 3.* qvod mores nostratium non respuunt, ut fusius ostendit Magnificus *Dn. Stranch. Dissert. de Oppignorat. imperialib.. §. 12 & seqq.*

VI. Sed hæc facultas rursum duplex est: vulgaris scilicet, qvæ usus particularis causa comparata est; & eminens, qvæ superior est jure vulgari, utpote communitati competens in partes & res partium boni communis causa. Sic regia potestas sub se habet & patriam & dominicam potestatem: sic * in res singulorum majus est dominium regis ad bonum commune, qvam dominorum singularium: sic reipublicæ qvisqve ad usus publicos magis obligatur, qvam creditori.

In res singulorum majus est dominium regis) Philo περὶ φυτεργίας. καὶ μὴν ἄργυρός τε καὶ χρυσὸς καὶ ὅσα ἄλλα κειμήλια παρὰ τοῖς ἀρχομένοις θησαυροφυλακεῖται τῶν ἡγουμένων μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων ἐστίν. *Certe argentum, aurum, & qvæ pretiosa alia apud subditos custodiuntur, eorum, qvi regnant magis sunt, qvam possidentium.* Plinius Panegyrico: *cujus est qvicqvid est omnium, tantum ipse qvantum omnes habent.* Et mox: *Ecqvid Cæsar non suum videat?* Adde Sarisberiensem in Policratico lib. V. c. 1.

VII. Aptitudinem vero * ἀξίαν, id est dignitatem vid. L. II. c. VII. §. IX. & X. vocat Aristoteles. Michael Ephesius, id qvod secundum eam æqvale dicitur, interpretatur τὸ προσαρμόζον & τὸ πρέπον, *id qvod convenit.*

Ἀξίαν) Cicero de Officiis 1. *Sed si contentio qvædam & comparatio fiat, qvibus plurimum tribuendum officii, principes sunt, patria, & parentes, qvorum beneficiis maxime obligati sumus; proximi liberi, totaq; domus, qvæ spectat in nos solos, neq; aliud ullum potest habere perfugium; deinceps bene convenientes propinqvi, qvibuscum etiam communis plerumq; fortuna est: qvamobrem necessaria præsidia vitæ debentur iis maxime, qvos ante dixi. Vita autem vtctusq; communis, consilia sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime.* Vide Senecam de Beneficiis libro IV. c. II. ubi de testamentis agit: *Qværimus dignissimos, qvibus nostra tradamus.* ipsum locum vide. Adde Augustinum de Doctrina Christiana lib. I. cap. XXIIX & XXIX.

IIX. 1. Facultatem respicit justitia expletrix, qvæ proprie aut strictè justitiæ nomen obtinet, συναλλακτικὴ Aristoteli, nimis arcto vocabulo, nam ut possessor meæ rei eam mihi reddat, non est ἐκ συναλλάγματος, & tamen

Aptitu-

ad eandem hanc justitiam pertinet: itaqve ἐπανορθωτικὴν idem felicius dixit. Aptitudinem respicit attributrix, qvæ Aristoteli διανεμητικὴ comes earum virtutum, qvæ aliis hominibus utilitatem adferunt, ut liberalitatis, misericordiæ, providentiæ rectricis.

2. Qvod verò idem Aristoteles ab expletrice ait respici proportionem simplicem, qvam ἀριθμητικὴν vocat; ab attributrice autem comparatam, qvam γεωμετρικὴν appellat, qvæ sola apud Mathematicos * nomen habet proportionis; ex eorum genere est, qvæ sæpe locum habent, non semper: neqve vero per se justitia expletrix ab attributrice differt tali proportionum usu, sed materia circa qvam versatur, ut jam diximus. Itaqve & contractus societatis expletur proportione comparata, & si unus tantum aptus inveniatur ad munus publicum, non alia qvã simplici comensione attributio fiet.

Nomen habet proportionis) Habitudinis comparationem vocat Cassiodorus. Est hujus proportionis, qva Justitia attributrix uti solet, non incommoda apud Homerum descriptio:

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸν ἔδωκε, χέρεια τὲ χείρονι δόσκεν.
Præstanti dabat hic præstantia, vilia vili.

†††

Proportione comparatâ) Idem cum Autore intendunt multi majorum Gentium JCti, *Menoch. Arbitr. Judic. Qvæst. cent. 2. cas. 125. in fin. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 22. Th. 30. Carpzov. Jurispr. Forens. p. 2. c. 30 d. 38. n. 4.* (qvi tamen sibi ipsi non constat in proportione qvotativâ & qvanticativa) & alii plures ab iisdem citati. Dissentiunt è contrario *Molin. de J. & J. Tr. 1. D. 12. n. 4. & Tr. 2. D. 415. Connan. 7. c. 13. Dn. Zigl. ad h. l. Grot. Bachov. ad Treutl. ad tit. ff. pr. Soc. D. 27. th. 8. Amad. Eckolt. ad tit. ff. de J. & J. §. 13.* Nos, salvâ veritatis prærogativâ, videbimus, an hæ salebræ superari qveant. Sanè de societate æqvali nullum est dubium, qvin juxta proportionem arithmeticam expediatur. Tantum enim qvis accipit lucri, qvantum in societatem contulit operæ vel pecuniæ. In societate inæqvali distingvimus inter medium inveniendi, & inventum applicandi: illud proportionis geometricæ; hoc arithmeticæ esse putamus: v.g. tres societatem ineunt ponentes primus 50. alter 100. tertius 200. florenos: Lucrum est 84. floren. qværitur qvomodò dividendum? Resp. Regula societatis secundum proportionem geometricam facit inveniri, ut qvi 50. posuit, lucri ratione accipiat 12. qvi 100. 24. qvi 200. 48. Fit igitur applicatio (qvæ rectissimè ab inventione distingvitur, vel ad minimum distingvi debet) arithmeticè & commutativè, juxta proportionem qvanti in societatem collati, *add. Grot. l. 2. c. 5. §. 22.*

3. Neqve magis verum est, qvod à nonnullis dicitur attributricem versari circa res communes expletricem circa res singulorum. Contra enim si qvis de re sua legare velit, attributrice justitia uti solet: & civitas, qvæ de communi reddit, qvod civium qvidam in publicum impenderunt, nonnisi expletricis justitiæ officio fungitur. Recte hoc discrimen notatum à Cyri magistro: nam cum Cyrus puero minori minorem tunicam, sed alienam, attribuisset, & majori contra majorem, docuit eum magister: ὅτι ὁπότε μὲν καταστάθειη τοῦ ἁρμόττοντος κριτὴς, οὕτω δέοι ποιεῖν. ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι ὁποτέρου

ὁ χιτὼν εἴη, τοῦτο σκεπτέον τὶς κτῆσις δικαία ἐστὶ ποτέρα τὴν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὴν ποιησάμενον ἢ πριόμενον κτήσασθαι; *Tunc qvidem ubi constitutus esset arbitrator ejus, qvod cuiqve conveniret, ita agendum esse; at ubi judicandum esset utrius esset tunica id spectandum * utra possessio justior, eumne rem habere, qvi vi abstulisset, an qvi fecisset aut emisset.*

Utra possessio justior) Vide eundem Xenophontem παιδείας secundo. Huc spectat lex per Mosem data: *non misereberis in judicio pauperis.* Exodi XXIII, 3. Levit. XIX, 15. Oportet enim, ut Philo ait, τὰ πράγματα ἀφέλκειν τὴν τῶν δικαζομένων φαντασίας, *res abstrahere à litigatorum respectu.*

†††

Attributrice Justitia) Hoc in Grotio sæpius subobscuro se non satis capere posse ejusdem innuunt interpretes. Qvantum tamen conjectura asseqvi potuimus, reflexionem Grotius habet (1) ad Qvartam legitimam, qvæ (qvatenus eidem insunt alimenta necessaria, *vid. l. 2. c. 7. §. 4. n. 3.*) juris naturæ dicitur *l. 36. § 2. C. de Inoff. Testam.* nec statuto tolli potest liberis & parentibus, *Gail. 2 Obs. 122. n. 11.* Igitur, si qvis legare velit, semper eò respectum habere debet, ne minus legitimâ portione heredibus necessariis relinqvat, qvod, ne fiat, remedio inveniendi juxta proportionem geometricam, & per conseqvens justitiâ attributrice opus habet. Idem ferè dicendum (2) de Qvartis Falcidiâ & Trebellianicâ, qvæ, tametsi juris positivi sint, nihilominus civem eò adstringunt, ne magis aut minus in legatis effectivè relinqvat, qvam portio statutaria reqvirit, *add. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 1. Th. 27. arg. §. 3. Inst. de Leg. Falcid. Verb. pro ratâ portione.*

IX. 1. Est & * tertia juris significatio, qvæ idem valet qvod lex, qvoties vox legis largissimè sumitur, ut sit regula actuum moralium obligans ad id, qvod rectum est. Obligationem reqvirimus: nam consilia, vid. §. X. n. 3. L. II. c. X §. XI. & si qva sunt alia præscripta, honesta qvidem, sed non obligantia, legis aut juris nomine non veniunt. Permissio autem propriè non, vid. L. II c. III. §. V. actio est legis, sed actionis negatio, nisi qvatenus alium ab eo, cui permittitur, obligat, ne impedimentum ponat. Diximus autem ad rectum obligans, non simpliciter ad justum, qvia * jus hac notione, non ad solius justitiæ, qvalem exposuimus, sed & aliarum virtutum materiam pertinet. Attamen ab hoc jure, qvod rectum est, laxius justum dicitur.

Tertia juris significatio, qvæ idem valet qvod lex) Hoc sensu dixit Horatius:

Jura inventa metu injusti fateare necesse est.

Et alibi: *Jura neget sibi nata.*

Ubi Scholiastes, *legum sit contemtor.*

Jus hac notione, non ad solius justitiæ, qvalem exposuimus, sed & aliarum virtutum materiam pertinet) Exemplum sit in Saleuci lege pœnam irrogante ei, qvi contra Medici præceptum vinum bibisset.

2 Juris ita accepti optima partitio est, qvæ apud Aristotelem exstat, ut sit aliud jus naturale, aliud voluntarium, qvod ille legitimum vocat, legis vocabulo strictius posito: interdum & τὸ ἐν τάξει constitutum. Idem discrimen apud Hebræos reperiri est, qvi cum distincte loqvuntur, jus natu-

naturale vocant* מִצְוֹת, jus constitutum חֻקִּים, qvorum illud δικαιώματα, koc ἐντολὰς solent vertere Hellenistæ.

מִשְׁפָּט (מִצְוֹת. Sic Maimonides libro III. ductoris dubitantium c. XXVI.

X. 1. * Jus naturale est dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem, ac conseqventer ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi.

Jus naturale est dictatum rectæ rationis) Philo libro, omnem virum bonum esse liberum. Νόμος ἢ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθεὶς. *Lex mentiri nescia est recta ratio, quæ lex, non ac hoc aut illo mortali mortalis, non in chartis aut columnis exanimis exanima, sed corrumpi nescia, qvippe ab immortali natura insculpta in immortali intellectu.* Tertullianus de corona militis: *Qværes igitur Dei legem, habens communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis:* M. Antonius lib. II. τέλος λογικῶν ζώων, ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσῷ. *Finis animantium ratione utentium, seqvi legem ac normam civitatis ac reipublicæ omnium antiqvissimæ.* Adde Ciceronis locum de republica III. qvē adducit Lactantius VI, 8. Præclara sunt, qvæ in hanc rem habet Chrysostomus XII. & XIII. de statuis. Ne spernenda, qvæ Thomas Secunda Secundæ LVII, 2. & Scotus III. dist 37.

2. Actus de qvibus tale extat dictatum, debiti sunt aut illiciti per se, atqve ideo à Deo necessario præcepti aut vetiti intelliguntur: qva nota distat hoc jus non ab humano tantum jure, sed & à divino voluntario, qvod non ea præcipit aut vetat, qvæ per se ac suapte natura aut debita sunt aut illicita, sed vetando illicita, præcipiendo debita facit.

3. Ad juris autem naturalis intellectum, notandum est, qvædam dici ejus juris non proprie, sed ut scholæ loqvi amant, reductive, qvibus jus naturale non repugnat, sicut justa modo diximus appellari ea, qvæ injustitia carent: interdum etiam per abusionem ea, qvæ ratio honesta, §. IX. n. 1. add. L. 4. §. 1. D. de Alien. jud. mut. caus. aut oppositis meliora esse indicat, etsi non debita, solent dici juris naturalis.

4. Sciendum præterea, jus naturale non de iis tantum agere, qvæ citra voluntatem humanam existunt, sed de multis etiam, qvæ voluntatis humanæ actum conseqvuntur. Sic dominium, qvale infr. n. 7. L. I. c. II. §. 1. n. 6. L. II. c. II. §. 2. n. 1. c. X. §. 1. n. 2. nunc in usu est, voluntas humana introduxit: at eo introducto nefas mihi esse id arripere te invito, qvod tui est dominii, ipsum indicat jus naturale; qvare * furtum naturali jure prohibitum dixit Paulus Jurisconsultus, natura turpe Ulpianus, Deo displicere Euripides his in Helena verbis

L. 1. D. de Furtis. L. Probrum. 42. D. de Verb. signific.

Nam-

Namqve odit ipſe vim Deus: nec divites
Nos eſſe rapto, ſed probe partis cupit.
Spernenda, ſi non jure veniat, copia eſt,
Communis æther hominibus, tellus qvoqve,
In qva ampliare cuiqve ſic fas eſt domum,
Ut ab alienis rebus ac vi temperet.

Furtum naturali jure prohibitum) Julianus ὁ θεύτερος νόμος (poſt illum de Deo agnoſcendo & colendo) ἱερὸς φύσει καὶ θεῖος, ὁ τῶν ἀλλοτρίων πάντη καὶ πάντως ἀπέχεσθαι κελεύων. καὶ μήτε ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν αὐταῖς ταῖς λαθραιοτάταις τῆς ψυχῆς ἐνεργείαις ταῦτα ἐπιτρέπων συγχεῖν. *Lex altera & ipſa ſuapte natura ſancta atqve divina ea eſt, qvæ ſemper & ubiq; alienis, abſtineri jubet, neq; vero aut verbo aut facto, aut arcanis animi cogitationibus contra iri ſinit.* Cicero de officiis III. ex Chryſippo: *In vita ſibi qvemqve petere, qvod pertineat ad uſum, non iniqvum eſt: alteri ſurripere, jus non eſt.*

†††

Dominium qvale nunc eſt) Si Grotius hoc loco intelligere velit Dominium, qvale poſt primam totius Orbis conceſſionem, Adamo ante, & Noacho poſt diluvium factam, jure Gentium ad nos per ſpecialem diſtinctionem rerum translatum atqve à qvolibet individualiter acqviſitum fuit, ſuo modo à parte ejusdem ſtare valemus. Aſt veremur, ut hoc faciat, idqve propter *lib. 2. cap. 2. §. 2.* ubi primævam rerum omnium communionem defendit.

L. I. c. II. §. V. n. 1. 5. Eſt autem jus naturale adeo immutabile, ut ne à Deo qvidem mutari qveat. Qvanqvam enim immenſa eſt Dei potentia, dici tamen qvædam poſſunt, ad qvæ ſe illa non extendit; qvia qvæ ita dicuntur, dicuntur tantum, ſenſum autem, qvi rem exprimat, nullum habent, ſed ſibi ipſis repugnant. Sicut ergo, ut bis duo non ſint qvatuor, ne à Deo qvidem poteſt effici, ita ne hoc qvidem, ut qvod intrinſeca ratione malum eſt, malum non ſit. Et hoc eſt, qvod ſignificat Ariſtoteles, cum dicit: ἔνια εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος. Nam, ut eſſe rerum poſtqvam ſunt & qva ſunt, aliunde non pendet, ita & proprietates, qvæ eſſe illud neceſſario conſeqvuntur, talis autem eſt malitia qvorundam actuum comparatorum ad naturam ſana ratione utentem. Itaqve & Deus ipſe ſecundum hanc normam de ſe judicari patitur, ut videre eſt Gen. XIIX, 25. Eſai. V, 5. Ezech. XIIX, 25. Jerem. II, 9. Mich. VI, 6. Rom. II, 6. III, 6.

6. Fit tamen interdum, ut in his actibus, de qvibus jus naturæ aliqvid conſtituit, imago qvædam mutationis fallat incautos, cum revera non jus naturæ mutetur, qvod immutabile eſt, ſed res, de qva jus naturæ conſtituit, qvæq; mutationem recipit. Exempli gratia: ſi creditor, qvod ei debeo, acceptum ferat, jam ſolvere non teneor, non qvia jus naturæ deſierit præcipere ſolvendum qvod debeo, ſed qvia qvod debebam, deberi deſiit: ut enim recte in Epicteto Arrianus: οὐκ ἀρκεῖ τὸ δανείσασθαι πρὸς τὸ ὀφείλειν ἀλλὰ δεῖ πρὸς-

νεῖναι

εἶναι καὶ τὸ ὀφείλειν ὅτι ἔδανείσθη καὶ μὴ διαλελύσθη αὐτό: *non sufficit ut debeatur pecunia datam esse mutuam, sed oportet ut & maneat adhuc indissoluta mutui obligatio.* Ita si qvem DEUS occidi (*a*) præcipiat, si res alicujus (*b*) auferri, non licitum fiet homicidium aut furtum, qvæ voces vitium involvunt, sed non erit homicidium aut furtum, qvod vitæ & rerum supremo domino (*c*) auctore fit.

7. Sunt & qvædam juris naturalis non simpliciter, sed pro certo rerum statu: sic communis (*d*) rerum usus naturalis fuit, qvamdiu dominia introducta non erant; & jus suum per vim consequendi ante positas leges.

(*a*) L.I. c.II. §.2. n.1. L.III. c.XI. §.IX. n.1.
(*b*) Vid. not. ad L.II. c.VII. §.2. n. 1.
(*c*) L. I. c.III. §. 3. n. 1.
(*d*) Supr. n.4. L.II. c.II. §.2.

XI. 1. Discrimen autem, qvod in Juris Romani libris exstat, ut jus immutabile aliud sit, qvod animantibus cum homine sit commune, qvod arctiori significatu vocant jus naturæ, aliud hominum proprium, qvod sæpe jus gentium nuncupant, usum vix ullum habet. Nam juris proprie capax non est, nisi natura præceptis utens generalibus, qvod recte vidit Hesiodus:

Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων.
Ἰχθύσι γὰρ, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Ἐσθέμεν ἀλλήλους ἐπεὶ οὐ δίκη ἔστι μετ' αὐτοῖς.
* Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἢ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται.

ἔργ. κ. ἡμερ. v. 274.

Humano generi nam lex datur ab Jove summo.
Qvippe feræ, pisces, avium genus alitivolantum
Mutua se vertunt in pabula, juris egentes.
Justitia at nobis, qvæ res est optima, cessit.

In eqvis, in leonibus justitiam non dicimus, inqvit Cicero de Officiis primo. Plutarchus in vita Catonis majoris, νόμῳ μὲν γὰρ καὶ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπους ὠόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν: *lege & justitia adversus homines tantum natura utimur.* Lactantius Lib. V. *In omnibus enim videmus animalibus, qvæ sapientia carent, conciliatricem sui esse naturam. Nocent enim aliis, ut sibi prosint: nesciunt enim qvia malum est nocere. Homo verò, qvia scientiam boni & mali habet,* Prolegom. §. 7. §.39. L.I.c. V. §. 2. n.2. *abstinet se à nocendo etiam cum incommodo suo.* Polybius cum narrasset, qvibus initiis primum convenissent homines, addit, * si qvis in parentes aut beneficos injurius fuisset, fieri non potuisse, qvin id ceteri ægre ferrent, ratione addita: ἔτι γὰρ ἴδιος τῆς ἀνθρώπων φύσεως ἡ διαφορὰ τῶν ἄλλων ζώων, ἢ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἰκὸς πραγθῆναι τοῦτο τοῖς ἄλλοις ζώοις, διὰ τὴν ἀναισθησίαν καὶ τὴν ἀλογίαν. καθάπερ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ὅτι σημαινόμενα τὰ γινόμενα * καὶ διαστρεπτὰ τοῖς πράγμασι. *Quoniam enim humanum genus hoc aliis animantibus distat, qvod mente ac ratione utitur, omnino credibile non est, tam alienum à natura sua actum ab ipsis dissimulatum iri, ut in aliis animantibus: sed qvod factum est, revocatum iri ad animum cum offensa significatione.*

ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην) Juvenalis Satyra XV. *venerabile soli*

Sortiti ingenium divinorum q; capaces,
Atq; exercendis capiendisq; artibus apti,

Sensum è cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communes Conditor illis
Tantum animas, nobis animum qvoqve, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum, &c.

Chrysostomus ad VII. Rom. τὴν τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου λόγον οὐδὲ κινεῖν δεῖ ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ ἀναισθήτων.

Si qvis in parentes injurius fuisset) Exemplum vide in Chamo, Gen. X, 22. ubi pœna seqvitur.

Καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι) Chrysostomus XIII. de statuis, καὶ γὰρ τὸ συναγανακτεῖν τοῖς ὑβριζομένοις φυσικὸν ἅπαντες ἔχομεν. εὐθέως οὖν τοῖς ἐπηρεάζουσιν ἐχθροὶ γινόμεθα κἂν μηδὲν ὦμεν αὐτοὶ πεπονθότες. *Natura id habemus, ut indignationem nostram conjungamus cum iis, qvi male tractati sunt; illico enim injuriosis hominibus infensi sumus, etiamsi ad nos nulla pars injuriæ pervenit.* Scholiastes ad Horatium Satyra III. lib. 1. *Sensus aliter indignatur & animus cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum.*

2. Qvod * si qvando brutis animantibus justitia tribuitur, id fit improprie, * ex qvadam in ipsis umbra L. I. c. II. §. III. n. 2. rationis atq; vestigio. An vero actus ipse, de qvo jus naturæ constituit, sit nobis communis cum aliis animantibus ut prolis L. II. c. V. §. VIII. n. 2. §. XII. n. 5. c. VII. §. IV. n. 2. educatio; an nobis proprius, ut Dei cultus, ad juris ipsam naturam nihil refert.

Si qvando brutis animantibus justitia tribuitur) Divinationem qvandam justitiæ in elephantis notat Plinius lib. VIII. cap. V. Idem libro X. narrat, aspidem fuisse, qvæ suum ipsa catulum necaret, qvod is catulus hospitis filium interemisset.

Ex qvadam in ipsis umbra rationis atq; vestigio) Seneca de ira libro V. cap. III. feras ira carere dixit, sed pro ira habere impetum. *Muta animalia*, ait, *humanis affectibus carent: habent autem similes illis qvosdam impulsus.* Sic in bestiis non esse κακίαν sed οἱονεὶ κακίαν, non vitia sed vitiorum simulacra dixit Origines contra Celsum. ὡς ἂν θυμοῦσθαι τὴν λέοντα, *velut irasci leonem*: Peripatetici apud Porphyrium de non esu animantium tertio. *add. Prolegom. §. 7. 39. l. 1. c. 1. §. 11. n. 1. c. 5. §. 2. n. 2.*

†††

Id fit impropriè) Confundit hic Grotius cum communi Dd. turbâ Jus naturæ in abstracto cum eo, qvod in concreto dicitur, ex hypothesi *Dn. Strauch. Ex. 1. ad π. aph 4.* Est enim, juxta Eundem, Jus naturæ in abstracto Principium activum in mente Legislatoris Dei dirigens animalium actus ad bonum sibi conveniens. Hoc autem ex descriptione jam traditâ tàm homini, qvàm bruto competit; etiamsi modus competendi, qvi tamen rem in abstracto nunqvam variat, sit diversus: qvia ille omninò ad concretum referendus venit. Constat siqvidem, aliter brutorum, aliter & hominum actus dirigi. *Illorum* qvidem per modum inclinationis naturalis, impositâ necessitate parendi, citra cognitio-

gnitionem & judicium ad conſervationem ſpecierum, tanqvam ſocietatis, & præcipuè ad finem ultimum, qvæ eſt Creatoris gloria : *horum* verò per modum obligationis, ſalvâ ſubjecti dirigendi libertate obſeqvendi, *add. Calixt. Theolog. Moral. pag. 46.* Nos, ut qvæ ſit mens noſtra, aperiamus, facimus cum *Thoma*, 1. 2. *qvæſt. 94. art. 2.* ita ſcribente: Bonum eſt qvod omnia appetunt: hoc eſt ergò primum præceptum legis, qvod bonum eſt faciendum & proſeqvendum, & malum vitandum: & ſuper hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ: ut ſcilicet illa facienda, vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ, qvæ ratio practica naturaliter apprehendit eſſe bona humana: qvia verò bonum habet rationem finis, malum autem rationem contrarii, inde eſt qvod omnia illa, ad qvæ homo naturalem habet inclinationem, ratio naturaliter apprehendit, ut bona, & per conſeqvens, ut opere proſeqvenda; & contraria eorum, ut mala, & vitanda. Secundùm igitur ordinem inclinationum naturalium eſt ordo præceptorum legis naturæ. Ineſt enim primò inclinatio hominis ad bonum ſecundùm naturam, in qva communicat cum omnibus ſubſtantiis; Scilicet qvælibet ſubſtantia appetit conſervationem ſui eſſe ſecundùm ſuam naturam: & ſecundùm hanc inclinationem pertinent ad legem naturaliter ea, per qvæ vita hominis conſervatur, & contrarium impeditur. Secundò ineſt hominī inclinatio ad aliqva magis ſpecialia ſecundùm naturam, in qva communicat cum ceteris animalibus, & ſecundùm hoc ea dicuntur eſſe de lege naturali, qvæ natura omnia animalia docuit, ut eſt commixtio maris, & fœminæ, & educatio liberorum, & ſimilia. Tertio modo ineſt homini inclinatio ad bonum ſecundùm naturam rationis, qvæ eſt ſibi propria, ſicut homo naturalem inclinationem ad hoc, qvod veritatem cognoſcat de Deo; & ad hoc qvod in ſocietate vivat, & ſecundùm hoc ad legem naturalem pertinent, qvæ ad hujusmodi inclinationem ſpectant; utpote, qvòd homo ignorantiam vitet, qvòd alios non offendat, cum qvibus debet converſari; & cetera hujusmodi, qvæ ad hoc ſpectant.

XII. 1. Eſſe autem aliqvid juris naturalis probari ſolet tum ab eo, qvod prius eſt, tum ab eo, qvod poſterius, qvarum probandi rationum illa ſubtilior eſt, hæc popularior. A priori, Prolegom. §. 39. ſi oſtendatur rei alicujus convenientia aut diſconvenientia neceſſaria cum natura rationali ac ſociali: à poſteriori verò, ſi non certiſſima fide, certè probabiliter admodum, juris naturalis eſſe colligitur id, qvod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale eſſe creditur. Nam univerſalis effectus univerſalem reqvirit cauſam: talis autem exiſtimationis cauſa vix ulla videtur eſſe poſſe præter ſenſum ipſum, communis qvi dicitur.

2. Heſiodi eſt dictum à multis laudatum:

> Φήμη δ' ἔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
> Λαοὶ φημίζωσι.
> *Non etenim penitus vana eſt ſententia, multi*
> *Quam populi celebrant.*

* τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ, *qvæ communiter ita videntur fida ſunt*, ajebat Heraclitus ſtatuens λόγου τ' ξυνὸν optimum eſſe veritatis κριτήριον. Ariſtoteles: κράτιστον πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις: *potentiſſima*

tissima probatio est, si in id, quod dicimus, omnes consentiant: Et Cicero:
1.Tusc.Ep.117. *In re consensio omnium gentium jus naturæ putanda est.* Seneca: *Argumentum veritatis est aliquid omnibus videri.* Qvintilianus: *Pro certis habemus ea, in quæ communi opinione consensum est.* Non frustra autem dixi gentes moratiores: nam, ut rectè notat Porphyrius, * τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται, ἐξ ὧν οὐ προσήκει τοὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψευδέσθαι φύσεως: *quædam nationes efferatæ sunt, & factæ inhumanæ, ex quibus non oportet ab æquis judicibus æstimatione facta humanæ naturæ* L. III. c. III. §. 2. n. 1. *convicium fieri.* Andronicus Rhodius: παρ' ἀνθρώποις τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἐστὶ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται· εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ. *Apud homines recta sanaque mente præditos immutabile est jus illud naturæ, quod dicitur. Quod si his, qui morbido distortoque sunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur, qui mel dulce esse dicit, ideo quod ægrotis aliter videatur.* A qvibus non abit Plutarchi illud in vita Pompeji: φύσει μὲν ἄνθρωπος οὔτε γέγονεν, οὔτ' ἔστιν ἀνήμερον ζῶον, οὐδ' ἄμικτον· ἀλλ' ἐξίσταται τῇ κακίᾳ παρὰ φύσιν χρώμενος, ἔθεσι δὲ καὶ τόπων καὶ βίου μεταβολαῖς ἐξημεροῦται. *Natura quidem nullus hominum aut est aut fuit ferum atque insociabile animal, sed efferatur ubi extra naturæ modum peccare assvescit, rursumque alia consvetudine, vitæque & locorum mutatione redit ad mansvetudinem.* Aristo-
Top. V. 2. teles descriptionem hominis ex eo, qvod ipsi proprium est, hanc facit: ἄνθρωπος * ζῶον ἥμερον φύσει: *homo animal est suapte natura mansvetum.*
Pol. 1. V. 6. Idem alibi: δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει. καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις: *quid naturale sit spectandum in his, quæ bene secundum naturam se habent, non in depravatis.*

Τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ Aristoteles Nicom. X. II. ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ τοῦτο εἶναι φαμέν· ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἔχει. *Quod omnibus ita videtur, id ita esse dicimus, qvi verò hanc fidem velit tollere, nihilo ipse credibiliora dicet.* Seneca: *In tanta judiciorum diversitate referendam bene merentibus gratiam omnes uno tibi, quod ajunt, ore affirmabunt.* Qvintilianus. *Consvetudinem sermonis vocabo consensum eruditorũ sicut vivendi, consensum bonorum.* Josephus antiqvæ historiæ XVI: ἔθεσι μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι γένος, ὃ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ χρῆται, κατὰ πόλεις ἐστὶ ὅπῃ πολλῆς γινομένης τῆς διαφορᾶς· τὸ δίκαιον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπιτηδεύει, λυσιτελέστατον ὂν ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, οὗ πλεῖστον οἱ παρ' ἡμῖν νόμοι λόγον ἔχοντες, ἅπασιν ἡμᾶς, εἰ καθαρῶς ἐμμένοιμεν αὐτοῖς, εὔνους καὶ φίλους ἀπεργάζονται. διὸ καὶ ταῦτα παρ' ἐκείνων ἡμῖν ἀπαιτητέον καὶ δέον οὐκ ἐν διαφορᾷ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἴεσθαι τὸ ἀλλότριον, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς καλοκἀγαθίαν ἐπιτηδείως ἔχειν. τοῦτο γὰρ κοινὸν ἅπασι καὶ μόνον ἱκανὸν διασώζειν τὴν τῶν ἀνθρώπων βίον. *Moribus gens nulla est, quæ iisdem tota utatur, sæpe oppidatim discre-*

discrepatur plurimum. Ad jus ipsum omnibus æqualiter hominibus expedit, tam barbaris utile quam Græcis, cujus quidem rationem habentes maximam, quæ apud nos sunt leges, faciunt nos, eas pure modo observemus, cunctis hominibus benevolos, & amicos. Talia sunt, quæ exigi à legibus par est. Neq; illas aversari à se alienas arbitrari debent alii, in eo, quod institutis differunt, sed id potius spectandum, an ad virtutem ac probitatem sint accommodatæ. Hoc enim ad omnes communiter pertinet, solumq; per se sufficit ad tutandam hominum vitam. Tertullianus præscriptione adversus hæreticos: *Quod apud multos unum invenitur, non est erratum, sed traditum.*

Τινὰ τ ἐθνῶν ἐξηγεῖσθαι) Justinus colloqvio cum Tryphone: πάλιν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν. *Exceptis illis, qui ab impuris spiritibus abrepti, & per malam educationem, instituta prava & leges iniqvas corrupti, naturales notiones perdiderunt.* Philo libro Omnem bonum esse liberum: διὸ καὶ θαυμάσαι ἄν τις τ ἀμβλυωπίας τὰς τραπὰς ἕτω πραγμάτων ἰδιότητας μὴ συνορώντας: *merito igitur miretur qvis, tantam illis offusam caliginem, ut tam claras rerum proprietates non videant.* Chrysostomus oratione, Christum DEUM esse, μὴ τοίνυν ἀπὸ τῶν διεφθαρμένων τὰς γνώμας, τὰς κρίσεις πιθῶ τ πραγμάτων. *Ne ergo rerum dijudicationem ab illis mutuare, qvibus corruptus est animus.*

Ζῶον ἡμερον (φύσει) Idem dicit Chrysostomus XI. de Statuis. Latius id explicat Philo decalogo: ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ σύννομον ζῶον τὸ ἡμερώτατον ἡ φύσις γεγένηται πρὸς ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν ἐκάλεσε, λόγον ἔδωκε σωφρονικὸν εἰς ἁρμονίαν & κρᾶσιν ἠθῶν. *Qvod animantium esse debebat mansvetissimum, idem natura fecit gregale & cœtus appetens, & ad concordiam societatemq; vocavit, sermonem etiam præbens, qvi ingenia attemperando & ad concentum perducendo conciliaret.* Idem de Mundi immortalitate: ἡμερώτατον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, λόγον ἐωρηκυίας φύσεως ἀυτῷ γέρας, ᾧ καὶ τὰ ἐξηγεισθαι παθη κατεπάδεται καὶ τιθασσεύεται. *Mansvetissimum animantium homo est, ut cui natura pro munere sermonem dederit, qvo affectus qvantumvis efferati velut incantando cicurantur.*

XIII. Alteram juris speciem esse diximus jus voluntarium, qvod ex voluntate originem ducit: estqve vel humanum vel divinum.

XIV. 1. Ab humano incepimus, qvia id pluribus innotuit. Est ergo hoc vel civile, vel latius patens, vel arctius. Civile est, qvod à potestate civili proficiscitur. Potestas civilis est, qvæ civitati præest. Est autem civitas cœtus perfectus liberorum hominum, juris fruendi & communis utilitatis causa sociatus. Jus arctius patens & ab ipsa potestate civili non veniens, qvanqvam ei subditum, varium est, præcepta patria, dominica, & si qva sunt similia in se continens. Latius autem patens est jus gentium, id est, qvod Gentium omnium * aut multarum voluntate vim obligandi accepit.

Multarum addidi, qvia vix ullum jus reperitur extra jus naturale, qvod ipſum qvoqve gentium dici ſolet, omnibus gentibus commune. Imò ſæpe in una parte orbis terrarum eſt jus gentium, qvod alibi non eſt, ut de captivitate ac poſtliminio ſuo loco dicemus.

Aut multarum) Vaſqvius II. Controverſ. LIV. 4.

2. Probatur autem hoc jus gentium pari modo, qvod jus non ſcriptum civile, uſu continuo & teſtimonio peritorum. Eſt enim hoc jus, ut rectè notat Dio Chryſoſtomus *ἔυρημα βίᾳ καὶ χρόνῳ, repertum temporis & uſus.* Atqve in eam rem maximum nobis uſum præbent illuſtres annalium conditores.

XV. 1. Jus voluntarium divinum qvod ſit, ſatis ex ipſo vocum ſono intelligimus : id nimirum, qvod ex voluntate divina ortum habet, qvo diſcrimine à jure naturali, qvod item divinum dici poſſe diximus, internoſcitur. In hoc jure locum habere poteſt, qvod nimium indiſtinctè * dicebat Anaxarchus apud Plutarchum in Alexandro : non ideò id Deum velle, qvia juſtum eſt, ſed juſtum eſſe, id eſt jure debitum, qvia Deus voluit.

Prolegom. §. 48.

2. Hoc autem jus aut datum eſt humano generi, aut populo uni. Humano generi ter jus datum à Deo reperimus : ſtatim poſt hominem conditum, iterum in reparatione humani generis poſt diluvium, L. I. c. II. §. V, n. 8. L. II. c. V. §. XIII. n. 2. poſtremo in ſublimiori reparatione per Chriſtum. Tria hæc jura haud dubie omnes homines obligant, ex qvo qvantum ita ſatis eſt ad eorum notitiam pervenerunt.

XVI. 1. Ex omnibus populis unus eſt, cui particulariter Deus jura dare dignatus eſt, populus ſcilicet Hebræus, qvem ſic alloqvitur Moſes Devt. IV, 7. *Qvæ gens tam magna, cui Dei propinqvi ſicut Dominus DEUS noſter ad omnia vota, qvæ ei ſacimus? qvæ gens tam magna, cui ſint conſtitutiones & jura æqva, qvalis eſt lex hæc tota, qvam ego hodie coram vobis propono?* Pſalmographus Pſalmo CXLVII. *Indicat Deus verba ſua Jacobo, conſtitutiones ac jura ſua Iſraëli : non fecit genti ulli ; ideo jura iſta non noverunt.*

2. Nec dubitandum, qvin fallantur Judæorum illi (qvos inter Tryphon in diſputatione cum Juſtino) qvi exiſtimant etiam alienigenis, ſi ſalvi eſſe vellent, ſubeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum. Neqve enim eos obligat lex, qvibus data non eſt. At * qvibus data ſit lex, ipſa loqvitur : *Audi Iſrael* ! & paſſim fœdus cum ipſis ictum, ipſi in peculiarem Dei populum adſciti dicuntur, qvod verum eſſe agnoſcit & ex loco Devteron. XXXIII, 4. probat Maimonides.

Qvibus data ſit lex, ipſa loqvitur : Audi Iſraël) ita ſentit & Moyſes Maimonides, & probat ſententiam ſuam ex Devt. XXXIII, 4.

3. Qvin inter ipſos Hebræos vixerunt ſemper aliqvi exteri homines *εὐσεβεῖς καὶ σεβόμενοι τὸν Θεὸν*, qvalis Syrophœniſſa Matth. XV, 22. qvalis ille Cor-

Cornelius Actor. X, 2. τῶν σεβομένων ἑλλήνων, Actor. XIIX, 4. Hebraice חֲסִידֵי אֻמּוֹת pii ex gentibus: ut legitur * titulo Thalmudico de Rege. Talis qvi est, in lege dicitur בֶּן־נֵכָר Levitic. XXII, 25. גֵּר וְתוֹשָׁב Levitic, XXV. 47. ubi Chaldæus dixit,* incolam incircumcisum. Hi, ut narrant ipsi Hebræorum magistri, leges Adamo & Noæ datas servare tenebantur, abstinere ab idolis & sangvine & aliis, qvæ infra suo loco memorabuntur, at non item leges proprias Israëlitarum. Itaqve cum Israëlitis non liceret vesci carne bestiæ, qvæ fato suo periisset, peregrinis tamen inter ipsos viventibus id licebat, Devt. XIV, 21. Nisi qvod qvibusdam legibus specialiter expressum est, ut incolæ iis non minus qvam indigenæ teneantur.

Vid. not. ad L. I. c. II. §. IIX. n. 9.

Titulo Thalmudico de rege) Et titulo de Synedrio cap. XI

Incolam incircumcisum) De tali agitur & Exodi XII, 45. A qvo distingvitur Proselytus, id est circumcisus advena, ut ostendit collatio loci, Num. IX, 4. De piis illis incircumcisis multa habet Maimonides libro de idololatria c. X. §. 6. Idem in comentario ad Misnajoth, & alibi sæpe, pios illos ex gentibus participes ait futuros bonorum futuri seculi. Chrysostomus ad Romanos cap. 11. ποῖον Ἰουδαῖον ἐνταῦθά φησιν, ἢ περὶ ποίων ἑλλήνων διαλέγεται; τῶν πρὸ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. οὔπω γὰρ εἰς τοὺς τῆς χάριτος ἔφθασε χρόνους ὁ λόγος: *qvem Judæum hic indicat, & de qvibus Græcis disserit? de iis, qvi ante Christi adventum fuere: nondum enim ad Gratiæ tempora perducta est oratio.* Deinde ἕλληνας δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τοὺς εἰδωλολατροῦντας, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβοῦντας, τοὺς τῷ φυσικῷ πειθομένους λόγῳ. τοὺς πλὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν συντελοῦντα διατηροῦντας. Exemplaqve dat in Melchisedeco, Jobo, Ninivitis, Cornelio, mox: ἕλληνα δὲ πάλιν οὐ τὸν εἰδωλολάτρην; ἀλλὰ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἐνάρετον καὶ τῶν νομικῶν παρατηρήσεων ἀπηλλαγμένον φησί. *Græcos hic dicit, non idolorum cultores, sed in DEUM pios, naturali rationi obseqventes, qvi præter Judaica instituta, cunctaqve ad pietatem facerent, servabant. Et Græcum rursum vocat, non cultorem idolorum, sed pium, virtute præditum, à legis verò ritibus liberum.* Eundem in sensum trahit illud, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος; *lege solutis ut lege solutus*, & oratione XII. de Statuis: ἕλληνα ἐνταῦθα καλεῖ οὐ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν προσκυνοῦντα μὲν τὸν θεὸν μόνον, οὐκ ἐνδεδεμένον δὲ τῇ τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀνάγκῃ, σαββατισμοῖς λέγω καὶ περιτομῇ καὶ καθαρισμοῖς διαφόροις, ἀλλὰ φιλοσοφίαν ἅπασαν καὶ εὐσέβειαν ἐπιδεικνύμενον. *Græcum hic appellat, non idolis deditum, sed unius Dei invocatorem, talē tamen, qui Judaicorum rituum necessitati alligatus non sit, sabbatorum puta observationibus, circumcisioni, variis ablutionibus, interim verò in omnibus sapientiæ studium pietatemqve ostendat.*

4. Extraneis etiam, qvi aliunde advenirent, neqve institutis Hebraicis subjicerentur, in templo Hierosolymitano licuit Deum adorare, & victimas offerre,* stantibꝰ tamen in loco peculiari ac separato à statione Israëlitarum,

1. Reg.

1. Reg. qvi Latinis III. Reg. VIII, 41. II. Macc. III, 35. Johan. XII, 20. Act. VIII, 27. * Neqve Elisæus Naamani, Syro, neq; Jonas Ninivitis, neq; Daniel Nabuchodonosoro, neq; Prophetæ alii Tyriis, Moabitis, Ægyptiis, ad qvos scribunt, unqvam significarunt opus ipsis, esse ut Mosis legem susciperent.

Stantibus in loco peculiari) vide Josephum, ubi Templi Salomonis historia tractatur.

Neq; Elisæus Naamani Syro) Idem sentit Hilarius ad Matth. XII.

5. Qvod de tota lege Mosis dixi, idem & de circumcisione, qvæ legis qvasi introitus erat, dictum volo. Hoc tantum inter est, qvod lege Mosis Israëlitæ soli tenebantur, circumcisionis autem lege tota Abrahami posteritas: unde Idumæos à Judæis coactos circumcisionem suscipere in historiis Hebræorum & Græcorum legimus. Qvare qvi populi extra Israëlitas circumcisi sunt (sunt autem complures, qvorum Herodotus, Strabo, Philo, Justinus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, * Hieronymus, meminerunt) eos credibile est ab Ismaële, aut ab Esavo, aut * ex Cethuræ posteris venisse.

Joseph. 13. Antiqv. 17.

Hieronymus) Addi potest Theodoretus.

Ex Cethuræ posteris) Ex his orti videntur Æthiopum illi, qvos circumcisis annumerat Herodotus. Homeritas illos vocat Epiphanius.

6. Ceterum in aliis omnibus locum habebat Pauli illud, Rom. II, 14. *Cum gentes, qvæ legem non habent, * natura suapte* (id est moribus ex primævo fonte manantibus: nisi qvis malit illud *natura* referre ad præcedentia, ut opponantur Gentes Judæis, qvibus statim natis lex instillabatur) *faciunt ea, qvæ legis sunt; isti legem non habentes sibi sunt lex: ut qvi ostendant ipsum opus legis mentibus suis inscriptum, simul testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuo accusantibus, aut etiam excusantibus.* Et illud ibidem 26. *Si præputium* (id est præputiatus homo) *observet mandatum legis, nonne præputium illius pro circumcisione reputabitur?* Bene ergo in Josephi historia Ananias Judæus Izaten Adiabenum (Ezaten hunc Tacitus vocat) docebat, * etiam citra circumcisionem Deum recte coli & propitium haberi posse. Nam qvod extranei multi circumcisi sunt, & per circumcisionem legi se obligarunt, (ut explicat Paulus Gal. V, 3.) id fecerunt partim, ut jus civitatis adipiscerentur, (nam proselyti, qvi Hebræis גֵּרֵי צֶדֶק hospites justitiæ * pari jure erant cum Israëlitis, Num. XV.) * partim ut earum promissionum essent participes, qvæ non communes humano generi, sed Hebræo populo erant peculiares: qvanqvam non negem posterioribus seculis accessisse etiam in nonnullis pravam opinionem, qvasi extra Judaismum salus non esset.

20. Antiqv. 2.

Natura suapte) Τοῖς ἐ φύσεως λογισμοῖς, *collectionibus naturalibus* ait Chrysostomus. Idem mox: Διὰ τοῦτό, φησὶν, εἰσὶ θαυμασταὶ ὅτι νόμον οὐκ εἰδήφασιν. *Ob hoc, inqvit, admirandi sunt qvod lege opus non habuerint.* Item: ἀρκεῖ αὐτὴ ἀντὶ νόμου τὸ συνειδὸς καὶ λογισμός: *Sufficit pro lege conscientia & rationis usus.*

usus. Tertullianus adversus Judæos: *Ante legem Moysis scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo non scriptam, qvæ naturaliter intelligebatur, & à patribus custodiebatur.* Non longe hinc abit Isocrateum illud: δεῖ τοὺς εὖ πολιτευομένους οὐ τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον; *Qvi bona republica frui velint, ii debent non literis implere porticus, sed in animis, qvod justum est, ferre.*

Etiam citra circumcisionem Deum recte coli & propitium haberi posse) Ipse Tryphon, de rigore remittens, Justino sic ait: μένοντί σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ φιλοσοφίας τρόπῳ ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας: *si in illa philosophandi ratione mansisses, erat tibi reliqva spes aliqva status melioris.*

Pari jure erant cum Israëlitis) Justinus colloqvio cum Tryphone: προσήλυθος περιτεμνόμενος, εἰ τῷ λαῷ προσκεχώρηκεν, ἐστὶν ὡς αὐτόχθων. *Proselytus qvi circumcisus populo se aggregavit, par est indigenæ.*

Partim ut earum promissionum essent participes) Et ob id ad Paschalis ritus communionem admittebantur.

7. Hinc colligimus, nulla parte legis Hebrææ, qva lex est proprie, nos obligari, qvia obligatio extra jus naturæ venit ex voluntate legem ferentis. DEUM autem voluisse, ut alii, qvam Israëlitæ ista lege tenerentur, nullo indicio potest deprehendi. Non igitur, nos qvod attinet, probanda est ulla legis abrogatio: nam nec abrogari potuit eorum respectu, qvos nunqvam obstrinxit. Sed ab Israëlitis ablata est obligatio, qvoad ritualia qvidem, statim postqvam lex Evangelii cœpit promulgari; qvod Apostolorum principi clare fuit revelatum, Act. X, 15. qvoad cetera vero, postqvam populus ille per excidium urbis & desolationem præcisam sine spe restitutionis populus esse desiit.

8. Nos vero alienigenæ non id Christi adventu consecuti sumus, ut Mosis lege non teneremur, sed ut qvi antea spem tantum satis obscuram in Dei bonitate positam habere poteramus, nunc diserto fœdere fulciamur, utq; in unam ecclesiam coalescere possimus cum Hebræis filiis Patriarcharum, sublata ipsorum lege, qvo velut intersepimento à nobis distinebantur. Ephes. II, 14.

XVII. 1. Cum ergo directam obligationem lex per Mosem data in nos inducere non possit, ut jam ostendimus, videamus, ecqvem alium usum habere possit, tum in hac de jure belli, tum in similibus aliis qvæstionibus. Id enim scire ad multa refert.

2. Primum ergo ostendit lex Hebræa, id qvod ea lege præcipitur non esse contra jus naturæ. Nam cum jus naturæ, ut ante diximus, sit perpetuum atqve immutabile, non potuit à Deo, qvi injustus nunqvam est, qvicqvam adversus id jus præcipi. Adde qvod lex Mosis vocatur immaculata & recta, Ps. XIX. qvi Latinis XIIX, 8. & Apostolo Paulo sancta, justa, bona, Rom. VII, 12.

De præceptis loqvor: nam de permissis distinctius agendum est: per-

missio enim, qvæ lege fit (nam qvæ nudi (a) est facti, & impedimenti remotionem significat, huc non pertinet) aut plena est, qvæ jus dat ad aliqvid omnino licite agendum, (b) aut minor plena, (c) qvæ tantum impunitatem dat apud homines, (d) & jus, ne qvis alius impediri licite possit. Ex prioris generis permissione non minus, qvam ex præcepto seqvitur id, de qvo lex agit, contra jus naturæ non esse. * De posteriori genere aliter se res habet. Sed raro locum habet hæc collectio: qvia cum permittentia verba sint ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit, utrius generis sit permissio, qvam ex permissionis modo ad jus naturæ argumentando procedere.

(a) vid. L. I. c. II. §. VII. n. III.
(b) L. II. c. XII. §. XXII.
(c) L. II. c. XXIII. §. I.
(d) L. III. c. IV. §. 2. n. 2.

De posteriori genere aliter se res habet) vide Chrysostomum ad finem VII. ad Romanos.

3. Huic primæ observationi affinis est altera, licere nunc his, qvi imperium inter Christianos obtinent, leges ferre ejus sensus, cujus sunt leges per Mosen datæ, nisi si qvæ sint leges, qvarum tota substantia ad tempus Christi exspectati & Evangelii nondum revelati pertineat, aut nisi Christus ipse contrarium aut in genere aut in specie constituerit: nam his tribus causis demptis nulla potest alia excogitari, cur qvod olim Mosis lege fuit constitutum, nunc sit extra ea, qvæ licent.

4. Tertia observatio hæc sit: Qvicqvid ad eas virtutes pertinens, qvas Christus à suis discipulis exigit, lege Mosis præceptum est, * id nunc etiam, si non & amplius, *Prolegom. §. XLIIX. L. I. c. II. §. VI. n. 5. L. II. c. V. §. IX. n. 2.* à Christianis præstandum. Fundamentum hujus observationis est, qvod qvæ virtutes à Christianis exiguntur, ut humilitas, patientia, dilectio, exiguntur * in majore gradu, qvam statu legis Hebraicæ exigebantur: idqve merito; qvia etiam promissiones cœlestes in Evangelio multo clarius proponuntur. Hinc lex vetus comparatione Evangelii dicitur fuisse nec perfecta, nec ἄμεμπτος, Hebr. VII, 19. IIX, 7. & legis finis dicitur Christus. Rom. X, 5. lex autem manuductrix ad Christum, Gal. III, 25. Sic lex vetus de sabbato, & * altera de decimis, monstrant Christianos obligari, ne minus septima temporis parte ad cultum divinum, nec minus fructuum decima, in alimenta eorum, qvi in sacris rebus occupantur, aut similes pios usus, seponant.

Id nunc etiam si non & amplius à Christianis præstandum) Tertullianus de Pudicitia: *Libertas in Christo non fecit innocentiæ injuriam, manet lex tota pietatis, veritatis constantiæ, castitatis justitiæ, misericordiæ, benevolentiæ, pudicitiæ.*

In majore gradu, Chrysostomus de virginitate XCIV. μείζονα ὑποδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἄρετὴν ὅτι πολλὰ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν καὶ μεγάλη ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία ἡ δωρεά. *Major nunc virtus ostendenda est, qvia multa nunc spiritus effusa est gratia, & ingens donum est Christi adventus.* Similia habet idem oratione, esse ex neglectu vitia, & de jejuniis tertio; & ad Romanos VI, 14. &

VII,

VII,5. Adde Irenæum lib. IV, cap. XXVI. Scriptor Synopseos Sacræ Scripturæ, qvæ inter opera est Athanasii, de capite qvinto Matthæi agens, ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολὰς *intensiora facit hic Christus legis præcepta.*

Et altera de decimis) Sic lege hac apud Christianos utitur Irenæus lib. IV, cap. XXXIV. & Chrysostomus sub finem capitis ultimi prioris ad Corinthios, & ad Ephesios II,10.

CAPUT II.

An bellare unqvam justum sit.

I. Jus naturæ bello non repugnare probatur rationibus.
II. Historia.
III. Consensu.
IV. Jus gentium non repugnare bello probatur.
V. Jus divinum voluntarium ante Evangelii tempus bello non repugnare probatur, cum solutione objectionum.
VI. Ad qvæstionem: an bellum cum jure Evangelico pugnet, præmonita.
VII. Argumenta pro negante sententia ex sacris literis.
IIX. Solutio argumentorum ex sacris literis pro parte ajente.
IX. Examinatur veterum Christianorum circa hanc rem consensio.
Negans privatim consilio potius, qvam præcepto nixa, reprobatur.
X. Affirmans, publica Ecclesiæ auctoritate, consensu, & temporum usu confirmatur.

VIsis Juris fontibus, ad primam ac generalissimam veniamus qvæstionem, qvæ hæc est, an bellum aliqvod justum sit, sive an bellare unqvam liceat?

1. Hæc autem ipsa qvæstio, ut & aliæ, qvæ deinceps seqventur, ad jus naturæ primum exigenda est. M. Tullius Cicero tum tertio de Finibus, tum aliis in locis, ex Stoicorum libris erudite differit, esse qvædam prima naturæ, Græcis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, qvædam consequentia, sed qvæ illis primis præferenda sint. Prima naturæ vocat, qvod simul atqve natum est animal, ipsum sibi conciliatur & commendatur ad se conservandum, atqve ad suum statum, & ad ea, qvæ conservantia sunt ejus status, diligenda: alienatur autem ab interitu iisq; rebus, qvæ interitum videantur afferre. Hinc etiam ait fieri, ut nemo sit, qvin cum utrumvis liceat, aptas malit & integras omnes partes corporis, qvam easdem usu imminutas aut detortas habere: primumqve esse officium, ut se qvis conservet in naturæ statu; deinceps ut ea teneat, qvæ secundum naturam sint, pellatqve contraria. Gell. XII, 5. L. II. c. V. §. IIX. n. 2.

2. At * posthæc cognita seqvi notionem convenientiæ rerum cum ipsa ratione, qvæ corpore est potior, atqve eam convenientiam, in qva honestum sit propositum, pluris faciendam, qvam ad qvæ sola primum animi appetitio ferebatur; qvia prima naturæ commendent nos qvidem rectæ rationi, * sed ipsa recta ratio charior nobis esse debeat, qvam illa sint, à qvibus ad hanc venerimus. Hæc cum vera sint & ab omnibus, qvi judicio sano sunt præditi, facilè

ſine alia demonſtratione aſſenſum impetrent, ſeqvitur in examinando jure naturæ primum videndum, qvid illis naturæ initiis congruat deinde veniendum ad illud, qvod qvanqvam poſt oritur, dignius tamen eſt, neqve ſumendum tantum, ſi detur, omni modo expetendum.

Poſt hæc cognita ſeqvi notionem convenientiæ rerum cum ipſa ratione) Seneca epiſtola CXXIV. *Qvemadmodum omnis natura bonum ſuum niſi conſummata non profert, ita hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illa ratio perfecta eſt.*

Sed ipſa recta ratio charior nobis eſſe debeat, qvam illa ſint, à qvibus ad hanc venerimus) Seneca epiſtola LXXVI. *Idin qvoqve optimum eſt, cui naſcitur, qvo cenſetur. In homine optimum qvid eſt? Ratio.* vide & epiſtolam CXXI, & CXXIIX. Juvenalis Satyra XV.

melius nos
Zenonis præcepta movent: neq; enim omnia, qvædam
Pro vita facienda monent.

3. Hoc ipſum verò, qvod honeſtum dicimus, pro materiæ diverſitate, modo (ut ita dicam) in puncto conſiſtit, ut ſi vel minimum inde abeas, ad vitium deflectas; modo liberius habet ſpatium, L.II.c.I.§.V.n.1. c. XII.§.XIV. n.1. c. XX. §. IV. n. 3. ita ut & fieri laudabiliter, & ſine turpitudine omitti aut aliter fieri poſſit, fermè qvomodo ab hoc eſſe ad hoc non eſſe ſtatim ſit tranſitus; at inter aliter adverſa, ut album & nigrum, reperire eſt aliqvid interpoſitum, ſive mixtum, ſive reductum utrinqve. Et in hoc poſteriori genere maxime occupari ſolent leges tum divinæ tum humanæ, id agendo, ut qvod per ſe laudabile tantum erat, etiam deberi incipiat. Supra autem diximus, de jure naturæ cum qværitur, hoc qværi, an fieri aliqvid poſſit non juſte: injuſtum autem id demum intelligi, qvod neceſſariam cum natura rationali ac ſociali habet repugnantiam. †††

L.I. c.I.§.3. n.1.

Et in hoc poſteriori genere) Occaſionem ex hoc qværentes Grotii Interpretes ſtatuerunt, pingvius & minus accuratè loqvi Imperatorem, qvando in §. 2. *Inſtit. de J. N. G. & C.* ſervitutes Juri naturali contrarias eſſe contendit, *add. princ. Inſt. de Libertin.* Sed hiſce reſpondetur, verum hoc eſſe, ſi ſermo inſtituatur de Jure naturæ præceptivo, non permiſſivo, de qvibus Grotius agit §. 5. *h. c.* vel ſi hoc poſterius (qvo tamen ipſemet *Grotius l. 2 c. 3. §. 5. c. 22. §. 11.* & diſſentientes utuntur, *vid. Dn. Zigler. in not. p. 246. & 267.*) rejeceris, inter jus naturæ ſimpliciter & ſecundum qvid acceptum, *add. Guil. Grot. de Princ. Jur. Natur. c. 2. §. 4.* Nam certum eſt, Imperatorem præ ſe ferre primam DEI, creaturæ humanæ jurisqve eidem competentis. Autoris, intentionem, qvæ omnes perſonas in ſtatu innocentiæ liberas degere volebat *Grot. l. 3. c. 7. §. 1.* huic aliqvando in Statu noſtro depravato (de qvo eleganter *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 1.*) Jus Gentium abſiſtere non valebat, introductâ potiſſimum pravâ habendi id, qvod meum & tuum eſt, libidine *Varq. Controv. Illuſtr. l. 1. c. 9. §. 5. & ſeqq.* qvæ, qvia ſæpius, deficiente judice, niſi per bella, corrigi neqvibat, in bellis interim hoſtem, qvi manus victas dederat, promiſcuè occidere nefas eſt: idcircò æqvius reputabatur, ut homo hominem, qvi amplius nocere deſinebat, vivum relinqveret; ne tamen impoſterum ad malam damna inferendi conſvetudinem re-

ver-

verteretur, certo modo constrictum reservaret, sibiqve, vel aliis, qvi eum custodiebant, servire pateretur. Ex qvibus, uti remur, satis patet, qvemadmodum à primâ nobis concreatâ libertate, adeoqve à primo naturæ fine & statu, propter duritiem cordis mortalium, recessum sit, ita ut jam homines contra primam naturæ intentionem sibi invicem servire cogantur. Non obstat dissentientium argumentum: Q. natura neqve scivit, neqve decrevit, sed humano commisit arbitratui, illa nec juris naturæ, nec contra jus naturæ sunt. Atqvi natura nescivit, ut bello justo capti non serviant; sicut neqve decrevit, ut serviant, sed utrumqve humano commisit arbitratui. E. Ast nos negamus(1) majorem: licet enim Jus naturæ, dum permittit arbitratui humano dispositionem circa servire, & non servire, sibi non contrarietur; nihilominus si arbitrium hominum, uti adversarii præsupponunt, contra intentionem Juris naturalis ex inevitabili necessitate aliqvando rem, (hoc est serviendum esse,) decidat, videmus hoc contrariari Juri naturæ, qvod ipsimet dissentientes negare neqveunt in *cit. Grot. l. 3. c. 7. §. 1 jung. Dn. Zigler p. 553.* qvoniam tunc ad minimum, per non adsistentiam juris positivi, impeditur effectus juris naturæ. In minore dicimus ad membrum primum, Jus naturæ (α) in Statu integritatis servitute non opus habuisse, exinde tamen non seqvitur, illud, homines, posthabitâ obedientiâ divinâ, in se invicem absqve jure sævientes, servituti subjiciendos, vel non subjiciendos esse, nescivisse. (β) In Statu legali admisit certè jus naturæ defensionem sui cum moderamine inculpatæ tutelæ, *l. 1. § 27 ff. de Vi & Vi armat. Cic. pr. Milon. Joseph de Bell. Jud. lib. 3. cap. 5.* ex qvâ, uti jam demonstratum, insimul elicitur, ut ei, cui parcere possumus, vitam potius condonemus, qvam ut auferamus, probè interim prospicientes, ne amplius nobis obesse qveat, qvod per servitutem omnino obtinetur. Qvis igitur & ex hoc negabit, naturam latuisse, ut bello justo se dedentes & capti serviant, vel resistentes occidantur & non serviant? Qvod secundum membrum attinet, certum est, jus naturæ nec simpliciter decernere, nec præcipere potuisse, ut homo serviat: sic namqve contradixisset primæ in productione hominis intentioni Dei & Naturæ, de qvâ supra: nihilominus Jus naturale non resistit Juri Gentium; sed permittit, ut homo, alteri hostis, captus serviat, & per conseqvens patitur se, qvoad libertatis exercitium, circumscribi in Statu legali: qvæ circumscriptio Imperatori rectissimè ansam dedit statuendi servitutem juri naturali (hoc est: primo statui naturali, ubi qvilibet innocenter vivens libertate indistinctè fruebatur) esse contrariam.

4. Inter prima naturæ nihil est, qvod bello repugnet, imo omnia potius ei favent, nam & finis belli, vitæ membrorumqve conservatio & rerum ad vitam utilium aut retentio aut acqvisitio, illis primis naturæ maximè convenit, & vi ad eam rem, si opus sit uti, nihil habet à primis naturæ dissentaneum, cum animantibus singulis vires ideò sint à natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisqve sufficiant. Xenophon, τὰ ζῶα ἐπίστασαί τινα μάχην ἕκαστα, οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως. *Omnia animantium genera pugnam norunt aliqvam, qvam non aliunde qvam à natura didicerunt.* In Halieuticôn fragmento est:

Omnibus hostem
Præsidiumq́, datum sentire & noscere teli
Vimq́, modumqve sui.

Horatius dixerat:

Dente lupus, cornu taurus petit; unde, nisi intus
Monstratum?

Lucretius vero amplius:

Sentit enim vim qvidq; suam, qvapossit abuti:
Cornua nota prius vitulo qvam frontibus exstant.
** Illis iratus petit atqve infensus inurget.*

Qvem sensum Galenus sic exprimit: Φαίνεται γοῦν ἕκαστον ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος ἀμυνόμενον ὃ τῶν ἄλλων ὑπερέχει. μόσχος μὲν κυρίττων πρὶν φύσαι τὰ κέρατα, πῶλος δ' ἵππου λακτίζων οὐδέπω στερεαῖς ταῖς ὁπλαῖς: ὥσπερ γε τὸ μὲν σκυλάκιον δάκνειν ἐπιχειροῦν, κἂν μηδέπω κρατεροὺς ἔχει τοὺς ὀδόντας. *Videmus animantium qvodqve eô ad sui tutelam uti, qvô maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & eqvulus nondum firmatis ungulis calcitrat, & catellus dentibus nondum robustis morsicat.* Idem Galenus de usu partium primo, hominem animal esse ait ad pacem bellumqve natum, cui arma qvidem agnata non sint,* sed apta armis parandis ac tractandis manus: qva etiam pro armis uti sponte sua nec aliunde id edoctos infantes videmus. Sic & Aristoteles de partibus animalium qvarto, capite X. manum homini ait esse pro hasta, pro ense, & pro armis qvibuslibet, qvia omnia potest sumere ac tenere.

L.I.c.V.§.1.

Illis iratus petit atqve infensus inurget) Martialis:

Vituluqve inani fronte prurit ad pugnam.

Porphyrius tertio de non esu animalium: πρῶτον μὲν ἕκαστον οἶδεν εἴτε ἀσθενές ἐστιν εἴτε ἰσχυρὸν, καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τοῖς δὲ χρῆται. ὡς πάρδαλις μὲν ὀδοῦσιν. ὄνυξι δὲ λέων καὶ ὀδοῦσιν, ἵππος δὲ ὁπλῇ καὶ βοῦς κέρασι. *novit qvodqve animantium, qvæ pars sui infirma sit, qvæ valida. Illi cavet: hac utitur. ut dentibus pardalis, leo & ungvibus & dentibus; eqvus ungula, bos cornibus.* Chrysostomus de Statuis undecimo: τὰ ἄλογα πάλιν ἐν τῷ σώματι τὰ ὅπλα ἔχει, οἷον ὁ βοῦς τὰ κέρατα, τοὺς ὀδόντας ὁ σῦς ὁ ἄγριος, τοὺς ὄνυχας ὁ λέων. ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐν τῇ φύσει τοῦ σώματος τὰ ὅπλα κατέθετο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἔξω τοῦ σώματος, δεικνὺς ὅτι ἥμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι οὐκ ἀεὶ μοι τῶν ὅπλων τούτων καιρὸς. καὶ γὰρ πολλάκις μὲν αὐτὸ ἀποτίθημι, πολλάκις δὲ μεταχειρίζομαι. ἵν' οὖν ἐλεύθερος ὦ καὶ ἀπολελυμένος καὶ μὴ διηνεκῶς ἀναγκάζωμαι βαστάζειν τὰ ὅπλα, ἐποίησεν αὐτὰ κεχωρισμένα τῆς φύσεως εἶναι τῆς ἐμῆς. qvæ postrema optime conveniunt cum iis, qvæ ex Galeno in contextu seqvuntur. Hoc enim dicit: *Ratione qvæ carent, arma in ipso habent corpore, ut bos cornua, dentes aper, ungves leo. At mihi non in corporis natura Deus arma posuit, sed extra corpus; hoc ipso ostendens mansvetum animal esse hominem, neqve semper talium armorum mihi esse tempus. Nam telum sæpe depono, resumo interdum. Ut igitur liberior solutiorqve sim, neqve semper cogar portare arma, fecit ea sejuncta esse à mea natura.*

Sed apta armis parandis ac tractandis manus, qvæ etiam pro armis uti sponte sua nec aliunde id edoctos infantes videmus) Cassiodorus de anima: *Et qvoniam neqve cornu, neqve dente, neqve fuga* (sicut alia animalia) *corporis humani forma se prævalet vindicare, robustus illi thorax, brachiaqve concessa sunt: ut illatam*

tam injuriam manu defenderet, & objectu corporis quasi quodam clypeo vindicaret.

6. Recta autem ratio ac natura societatis, qvæ secundo ac potiore loco ad examen vocanda est, non omnem vim inhibet, sed eam demum, qvæ societati repugnat, L.I.c.I. §. 3. n.1. h.c. II. §.1. n. 3. in fin. id est, qvæ jus alienum tollit. nam societas eo tendit, ut suum cuiqve salvum sit communi ope ac conspiratione. Qvod facile intelligi potest locum habiturum, etiamsi dominium (qvod nunc L.I.c.I.§.X.n.4.L II.c.II.§.2.n.2. c.IIX. §. 1. n. 1. ita vocamus) introductum non esset. nam vita, membra, libertas, sic qvoqve propria cuiq; essent, ac proinde non sine injuria ab alio impeterentur, sic & rebus in medio positis uti, & qvantum natura desiderat eas absumere, jus esset occupantis: qvod jus qvi ei eriperet, faceret injuriam. Hoc ipsum autem nunc, postqvam ex lege aut usu dominium formam suam accepit, multo intelligitur facilius: qvod exprimam Tullii verbis: *Ut, si unumqvodqve membrum sensum suum haberet, ut posse putaret se valere si proximi membri valitudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse est: sic, si unusqvisqve nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatqve qvod cuiqve possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas evertatur necesse est: nam sibi ut qvisqve malit, qvod ad usum vitæ pertineat qvam alteri acqviri, concessum est non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.* De offic. II.

†††

Qvod nunc ita vocamus) Dabitur de hoc occasio aliqvid dicendi ad *lib 2. cap. 2. §. 2. n. 1.*

7. Non est ergo contra societatis naturam sibi prospicere, atqve consulere, dum jus alienum non tollatur: ac proinde nec vis, qvæ jus alterius non violat, injusta est: qvod idem Cicero ita extulit: *Cum L.II. c. XXIII. §. 7. L.1. §. 27. vim vi. D. de Vi & Vi armata. sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumqve illud proprium sit hominis hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore,* Idem alibi: *Qvid est qvod contra vim fieri sine vi possit?* Apud Ulpianum est! *Vim vi repellere licere Cassius scribit, idqve jus natura comparatur; apparet autem, inqvit, ex eo arma armis repellere licere.* Ovidius dixerat: Ep. Fam. XII. 3.

Armaqve in armatos sumere jura sinunt.

II. 1. Id qvod dicimus, non omne bellum juri naturæ adversari, probatur amplius ex sacra historia. Nam cum adversus Reges qvatuor, qvi Sodoma diripuerant Abrahamus cum ministris ac fœderatis suis armatus victoriam reportasset, (*a*) Deus per sacerdotem suum Melchisedecum factum ejus probavit. Ita enim illi Melchisedecus: *Laus sit Deo altissimo, qvi tradidit hostes tuos in manum tuam,* Gen. XIV, 20. At ceperat arma (*b*) Abrahamus: ut ex historia apparet, sine speciali Dei mandatu: fretus igitur jure naturæ vir non (*a*) L.I. c. IV. §.1.n.1.L. III. c.XVI.§.3.n.1. (*b*) §.V.n. 6. Molin. T.1. Tr.2.D.99.n3. san-

ſanctiſſimus tantum, ſed & ſapientiſſimus, etiam extraneorum Beroſi atqve Orphei teſtimonio. Hiſtoria ſeptem populorum, qvos Iſraëlitis exſcindendos Deus (c) tradidit, non utar: fuit enim ibi mandatum ſpeciale ad exſeqvendam rem à Deo judicatam in populos maximorum criminum reos: unde hæc bella in ſacris literis Dei bella proprie nominantur, qvippe Dei (d) juſſu, non humano arbitrio, ſuſcepta. Ad rem magis pertinet, qvod Amalecitas vim ſibi inferentes Hebræi, ducibus Moſe ac Joſua, armis repulerunt. Exod. XVII. qvod Deus ante factum non juſſerat, poſt factum probavit.

(c) §. VI. n. 3. L. I. c. I. §. X. n. 6. L. II. c. XV. §. 9. n. 1. L. III. c. XI. §. IX. n. 1.

(d) Devt. VII, 1. XX, 17. XXV, 19.

2. Sed & leges generales ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo ſuo præſcripſit, Devt. XX, 10. 15. eo ipſo oſtendens, juſtum bellum etiam ſine mandatu ſpeciali ſuo eſſe poſſe. Nam aperte ibidem cauſam ſeptem populorum ab aliorum populorum cauſa §. VII. n. 15. diſtingvit: ac cum de juſtis cauſis belli ſuſcipiendi nihil ibidem edicat, eo ipſo oſtendit eas naturaliter ſatis eſſe manifeſtas: qvalis cauſa tuendorum finium in bello Jephtæ (a) adverſus Ammonitas, Jud. XI. violatorum legatorum in bello Davidis (b) adverſus eosdem, II. Sam. X. Simul notandum, qvod dicit divinus ad Hebræos ſcriptor c. XI. Gedeonem, Baracum, Samſonem, Jephten, Davidem, Samuelem, atqve alios per fidem debellaſſe regna, invaluiſſe in bello, exercitus exterorum vertiſſe in fugam. XI, 33, 34. qvo loco, ut iſtius diſſertationis ſeries docet, in fidei nomine includit perſvaſionem, qva id qvod fit, Deo placere creditur. Sic & Davidem ſapiens femina ait prælíari Dei prælia, 1. Sam. XXV, 28. id eſt pia aç juſta.

(a) L. II. c. IV. §. 2.

(b) §. VII. n. 15. L. II. c. XIIX. §. 11. L. III. c. VI. §. VII. n. 1.

III. 1. Probatur idem, qvod dicimus, omnium gentium ac præcipuè ſapientum conſenſione. De vi, qva vita defenditur, notus Ciceronis locus, ipſi naturæ teſtimonium perhibens: *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, qvam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex naturæ ipſi arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad qvam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliqvas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, * omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Idem: *Hoc & ratio docti is, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, qvacunq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent.* Cajus Jurisconſultus: *adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* Florentinus Jurisconſultus: *Jure hoc evenit, ut qvod qvisq; ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur.* Joſephus: Φύσεως γὰρ νόμῳ ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι τὸ ζῆν ἐθέλειν, διὰ ἕτο καὶ τὰς φανερῶς ἀφαιρεμένας ἡμᾶς πολεμίας ἡγούμεθα. *Eſt enim naturæ lex illa, qvæ in omnibus valet, ut velint vivere, idq; ipſum eſt qvapropter eos, qvi vita manifeſte nos volunt ſpoliare, hoſtes cenſemus.*

L. II. c. I.

Pro Milone.

L. Itaq; 4. pr. D. ad L. Aqv. L. ut vim. 3. D. de Juſt. & Jure. De bello Jud. l. II. c. 25.

Omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis) Seneca: *Tutela certiſſima ex proximo eſt, ſibi qvisqve permiſſus eſt.* Qvintilianus VII, cap. 11. *Primum in omni genere debet eſſe defenſio, qvia natura potior eſt ſalus noſtra, qvam adverſarii pernicies.* Bene ergo in Trachinius Sophocles;

εἰ γὰ

εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμυνάτο.
Ζεὺς τ' ἂν συνέγνω σὺν δίκῃ χειρωμένῳ.
nam si seipse tutasset palam,
Veniam dedisset jure pugnanti Deus.

vide & Wisigottorum legem lib, VI. tit. I. c. 6.

2. Adeoqve manifestam æqvitatem hoc habet, ut in bestiis etiam, qvæ juris non rem ipsam, ut diximus, sed umbram habent qvandam, distingvamus inter vim, qvæ injuriam infert, & qvæ propulsat. Nam cum dixisset Ulpianus animal * qvod sensu, id est, rationis usu, caret, non posse injuriam fecisse, mox tamen subjungit, cum arietes vel boves commisissent, & alter alterum occidisset. Q. Mutio auctore distingvendum. ut si qvidem is periisset, qvi aggressus erat, cessaret actio; si is, qvi non provocaverat, competeret actio. Cui explicando serviet illud Plinii: *Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petunt serpentes; sea si vis inferatur, nulla est, cui non sit ira, non sit anima injuriæ impatiens, & promta, si noceat, ad se defendendum alacritas.* Prolegomen. §. VII. L. I. c. I. §. XI. n. 2. L. 1. D. si qvadrup. paup. f. d. §. Ait, 3. & §. cum arietes. 11. Adde Ex. XX, 28.

Qvod sensu, id est, rationis usu, caret) Similem in modum Seneca de feris loqvitur: *Adeo etiam, qvæ extra intellectum atq; æstimationem beneficii sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis evincit.* Vide totum locum de beneficiis libro I. cap. III. & compara, qvæ ad Præfationem ex Philone posuimus.

†††

Competeret actio.) Scilicet de pauperie: Qvæ, prout eleganter deducit Magnificus *Dn. Strvv. Syntagm. Jur. Civil. Ex.* 14 §. 8. non fundatur in culpâ Domini animalis, sed in eo, qvod ipsum animal, licet ratione destituatur, ac sine injuriâ damnum inferat, ex ipsâ re, seu damno dato, obnoxium fiat, ita, ut inde damnum reparetur læso, aut Dominus id, æstimationem damni restituendo, luere necesse habeat. Qvod qvamvis ipsum jus naturæ non ita præcisè dictitet, tamen ab eo non est alienum, sed æqvitati maximè congruum, *add. l. 2. c. 17. §. 21.*

IV. 1. De jure naturali ergo, qvod & gentium dici potest, satis constat eo bella non omnia improbari.

2. Jure autem gentium voluntario itidem non damnari bella satis nos docent Historiæ: & omnium populorum leges ac mores. Imò * jure gentium introducta esse bella dixit Hermogenianus: qvod paulo aliter, qvam vulgo accipi solet interpretandum censeo: nempe ut certa bellorum forma à jure gentium sit introducta, qvam formam, qvæ habeant bella, ea peculiares ex jure gentium effectus consequantur: unde distinctio nascitur, qvautendum nobis erit infra, in bellum solenne juris gentium, qvod & justum, id est plenum, dicitur, & non solenne, qvod tamen non ideo justum esse definit id est juri congruens. Nam aliis bellis, modo æqva subsit causa, jus gentium non adsistit qvidem, sed nec resistit, ut infra latius explicabitur. *Jure gentium* (inqvit Livius) *ita comparatum est, ut arma armis propulsentur.* L. Ex hoc Jure 5. D. de Just. & Jure. L. I. c. III. §. 1. & 4. L. III. c. 3. §. 1. seqq.

Lib. XIII. L. ut vim. 3. D. de Just. & Jur.

Et Florentinus jus esse gentium ait, ut vim atqve injuriam propulsemus, ut corpus nostrum tutemur.

Jure gentium introducta esse bella) Scriptor vitarum illustrium in Themistocle: *Professus est Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, Deo publicos suosq; patrios ac penates, quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse.*

†††

Paulo aliter.) Utrumqve Hermogenianum voluisse autumamus: primo bella jure gentium cœpisse; secundò certam bellorum formam eodem jure introductam fuisse. De priore nullum est dubium: posterius docent servitutes, manumissiones, induciæ, indictiones, jura fecialium &c. qvæ cuncta inter gentes erant notissima.

Prolegom. §. XI. L. I. c. I. §. X. n. 5.

V. 1. De jure divino voluntario major est difficultas. Neqve hîc objiciat qvisqvam jus naturæ esse immutabile, ac proinde à Deo nihil in contrarium potuisse constitui: id enim verum est in iis, qvæ jus naturæ vetat aut præcipit, non in iis, qvæ jure naturæ licent tantum: nam qvæ ejus sunt generis, cum proprie juris naturæ non sint, sed extra jus naturæ, & vetari possunt & præcipi.

2. Solet ergo primam à nonnullis contra bellum adferri lex data Noæ ejusqve posteris: ubi Deus sic loqvitur, Gen. IX, 5. 6. *Qvin etiam sanguinem vestrum, id est animarum vestrarum, reposcam, ab omni bestia reposcam eum: atq; etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, reposcam hominis animam. Qvisqvis effuderit sanguinem hominis, qvi est in homine, sanguis ejus effundetur: qvia hominem ad effigiem suam fecit Deus.* Hic ergo qvidam illud, qvod de reposcendo sangvine dicitur, generalissime intelligunt, & alterum de effundendo vicissim sangvine, comminationem esse volunt, non approbationem, qvorum neutrum mihi se persvadet. Nam interdictum de sangvine non effundendo latius non patet, qvam qvod in lege est, *Non occides!* qvod neqve capitalibus suppliciis, neqve bellis obstitisse manifestum est. Lex ergo tam hæc, qvam illa, non tam novi aliqvid constituit, qvam jus naturæ prava consvetudine obliteratum declarat atqve repetit; unde verba illa intelligenda sunt in eo sensu, qvi vitium includit: sicut homicidii nomine non qvamvis hominis cædem intelligimus, sed destinatam, & innocentis. Qvod vero seqvitur de sangvine vicissim effundendo, videtur mihi non factum nudum, sed jus continere.

L. II. c. XX. §. I. n. 2.

3. Rem ita explico. Natura non iniqvum est, ut qvantum qvisqve fecit mali, tantundem patiatur, juxta illud, qvod * Rhadamanthi jus dicitur:

Εἶχε πάθοι τὰ ϰ' ἔρεξε δίκη ϰ' ἰθεῖα γένοιτο.
Qvæ fecit si qvisq; ferat, jus fiet & æqvum.

Seneca pater hanc sententiam sic retulit: *Justissima patiendi vice, qvod qvisqve alieno excogitavit, supplicio excipit suo.* Ex hujus naturalis æqvitatis sensu

Cain

Cain parricidii sibi conscius dixerat, Gen. IV, 14. *qvi inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, aut qvia paucis adhuc grassantibus minus opus erat exemplo, id qvod naturaliter licitum videbatur, edicto repressit, & contractum qvidem ac commercium homicidæ defugi voluit, at vitam ei non eripi, qvomodo & Plato in legibus constituit, & olim in Græcia usurpatum his versibus docet Euripides:

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι·
Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων πρᾶν,
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅστις αἷμ' ἔχων κυρεῖ.
Φυγαῖσι δ' ἐσίουν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή.
Qvam bene parentum provida ætas statuerat:
Vi cogeretur de via decedere,
Hominumqve visu cæde patrata nocens.
Fugaqve lueret triste, non letho, scelus?

Qvo & illud pertinet Thucydidis: εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων, μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς (τὰς ζημίας) παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι. *Credibile est antiqvitus qvamvis gravium delictorum* * *leves fuisse pœnas: sed cum ea progressu temporis contemnerentur, ventum ad mortem* Lactantius: *Adhuc enim videbatur nefas, qvamvis malos, tamen homines, supplicio capitis afficere.* Lib. III. Lactant. lib. 2.

Rhadamanthi jus.) Apud Apollodorum lib. II. Νόμος Ῥαδαμάνθου, ὃς ἂν ἀμύνηται τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι ἀθῷον εἶναι. *Lex Rhadamanthi, si qvis se ultus sit de eo, qvi prior vim intulerit, impune id ferat.*

Leves fuisse pœnas.) Servius ad primum librum Æneidos: *Luetis, persolvetis. Et hic sermo à pecunia descendit: antiqvorum enim pœnæ omnes pecuniariæ fuerunt.* Et ad librum secundum: *Expendere, tractum est à pecunia: nam apud majores pecuniarias pœnas constat fuisse, cum adhuc rudi ætate pecunia ponderaretur, qvod ad capitis pœnam deinde usurpatum est.* Ad sextum: *Pendere, tractum est à pecuniaria damnatione.* Memorat Plinius historiæ naturalis libro VII. cap. LVI. primum capitis judicium in Areopago esse actum.

†††

Tantundem patiatur.) A magistratu sc. cui jus animadvertendi competit: qvo aliqvando cessante, vel actu planè non existente, uti casus ponit *Grot. l. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* naturâ iniqvum non est, ut qvantum qvisqve facit mali, tantundem patiatur à qvolibet, qvi ex zelo justitiæ, seposito privato vindicandi animo, eundem corrigit.

Ex hujus naturalis æqvitatis sensu.) Qværitur hic: an ex hujus à Grotio præsuppositæ æqvitatis naturalis sensu, an verò ex metu talionis hæc verba Cain locutus fuerit, ut posterius innuunt *Ægid. Hunn. in qvæst. ad Genes.* & alii plures? Arbitramur utrumqve verum esse. Æqvitas siqvidem naturalis hanc cognitionem talionis peperit malæ & trepidanti Caini conscientiæ, ita qvidem, ut à parentibus & reliqvis suis confratribus (nam paucas tantum sorores ei extitisse probabile non est; multò minus,

ut qvidam fabulantur, credibile, Adamum patrem per triginta annos, nimirum usqve ad generationem Sethi, necem Abelis deplorasse, nec filiis operam dedisse, qvia eorum in Sacris nulla sit mentio) sibi eandem occisionem metueret, *add. Eckolt. tit. ad L. Com. de Sicar. §. 6 in fin.*

4. Ab uno facto illustri sumta conjectura divinæ voluntatis in legem ivit, ita ut Lamechus qvoqve * simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit, Gen. IV, 24.

Simili facinore perpetrato) aut potius, si qvid simile perpetrasset: nam hunc sensum ferunt verba, qvæ apud Mosem.

†††

Ab hoc exemplo promiserit.) Si Cedreno credimus, Cain à suo atnepote Lamecho post fruticeta latens unà cum puero, qvem secum habebat, sub intentione bestiæ telo petitus & occisus fuit. Licet ex ruinâ ædium suarum eundem occubuisse Anno 931. post mundum conditum alii velint. Sed hæc nostra non facimus, *Vid Gerhard. p 153. & Dn. Calov. p 566. ad cit. cap. 4. Genes.*

5. At cum jam ante diluvium, gigantum ætate, promiscua invaluisset cædium licentia, instaurato post diluvium humano genere, ne mos idem invalesceret, severius occurrendum DEUS censuit: & repressa prioris seculi lenitate, qvod natura non iniqvum esse dictabat & ipse permisit, * ut insons esset, qvi homicidam occidisset. qvod postea institutis judiciis summas ob causas ad judices solos restrictum est; ita tamen ut moris pristini vestigium manserit in jure ejus, qvi occisum sangvine proxime attingeret, etiam post Mosis legem, qva de re infra fusius agetur.

Ut insons esset qvi homicidam occidisset) Josephus: *παραινῶ μὲν τοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι καὶ καθαρεύειν φόνου καὶ δράσαντάς τι τοιοῦτο κολάζεσθαι. Edico ut à cæde humana pura habeantur manus: qvod si qvis cædem commiserit, pœnam ferat.*

6. Magnum habemus auctorem nostræ interpretationis Abrahamum,
§. II. n. 1. qvi cum legem Noæ datam non ignoraret arma sumsit in reges qvatuor, ut qvæ plane crederet cum ea lege non pugnare. Sic & Moses Amalecitis populum oppugnantibus arma jussit opponi, naturæ scilicet jure usus: nam DEUM de hac re speciatim consultum non apparet, Exod. XVII, 19. Adde jam qvod capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet, non modo apud populos extraneos, sed apud ipsos piæ doctrinæ alumnos, Gen. XXXIIX, 24.

7. Nimirum conjectura divinæ voluntatis ipsa naturali ratione adjuvante à similibus ad similia processerat, ut qvod in homicidam constitutum erat,
L. II. c. I. §. in alios qvoqve eximie nocentes non iniqvum videretur. Sunt enim qvædam, qvæ vitæ æqviparantur, ut existimatio, pudor virginalis, fides matrimonii; aut sine qvibus vita tuta esse non potest, ut imperii societatem continentis reverentia; adversum qvæ qvi faciunt, ii homicidis meliores non videntur.

Qva

†††

Qvæ vitæ adspiarantur.) Qvoad defensionem, non qvoad vindictam. Sic virgo, ne pudicitia violetur etiam cum internecione ejus, qvi vim intentat, rectè se defendit: stuprum tamen passa ex post facto stupratorem non rectè interimit, qvippe qvem committere debebat officio magistratus, *add. l. 2. c. 1. §. 7.*

8. Huc pertinet vetus, qvæ ad Hebræos exstat, traditio, leges plures Noæ filiis datas à DEO, qvæ non omnes à Mose narratæ sint, qvia satis erat ad ipsius institutum eas postea in lege peculiari Hebræorum esse comprehensas. Sic adversus nuptias incestas legem veterem, qvanqvam à Mose suo loco non memoratam exstitisse apparet Levit. XIIX. Inter ea a. qvæ Noæ liberis DEUS edixit, hoc qvoqve ajunt fuisse, ut non homicidia tantum, sed & adulteria, & concubitus incesti, item violentæ rapinæ morte punirentur. Qvod ipsum confirmant Jobi verba XXXI, 11. L.I.c.I.§. XV.

†††

Morte punirentur) *Add. Selden. de Just. & Jur. secund. disciplin. Hebr. l. 1. c. 10. & l. 7. c. 5. p. 849.* qvi hoc Grotii assertum doctrinæ Talmudicæ non satis convenire asserit. Non enim necessariò pœnæ illud genus à Noachidis velut ex præcepto adhibendum volunt.

9. Jam vero data per Mosem lex sanctionibus capitalibus rationes adjicit, qvæ apud alios populos non minus qvam apud Hebræum populum valent: ut Levit. XIIX, 24. 25. 27. 28. Psalm. C. I, 5. Prov. XX, 8. Et peculiariter de homicidio dicitur terra non posse expiari nisi sangvine homicidæ fuso, Num. XXXV, 31. 33. Præterea absurdum cogitatu est, Hebræo populo indultum, disciplinam & salutem publicam ac singulorum munire pœnis capitalibus ac se bello tueri, ceteris autem regibus gentibusqve idem eodem tempore non licuisse: neqve tamen reges eos aut gentes unqvam à prophetis admonitos, improbari à Deo usum capitalium suppliciorum ac bella omnia, sicut de aliis peccatis admoniti sæpe sunt.

10. Imo contra qvis non credat, cum lex Mosis de judiciis expressam habuerit divinæ voluntatis imaginem, recte ac pie facturas fuisse nationes, qvæ inde sibi exemplum peterent? qvod certe Græcos, Atticos præsertim, fecisse credibile est: Unde tanta in jure veteri Attico & qvod inde sumtum est Romano XII. tabularum cum legibus Hebræis similitudo est. Sufficere hæc videntur, ut appareat legem Noæ datam non eum habere sensum, qvem volunt, qvi bella omnia eo argumento impugnant. L.II.c.V.§.5. c.IIX.§.1.n. 5.

†††

Et qvod inde sumtum est. (Non curamus hic nugas *Gloss. ad l. 2. §. 4. Verb. constituti. ff. de Orig. Jur.* qvas tamen jocosè satis defendit Forcatulus, missum videlicet à Græcis ad Romanos qvendam sapientem, qvi exploraret, an digni essent Legibus; cui Romani stultum opposuissent: Gravior res est, qvam proferunt *Andr. Gerhard. Exercit. Jurid. 1. q. 1.* cum *Wilhelm. Zepper. de Legib. Mosaic. l. 5. cap. fin.* Idem *Selden. de Jur. Nat. & Gent. sec. Disc. Hebr. l. 3. c. 3. & 13.* atqve *Cypr. Regner. Cens. Belg. ad §. 10. in fin. Inst. de Jur.*

de Jur N. G. & Civ. à Mose Mercurium Trismegistum, ab hoc Ægyptios, ab his Græcos, à Græcis Romanos Legum suarum originem accepisse, *iung. not. Dn. Struv. S. J. C. Ex. I. Th. 63.* Sed hujus opinionis fundamenta latius examinata vide apud plurimum Reverendum *Dn. Joh. Adam. Osiandrum in not. ad Grot. l. 1. c. 1. th. 1. observ. 2.*

VI. 1. Speciem majorem habent, qvæ ex Evangelio contra bellum adferuntur: in qvibus examinandis non illud mihi sumam qvod sumunt multi, in Evangelio extra præcepta credendi & sacramentorum nihil esse, qvod non sit juris naturalis: id enim, qvo sensu à plerisqve sumitur, verum non puto.

2. Illud libens agnosco, nihil nobis in Evangelio præcipi, qvod non naturalem habeat honestatem: sed non ulterius nos obligari legibus Christi qvam ad ea, ad qvæ jus naturæ per se obligat, cur concedam non video. Et qvi aliter sentiunt mirum qvam sudent, ut probent, qvæ Evangelio vetantur ipso jure naturæ esse illicita, * ut concubinatum, divortium, matrimonium cum pluribus fœminis. Sunt qvidem hæc ejusmodi ut eis abstinere honestius esse dictet ipsa ratio; at non talia, ut absqve lege divina nefas in illis appareat. At illud vero, qvod Christiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1. Johan. III, 16. qvis dicat ipso naturæ jure nos obligari? Justini dictum est: τὸ κ̅τ̅ φύσιν βιοῦν οὐδέπω πεπιστευκότος ἐστὶν: * *secundum naturam vivere ejus est, qvi nondum credidit.*

L. II. c. V. §. IX. & XV.

Ut concubinatum, divortium,) Spectat huc illud Hieronymi: *Aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit.*

Secundum naturam vivere ejus est, qvi nondum credidit) Locus Justini est ad Zenam: idemqve sensus apud Origenem in excerptis illis, qvæ Philocalia dicuntur.

3. Sed ne illos qvidem seqvar, qvi aliud sibi sumunt non exiguum, Christum scilicet in tradendis præceptis qvæ extant Matthæi V. & deinceps, interpretem tantum agere legis per Mosem datæ. Aliud enim sonant verba toties repetita, *Audistis dictum fuisse veteribus: Ego vero dico vobis:* qvæ oppositio, sed & Syriaca & aliæ versiones ostendunt, illud *veteribus* significare ad veteres, non à veteribus; ut *vobis* est ad vos, non à vobis. Veteres autem illi non alii fuerunt, qvam qvi Mosis tempore vivebant; nam qvæ ut veteribus dicta recitantur, non legisperitorum sunt, sed Mosis, aut verbo tenus, aut sensu: *Non occides.* Exod. XX, 30. *Qvisqvis occiderit tenebitur judicio*, Levit. XXI, 21. Num. XXXV, 16, 17. 30. *Non mœchaberis.* Exod. XX, 30. *Qvisqvis dimiserit uxorem, det ei libellum divortii.* Devt. XXIV, 1. *Non pejerabis, sed reddes Domino, qvæ juraveris.* Exod. XX, 7. Num. XXX, 2. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* (supple reposcere liceat in judicio) Levit. XXIV, 20. Devter. XIX, 21. *Diliges proximum tuum* (id est Israëlitam (a)) Levit. XIX, 18. *& odio habebis inimicum tuum*, * puta septem populos (b) qvibuscum amicitiam colere qvorumqve misereri vetantur, Exod. XXIV, 11. Devt. VII, 1. His addendi Amalecitæ in qvos Hebræi jubentur bellum habere implacabile, Exod. XXVII, 19. Devt. XXV, 19.

§. IIX. n. 9.

(a) §. IIX. n. 9. & 12. L. II. c. XII. §. 20. n. 3. c. XV. §. 9. n. 3. c. XIX. §. 4. n. 3. c. XX. §. 10. n. 2

(b) §. II. n. 1.

Puta

Puta septem populos) In hos odium lege permitti, ait illustrissimus Abarbaniel ad Devt. XXIII, 21.

4. Sed ad intelligentiam verborum Christi omnino notandum, legem per Mosem datam dupliciter accipi: aut secundum id, qvod commune habet cum aliis legibus, qvæ ab hominibus condi solent, qvatenus scilicet graviora delicta pœnarum aspectabilium formidine coërcet, Hebr. II, 2. & populum Hebræum hac ratione in statu civilis societatis continet, qvo sensu dicitur νόμος ἐντολῆς σαρκικῆς, Hebr. VII, 13. & lex factorum, Rom. III, 27. aut secundum id, qvod legis divinæ est proprium, qvatenus scilicet etiam mentis reqvirit puritatem, & actus aliqvos, qvi sine temporali pœna omitti possunt: qvo sensu vocatur νόμος πνευματικὸς, Rom. VII, 14. exhilarans animum, Ps. XIX. qvi Latinis XIIX, 9. Legisperiti & Pharisæi, priore illa parte contenti, secundam, qvæ potior est, insuper habebant, neqve inculcabant populo: qvod verum esse non ex nostris duntaxat libris, sed ex Josepho qvoqve & magistris Hebræorum ostendi potest.

5. Sed etiam secundam hanc partem qvod attinet, sciendum est, virtutes, qvæ à Christianis exiguntur, etiam Hebræis aut commendari, aut præcipi, sed * non præcipi in eo gradu ac latitudine qvo Christianis. Utroqve autem hoc sensu Christus sua præcepta opponit veteribus: unde liqvet, verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem sciri non ad hoc tantum, qvod nunc in manu est, refert, sed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate, supra qvuam æqvum est, utamur.

Prolegom. §. 48. L. I. c. I. §. fin. n. 4. L. II. c. I. §. XIII. n. 1. c. V. §. IX. n. 2.

Non præcipi in eo gradu ac latitudine) Qvædam huc pertinentia vide in notatis supra ad finem capitis primi. Egregius imprimis Chrysostomi locus de Virginitate cap. XLIV. τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν οὐ τοσοῦτον ὑμῖν ἀρετῆς προὔκειτο μέτρον, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ ἀντιλοιδορεῖσθαι τῷ λοιδορουμένῳ, καὶ χρημάτων ἐπιμελήσεσθαι ἐξῆν, καὶ εὐορκοῦντα ὀμνύναι, καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ οὔτε τρυφᾶν, οὔτε ὀργίζεσθαι, οὔτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντεισάγειν κεκώλυτο, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο κατὰ ταὐτὸν ὁμοῦ γυναῖας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλὴ καὶ ἐν τούτοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν. κατὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πολλῷ στενοτέρα γέγονεν ἡ ὁδός. *Olim tanta nobis injuncta non erat virtutis mensura, sed & vindictam sumere de injuriam inferente, & convitianti reddere convitium, & pecuniis studere licebat, sed & citra falsimoniam jurare, & pro oculo excutere oculum, & odio habere inimicum. qvin nec deliciis frui, nec irasci, nec uxorem aliam ejicere, recipere aliam, vetitum erat. Parum dixi, etiam duas eodem tempore uxores habere lex sinebat, multaq; & in his & in aliis rebus erat temporum illorum indulgentia. At post Christi adventum multo arctior facta est via.* Eodem libro cap. LXXXIII. οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι *non eadem virtutis mensura à nobis & ab illis exigitur.* Idem in oratione Filium Patri æqvalem,

lem, qvæ eſt Tomo VII. ait, in Evangelio eſſe ἐπίτασιν καὶ προσθήκην ἐντολῶν, *præceptorum & intenſionem & adjectionem.*

VII. 1. Omiſſis ergo argumentationibus, qxæ minus ſe nobis probant. Primum ac præcipuum teſtimonium, qvo bellandi jus à Chriſti lege non plane tolli probamus, eſto Pauli illud ad Timotheum I, II, 1.2.3. *Hortor ergo ante omnia, ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro qvibuvis hominibus : pro regibus & qvibusvis in eminentia conſtitutis: * ut tranqvillam ac qvietam vitam degamus cum omni pietate ac ſanctitate, nam id bonum gratumqve eſt apud DEUM ſervatorem noſtrum, qvi omnes homines vult ſervari, & ad agnitionem veritatis venire.* Tria enim hinc docemur: Gratum eſſe DEO, ut reges fiant Chriſtiani : ut Chriſtiani facti reges maneant: qvod ita expreſſit Juſtinus Martyr : εὐχόμεθα ὑὲς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ἐυρεθῆναι. *Hoc precamur, ut Reges & Principes ſimul cum regali poteſtate etiam ſanam mentem conſequantur :* & in libro, cui nomen conſtitutiones Clementis, precatur Eccleſia * χριστιανὰ τὰ τέλη, id eſt, magiſtratus Chriſtianos : Deinde & hoc DEO gratum eſſe, ut Chriſtiani reges Chriſtianis aliis vitam tranqvillam præſtent.

§. IIX. n. 4. §. X. n. 1. L. I. c. III. §. 8. n. 15. L. II. c. XV. §. 9. n. 7.

Ut tranqvillam ac qvietam vitam degamus cum omni pietate ac ſanctitate) Seneca Epiſtola LXXIII. philoſophiæ fideliter deditos falſo ait contemtores magiſtratuum ac regum exiſtimari. *E contrario*, ait, *nulli adverſus illos gratiores ſunt : nec immerito : nulli enim plus præſtant, qvam qvibus frui tranqvillo otio licet.* Digna eſt, qvæ legatur Epiſtola, ubi & hoc : *Hujus pacis beneficium ad omnes pertinentis, altius ad eos pervenit, qvi illa bene utuntur.*

χριστιανὰ τὰ τέλη, id eſt magiſtratus Chriſtianos) niſi hic interpretari malis, Chriſtianum vitæ exitum.

2. Qvomodo verò ? Alibi id explicat Rom. XIII, 4. *DEI miniſter eſt tuo bono, qvod ſi feceris, qvod malum eſt, metue ; non enim fruſtra gladium gerit. Nam DEI miniſter eſt, vindex ad iram ei, qvi, qvod malum eſt, fecerit.* Jure gladii per complexionem omnis qvidem coërcitio intelligitur, qvomodo etam apud Juriſconſultos interdum, ſed ita tamen, ut pars ejus ſumma, id eſt verus gladii uſus, non excludatur. Huic loco illuſtrando non parum ſervit Pſalmus ſecundus, qvi qvanqvam in Davide ſuam habuit veritatem, plenius tamen & perfectius ad Chriſtum pertinet : ut diſcere eſt Actor. IV, 25. XIII, 33. Hebr. V, 5. Is autem Pſalmus reges omnes hortatur, ut DEI filium venerabundi ſuſcipiant : hoc eſt, ut ſe miniſtros ei exhibeant, qva reges ſunt ſcilicet, ut rectè explicat Auguſtinus, cujus verba ad hanc rem pertinentia apponam: *In hoc reges, ſi ut eis divinitus præcipitur, DEO ſerviunt, in qvantum reges ſunt, ſi in regno ſuo bona jubeant, mala prohibeant, non ſolum qvæ pertinent ad humanam ſocietatem, verum etiam qvæ pertinent ad divinam religionem.*

Contra Creſ. Gram. lib. III. Ad Bonif. Epiſt. 50.

nem. Et alibi: *Qvomodo ergo reges Domino serviun. in timore, nisi ea, quæ contra justa Domini fiunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit qva homo est, aliter qva rex est.* mox: *In hoc ergo serviunt Domino reges in qvantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi reges.*

3. Secundum argumentum præbet nobis is ipse locus, cujus partem citavimus, ad Rom. XIII. ubi potestas summa, qvalis est regia, à Deo esse dicitur, & Dei ordinatio vocatur, unde infertur, ei & parendum & honorem exhibendum, & qvidem ex animo: & qvi ei resistit, eum Deo resistere. Si ordinationis voce res intelligeretur, qvam Deus tantum non vult impedire, qvomodo se Deus habet circa actus vitiosos, L. I. c. I. §. fin. n. II. jam inde nulla honoris, nulla obedientiæ, ad animum maxime pertinentis, obligatio sequeretur: nec qvicqvam diceret Apostolus, ubi hanc potestatem tantopere prædicat atqve commendat, qvod non latrociniis & furtis conveniret. Sequitur ergo ut ordinata hæc potestas voluntate Dei approbante intelligatur: unde porro infertur, cum Deus sibi contraria non velit, hanc potestatem cum voluntate Dei per Evangelium revelata, & omnes homines obligante non pugnare.

4. Neqve eliditur hoc argumentum eo, qvod qvi in imperiis erant eo tempore, cum hæc Paulus scriberet, dicuntur alieni fuisse à Christiana pietate: nam primum id ita universim verum non est. Nam Sergius Paulus Cypri prætor Christo nomen pridem dederat, Actor. XIII, 12. ut jam taceam qvod de * Edessenorum rege vetus fama tradidit, nonnihil forte falso inqvinata, sed ut videatur ex vero originem trahere. Deinde non de personis qværitur impiæ fuerint, sed an illa functio in illis impia fuerit: qvod dicimus ab Apostolo negari, qvando illam functionem dicit à Deo institutam etiam pro illo tempore, ac propterea honorandam etiam intra animi recessus, qvibus proprie solus DEUS imperat. Potuit ergo & Nero, & rex ille Agrippa, qvem ad Christi religionem amplectendam Paulus tam serio invitat, Actor. XXVI. Christo se subjicere, & retinere hic regiam, ille imperatoriam potestatem: qvæ sine jure gladii & armorum intelligi neqvit. Sicut ergo olim pia erant sacrificia secundum legem, qvamvis ab impiis sacerdotibus celebrata; sic * pia res est imperium, qvamvis ab impio teneatur.

Euseb. l. 1. Hist. c. 14.

Edessenorum) Est Edessa in Osroene. Nomen Abgari freqvens illis locis. Apparet ex nummis, Tacito, Appiano, Dione tum in pridem editis, tum in novis excerptis, Capitolino.

Pia res est imperium qvamvis ab impiis teneatur) Bene hoc exsequitur ad hunc locum epistolæ ad Romanos Chrysostomus.

5. Tertium argumentum petitur ex Joannis Baptistæ verbis, qvi serio interrogatus à militibus Judæis (cujus gentis multa millia Romanis militasse ex Josepho & aliis scriptoribus manifestissimum est) qvid haberent faciendum §. IX, n. 2.

dum, ut iram Dei effugerent: non eos militia abire jussit, qvod facere debebat, si ea erat DEI voluntas, sed abstinere concussionibus & fallaciis, stipendiisq; esse contentos, Luc. III, 14. Ad hæc Baptistæ verba, cum apertam satis militiæ approbationem contineant, multi respondent, qvæ Baptista præscripsit, ita discrepare à Christi præceptis, ut aliud docere potuerit Baptista, aliud Christus: qvod qvo minus admittam, hæc obstant. Joannes & Christus eodem exordio doctrinæ, qvam afferebant summam indicarunt. *Resipiscite: appropinqvavit enim regnum cœlorum*, Matth. III, 2. IV, 17. Christus ipse regnum cœleste (id est legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos est) dicit cœpisse invadi à diebus Baptistæ, Matth. IX, 12. Joannes dicitur prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, Marc. I, 4. Tantundem fecisse dicuntur Apostoli Christi nomine, Actor. II, 38. Exigit Joannes fructus dignos pœnitentia, & iis, qvi talem fructum non proferunt, excidium minatur, Matth. III, 8. & 10. Exigit opera dilectionis supra legem, Luc. III, 11. Lex dicitur durasse usque ad Joannem, id est ab illo incepisse doctrina perfectior. Matth. XI. 13. Et principium Evangelii à Joanne ducitur, Marc. I. 1. Luc. I, 77. Ipse Joannes hoc nomine major Prophetis, Matth. XI, 9. Luc. VII, 26. missus scilicet ad dandam cognitionem salutarem populo, Luc. II, 77. ad Evangelium annuntiandum, Luc. III, 18. Neq; usqvam Joannes Jesum à se distingvit præceptorum discrepantia (qvanqvam qvæ generalius & confusius, & rudimentorum more à Joanne sunt indicata, eadem diserte tradidit Christus vera lux) sed eo qvod Jesus esset promissus ille Messias, Act. XIX, 4. Joan. I, 29. rex scilicet regni cœlestis, qvi daturus esset in se confidentibus vim Spiritus Sancti. Matth. III, 11, Marc. I, 8. Luc. III, 16.

6. Qvartum hoc est argumentum, qvod mihi ponderis non exigui videtur: Si tollatur jus capitalium supplicorum, & armis cives tuendi adversus latrones ac prædones, maximam inde secuturam scelerum licentiam & qvasi diluvium malorum,* cum nunc qvoqve constitutis judiciis ægrè reprimatur improbitas. Qvare si mens Christi fuisset, talem rerum statum, qvalis auditus nunqvam fuerat, inducere haud dubie verbis, qvam maxime disertis ac specialibus edicendum ei fuerat, ne qvis de capite judicaret, ne qvis arma ferret; qvod fecisse nusqvam legitur: nam qvæ adferuntur, aut valde sunt generalia, aut obscura. Docet autem ipsa æqvitas & communis ratio, non tantum verba generalia contrahi, & ambigua commode explicari, sed & à proprietate usuqve recepto verborum discedi nonnihil, ut is sensus evitetur, qvi maxima secum incommoda sit allaturus.

* L. I. c. III. §. 2. n. 1.

L. II. c. XVI. §. 1. 2. n. 2.

Cum nunc qvoq; constitutis judiciis ægre reprimatur improbitas) Διὰ τούτους δικαστήρια καὶ νόμοι καὶ τιμωρίαι καὶ διάφοροι κολάσεων τρόποι. *Propter hos sunt judicia & leges, & supplicia totq; pœnarum modi.* Chrysostomus in sermone ad Patrem fidelem.

7. Qvin-

7. Qvintum ſit, qvod nullo argumento oſtendi poteſt lex Moſis, qvæ ad judicia pertinebat, deſiiſſe priusqvam urbs Hieroſolyma exſcinderetur, & cum ea tum ſpecies tum ſpes reipublicæ concideret: nam neq; in lege Moſis ullus terminus iſti legi præfinitur, neq; Chriſtus aut Apoſtoli usqvam de iſtius legis ceſſatione loqvuntur, niſi qvatenus id comprehenſum videri poteſt in reipublicæ (ut diximus) deſtructione: imo contra Paulus ſummum pontificem ait conſtitutum, ut judicium ferret ſecundum legem Moſis, Act. XXIII, 3. Chriſtus ipſe in præfatione præceptorum ſuorum ait, non veniſſe ſe ad ſolvendam legem, ſed ad implendam, Matth. V, 17. qvod qvem de ritualibus ſenſum habeat, non obſcurum eſt: implentur enim lineamenta adumbrantia, cum perfecta rei ſpecies exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus, qvomodo verum eſſe poteſt, ſi Chriſtus, ut qvidam exiſtimant: adventu ſuo ea ſuſtulit? Si autem manſit obligatio legis, qvamdiu ſtetit Hebræorum reſpublica, ſeqvitur, ut Judæi etiam ad Chriſtum converſi, ſi ad magiſtratum vocarentur, eum defugere non potuerint, & ut judicare non aliter debuerint, qvam Moſes præſcripſerat.

8. Ergo ſane omnia expendens ne leviſſimam qvidem conjecturam reperio, qva motus vir aliqvis pius illa tunc Chriſti loqventis verba audiens aliter exiſtimare potuerit. Illud agnoſco, ante Chriſti tempus qvædam fuiſſe permiſſa, ſive qvoad impunitatem externam, ſive etiam qvoad animi puritatem (nunc enim iſta diſtinctius exqvirere, nec opus, nec otium eſt) qvæ Chriſtus ſuâ diſciplinam ſectantibus licere noluit, ut ob qvalemcunq; offenſam uxorem dimittere, ab eo, qvi læſerit in judicio, exigere ultionem: ſed inter Chriſti præcepta & illas permiſſiones eſt diverſitas qvædam, nõ eſt repugnantia, nam qvi uxorem retinet, qvi ultionem ſibi privatim debitam remittit, nihil facit contra legem; imo hoc facit, qvod lex maximè vult. Longè aliud eſt in judice, cui lex non permittit, ſed imperat, ut homicidam morte puniat, reus ipſe futurus apud DEUM, ni fecerit. Huic ſi Chriſtus interdicit, ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, ſolvit legem.

9. Sextum ſit argumentum ab exemplo Cornelii Centurionis, qvi & Spiritum ſanctum, ſignum indubitatum juſtificationis, à Chriſto accepit, & in nomen Chriſti à Petro Apoſtolo baptizatus eſt: militiam autem abdicaſſe aut ad eam abdicandam à Petro monitus non legitur. Sunt qvi reſpondeant, cum de religione Chriſtiana à Petro ſit inſtitutus, ſimul cenſeri debere inſtitutum de militia deſerenda. Hi, ſi qvidem certum eſſet, atqve indubitatum inter Chriſti præcepta contineri interdictum militiæ, aliqvid dicerent: ſed cum id nusqvam alibi diſerte exſtet, certe de ea re aliqvid hoc ſaltem loco, qvi id maximè poſcebat, dicendum fuerat, ne poſt ventura ætas officii ſui regulas ignoraret. Neqve vero ſolet Lucas, ubi perſonarum qvalitas ſpecialem qvandam vitæ mutationem deſiderabat, id ſilentio præterire, ut videre eſt tum alibi, tum Actor. XIX, 19. §. ſeqq. n. 2.

n.4. 10. Septimum huic ſimile petitur ex eo, qvod de Sergio Paulo cœpimus dicere: nam in ejus converſi hiſtoria nullum eſt indicium ejurati magiſtratus, aut admonitionis factæ, ut ejuraretur. Qvod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maximè attineat; id nec factum cenſendum eſt.

11. Octavum eſſe poteſt, qvod * Paulus Apoſtolus, intellectis Judæorum in ſe inſidiis, Tribuno indicari eas voluit; & cum Tribunus milites ei addidiſſet, qvorum præſidio in itinere adverſus vim omnem tutus eſſet, nihil contradixit, neqve Tribunum aut milites monuit, DEO non placere, ut vis vi repellatur. Atqvi is erat Paulus, qvi nullam occaſionem edocendi officii aut omittere ipſa aut omitti ab aliis vellet, II. Timoth. IV, 2.

Paulus Apoſtolus intellectis Judæorum in ſe inſidiis) Utitur hujus loci auctoritate Concilium Africanum: *Qvorum contra furorem poſſumus non inſolita, nec à Scripturis aliena impetrare præſidia, qvando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio.* Utitur & ſæpe Auguſtinus, ut Epiſt. L. qvæ eſt ad Bonifacium: epiſtola CLIV. ad Publicolam, ubi hæc: *Neq; ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret.* Idem epiſtola CLXIV. *Paulus egit, ut ſibi tuitio etiam armatorum daretur.*

L. III. c. I. §. 2. n. 1.

12. Nonum accedat, qvod rei honeſtæ ac debitæ finis proprius non poteſt non eſſe honeſtus ac debitus. Tributa, ut ſolvamus honeſtum eſt, atqve etiam præceptum conſcientiam obligans. ut Paulus Apoſtolus explicat: Tributorum autem finis eſt, ut poſteritates publicæ habeant, unde ſumtum faciant ad bonos tuendos ac coërcendos malos, Rom. XIII, 3. 4. 6. Tacitus appoſite ad hanc rem: *Neq; qvies gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendiis, neq; ſtipendia ſine tributis haberi qveunt.* Cui dicto ſimile eſt Auguſtini illud. *Ad hoc tributa præſtamus, ut propter neceſſaria militi ſtipendium præbeatur.*

Hiſt. IV.

Lib. XXII. contra Faustum. c. 74.

13. Decimum argumentum præbet locus ille actor. XXV. 11. ubi Paulus ita loqvitur: *Si injuria qvenqvam affeci, & dignum aliqvid morte commiſi, * non recuſo mori.* Unde colligo ita cenſuiſſe Paulum, etiam poſt publicatam Evangelii legem, qvædam eſſe crimina, qvæ morte plecti æqvitas ferat, aut etiam exigat: qvod & Petrus docet, I. Epiſt. c. II, 19. 20. Qvod ſi ea tum fuiſſet Dei voluntas, ut capitalibus judiciis abſiſteretur, potuerat qvidem purgare ſe Paulus, ſed non debuerat in hominum animis eam relinqvere opinionem, qvaſi capite plectere nocentes nunc non minus qvã olim liceret. Probato autẽ capitales pœnas poſt Chriſti adventum recte exerceri, ſimul probatum arbitror, bellum aliqvod licite geri, puta adverſus nocentes multos & armatos: qvi ut rei fiant, acie vincendi ſunt. Vires enim & ad reſiſtendum audacia nocentum, ſicut in prudenti deliberatione, ſuum habere momentum poteſt, ita de jure ipſo nihil imminuit.

Non recuſo mori) Sic &. Act XXIIX, 18. *qvia nulla in me erat mortis cauſa.*

Ju-

Justinus Apologetico II. κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανούς, καὶ ὑφ' ὑμῶν, ἀξιοῦμεν. *Ut autem puniantur, qui non convenienter præceptis illis vivunt, & nomine solo sunt Christiani, & quidem à vobis, & nos optamus.*

14. Undecimum esse potest, qvod Christi lex solam legem Mosis, qva gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Eph. II, 14.

14. Qvæ autem natura, & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, ut sub generali præcepto omnis honesti ac virtutis comprehenderit. Phil IV, 8. 1. Cor. XI. 13. 14. Jam vero criminum pœnæ & arma, qvæ injuriam arcent, natura habentur laudabilia & ad justitiæ, & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atqve hic obiter notandus eorũ est error, qvi Israëlitarum jus ad bellum deducunt, ex eo solo, qvod terram Cananæam illis Deus dedisset. Est enim hæc justa qvidem causa, sed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella gesserunt, & ipsi Israëlitæ postea aliis de causis, ut David ob legatos violatos. Tum vero qvæ humano jure qvisqve possidet, non minus ejus sunt, qvam si Deus donasset: id autem jus per Evangelium non tollitur. §. II. n. 2.

IIX. Videamus nunc etiam, qvibus argumentis se fulciat adversaria sententia, qvo facilius judicet pius æstimator, utra præponderent.

1. Primum adferri solet * vaticinium Esaiæ, qvi futurum dicit, ut populi gladios contundantur in ligones, & lanceas in falces, neqve gladium sumant alius in alium, neqve bellum ultra addiscant, II, 4. Sed hoc vaticinium aut sub conditione qvadam accipiendum est, qvemadmodum multa alia; ut nimirum intelligamus talem fore rerum statum * si omnes populi Christi legem suscipiant atqve impleant, qvam ad rem Deus nihil sua ex parte passurus sit desiderari: certum autem est, si omnes sint Christiani & Christiane vivant, nulla fore bella: qvod Arnobius ita enuntiat: *Si omnes omnino, qvi homines esse se non specie corporum, sed rationis intelligunt potestate, salutaribus ejus pacificisq; decretis aurent vellem commodare paulisper, & non fastu & supercilio tumidi suis potius sensibus, qvam illius commonitionibus crederent, universus jamdudum orbis, mitiora in opera conversis usibus ferri, tranqvillitate in mollissima degeret, & in concordiam salutarem incorruptis fœderum sanctionibus conveniret.* Lactantius verò hoc modo: *Qvid fiet, si omnes in concordiã consenserint? qvod certe fieri poterit, si pernicioso & impio furore projecto innocentes ac justi esse velint.* Aut intelligendum est pure; qvo modo, si accipiatur, docet res ipsa impletum hoc nondum esse, sed implementum ejus, ut & conversionis generalis Judæorum, adhuc exspectandum. Utrovis autem modo sumas, nihil hinc inferri potest adversus bellorum justitiam, qvamdiu sunt, qvi pacis amantes pace frui non sinunt, sed vim eis intendant. Rom. XI. 5.

Vaticinium Esaiæ) Id de pace, qvæ orbi contigit beneficio Romani imperii interpretatur Chrysostomus, oratione Christum esse DEUM: καὶ ὅτι ἡ

πυγία δὲ μόνον καὶ ἀκίνησίαν καὶ ἀῤῥαγίας, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πρωϊαιτέρᾳ τῇ οἰκουμένῃ εἰρήνην, καὶ αἱ μὲν πόλεις πολυαρχίαν καὶ ἀλυθήσιον, καὶ αἱ μοναρχίαν, μία δὲ τις ἔσται βασιλεία εἰς πάντας ὁρθεῖσα, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐν εἰρήνῃ ἔσται, καθάπερ ἔμπροσθεν τὸ μὲν παλαιὸν χειροτέχναι πάντες καὶ ῥήτορες ὅπλα ἐτίθεντο καὶ ὅτι πρόφασιν ἀξίαν ἐσήκασαν ἡ χριστὸς ἡ προφητευομένη πάντα ἐκεῖνα διελύθη καὶ εἰς μέτρον διωρισμένον τὰ τῶν πολέμων ἔθνη. *Neq; vero prædictum tantum est, stabilem fore, immotam, atque inconcussam hanc religionem, sed cum ea adventuram orbi pacem, desituras illas in singulis civitatibus plurium potentias, regnaq; ipsa, & unum fore super omnes imperium, ac ejus pleraq; pacem habitura, contra quam ante fiebat, olim enim & opifices & oratores inducebant arma, consistebant in acie. Post Christi vero adventum cessavit mos iste, & ad definitum hominum ordinem redacti sunt actus bellici.* Habes sensum plane eundem apud Eusebium de præparatione lib. I. cap. 10.

Si omnes populi Christi legem suscipiant atque impleant) nam de Christianis Justinus: ἡμεῖς τοῖς ἐχθροῖς, *non pugnamus in hostes.* Plane ut de Essenis Philo, in oratione omnem bonum esse liberum: βελῶν ἢ ἀκόντων ἢ ξιφιδίων ἢ κράνους ἢ θώρακος, ἢ ἁπλῶς ὁτουοῦν πρὸς αὐτοὺς αὖ εὕρεσις δημιουργὸν ἢ ὁπλοποιόν, ἢ μηχανοποιόν. *Nullum inter eos reperias qui aut jaculą, aut sagittas, aut gladium, aut galeam, aut loricam, aut scutum fabricet, nullum qui aut arma conficiat, aut machinas.* Simile est qvod Chrysostomus ait 1. ad Cor. XIII, 3. *Si esset inter homines qvalis oportet dilectio, nullas fore pœnas capitales.*

2. Ex qvinto Matthæi capite plura argumenta depromi solent, ad qvorum dijudicationem opus est animo repeti, qvod paulo ante diximus: si Chri-
§. præced. n. 9. sto id fuisset propositum, omnia capitalia judicia, & jus bellorum tollere, facturum id fuisse verbis qvam maxime expressis ac specialibus, ob rei magnitudinem ac novitatem; eoqve magis, qvod nemo Judæus aliter cogitare poterat, qvam leges Mosis ad judicia & rem publicam pertinentes vim suam in homines Judæos habere debere, qvam diu staret illa respublica. Hac ergo de re prænoniti locorum singulorum vim ordine exploremus.

3. Adversariæ ergo sententiæ munimentum secundum ex illis verbis petitur: *Audistis dictum fuisse. Oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego vero dico vobis, ne obsistite injurioso* (לרשע * qvod Græci vertunt τῷ ἀδικοῦντι, Exod. II, 13.) *sed cædenti te in dexteram maxillam, alteram qvoque obverte.* Hinc enim inferunt qvidam, nullam injuriam aut repellendam, aut vindicandam, sive publice, sive privatim. Atqvi non hoc dicunt verba: neqve enim magistra-
L. II. c. I. §. X. tus hic alloqvitur Christus, sed eos, qvi impetuntur: nec de qvavis agit injuria, sed de tali qvalis est alapa; seqventia enim verba restringunt præcedentium generalitatem.

Qvod Græci vertunt τῷ ἀδικοῦντι) Ut & Lucas in Stephani oratione ὁ ἀδικῶν τὸν πλησίον.

Alapa.)

†††

Alapa) Verba Christi seqventi modo explicamus: cædenti (injustè) te (privatum) in dexteram maxillam, alteram qvoqve (si fortè magistratus justitiam tibi administrare recusat) obverte (potius, qvam ut velis indulgere rancori & vindictæ privatæ.) Qvamvis non respuamus, hanc de alapâ locutionem esse figuratam, per qvam innuitur, paratos esse debere Christianos ad ferendam potius secundam injuriam, qvam ad regerendam priorem, uti statuunt *Andr. Osiand. ad cit. c. Vers.* 38. Magnificus *Dn. Zigl. h. l.* & ipse explicat Grotius *n.* 8. *h. §. add. Dn. Joh. Adam. Osiand, ad Grot. l.2.c.20 §.* 10. *pag.* 1137.

4. Sic in præcepto seqvente: *Qvi velit tecum litigare ut tunicam accipiat, * dimitte illi etiam pallium:* non omnis provocatio ad judicem aut arbitrium prohibetur, Paulo interprete, qvi lites non omnes prohibet, 1.Cor. VI, 4. sed vetat Christianos in prophanis auditoriis inter se litigare, idqve ad Judæorum exemplum, apud qvos recepta erat sententia, *Qvi addvcit negotia Israëlitica ad extraneos, polluit nomen Dei:* sed vult Christus ad exercendam patientiam nostram, de rebus, qvæ facile sunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, si opus sit, pallium, non contendi judicio, sed qvamvis optimo jure nitamur, omitti juris persecutionem. Apollonius Tyanæus negabat philosophi esse περὶ χρυσίου διαλέγεσθαι de pecuniola litigare. (*a*) *Non improbat Prætor* (inqvit Ulpianus (*b*)) *factum ejus qvi tanti habuit re carere, ne propter eam sepius litigaret. Hæc enim verecunda cogitatio ejus, qvi lites exsecratur, non est vituperanda.* Qvod hic probari à probis ait Ulpianus, hoc Christus imperat, ex rebus honestissimis & probatissimis deligens præceptorum suorum materiam. At non hinc recte colligas, etiam patenti, etiam tutori nefas fore, id, sine qvo liberi, sine qvo pupilli sustentari neqveant, si cogatur, apud judicem defendere. Aliud enim est tunica & pallium, aliud totum illud unde vivitur. In Clementis §. VII. n. 1. constitutionibus de homine Christiano dicitur, si litem habeat, παραδόξου διαλύσεως κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι, *det operam ut transigat, etiamsi qvid damni accipiendum sit.* Qvod ergo de moralibus dici solet, hic qvoqve locum habet, non consistere hæc in puncto, sed habere suam qvandam latitudinem.

L.II.c. XX. §. X. n. 3. c. XXIV. §. 2. n.3.

L.I.c.I.§.X.n. 3. c. III. §.V. n. 1. Philostr. II, 15

(*a*) add. l.1.§. 4. D. de Extr. Cognit.

(*b*) L. Item si. 4.§.1. D.de Alien. Jud. mut. causâ facta. L. I. c. XIV.

§. I.n. 3.

Dimittit illi etiam pallium) id ita exponit Cyprianus de Patientia: *Ut tua ablata non repetas.* Irenæus lib. IV, cap. XXVII. *Tollenti tibi tunicam, remitte ei & pallium: sed non qvasi nolentes fraudare contristemur, sed qvasi volentes donaverimus, gaudeamus. Et si qvis te, inqvit, angariaverit mille passus vade cum eo alia duo, ut non qvasi servus sequaris, sed qvasi liber præcedas.* Etiam Libanius, qvi Evangelica legerat, laudat non litigantes de chlamyde & tunica, in oratione de custodia reorum. Hieronymus dialogo 1. adversus Pelagium: *Docet Evangelium ei, qvi nobiscum velit judicio contendere, & per lites & jurgia auferre tunicam, etiam pallium esse concedendum.*

†††

Ut *transigat*) Imò nonnunqvam ad transactionem judex partes compellere & cogere potest, v. g. (1). si lis magno tempore duraret, & adeò intricata esset, ut de facili ex-

expediri neqveat, v. *placuit. ass.* 90. (2) Si dissensio sit inter personas insignes, ex qvâ Resp. turbari & scandalum oriri potest, *arg. l.* 21. §. 1. *de Capt.* & (3) Si subsit timor armorum. (4) Si plures dissentiant ad præjudicium tertii, *vid. Gail. de P. P. lib.* 2. *cap.* 18. 9. & *seqq.*

5. Sic in eo qvod deinceps seqvitur, *Qvi angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo* non dixit Dominus de centum milliaribus, qvod iter hominem à suis negotiis longius abduceret, sed de uno, & si ita usu veniat de duobus; qvæ deambulatio qvasi pro nihilo ducitur. Sensus ergo est, in his, qvæ nobis non multum sunt incommodatura, non urgendum nobis esse jus nostrum, sed cedendum plus etiam qvam alter postulet, * ut & patientia & benignitas nostra omnibus innotescat.

Ut & patientia & benignitas omnibus innotescat) Justinus Apologetico II. περὶ τῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ἡμερίους πᾶσι καὶ ἀοργήτους ἃ ἔφη, ταῦτά ἐστι. *Qvæ dixit, hunc pertinent, ut adversus omnes simus patientes, officiosi, minime iracundi.*

6. Seqvitur porro: * *Petenti abs te dato, & volentem à te mutuo sumere, ne rejice.* Si in infinitum hoc producas, nihil durius. Qvi domesticorum curam non agit, infideli est deterior, inqvit Paulus 1. Tim. V, 8. Seqvamur ergo eundem Paulum optimum legis herilis interpretem, qvi Corinthios excitans ad beneficentiam in Hierosolymitanos exercendam, *Non*, inqvit, *ut aliis sit laxamentum, vobis res angustæ, sed ut æqvabiliter * vestra copia succurrat illorum inopiæ*, II. Cor. IIX, 13. id est (Livii verba in re non dissimili usurpabo) ut ex eo, qvod adfluit opibus vestris, sustineatis necessitates aliorum: qvi sensus est & in Cyro Xenophontis: ἃ αὖ ἴδω περιόντα ὄντα τῶν ἐμοὶ χρημάτων, τούτοις τὰς ἐνδείας τῶν φίλων ἐξαρκοῦμαι. Similem æqvitatem adhibeamus interpretando præcepto, qvod jam à nobis recitatum est.

Petenti abs te dato) Justinus Apologetico eodem: εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, τοῦτο ἔφη πᾶσι τοῖ αἰτοῦντι δίδοτε, &c. *De communicandis vero facultatibus nostris cum egentibus, & ne qvid ad gloriam aucupandam faciamus hæc dixit: omni petenti date*, &c. Alibi: πᾶσι δεομένοις κοινωνοῦντες, *communicantes nostra omni egenti.* Cyprianus Testimoniorum lib. III. 1. *Nemini negandam eleemosynam.* Item illic: *omni poscenti te dato, & ab eo, qvi voluerit mutuari, ne aversatus fueris.*

Vestra copia succurrat illorum inopiæ) Seneca de beneficiis secundo: *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam.* Chrysostomus in locum ad Corinthios hic productum: ὁ Θεὸς τὴν κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, καὶ καθ' ὃ ἔχομεν, οὐ καθ' ὃ σὺκ ἔχει. *Deus pro facultate poscit, qvatenus habet qvis, non qvatenus non habet.* Qvod ut recte intelligatur, accedant seqventia, ἐπαινεῖ μὲν τὸ ὑπὲρ δύναμιν, σὺκ ἀναγκάζει δὲ τούτους ποιῆσαι ταῦτα. *Laudat qvidem qvod facultates exsuperat,* (nempe in Thessalonicensibus,) *sed hos* (Achæos scilicet) *non cogit idem facere.*

7. Lex

7. Lex Hebræa ſicut divortii libertatem indulgebat, ut ſævitiæ maritorum in uxores occurreret; ita etiam privatæ ultioni, ad qvam gens illa valde prona erat, coërcendæ, jus læſo fecerat ab eo, qvi læſerat, non manu ſua ſed apud judicem exigere talionem: qvod lex etiam XII. tabularum ſecuta eſt; *Si membrum rupit, talio eſto.* Chriſtus vero majoris patientiæ magiſter tantum abeſt, ut illam in jam læſo probet vindictæ flagitationem, injurias qvasdam ne arceri qvidem vult, aut vi, aut judicio. At qvales injurias? tolerabiles ſcilicet, * non qvod non in atrocioribus qvoq; laudabile hoc ſit, ſed qvod reſtrictiore qvadam patientia contentus ſit. ideo exemplum poſuit in alapa, qvæ non vitam impetit, non corpus mutilat, ſed tantum contemtum qvendam noſtri ſignificat, qvi nos nihilo deteriores facit. Seneca, libro de conſtantia ſapientis, injuriam à contumelia dividit: *Prior illa,* inqvit, *natura gravior eſt; hæc levior & tantum delicatis gravis, qva non læduntur, ſed offenduntur. Tanta eſt animorum diſſolutio & vanitas, ut qvidam nihil acerbius putent. Sic invenias ſervum, qvi flagellis qvam colaphis cædi malit.* Idem alio loco: *Contumelia eſt minor injuria, qvam qveri magis qvam exſeqvi poſſumus, qvam leges qvoq; nulla dignam vindicta putaverunt.* Sic apud Pacuvium qvidam: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua à contumelia:* & apud Cæcilium alius:

L. II. c. XX. 9. X. n. 2. & 7.

præced. n. 3. L. II. c. I. §. X. n. 2.

Facile ærumnam ferre poſſim, ſi inde abeſt injuria;
Etiamq́ injuriam, niſi contra conſtat contumelia.

Demoſthenes: οὐδὲ γὰρ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις, δεινὸν καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει, *Nec enim tam grave hominibus ingenuis verberari, qvamqvam & hoc grave, qvam per contumeliam verberari.* Is qvem dixi Seneca paulo inferius ex contumelia dolorem, affectum eſſe ait, qvem humilitas animi moveat contrahentis ſe ob factum dictumve inhonorificum.

Non qvod in atrocioribus qvoq́ laudabile hoc ſit) vide Chryſoſtomum dicto jam loco.

8. In tali ergo circumſtantia patientiam Chriſtus præcipit, & ne qvis tritum illud objiciat, *Veterem ferendo injuriam invitas novam:* addit, * potius etiam ferendam eſſe alteram injuriam qvam propulſandam priorem: qvia ſcilicet * nihil inde ad nos mali pervenit, niſi qvod in ſtulta perſvaſione poſitum eſt. Maxillam obvertere in Hebraiſmo eſt patienter ferre, ut apparet Eſa. XXX. 6. Jerem. III, 3. * præbere os contumeliis dixit Tacitus hiſtoriarum tertio.

Potius ferendam eſſe alteram injuriam) Chryſoſtomus VII. ad Romanos: τοῦτο γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη. τὸ πλεῖον αὐτῷ παρασχεῖν ὧν βούλεται καὶ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ὑπιθυμίας αὐτοῦ τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκείας ὑπερβῆναι μακροθυμίας. *Hæc egregia victoria, plus illi largiri qvam velit, & fines improbæ in illo libidinis liberalitate propriæ patientiæ tranſcendere.*

Nihil inde ad nos mali pervenit, niſi qvod in ſtulta perſvaſione poſitum eſt) Chryſoſtomus de Statuis prima: ὕβρις οὐκ ἀπὸ γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ'

ἀπὸ τ διαθέσεως τ πασχόντων ἢ συμβαίνται ἢ ἀπόλληται. *Contumelia non ab inferentis animo, sed ex judicio eorum, qui patiuntur, aut fit aut perit.*

Præbere os contumeliis) Præbere os, eo sensu & apud Terentium est Adelphis.

9. Tertium argumentum peti solet ex eo, qvod apud Matthæum seqvitur: *Audistis dictum fuisse, Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum: Ego vero dico vobis, Diligite inimicos vestros, benedicite eis, qvi vos exsecrantur, precamini pro eis, qvi infesti vobis sunt & vos persequuntur.* Sunt enim, qvi existimant, cum tali dilectione & beneficentia adversum inimicos & infestos pugnare, tum judicia capitalia, tum bella. Sed facile id refellitur, si ipsum illud legis Hebraicæ dictum consideremus. Præcipiebatur Hebræis, ut proximum diligerent, *Hebræum scilicet, ita enim vocum proximi ibi sumi ostendit Levit. XIX, comma 17. collatum cum commate 18. At non eo minus imperatum erat magistratibus occidere homicidas, & alios graviter sontes: non eo minus tribus undecim ob delictum atrox justo bello persecutæ sunt tribum Benjamiticam, Jud. XXI. non eo minus recte David, qvi prælia Domini præliabatur, regnum sibi promissum ab Isbosteto armis repetit.

§. VI. n. 3.

§. VI. n. 3.

Hebræum scilicet) Cui par proselytus, leges autem de non nocendo et. iam ad incolas illos incircumcisos, de qvibus actum cap. I. §. XVI. porrigebantur, ita Thalmudici.

L. I. c. III. §. 3. n. 2.

10. Sit ergo nunc porrecta latius proximi significatio ad homines qvosvis, omnes enim in communem gratiam sunt recepti: nulli populi à Deo devoti: licebit tamen in omnes, qvod tunc in Israëlitas licuit, qvi diligi æqve tunc jubebantur, ut nunc qvivis homines. Qvod si etiam velis in Evangelica lege majorem dilectionis gradum imperari, concedatur & hoc, dum illud qvoq; constet, *nõ omnes æqvaliter diligendos, sed magis patrem qvam extraneum. Sic etiam bonum innocentis bono nocentis, bonũ cõmune privato antehabendũ ordinatæ dilectionis lege. Ex dilectione autem innocentium nata sunt & judicia capitalia & pia bella. Vide sententiam moralem, qvæ extat Prov. XXIV, 11. Debent ergo Christi præcepta de singulis diligendis atqve adjuvandis ita impleri, nisi major ac justior dilectio impediat. Notum est dictum vetus: * *Tam omnibus ignoscere crudelitas est, qvam nulli.*

Non omnes æqvaliter diligendos) Tertullianus adversus Marcionem IV. *Secundus gradus bonitatis est in extraneos: in proximos primus.* Hieronymus adversus Pelagium dialogo I. *Præceptum est mihi, ut diligam inimicos, & orem pro persecutoribus. Numqvid justum est, ut ita diligam, qvasi proximos & consanguineos; ut inter æmulum & necessarium nulla distinctio sit.*

Tam omnibus ignoscere crudelitas est, qvam nulli) verba sunt Senecæ I. de Clementia, cap. II. Chrysostomus I. ad Cor. III, 12. & seqventibus, de pœnis humanis agens: ἀδὲ ἀνθρωποι ὠμότητι ταῦτα πράττουσιν, ἀλλὰ φιλανθρωπία: non

non ex ſævitia, ſed ex bonitate talia faciunt homines. Auguſtinus: *Sicut eſt aliquando miſericordia puniens, ita & crudelitas parcens:* Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius, in lege tertia, Codice Theodoſiano, de defenſoribus civitatum: *Removeantur patrocinia, quæ favorem reis & auxilium facinoroſis impertiendo maturari ſcelera fecerunt.* Totilas apud Procopium Gothicorum II. τὸ τε ἐξαμαρτάνειν καὶ τὸ διακωλύειν τιὼ εἰς τὰς ἡμαρτηκότας τιμωρίαν, ὁῖμαι, ἐν ἴσω δεῖ. *Peccare & prohibere pœnas peccantium in pari pono.* Vide qvæ dicuntur lib. II, cap, XXI. §. II.

11. Adde qvod inimicos diligere jubemur Dei exemplo, qvi malis ſolem ſuum oriri facit. At idem Deus de qvibusdam malis & in hac vita pœnas ſumit, & olim ſumet graviſſimas. Qvo argumento ſimul ſolvuntur ea, qvæ de lenitate Chriſtianis præcepta ad hanc rem adferri ſolent. Nam Deus lenis, miſericors, longanimis appellatur Jonæ IV, 2. Exod. XXXIV, 6. At * ejusdem in contumaces iram, hoc eſt puniendi voluntatem paſſim deſcribunt ſacræ literæ, Num. XIV, 18. Rom. II, 8. Et hujus iræ miniſter conſtitutus eſt magiſtratus. Rom. XIII, 4. Moſes ab eximia lenitate prædicatur: At idem pœnas de ſontibus exegit, etiam capitales. Chriſti lenitatem & patientiam imitari paſſim jubemur. At * Chriſtus eſt, qvi & Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis, Matth. XXII, 7. & impios in die judicii pro meritis eſt damnaturus. Magiſtri lenitatem imitati ſunt Apoſtoli, qvi tamen † poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt ad pœnam facinoroſorum, I. Cor. IV, 21. I. Cor. V, 5. I. Tim. I, 20.

Ejusdem in contumaces iram) vide hac de re Cyrillum libro V. contra Julianum.

Chriſtus eſt, qvi Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis) Adde loca Matth. XXI, 44. Lucæ XIX, 12, 14, 17. Chryſoſtomus ad Rom. XIV. narratis malis Hieroſolymorum: ὅτι ὁ Χριστὸς αὐτὰς ταῦτα ἐργάσατο, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦτο προλέγοντος, καὶ διὰ παραβολῶν, καὶ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην. *Chriſtum eſſe, qvi hæc fecerit, audi ipſum prædicentem tum per parabolas, tum aperte, & exſerte.* Similia habet in oratione ſecunda adverſus Judæos.

Poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt.) Chryſoſtomus I. Cor. IV, 21. ἀνελῶ, πρόσω. ἔστι γὰρ πρᾶγμα πραότητος καὶ πρᾶγμα ἀνεξικακίας: *Interficiam: mutilabo? eſt enim ut lenitatis, ita & ſeveritatis ſpiritus.* vide & Auguſtinum de ſermonibus Domini in monte lib. I. & alios, qvos citat Gratianus XXIII.

12. Qvartus locus, qvi objicitur eſt Rom. XII, 17. *Nemini malum pro malo reddite: procurate honeſta in omnium conſpectu: ſi fieri poteſt, qvantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viventes, non vosmetipſos * ulciſcentes, dilecti, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim: Meum eſt ulciſci: ego rependam, dicit Dominus. Itaq, ſi eſurit inimicus tuus. Ciba eum; ſi ſitit, da ei potum. Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus. Ne vincitor à malo, ſed vince bono malum.*

lum. Sed hic qvoq; eadem, qvæ ad locum ſuperiorem patet reſponſio. Nam qvo tempore dictum fuerat à Deo, Meum eſt ulciſci, ego rependam; eo ipſo tempore & judicia capitalia exercebantur, & de bellis ſcriptæ erāt leges. Qvin & beneficia inimicis (popularibus n.9. add. §. VI. n.3. ſcilicet) exhiberi jubentur, Exod. XXIII, 4.5. Hæc tamen, ut diximus, neqve pœnis capitalibus, neqve bellis juſtis in ipſos etiam Iſraëlitas obſtabant. Qvare ne nunc qvidem verba eadem aut præcepta ſimilia, qvamvis latius patentia, in talem ſenſum rapienda ſunt: eoq; minus, qvia capitum ſectiones non ab Apoſtolis ſunt, aut eorum ætate, ſed multo ſerius factæ ad dividendam lectionem & faciliorem locorum allegationem. Qvare qvod nunc XIII. caput inchoat, *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto*, & qvæ ſeqvuntur, cum illis de ultione non expetenda præceptis cohæſit.

Ulciſcentes) Vulgata interpretatio in hoc loco habet *defendentes*. Sed ea vox ſæpe à Chriſtianis in ulciſcendi ſenſu poſita invenitur. Tertullianus de Patientia: *Jam ſi levius defendaris, inſanies: ſi uberius, oneraberis. Qvid mihi cum ultione, cujus modum regere non poſſum per impatientiam doloris?* Adverſus Marcionem II. *non enim injuriæ mutuo exercendæ licentiam ſapit, ſed in totum cohibendæ violentiæ proſpicit, ut qvia duriſſimo & infideli in Deum populo longum vel etiam incredibile videretur à Deo exſpectare defenſam, edicendam poſtea per Prophetam, mihi defenſam, ut ego defendam, dicit Dominus: interim commiſſio injuriæ metu vicis repaſtinaretur: & licentia retributionis prohibitio eſſet provocationis; ut ſe improbitas aſtuta ceſſaret, dum ſecunda permiſſa, prima terretur; & prima deterrita, nec ſecunda committitur, qva & alias facilior timor talionis per eundem ſaporem paſſionis. Nihil amarius qvam id ipſum pati, qvod feceris aliis.* De monogamia: *Aliæ diluvium iniqvitates provocaverunt, ſemper defenſæ qvalescunq; fuerunt, non tamen ſeptuagies ſepties, qvod duo matrimonia meruerunt.* Locum Pauli, de qvo hic ſermo non male explicat Auguſtinus epiſtola CLIV. *Hinc autem dictum eſt, non reſiſtamus malo, ne nos vindicta delectet, qvæ alieno malo animum paſcit.* Vide, qvæ infra lib. II. cap. XX. §. V. & §. X.

13. In hac autem diſſertatione dicit Paulus, poteſtates publicas Dei miniſtras eſſe, & vindices ad iram (id eſt ad pœnam) in maleficos: eo ipſo apertiſſime diſtingvens inter *ultionem publici boni cauſa*, qvæ Dei vice exigitur, & ad ultionem Deo reſervatam referenda eſt, & *illam explendi doloris*, qvam paulo ante interdixerat. Nam ſi ultionem etiam illam, qvæ boni publici cauſa exigitur, in illo interdicto comprehenſam velis, qvid erat abſurdius, qvam cum dixiſſet abſtinendum à pœnis capitalibus, deinde ſubjicere, in hoc poteſtates publicas à Deo conſtitutas, ut pœnas vice Dei exigant?

L. II. c. XX. §. X. n.2.

14. Qvintus qvo nonnulli utuntur locus eſt II. Cor. X, 3. *Qvanqvam in carne ambulantes, neqvaqvam carnis bella gerimus. Nam arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed divinitus valida ad deſtructionem munitionum:* & qvæ ſeqvuntur.

tur. Sed hic locus nihil ad rem facit. Oſtendunt enim tum præcedentia, tum qvæ ſeqvuntur, carnis nomine à Paulo ibi intelligi imbecillam corporis conditionem, qvalis in aſpectum veniebat, & cujus nomine contemnebatur. Huic opponit Paulus, arma ſua, poteſtatem ſcilicet ſibi, ut Apoſtolo datam ad coërcendos refractarios, qvam uſus fuerat in Elymam, Corinthium inceſti reum, Hymenæum & Alexandrum. Hanc ergo poteſtatem negat eſſe carnalem, id eſt infirmam, imò contra, validiſſimam eam eſſe aſſerit. Qvid hoc ad jus capitalium ſupplicio rum, aut belli? Imo contra, qvia Eccleſia eo tempore publicarum poteſtatum auxilio deſtituebatur, ideo ad ejus tutelam prodigioſam illam poteſtatem DEUS excitaverat, qvæ deficere ferme cœpit, ex qvo imperatores Chriſtiani Eccleſiæ contigerunt, ſicut Manna defecit, ubi in terras frugiferas populus Hebræorum pervenerat.

Non ſunt carnalia) Chryſoſtomus hoc loco: ὅπλα σαρκικὰ intelligit πλοῦτον, δόξαν, δυναστείαν, ἐγλωττίαν, δεινότητα, παρηδεσμένας, κολακείας, ὑποκρίσεις. *Opes, gloriam, potentiam, eloqventiam, ſolertiam, prenſationes, aſſentationes, fallacias.*

15. Qvi ſexto affertur locus, Eph. VI, 12. *Induite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus artes diaboli; qvia non eſt vobis lucta adverſus ſanguinẽ & carnem* (ſupple, *tantum*, more Hebræo) *ſed adverſus imperia*, & qvæ ſeqvuntur: agit de pugna, qvæ Chriſtianorum eſt, qva ſunt Chriſtiani, non qvam communem habere cum aliis hominibus certis eventibus poſſunt.

16. Jacobi locus, qvi ſeptimo affertur, IV, 1. *Unde bella & pugnæ inter vos? nonne ex voluptatibus veſtris, qvæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis & non habetis: invidetis & affectatis, nec poteſtis nanciſci: pugnatis & bella geritis, nec obtinetis, eo qvod non petitis: Petitis & nõ accipitis, eo qvod male petitis, ut in voluptates veſtras abſumatis:* nihil continet univerſale: tantum dicit bella & pugnas, qvibus tum Hebræi diſperſi inter ſe miſere collidebantur (cujus hiſtoriæ partem aliqvam apud Joſephum videre eſt) totum habuiſſe ex cauſis non probis: qvod nunc etiam contingere ſcimus & dolemus. Senſum ab hoc Jacobi loco non alienum habet Tibulli illud: Ant. lib. XIIX. cap. 12. & lib. ſeqq.

Divitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuere,
Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes.

Et apud Strabonem non uno loco notatum videas, *innocentiſſime agere eas gentes, qvarum victus eſt ſimpliciſſimus. Non abeunt hinc iſta Lucani: L. II. c. II. §. 2. n. 1.

O prodigarerum
Luxuries, nunqvam parvo contenta paratu,
Et qvæſitorum terra pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & laute gloria menſæ,
Diſcite qvam parvo liceat producere vitam,

Et qvantum natura petat. Non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus,
Non auro myrrhaqve bibunt, sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis fluviusqve Ceresqve.
Heu miseri, qvi bella gerunt.

Cui adjungi potest Plutarchi illud in Stoicorum contradictionibus: οὐδεὶς γὰρ φύεται ἀνθρώποις πόλεμος ἄνευ κακίας· ἀλλὰ τὴν μὲν φιληδονία, τὴν δὲ πλεονεξία, τὴν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συῤῥήγνυσι. *Nullum inter homines bellum non ex vitio nascitur.* * *aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex bonorum aut imperii nimio studio conflatur.* Justinus cum Scytharum instituta laudasset; *Atq; utinam reliqvis mortalibus similibus moderatio, & abstinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur, neq; plus hominum ferrum & arma qvā naturalis fatorum conditio raperet.* Apud Ciceronem est de Finibus primo: *Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur.* Maximus Tyrius: νῦν μεστὰ πάντα πολέμου. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι πλανῶνται πανταχοῦ, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγείρουσαι. *Nunc omnia bellis plena ubiq; n. oberrant cupiditates, & per omnes terras excitant appetitum rerum alienarum.* Jamblichus: καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρησίμων κτῆσιν οἱ πόλεμοι γίγνονται. *Bella, pugnas, seditiones corpus præbet & corporis cupiditates. Nam rerum utibilium caussa bella oriuntur.*

Innocentissime agere eas gentes, qvarum victus est simplicissimus) Dicit idem Philo de vita contemplatrice, citans Homeri illud:

Γλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Laccomedonum inopumq; hominum justissima qvæ gens.

Justinus de Scythis: *Aurum & argentum non perinde ut reliqvi mortales appetunt.* Mox: *Hæc continentia, morum qvoqve illis justitiam indidit nihil alienum concupiscentibus; qvippe ibidem divitiarum cupido est ubi & usus.* Et de Scythis in eandem sententiam locus lectu dignus apud Gregoram. lib. II, Taxiles Alexandro: τί δεῖ πολέμων καὶ μάχης ἡμῖν, Ἀλέξανδρε, πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφίξας, μήτε τροφὴν ἀνακαίαν· ὑπὲρ ὧν μόνων ἀνάγκη διαμάχεσθαι νοῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις; *qvid inter nos, Alexander, bellis & prælis opus, qvando neqve ut aqvam, neqve ut victum necessarium à nobis auferas huc venisti, pro qvibus solis pugnare est hominum ratione utentium?* Diogenis dictum huc pertinet, οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι. *non enim ex his qvi polentam edunt, aut fures exsistunt, aut bellorum auctores.* Porphyrius lib. II. de non edendis animalibus: τὸ εὐδάπανον καὶ εὔπορον πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν συντελεῖ καὶ τῶν ἁπάντων. *qvicqvid paratu facile est & levis sumptus, ad pietatem perpetuam & qvidem omnium confert.*

Aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex bonorum aut imperii

imperii nimio studio conflatur) Verissimam, sed parum meditatam hominibus sententiam, multis egregiis veterum expressam verbis, qvid nocebit & aliorum dictis non minus efficacibus confirmare? Athenæus philosophus apud Diogenem Laërtium:

Ἄνθρωποι μοχθεῖτε τὰ χείρονα καὶ διὰ κέρδος
Ἄπληστον νεικέων ἄρχετε καὶ πολέμων,
In mala sudatis miseri: sine fine cupido
Vos agit in rixas bellaq́; præcipites.

Fabianus Papirius in controversiis Senecæ patris: *Ecce instructi exercitus, sæpe civium cognatorumq́; conserturi manus, constiterunt, & colles eqvis utrinq́; complentur, & subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur, illatorum multitudine cadaverum, vel spoliantium. Si qvæsierit aliqvis, qvæ causa hominem adversus hominem in facinus coëgit? nam neq́; feris inter se bella sunt: nec, si forent, eadem hominem deceant, placidum proximumq́; divino genus. Qvæ tanta vos fert ira, cum una stirps idemqve sangvis sitis: vel qvæ furiæ in mutuum sangvinem egere? qvod tantum malum humano generi vel forte vel fato invectum? an ut convivia poculis exstruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enimvero & laudanda sunt, propter qvæ mensam & lacunaria sua potius qvam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne qvid ventri negetur libidinique, orbis servitium expetendum est? qvid tandem sic pestiferæ istæ divitiæ expetuntur, si ne in hoc qvidem, ut liberis relinqvantur?* Philo ad Decalogum: *χρημάτων ἔρως, ἢ γυναικὸς, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἡδονὴν ἀπεργαζομένων, ἄρα γε μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων αἴτιος γίνεται κακῶν; οὐ διὰ τοῦτο συγγένειαι μὲν ἀλλοτριοῦνται τὴν φυσικὴν εὔνοιαν μεθαρμοζόμεναι πρὸς ἀνήκεστον ἔχθραν· χῶραι δὲ μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι στάσεσιν ἐμπολίοις ἐρημοῦνται. γῆ δὲ καὶ θάλαττα πληροῦται τῶν κεκαινουργημένων ἀεὶ συμφορῶν, ναυμαχίαις καὶ πεζαῖς στρατιαῖς; οἱ γὰρ ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πρός τε ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους τραγῳδηθέντες πόλεμοι πάντες ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἐρρύησαν ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς. Pecuniarum amor, aut fœminæ, aut gloriæ, aut alicujus demum rei, qvæ voluptatem pariat, an parvorum duntaxat & vulgarium malorum caussa est? Ob hoc alienantur à cognatis cognati, naturali benevolentia in odium insanabile mutata. regiones autem magnæ & fœcundæ populorum civilibus vastantur dissidiis. tum vero & terra & mare implentur calamitatibus nove semper repertis per pedestres navalesqve acies. Nam bella illa Græcorum Barbarorumq́; aut inter se, aut horum in illos, etiam tragœdiis decantata, ab uno fluxere fonte cupiditatis, sive illa divitiarum, sive gloriæ, sive voluptatum fuit.* Plinius hist. nat. lib. II. cap. III. *Placatiore tamen ea* (Terra) *ob hoc utimur, qvod omnes hi opulentiæ exitus, ad scelera, cædes & bella tendunt, qvamqve sangvine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus.* Hieronymus adversus Jovinianum II. *Diogenes tyrannos & subversores urbium bellaqve vel hostilia vel civilia, non pro simplici victu olerum pomorumqve, sed pro carnium & epula-*

epularum deliciis, asserit, excitari. Chrysostomus 1. Cor. XIII, 3. εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων καὶ ἠγαπῶντο οὐδὲν ἂν ἠδίκησεν οὐδείς, ἀλλὰ καὶ φόνοι καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι, καὶ στάσεις καὶ ἁρπαγαὶ καὶ πλεονεξίαι καὶ πάντα ἂν ἐκποδὼν ἐγίγονει τὰ πονηρά. *Nam si mutuo se diligerent homines, nemo alterum afficeret injuria. procul essent cædes & pugnæ & bella & seditiones, & rapinæ & defraudationes & qvicqvid est malorum.* Idem ad patrem fidelem de opulentis loqvens: οὐ δὶ ἐκείνους στάσεις καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι καὶ πόλεων κατασκαφαὶ καὶ ἀνδραποδισμοὶ καὶ δουλεῖαι καὶ αἰχμαλωσίαι καὶ φόνοι καὶ τὰ μυρία ἐν τῷ βίῳ κακά; *Nonne per hos adveniunt seditiones, & bella, & pugnæ, & urbium excidia, & plagia, & servitutes, & captivitates, & cædes, & innumera vitæ mala?* Claudianus:

Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu,
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,
Non ventus qvateret puppes, non machina muros.

Agathias historiarum primo: εἰς δὲ πλεονεξίαν καὶ ἀδικίαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ αὐθαίρετα κατολισθαίνουσαι, πολέμων καὶ ταραχῶν ἅπαντα ἐμφοροῦσιν. *Hominum animi sponte ad nimias cupiditates injustitiamq; delapsi, implent omnia bellis ac tumultibus.* Concludam multa bene dicta uno Polybii αὐτάρκεια τοῦ βίου, φιλοσοφία αὐτοδίδακτος. *Animus necessariis contentus alio ad sapiendum magistro non eget.*

L.I.c.III.§.3. n.7. L.II. c. XX. §. 8. n. 2. seq.

17. Qvod vero Petro dictum est, *Qvi gladio ferit, gladio peribit*, cum non ad bellum communiter spectatum, sed ad bellum privatum proprie pertineat (nam & Christus ipse inhibitæ aut neglectæ defensionis hanc reddit causam, qvod regnum suum de hoc mundo non esset, Joan. XIII, 36.) suo loco rectius pertractabitur.

IX. 1. Qvoties de scripti sensu qværitur, magnam vim habere solet tum usus seqvens, tum prudentum auctoritas: qvod etiam in divinis scriptis seqvendum est. Neqve enim probabile est Ecclesias, qvæ ab Apostolis constitutæ sunt, aut subito, aut omnes defecisse ab iis, qvæ Apostoli breviter perscripta ore liberalius explicaverant, aut etiam in usum introduxerant. Solent autem ab iis, qvi bella impugnant adferri dicta qvædam veterum Christianorum: ad qvæ tria dicenda habeo.

2. Primum est, ex iis dictis nihil amplius colligi qvam privatam qvorundam sententiam, non publicam Ecclesiarum: adde qvod ferme, qvorum ea dicta sunt, amant ab aliis seorsim ire & docere qviddam magnificentius, qvales sunt Origenes & Tertullianus, qvi nec sibi satis constant. Nam idem Origenes apes ait à Deo documentum datas πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους, εἴποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις: *Ut bella justa atq; ordinata inter homines gerantur, si qvando id jubeat necessitas:* & idem ille Tertullianus, qvi alibi supplicia capitalia minus probare videtur, dixit, * *Bonum esse cum puniuntur nocentes nemo negat;* Et de militia hæsitat; nam libro de Idololatria, *Qværitur*, inqvit,

Prolegom. §. IV. L.II.c.XX. §. X. n. 3. c. XXIII. §. 8. n. 3

inqvit, *an fideles ad militiam converti possint, & an militia ad fidem admitti*: Et videtur eo loco propendere in eam sententiam, qvæ militiæ adversatur. At libro de corona militis, cum qvædam adversus militiam disputasset, mox distingvit, qvi ante baptismum militabant ab iis, qvi post baptismum nomen dant militiæ. *Plane*, inqvit, *si qvos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum, qvos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum, qvem Christus probat, & qvem Petrus catechizat: * dum tamen susceptâ fide atq; signatâ, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum* (id est cavendum) *ne qvid adversus Deum committatur.* Sensit ergo illos post baptismum in militia permansisse; qvod sane minimè facturi fuerant, si intellexissent militiam à Christo interdictam; non magis qvam aruspices, magi, * & alii vetitarum artium professores in sua arte post baptismum manere permissi sunt. Eodem libro militem qvendam & qvidem Christianum laudans; *O militem*, inqvit, *in Deo gloriosum.*

Bonum esse cum puniuntur nocentes, nemo negat) Idem Tertullianus de anima: *Qvis non præferat seculi institiam, qvam & Apostolus non frustra gladio accinctam contestatur, qvæ pro homine seviendo religiosa est?* Et ad proconsulem Scapulam: *Non te terremus, qvi nec timemus. Sed velim, ut omnes salvos facere possimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes & officio jurisdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminisse, vel qvia & vos sub gladio estis.*

Dum tamen susceptâ fide atq; signatâ) Distinctionem, qvam hic de militia affert, alibi ad nuptias applicat, tum libro de Monogamia, tum exhortatione castitatis.

Et alii vetitarum artium professores) Tertullianus de idololatria: *ad Ecclesiam non admittuntur, qvi artes exercent, qvas Dei disciplina non recipit.* Augustinus de fide & operibus: *Meretrices & histriones, & qvilibet alii publicæ turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis ad Christi sacramenta non permittuntur accedere.* de histrione exemplum vide apud Cyprianum epistola LXV. de lanistis, lenonibus, victimarum redemtoribus apud Tertullianum, de auriga Circensi apud Augustinum.

3. Secunda observatio est, qvod militiam Christiani sæpe aut evitarunt ob temporum circumstantias, qvæ vix ferebant militiam exerceri sine actibus qvibusdã cum Christiana lege pugnantibus. In literis Dolabellæ ad Ephesios, qvæ apud Josephum extant, videmus Judæos ab expeditionibus militaribus immunitatem postulasse, qvod externis permixti non satis ritus legis suæ observare possent, & qvia sabbatis ferre arma & magna itinera facere cogerentur. Atq; easdem ob causas à L. Lentulo missionem Judæos impetrasse docet idem Josephus; alibiqve narrat, cum Judæi Roma urbe jussi essent excedere, qvosdam militiæ adscriptos, alios punitos, qvod militare nollent patriarum legũ reverentia; ob eas sc. qvas diximus causas: qvibus accedebat interdũ

L. II. c. XXVI. §. 3. n. 1. & seqq

§ VII. n. 5.

§.X.n.11.&fin. L.II.c.15.§.11. n.1. tertia, qvod adversus populares suos pugnandum haberent: at κατὰ τὸ ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν ἀθέμιτον; *nefas in populares suos arma sumere*, tunc scilicet cum populares ob patriæ legis observationem periclitabantur. Qvoties vero hæc incommoda cavere poterant Judæi, militabant etiam sub externis regibus, ἐμμένοντες τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ κατὰ ταῦτα ζῶντες, * *perstantes in patriis institutis & ex eorum præscripto viventes*: qvod pacisci prius solebant, eodem Josepho auctore. His periculis simillima sunt, qvæ Tertullianus militiæ suorum temporum objicit, ut libro de Idololatria: *non convenit sacramento divino & humano, signo Christi & signo diaboli*: qvia scilicet per Deos Gentium, Jovem, Martem atq; alios jurare milites jubebantur. Libro autem de Corona militis: *Excubabit pro templis, qvibus renunciavit, & cœnabit illic, ubi Apostolo non placet, & qvos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit?* mox: *Qvanta alia in delictis circumspici possunt castrensium munium, transgressioni interpretanda?*

Perstantes in patriis institutis) verba Josephi XI. historiæ antiqvæ.

4. Tertium qvod notamus, hoc est, Christianos primorum temporum tanto ardore succensos fuisse ad præclarissima qvæq; capessenda, ut sæpe consilia divina pro præceptis amplecterentur. Christiani, inqvit Athenagoras, οὐ δικάζονται τοῖς ἁρπάζουσι, *adversus sua rapientes judicio non contendunt*. Salvianus justum à Christo ait, ut ea ipsa, de qvibus lis est, relinqvamus, dummodo litibus exuamur. Atqvi * id ita generaliter sumtum, consilii forte est vitæ sublimioris, at non in præcepto positum. Simile est, qvod plurimi veterum omne Juramentum improbant, nulla exceptione addita, cum tamen Paulus in re gravi juraverit. Christianus apud Tatianum, στρατηγίαν παρῄτημαι, *præturam recuso*: apud Tertullianum, *Christianus nec ædilitatem affectat*. Sic Lactantius justum (qvalem vult esse Christianum) negat belligeraturum; sed ita, ut simul navigaturum neget. A secundis nuptiis qvam multi veterum Christianos dehortantur? Qvæ omnia sicut laudabilia, eximia, Deo apprime grata sunt, ita nullius legis necessitate à nobis exiguntur. Atqve hæc solvendis, qvæ objiciuntur, sufficient.

Lib. V. c. 18.

Id ita generaliter sumtum consilii forte est & vitæ sublimioris) Concilium Carthaginense IV. *Episcopus nec provocatus de rebus transitoriis litiget*. Adde Ambrosium lib. II. Offic. cap. XXI. & Gregorium Magnum libro II, Ind. XI, Epist. LIIX.

X. 1. Nunc ut nostra firmemus, primum non desunt nobis scriptores & qvidem antiqviores, qvi & capitalia supplicia, & qvæ inde pendent bella, sentiant à Christianis licitè posse usurpari. Nam Clemens Alexandrinus Christianum ait, si ad imperium vocetur, ut Moses, futurum vivam subditis legem, & præmio affecturum bonos, pœnis malos. Et alibi habitum Christiani describens, decere eum ait intectis esse pedibus, nisi forte militet. * In constitutionibus, qvæ Clementis Romani nomen præferunt, libro

§.7.n.1.

libro VII. c.III. legimus οὐχ ὡς παντὸς φόνου φαύλου τυγχάνοντος, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἀθώου. τοῦ δ' ἐνδίκου ἄρχουσι μόνοις ἀφωρισμένου: *non quasi omnis cædes illicita sit, sed ea, quæ est innocentis: ita tamen, ut quæ justa est, magistratibus solis sit reservata.*

In constitutionibus) videtur scriptus is liber finiente seculo secundo.

2. Sed autoritatibus privatis sepositis ad publicam Ecclesiæ veniamus, qvæ maximi debet esse ponderis. Dico igitur, nunqvam à baptismo rejectos aut ab Ecclesia excommunicatos eos, qvi militabant; qvod tamen & factum oportuit, & factum fuisset, si militia cum novi fœderis conditionibus pugnasset. In dictis modo constitutionibus, lib. IIX, c. XXXII, agit scriptor ille, de iis, qvi antiqvitus ad baptismum admitti, aut ab eo rejici solerent, στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν. ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις. πειθόμενος προσδεχέσθω. *Miles, baptismum postulans, doceatur ab injuriis & vexationibus abstinere: contentus esse suis stipendiis. Si his pareat, admittitor*, Tertullianus in Apologetico ex persona loqvens Christianorum: *Navigamus*, inqvit, *& nos vobiscum, & militamus.* Paulo ante dixerat: *Externi sumus & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa.* Eodem libro narraverat * M. Aurelio Imperatori Christianorum militum precationibus imbrem impetratum. In corona militem illum, qvi coronam abjecerat, constantiorem ait fuisse ceteris fratribus, & multos ei ostendit fuisse Christianos commilitones. Cap. XIII. C. XXXVII.

M. Aurelio Imperatori) vide & Xiphilinum de hac historia.

3. Accedat, qvod & milites nonnulli, pro Christo tormenta mortemqve perpessi, eundem cum ceteris martyribus honorem ab Ecclesia acceperunt; qvos inter memorantur * tres Pauli comites; sub Decio Cerialis, sub Valeriano Marinus, qvinqvaginta sub Aureliano, Victor, Maurus & Valentinus magister militum sub Maximiano, circa idem tempus Marcellus Centurio, Severianus sub Licinio. Cyprianus de Laurentino & Ignatio Afris: *in castris & ipsi qvondam secularibus militantes, sed vere & spirituales Dei milites, dum diabolum Christi confessione prosternunt palmas Domini & coronas illustres passione meruerunt.* Et hinc apparet, qvid de militia senserit communitas Christianorum, etiam priusqvam Imperatores Christiani essent.

Tres Pauli Comites) Adde militem qvendam à Cornelio baptizatum, cujus apud Adonem mentio.

4. Capitalibus suppliciis, si non libenter interfuerunt Christiani illis temporibus haud mirum videri id debet, cum plerumqve de Christianis ipsis esset judicandum: adde qvod & in ceteris rebus leges Romanæ duriores erant, qvam lenitas Christiana patiatur: qvod vel solo * Silaniani Senatus consulti exemplo satis patet. Postqvam vero Constantinus Christianam religionem & probare & promovere cœpit, non ideo desierunt capitalia supplicia. Imo

ipse Constantinus inter alias leges de parricidis culeo insuendis legem tulit, qvæ exstat Codice, Titulo de iis, qvi parentes vel liberos occiderunt: qvanqvam alioqvi in suppliciis exigendis mitissimus fuerit, ita ut ab historicis non paucis reprehendatur * nimiæ lenitatis nomine. Tum vero in exercitu suo plurimos habuit Christianos, ut nos historiæ docent, & labaro Christi nomen inscripsit. Ex eo etiam mutatum est sacramentum militare in eam formam, qvæ exstat apud Vegetium: *Per DEUM & Christum & Spiritum sanctum, & per majestatem Imperatoris, qvæ secundum Deum generi humano diligenda est & colenda.*

L. II. c. XIII. §. XI. n. 2. in fin.

Silaniani Senatusconsulti) Cujus asperitatem mitigavit Adrianus Imperator, ut apud Spartianum est. Asperis Romanorum legibus addi possunt, qvæ servum nisi tortum testimonium dicere vetant.

Nimiæ lenitatis nomine) Zonaras: τοῖς μεταβαλλομένοις ἐκ πονηρίας φιλανθρώπως διατιθέμενος ἔλεγεν, ὅτι τὸ νοσοῦν μέλος ἀποκοπτέον καὶ σεσηπὸς ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λειμανεῖται, οὐ μέντοι τὸ ὑγιείας ἤδη τυχὸν ἢ καὶ ὑγιαζόμενον. *Clementem se ostendebat iis, qvi pravam vitam deseruerant, qvod diceret, abscindendum membrum ægrotans ac putridum, ne sana contagio corrumpat, non id, qvod aut sanatum jam sit, aut sanescat.* vide & Eusebium. sicut de nimia Constantini lenitate Christianos, ita de Haraldi Regis qvestos Danos apud Saxonem historicum invenias.

†††

Vel Solo Senatus C. Silaniani exemplo) Qvando hoc factum & promulgatum declarant ex *Cujacii I. Obs.* 18. JCti, nimirum tempore Augusti, Dolabella & Silano Consulibus. Tenor erat seqvens: Dominus tàm pater, qvàm filiusfamiliàs, vel alius etiam, ad qvem proprietas servi spectabat, deprehendebatur qvocunqve modo occisus, idcirco nemo vel adire hæreditatem, vel petere bonorum possessionem, vel aperire tabulas defuncti valebat, anteqvam esset habita qvæstio de servis & servabus cùm patris tùm filii, in potestate licet amplius non existentibus, qvi unà cum Domino sive in eodem itinere, sive domi, sive sub eodem tecto aut loco propinqvo ante necem fuerunt, & nec armis, nec manu, nec ad minimum voce qvidem & objectu corporis Domino auxilium tulerunt, jung. l. 19. ff. h. t. Nisi forte propter imbecillitatem non potuerint defendere, aut alii eos impediverint, aut Dominus superveniens officium eorum purgaverit, aut deniqve præscriptio qvinqvennii accesserit. Durius tamen hoc fuisse Senatus consultum, qvàm lenitas Christiana patitur perinde cum Grotio non dixerimus: aliud enim est, si aliqvis hæc perpessus esset simpliciter & abstractivè ut homo; aliud si cum apposito & concretivè ut homo servus: Hic siqvidem propter personæ vilitatem & præsumtionem, qvod servus contra naturam talis ex jure Gentium, naturâ Domino hostis existat, plenam pro se fidem non facit. Neqve hoc absonum moribus nostris, cum etiam homo levis, ad jurandum facilis & de metu perjurii suspectus, tametsi liber qvoad Statum, torturæ subjici possit. Exemplum de Inventore thesauri suppeditat *Carpzov. Prax. Crim. P. 2. qv. 86. n. 25.* & alia alibi passim occurrunt.

Legem tulit.) De hac culei pœnâ seqventiâ invenimus apud *Valer. Maxim. lib. 1. c. 1. n. 13.* Tarqvinius autem Rex M. Tullium Duumvirum, qvod librum secreta civilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abjici jussit; Idqve supplicii genus multò post parricidis

cidiis lege irrogatum est: qvia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est. Et *Flor. Lib. Epitom. lib. 68. P.* Malleolus matre interempta primus omnium insutus culeo in mare præcipitatus est. Alii hoc post Annibalis bellum, cum primus L. Hostius patrem interfeciſſet, introductum volunt *vid. Anton. Matth. de Crim. l. 48. tit. 6. de Parricid. cap. 2. n 1. p. 528. cum Sigon. 2. de Jud. 31.* qvos suo loco relinqvimus. Illud constat, Constantinum in *L. un. C. h. t.* ubi hæc pœna antiqva repetitur, virgas sangvinolentas, de qvibus *l. pen. ff. h. t* omisisse: qvod certè secutus fuit Tribonianus in *§. 6. Inst. de publ. Judic.* in qvo tamen rectè pro voce *affinitatis* legimus *affectionis* cum *Carpz. Prax. Crim. qu. 8. n. 44.*

Vegetium) Integer *Fl. Renat. Veget. l. 2. de re milit. c. 5.* locus hic est: Nam picturis in cute punctis milites scripti & matriculis inserti jurare solent, & ideo militiæ Sacramenta dicuntur, jurant autem per Deum, & Christum, & Spiritum Sanctum, & per majestatem Imperatoris, qvæ secundum DEUM humano generi diligenda est & colenda, nam Imperatori, cum Augusti nomen accepit, tanqvam præsenti & corporali Deo fidelis est præstanda devotio, & impendendus pervigil famulatus. DEO enim vel privatus, vel militans servit, cum fideliter eum diligit, qvi Deo regnat autore, jurant autem milites omnia se strenuè facturos, qvæcunqve præceperit Imperator, nunqvam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Rep. Romana. De reliqvis jurandi formulis vid. *Rosin. Antiqv. Roman. L. X. Paralipom. ad cap. 3. Ayal. de Jur. Bell. l. 3. c. 5. per tot.*

5. Neqve eo tempore ex tot Episcopis, inter qvos multi erant durissimæ qvæqve passi pro religione, vel unus fuisse legitur, qvi aut Constantinum ab omnibus omnino capitalibus supplicüs & bello, aut Christianos à militia injecto divinæ iræ metu absterruerit, cum tamen plurimi essent acerrimi custodes disciplinæ, & minime dissimulantes eorum, qvæ ad officium tum Imperatorum, tum aliorum, pertinerent: qvalis & Theodosii tempore fuit Ambrosius, qvi sermone VII. ita ait: *Non militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est.* & de Officiis: *Fortitudo, qvæ vel bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitiæ est.* Hoc argumentum tanti mihi videtur, ut nihil ultra reqviram. Lib. I. c. 27. L. I. c. III. §. 3. n. 2.

6. Neqve tamen ignoro, * sæpe Episcopos, & plebem Christianam, interpositis precibus suis avertisse pœnas, præsertim capitales: morem qvoqve introductum, * ut qvi ad Ecclesiam confugissent, nonnisi vitæ servandæ fide data redderentur; & * ut circa Pascha carcere emitterentur, qvos sua crimina attinebant: sed, qvi cum cura hæc omnia, & si qva his sunt similia, expendet, inveniet, signa hæc esse Christianæ bonitatis omnem rapientis clementiæ occasionem, non omnia judicia capitalia damnantis animi: unde & locorum & temporum illa beneficia & preces ipsæ * exceptionibus qvibusdam temperabantur.

Sæpe Episcopos) Augustinus: *Officium Sacerdotis est intervenire pro reis.* In ejus epistolis multa sunt hujus bonitatis specimina.

Ut qvi ad Ecclesiam confugissent) vide Chrysostomum XVI. de Statuis. Concilium Aurelianense cap. 3. legem Wisigotthorum libro VI, tit. V, 16. IX. t. II, c. 3.

Ut circa Pascha) L. Nemo 3. C. de Episc. audientia.

Exceptionibus qvibusdam) Qvas vide apud Cassiodorum XI,40.& c. inter alia de immunitate ecclesiastica in Decreto.

†††

Circa Pascha carcere emitterentur.) Jure Romano *arg. l. 7. C. de Fer.* qvis è carcere dimittebatur per septem dies, qvi præcedunt, & per septem, qvi seqvuntur Festum Paschatis: sed hoc fiebat sub spe revertendi & præstitâ cautione reali, præsertim si ob debitum civile, nullaqve specialiter interveniente Principis gratiâ qvis debuerit remitti, *Jul. Clar. §. fin. Lib. 5 q. 5. n. 9. & seqq.* Excipiebant præterea Imperatores crimina enormia, qvibus omnem relaxationem denegabant in *l. 3 C. de Episcopal. Audient.* cujus verba sunt seqventia: Sed ab his secernimus eos, à qvibus contaminari potius gaudia lætitiamqve communem, si dimittantur, animadvertimus. Qvis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? qvis adultero, vel stupri incestive reo tempore castitatis ignoscat? qvis non raptorem virginis in summâ qviete & gaudio communi perseqvatur instantius? Nullam accipiat vinculorum reqviem, qvi qviescere sepultos sceleris immanitate non sinit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter violatorqve monetæ: homicida, parricidaqve qvod facit, semper expectet: reus etiam majestatis de Domino, adversus qvem talia molitus est, veniam sperare non debet.

7. Objiciunt hic nobis nonnulli XII. canonem Synodi Nicæensis, qvi Latine sic habet: * *Qvicunq; vocati per gratiam, primum qvidem ardorem fidemve suam ostenderunt, & cingulum militiæ deposuerunt, postea vero ut canes ad suum vomitum reversi sunt; ita ut aliqvi & pecuniam darent, & beneficiis militiam repeterent; hi decem annis jaceant, post triennii auditionis tempus. In his a. omnibus observari oportet propositum & modum pœnitentiæ. Qvicunq; enim, & timore, & lacrymis, & patientia, & bonis operibus conversionem absq; simulatione demonstrant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum orationibus communicabunt, & postea licebit Episcopo de his aliqvid humanius cogitare. Qvicunqve vero indifferenter tulerunt, & habitum ecclesiam introeundi sibi arbitrati sunt ad conversionem sufficere, hi definitum tempus omnino impleant.* Vel ipsum tredecim annorum tempus satis indicat, non de levi aut ambiguo, sed gravi aliqvo atqve indubitato crimine hic agi.

Qvicunq; vocati) Simeon Magister, in ejus canonis epitome: *οἱ βιαζόμενοι καὶ δόξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα καταθέμενοι τὴν ἀσεβείας καὶ ἀναστρατευσάμενοι δεκαετίαν ἀφοριζέσθωσαν. Qvi vi adhibita visi sunt restitisse, sed ab impietate victi sunt & militiam resumsere, decem per annos abstineantur.* Eundem hujus canonis sensum exprimunt Balsamo & Zonaras & Ruffinus libro X. cap. VI.

8. Agitur autem haud dubie * de idololatria. nam qvæ canone XI. præcesserat mentio temporum Licinii, in hoc canone repetita tacite haberi debet; ut sæpe Canonum seqventium sensus à prioribus pendet. Vide in exemplum Canonem XI. Concilii Eliberini. Licinius autem, verba sunt Eusebii: *στρατιώτας ἐκέλευεν ἀποβάλλεσθαι τοῦ ἀξιώματος εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν ἄροιντο milites militia exuebat,* * *nisi Diis sacrificare vellent.* qvod & Julianus postea imitatus est, qvam ob causam Victricius atqve alii cingulum pro Christo abjecisse leguntur.

tur. Idem olim ſub Diocletiano fecerant in Armenia mille centum qvatuor, qvorum in martyrologiis mentio: & in Ægypto Menna, & Heſychius. Sic ergo & Licinii temporibus multi abjecere cingulum, qvorum fuit Arſacius inter Confeſſores nominatus, & Auxentius factus poſtea Mopſueſtiæ Epiſcopus. Qvare his qvi ſemel conſcientia puncti cingulum abjecerant, reditus ad militiam ſub Licinio non patebat, niſi per fidei Chriſtianæ abnegationem: qvæ qvia eo erat gravior, qvo prior ille actus majorem in illis legis divinæ cognitionem teſtabatur, ideo hi defectores gravius etiam puniuntur qvam illi, de qvibus egerat præcedens canon, qvi ſine periculo vitæ aut facultatum amittendarum Chriſtianiſmum abjecerant. Generaliter autem de omni militia interpretari canonem, qvem produximus, ab omni ratione alienum eſt. Aperte n. teſtatur hiſtoria, his, qvi ſub Licinio militiam abjecerant, neqve Licinio imperante ad eam redierant, ne fidem Chriſtianam violarent, à Conſtantino datam opinionem, immunesne eſſe à militia vellent, an ad militiam redire: qvod haud dubie multi fecerunt.

De idololatria) qvod principale crimen, *ſummus ſeculi reatus* dicitur Tertulliano de Idololatria: *Graviſſimum & extremum delictum* Cypriano epiſt. XII.

Niſi Diis ſacrificare vellent) Sulpitius Severus: *Sane tum Licinius, qvia adverſum Conſtantinum de imperio certavit, milites ſuos litare præceperat: abnuentes militia rejiciebat.* ob hanc cauſam Valentinianus, qvi Imperator poſtea factus eſt, ſub Juliano abjecit cingulum. Non diſſimile eſt qvod Victor Uticenſis narrat, multos ſub Hunericho Rege militiam temporalem abjeciſſe, qvia cum Arianiſmo erat connexa.

γ. Sunt & qvi Leonis epiſtolam objiciant, qvæ dicit, *Contrarium eſſe Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſecularem.* Sed ſciendum, in pœnitentibus non minus qvam in clericis & aſcetis exactam fuiſſe vitam non qvovis modo Chriſtianam, ſed eximiæ cujusdam puritatis, * ut tanto exemplo eſſent ad correctionem, qvanto ad peccandum fuerant. Similiter in conſvetudinibus antiqviſſimis Eccleſiæ, qvæ, qvo auguſtiori nomine commendabiliores eſſent, Canones Apoſtolici (*a*) vulgo appellabantur. Canone LXXXII. edicitur: *Ne qvis Epiſcopus, presbyter aut diaconus militiæ vacet, & utrumq; retineat officium Romanum & functionem ſacerdotalem.* (*b*) *Qvæ enim Cæſaris ſunt Cæſari, qvæ Dei Deo.* Qvo ipſo oſtenditur, his qvi cleri honorem non ſperarent, Chriſtianis militiam non fuiſſe interdictam.

c. contrarium. de Pœnit. diſt. 5.

(*a*) L. I. c. 5. §. 3. n. 9.

(*b*) L. I. c. V. §. fin.

Ut tanto exemplo eſſent ad correctionem, quantum ad peccandum fuerant) Leo epiſtola XC. ad Ruſticum: *Illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam multis licitis abſtinere.* In epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Regem legimus: *Qvilibet tanto à ſe licita debet abſcindere, qvanto ſe meminit & illicita perpetraſſe.* In Capitulis Calvi: *Tanto qvisq; majora qværat bonorum operum lucra, qvanto graviora ſibi intulit damna per culpam.*

Cano-

†††

Canones Apostolici.) Illos falsos esse & spurios, plurimis rationibus & autoritatibus evincit Plurimum Reverendus *Dn. Joh. Arnd. in Lexic. Antiqvitat. Ecclesiast. p. m. 95. Verb. Can. Apost.* ad qvem, præter ea, qvæ ex *can. sancta. distinct. 15. can. Canon. dist. 16. ibiq; Guid. de Bays.* proferuntur, benevolum Lectorem remittimus, *add. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 2. th. 38.*

10. Hoc amplius, etiam * ad Clerum admitti vetabantur, qvi post baptismum aut magistratus attigissent aut munera bellica, ut in epistolis Syricii & Innocentii & in Concilio Toletano videre est. Legebantur scilicet Clerici non ex qvovis modo Christianis, sed ex iis, qvi vitæ exactissimæ specimen dedissent. Adde qvod militiæ & qvorundam magistratuum perpetua erat obligatio: at sacro ministerio addicti * nulla alia cura ac labore qvotidiano inde abstrahi debebant: qva de causa & sextus canon constituit, ne Episcopus, presbyter, aut diaconus seculares curas administret, octuagesimus, ne publicis se administrationibus immittat: & inter Africanos canones sextus, * ne procurationem rerum alienarum suscipiat, aut causarum patrocinium. Sic eosdem * tutores constitui nefas judicat Cyprianus.

Ad clerum admitti vetebantur) Eusebius demonstrationem lib. I. duplicem describit Christianorum vitam, aliam ἐντελῆ; aliam inferiorem, qvi in hac sunt, eos inter alia τοῖς κατὰ τὸ δίκαιον στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι. *qvi justè militant agenda indicare.*

Nulla alia cura ac labore) vide canonem Concilii Moguntini apud Gratianum, titulo, Ne Clerici vel monachi.

Ne procurationem rerum alienarum suscipiat) vide Epistolam Hieronymi ad Nepotianum.

Tutores constitui nefas judicat Cyprianus) in epistola ad presbyteros, diaconos & plebem Furnis consistentem. Adde l. Generaliter 52. C. de episcopis & clericis.

†††

Nullâ aliâ curâ ac labore) Allegavit hic in notis Gratianum *Grotius*; sed non ille, qvin potius Gregorius IX. Papa Decretales per suum Raymundum componi mandavit: ubi præsens thema reperitur in Lib. III. tit. 50. cap. 1.

Tutores constitui nefas.) Sed in *authent. Presbyteros.* rigor. *l. 52. C. de Episc. & & Cleric.* emendatur, qvia juxta hanc clerici, exceptis Episcopis & Monachis, possunt fieri, si petunt, tutores legitimi. Qvamvis, si personarum miserabilium tutela vel cura suscipienda veniat, nec Episcopos, nec Monachos exclusos velit *Guttierez. de Tutel. l. 1. c. 1. n. 30. & seqq.*

11. At pro nostra sententia expressum Ecclesiæ judicium habemus in Concilio primo Arelatensi, qvod habitum est sub Constantino. Ejus enim Concilii Canon. III. sic habet: *De his, qvi arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos à communione:* Id est, qvi militiã deserunt extra tẽpora persecutionis. * Id enim pacis nomine intelligi volebant Christiani, ut ex Cypriano & aliis apparet.

Ac-

Accedit exemplum militum sub Juliano, non modico profectu Christianorum, ut qvi morte sua Christo reddere testimonium parati essent: de qvibus sic Ambrosius: *Julianus Imperator, qvamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: qvibus cum dicebat; producite aciem pro defensione reipublicæ: obediebant ei: cum autem diceret eis; producite arma in Christianos; tunc agnoscebant Imperatorem cœli.* Talis & multo ante fuerat Thebæa legio, qvæ Diocletiano imperante à Zabda triceſimo Hierosolymorum Episcopo Christianam religionem acceperat, & deinde in omne ævum memorabile edidit Christianæ constantiæ & patientiæ exemplum, qvod infra à nobis memorabitur. §. IX. n. 3. L. I. c. IV. §. 7. n. 10.

Id enim pacis nomine intelligi volebant) Tertullianus de idololatria: *Imò qvomodo etiam in pace militabit?* idem de fuga persecutionum: *Nostræ paci qvod est bellum, qvæ persecutio?* Cyprianus epistola X. *Qvando ipsa ante mater nostra Ecclesia pacem de misericordia Domini prior sumserit,* Epistola XXII. *Cum Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare,* Epistola XXXI. *Ecclesiæ pacem sustinendam,* id est, expectandam, de Lapsis: *disciplinam pax longa corruperat.* Sulpitius Severus: *Antonino Pio imperante pax Ecclesiis fuit.* mox: *Interjectis deinde annis* XXXIIX. *pax Christianis fuit.* Et in Constantini ætate: *Exinde tranqvillis rebus pace perfruimur.* Et initio historiæ: *Vexationesq; populi Christiani, & mox pacis tempora.*

12. Hoc loco satis sit illam eorum adferre vocem, qvæ Christiani militis officium solida brevitate exprimit, *Offerimus nostras in qvemlibet hostem manus, qvas sanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dextræ ipsæ qvgnare adversus impios & inimicos sciunt; laniare pios & cives nesciunt. Meminimus nos pro civibus potius, qvam adversus cives arma sumsisse. Pugnavimus semper pro justitia, pro pietate, pro innocentium salute: hæc fuerunt hactenus pretia periculorum. Pugnavimus pro fide, qvam pro pacto conservemus tibi* (ad Imperatorem sermo est) *si hanc Deo nostro non exhibemus?* Basilius de antiqvioribus Christianis sic loqvitur: τὰς ἐν πολέμοις φόνους, εἰ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο ἐμοὶ δοκεῖν, συγγνώμην ἔχοντας ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις. *Eas, qvæ in bello perpetrantur cædes majores nostri pro cædibus non habuere, excusatos habentes eos, qvi pro pudicitia ac pietate decertant.* §. IX. n. 3.

CAPUT III.

Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.

I. Belli divisio in publicum & privatum.
II. Non omne bellum privatum post judicia constituta illicitum esse jure naturali, defenditur; additis exemplis.
III. Ac ne jure qvidem Evangelico, cum solutione objectionum.
IV. Belli publici divisio in solenne & minus solenne.
V. An bellum sit publicum, qvod geritur auctoritate magistratus summam potestatem non habentis, & qvando.
VI. In qvibus rebus consistat potestas civilis.
VII. Qvæ

VII. Qvæ potestas sit summa.
IIX. Refellitur sententia, quæ statuit summam potestatem semper esse penes populum, & solvuntur argumenta.
IX. Refellitur sententia, qvæ statuit semper mutuam subjectionem regis & populi.
X. Ad veram sententiam rectè intelligendam adhibentur cautiones:
Prima est de distinguenda vocum similitudine in re disparí.
XI. Secunda de distinguendo jure & modo habendi jus.
XII. Ostenditur quædam imperia summa haberi plene, id est alienabiliter:
XIII. Quædam non plene:
XIV. Quædam non summa plene, id est alienabiliter haberi.
XV. Adstruitur dicta distinctio ex discrimine dandi tutoris in regnis.
XVI. Summam potestatem non tolli promissione etiam ejus qvod nec naturalis nec divini sit juris.
XVII. Summum imperiũ dividi interdũ per partes subjectivas aut potentiales.
XIIX. Male tamen hoc colligi ex eo, qvod reges acta quædam sua nisi à cœtu aliquo probentur, rata esse nolunt.
XIX. Alia qvoq; exempla quædam male huc trahi.
XX. Vera exempla.
XXI. Summam potestatem habere posse, qvi inæqvali fœdere teneatur: cum solutione objectionum:
XXII. Et qvi tributum pendat.
XXIII. Et qvi feudi lege teneatur.
XXIV. Distinctio juris & exercitii cum exemplis.

Syl. verbo bellum. l. n. 1.

I. 1. BElli primâ maximeqve necessaria partitio hæc est, qvod bellum aliud est privatum, aliud publicum, aliud mixtum. Publicum bellum est, qvod auctore eo geritur, qvi jurisdictionem habet: privatum, qvod aliter: mixtum, qvod una ex parte est publicum, ex altera privatum. Sed de privato, qvod antiqvius, primum videmus.

†††

Qvi jurisdictionem habet) Comprehendimus sub Jurisdictionis latissimo vocabulo omnem regendæ Reipublicæ potestatem, qvatenus scilicet radicaliter & independenter majestati competit, à qvâ pro variis Reipublicæ circumstantiis ejus exercitium per dependentiam qvandam magistratui tàm ordinariè, qvam extraordinariè conceditur, prouti etiam faciunt *Lampadius de Rep. Rom. Germ. P. 1. §. 1. & 49. Martha, Pauermeist. &* alii communiter Juris Publici Dd. qvi suos de Jurisdictione inscripsère Tractatus. Argui qvidem improprietatis hæc locutio posset, cum Jurisdictio propriè magistratui competat, qvi tamen non independenter, sed autoritate supremæ majestatis, judicat, *l. 1. ff. & C. de Iurisd.* Et qvanqvam ipsi qvandoq; Imperatores de civilibus subditorum causis etiam pro tribunali jus dixerint, *l. fin. C. de Legib. l. 3. ff. de his qvæ in testam. del.* ista tamen extraordinaria, qvæ Princeps exercebat, judicia, cognitiones adpellabantur, & a Jurisdictionis ordinariæ exercitio secernebantur, *Sutholt. de Iurisdict. aph.* 193. Sed hæc instantia procedit, si qvis de Jurisdictione loqvitur, cum Corpore Juris Justinianei, in concreto, adplicatâ nimirum Statui Reip. Romanæ, ad qvam significationem tamen de Jure Belli & Pacis abstractivè scribentem non teneri, qvis non videt? Et posito, si absolutus Princeps omnes penitus Magistratus in suo territorio recusaret & abrogaret, ipseqi semper ordinariò causas cognosceret, (qvod facere eundem valere, vi suâ majestaticâ, nemo Politicorum negabat) nonne tùm esset formaliter penes Principem Jurisdictio? An verò hæc Grotius

tius intendat meritò dubitamus cum celeberrimo *Dn. Bœclero*, propterea, qvod ille nominet Bellum publicum, qvod geritur autoritate Magistratus non habentis summam potestatē. Nisi fortean qvis pro Grotii defensione dicere velit, cum in bello, qvod à Magistratu geritur, semper includere majestatis mandatum, tàm jure Magistratus commissi competens, qvàm etiam præsumptum, in casu scilicet necessitatis; & bello defensivo ac inopinato. Sed nec hæc excusatio nobis videtur ab omni parte beata; qvia, præter defensionem, magistratui adversus exterorum insultus concessam etiam in §. 4. *hujus capitis* mentionem injicit offensivi belli, qvod magistratus propriâ autoritate in refractarios exercet. Hoc enim reverà bellum non est, sed animadversio, qvæ dicitur competere magistratui vi jurisdictionis, perinde, ut Principi in subditos rebelles vi Imperii.

Mixtum) Bellum privatum hîc vocat Grotius, qvod suscipitur ab iis, qvibus, qvoniam nondum in civitatem coiverunt, vel aliàs in præsenti periculo constituti sunt, Judex deest, qvod, qvibus modis contingere possit, docet. Ipse §. 2. *hoc. cap.* Publicum verò, qvod autore eo, vel ad minimum ex mandato tàm expresso, qvàm præsumpto (præprimis in puncto defensivo) geritur ejus, qvi majestate præditus est. Hisce præsuppositis, non videtur omninò absurda ejus opinio de Bello mixto; cùm casus adhuc dabiles existant, ubi qvis ex mente Grotii) privatus, in tempore necessitatis à Principe derelictus, vel in solitudine nulli magistratui subjectus degens, jure naturali non repugnante, injuriam ab alio, qvi summa potestate, non tamen in se, pollet, illatam etiam vi, à se arcere potest. Eadem ratio militat in casu conversō. Nos interim propriè loqvendo, nullum bellum privatum, (& per consequens nec mixtum) credimus. Bellum enim tunc, demum licitum est, qvando cessat magistratus; jam verò ubi unum relatorum cessat, (uti *Grot.* supponit §. 2. *n.* 1. *h. c.*) cessabit & alterum, nimirum respectus subditi atqve personæ privatæ: Qvod si aliqvando princeps belli gerendi facultatem suis concedit, non sunt amplius qvoad hunc actum, privati, sub personæ publicæ per consequentiam.

2. Bellum aliqvod privatum licite (*a*) geri, qvantum jus naturæ attinet, satis apparere arbitror ex iis, qvæ supra (*b*) diximus, cum ostensum est, ut qvis injuriam etiam vi à se arceat, juri naturali non repugnare. Sed forte putet aliqvis id saltem post constituta judicia publica non licere: qvamqvam enim judicia publica non à natura, sed à facto sunt humano, cum tamen multo sit honestius, & ad qvietem hominum conducibilius, ab eo cujus nihil interest rem cognosci, qvam homines singulos, nimium sæpe amantes sui, qvod jus putant id manu exsequi tam laudabili instituto obsequendum ipsa dictat æqvitas & ratio naturalis. Paulus JC. *Non est singulis concedendum, qvod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. Hinc est,* inqvit * Rex Theodoricus, *qvod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu: qvid enim à bellica confusione pax tranqvilla distat, si per vim litigia terminantur?* Et vim vocant leges, *L. 13. qvod met. caus. L. 50. de Acqv. Rer. Domin. L. 7. & seq. Ad Leg. Jul. de Vi priv. qvoties qvis id, qvod deberi sibi putat, non per judicem reposcit.*

(*a*) L. I. c. II. § 4. n. 2.

(*b*) c. II. §. 1. n. 4. & seq.

L. Non est. 176. D. de R. I. Cass. L. IV. infr. §. VI. n. 2. Var. Ep. 4. h. c.

Rex Theodoricus) Eundem vide in Edicto cap. X. & CXXIV.

†††

Judicia publica) In qvibus non tantùm qvovis modo illata vis & injuria vindicabantur & coercebantur; sed etiam alii actus voluntariæ Jurisdictionis agitabantur,

qvi non ſervati animadverſionem variam Principis poſt ſe trahebant. Sunt autem hæc publica judicia à facto humano, qvatenus nimirum eorum adminiſtratio, inſtitutis demum civitatibus, perſonis certis committebatur ſub certâ & ſolenni dirigendi formâ: interim verum nihilominus permanet, judicia abſolutè & in ſe ſpectata originem ac autoritatem ſuam debere DEO. Hoc qvoqve innuit *Robert. Maraut. in Specul. Aur. part. 3. n.* 133. ubi dicit: judicia qvidem in Paradiſo cœpiſſe; ſed *num* 134. proſecutionem ſuam, augmentum & formam ex jure Gentium habuiſſe.

Non per judicem repoſcit) Hæc verba Conſtitutionis D. Marci deſumta ſunt ex *l. 7. l. 8. ff. ad L. Jul. de vi priv.* concordant *l. 13. ff. qvod met. cauſ. l. 7. l. 10. C. unde vi l. 4. C. fin. regund. Nov. 60. c. 1. princip.* Pœna autem rem per vim, licet ſuam & ſibi debitam, rapientis in Jure Juſtinianeo erat non tantum amiſſio rei debitæ, ſæpiùs unâ cum æſtimatione victrici parti reſtituendæ; ſed etiam mulctatio in tertiâ parte bonorum, infamiaqve. Nec diſtinguunt jura (1) an apertè rem alteri abſtulerit, an verò clam invaſerit, & pœnitentiâ ductus brevi de poſſeſſione invasâ rurſus deceſſerit. (2) an fœmina fuerit, an minor, an miles, an creditor, qvi rapuerunt, *Mev. P. 4. dec.* 219. *& ſeqq. Menoch. Rem. 9. retinper. poſſeſſ. p. 1.* Qvæ pœna tamen rigoroſâ in foro Saxonico juxta *Carpzov. Pr. Cr. P. 2. Q. 88. n. 10. & ſeqq.* ampliùs non obſervatur, ed tenetur vi abripiens emendam parti læſæ & inſuper mulctam judici præſtare, retento interim Dominio rei, vel jure debiti. Qvamvis de qvotidianâ adhuc obſervantiâ pœnæ Juris Civilis extra Saxoniam plurimis Scabinatuum reſponſis atteſtetur Magnificus *Dn. Brunnemann. ad cit. l. 13. n. 4. & ſeqq.*

II. 1. Certe qvin reſtricta multum ſit ea, qvæ ante judicia conſtituta fuerat licentia, dubitari non poteſt. Eſt tamen ubi locum nunc qvoqve habeat, nimirum ubi ceſſat *Prolegom. §. 25.* judicium: nam lex vetans ſine judicio ſuum conſeqvi, intelligi commode debet ubi copia eſt judicii. Ceſſat autem judicium momentanee, aut continue. * Momentanee ceſſat, ubi exſpectari judex non poteſt ſine certo periculo aut damno. Continuè vero, aut jure, aut facto. Jure, ſi qvis verſetur in locis non occupatis, ut mari, L. II. c. XX. §. 8. n. 5. ſolitudine, inſulis vacuis, & ſi qva alia ſunt loca, in qvibus nulla eſt civitas: facto, ſi ſubditi judicem non audiant, aut judex aperte cognitionem rejecerit.

L. I. c. II. §. VII. n. 6. c. IV. §. 7. n. 3. L. II. c. XX. §. 7. n. 2. L. Extat. 15. D. Qvod metus. cauſ.

Momentanee) Servius ad XI. Æneidos: *Injecere manum Parcæ. Traxerunt debitum ſibi. Et ſermone uſus eſt juris. nam manus injectio dicitur, qvoties nulla judicis auctoritate, rem nobis debitam vindicamus.*

†††

Ante judicia conſtituta) Ante ordinationem judiciorum & formam externam: vixiſſe enim homines plerosqve primis temporibus inter ſe ſine ſpecialiter conſtituto magiſtratu politico, non eſt improbabile *jung. c. 4. §. 7. n. 3. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 1. Th. 56. Boxhorn. Inſt. Polit. l. 1. c. 2. & not. ad Guil. Grot. de Princ. Jur. Nat. c. 10. §. 7. p.* 172. contenti qvippe jure naturæ, cujus executio, ante coitionem in civitatem, cujuslibet familiæ capiti concedebatur, *add. l. 2. c. 20. §. 7. n. 2. §. 8. n. 4. & 6. §. 40. n. 4. ibiqve not.*

Momentaneè) Hinc, qvi adgreſſorem ſuum, à qvo percuſſus eſt, ante lapſum dimidiæ horæ poſt offenſionem, expectans perfodit, hanc judiciis abſentiam momentaneam allegare, vel juſtum ſupplicium mortis jure ſtricto evitare neqvit, *Gud. lib. 2. c. 1. §. 5. n. 1.* Qvamvis ſciamus, propter dolorem ac iram ex offenſione provenientem & adhuc duran-

durantem, à Dd. Juris Criminalis pœnam extraordinariam, relegationis potissimum, dictari, *Carpz. Prax. Crim. P. 1. Q. 31. n. 27. & seqq. conf. Grot. l. 2. c. 20. §. 30. n. 2. §. 31. n. 1.*

2. Qvod diximus etiam post judicia constituta naturali juri non repugnare omne bellum privatum, etiam ex lege Judæis data intelligi potest, ubi sic per Mosen DEUS loqvitur Exod. XXII, 2. *Si in effossione deprehensus fur, ita percutiatur ut moriatur, ne reus cædis esto percussor, ni jam dies illuxerit, tunc enim reus cædis erit.* Omnino enim videtur hæc lex, tam accurate distingvens, non solum impunitatem inducere, sed jus etiam naturale explicare; neqve fundari in peculiari aliqvo mandato divino, sed in communi æqvitate: unde alias etiam gentes id seqvutas videmus. Notum est illud XII. Tabularum, haud dubie * ex veteri jure Attico profectum: *Si nox furtum faxit, si eum aliqvis occisit jure cæsus esto.* Sic insons omnium, qvos novimus, populorum legibus judicatur, qvi adversus aggressores armis vitam periclitantem defenderit: qvi tam manifestus consensus testimonium præbet, nihil in eo esse qvod naturali juri adversetur.

§. 1. n. 2.

Molin. Tr. 1. disp. 100. §. dubium vero. 6. & seqq.

L. II. c. I. §. XII.

Ex veteri jure Attico) Solonis verba: εἰ μὲν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι. εἰ δέ τις νυκτὸς ὅ, τι οὖν, κλέπτῃ, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι. *Si qvis de die qvod plus qvinqvaginta drachmis valeat furetur, eum jus sit ad undecim viros deduci: qvod si qvis noctu vel minimum qvid furetur, eum liceat vel occidere.* Adde qvæ II. libro infra dicentur cap. XII.

†††

Jure cæsus esto) de hoc *Vid. Gell. Noct. Att. l. II. c. 18.*

III 1. De jure divino voluntario perfectiore, Evangelico scilicet, plus est difficultatis. Qvin Deus, cui plus infr. §. IIX. n. 16. item L. I. c. I. §. X. n. 6. c. IV. §. VII. n. 1. L. II. c. XX. §. 4. n. 2. L. III. c. I. §. 4. n. 3. juris est in vitam nostram, qvam nobis ipsis, potuerit à nobis patientiam eo usqve exigere, ut etiam privatim in periculum adducti, occidi deberemus potius qvam occidere, ego non dubito. An autem voluerit nos eo usqve obstringere, id est qvod inqvirimus. Solent pro affirmante sententia adferri duo loca, qvæ supra adduximus, ad qvæstionem generalem: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. *Ego autem dico vobis; Ne resistite injuriam, n. V. facienti*, Matth. V, 39. & Rom. XII, 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοὶ, ubi Latina versio habet, *non vos defendentes, charissimi.* Tertius autem locus est in illis Christi verbis ad Petrum, *Repone gladium tuum in vaginam, nam qvicunqve acceperint gladium, gladio peribunt.* Addunt his nonnulli Christi exemplum, n. VIII. qvi pro inimicis sit mortuus, Rom. V, 8. 10.

c. II. §. IIX. n. 2. & seqq.

Matth. 26, 52. L. 1. c. 2. §. 8. n. 17. &. h. c. 3. §. 3. n. 7.

2. Neqve desunt inter Christianos veteres, qvi bella qvidem publica non improbaverint, sed defensionem privatam putarint vetitam. Ambrosii loca pro bello supra attulimus. Augustini multo etiam plura sunt & clariora, omnibꝰ nota. At idem Ambrosiꝰ dixit: *Et ideo fortasse Petro duos gladios offerenti,*

n. IX. L. I. c. II. §. X. n. 5. Lib. X. in Lucam.

De off. III. c. 3. Lib. I. de lib. arb. c. 5. Epist. 154. ad Publicolam, Cap. 43. & 15.

Satis dicit; quasi licuerit usq; ad Evangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in Evangelio veritatis. Idem alibi: *Christianus, etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem referire non potest; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.* Augustinus vid. n. fin. h. §. verò; *Legem quidem non reprehendo, quæ tales* (latrones & alios invasores violentos) *permittit interfici, sed quomodo istos, qui interficiunt, defendam non invenio.* Et alibi: *De occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta legitima potestate.* Atqve idem sensisse Basilium ex secunda ipsius ad Amphilochium epistola satis * apparet.

Satis apparet) Adde Concilii Aurelianensis canonem citatum à Gratiano c. ult. causa XIII. qv. II.

3. Sed oppositа sententia sicut receptior est, ita verior nobis videtur, ut talis patientia non sit in obligatione: jubemur enim in Evangelio proximum amare juxta nos ipsos, non præ nobis ipsis: imo ubi par malum imminet, non vetamur * nobis potius qvam aliis consulere, ut supra ostendimus auctoritate Pauli beneficentiæ regulam explicantis. Instet forte aliqvis, & dicat; etiamsi meum bonum præferre possim bono proximi, hoc tamen locum non habere in bonis inæqvalibus, qvare vitam meam mihi potius deferendam, qvam invasor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed responderi potest, sæpe etiam eum, qvi impetitur, opus habere tempore ad pœnitentiam, aut probabiliter ita existimare: & ipsi qvoqve aggressori ante mortem posse ad pœnitentiam spatium supersesse. Deinde, morali judicio non videri æstimandum illud periculum, in qvod ipsum se qvis conjiciat, & unde se potest eximere.

c. II. §. IIX. n. 6. & seqq.

Nobis potius qvam aliis consulere) Cassiodorus de Amicitia: *Sane nullus aliqvo præcepto vel aliqva ratione tenetur salutem animæ proximi perditione animæ suæ, aut corporis ejus liberationem, circa spem perpetuæ salutis, proprii corporis interitu procurare, add. L. II. c. 1. §. 3.*

†††

Nobis potius, qvam aliis) Hoc verum est, si nosmet considerare velimus absolutè, ut homines, *Pufend. de Castr. ad l. 1. §. jus gentium 4 ff. de Just & jur. num. 9.* Qvamvis non semper procedat, si simus cives, vel alii societati licitæ addicti: qvoniam tunc, in periclitatione boni communis & publici, magis hoc, qvàm vitam nostram amare debemus. Exemplum esto in cive pro Republicâ pugnante, vel milite in excubiis stante, de qvo posteriore *Grot. l. 1. c. 4. § 7 & l. 2. c. 1. § 8 Du Pufend. de J. N & G. l. 2. c. 5. § 2.*

4. Certe Apostolorum aliqvi ad ultimum usqve tempus, Christo vidente & sciente, videntur iter feciſſe armati gladio, qvod & alios Galilæos è patria urbem versus properantes, ob infestas latronibus vias, factitasse ex Josepho discimus: qvi & de Essenis innocentissimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum est, ut cum dicere, Christus tale tempus imminere, ut gladii

lib. II. de Bell. Jud. c. 7.

dii comparandi causa vel vestis vendenda esset, Luc. XXII, 36. statim Apostoli responderint in suo comitatu duos esse gladios: erant autem in eo comitatu nulli præter Apostolos. Tum vero illud ipsum, qvod dixit Christus, qvanqvam præceptum revera non continet, sed proverbium est, significans gravissima pericula imminere, ut clare ostendit oppositio primi temporis, qvod tutum ac prosperum fuerat, commate 35. est tamen tale, ut sumtum appareat ex eo, qvod fieri solebat, qvodqve Apostoli licitum censebant. n.VII.

5. Recte autem à Cicerone dictum est: *Gladios habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret.* Illud verò, *ne resiste injuriam facienti*, non magis universale est, qvam qvod seqvitur, *Date omni petenti*; qvod tamen exceptionem admittit, dum ne nimium nos prægravemur: imo isti præcepto de dando nihil adjicitur, qvod vim habeat restringentem, sed ex solo sensu æqvitatis adstringitur, cum præceptum de non resistendo suam habeat adjunctam explicationem per exemplum alapæ; ut intelligatur, tum demum præcisè nos obligare, cum ea impetimur injuria, qvæ aut alapa sit, aut alapæ par: nam alioqvi rectius fuerat dicere, *Ne resiste injuriam facienti, sed vitam profundite potius qvam armis, utamini.* n.I. c.II. §. IIX.n. 3.I.II.c.I. §. X.n.2.

6. In verbis ad Romanos, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, omnino ἐκδικεῖν non tuendi, sed ulciscendi habet significationem, ut & Judith. I, 11. & II, 1. Lucæ XIIX, 7. 8. XXI, 22. Thess. I, 8. I. Petr. II, 14. Rom. XIII, 4. I. Thess. IV, 6. Idqve ipsa verborum connexio manifeste ostendit: præcesserat enim. *Ne rependatis ulli malum pro malo*: hæc autem ultionis non defensionis descriptio. Et monitum suum fulcit Paulus Deuteronomii loco, ἐμὴ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, ubi in Hebræo est נקם לי, qvo ultionem significari, tum vocis proprietas indicat, tum ipsa loci sententia, qvæ defensionem intelligi non patitur. XXXIII, 35.

7. Qvod vero Petro dictum est, continet qvidem prohibitionem utendi gladio, sed non in defensionis causa: neqve enim se opus habebat defendere: Jam enim dixerat Christus de discipulis: *Sinite hos abire: ita, ut impleretur sermo, qvem dixerat: Exiis, qvos dedisti mihi, non perdidi qvemqvam*, Joan. XIIX, 8. 9. neqve Christum, nam defendi nolebat. Ideo apud Joannem hanc causam interdictioni subjicit, *An non bibam poculum, qvod dedit mihi Pater?* com. II. & apud Matthæum ait, *Qvomodo ergo implerentur scripturæ, qvæ dicunt, ita oportere fieri?* Ulciscendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi, ferebatur, adde, qvod arma sumebat in eos, qvi nomine publicarum potestatum adventabant, qvibus an ullo casu resistere liceat, peculiaris est qvæstio, infra à nobis peculiariter tractanda. Qvod autem adjicit Dominus: *Omnes, qvi gladium acceperint, gladio peribunt*, aut proverbium est, ex vulgi usu desumtum, qvo significatur sangvinem sangvine elici, ideoqve armorum usum periculo nunqvam vacare: aut, qvæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii sententia est, indicat, non esse qvod nos Deo præripia- L.I.c.II. §.9. n.17. & h.c.3. §.3.n.1. L.I.c.IV. per tot. n.IV.

ripiamus ultionem, qvam ipſe ſuo tempore ſatis ſit exacturus: plane qvo ſenſu in Apocalypſi dicitur XIII, 10. *Qvi gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc ſita eſt ſpes & patientia ſanctorum.* Qvi cum convenit Tertulliani illud: *Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus: ſi injuriam depoſueris penes eum, ultor eſt; ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem, reſuſcitator eſt: qvantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem?* Simulqve his Chriſti verbis vaticinium videtur ineſſe de pœnis, qvas à ſangvinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum.

§. III. n. 1. in fin.

8. Ad Chriſti exemplum, qvi pro inimicis mortuus dicitur, reſponderi poteſt, Chriſti facta omnia qvidem virtutis eſſe plena, & qvæ, qvoad ejus fieri poteſt, imitari laudabile ſit, & ſuo præmio non cariturum; nòn tamen omnia ejusmodi eſſe, ut aut ex lege veniant, aut legem faciant. Nam qvod Chriſtus pro inimicis atqve impiis mortuus, id non fecit ex lege aliqva, ſed ex ſpeciali qvaſi pacto & fœdere initio cum patre: qvi ſi id faceret, non modo ſummam ei gloriam, ſed & gentem in æternum duraturam promiſit, Eſaiæ LIII, 10. Alioqvi eſſe hoc factum qvaſi ſingulare, & cui vix qvicqvam reperiatur ſimile, oſtendit Paulus, Rom. V, 7. Et Chriſtus nos animam noſtram periculis objicere jubet, non pro qvibusvis, ſed pro ejusdem diſciplinæ conſortibus, I. Joh. III, 16.

L. I. c. II. §. 8. n. 10.

n. II. L. I. §. IX c. I. n. 1.

9. Qvæ verò ex Chriſtianis ſcriptoribus allatæ ſunt ſententiæ partim videntur conſilium magis, & ſublimis propoſiti commendationem, qvam diſtrictum præceptum continere; partim privatæ ſunt ipſorum, non communes totius Eccleſiæ. Nam in canonibus antiqviſſimis L. I. c. II. §. X. n. 9. qvi Apoſtolici dicuntur, communione is demum privatur, qvi in rixa primo ictu adverſarium occiderit, Διὰ τὴν περίτειαν αὐτοῦ * *ob nimium calorem.* Et hanc ſententiam ipſe etiam Auguſtinus, n. 2. h. §. qvem in contrariam partem adduximus, probare videtur, Qvæſt. LXXXIV. in Exodum.

Can. XIV. c. ſi vero. 3. & 4. de Sent. Excom. & c. ſignificaſti. 17. de Homicidio.

9. *Ob nimium calorem*) Ambroſius libro X. in Lucam: *O Domine, cur me emere jubes gladium, qvi ferire me prohibes? cur haberi præcipis, qvem vetas promi? niſi fortè, ut parata defenſio, non ultio neceſſaria;* add. Grot. n. 5. h. §.

L. I. c. II. §. IV. n. 2. h. c. III. §. V. n. 7. L. III. c. III. §. I.

IV. 1. Publicum bellum aliud eſt ſolenne ex jure gentium, aliud minus ſolenne. Solenne qvod hic voco, plerumqve juſtum dici ſolet eo ſenſu, qvo juſtum teſtamentum codicillis, juſtæ nuptiæ ſervili contubernio opponuntur: non qvod non liceat & codicillos facere ei, qvi velit, & ſervo ſecum mulierem * habere in contubernio; ſed qvod teſtamentum & nuptiæ ſolennes peculiares qvosdam ex jure civili effectus habeant, qvod notari utile eſt; multi enim, voce juſti male intellecta, damnari putant, ut iniqva aut illicita bella omnia, qvibus illa juſti appellatio non convenit. Ut bellum ſolenne ſit ex jure gentium, duo reqviruntur; primum, ut geratur utrinqve auctore eo, qvi ſummam poteſtatem habeat in civitate; Deinde, ut ritus qvidam adſint, de qvi-

Liv. l. 1. A. U. C. c. 32. L. III. c. III. §. 4. & 5.

bus

bus agemus ſuo loco. Hæc qvia conjunctim reqviruntur, ideo alterum ſine altero non ſufficit.

Habere in contubernio) Imò inter cives erant qvædam matrimonia non juſta, non juſti liberi. Paul. Sent. lib. II. tit. XIX. L. Si uxor. 13. D. ad L. Juliam de Adulteriis, ſic & libertas qvædam non juſta. Seneca de vita beata, c. XXIV. Svetonius Octavio, c. XL.

2. Bellum autem publicum minus ſolenne poteſt & ritibus illis carere, & geri in privatos, & auctorem habere magiſtratum qvemvis. Et ſane ſi citra leges civiles res ſpectetur, videtur omnis magiſtratus ſicut ad tuendam plebem ſibi creditam, ita ad exercendam jurisdictionem, ſi vis occurrat, jus habere belli gerendi. Sed qvia ex bello tota civitas in periculum venit, ideo ferme omnium populorum legibus cautum eſt, ne bellum geri poſſit, niſi auctore eo, qvi ſummam in civitate poteſtatem habeat. Exſtat lex talis Platonis ultimo de legibus. Et in Romano jure majeſtatis teneri dicitur, qvi injuſſu Principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit. Injuſſu populi dixerat lex Cornelia lata à L. Cornelio Sylla. In Juſtinianeo Codice exſtat conſtitutio Valentiniani, & Valentis, *Nulli prorſus nobis inſciis atq; inconſultis qvorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Huc pertinet * illud Auguſtini: *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli auctoritas atq; conſilium penes principes ſit.*

L. 3. D. ad L. Jul. Majeſt.

Vict. de Jure Belli, Relect. 6. n. 9. Molin. diſp. 100. §. Idem Vict. 12. Bart. in l. ex hoc jure. D. de juſt. & jur. Bart. de Repreſ. 3. principali ad ſecundam n. 6. Mart. Laud. de bell. qv. 2.

Illud Auguſtini) lib. XXII, c. LXXIV, contra Fauſtum, citat Gratianus c. qvid culpatur, cauſa XXIII, qvæſt. I. Apud Hebræos bellum omne, qvod ſpeciali DEI juſſu ſuſcipitur vocatur מלחמת חרשית bellum poteſtatum.

3. Sicut autem omnia dicta, qvantumvis univerſalia, æqvitatem recipiunt interpretem, ita & hæc lex. Nam primum qvin ei, qvi jurisdictioni præeſt, liceat per apparitores ſuos vi cogere paucos imparentes, qvoties ad eam rem copiis majoribus opus non eſt, nec periculum imminet civitati, dubitari neqvit. Rurſum, ſi ita præſens ſit periculum, ut tempus non ferat, eum conſuli, qvi ſupremum in civitate jus habeat: hic etiam neceſſitas exceptionem porriget. Hoc jure uſus L. Pinarius præſidio Ennæ in Sicilia præfectus, cum certo ſciret oppidanos ad Carthaginenſes defectionem moliri, cæde in eos facta Ennam retinuit. Extra talem neceſſitatem ad vindicandas injurias, qvas rex perſeqvi negligit, jus bellandi oppidanis in civitatibus dare auſus eſt Franciſcus Victoria: ſed ejus ſententia merito ab aliis repudiatur.

Liv. lib. XXIX, c. 37. L. II. c. II. §. X.

†††

Præſidio Ennæ) Conſtat ex allegato Livii loco *l. 4 ſecund. Bell. Pun. c. 37.* L. Pinarium, licet haud procul abeſſet in tam inſtanti periculo, conſulere Conſulem Marcellum non potuiſſe; qvare cùm dicit c. 39. Ennam aut malo aut neceſſario facinore retentam, reſpicit procul dubio qvoad prius ad promiſcuam Ennenſium, qvorum multi de ſcelere non participaverant, cædem, & bonorum direptionem, qvæ licentiæ militum ex-

exposita fas & nefas insimul miscebat; qvoad posterius prætendit conservationem sui ipsius ex moderamine defensionis necessariæ & insequens præjudicium, qvod Reip. Rom. ex hac Ennensium perfidia & defectione erat metuendum.

V. At qvibus eventibus jus armorum movendorum esse magistratibus minoribus constat, an bellum tale publicum sit dicendum, dissentiunt juris interpretes. Sunt qvi ajunt††. Sunt qvi negant†. Sane si publicum non aliud dicimus, qvam qvod sit jure Magistratus, dubium nō est, qvin taliabella publica sint, ac proinde qvi in tali facti specie magistratibus se opponunt, in pœnas incidant contumacium adversus supra se positos. Si vero publicum sumitur in excellentiore significatu pro eo, qvod solenne est, ut sæpe sumi extra controversiam est; non sunt bella ista publica, qvia ad istius juris plenitudinem, tum judicium summæ potestatis, tum alia reqviruntur. Neqve me movet, qvod etiam in tali contentione soleant* res auferri obsistentibus ac militibus etiam concedi ††. Nam id belli solennis non ita proprium est, ut non alibi etiam locum habere possit †.

†† Ayala de jure belli l. I. c. 2. n. 7. Sil. verbo bellum. n. 2. ibi, sufficit etiam.

† Innoc. c. olim de rest. spol. n. 8. &c. sicut de jure-jur. n. 5. Panor ib. Bart. ad l. hostes. D. de captivis.

Res auferri obstantibus) Juris consultis in hanc rem productis possunt addi Franc. Aret. cons. XIV. num. 7. Gail. I. de Pac. publica, c. II. num. 20. Cardinalis Tuschus pract. qvæst. LV. litera B. verbo bellum. num. 10. Gœddæus cons. Marp. XXIIX, num. 202. & seqventibus.

†† Livius d. l.

† Vid. n. 29.

2. Sed illud accidere potest, ut in imperio late patente * inferiores potestates belli inchoandi concessam habeant potestatem: qvod si fit, jam sane censendum erit bellum geri ex vi summæ potestatis, nam qvod faciendi qvis alii jus dat, ejus ipse auctor censetur.

Cajet. sec. sec. qv. 40. art. 1. Silv. verb. bellum. p. 1. n. 2. Lorca, disp. 50. n. 12.

Inferiores potestates belli gerendi habeant potestatem) vide legem Frederici Imperatoris apud Conradum Abbatem Urspergensem.

3. Illud magis controversum, an ubi tale mandatum non est, sufficiat conjectura voluntatis. Mihi id admittendum non videtur. Neqve enim hoc sufficit videre, qvid hoc rerum statu summam potestatem habenti, si consulatur, placiturum sit: sed hoc magis videndum, qvid ille, ubi res moram fert, aut dubiam habet deliberationem, se inconsulto cupiat fieri, si ea de re lex ferenda sit. Nam ut maxime in aliqvo facto *particulari* cesset inspecta particulariter ratio, qvæ voluntatem summi imperantis movet, nō tamen cessat ratio sumta *universaliter*, qvæ periculis occurri vult, qvod fieri non potest, si ejus rei ad se magistratus qvisqve judicium trahat.

L. I. c. IV. §. VI. n. 1

4. Non ergo injuria à legatis suis accusatus fuit Cn. Manlius, qvod Pop. Rom. in jussu bellum Gallo-Græcis intulisset: nam, qvamqvam in Antiochi exercitu Gallorum legiones fuerant, tamen pace facta cum Antiocho, an ea injuria in Gallogræcos exeqvenda esset, non in C. Manlii, sed in Pop. Rom. arbitrio esse debuit. C. Cæsarem, qvod bellum Germanis intulisset, dedi Germanis Cato voluit; credo non tam jus respiciens, qvam qvod imminentis do-

Liv. l. 48. c. 45. l. III. c. III. §. X.

§. XXI. n. 4. h. c. l. II. c. XXI. §. 4. n. 2.

domini metu vellet urbem liberari. Nam GermaniGallos populi Romani hoſtes adjuverant, ac proinde non erat,qvod injuriam ſibi factam qvererentur, ſi modo juſta fuit populi Romani cauſa in Gallos bellandi. At Cæſar contentus eſſe debuit Germanos Gallia mandata ſibi provincia pepuliſſe, nec Germanos, præſertim cum nullum inde periculum immineret, intra ſuos fines bello perſeqvi, niſi conſulto prius populo Romano. Non ergo Germani jus habebant deditionem poſtulandi, ſed populo Romano punire Cæſarem jus erat, planè ut Carthaginenſes Romanis reſponderunt. *Ego non privato publicove conſilio Saguntum oppugnatum ſit qværendum cenſeo; ſed utrum jure an injuria; noſtra enim hæc qvæſtio atqve animadverſio in civem noſtrum eſt, noſtro an ſuo fecerit arbitrio; vobiscum una diſputatio eſt, licueritne per fœdus fieri.*. Livius l. xxxi.

†††

Cn. Manlium) Repetit hoc factum *Grot. l. 3. c. 2. §. 10.* & belli injuſtitiam Manlii ContraGallo-Græcos & Cæſaris contra Arioviſtum oſtendit qvam & in genere inRomanis taxat *Arth. Duck. de Antor. Jur. Civ. l. 1. c. 1. p. tot. add. Grot. l. 2. c. 1. §. 1. n. 1.*

5. Defendit M. Tullius Cicero factum & Octavii & Decimi Bruti, qvi privato conſilio in Antonium arma ceperant. Atqvi, etiam ſi conſtaret meritum hoſtilia Antonium, Senatus populiqve Romani judicium expectari debuit, an è republica eſſet diſſimulare factum an ulciſci; ad pacis venire conditiones, ad arma procurrere. Nam jure ſuo, qvod ſæpe cum damni periculo conjunctum eſt, uti nemo cogitur. Tum vero etiam hoſte judicato Antonio permittenda Senatui & populo Romano deliberatio fuit, per qvos potiſſimum bellum id geri vellet. Sic Caſſio auxilia ex fœdere petenti reſpondere Rhodii, miſſuros ſe, ſi Senatus juberet. App. ci. IV. L. I. c. II. §. IIX. n. 4.

6. Moniti hoc exemplo & plura occurrent, meminerimus non omnia probare, qvæ à qvamvis præclaræ famæ auctoribus dicuntur, ſæpe enim tempori, ſæpe affectibus ſerviunt, & aptant τῷ πότερῳ παθήματι qvare danda eſt opera, ut in his rebus defecato utamur judicio, nec qvæ excuſari magis qvam laudari poſſunt, temere in exemplum rapiamus, in qvo perniciosè errari ſolet.

7. Cum vero dictum ſit, bellum publicè geri non debere, niſi eo auctore, qvi ſummam poteſtatem habeat, & ad hujus rei & ad qvæſtionis illius, qvæ eſt de bello ſolenni intellectum, atqi adeo ad alia multa, neceſſarium erit, qvæ ſit ſumma illa poteſtas, qviqve eam habeant intelligere: eoqve magis, qvia noſtro ſeculo viri eruditi, qvisqve ex uſu magis rerum præſentium, qvam ex vero illud argumentum exſeqvuti, rem per ſe haud expeditam multo impeditiorem reddiderunt. §. 4. n. 1.

VI. 1. Facultas ergo moralis civitatem gubernandi, qvæ poteſtatis civilis vocabulo nuncupari ſolet à Thucydide, tribus rebus deſcribitur,

§.7.n.2. Lib.IV. Pol.c.4. cum civitatem, qvæ vere civitas ſit, vocat αὐτόνομον, αὐτόδικον, αὐτοτελῆ, *ſui utentem legibus, judiciis,* magiſtratibus.* Ariſtoteles tres facit partes in adminiſtranda republica, conſultationem de rebus communibus, curam legendorum magiſtratuum, & judicia: ad primam autem partem refert deliberationem de bello, pace, fœderibus faciendis ac diſſolvendis, de legibus; addit de morte, exilio, publicatione, & repetundis, hoc eſt, ut ego interpretor, judicia publica, cum prius judiciorum nomine privata intellexiſſet.. Dionyſius Halicarnaſſenſis tria maximè notat, jus magiſtratuum creandorum, * jus legum condendarum & tollendarum, jus decernendi de bello ac pace, alibi addit qvartum, judicia: rurſum, alibi adjicit curationem ſacrorum & convocationem comitiorum.

Lib.IV. Lib.VII. Lib.II.

Magiſtratibus) Poſſet etiam verti *Vectigalibus*, qvomodo accepit Thucydidis Scholiaſtes. Eſt enim vox anceps.

Jus legum condendarum & tollendarum, jus decernendi de bello ac pace) Servius ad I. Æneid. *Omni ditione, Rectius omni, qvam omnis: ut ſignificet omni poteſtate, pace, legibus, bello.*

2. At ſi qvis recte partiri velit, facile, qvæ huc ſpectant, reperiet omnia; ita ut nihil aut deſit, aut redundet. Nam qvi civitatem regit, eam partim per ſe, partim per alios regit. Per ſe autem verſatur aut circa univerſalia aut circa ſingularia. Circa univerſalia verſatur condendo leges easqve tollendo, tam circa ſacra, (qvatenus eorum cura ad civitatem pertinet) qvam circa profana. Ars circa hæc Ariſtoteli ἀρχιτεκτονικὴ architectalis. Singularia, circa qvæ verſatur, ſunt aut directe publica, aut privata qvidem, ſed qvatenus ad publicum ordinantur. Directe publica ſunt actiones, ut pacis, belli, fœderum faciendorum; aut res, ut vectigalia, & ſi qvæ his ſunt ſimilia: in qvibus comprehenditur & dominium eminens, qvod civitas habet in cives & res civium ad uſum publicum: Ars circa hæc Ariſtoteli nomine generis πολιτικὴ, id eſt civilis, & βουλευτικὴ, conſultatrix. Privata ſunt res controverſæ inter ſingulos, qvas publica auctoritate dirimi publicæ §.I.n.2. qvietis intereſt: Ars circa hæc eidem Ariſtoteli δικαστικὴ, judicialis. Qvæ per alterum expediuntur, ea expediuntur aut per magiſtratus, aut per alios §. XI. n.2. curatores, in qvibus ſunt & legati. His ergo in rebus conſiſtit poteſtas civilis.

L.I.c.I.§.VI. L.II. c.XIV. §.7.

†††

Partiri velit) Qværitur hic interpretes, an Grotius rectè definiat magiſtratum, per qvem ſumma poteſtas regit civitatem, ita qvidem, ut ille ſit inſtrumentum ſummæ poteſtatis? Rationem dubitandi afferunt, qvod hoc naturæ magiſtratus convenire non videatur, qvia magiſtratus ſuâ naturâ eſt qviddam, qvod primum movet: verbi gratiâ, licet Senatus de legibus, de pace, de bello &c. deliberet, non tamen ſine magiſtratu, qvi convocet dirigatqve eundem, eſſe poteſt: is autem rectè dicetur eſſe qviddam, per qvod ſumma poteſtas regit; qvia fortaſſe illo magiſtratu nihil ſuperius eſt. Nos diſtinguimus *cum Lampad. de Rep. Rom. Germ. p.1. § 51. & Calixt. Theolog. Mor. p.12.* inter magiſtra-

gistratum caussaliter & & formaliter consideratum: qvoad prius, omninò verum est, magistratum esse qviddam, qvod sui natura primùm movet; radices enim suas in majestate & eo, qvi primas Reip. tenet, fundat: qvoad posterius negamus, magistratum esse qvid superius, cum jus creandi magistratus à majestate dependeat. Et hoc intendit Grotius.

VII. 1. Summa autem illa dicitur, cujus actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi. Alterius cum dico, ipsum excludo, qvi summa potestate utitur; cui voluntatem mutare licet, * ut & successorem, qvi eodem jure utitur, ac proinde eandem habet potestatem, non aliam. Hæc ergo summa potestas, qvod subjectum habeat, videamus. Subjectum aliud est comune, aliud proprium: ut visus subjectum commune est corpus, proprium oculus, ita summæ potestatis subjectum commune est civitas, qvam perfectum cœtum esse supra diximus. L. II. c. IX. §. IIX. n. 1. L. I. c. I. §. 14. n. 1.

Ut & successorem) Cacheranus Decis. Pedem. CXXXIX, num. 6.

†††

Summa autem) Putant Autoris definitionem non satis accuratam esse, qvod negativa sit & propterea parum ad investigandas affectiones definiti faciat. Nos distinguimus inter assertionem negativam puram, & qvalificatam, qvæ scilicet virtualiter affirmativam continet, uti exempla qvoqve in jure habemus in *l. 5 §. 1. de probat.* Hinc, qvando Grotius summam potestatem illam dicit, cujus actus alterius juri non subsunt, idem est, ac si dicat: Cujus actus jure proprio ac per se subsistunt. Ad exemplum eremitæ (cujus actus alterius juri non subsunt, ita, ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti reddi possint) respondemus, distingvendo inter actus eremitæ, qvi vel à solo divino præcepto reguntur, & eos, qvi proveniunt à propriâ & destinatâ eremitæ voluntate: illos alterius hominis juri non subesse, nec ab eo irritos reddi posse concedimus; hi verò teste *Dn. Bæcero. h. l. p.* 221. semper tales sunt, ut, cùm inceperint esse cogniti, voluntate superiorum gubernentur, tum maximè, cum inter nos Christianos nulla hodiè solitudo, nullus angulus ferè sit, & qvi non agnoscat alicujus potestatis civilis imperium, cujus autoritatem scilicet nemo in latebris constitutus defugiat.

Qvi eodem jure utitur) de successoribus summæ potestatis, qvatenus eodem jure cum antecessoribus utuntur, & obligantur ex facto eorum, qvibus succedunt, qvædam videbimus *cap.* 14. *l.* 2. *§.* 10. *& seqq.*

Visus subjectum commune) Falsum hoc esse dicunt; homo enim videt non corpus. Nisi qvà in hoc facultatem animalem visivam, animæ scilicet propriam, respiciamus, ita, ut propter animam homo videre dicatur, cum cadaver visus propriè sit incapax.

2. Excludimus ergo populos, qvi in alterius populi ditionem concesserunt, qvales erant provinciæ Romanorum: hi enim populi non per se civitas sunt, ut nunc qvidem eam vocem §. VI. n. 1. sumimus, sed membra minus digna magnæ civitatis, qvomodo servi membra sunt familiæ. Rursum accidit, ut plurium populorum idem sit caput, qvi tamen populi singuli perfectum cœtum constituunt: neq; enim, ut in naturali corpore non potest caput unum esse plurium corporum, ita in morali qvoq; corpore; nam ibi eadem persona, diversa ratione considerata, caput potest esse plurium ac distinctorũ corporum. Cujus rei certum indicium esse potest, qvod extincta domo regnatrice imperium ad L. II. c. IX. §. VI. Vict. de jure belli. n. 7.

qvemqve populum seorsim revertitur. *L. II. c. IX. §. 8. n. 1.* Sic etiam accidere potest, ut plures civitates arctissimo inter se fœdere colligentur, & faciant σύστημα qvoddam, ut Strabo non uno loco loqvitur, neqve tamen singulæ desinant statum perfectæ civitatis retinere: qvod tum ab aliis, tum ab Aristotele etiam, notatum est non uno loco.

Lib. II. Pol. c. 10. l. III. c. 9.

†††

Qvemqve populum seorsim) Videtur hæc assertio Grotii minus rectè procedere; qvandoqvidem imperium seu summa potestas immediatè à Deo (secus ac Grot. vult. *c. 4. §. 4. n. 1. h. l.*) conceditur, & populus subjectum tantùm eligit pro ratione circumstantiarum & formæ in Republicâ, cui postmodum à potestate divinâ imperium adplicatur. Qvando igitur domus regnatrix extingvitur, illa summa regnandi potestas refertur ad DEUM, qvi illam dedit, non seorsim ad qvemqve populum, qvippe penes qvem potestas eligendi saltem & designandi reperitur. Elegantem pariter ac gravem qvoad hanc controversiam se exhibuit *M. Anton. de Domin. de Rep. Eccles. l. 6. c. 2 per tot. p. m. 20.* ubi per plurimas paginas confirmat, potestatem laicam Regum ac Principum à Deo esse immediatè; cujus cum verbis, qvæ contra *Bellarmin de laic. cap. 6.* profert in *aphor. 25.* rem concludit: Qvicunqve, inqvit ille, sive in Monarchiâ sive in Aristocratiâ sive in Democratiâ hanc actu exercet potestatem, eam loco Dei, non multitudinis, exercet, & proximè ac immediatè illam a Deo habet. Multitudo etenim naturaliter regi debet, non regere: est ergo naturaliter regenda, non rectiva; & freqventissimi sunt casus, in qvibus multitudo alicui justè subjicitur penitus invita, & nolens & dissentiens. Qvod verò interdum alicubi etiam ipsa multitudo se ad eam formam regiminis redigat, qvæ ei ex tribus dictis, aut ex ea mixta, magis placet, nihil aliud convincit, nisi in multitudine esse potestatem deputandi, seu eligendi personam, vel personas, à qvibus regatur. Facta verò electione seu deputatione, Deus immediatè, ut jam explicatum est, electis concedit politicam potestatem: cujus potestatis verum & immediatum subjectum est, non multitudo, sed Rex, Senatus, populus, prout ipsa multitudo uni ex his formis subest, nec eam potest ampliùs in inferiorem formam mutare.

3. Subjectum ergo commune summæ potestatis esto civitas, ita ut jam diximus, intellecta. Subjectum proprium est persona una pluresve, pro cujusqve gentis legibus ac moribus. ἡ πρώτη δοχὴ apud Galenum libro sexto de placitis Hippocratis & Platonis.

cit. L. II. c. IX. §. 8. n. 1.

VIII. 1. Atqve hoc loco primum rejicienda est eorum opinio, qvi ubiqve & sine exceptione summam potestatem esse volunt populi, ita, ut ei reges, qvoties imperio suo male utuntur, & coërcere & punire liceat: qvæ sententia qvot malis causam dederit, & dare etiamnum possit, penitus animis recepta, nemo sapiens non videt. Nos his argumentis eam refutamus. Licet homini cuiqve se in privatam servitutem cui velit addicere, ut & ex lege Hebræa & Romana apparet, qvidni ergo populo sui juris liceat se uni cuipiam, aut pluribus ita addicere, ut regendi sui jus in eum plane transcribat, §. X. n. 1. seq. L. II. c. VII. §. 27. n. 2. nulla ejus juris parte retenta? Neqve dixeris minime id præsumi: non enim jam qværimus qvid in dubio præsumendum sit: * sed qvid jure fieri possit. Frustra qvoqve afferuntur incommoda, qvæ hinc seqvantur, aut seqvi possint. nam qvalemcumqve formam gubernationis animo

Ex. XXI, 6. Instit. de Jure pers. §. 4. Servi autem. Gell. lib. 2. c. 7. N. A.

finxe-

finxeris, nunqvam incommodis h. c. §. XVII. n. 2. aut periculis carebis. *Aut hæc cum illis sunt habenda*, * ait Comœdia.

Sed qvid jure fieri posset, Gail. de Arrestis cap. VI, 22. & seqq.

Aut illa cum his mittenda sunt) Cicero L. III. de legibus: *Est iniqva in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumq; selectio.* mox: *Sed bonum qvod est qvæsitum, in ea, sine isto malo non haberemus.*

†††

Rejicienda est eorum opinio) Qvæ se fundat in falsâ hypothesi, qvam peperit divisio Majestatis in realem & personalem, *conf. Herm. Hermes Fasc. Jur. Pub. c. 3. n. 9. & seqq. Edit. prior. Matth. Bart. ap. Arum. Vol. 1. J. P. Disc. 30. Th. 2. Rumelin ad A. B. Carol. IV. part. 3. D. 2. Th. 13. Carpz. ad L. Reg. Germ. capit. 1. sect. 14. n. 6. sect. 16. n. 1 & plures, qvos allegat Dn. Kipping. Meth. J. P. l. 2. c. 1. p. 135.* Hanc rectissimè sterile ingeniosorum hominum inventum vocat *Sluter. Hippol. à Lap. P. 1. c. 1. num. 5. & seqq.* Aut enim populus in principem electum sibi potestatem animadvertendi reservat, & tunc ille majestatem penitus non habet, sed executor tantùm dicendus est Reip. *Vid. Grot. l. 1. c. 4. §. 8.* penes qvam in hoc statu populari omnis majestas residet. Aut revera Principem vult esse monarcham & nullam potestatem majestaticam retinere potest: monarcham siqvidem esse seu Jure majestatis pollere & aliqvid in terris superius recognoscere, contradictionem involvit, qvod Politicis notissimum. Aut deniqve populus Principi in electione certas leges præscripsit, vel certos actus majestaticos ei concessit, vel in capitulationibus cum Principe initis sibi reservavit; & tunc in hac specie Reip. mixta de majestate, qvæ est aliqvod in se individuum, participat populus, & conjunctim cum Principe unam Majestatem constituit, imò eidem in partem non suam involanti, vel leges capitulationis infringenti rectè resistit & vim justam opponit, *Grot. l. 1. c. 4. §. 13.* qvod malè capientes qvidam effingere satagerunt divisionem hancce utiqve culpandam, *add. Horn. de Civ. l. 2. c. 10. num. 12. p. 553. seqq.*

Ita ut ei reges) Fecit hoc inter alios in pestilentissimo scripto *Johannes Miltonius*, Anglus, cujus titulus est: defensio pro populo Anglicano contra Claudii Anonymi alias Salmasii defensionem Regiam, tùm maximè *cap. 6. p. 146. & seqq.*

Ex lege Hebræa) Ita enim *Seldenus de jure Natur. & Gent. secund. disciplin. Hebræor. l. 6. c. 7.* ex Maimonide: fas non est, inqvit, cuiqvam seipsum vendere, qvamdiu qvidqvam omninò, etiam vestis, superfuerit: Sed postea potestas ei est vendere se ipsum &c. *plur. Vid. ibid.*

Et Romanâ) Rectè hic qvoad jura Romanorum (aliud enim est de jure Naturæ, *Vid. Grot. l. 2. c. 5. §. 27.*) dissentit Excellentissimus *Dn. Joh. à Felde* propterea, qvoniam conventio privata neqve servum qvemqvam, neqve libertum alicujus facere potest, *l. 37. ff. de lib. caus.* Sed ignorantia potius emptoris (Scientia enim nihil operabatur, *l. 7. §. 2. h. t.*) & fraus ejus, qvi pretii participandi causâ se venundare patitur, *l. 33. ff. h. t. §. 4. Institut. de Jur. Pers. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 3. Th. 18.* Non obstat *l. 17. §. 12. de Ædil. edict.* ex qvo *Seldenus loc. alleg.* probare conatur, liberos homines Romæ olim se venales postulasse; nullam qvippe mentionem facit allegatus textus hominis liberi, sed totus est de servo fugitivo. Nisi fortè qvis excipere velit casum *l. 6. §. 5. ff. de inj. rupt. & irrit. testam.* ubi aliqvis ad actum sive munus vile & opus sordidum gerendum pretiumqve participandum se venum exponi permittit, *add. Perez. ad Tit. C. ne qvis liber. invit. act.* Et hoc intendit Doctissimus *Dn. Buxtorf. h. l. pag. 230.*

2. Sicut autem multa sunt vivendi genera, alterum altero præstantius, & cuiqve liberum est ex tot generibus id eligere, qvod ipsi placet; ita & popu-

lus

ius eligere potest qvalem vult gubernationis formam : neqve ex præstantia huius aut illius formæ, qva de re diversa diversorum sunt judicia, * sed ex voluntate jus metiendum est.

Sed ex voluntate jus metiendum est) A Carolo Qvinto Imperatore eodem tempore *Augusta* civitas petiit, ne senatui urbis suæ placita valerent, nisi assensissent curiarum magistri: *Norimberga* plane contrarium.

3. Neqve vero non multæ exstare possunt causæ, cur populus jus totum imperandi à se abdicet, aliiqve tradat, puta qvia in periculum vitæ adductus alia lege qvi se defendat h.c. §. XI. n. 1. L. II. c. IX. §. 1. reperire non potest: aut qvia inopia pressus aliter habere non potest copiam unde se sustentet. Nam si Campani olim necessitate subacti * populo Romano se subjecerunt in hunc modum: *Populum Campanum, urbemq; Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanaq; omnia, in vestram P. C. ditionem dedimus:* & qvidam populi, cum * Romanorum ditioni subjicere se vellent, ne recepti qvidem sunt; qvod narrat Appianus: qvid obstat qvo minus & uni homini præpotenti populus aliqvis eundem admodum debere se possit? Apud Virgilium legimus:

h. §. n. VII. L. II. c. XXV. §. 1. n. 2.

L. 4. Æneid.

Nec cum se sub leges pacis iniqvæ
Tradiderit regno.

Accidere etiam potest, ut paterfamilias latifundia possidens neminem alia lege in suas terras habitantem recipere velit: aut ut qvis magnam servorum copiam habens, eos manumittat sub imperii ferendi & census pendendi legibus qvæ suis exemplis non carent. de servis Germanorum apud Tacitum est: *Suam qvisq; sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis ut colono injungit, & servus hactenus paret.*

h. §. n. XIII.

Populo Romano se subjecerunt) ut Falisci apud Liv. lib. V. Samnites lib. VIII. Sic Epidamnii à Corcyræis deserti Corinthiis se dediderunt, ut protegerentur adversus Taulantios & exules. Thucyd. lib. I.

Romanorum ditioni) & Venetorum. Bembus lib. VI.

L. III. c. VII. §. 1. n. 1.

4. Adde, qvod sicut Aristoteles dixit qvosdam homines natura esse servos, id est ad servitutem aptos; ita & populi qvidam eo sunt ingenio, ut regi qvam regere norint rectius; qvod de se sensisse Cappadoces videntur, qvi oblatæ à Romanis libertati vitam sub rege prætulerunt, negantes vivere se sine rege posse. Sic Philostratus, vita Apollonii, stultum esse ait, Thraces, Mysos, Getas in libertatem vindicare, qva non gaudeant.

Strabo XII. Justin. lib. XXXVIII.

5. Neqve vero non aliqvos movere potuerunt exempla gentium, qvæ per sæcula plurima * sub imperio plane regio satis feliciter vixerunt. * Urbes sub Eumene, ait Livius, nullius liberæ civitatis fortunam cum sua mutatam voluisse. Est & interdum is civitatis status, * ut videatur, nisi sub libero unius imperio, salvus esse non posse; qvod de Romana, qvalis erat Cæsaris Augusti, ætate, multis prudentibus visum est. His ergo similibusqve de causis acci-

L. II. c. V. §. 27. n. 2. Lib. VI.

Liv. lib. XIII.

Tacit. I. Annal. 1.

accidere non poteſt tantum, ſed & ſolet, ut ſe homines ſubjiciant imperio alterius ac poteſtati, qvod & Cicero notat Officiorum ſecundo.

Sub imperio plane regio ſatis feliciter vixerunt) Seneca de Beneficiis libro II. c. XX. de Bruto locutus: *Mihi, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe: qvi aut regis nomen extimuit, cum optimus civitatis ſtatus ſub rege juſto ſit, aut ibi ſperavit libertatem futuram, ubi tam magnum præmium erat & imperandi & ſerviendi: aut exiſtimavit civitatem in priorem formam poſſe revocari, amiſſis priſtinis moribus: futuramq́, ibi æqvalitatem civilis juris, & ſtatutas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirent, ſed utri.* vide & Bizarrum hiſtoria Genuenſi lib. XIV. p. 329.

Urbes ſub Eumene) Sic multos ex liberis Græciæ civitatibus in Salamina Cypri, qvod Evagoræ regnum erat, veniſſe, narrat Iſocrates.

Ut videatur niſi ſub libero unius imperio ſalvus eſſe non poſſe) Dion apud Philoſtratum V. cap. XI. δεδια δὲ μὴ χειροήθεις ἤδη Ῥωμαίους αὐταὶ αἱ τυραννίδες πεποιηκυῖαι χαλεπὴν ἐργάσωνται τὴν μεταβολήν. *Metuo, ne Romani longis dominatibus edomiti nullam jam ferre poſſint mutationem.*

6. Jam verò bello juſto, ut ante diximus, ſicut acqviri poteſt dominium privatum, ita & dominium civile, ſive jus regendi non aliunde pendens. Neqve verò hæc tantum pro unius imperio, ubi id receptum eſt, conſervando dicta cenſeri debent: nam idem jus eademqve ratio eſt procerum, qvi plebe excluſa civitatem regunt. Qvid, qvod nulla reſpublica adeo reperta eſt popularis, in qva non aliqvi aut valde inopes aut externi, tum vero & fœminæ & adoleſcentes à deliberationibus publicis arceantur? h. c. §. 3. & 4. L. III. cap. VI. IIX. XIII. XV.

7. Jam verò & * populi qvidam alios ſub ſe populos habent, non minus addictos ſibi, qvam ſi regibus parerent: unde illa interrogatio, *Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate?* & Campani cum ſe Romanis dedidiſſent, facti dicuntur alienæ poteſtatis: Acarnania, ut & Amphilochia, dicuntur fuiſſe juris Ætolorum: Peræa & Caunus ditionis Rhodiorum: Pydna à Philippo Olynthiis data. Et qvæ ſub Spartanis fuerant oppida, poſtqvam eorum ditioni exemta ſunt, Eleutherolaconum nomen acceperunt. Cotyora urbs dicitur fuiſſe Synopenſium apud Xenophontem. Nicæa Italiæ adjudicata Maſſilienſibus apud Strabonem, & inſula Pithecuſæ Neapolitanis. Sic Calatim oppidum coloniæ Capuenſi, Caudium coloniæ Beneventanæ adjudicata cum territoriis ſuis apud Frontinum legimus. Otho provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit, qvod apud Tacitum eſt, qvæ omnia convelli neceſſe eſt, ſi id recipimus, jus regendi ſemper ſubditum eſſe eorum judicio ac voluntati, qvi reguntur. §. XII. n. 1. in fin. ſupr. h. §. n. 3. Liv. lib. I. Liv. l. VII. lib. XXVI. Lib. XXXII. Stra. XIV. Diod. l. XVI. Pauſ. Lac. Exp. Cyri. l. V. Lib. IV. Lib. V. Hiſt. I. Devter. XVII, 14.

Populi qvidam alios ſub ſe populos habent) Sic Salamin inſula Athenienſium juris jam inde à Philæo & Euriſace Ajacis filiis, ut Plutarchus Solone nos

docet. Hanc Salaminem Athenienſibus ademit Auguſtus, ut poſtea Cephaleniam Adrianus, teſte Xiphilino. Acarneus ab antiqvo Chiorum, teſte Herodoto lib.1. & Samii multa in continente oppida tenuere, ut Strabo docet lib. XIV. Anactorium partim ad Corinthios, partim ad Corcyrenſes pertinebat, ut Thucydides ſcribit libro I. in pace cum Ætolis apud Livium: *Oeneadæ, cum urbe, agroqve, Acarnanum ſunto.* Sex oppida Halicarnaſſo attributa per Alexandrum Magnum, memorat Plinius Hiſtoriæ naturalis lib. V, c.29. Idem libro XXXIII, c. IV. Lindum inſulam eſſe ait Rhodiorum: tantundem de Cauno habes libro XXXV. Teſtatur idem Cicero epiſtola ad fratrem, Rhodiis iisdem, qvod Romanos contra Antiochum juviſſent, complures urbes dono datas ait Eutropius, libro III. nempe Carum & Lyciorum, qvæ rurſus eis ablatæ à Senatu. Utrumqve eſt in Excerptis Polybii.

8. At vero eſſe reges, qvi populi etiam univerſim ſumti arbitrio non ſubſint, tum ſacra, tum profana hiſtoria teſtatur. *Si dixeris,* inqvit DEUS populum Iſraëliticum alloqvens, *h. c. §. XX. n. 2. L. I. c. IV. §. 3. Statuam ſupra me regem*: & ad Samuelem: *Indica eis, qvi regnaturus eſt ſuper eos.* Hinc rex unctus dicitur ſuper populum, ſuper hæreditatem Domini, ſuper Iſraëlem: Salomo rex ſuper totum Iſraëlem. Sic David DEO gratias agit, qvod populum ſuum ipſi ſubjecerit. Et Chriſtus, *Reges,* inqvit, *gentium dominantur eis.* Notum illud Horatii:

I. Sam. IIX, 4. I. Sam. IX. 16. X, 1. XV, 1. II Sam. V, 2. I. Reg. IV, 1. Pſ. CXL. IV, 2. Luc. XXII, 25.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

9. Tres gubernandi formas ita deſcribit Seneca: *Interdum populus eſt, qvem timere debeamus; interdum, ſi ea civitatis diſciplina eſt, ut plurima per ſenatum tranſigantur, gratioſi in ea timentur viri: interdum ſinguli, qvibus poteſtas populi & in populum data eſt.* Tales ſunt, qvos Plutarchus ait: οὐ κατὰ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν, *imperium habere non ex legibus modo, ſed & in leges,* & apud Herodotum Otanes ſingulare imperium ſic deſcribit: ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται: *facere qvod qvis velit, ita ut alii rationem non reddat.* Dioni qvoqve Pruſæenſi regnum definitur: ἐπιτάττειν ἀνυπεύθυνον ὄντα, *ita imperare, ut alii ratio non reddatur:* Pauſanias Meſſenicis opponit βασιλείαν ἀρχῇ ὑπευθύνῳ, *regnum poteſtati tali, qvæ rationem actuum reddere debeat.*

Ep. XIV. Flamin.

10. Ariſtoteles reges qvosdam eſſe ait cum eo jure, qvod alibi habet ipſa gens in ſe ac ſua. Sic poſtqvam Romani principes imperium verè regium uſurpare cœperunt, dicitur populus in eos omne ſuum imperium & poteſtatem contuliſſe, etiam in ſe, ut interpretatur Theophilus. Hinc illud dictum M. Antonini Philoſophi: *Nemo niſi ſolus Deus judex principis eſſe poteſt.* Dion. L. LIII. de tali principe: αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν νόμων, πάντα τε οἷα βούλοιτο ποιῇ, καὶ πάνθ' ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ. *Liber eſt ſuiq; ac legum potens, ut & qvod vult faciat, & qvod non vult, non faciat.* Tale

III. Pol. XIV. Inſt. de Jur. nat. §. ſed & qvod. 6. Xiph. vita M. Ant. l. 4.

regnum

regnum jam antiqvitus erat in Græcia regnum * Inachidarum Argis: nam in Argiva Tragœdia Supplicibus, ſic populus Regem affatur apud Æſchylum:

Σὺ γὰρ πόλις, σὺ δ' τὸ δήμιον,
Πρύτανις ἄκριτος ὤν,
Κραίνεις βωμὸν ἑστίαν θρόνος,
Μονοψήφοισι νώμασι σέθεν,
Tu res populi, tuq; urbs tota es,
Non judiciis ſubditus ullis,
Regni ſolio fultus ut ara,
Unoq; regens cuncta arbitrio.

Inachidarum) Hi ſunt ענקיים. Devt. II, 10. ex qva origine & ענקי ὄγκα dea, cui templum Thebis Cadmus dicavit. Græci eam Pallada dixere. Dicuntur Æſchylo Inachidæ fuiſſe Pelasgi, id eſt extorresà Syro פלג. Etiam qvi Lacedæmonem primi tenuere, Pelasgi erant, unde Abrahamo ſe cognatos dicebant Lacedæmonii in hiſtoria Maccabaica. Sicut autem Argivi reges pleniſſima uſi poteſtate exemplo Orientis, unde venerant, ſic & reges Thebani, è Phœnicibus. Apparet id ex Creontis verbis apud Sophoclem, & fecialis Thebani Supplicibus Euripidis.

†††

In ſe) Non tantum in provinciales & ſubjectos Populo Romano: ita, ut relativum pro reciproco accipiendum ſit. Sic Verba *in eum* explicat in *l. 1. de Conſtit. Princ. Sutholt. de Jurisdict. aph. 69. cum Duareno & Corraſio.* Ceterum an & qvando hæc lex regia, cujus fragmenta *Vid. ap. Roſin. l. 7. antiqv. c. 12. pag. 703.* ſit lata, docet idem *Suth. l. c. aph. 81. & ſeqq.* Id certè fidei hiſtoricæ maximè conforme eſt, eam fuiſſe *qvoad rem* factam tempore Auguſti, licet *nomen* ejusdem usqve ad Monarchiam confirmatam uſu receptum non ſit, *add. Lampad de Rep. Rom. Germ. p. 2. §. 8.* Etiamſi *Mynſing. ad §. 6. Inſt. de J. N. G. & C.* hanc legem Julio Cæſari acceptam referat, & *Vultej. ad §. cit.* eam nunqvam latam eſſe putet.

11. Longe aliter, qvam de Athenienſium republica rex ipſe Theſeus apud Euripidem loqvitur,

——— ὁ γὰρ ἄρχειν
Ενὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις.
Δήμῳ δ' ἀνάσσει λαδοχαῖσιν ἐν μέρει
Ενιαυσίαισιν.
——— *Hæc juris ſui*
Parere Domino civitas uni negat:
Rex ipſe populus annuas mandat vices
Honoris huic, illive.

Nam Theſeus, ut Plutarchus explicat, belli tantum ducem & legum cuſtodem agebat, * cetera par civibus. † Hinc factum, ut reges, qvi po- Lib. IV. Vit. Cleom. Vit. Ageſil. † §. X. h. c. n. 2.

populo subsunt, non nisi improprie reges appellari dicantur: Sic post Lycurgum, magisq; post Ephoros constitutos, reges Lacedæmoniorum reges nomine, non re fuisse dicuntur Polybio, Plutarcho, *Cornelio Nepoti. Qvod exemplum secuti & alii in Græcia. Pausanias Corinthiacis; Ἀργεῖοι ἦ ἄπτε ἰσηγορίας καὶ τὸ ἀυτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, τὴν τῶν ἐξουσίας τῶν βασιλέων εἰς ἐλάχιστον περιήγαγον, ὡς μηδενὶ τῶν Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. *Argivi jam olim æqualitatis & libertatis amantes regiam potestatem in minimum redegerunt, ita ut Cisi filiis ac posteris præter nomen regni nihil relinqverent.* Talia regna negat Aristoteles constituere propriam speciem gubernationis, qvia scilicet partem tantum faciunt in republica optimatium aut populi.

Qvæst. Gr.

III. Pol. 12.

Cetera par civibus) Thesei filius Demophon in Heraclidis Euripidis:

ἐγὼ γὰρ οὐρανιὸν ὥστε βαρβάρων ἔχω,
ἀλλ' ἥν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.
Nec enim potestas barbarum in morem mihi,
Sed justa refero obsequia, dum juste impero.

Cornelio Nepoti) verba ipsius, aut qvisqvis is est, qvi vitas illustres scripsit, in Agesilao: *Ut duos haberent reges nomine magis qvam imperio.* Alibi: *Lacedæmoniorum autem Agesilaus nomine non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani.*

†††

Non nisi impropriè reges appellari) An ex his Grotii verbis sequens argumentatio confici possit: *Si reges dicendi non sunt, qui populo subsunt, jure naturæ non erit populi, malè imperantes reges compescere;* meritò dubitamus cum *Theod. Graevinck. in not. h. l.* Qvocirca etiam examinare responsiones dissentientium hic omittimus.

Liv. l. II. Plutarch. in Marcel. Halic. l. V.

12. Qvin & in populis, qvi perpetuo regibus non subsunt, exempla videmus *qvasi temporarii regni, qvod populo non subsit. Talis erat potestas Amymonum apud Cnidios, & apud Romanos Dictatorum primis temporibus, cum ad populum provocatio non esset: unde Dictatoris edictum pro numine observatum, ait Livius: neqve usqvam ullum, nisi in cura parendi auxilium: Dictatura obsessam vim regiæ potestatis Cicero.

Qvasi temporarii regni) Livius Salinator in Censura omnes tribus excepta una ærarias fecit, ac sic ostendit jus sibi esse in populum omnem.

13. Qvæ pro contraria sententia adferuntur argumenta, ea solvere difficile non est. Nam primum, qvod asseverant, eum, à qvo aliqvis constituitur, esse superiorem constituto, verum duntaxat est in ea constitutione, cujus effectus perpetuo pendet à voluntate constituentis; non etiam in ea, qvæ ab initio est voluntatis, postea verò effectum habet necessitatis: qvomodo mulier virum sibi constituit, cui parêre semper † necesse habet. * Valentinianus Imperator militibus, qvi se Imperatorem fecerant, postulantibus, qvod ipsi non probabatur, respondit: *Ut me* †† *ad imperandum*

† L. II. c. V. §. IX. n. 2 c. VII. §. 3. n. 2.

†† L. II. c. IV. §. 14 in I.

dum vobis eligeretis, in vestra situm erat potestate, ô milites : at postquam me elegistis, quod petistis in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tanquam subditis competit parêre, mihi, quæ facienda sunt, cogitare. Sed nec verum est, quod assumitur, omnes reges à populo constitui : quod exemplis patrisfamilias advenas sub obediendi lege acceptantis, & gentium bello devictarum, quæ supra attulimus, satis intelligi potest. Sozom. hist. Eccl. I. XVI. h. §. n. III.

Valentinianus) Verba ejus refert Theodoretus IV, c. V. ὑμέτερον ἦν ὦ στρατιῶται βασιλέως μὴ ὄντος ἐμοὶ δοῦναι τὴν βασιλείας τὰς ἡνίας· ἐπεὶ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγώ, ἐμὸν λοιπὸν καὶ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων. *Vestrum fuit milites, cum imperator nullus esset, mihi tradere imperii hujus habenas. Eas ex quo adeptus sum, de cetero non vestrum, sed meum dispicere, quid reipublicæ expediat.*

14. Alterum argumentum sumunt ex dicto Philosophorum, regimen omne eorum qvi reguntur, non qvi regunt, causa esse paratum : unde seqvi existimant ex finis nobilitate, eos, qvi reguntur, superiores esse eo, qvi regit. Sed nec illud universaliter verum est, omne †† regimen ejus, qvi regitur, causa esse comparatum ; nam qvædam regimina per se sunt regentis causa, † ut dominicum : nam servi utilitas ibi extrinseca est adventitia : sicut Medici lucrum ad ipsam medicinam non pertinet. Sunt alia regimina mutuæ utilitatis causa, ut maritale. Sic imperia qvædam esse possunt comparata ad regum utilitatem, ut qvæ victoria parta sunt, & non ideò tyrannica dicenda sunt, cum tyrannis, ut qvidam ea vox nunc intelligitur, injustitiam includat. Possunt & qvædam utilitatem respicere tam ejus qvi regit, qvam ejus qvi regitur, ut cum populus impotens sibi tuendo regem potentem imponit. Ceterum non nego in plerisqve imperiis respici per se utilitatem eorum, qvi reguntur : & verum esse, qvod Cicero post Herodotum, Herodotus post Hesiodum dixit, fruendæ justitiæ causa reges constitutos. Sed non ideo consequens est, qvod illi inferunt, populos rege esse superiores : nam & tutela pupilli causa reperta est, & tamen tutela jus est ac potestas in pupillum. Nec est, qvod instet aliqvis, tutorem, si male rem pupillarem administret, amoveri posse ; qvare & in rege idem jus esse debere. Nam in tutore hoc procedit, qvi superiorem habet ; at in imperiis, qvia progressus in infinitum non datur, omnino in aliqva aut persona aut cœtu consistendum est, qvorum peccata, qvia superiorem se judicem non habent. DEUS sibi curæ peculiari ‡‡ esse testatur ; qvi ea aut vindicat, si ita opus judicet ; aut tolerat in pœnam aut explorationem populi. †† h. c. §. XI. n. 1. l. II. c. I. §. IX. n. 2. † L. III. c. IIX. §. 2. ‡‡ Jer. XXV. 12. † h. c. §. XX. n. 2.

15. Optimè Tacitus: *Quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cetera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines,*

ſed neq; hæc continua, & meliorum interventu penſantur. Et M. Aurelius magiſtratus dixit de privatis, principes de magiſtratibus, * DEUM de principibus judicare. Inſignis eſt apud Gregorium Turonenſem locus, ubi is ipſe Epiſcopus regem Francorum ſic affatur: *Si quis de nobis, ô Rex, juſtitiæ tramites tranſcendere voluerit, à te corripi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? loquimur enim tibi, ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te damnabit, niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam?* Inter Eſſenorum placita Porphyrius memorat ὃ δίχα Θεοῦ πρᾶξάνσθ' ποτὲ ἄρχειν, *non obtingere cuiquam imperium* ſine Dei cura ſpeciali.* Irenæus optime: *Cujus juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur apti iis, qui in illis temporibus ab ipſis regnantur.* Senſus idem in conſtitutionibus qvæ dicuntur Clementis; τὴν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι παρὰ κυρίου ἔσχε τὴν χειροτονίαν, *regem timebis, gnarus à Domino electum.*

Lib. V.

L.I.c.II.§. VII. n. 1. Lib. VII. c. XVII.

Deum de principibus judicare) Xiphilinus: φθάνει γάρ τοι τὸ αὐτοκρατὲς ὁ Θεὸς μόνῳ κρίνειν δύνασθαι. *De ſummo principatu Deus ſolus poteſt judicare.* Vitigis rex apud Caſſiodorum: *Cauſa regiæ poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, qvandoqvidem illa è cœlo petita eſt, & ſoli cœlo debet innocentiam.* Apud eundem Caſſiodorum rex: *Alteri ſubdi non poſſumus, qvia judices non habemus.*

Sine Dei cura ſpeciali) Homerus:

Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι.
Ab Jove ſummus honos.

Diodorus Siculus lib. 1. de Ægyptiis: ἅμα μὲν ἐκ θείας δαιμονίας τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτὰς τετυχέναι τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίας. *Exiſtimant enim non ſine divina qvadam providentia perveniſſe reges ad ſummam de omnibus poteſtatem.* Auguſtinus lib. V. de Civitate Dei: *Qui Veſpaſiano vel patri vel filio, ſuaviſſimis imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo; & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino, ipſe apoſtatæ Juliano.* nempe majeſtatem dedit, qvod præceſſerat. Vitigis apud Caſſiodorum: *Omnis provectus, maxime regius, ad divinitatis munera referendus eſt.* Titi Imperatoris erat dictum: *poteſtates fato dari.*

†††

Deum de Principibus) Jung. Ayala de Jur. Bell. lib. 1. cap. 2. num. 23. ubi plur. Nonnunqvam tamen Principes, *in cauſis inter ſe & alios ejusdem dignitatis* arbitris utuntur, Grot. §. 21. h. c. num. 6. Ordin. Cam. part 2. cap. 2. 3. ſeqq. qvemadmodum etiam *in controverſiis inter ſe & ſubditos ſuos* pertractandis conſiliariis ſuis juramentum fidelitatis, qvoad hunc actum, remittunt, eosq; ad judicandum habilitant. Qvæ causâ probabiliter fuit, qvod olim Imperatores in Comitem Palatinum, tanqvam Imperialis Palatii Judicem & præfectum, compromittere, & ejus judicio ſeſe voluntariè ſubjicere ſoliti fuerint, Marqv. Freher. de Orig. Palatin. c. 15. An verò ex hâc conſvetudine, qvæ poſtmodum in neceſſitatem qvandam rapta, Vid. Aur. B. tit. ibiqve Dieteric. Palatino huic omnis cognitio in Imperatorem, tàm in criminalibus, qvam in civilibus competat, merito dubitamus, imò potius qvoad prius, ut ex ſupra dictis conſtat, negamus: cum Imperator noſter poſſideat Imperium noſtrum ſub poteſtate monarchicâ, per Ariſtocratiam licet ſatis temperatâ, & per capitulationem reſtrictâ: jam verò Monarcham poteſtatem ſuam imperandi immediatè à Deo accipere, anteà demonſtravimus; Ergò Dei ſolius erit eum judica-

re;

re; nisi fortean hic rursus adplicare velis ea, qvæ profert *Grotium l. 1. c. 4. §. 13.* Exempla Adolphi & Alberti, qvæ allegare *Arum. ad A.B Car. IV. D. 1. Th. 7. Rumelin ibid. part. 1. D. 5. Th. 7. ibiqve My er. lit. b.* solent, facti sunt, nec ita per se & absolutè sumpta probant. Ceterum de hâc arduâ & spinosâ satis materiâ *Vid. Grot. c. 4. §. 6. n. 4 in fin. item not. ad cit. c. 4. §. 9. Buxtorff. ad A.B. conclus. 78 & seqq. cum plurimis ibid. citat. Auctoribus.* De judicibus, qvos olim sibi constituerunt Reges Galliæ, Bohemiæ, Arragoniæ, Angliæ, Daniæ, Archiduces Austriæ, &c. *add. Herm. F. J. P. cap. 19. n. 5. Edit. prior. Limn. ad Capit. Carol. V. pag. 63. Arnisæ. de Jur. Majest. l. 1. c. 6. n. 11.* Huc etiam referendus *Alberic. Gentil. de Jur. Bell. l. 1. c. 3. pag. 23.* ubi de compromissis inter gentes elegantia exempla enarrat.

16. Nec obstat his qvæ diximus, qvod populi interdum puniti legun- I. Reg. IV, 10.
tur L. II. c. XXI. §. VII. n. 1. §. XVII. n. 1. seq. ob regum peccata: non enim II. Reg. X, 17.
ideo evenit, qvod populus regem aut non puniret, aut non reprimeret, sed qvod vitiis ejus tacite saltem consentiret. Qvanqvam etiam sine eo Deus summo dominio, qvod in vitam necemqve singulorum supr. §. III. n. 1. habet, uti potuit in pœnam regis, cujus supplicium est subditis orbari.

IX. 1. Sunt alii, qvi mutuam qvandam subjectionem sibi fingunt, ut populus universus regi recte imperanti parere debeat; rex autem male imperans populo subjiciatur. qvi si hoc dicerent, non facienda ob regis imperium ea, qvæ manifeste iniqva sunt, verum dicerent, & qvod apud omnes bonos confessum est: sed id nullam includit coactionem, aut jus aliqvod imperii. Qvod si etiam populo alicui propositum fuisset partiri cum rege imperium, (qva de re infra dicendum erit aliqvid) fines certe potestati utriusqve assignari debuissent tales, qvi cognosci facile possent ex locorum, personarum, aut I. I. c. IV. §. 13. negotiorum discrimine.

2. Bonitas autem aut malitia actus, præsertim in civilibus, qvæ sæpe obscuram habent disceptionem, apta non sunt ad partes distingvendas: unde summam confusionem seqvi necesse est, cognitionem de re eadem pro jure potestatis, obtentu actus boni malive, hinc ad se rege trahente, inde populo, qvalem rerum perturbationem introducere nulli, qvod sciam, populo in mentem venit.

X. 1. Sublatis opinionibus falsis, restat cautiones adhibeamus aliqvas, qvæ viam nobis monstrare possint ad recte dijudicandum, cui jus summæ potestatis in gente qvaqve competat. Prima cautio hæc sit, ne decipiamur ambiguo nominis sono, aut rerum externarum specie. Exempli causa, qvanqvam apud Latinos opponi solent principatus & regnum (ut cum Vercingetorigis patrem dicit Cæsar principatum obtinuisse Galliæ, sed qvod regnum affectaret interfectum: & cum Piso apud Tacitum Germanicum dicit principis Romanorum, non Parthorum Regis esse filium: & cum Svetonius parum abfuisse ait Caligulam, qvin speciem principatus in regnum converteret: & cum Vellejo Maroboduus dicitur non principatum parentium voluntate constantem, sed vim regiam complexus animo.) §. III. h. c. num. 2. L. 2. c. VII. §. 27. n. 2.

1. Vide-

2. Videmus tamen confundi hæc fæpe: nam & Lacedæmonii duces ex Herculis poſteritate poſtqvam Ephoris (a) ſubjecti fuere, reges dicebantur, nihilominus, ut modo vidimus: & veteri Germaniæ (b) reges erant, qvos Tacitus præfuiſſe ait auctoritate ſvadendi, non poteſtate jubendi: Et de Evandro rege Livius, rexiſſe eum auctoritate magis qvam imperio: & Suffetem Carthaginenſium Ariſtoteles & Polybius βασιλέα appellant: ut & Diodorus, qvomodo & Hannonem *Carthaginenſium regem dixit Solinus. Et de Scepſi in Troade narrat Strabo, cum adjunctis in civitatem Mileſiis populari republica uti cepiſſet, veterum regnum poſteris nomen manſiſſe regium, & honoris nonnihil.

(a) §. IIX. h. c. n. XI. §. XVII. n. 2. c. IV. §. 8. Lib. I.

(b) infr. §. XIII. n. 1. §. XX. n. 1. & 4. in fin. Lib. XV. c. 70.

Carthaginenſium regem dixit Solinus) Sic qvi vitam ſcripſit Annibalis: *Ut enim Romæ conſules, ſic Carthagine qvotannis annui bini reges creabantur.* His improprie dictis regibus accenſeri poſſunt & filii, qvibus regium nomen datum à patribus regiam vim retinentibus. Talis is Darius fuit, qvem pater Artaxerxes judicatum interfici juſſit. Plutarchus in Artaxerxe.

3. Contra Romani Imperatores, poſtqvam palam & ſine ulla diſſimulatione regnum liberrimum tenuerunt, principes tamen vocabantur. Sed & inſignia regiæ majeſtatis in liberis qvibusdam civitatibus tribui principibus ſolent.

4. Jam vero comitia ordinum, id eſt conventus eorum, qvi populum in claſſes diſtributum referunt, nimirum, ut Güntherus loqvitur:

Prælati, proceres, miſſiſq; potentibus urbes:

Alibi qvidem in hoc ſerviunt duntaxat, ut ſint majus regis conſilium, per qvod qverelæ populi, qvæ fæpe in conſiſtorio reticentur, ad regis aures perveniant; cui deinde liberum ſit ſtatuere, qvod ex uſu ipſi videatur. alibi etiam jus habent de actis principis cognoſcendi, atqve etiam leges præſcribendi, qvibus princeps teneatur.

5. Sunt multi, qvi exiſtimant diſcrimen ſummi imperii, aut ſummo minoris, petendum ex delatione imperii per electionem aut ſucceſſionem. Nam qvæ hoc modo deferuntur imperia, ea ſumma eſſe contendunt, non item qvæ illo. At hæc univerſim vera non eſſe pro certo haberi debet, nam ſucceſſio non eſt titulus imperii, qvi imperio formam aſſignet, ſed veteris continuatio. Jus enim ab electione familiæ cœptum ſuccedendo continuatur; qvare qvantum prima electio tribuit, tantum defert ſucceſſio. Apud Lacones regnum ad hæredes tranſibat, etiam poſt Ephoros conſtitutos. Et de tali regno, id eſt principatu, eſt apud Ariſtotelem: τῶν μὲν κατὰ γένος εἰσὶν, αἱ δὲ αἱρεταὶ, *qvædam ſanguinis jure, qvædam electione deferuntur*: & Heroicis temporibus * pleraqve in Græcia regna talia fuiſſe & ipſe notat, & Thucydides. Contra, Romanum imperium etiam ſublata omni ſenatus & populi poteſtate per electionem conferebatur.

Pol. III. XIV.

Lib. I.

Plera-

Pleraqve in Græcia regna talia fuisse, Notatum id & Dionysio Halicarnassensi libro II. & V.

†††

Per electionem conferebatur) Concordant cum hoc, qvæ profert *Hermann. Herm. Fasc. J. P. c. 6. n. 3. Edit. prior.* In Imperio Rom. Augustus Tiberium Cæsarem, Tiberius Caligulam, hæredes & successores habuerunt, *§. pen. J. de adopt.* postea autem electioni locus factus est, & Imperatores vel ex voto, vel suffragio exercituum, vel per legiones, vel per Prætorianos creati sunt, *Goldast. in polit. Part. 14. c. 1. & part. 3. c. 13.* Postqvam autem ad Imperium occidentale Carol. M. assumtus fuit, ad tres eum sequentes hæreditario jure, ad qvatuor ulteriores hæreditate qvidem, accedente tamen approbatione, usqve ad Ludovicum Arnulphi filium Imperium pervenit, qvo defuncto, ad Francones & Saxones *pura electio* esse cœpit. Nos, qvicqvid hujus rei sit, statuimus Romanum Imperium semper à fundatâ Imperatorum Monarchiâ hæreditarium fuisse, nisi qvoties per casum fortuitum illud aliqvando rectore vacare contigit, vel tumultus seditiosus rebellioqve Cæsarem constituerunt. Nam tempore demum Henrici IVti facta est primùm constitutio, qvæ extat apud *Goldast. T. 1. fol.* 238. in hæc verba: Decreta comitiorum Forchcimensium de lege Regia, & ne Imperium procedat successione, sed electione, Statuta à Rudolpho Rege, ab Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus electo in conventu apud Forcheim, Anno Domini M. LXXVII. Idem asserunt *Paul. Bernrid. in Vit. Greg. VII. Pap. & Brun. in hist. Bell. Sax. in Verb.* Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani Pontificis Auctoritate est corroboratum, ut Regia potestas nulli per hæreditatem, sicut antea fuit consvetudo, cederet, sed filius Regis, etiamsi valde dignus esset per electionem spontaneam, qvam per successionis lineam, Rex proveniret; si verò non esset dignus filius, vel si nollet eum populus, qvem Regem facere vellet, haberet in potestate populus. Hæc omnia legaliter constituta in conventu apud Forcheim Anno M. LXXVII. anno IV. Venerabilis Pap. Gregorii hoc nomine septimi, Indictione 15. Idibus Martii *Vid. plur. apud Dn. Strauch. in diss. Exoter. 2. p. 43. th. 1.* Consentiunt Grotiani Commentatores. *Bæcl. h. l. p.* 238. *Dn. Zigl. p.* 134. *Dn. Osiand. p.* 483. *Dn. Henning. p.* 225.

XI. 1. Altera cautio hæc esto. * Aliud de re qværere, aliud de modo habendi, qvod non in corporalibus tantum, sed & in incorporalibus procedit. Ut enim res est ager, ita & iter, actus, via. Sed hæc alii habent jure pleno proprietatis, alii jure usufructuario, alii jure temporario. Ita summum imperium Dictator Romanus habebat* jure temporario: reges deinqve tam qvi primi eliguntur, qvam qvi electis legitimo ordine succedunt, jure usufructuario: at qvidam reges pleno †† jure proprietatis, ut qvi justo bello imperium qvæsiverunt, aut in qvorum ditionem populus aliqvis, majoris mali vitandi causa, ita se † dedidit, ut nihil exciperetur.

†† h. c. tit. n. 14 §. XII. n. 3. L. II. c. VI. §. II. L. III. c. XX. §. 5. n. 1.

† §. III. n. 3.

Aliud de re qværere, aliud de modo habendi) vide cui vacat Carolum Molinæum ad consvetudines Parisienses Tit. 1. §. 2. gl. 4 num. 16. & 17.

Jure temporario) Imperatoris ad tempus facti exemplum habes apud Gregoram libri IV. initio.

†††

Dictator Romanus) Rectius *Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. l. 1. class. 2. cap. 2. n. 29.*

n. 29. & 30. *M. A. de Dominis de Rep. Eccl. l. 6. c. 2. §. 35. Bœcler. ad Grot. pag.* 239. *Dn. Zigl. pag.* 156. *Dn. Oſiand. pag.* 485. *Bodin. l. 1. de Rep. c.* 8. contendunt, nec Dictatorem Romanorum, nec Harmoſten Lacedæmoniorum, nec Æſymnetem Theſſalorum, nec Archonta Melitenſium, nec Baliam Florentinorum, cum populari poteſtate uterentur; nec eos, qvi à noſtris hominibus Regentes regni appellantur, nec ullos omninò magiſtratus curatoresve, qvibus ſumma poteſtas eſt, non tamen perpetua, conceſſu Principis populive tributa, Jura majeſtatis habere: ac ne illos qvidem antiqvos teſtatores ſummum jus habuiſſe, tametſi optima lege dicebantur, à qvibus provocari non poterat, & qvorum creatione magiſtratus omnes abdicabant: qvousq; rogatione Juniâ ſacratâ Tribuni plebis popularis libertatis cuſtodes facti ſunt, qvi Dictatore creato, liberum jus interceſſionis habuerunt: ut ſi provocaretur à Dictatore, Tribuni cogerent plebem, apud qvam de provocatione certabatur. Nam Dictator Papirius Fabium Max. I. ac Fabius Max. II. Minucium eqvitum Magiſtros, qvod contra mandatum Dictatorum dimicaſſent, capitis damnarunt: qvi tamen ex provocatione populi, judicio liberati ſunt: ſic enim *Livius lib.* 7. Tum pater Fabii Tribunos, inqvit, adpello, & provoco ad populum, qvi plus qvàm tua dictatura poteſt, cui Rex Tullus Hoſtilius ceſſit. Qvibus verbis planum fit, Dictatorem neqve Principem, neqve ſummum fuiſſe magiſtratum, ut pleriqve putant; ſed curatorem, qvem noſtri commiſſarium vocant: nec aliud illi tributum fuiſſe, præter curationem belli gerendi, aut ſeditionis ſedandæ, aut Reip. conſtituendæ, aut magiſtratuum creandorum, aut clavi figendi. Majeſtas verò nec majore poteſtate, nec legibus ullis, nec tempore finitur. Idem *Bodin. lib.* 3. *de Rep. cap.* 3. Dictator, inqvit, in maximâ poteſtate conſtitutus magiſter populi dicebatur: nam Dictatoris vox, imperatorem ſignificat, qvaſi edictator: eſt autem edicere, nihil aliud qvam jubere, ſed magiſtratus proprium eſt: ſunt enim edicta, magiſtratuum juſſa. Nec opus habemus diſtingvere inter Dictaturam vetuſtiorem & recentiorem; qvamvis enim illa auguſtioris eſſet ambitus, uti videre eſt ex *l.* 2. *§.* 18. *ff. de orig. Jur.* hæc verò conſiſteret in moderato regimine ex pacto pendente; utraqve tamen ſummum & abſolutum Imperium Dictatori nondum conferre poterat. Sæpius namqve in aliis etiam Reip. ſpeciebus animadvertimus, à ſumma poteſtate magiſtratus alicui jura de non adpellando, imò totam & omnigenam adminiſtrationem concedi, ſed exinde non elicitur: cum magiſtratum per hoc eſſe deſinere, vel principem ſuprema judicandi poteſtate ſe privare velle. Ut paucis denique mentem noſtram complectamur, diſtingvimus inter Majeſtaticum exercitium & Majeſtatem ipſam: Illud Dictatori libenter concedimus; hanc minimè. Concurrit itaqve Ille cum Majeſtate qvoad effectum, non verò qvoad fontem atqvè cauſam; qvum ſemper à Rep. ejus officium, abſolutum licet, intrinſecus dependere debuerit. Hinc cuilibet liberum relinqvimus reputare, qvid ſtatuendum de qvæſtione: *an detur Majeſtas temporalis*? Nos interim eandem, poſitis hiſce terminis habilibus, negamus.

Jure uſufructuario) Conſentit cum Grotio *Dn. Strauch. Ex. Exot.* J. *P.* 4. *Th.* 118. Nos, ſalvo doctiorum judicio, diſcedimus hic ab opinione Grotii, qvoniam, qvocunqve modo uſusfructus conſideretur, electo Regi, qvà tali, adplicari neqvit. Etenim aut conſideratur (1) ex Jure civili uſusfructus ut ſervitus perſonalis, & Regi non competit; cùm populus hoc pacto verum haberet Regni dominium, Rex verò aliqvod ſaltem hujus dominii accidens, & per conſeqvens dependeret à populo, tanqvàm Dominus ſervitutis à Domino prædii, qvod ſervire cogitur, de qvibus plura in Jure noſtro civili: qvod fieri tamen nec poſſe, nec debere, ſuprà monuimus. Aut (2) ut poſt ſe trahens dominium utile, qvale habet ſuperficiarius, emphyteuta, & jure feudali vaſallus; ſed nec tum res ſalva: qvoniam hi omnes dependentiam qvandam agnoſcunt à Domino directo, qvem hîc repræſentat populus. Aut (3) ut cauſatus à domino directo,

cujus

cujus acqvisiti effectus dicitur; ast hic reverâ ususfructus, formalis scil. non est, sed pars dominii dicitur proprietario competens, nec à Grotio intenditur, qvippe qvi hoc pacto Reges, pleno jure proprietatis imperantes, cum iis, qvi jure usufructuario præsunt, confunderet. Unde nescimus, an ubilibet beata sit locutio & minimè præjudicialis Cæsareæ Majestati, qvando volunt, Imperatorem Romano-Germanicum jure veluti usufructuario suis præesse. Mallemus igitur (inconcussâ veritatis prærogativâ) pro *jure usufructuario* verba *jure fiduciario*, vel etiam *fideicommissario* substituere, *add. Grot. l. 1. c. 3. §. 16. n 5.*

2. Neqve enim illis assentio, qvi dictatori negant fuisse summum imperium, qvia perpetuum non erat. nam rerum moralium natura ex operationibus cognoscitur: qvare qvæ facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ sunt. At dictator intra tempus suũ * omnes actus eodem jure exercet, qvo rex, qvi est optimo jure; neq; ejus actus ab alio reddi irritus potest. Duratio autem naturam rei non immutat, qvanqvam, si de dignitate qværitur, qvæ majestas dici solet, dubium non est, qvin ea major sit in eo, cui jus perpetuum datum est, qvam cui temporarium, qvia ad dignitatem facit habendi modus. Atqve idem dictum volo de his, qvi anteqvam reges ad suam tutelam pervenerint, aut dum furore, aut captivitate impediuntur, curatores regni ita constituuntur, ut populo non subsint, neqve ante legitimum tempus potestas eorum sit revocabilis.

§. VI. n. 2. *L.* I. c. IV. §. XIIX. L. II. c. III. §. VI. L. II. c. XIV. §. 12. n. 1.

Omnes actus eodem jure exercet) Adeo qvidem, ut populus cum Q. Fabium Maximum Rutilianum, Magistratum Eqvitum, servare vellet, apud Dictatorem T. Manlium precibus egerit, *Liv. l. 8. c. 30. & seqq.*

†††

Curatores regni) Hi alio nomine Proreges, Proprincipes, Regentes Regni in Gallia vocantur: interim neqvicqvam, ut *Grotius* contendit, hi summam potestatem habent, *add. l. 2. c. 14 §. 12. n. 1.* sed saltem summæ potestatis exercitium: qvoniam eo ipso, qvo tutores vel curatores nomine administrare dicuntur, manifestum evadit; illos non ex autoritate propriâ, sed ex repræsentatâ potius pupillorum vel furiosorum personâ imperio præesse, *add. Reinking. de Regim. Sec. & Eccles. l. 1. d. 2. c. 2. n. 30. cum Richard. Dieter. de Summ. Summ. Imp pot. concl 20.*

3. Aliud censendum de his, qvi jus acceperunt qvovis tempore revocabile, id est precarium, qvale olim Vandalorum regnum fuit in Africa, & * Gothorum in Hispania, * cum ipsos deponerent populi qvoties dispicerent. horum enim singuli actus irriti possunt reddi ab his, qvi potestatem revocabiliter dederunt; ac proinde non idem est effectus, nec jus idem.

Procopius Vand. I. Aimol. II. c. 20. l. IV. c. 35. L. I. c. IV. §. 8.

Gothorum regnum in Hispania) Moris antiqvi vestigium in Behetriis. vide Marianam lib. XVI.

Cùm ipsos deponerent populi qvoties displicerent.) Hoc de Herculis etiam prodidit Procopius Gotthicorum II. de Longobardis Paulus Warnafredi libro IV. & VI. de Burgundis Ammianus libro XXIIX. de Moldavis Laonicus

Chalcocondylas: de rege Agadis apud Afros Joannes Leo libr. VII. de Norvvagis ait Gvilielmus Neubrigensis regem ibi factum, qvisqvis regem occidisset. de Qvadis & Iazygibus similia habes in excerptis Dionis.

L.II.c.XIV.§. X. L. III. c. IIX. §. 1. n. 3. Hotom. contr. illustr. q. 1. Diog. Laert. I. Samuel. XXII, 28. II. Sam. X, 2. 1. Reg. II, 22. † §. XXIII. h. c. n. 2. Liv. lib. I. Lib. 2. Lib. XIV. Lib. III. de legibus. Ann. I. de moribus Germ.

XII. 1. Qvod autem dixi, qvædam imperia esse in pleno jure proprietatis, id est in patrimonio imperantis, qvidam viri eruditi hoc argumento oppugnant, qvod liberi homines in commercio non sint. At sicut alia est potestas dominica, alia regia; ita & alia est libertas *personalis*, alia *civilis*, alia singulorũ, alia universorum. Nam & Stoici qvandam servitutem constare dicebant ὑποτάξει in subjectione: & in sacris literis subjecti regis servi vocantur. Sicut ergo *libertas personalis* † dominum excludit, ita *libertas civilis* regnum atqve aliam qvamvis proprie dictam ditionem. Sic Livius ista opponit: *Regem vocabant, libertatis dulcedine nondum experta.* Idem; *Indignum videbatur, populum Romanum servientem cum sub regibus esset, nullo bello ac ab hostibus ullis obsessum esse, liberum eundem populum ab Hetruscis obsideri.* Et alibi: *Non in regno populum Romanum, sed in libertate esse.* Rursum alio loco * opponit gentes, qvæ in libertate essent iis, qvæ sub regibus viverent. Cicero dixerat: *Aut exigendi reges non fuerant, aut plebi re non verbis danda libertas.* Post hoc Tacitus: *Urbem Romam ab initio reges habuere: libertatem & consulatum L. Brutus instituit.* Et alibi: *Acrior Arsacis regno Germanorum libertas.* Arrianus Indicis: βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλεσιν, ὅσαι αὐτόνομοι. *Regibus & civitatibus liberis.* Cæcina apud Senecam: *Regalia fulmina sunt, qvorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca: * qvorum significatio regnum civitati minatur.*

Lib. XII.

Sic Cilicum illi, qvi regibus non parebant Eleutherocilices nuncupati. De Amiso Strabo, modo liberam fuisse, modo sub regibus. Et passim in legibus Romanis de bello, & de judiciis recuperatoriis, externi distingvuntur in reges & populos liberos. Hic ergo non de hominum singulorum, sed de populi libertate qværitur. Qvin & sicut ob privatam, ita ob hanc publicam subjectionem, aliqvi dicuntur esse non sui juris, non suæ potestatis. Hinc illa: *Qvæ urbes, qvi agri, qvi homines Ætolorum juris aliqvando fuerunt*: Et, *Estne populus Collatinus in sua potestate?*

Liv. libr. XXXVIII. Idem l. V.

L.I.c.III. §.8. n. 7.

Opponit gentes, qvæ libertate essent iis, qvi sub regibus viverent) Thucydides: ὁ δὲ Τήρης οὗτος ὁ τοῦ Σιτάλκου πατὴρ πρῶτος Ὀδρύσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπιπλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε. πολὺ γὰρ μέρος καὶ αὐτόνομόν ἐστι Θρᾳκῶν. *Hic Teres Sitalcis pater primus Odrysarum regnum ita auxit, ut ceteros Thraciæ reges superaret: est enim pars etiam Thracum libera.* Seneca pater svasoria prima: *Non eodem modo in libera civitate dicendum esse sententiam, qvo apud reges.* Josephus antiqvæ historiæ libro XIII. πρὸς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους. *Ad reges populosq; liberos.* Cicero Epistola XV, 4. Populorum liberorum, regumq; sociorum auxilia. Plinius libro VI. cap. XX. de Indis: *Jam hi montium, qvi perpetuo tractu Oceani oram tenent, liberi & regum expertes.*

Qvorum

Qvorum significatio regnum civitati minatur) vide exemplum talis ostenti apud Bezarum libro XIX. historiæ Genuensis.

2. Proprie tamen, cum populus alienatur, non ipsi homines alienantur, sed jus perpetuum eos regendi, qva populus sunt. Sic cum uni liberorum patroni libertus assignatur, non hominis liberi fit alienatio, sed jus, qvod in hominem competit, transcribitur.

†††

Non ipsi homines alienantur) Acqvievscimus enucleationi, qvam ad hunc locum Grotii facit *Dn. Strauch Ex. IV. Th.* 18. *p.* 110 *& ex hoc Dn. Zigl. p.* 137. *in Verbis*: Nec ad rē facit, qvod liberorum hominum non sit comercium. Nec enim alienato imperio homines alienantur, sed jus imperandi, ut rectissimè *Grotius de J. B. lib.* 1. *c.* 3 Multumqve interest, hac parte inter dominium rei familiaris, & imperium. (*Vid. Grot. l.* 2. *c* 3. *§.* 4. *n.* 1.) *Illud* enim rei affectio & jus in re, (*qvod ordinarie Rex in bonis subditorum sub monarchiâ constitutum non habet, vid. not. ad l. c.* 14. *§.* 7.) *hoc* res ipsa incorporalis (*adeoqve per Regem absolutum alienabilis*) est. Illud (*similiter ratione Regis populum liberum, non servilem & in dominatu constitutum, gubernantis*) non est in commercio: sed subjectum ejus. Ideoqve qvomodo rectè dicitur, jus imperandi alienari, non subditus; eodem perperam diceretur, non rem familiarem, sed (*solum*) jus habendi rem propriam alienari (*utrumqve enim subditis ex notissimo emptionis & venditionis jure, licet*) Scitè *Seneca* omnia Rex imperio possidet, singuli dominio. 7. *de Benef. c.* 5. *& c.* 6. Universa in Imperio ejus sunt: in patrimonio propria: Et qvod ita de toto affirmatur, id ad singulas, etiam minimas perinde partes pertinet.

Sed jus) Qvantum bona liberti respicit. Nam assignatio uni facta, ceteras partes Juris Patronatus non auferet reliqvis liberis. Rationem hujus exceptionis fundat *Ritterhusius ad princip. Institut. de assignatione libertor.* in patriâ potestate, *argum. §.* 2. *h. t.* per qvam pater potest non solum plus uni liberorum dare, qvam alteri, sed etiam plane ab hereditate suâ excludere, qvem vult, *l.* 11. *d. suis & Legit. t. t. Institut. de Exhered. Lib.*

3. Neqve illud magis firmum est, qvod †ajunt; si qvos populos rex bello qvæsierit, cum eos non sine civium sangvine ac sudore qvæsierit, civibus qvæsitos potius credi debere, qvam regi. Nam & fieri potuit, ut rex * ex sua privata substantia exercitum aluerit, aut etiam * ex fructibus ejus patrimonii, qvod principatum sequitur. Nam utut in ipsum illud patrimonium rex aliqvis non nisi usumfructum †† habeat, perinde ut in ipsum jus imperandi populo, qvi se elegit, fructus tamen ipsius sunt proprii. sicut in jure civili est proditum, hæreditatis, qvæ restitui jussa est, fructus non restitui, qvia non hæreditati accepti feruntur, ††† sed rei. Evenire ergo potest ut rex * in qvosdam populos imperium habeat proprio jure; ita ut alienare etiam possit. Strabo Cythera insulam Tænaro objacentem fuisse ait Euryclis Lacedæmoniorum principis ἐν μέρει κλήσεως ἰδίας, *privato ipsius jure*. Si rex Solomo regi Phœnicum Hiromo (ita enim eum Græce vocat Philo Byblius, qvi Sanchuniatonis historiam vertit) dedit urbes viginti: non ex urbibus populi Hebræi: nam Cabul (qvod nomen illis urbibus datum est) ponitur extra fines Hebræorum, Jos. xix, 27. sed ex iis urbib9, qvas populi devicti hostes Hebræorū ad eum diē retinuerant,

† Hotomanni. Ill. q. 1.

†† §. XI. h. c. n. 1. L. II. c. VI. §. XI.

L. in fideicommissaria. §. - plane D. ad S. C. Trebellian.

††† §. IIX. n. 3. & seqq. h. c. Lib. IIX. I. Reg. XII. I. Reg. IX, 6. lb. 12. I. Paral. VIII, 14.

nuerant, qvasqve partim Rex Ægypti Solomonis socer vicerat, & Solomoni dotales dederat, partim subegerat ipse Solomo. Nam eo tempore ab I. fraëlitis non habitatas argumento est, qvod postqvam Hiromus eas reddidit, tum demum Solomo eo deduxit Hebræorum colonias.

Sua substantia ex privata) M. Antonius ad bellum Marcomannicum cum ærario exhausto indicere populo nihil vellet, facta in foro Trajani sectione, distraxit vasa aurea, pocula crystallina ac murrina, uxoris & suam sericam & auream vestem, multa ornamenta gemmarum.

Ex fructibus ejus patrimonii) Ideo Ferdinandus Granatensis regni partem alteram, ut stante matrimonio ex Castellæ proventibus qvæsitam, sibi vindicavit. Docet Mariana libro XXIIX. historiæ Hispanicæ.

In qvosdam populos imperium habeat proprio jure) Balduino concessere, qvi, cum ipso in orientem belli causa venerant, ut urbium, provinciarum, vectigalium, rerum bello captarum dimidium ipsi cederet.

†††

Sed rei) Idem cum Autore intendit *Glossa ad l. 18. princip. ad Senatus C. Trebell.* Nec obstat, qvod fructus post moram ab hærede fiduciario præcepti etiam rei accepti ferantur, non hæreditati, & tamen juxta *l. cit.* sint restituendi. Respondetur enim negando antecedens; fructus post moram præcepti neutiqvam rei accepti feruntur, sed potius hæreditate, qvæ jam, tempore destinato scil. præterlapso; à fiduciario erat restituenda, in qvâ restitutione, dum hæres cessat, meritò moram purgare debet.

Urbes viginti) Hic sibi non constant tàm Jurisconsulti, qvàm Theologi. Taxat hoc *Causin. de Regn. Dei, Dissert. 80. pag. 247.* Rem in dubio relinqvit *Seldenus. l. 6. c. 16. in fin.* Idem facit *Bæclerus in not. h. l.* Nos inclinamus in sententiam *Hottomann. Q. Illustr. 1. Dn. Zigler. & Dn. Osiandr. ad h. l.* qvi statuunt, Hiramum non jure proprietarii, sed qvasi ἀντιχρώμενον tantùm, aut certè eo jure, qvod Longobardi Precariam adpellant, has civitates possedisse, tùm maximè, qvod pertinuerint vel ad tribum Aser, vel juxta alios; ad sortem tribus Naphtali.

Dio. l. IV. Sic * Hercules legitur Spartæ bello captæ imperium Tyndareo dedisse, hac lege, ut si qvos ipse Hercules liberos relinqveret, iis restitueretur. Amphipolis in dotem data Acamanti Thesei filio. Et apud Homerum Agamemnon septem urbes se Achilli daturum pollicetur. *Melampodi partes regni duas dono dedit rex Anaxagoras. De Dario sic Justinus: *Regnum Artaxerxi, Ciro civitates, qvarum præfectus erat, testamento legavit.* Sic * Alexandri successores in jus illud plenum ac proprietatem imperandi populis, qvi sub Persis fuerant, pro sua qvisqve parte successisse, aut etiam ipsi victoriæ jure id imperium sibi qvæsivisse censendi sunt, qvare non est mirandum, si alienandi jus sibi arrogarunt.

Lib. V.

Hercules) Idem Hercules Dryopes, qvi juxta parnassum habitabant, à se victos donavit Apollini. Servius ad IV. Æneidos: Herculem adversus Lapithas belli socium sibi sumpsit Ægimus Doriensium rex, parte regni in mercedem societatis data. Cychreus Salaminis rex prole carens regnum testamento

mento reliqvit Teucro. Peleus ab Eurylione Phthiæ rege tertiam regni partem accepit in dotem, qvæ habet Apollodorus. Apud Livium est lib. 1. *Procæ Numitori regnum legat.*

Melampodi) Vide Servium ad sextam Eclogam, sic apud Homerum Jobates Bellerophonti dat filiam:

Δῶκε δ' οἱ τιμῆς βασιλήϊδ' ἥμισυ πάσης.

qvod Servius sic interpretatur ad Virgilium: *filiam suam ei cum parte regni in matrimonium dedit.* Phœnix de Peleo:

Πολλὼ δέ μοι ὤπασε λαόν,
Ναίον δ' ἐχαπλὼ Φθίης δολόπεσσιν ἀνάσσων.
Populos dedit hic mihi multos,
Ut fines Phthiæ, Dolopum qvæ regna, tenerem.

Lanassa nubens Pyrrho Epirotarum regi in dotem ei attulit Corcyram urbem ab Agathocle patre suo bello captam. Plutarchus Pyrrho.

Alexandri successores) Ammianus de Perside, non exactè tamen ad historiæ fidem: *Ex testamento nationem omnem in successoris unius jura translatam.* libro XXII.

5. Sic cum * Attalus rex Eumenis filius populum Romanum testamento bonorum suorum hæredem fecisset, populus Romanus sub bonorum nomine etiam regnum complexus est. Florus de ea re: *Adita igitur hæreditate provinciam populus Romanus, non qvidem bello nec armis, sed qvod est æqvius, testamenti jure retinebat.* Et postea cum * Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum fecisset hæredem, regnum in provinciæ formam redactum est. Cicero secunda in Rullum: *Hæreditatem crevimus, regnum Bithyniæ.* Sic Libiæ pars * Cyrenaica eidem populo ab Apione rege testamento relicta. Florus l. II. Epit. Liv. 58.

Attalus Rex) Valerius Maximus: *Attalus testamenti æqvitate gratus Asiam populo Romano legavit.* Sertorius ea de re apud Plutarchum: τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ ῥωμαίων κεκτημένων ἐπαρχίαν, *Cum populus Romanus optimo jure eam terram teneret.*

Nicomedes) Vide Appianum Mithridatico & civili primo.

Cyrenaica) In qva urbes Berenice, Ptolemais, Cyrene, Eutropius VI.

6, Tacitus, Annalium XIV. agrorum meminit, qvi regis * Apionis qvondam habiti, & populo Romano cum regno relicti. Cicero de lege Agraria: *Qvis ignorat, regnum Ægypti testamento regis Alexandrini, populi Romani esse factum?* Mithridates in oratione apud Justinum de Paphlagonia loqvens: *Qvæ non vi, non armis, sed adoptione testamenti patri suo obvenisset.* Narrat idem ab Orode Parthorum rege diu dubitatum, qvem filiorum suorum post se regem destinaret. Et Polemo Tibarenorum adsitæq; regionis dynasta uxorem reliqvit imperii hæredem: qvod & in Caria olim fecerat Mausolus fratres habens superstites. Epit. Liv. 43. Ap. Mithr. Justin. lib. xxxiix Lib. XLII. Strab. lib. XII. Strab. XIII.

Appio-

Appionis) Appianus Mithridatico: Κυρήνην αὐτὴν Ἀπτίων βασιλεὺς τῶν Λαγηνῶν γένους νόθος ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν. *Cyrenem testamento reliqvit Appion nothus è Lagitarum genere.* Ammianus lib. XXII. *Aridam Libyam supremo Appionis regis consecuti sumus arbitrio: Cyrenas cum residuis civitatibus Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate suscepimus.* Rex enim Cyrenarum & Appio & Ptolemæus dicebatur, vide breviarium Livii lib. LXX. ipse hic Appio Cyrenarum hoc regnũ patris testamento acceperat. auctore Justino l. XXXIX. c. V. §. 2. Alterius Appionis, cujus Ammianus meminit, qvi aridam Libyam populo Romano reliqverit, mentio in chronico Eusebiano ad annũ cIↃ IↃ CCCCLII. Adde qvod in ædificiis narrat Procopius, Arsacis regis testamento ita divisam Armeniam, ut major pars Arsaci, minor Tigrani cederet. Ex Josepho discimus, Herodem, Augusto ei concedente ut regnum, cui è liberis vellet, relinqvere, testamentum aliqvoties mutasse. Antiqvæ historiæ lib. XV. & XVI. Mos hic etiam Gotthis & Vandalis in iis, qvæ armorum jure tenebant. Gizerichus Vandalus de Hispania testamentum fecit; Procopius Vandalicorum I. Theudericus Lilybæum in Sicilia dotem dat sorori Amalesfridæ, Procopius ibidem: Sed & aliis gentibus. Aqvitaniam bello qvæsitam Pipinus inter liberos divisit: Fredegarius fine Chronici. de Burgundia testamento relicta vide Aymonum III, 68. & 75. Fessæ rex Fessam secundo filio legat; Leo Afer libro III. qvem & de Bugia vide libro qvinto. Sultanus Aladinus Osmani plurimas legavit civitates; Leunclavius Turcicæ historiæ libro II. Germeani filius rex cum filia sua, Bajazeti nuptura, dedit Phrygiæ urbes; idem Leunclavius libro V. Regnum Turcorum in Cappadocia Musal in liberos distribuit; Nicetas libro III. Urbes ad Pontum Euxinum à Chuscino Bega Murati traditæ; Leunclavius libro I. Bajazetes Stephano urbes dedit Serviæ in honorem uxoris suæ, qvæ Stephani soror, idem libro VI. Mahumetes Sultanus Murati testamento regnum reliqvit: idem libro XII. Jacupes Begus Germeanoglius ditionis suæ hæredem fecit Muratem Sultanum; idem libro XIV. Mahumetes Turca filiis duobus, Amurati Europæ, Mustafæ Asiæ, imperium relinqvere cogitarat: est id apud Chalcocondylam lib. IV. Basilius Porphyrogennetus Imperator à Davide Curopalate hæres institutus ejus regionis, qvam David ille in Iberia tenuerat, narrat Zonaras. Venio ad Christianos in oriente victores. Thessaliam Michaël Despota inter liberos divisit; habet id Gregoras lib. IV, Ætoliæ Princeps Venetis Athenas reliqvit, Bæotiam Antonio vendidit: Chalcocondylas libro IV. Messene, Ithome, & Arcadiæ maritima ab Arcadiæ principe filiæ data in dotem, cum ea Thomæ Imperatoris Græci filio nuberet; idem libro V. Acarnania inter nothos Caroli principis testamento ipsius divisa, partes de Ætolia cognatis datæ, narrante eo, qvem dixi Chalcocondyla. sic & regna Hierosolymorum & Cypri partim testamentis legata, partim transscripta contractibus; vide de Cypro Bembum Italicorum

rum VII.& Parutã libro primo.Genuatib9 in Sardinia Caſtrũ oppidum donatum,alia Calaritanæ ditionis donata; Bezarus de BelloPiſano libro II.Robert9 filio minori Baimundo dedit Dyrrachium & Aulonem;AnnaComnena lib. V. Alfonſus Arragoni9 Neapoleos regnũ,ut armis partũ,Ferdinãdo notho ſuo reliqvit.In eodẽ regno urbes qvasdã Ferdinandus legavit nepoti; Mariana l.30.

XIII.1. At in regnis, qvæ populi voluntate delata ſunt, concedo * non eſſe præſumendum,eam fuiſſe populi voluntatem, ut alienatio imperii ſui Regi permitteretur. Qvare qvod Crantzius ut rem novam notat in Unguino, qvod is Norvegiam teſtamento reliqviſſet, non eſt qvod improbemus,ſi Germanorum mores reſpicit, apud qvos regna eo jure minime habebantur. Nam qvod Carolus Magnus, & Ludovicus Pius, & alii poſtea etiam apud Vandalos & Hungaros de regnis teſtati leguntur, * id commendationis magis vim apud populum habebat, qvam veræ alienationis. Atq; id de Carolo ſpeciatim Ado memorat, voluiſſe eum teſtamentũ ſuum à Francorum optimatibus confirmari.Simile eſt qvod apud Livium legimus,Regem Macedonum Philippum cum Perſea à regno arcere, & ejus loco regem facere vellet Antigonum fratris ſui filium,obiiſſe Macedoniæ urbes.*ut principibus Antigonum comendaret.

L.II.c.VII. §.12. & 25. c. XIV.§. X. & ſeqq. L.II. Dan.c.4. ſupr. §.X. n.2.

Non eſſe præſumendum eam fuiſſe populi voluntatem,ut alienatio imperii ſui regi permitteretur) Imperium non debere relinqvi ut agros& ſervos,dicit Vopiſcus Tacito.Salvianus:*Nõ poterat populos,qvos regebat per teſtamentũ egenis tradere.*

Id commendationis magis vim apud populum habebat) vide Capitulum XII. conventus ad Cariſiacum ſub Carolo Calvo. Huc refer teſtamentum Pelagii,qvo Hiſpaniam reliqvit Alfonſo & Omiſſndæ, & de Dania qvædam apud Saxonem. Neqve mirum igitur qvædam teſtamenta improbante populo fuiſſe irrita, ut Alfonſi Arragonii; vide Marianam libro X.Et Alfonſi Legionenſis, cum is filias filio prætuliſſet; idem Mariana libro XII.

Ut principibus Antigonum commendaret) Vide rem ſimilem apud Caſſiodorum lib. IIX. epiſt. IIX. & ſeqventibus. ita pacta ſucceſſionis mutuæ inter Sanctium & Jacobum Arragonenſes à proceribus firmata; Mariana libr. XII. & Henrici Navarræ regis, qva Johannem inſtituit hæredem; idem Mariana lib. XIII. & Iſabellæ reginæ Caſtellæ; idem libr. XXIIX.

2. Nec qvod idem ille Ludovicus urbem Romam Paſchali Pontifici reddidiſſe legitur ad rem facit, cum Franci imperium in urbem Romam à populo Romano acceptum reddere eidem populo recte potuerint, cujus populi qvaſi perſonam ſuſtinebat is,qvi primi ordinis princeps erat. †††

Romam Paſchalis Pontifici) vid. *canon. Ego Ludovicus 30. diſt 63. Baron. T.9. an.817.n.11. & ſeqq* Hoc nudum figmentum eſſe ex *Conringii c.7 de Rep. Rom. Germ. & Arth. Duck. de Aut. Jur. Civ. l.2.c.3.§.2.* Interpretes deducunt. *Vid. Arum. J.P. Vol 4. Diſc 43 n.18. & ad Grot. comment. Bacc. p.245. Dn. Vigl. p.142. Dn. Oſiand. p.494.* Audiamus etiam *M. Anton. de Dominis, de Rep. Eccl. l.6.c.8.n 51. & ſeqq.* qvi inter alias donationũ Imperialiũ Pontificib9 factarũ examinationes *n.19.* ſeqventia tradit: qvi verò donaverint tũ Ludov. tũ Carol. ejus pater,& Pipinus avus,dum illa loca donant Papæ Romano,meum non eſt ſtatuere,num lo-

lum dominium utile, qvod paulò ante innuebam, an etiam directum? viderint alii. Illud mihi certum penè est, Carolum M. donatione Regalium sibi voluisse personas Ecclesiasticas, ut fideliores, vasallagio obligare; & Ludovicum hunc ipsum invenio voluisse hoc, eodem tempore à Romanis fidelitatis exigere juramentum. Sic enim scribit *Theganus Treverensis Archiepiscopus de gest. Ludov. c.16.* Stephanus statim, postqvam Pontificatum suscepit, jussit omnem populum Romanum fidelitatem cum juramento promittere Ludovico. Invenio etiam post sex circiter annos apud *Baron. tom. 9. an.824. num.13. 14.* Lotharium filium Imperii socium, Romam eundem Ludovicum misisse, ut statum populi componeret. Qvod & præstitit; ac leges, qvibus ipsi Romani vivere vellent, ut eligerent, voluit easq; eis omninò servandas præscripsit: sed cum benevola Pontificis assensione. Hæc tamen assensio consilii potius fuit, qvam Imperii. Et, si Papa fuisset supremus & directus Urbis Dominus, non toleraſſet Imperatorem urbanas res componere & *Distinct. 10. c. Vestram* leges præscribere vel ergò dominum nullum habebat; vel Vasallus duntaxat erat Imperatoris. Nam & Leo IVtus *distinct. 10. c. de capitulis.* iisdem Ludovico & Lothario Imperatoribus, fidelitatem jurat, & jurium ac capitulorum Imperialium observantiam promittit: nunc verò inversa res est: Papæ enim ab Imperatoribus poscunt fidelitatis juramentum. Add. 2.F. 100.

h.c. §.XI. n. 1. L.2.c.VI. §.7.

XIV. Qvod autem hucusqve monuimus, distingvendam esse summitatem imperii ab habendi plenitudine, adeo verum est, ut non modo pleraqve imperia summa non plene habeantur, sed & multa non summa habeantur plene: qvo fit, ut * marchionatus & comitatus facilius, qvam regna vendi & testamento relinqvi soleant.

Marchionatus & comitatus facilius, qvam regna vendi) vide de Urgetii principatu Marianam lib. XII, cap. 16.

XV. 1. Est & alterum hujus discriminis indicium * in regni tutela, dum rex ætate aut morbo fungi potestate sua impeditur. Nam in regnis, qvæ non sunt patrimonialia, tutela eorum est, qvibus lex publica, aut ea deficiente * consensus populi eam mandat. In regnis patrimonialibus eorum, * qvos pater aut propinqvi elegerint. Sic videmus in Epirotarum regno, qvod consensu populi ortum fuerat, Aribæ regni pupillo publice tutores constitutos: & à proceribus Macedonum Alexandri Magni posthumo. At in Asia minore bello parta rex Eumenes Attalo filio fratrem suum tutorem dedit. Sic filio Hieronymo pater Hiero in Sicilia regnans, qvos voluit, testamento tutores assignavit.

Just. l. XIII. Just. lib. XXVII. Plat. de Amore Frat.

In regni tutela) Vide Cothmannum Tomo I. Cons. XLI, num. 21.

Consensus populi) Vide Marianam in Alfonso V. Legionis rege. At testamentum regis Johannis de tutela & administratione regni à proceribus improbatum. Mariana libro XIIX.

Qvos pater aut propinqvi elegerint) Ptolemæus rex Ægypti tutorem filio suo reliqvit populum Romanum. Valerius Maximus libro VI. cap. VI, 1.

2. Si-

2. Sive vero rex simul sit privato; jure fundorum dominus, ut Rex Ægypti post Josephi tempus, & Indorum reges, memorante Diodoro, ac Strabone; seu non sit, hoc imperio extrinsecum est, nec ad ejus naturam pertinet. Qvare nec imperii speciem aliam, neqve alium habendi imperii modum hoc qvidem constituit. Lib. II. Lib. XV.

XVI. 1. Tertia observatio sit, non desinere summum esse imperium, etiam si is, qvi imperaturus est, * promittit aliqva subditis aut DEO, etiam talia, qvæ ad imperii rationem pertineant. Nec jam de observatione juris naturalis & divini, adde gentium, loqvor, ad qvam reges omnes tenentur, etiamsi nihil promiserint, sed de regulis qvibusdam, ad qvas sine promisso non tenerentur. Verum esse, qvod dico ex similitudine patrisfamilias apparet, qvi si qvid familiæ facturum se promiserit, qvod ad familiæ gubernationem pertineat, non eo desinet in sua familia jus summum, qvantum fert familia, habere. Nec maritus maritali potestate privatur eo, qvod aliqvid uxori promiserit.

Promittat aliqva subditis aut DEO) Trajanus caput suum, dextram suam, si scienter fefellisset, deorum iræ consecrabat; Plinius Panegyrico. Adrianus Imperator juravit, nunqvam se senatorem, nisi ex Senatus sententia, puniturum. Anastasius Imperator juravit, servaturum se decreta Chalcedonensis Concilii, meminere Zonaras, Cedrenus, alii. Seriores Imperatores Græci Ecclesiæ jurabant; vide eundem Zonaram Michaële Raugabe & alibi. Vide & in Gotthis regibus exemplum apud Cassiodorum X, 16. 17.

2. Fatendum tamen, id ubi fit, arctius qvodammodo reddi imperium, sive obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, sive etiam directe in ipsam facultatem. Priori specie actus contra promissum factus erit injustus, qvia, ut alibi ostendemus, (*a*) vera promissio jus dat ei, cui promittitur: altera autem specie erat etiam nullus (*b*) defectu facultatis. Neqve inde tamen seqvitur, ita promittente superiorem dari aliqvem; nullus enim is actus non redditur hoc casu ex vi superiore, sed ipso jure.

(*a*) L. II. c. XI. §. 4. seqq.
(*b*) h. L. I. c. IV. §. X.

3. Apud Persas rex summo cum imperio erat, αὐτοκράτης καὶ αὐτεύθυνος, ut de eo Plutarchus loqvitur, & imago Dei adorabatur: & ut apud Justinum est, non mutabatur nisi morte. Rex erat, qvi dicebat proceribus Persarum; *Ne viderer meo tantummodo usus consilio, vos contraxi. Ceterum mementote, parendum vobis magis esse, qvam suadendum.* Tamen & jurabat, cum regnum adiret, qvod Xenophonti & Diodoro Siculo notatum, & leges certa qvadam forma latas * mutare illi nefas erat, ut & Danielis historia & Plutarchus in Themistocle nos docent. Diodorus qvoqve Siculus libro XVII. & multo post tempore Procopius Persici belli libro primo, ubi insi-

Lib. X. Val. Max. Lib. IX. c. 5. VI, 8. 12. 15.

Lib.III. Lib.I. gnis ad hanc rem * historia exstat: Idem de Æthiopum regibus tradit Diodorus Siculus. Eodem tradente Ægyptiorum reges, qvos tamen ut alios reges Orientis summo imperio usos non est dubium, ad multarum rerum observationem obligabantur: verum si contra fecissent, accusari vivi non poterant, sed * mortuorum accusabatur memoria, & damnatis abjudicabatur solennis † sepultura; sicut & * Hebræorum regum, qvi male regnassent, cadavera extra proprium regibus locum sepulta, II. Par. XXIV, 25. XXIIX, 27. egregio temperamento, qvo & sanctimonia summæ potestatis maneret, & tamen futuri judicii metu reges à fide mutanda retraherentur. Epiri qvoqve reges jurare solitos, regnaturos se juxta leges, ex * Plutarcho in Pyrrhi vita discimus.

† L.II. c. XIX. §.5. num.5.

Mutare illi nefas erat) Josephus in historia Vasthæ, διαλλαγῆναι τῇ οὐάστῃ διὰ τὸν νόμον οὐκ ἠδύνατο. *Cum Vastha conciliari lege intercedente non poterat.* Tales leges vocabantur leges regni, ut notat Jacchiades ad Danielem II, 13. de legibus regnorum in Hispania vide Marianam libro XX.

Historia extat) Tamen idem de Lethe castello legem à rege mutatam refert, sed non probat.

Mortuorum accusabatur memoria) ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπερορίζουσι. *leges tyrannorum corpora insepulta extra fines projici jubent.* Appianus civilium tertio. Andronicus Imperator patrem suum Michaëlem, qvod fidem Latinam seqvi cœpisset, mortuum sepultura privavit. Gregoras lib. VI.

Hebræorum regum) vide Josephum de Joramis duobus, altero Hierosolymorum, altero Israëlis rege lib. IIX. cap. III. & V. item de Joaso Hierosolymorum rege.

Plutarcho) verba sunt: εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἐν κασσαρῶν χώρᾳ τῆς Μολόττιδος ἀρείῳ Διὶ θύσαντες ὁρκωμοτεῖν τοῖς ἠπειρώταις. καὶ ὁρκίζειν αὐτοὶ μὲν ἄρξειν μετὰ νόμους ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξαι μετὰ τοὺς νόμους. *Solebant reges in Cassarorum terra, quæ Molottidos pars est, Jovi Areo sacrificare ac juramentum præstare Epirotis. Jurabant autem reges se imperaturos secundum leges. Epirotæ autem se imperium ejusdem conservaturos secundum easdem leges.*

L.I.c.IV. §. XII. & XIV. 4. Qvid si addatur, si rex fidem fallat, * ut tum regno cedat? ne sic qvidem imperium desinet esse summum, sed erit habendi modus imminutus per conditionem, & imperium temporario non absimile. De Sabæorum rege narrabat Agatharchides fuisse ἀνυπεύθυνον liberrima potestate præditum, sed si regia exiret, potuisse lapidari: qvod & Artemidoro auctore Strabo annotavit.

Apud Phocium. Lib.XVI.

Ut tum regno cadat) vide exemplum apud Crantzium libro IX. Svedicorum.

5. Sic fundus, qvi fideicommisso tenetur, est qvidem fundus non minus, qvam

qvam si pleno dominio possideretur, sed habetur amissibiliter. Talis autem lex commissoria non tantum in regni delatione adjici potest, sed & in aliis contractibus. Nam & fœdera qvædam cum vicinis videmus cum * tali sanctione inita.

Tali sanctione) aut etiam ne subditi regem pacta violantem juvent: aut ne ei pareant. vide Crommerum Polonicis XIX. & XXI. Est & exemplum apud Scalnaburgensem in rebus Henrici anno CIↃ LXXIV.

XVII. 1. Qvarto notandum, qvanqvam summum imperium unum qviddam sit ac per se indivisum, constans ex illis partibus, qvas supra (*a*) enumeravimus, addita summitate, id est τῷ αὐτεξουσίῳ, * fieri tamen interdum ut dividatur sive per partes, qvas vocant potentiales, sive per partes subjectivas. Sic cum unum esset Romanum Imperium, factum tamen sæpe est, ut alius orientem, alius occidentē teneret, aut ut tres etiam tripartito orbem regerent. Sic etiam fieri potest, ut populus regem eligens qvosdam actus sibi servet, alios autem regi deferat (*b*) pleno jure: Neqve tamen id fit, ut jam ostendimus, qvotiescunqve rex promissis qvibusdam obligatur; sed tunc id fieri intelligendum est. * si aut expresse instituatur partitio, qvæ de re supra jam diximus, (*c*) aut si qvid populus adhuc liber futuro regi imperet per modum manentis præcepti; aut si qvid sit additum, qvo intelligatur regem cogi aut puniri (*d*) posse. Nam præceptum est superioris, saltem in eo, qvod præcipitur: Et cogere non est qvidem semper superioris: nam & naturaliter qvisqve jus habet cogendi debitorem, sed cum inferioris natura repugnat. Itaqve ex coactione saltem paritas seqvitur, ac proinde summitatis divisio.

(*a*) §. VI. h. c. num. 1.

(*b*) c. IV. §. 13.

(*c*) h. c. §. IX. n. 1. § XXI. n. XI.

(*d*) c. IV. §. 11.

Fieri tamen interdum ut dividatur) vide Zazium singularium responsorum lib. II. cap. XXXI.

Si aut expresse instituatur partitio) Ita Probi tempore senatus firmabat Principum leges; de appellationibus cognoscebat; Proconsules creabat; legatos consulibus dabat. vide & Gail. lib. II. Obs. c. LVII. n. 7. & Cardinalem Manticam de tacitis & ambiguis conventionibus lib. XXVII. tit. V. num. 4.

†††

Cogendi debitorem) si scilicet jus suum aliter consequi nequeat, & judex cesset, de qvo ante §. 2. Alias hoc præsente constat ex privata autoritate parem à pari cogi non posse. *arg. l. 13. §. 4. ad Senatusc. Trebell. l. 4. de Recept. arbitr. l. 58. de judic.*

2. Multi adversus talem statum, qvasi bicipitem incommoda multa deferunt; sed, ut supra qvoqve diximus, in civilibus nihil est, qvod omni ex parte incommodis careat; & jus non ex eo, qvod optimum huic aut illi videtur, sed ex voluntate ejus, unde jus oritur, metiendum est. Exemplum vetus refertur à Platone de legibus tertio. Cum enim Heraclidæ Argos, Messenam & Lacedæmonem condidissent, adstricti reges intra præscriptarum legum

h. c. §. III. n. 1.

§. X. n. 2. h. c. §. XX. n. 1.

legum modum imperare, idqve dum facerent obligati populi ipſis ipſorumqve poſteris regnum relinqvere, nec ut qvisqvam adimeret pati. Inqve id non ſuis tantum regibus populi ac populis ſuis reges, ſed & * ipſi inter ſe reges, populiqve inter ſe, & reges vicinis populis, & populi vicinis regibus fidem dederunt, auxilioqve ſe futuros alii aliis polliciti ſunt.

Ipſi inter ſe reges populiq; inter ſe) Exempla ſunt complura in hiſtoria populorum ſeptentrionalium. vide Johannem Magnum hiſtoria Svedica lib. XV. & XXIX. Crantzium Svedicorum V. Pontanum Danicorum IIX.

XIIX.1. Multum tamen falluntur, qvi exiſtimant, cum reges acta qvædam ſua nolunt rata eſſe, niſi à Senatu aut alio cœtu aliqvo probentur, partitionem fieri poteſtatis: nam qvæ acta eum in modum reſcinduntur, intelligi debent reſcindi regis ipſius imperio, qvi eo modo ſibi cavere voluit, ne qvid fallaciter impetratum pro vera ipſius voluntate haberetur: qvale erat Antiochi tertii regis reſcriptum ad magiſtratus, ne ſibi parerent, ſi qvid legibus adverſum juſſiſſet; & Conſtantini, ne pupilli aut viduæ cogantur venire judicii cauſa ad comitatum Imperatoris, * etiamſi Imperatoris reſcriptum proferatur.

Boer. ad c. I. de Conſt. in Decret. Greg. IX. Plutarch. Apoph. L. unica. C. Qvando Imperator.

Etiamſi Imperatoris reſcriptum proferatur) Adde L. 1. C. de Petitionibus bonorum ſublatis. *L. 7. C. de Diverſ. Reſcript.*

†††

Etiamſi Imperatoris reſcriptum) Sic juxta easdem leges Romanas civitates non audiebantur, qvæ ſibi jus vindicandorum bonorum vacantium veluti ex permiſſu Principis vel legis & obtentu privilegiorum vindicare nitebantur. *l.* 1. ibiqve *Gloſſ. C. de Bon. &c. add. l. omnes. 6. C. ſi contra jus vel util. publ.*

2. Qvare hæc res ſimilis eſt teſtamentis, qvibus adjectum eſt, ne poſterius teſtamentum valeat: nam hæc qvoqve clauſula efficit, ut poſterius teſtamentum non ex vera voluntate profectum præſumatur. Sed ſicut hæc clauſula, ita & illa regis juſſu expreſſo ac ſpeciali poſterioris voluntatis ſignificatione tolli poteſt.

†††

Non ex vera voluntate) Hæc ferè communis eſt Dd. ſententia exiſtimantium, priori teſtamentum tali clauſula munitum non rumpi per teſtamentum poſterius, niſi expreſſis verbis ſit revocatum: prouti etiam juxta hanc ſententiam in Senatu Pedemontano judicatum & à Facultate juridica Tübingenſi pronunciatum eſſe ex *Ant. Fabr. in Cod. l. 6. t. 5. Def. 9. & Beſold. P. 2. conſ.* 42. tradit Magnificus *Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc.* 32. *th.* 38. ubi tamen contrariam *Carpzovii* opinionem *P.* 3. *Conſt.* 5. *Def.* 19. amplectitur, qvam & Practici in foro noſtro ſeqvuntur, etiamſi juramentum de non revocando priori teſtamento teſtator adjecerit. Rationes qvatuor vide apud *Mol. de Juſt. & Jur. Tract.* 2. *Diſp.* 15. *n.* 24. qvarum præcipua eſt, qvod teſtandi actus, tam ſuapte natura, qvam diſpoſitione Juris poſitivi, eſt revocabilis, neqve juramentum illum non revocandi, fertur ſupra ipſummet teſtandi actum, ſed ſupra promiſſionem illum non revocandi: neqve per juramentum, qvo non revocari promittitur, tranſit in aliam ſpeciem actus, ut donatio cauſa mortis juramento confirmata tranſit in donationem inter vivos, ut ſuo loco dicetur: ergo licet

cet perjurus sit testator, si tale testamentum revocet, tanqvam transgressor promissionis juramento confirmatæ illud non revocandi, valida tamen est revocatio. Qvamvis Idem, suam n. 25. opinionem adjiciens, velit standum potius esse priori testamento tàm in foro conscientiæ qvàm exteriori, qvod nec nos improbamus *arg. cap. cum contingat. 18. Extr. de jure jur. add. l. 2. c. 13. §. 19.*

Regis jussu expresso) Adde jam antè à Grotio in *not. alleg. l. 1. C. de petit. bon. sub. cap. ex parte. 2. X. de Rescript.*

XIX. Sed neqve Polybii hîc utor auctoritate, qvi ad mixtum genus reipublicæ refert Romanam rempublicam, qvæ illo tempore, si non actiones ipsas sed jus agendi respicimus, mere fuit popularis: Nam & Senatus auctoritas, qvam ad optimatum regimen refert, & Consulum, qvos qvasi reges fuisse vult, subdita erat populo. Idem de aliorum politica scribentium sententiis dictum volo, qvi magis externam speciem & qvotidianam administrationem, qvam jus ipsum summi imperii spectare congruens ducunt suo instituto.

XX. 1. Magis ad rem pertinet, qvod Aristoteles scripsit, inter regnum plenum, qvod παμβασιλείαν vocat, (eadem est * παντελὴς μοναρχία, Sophocli Antigone. Plutarcho * αὐτοκρατὴς βασιλεία καὶ αὐτεύθυνος. Straboni, ἐξουσία αὐτοτελὴς) & regnum Laconicum, qvi merus est principatus, aliqvot regni species esse interjectas. Ego exemplum hujus rei dari arbitror posse in regibus Hebræis: nam hi qvin in rebus plerisqve summo jure imperaverint, dubitari nefas arbitror. voluerat enim populus regem * qvales habebant vicini: at Orientis populi addicte admodum regnabantur. Æschylus Persis de rege Persarum sic loqventem facit Atossam:

--- ἀχ ὑπαίθυνος πόλει,
--- *non est civitati obnoxius.*

Notum illud Maronis:

Regem non sic Ægyptus & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant.

Apud Livium: *Syri & Asiatici genera hominum servituti nata.* à qvo non discrepat illud Apollonii apud Philostratum: Ασύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας σεβόμενοι: *Assyrii & Medi dominationem etiam adorant.* Aristotelis III. Politicorum XIV. οἱ περὶ τὴν Ασίαν ὑπομένουσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες, *Asiatici dominatum æqvo animo ferunt.* Et apud Tacitum Civilis Batavi illud ad Gallos: *Servirent Syria Asiaq; & svetus regibus oriens:* nam & in Germania & in Gallia tum reges erant, sed, ut idem Tacitus notat, precario jure regnandi & auctoritate svadendi, non jubendi potestate.

Lib. XXXVI.

Hist. IV.

§. X. n. 2. h.c.

§. XI. n. 3.

Παντελὴς μοναρχία) Faciunt enim, ut ad §. IIX. notavimus, Tragici regnum Thebanum simile regnis Phœnicum, unde orti erant.

Αὐτοκρατὴς βασιλεία) Sic Dionysius Halicarnassensis de Laconicis regibus: οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορες ἦσαν, *neqve enim Lacedæmonii pleno jure reges erant.*

Qva-

Quales habebant vicini) Putabat populos, ut Josephi verbis utar, οὐδὲν ἄτοπον εἶναι, τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτοὺς πολιτείαν *nihil esse absurdi, si cum vicini regnarentur, ipsi eandem imperii formam acciperent.*

Serviret Syria, Asiaque, & suetus regibus Oriens.) Cicero de Provinciis consularibus: *Judæis & Syris nationibus natis servituti.* Euripides Helena:

Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός.
Sunt præter unum serva cuncta in barbaris.

Qvod ex Æschylo adumbratum, apud qvem est:

Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.
Nam nemo liber vivit, extra unum Jovem.

Cui simile Lucani dictum:

toto jam liber in orbe
Solus Cæsar erit.

Sallustius de gentibus orientis: *Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.* Citant Servius & Philargyrus ad illum in Georgicis locum. Apollonius de Damide apud Philostratum libro VII. Ἀσσύριος γὰρ ἂν καὶ Μήδοις προσοικίσας οὐδὲν ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνθυμεῖται μέγα. *Assyrius cum sit & Medorum accola, nihil pro libertate præclarum cogitat.* Julianus contra Christianos: τί με χρὴ καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ φιλελεύθερόν τε καὶ ἀνυπότακτον Γερμανῶν ἐπεξιόντα τὸ χειροηθὲς καὶ τίθασσον Σύρων καὶ Πάρθων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν βαρβάρων, καὶ ὅσα τὰς βασιλείας ἀγαπᾷ κεκτημένα δεσποτικωτέρας. *Quid tibi jam singulatim exseqvar aut Germanorum libertatis amantia & impatientia jugi ingenia, aut contra dociles herilem manum ferre Syros & Parthos, & omnes, qvi aut ad orientem aut ad meridiem sunt, barbaros, multasq; gentes alias contentas sub regibus vivere dominos imitantibus.* Claudianus:

Non tibi tradidimus dociles servire Sabæos:
Armeniæ dominum nec te præfecimus oræ.

h.c.§.IIX. n. 14.in fin.c.IV. §. 3.

2. Supra qvoqve notavimus, totum populum Hebræum fuisse sub rege: & Samuel jus regum describens satis ostendit adversus regis injuriam nullam in populo relictam potestatem. qvod recte colligunt veteres ex illo Psalmi: *Tibi soli peccavi.* ad qvem locum Hieronymus: *Qvod rex erat, & * alium non timebat:* Et Ambrosius: *Rex erat, nullus ipse legibus tenebatur, qvia liberi sunt reges à vinculis delictorum: Neq; enim ullis ad pœnam vocantur legibus, * tuti imperii potestate. homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius.* Idem legere est apud Isidorum Pelusiotam epistola postremo editarum CCCLXXXIII. Video consentire Hebræos, regi in eas leges, qvæ de officio regis scriptæ exstabant peccanti inflicta verbera: sed ea apud illos infamia carebant, & à rege in signum pœnitentiæ sponte suscipiebantur, ideoqve non à lictore, sed ab eo, qvem legisset, ipse cædebatur, & suo arbitrio verberibus statuebat modum: à pœ-

Lib. 6.

Exod. XIII,8. Deut. I, 17. Ps.LXXXII, 1. II. Chron. XIX,6,8. I. Chron. XXVI, 32. & II.Chr.XIX,11

à pœnis autem coactivis adeo liberi erant reges, ut etiam excalceationis lex, qvippe cum ignominia conjuncta, in ipsis cessaret. Hebræi Barnachmoni sententia extat in dictis Rabbinorum, titulo de Judicibus: *Nulla creatura judicat regem, sed Deus benedictus.*

Alium non timebat) Idem Hieronymus Epistola ad Rusticam de Pœnitentia: *Rex enim erat; alium non timebat; alium non habebat super se.*

Tuti imperii potestate) Paria habet ad eundem Psalmum Arnobius minor. Vitiges apud Cassiodorum: *Causa regiæ potestatis supernis est applicanda judiciis, qvando qvidem illa à cœlo petita est, ita soli cœlo debet innocentiam.*

3. Hæc cum ita sint, tamen aliqva judicia arbitror regibus ademta mansisse penes Synedrium LXX. virûm, qvod divino imperio à Mose institutum ad Herodis tempora perpetua cooptatione duravit. Itaqve & Moses & David judices Deos vocant, & judicia vocantur judicia Dei: & judices dicuntur non humana, sed divina vice judicare. imo aperte distingvuntur res Dei à rebus regis, ubi res Dei, monentibus doctissimis Hebræorum; judicia ex lege Dei exercenda intelligi debent. Non nego regem Judæorum capitalia qvædam judicia per se exercuisse: qva in re ipsum regi decem tribuum Israëliticarum præfert Maimonides: qvod & exempla non pauca, tum in sacris literis, tum in scriptis Hebræorum, evincunt: sed qvædam cognitionum genera regi videntur non permissa, ut de tribu, de Pontifice, * de Propheta. Ejusqve rei argumentum est in Jeremiæ Prophetæ historia, qvem, cum proceres ad mortem deposcerent, respondit Rex: *Ecce in potestate vestra est, nam contra vos Rex nihil potest:* in hoc negotiorum genere scilicet. Imo & qvi alia qvavis de causa apud Synedrium reus factus esset, eum rex judicio eximere non poterat. Ideo Hyrcanus judicium de Herode (cum impedire non posset) arte elusit. Jer. xxxiix. 5. Joſ. Ant. XIV. XVII.

De propheta) *Non capit*, (Sic vulgata, *non contingit*, Beza; *non oportet*, Erasmus οὐκ ἐνδέχεται) *Prophetam perire extra Jerusalem.* Luc. XIII. 33.

4. In Macedonia à Carano orti, ut apud Arrianum Callisthenes ait, οὐ βίᾳ ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν; *non vi sed lege in Macedonas imperium obtinebant.* Curtius libro IV. *Macedones assueti regio imperio, sed in majore libertatis umbra qvam ceteræ gentes.* nam & judicia de civium capite non erant penes regem. Idem Curtius lib. VI. *De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inqvirebat exercitus: in pace erat vulgi: nihil potestas regum valebat, nisi prius valuisset auctoritas.* Est & alterum mixturæ hujus indicium alio Curtii loco: *Macedones scivere gentis suæ more, ne rex pedes venaretur, sine electis principum amicorumve.* Tacitus de Gothonibus: *Regnantur paulo jam addictius qvam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.* Nam principatum ante descripserat auctoritate svadendi, non jubendi potestate; regnum autem plenum postea his verbis: *Unus imperitat, nullis jam exceptionibus, non precario regnandi jure.* Eustathius ad sextum Odysseæ, ubi Phæa- Lib. IIX. vid. n. 1. in fin. h. 5.

cum respublica describitur, ait esse συνέλθοι βασιλείας καὶ δημοκρατίας, *mixtum aliquid ex regis & procerum potestate.*

Mixtum aliquid ex regis & procerum potestate) Laonicus Chalcocondylas talia ait esse regna Pannonum & Anglorum, libro II. Arragonum lib. V. & Navarræ eodem libro, ubi ait, nec magistratus à rege creatos, nec præfidiam imposita, nisi volentibus. nec qvicqvam populo imperatum, contra mores. Reges alios esse cum pleno jure, alios sub legibus etiam Judæis, Levi Gersonides notavit ad I. Sam. IIX, 4. Mira, qvæ de Taprobane scripsit Plinius lib. VI, cap. XIII. *Eligi regem à populo senetia clementiaq;, liberos non habentem, &, si post. ea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum. Rectores ei à populo XXX. dari, nec nisi plurium sententia qvemqvam capite damnari. Sic qvoq; appellationem esse ad populum, LXX. judices dari. Si liberent is reum non amplius XXX.* (ita enim legi locus hic debet) *iis nullam esse dignitatem, gravissimo probro. Regi cultum liberi patris, ceteris, Arabum. Regem, siqvid delinqvat, morte mulctari, nullo interimente, sed adversantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus.* Servius ad illud IV. Æneidos: *Populumq; patresq;. Qvidam hoc loco volunt tres partes Politiæ comprehensas, populi, optimatium regiæ potestatis. Cato enim ait de tribus istis partibus ordinatam fuisse Carthaginem.*

5. Simile qvid in Romanorum regum temporibus observo; nam tum omnia fermè negotia manu regia expediebantur, *Romulus nobis, ut libitum, imperaverat* inqvit Tacitus. *Constat initio civitatis reges omnem potestatem habuisse*, inqvit Pomponius: tamen qvædam populo, excepta etiam illo tempore vult Halicarnassensis. Qvod si Romanis magis credimus, in causis qvibusdam provocationem ad populum à regibus fuisse ex Ciceronis de Republica libris, ex pontificalibus qvoqve libris & Fenestella annotavit Seneca. Mox Servius Tullius, non tam jure, qvam auris popularibus ad regnum perfectus, plus etiam vim regni imminuit: qvippe ut loqvitur Tacitus, *Sanctor legum, qveis etiam reges obtemperarent.* Qvo minus mirandum, qvod Livius dicit, primorum consulum potestatem à regia hoc ferme uno distitisse, qvod annua esset.

L. 2. §. 2. D. de Orig. Jur.

Liv. lib. 8. c. 32. A. U. C.

Epist. 100.

III. Annal.

6. Similis etiam mixtura ex populari & optimatum potentia Romæ fuit tempore interregni, & primis Consulum temporibus: nam in rebus qvibusdam iisqve majoribus: ita demum ratum erat, qvod populus jussisset, * si patres auctores fierent: qvod postea, vi populi aucta, speciem tantum veterem retinuit, cum in incertum comitiorum eventum patres auctores fieri cœperunt, ut Livius & Dionysius notant. Qvin & serius aliqvanto mixturæ mansit aliqvid, qvamdiu, ut idem loqvitur Livius; imperium penes Patricios, (id est Senatum;) penes tribunos (id est plebem) auxilium erat, jus nempe vetandi, sive intercedendi.

Liv. lib. VI.

Si patres auctores fierent) Plutarchus Coriolano: ὁ δῆμος ἄκυρος ἦν τὸ ψή-

ψήφῳ καὶ νόμῳ τι ποιεῖν ἄνευ προβουλεύματος. *Populus jus non habebat aut legem condendi aut aliud qvid jubendi, nisi Senatus præcessisset auctoritas.* Similem mixturam in Genuatium republica suis temporibus observat Chalcocondylas libro V.

7. Sic & Isocrates Atheniensium rempublicam Solonis temporibus vult fuisse δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, potestatem optimatium populari mixtam. His positis qvæstiones qvasdam, qvæ freqventem in hoc argumento usum habent examinemus.

XXI. 1. Prima est, an summum imperium habere possit is, qvi inæqvali fœdere tenetur. Inæqvale fœdus hic intelligo, non qvod inter viribus dispares initur, qvomodo Thebana civitas Pelopidæ tempore fœdus cum Persarum rege habuit, & Romani olim cum Massiliensibus, deinde cum rege Massanissa; nec qvod actum habet transeuntem, ut cum hostis qvi sit, ad amicitiam recipitur, dum impensas belli solvat, aut aliud qvid præstet: sed qvod ex ipsa vi pactionis manentem prælationem qvandam alteri donat; hoc est, ubi qvis tenetur alterius imperium ac majestatem conservare, ut in fœdere Ætolorum cum Romanis erat, id est, tum operam dare, ut ejus imperium in tuto sit, tum ut dignitas, qvæ majestatis nomine significatur, ei constet. Imperii reverentiam dixit Tacitus: & sic explicat: *sede finibusq́; in sua ripa, mente animoq́; nobiscum agunt.* Florus: *illi qvoq; reliqvi qvi immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, & victorem gentium populum Romanum reverebantur.* Ad qvod genus referenda sunt jura qvædam eorum, qvæ nunc vocantur protectionis, advocatiæ, mundiburgii: Item jus urbium matricum in colonias apud Græcos: Nam ut Thucydides ait, coloniæ cum urbibus matricibus pari erant jure libertatis, sed debebant τιμᾶν τὴν μητρόπολιν & exhibere τὰ γέρα τὰ νομιζόμενα, reverentiam scilicet & honoris signa qvædam.

L. II. c. XV. §. VII. n. 3. c. XIIX. §. 2. n. 2.

Justin. lib. XLIII. Val. Max. l. VII. c. 5.

h. §. XXI. n. 2.

Lib. IV.

Lib. I. L. II. c. IX. §. x.

†††

Majestatem conservari) Ita tamen, ut neutiqvam majestatem suam amittat, qvi se se alterius protectioni subjicit, qvod ipse confitetur Grotius *n. 2. h. §.* & confirmat *Bodinus de Rep. l. 1. c. 7.*

Advocatiæ) Vult hoc non ab advocando, ut *Gail. l. 2 obs. 54. n. 2.* à simili argumentatur, sed à germanico Vogt/ Vogtey/ cum *VVehn. in obs. Pract. §.* Vogtey derivare *Georg. Gumpelzhaim. Tr. in jure clientel. th. 2. lit. c. Volum. 2. Argum.*] *P. Disc.* 27. Nos sub certo respectu utrumqve verum æstimamus, qvoniam rarò alter alterius protectionem suscipere solet, nisi Advocatus.

Mundiburgii) Alii legunt Mundiburgium, Mundiburda, Mundium, Momburgium, Mandiburgium & Mamburgium, de qvibus vid. *Martin. Mager. à Schönberg. in Advocat. Arm. c. 2. n. 263.* ubi & de aliis vocabulis Synonymicis per integrum caput allegatum fusissimè.

Pari erant jure libertatis) Si scil. civitas ista mater colonias emitteret, cum hac intentione, ut migrarent qvo vellent & possent: secus erat, si coloniæ ablegarentur, in loca aliàs subjecta & occupata jure Belli, sed tamen deserta, qvæ procul dubio jure civitatis matricis uti debeant: hæc fortean etiam erit intentio *Gellii l. 16. c. 3. Noct. Att. add. not. ad l. 2. c. 9. §. 7.*

2. Livius de veteri fœdere inter Romanos, qvi Albæ jus omne acceperant, & Latinos Alba oriundos: *In eo fœdere superior Romana res erat.* Recte Andronicus Rhodius poſt Ariſtotelem amicitiæ inter diſpares hoc ait proprium, ut potentiori plus honoris, infirmiori plus auxilii deferatur. Scimus, qvid ad hanc qvæſtionem Proculus reſponderit, ſcilicet liberum eſſe populum, qvi nullius alterius poteſtati ſubjectus ſit, etiamſi in fœdere comprehenſum ſit, ut is populus comiter alterius populi majeſtatem conſervaret. Si ergo populus tali fœdere obligatus liber manet, ſi alterius poteſtati ſubjectus non eſt, ſeqvitur, ut ſummum imperium retineat. Atqve idem de rege pronunciandum eſt. Eſt enim populi liberi & regis, qvi vere rex ſit, eadem ratio. Addit Proculus illud adjici in fœdere, ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum. Superiorem hîc intelligere debemus non poteſtate (jam enim dixerat talem populum alterius poteſtati ſubjectum non eſſe,) ſed auctoritate, & dignitate: qvod verba ſeqventia aptâ admodum ſimilitudine explicant: *Qvemadmodum*, inqvit, *clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi neq; auctoritate, neq; dignitate, neq; jure omni nobis pares ſunt: ſic & eos, qvi majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt.*

Lib. I. Nic. IX. 18. L. non dubito. 7. §. 1. D. de Captiv. & Poſtlimin. reverſ. add. L. III c. XV. §. VI.

†††

Retineant) Diſſentiunt *Anton. Matth. ad l. 48. ff. tit. 2. c. 1. n. 6. pag. 227.* & qvi eum ſeqvitur, *Brunnemann. ad l. 7 ff. de captiv. & Poſtlim.* diminutum aliqvo modo hujus populi majeſtatem, ſed non extinctam reputantes *Conf. Dn. Pufendorff de J. N. & G. l. 8. c. 9 §. 4. in fin. p. 1197.* Malumus tamen cum Magnifico *Dn. Ziegler. h. l.* defendere Grotium, præſertim per ea, qvæ profert *h. c. §. 14.* Nec enim, (inqvit ille) immediatè ſibi opponuntur imperare per modum præcepti & precari. Cùm etiam ille precetur, qvi rogat conditiones, & ille imperet, qvi eas exponit, ſalva utriusqve libertatem poteſtate. Superiorem autem alterutrum populum eſſe, nemo eſt, qvi negat *Ciceroni in Or. pro C. Balbo.* Alter autem, qvi majeſtatem alterius conſervare jubetur, propterea ejus poteſtati non ſubjicitur, qvia comiter conſervare debet, hoc eſt, benignè, non gravatè, ſicuti dicitur, comi hoſpitio, i. e. benigno excipere.

De rege pronunciandum) Eleganter cum *Arniſ. de Jur. Majeſt. c. 4.* & plurimis aliis citatis Autoribus concludit *Mager. de Advocat. Armat. cap. 7. num. 19. & ſeqq.* de omnibus Principibus & Rebusp. qvæ alterius fidem & clientelam ſe committunt, eos majeſtatem ſuam inde non perdere, modò id faciant ſalvo ipſorum jure. Si qvis enim, inqvit, alicui ſe certis conditionibus obſtrinxit, qvod præter eas eſt, videtur ſibi reſervare voluiſſe, *arg. l. ſi qvi certa. 2. princip. ff. de Jur. immunit.*

3. Clientes in fide ſunt patronorum; * ſic populi fœdere inferiores in fide populi, qvi dignitate eſt ſuperior. Sunt ὑπὸ προστάτας, καὶ ὑποτελεῖς, *ſub patrocinio, non ſub ditione,* ut Sylla apud Appianum loqvitur; in parte, non in ditione, ut Livius: & Cicero Officiorum ſecundo ſanctiora illa Romanorum tempora deſcribens, patrocinium ſociorum ait penes eos fuiſſe, non imperium, qvi cum ſatis convenit dictum illud Scipionis Africani Majoris: *Populum Romanum beneficio, qvam metu obligare homines malle, exteraſqve gen-*

Ap. Mithr. Lib. XXXI.

Liv. Lib. XXVI.

gentes fide ac societate junctas habere, qvam tristi subjectas servitio: & qvæ Strabo commemorat de Lacedæmoniis post Romanorum in Græciam advetum: ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδὲν: *manserunt*, inqvit, *liberi nihil conferentes præter operas sociales.* Sicut patrocinium privatum non tollit libertatem personalem, ita patrocinium publicum non tollit libertatem civilem, qvæ sine summo imperio intelligi neqvit. Ideo apud Livium opponi videas, in fide esse & in ditione: Et Syllæo Arabum regi minatus est Augustus, teste Josepho, ni injuriis in vicinos abstineret, curaturum se, ut ex amico subditus fieret; cujus conditionis erant reges Armeniæ, qvos in ditione Romana fuisse ad Vologesen scribebat Pætus, & proinde sono magis nominis, qvam reipsa reges: qvales Cypri aliiqve reges olim sub regibus Persis ὑποταγέντες, subditi, ut Diodorus loqvitur. Lib. XVI.

Sic populi fœdere inferiores) vide Cardinalem Tuschum PP. concl. IↃ CCCC. XXXV. Exemplum habes in Dilimnitis, qvi αὐτόνομοι suiqve juris Persis militabant, apud Agathiam libro III. Sic Irene consilium fuit, inter mariti liberos ita partiri imperium, ut post natos faceret δευτέρους μὲν κατὰ τὸ τῆς τιμῆς ἀξίωμα, αὐτονόμους δὲ καὶ αὐτοκράτορας ἑκάστους, *dignitate qvidem minores, ceterum sui juris plenæq; potestatis.* Vide Crantzium Saxonicorum X. de urbibus, qvæ se in Austriacorum protectionem dedere. Herodianus libr. V. Οσροηνῶν τε καὶ Αρμενίων, ὧν ἦσαν οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμμαχοι. *Osroenorum & Armeniorum, qvorum hi subditi erant, illi amici ac socii.*

4. Obstare his, qvæ diximus videtur, qvod addit Proculus: *At fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.* Sed, ut hæc res intelligatur, sciendum est, qvatuor incidere posse controversiarum genera. Primum, si subditi populi, aut regis, qvi in fide est alterius, dicantur fecisse contra fœdus: deinde, si ipsi populi aut reges accusentur: tertio, si socii, qvi in ejusdem populi aut regis fide sunt, inter se litigent: qvarto, si subditi conqverantur de injuriis eorum, qvorum sunt in ditione. Prima specie si peccatum appareat, tenetur rex aut populus eum, qvi nocuit, aut punire, aut ei, cui nocitum est, dedere, qvod non tantum inter inæqvales, sed & inter æqvaliter fœderatos locum habet. Imò etiam inter eos, qvi nullo fœdere tenentur, ut ostendemus † alibi. Tenetur etiam dare operam, ut damna resarciantur; qvod officium Romæ erat recuperatorum. Gallus Ælius apud Festum: *Reciperatio cum inter est populũ & reges, nationesq; ac civitates peregrinas, lex convenit, qvomodo per recuperatorem reddantur res reciperenturq;, resq; privatas inter se prosequantur.* At sociorum alter in socii subditum jus prehensionis aut punitionis directe non habet. Itaqve Decius Magius Campanus ab Annibale vinctus & Cyrenas delatus, atqve inde deportatus Alexandriam, docuit contra jus fœderis vinctum se ab Annibale esse: atqve ita vinculis liberatus est.

cit. L. 7. §. 2. de Captiv.

§. V. n. 4. h. c.

† L. II. c. XX. §. 40.

Liv. lib. XXIII.

†††

Alibi) Potissimum *l.* 2. *c.* 20. *§.* 40. rectene an iniqve? alii videant. Mallemus pro verbo *puniendi* substituere *vindicandi*, injuriam scilicet, si socius non stet fœderis legibus: prouti *punire* qvoqve pro *ulcisci* usurpatur in *l.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 2. qvum pœna propriè superiori, & imperio in inferiores pollenti competat.

5. Secunda specie jus habet socius cogendi socium, ut stet fœderis legibus, atqve etiam puniendi, ni steterit. Sed hoc qvoqve inæqvali fœderi proprium non est. Idem enim locum habet in fœdere æqvali. Nam ut qvis ultionem sumat ab eo, qvi peccavit, satis est, ut ipse ei, qvi peccavit, subditus non sit; qvod alibi à nobis† tractabitur. Qvare etiam inter reges aut populos non fœderatos idem usu venit.

† L. II. c. XXI. §. 4. n. 2. §. V. n. 4.

6. Tertia specie sicut in fœdere æqvali solent controversiæ deferri ad conventum sociorum, qvos scilicet res non tangit, ut Græcos, Latinos veteres, & Germanos olim feciſſe legimus, aut alioqvi ad arbitros, aut etiam ad principem fœderis tanqvam communem arbitrum: ita in fœdere inæqvali plerumqve convenire solet, ut controversiæ disceptentur apud eum, qvi superior est in fœdere. Qvare ne hoc qvidem ostendit, imperii potestatem. nam & reges apud judices à se constitutos judicio contendere solent.

L. III. c. XX. §. 46. & seqq.

Conventum sociorum) Talis conventus vocatur κοινοδίκιον in vetere columna ἰσοπολιτείας sive communicatæ civitatis Prianſiorum & Hieropotamiorum.

7. In postrema specie jus cognoscendi nullum est sociis. Ideo cum Herodes qvædam adversus liberos ad Augustum sua sponte deferret, dixerunt: *Poteras de nobis supplicium sumere tuo jure, tum qva pater, tum qva rex.* * Et Scipio, cum Romæ à Carthaginensium qvibusdam Annibal accusaretur, dixit non oportere se Patres Conscriptos reipublicæ Carthaginensium interponere. Et hoc est, in qvo Aristoteles ait, societatem à civitate differre, qvod sociis curæ sit, ne injuria in ipsos committatur, non vero sociæ civitatis cives inter se injurias committant.

Joſ. XVI. c. 7, 8 Val. Max. l. IV. c. I. Polit. III. 9

Et Scipio) Vide Polybium in legationum excerpto. CV.

8. Solet & aliud objici, qvod in historiis ei, qvi fœdere superior est, imperandi, & ei qvi inferior est, parandi vox interdum tribuitur. Sed nec hoc movere nos debet, aut enim agitur de rebus ad commune bonum societatis pertinentibus, aut de utilitate privata ejus, qvi superior est in fœdere. In rebus communibus, extra tempus conventus, etiam, ubi fœdus æqvale est, solet is qvi lectus est princeps fœderis (נגיד ברית Daniel. XI, 22.) sociis imperare, ut Agamemnon regibus Græcis, Lacedæmonii Græcis postea, deinde Athenienses. In oratione Corinthiorum apud Thucydidem legimus: χρὴ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας τὰ κοινὰ φροντίζειν. *Decet eos, qvi fœderis principes sunt, circa suas qvidem utilitates nihil præcipuum sumere, at in communibus rebus curandis eminere supra ceteros.* Isocrates veteres Athenienses ductum

ctum exercuisse ait, ὅλων ἐπιστατοῦντας, ἰδίᾳ δ' ἑκάστους ἐλευθέρους ἐῶντας εἶναι: *curam gerentes pro sociis omnibus, sed ita, ut iis libertatem integram relinqverent:* Et alibi: στρατηγεῖν ὁμομένους δεῖν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν, *ita ut imperium habere belli, non dominari se debere censerent.* Item: συμμαχικῶς ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευομένους περὶ αὐτῶν, *socialiter non heriliter res eorum curantes.* Hoc ipsum Latini imperare, Græci modestius τάσσειν dicunt. Athenienses delato sibi ductu belli, in Persas ἔταξαν, inqvit Thucydides, ἅς τε ἔδει παρέχειν τῇ πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς ναῦς *ordinarunt* (sic qvi Româ in Græciam mittebantur, dicebantur mitti * ad ordinandum statum liberarum civitatum) *qvæ urbes pecunias in barbarum, qvæ naves conferrent.* Hoc enim si facit, qvi princeps tantum est in fœdere, non mirum est, si in fœdere inæqvali idem faciat is, qvi superior est fœdere. Imperium ergo hoc sensu, id est ἡγεμονία, libertatem aliorum non tollit. Rhodii in oratione apud Senatum Romanum, qvæ apud Livium exstat: *Græci domesticis qvondam viribus etiam imperium amplectebantur: nunc imperium ubi est, ibi ut sit perpetuum, optant: libertatem vestris tueri armis satis habent, qvoniam suis non possunt.* Sic post Cadmeam à Thebanis receptam narrat Diodorus multas civitates Græcas convenisse πάσας ὑπάρχειν αὐτονόμους, ἡγεμόσι χρωμένας ἀθηναίοις: *omnes ut liberæ essent, sed Atheniensium ductu uterentur.* De ipsis Atheniensibus Philippi Macedonis tempore Dion Prusæensis: ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ' ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο: *qvo tempore ductu belli omisso libertatem solam retinebant.* Sic Cæsar, qvos sub imperio Svevorum fuisse, dicit, eosdem mox socios nominat.

L.XXVII.

Lib. XV.

Ad ordinandum statum liberarum civitatum) Plinius epistolarum IIX, 24.

9. In iis vero rebus, qvæ ad propriam utilitatem spectant, superioris postulata solent imperia dici, non ex jure, sed ex effectus similitudine, sicut regum preces imperia sæpe esse dicuntur, & ægroti imperare Medicis. Livius lib. XLII. *Ante hunc consulem* (C. Posthumium) *nemo unqvam sociis in ulla re oneri aut sumptui fuit: ideo magistratus mulis, tabernaculis, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne qvid tale imperarent sociis.*

10. Interim verum est accidere plerumqve, ut qvi superior est in fœdere, si is potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie dictum usurpet: præsertim si fœdus perpetuum sit, & cum jure præsidia inducendi in oppida, (a) sicut Athenienses fecerunt, cum à sociis ad se provocari passi sunt; qvod nunqvam fecerunt, Lacedæmonii qvibus temporibus Isocrates Atheniensium imperium in socios regno comparat. Sic Latini qverebantur, * sub umbra fœderis Romani servitutem se pati. Sic Ætoli vanam speciem & inane nomen libertatis: Achæi postea, *fœdus specie jam esse precariam servitutem.* Sic apud Tacitum Civilis Batavus de iisdem Romanis conqveritur; *neqve enim societatem, ut olim, sed tanqvam mancipia haberi:* & alibi: *Miseram servitutem falso pacem vocari.* Eumenes qvoqve apud Livium Rhodiorum socios ait verbo esse

(a) L. II. c. XV. §. 6. n. 1.

Hal. l. VI.

Liv. l. XXXIV.

Hist. IV.

Lib. X XV. & L. XXXVII.

esse socios, revera subjectos imperio & obnoxios: Magnetes qvoq; in speciem liberam Demetriadem, * revera omnia ad nutum Romanorum fieri. Sic Thessalos in speciem fuisse liberos, sed revera sub imperio Macedonum, notat Polybius.

Sub umbra fœderis) Hoc ipsum est qvod Arato Plutarchus dicit, *συμμαχίαν ὑποκορίζεσθαι*, *molle servitium*, vocula apud Tacitum historiarum. IV. Festus Rufus de Rhodiis: *Primum libere agebant, postea in consvetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt.* Cæsar qvos in Æduorum amicitia fuisse prius dixerat & clientes vocarat, post sub imperio fuisse memorat. Adde, si libet, Friderum Mindanum de Processibus lib. II, cap. XIV. n. 3. Zieglerum §. Landsassinum. 86. Gailium libro II, observatione LIV. n. 6. Vide Agathiam lib. I. ubi monentur Gotthi, qvid à Francis cum tempore expectandum habeant.

Revera omnia ad nutum Romanorum fieri) Tales & Laxi Justiniani temporibus. Vide Procopium Persicorum II.

(a) L. I. c. IV. §. XIX. n. 1. L. II. c. IV. §. XIV.

11. Hæc cum fiunt, & ita fiunt, ut patientia in jus transeat, qva de (a) re alibi erit disputandi locus, tunc, aut qvi socii fuerant, fiunt subditi, aut certe partitio fit summi imperii, qvalem accedere posse supra (b) diximus.

(b) h. c. §. IX. n. 1. §. XVII. n. 1. Lib. I.

XXII. * Qvi vero certum qvid pensitant aut ad redimendas injurias, aut ad tutelam comparandam, *ξύμμαχοι φόρου ὑποτελεῖς*, ut est apud Thucydidem: qvales * Hebræorum reges, & vicinarum gentium post Antonii tempora, *ἐπὶ φόροις τεταγμένοις*, ut Appianus loqvitur, qvo minus summum imperium habere possint, nullam dubitandi causam video, qvanqvam infirmitatis confessio de dignitate aliqvid delibat.

Qvi vero certum qvid pensitant) Persæ pecuniam annuam ab Justiniano accipiebant, qva de re vide Procopium Persicorum II. & Gotthicorum IV. id molli vocabulo vocabatur stipendium ad tutandas portas Caspias. Turcæ Arabas montanos pecunia placant.

Hebræorum reges) Josephus lib. XV. *οὐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχει Ἀντώνιος βασιλέα περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀρχὴν γεγενημένον εὐθύνας ἀπαιτεῖν. οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ βασιλεὺς εἴη· δόντας δὲ τὴν τιμὴν καὶ τὴν ἐξουσίας αὐτεξουσιάσαντας ἐᾶν αὐτῇ χρῆσθαι. Negabat Antonius rectum esse, regem vocari ad rationes reddendas de iis, qvæ ut rex fecisset: ita enim ne regem qvidem eum fore. Par esse, ut qvi honorem ei dederint, etiam potestate qvam liberrime uti eum sinant.* Chrysostomus II, de Eleemosyna: *ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἰουδαίων μετέπεσε πράγματα καὶ λοιπὸν ὑπὸ τὴν ῥωμαίων ἐτέθησαν ἀρχὴν, οὔτε αὐτόνομοι ἦσαν, καθάπερ καὶ πρότερον· οὔτε καθόλου δοῦλοι καθάπερ καὶ νῦν. ἀλλ' ἐν τάξει συμμάχων ὄντες διετέλουν, φόρους μὲν τελοῦντες τοῖς βασιλεῦσιν ἑαυτῶν, καὶ τοὺς παρ' ἐκείνων ἄρχοντας δεχόμενοι· ταλλαχοῦ δὲ τοῖς ἰδίοις κεχρημένοι νόμοις καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὰ πάτρια κολάζοντες νόμιμα. Judæi,*

ex

ex quo retro ferri res eorum cœpere, Romano attributi imperio, neq; in plena, ut ante, erant libertate: neq; tamen ita ut nuno omnino servi, sed sociorum vocabulo honorabantur, regibus suis tributa pendentes, & ab iis accipientes præfectos. Ceterum in plerisq; suis utebantur legibus, ita ut & popularium delinquentes ipsi punirent secundum mores patrios.

XXIII. 1. Difficilior multis videtur qvæstio de nexu feudali, sed qvæ ex antedictis facile solvi potest. Nam in hoc contractu, qvi proprius est Germanicarum gentium, neq; usqvam invenitur, nisi ubi Germani sedes posuerunt, duo sunt consideranda, obligatio personalis, & jus in rem.

†††

Proprium est Germanicarum) Faceſſant igitur alii, qvi vel a Gallis, cum *Connan. 2. com. 9. n. 6.* vel a Romanorum militiis & prædiis ſtipendiariis agrisq; a principe militibus aſſignatis, cum *Soac. in prælud. feud. c. 4. n. 14. & ſeqq. Vigel. in method. jur. feud. c. 1. reg. 1.* vel deniq; (qvod magis ridiculum) a primâ monarchiâ feudorum originē deducunt cum *Ntell. 1. diſſ. Feud. Th. 1.* Sed de his fuſius conſulantur Feudiſtæ, *add. Dn. Struv. S. J. P. c. 1. aph. 3.*

2. Obligatio perſonalis eadem eſt, ſive qvis ipſum jus imperandi; ſive aliud qvidvis etiam alibi ſitum feudi jure poſſideat. Talis autem obligatio ſicut privato non erat demtura jus libertatis perſonalis, ita nec regi aut populo jus demit ſummi imperii. qvæ †† libertas eſt civilis. qvod apertiſſime conſpicitur in feudis liberis, qvæ Franca vocant, qvæ nullo jure in rem, in ſola perſonali obligatione conſiſtunt. Hæc enim nihil ſunt aliud qvam ſpecies fœderis inæqvalis de qvo egimus, † qvo alter alteri operam pollicetur, alter alteri præſidium & tutelam. Pone etiam adverſus omnes promiſſam operam, * qvod nunc feudum ligium vocant, (nam ea vox latius patebat) nihil id de jure ſummi imperii in ſubditos detrahit: ut jam taceam ſemper ineſſe conditionem tacitam, dum juſtum ſit bellum, de qva agendum erit alibi.

§. XII. n. 1. †† c. IV. h. l. §. XII. † XXI. h. c.

* * *

Qvod nunc Feudum ligium vocant) Vide Baldum procemio Digeſtorum, Nattam conſilo CCCC. LXXXV.

L. II. c. 15. §. 13. c. 23. §. 2. n. 4. c. 25. §. 4.

†††

Feudum ligium) Concedimus ligium ſæpius indigitare vaſallum & cum eodem reciprocari *Vid. Dn. Struv. S. J. F. c. 3. aph. 9. n. 2.* Aſt inde nondum ſeqvitur, Grotium vulgato Feudiſtarum more loqventem ob id reprehendendum eſſe. Hæc enim magiſtralis feudorum diviſio fundamentum ponit in re, & nullam, ut contenditur, contradictionem importat, ſi vaſallus juramentum fidelitatis pxæſtet contra omnes, vel antiqviorem dominum excipiat. Nec obſtat hoc fieri per accidens: qvia confitemur illud verum eſſe reſpectu primæ feudorum intentionis abſolutè ſumptæ; interim tamen, ſi in contractu feudali, conſenſu domini concedentis, qvædam, (ut aliqvando fieri aſſolet) perſonæ excipiantur, ob id feudorum natura ſpecifica nondum mutatur. Plura *Vid. ap. Ludov. Vel. Synopſ. Jur. Feudal. c. 3. p. m. 57. & ſeqq.*

3. Jus vero in rem qvod attinet, id qvidem tale eſt, ut ipſum imperandi jus, ſi feudi jure teneatur, aut familia extincta, aut etiam ob certa crimina amitti poſſit. Sed interim ſummum eſſe non deſinit: aliud enim eſt res, ut ſæpe diximus, † aliud rem habendi modus. Et tali jure multos video reges à Roma-

† §. XI. h. c. n. L. II. c. IV. §. 2. n. 2.

nis conſtitutos, ita ſcilicet, ut deficiente regia familia imperium ad ipſos rediret, qvod de Paphlagonia aliisqve nonnullis Straboni notatum. Lib. XII.

XXIV. Diſtingvendum qvoqve, non minus in imperio, qvam in dominio, jus ab uſu juris, ſive actus primus ab actu ſecundo. Nam ſicut rex infans jus habet, ſed imperium exercere non poteſt; ſic & furioſus, & captivus, & qvi in alieno territorio ita vivit, ut actiones circa imperium alibi ſitum liberæ ei non permittantur: omnibus enim his caſibus curatores ſive prodici dandi ſunt. Itaqve * Demetrius, cum in poteſtate Seleuci non ſatis libere viveret, vetuit, aut ſigillo aut literis ſuis credi, ſed omnia, qvaſi ſe mortuo adminiſtrari voluit.

Demetrius) Vide Plutarchum Demetrio.

CAPUT IV.

De bello Subditorum in Superiores.

I. Status qvæſtionis.
II. Bellum in ſuperiores, qva tales, ordinarie licitum non eſſe, jure naturæ.
III. Nec conceſſum lege Hebræa.
IV. Minus etiam lege Evangelica: qvod probatur ex ſacris literis.
V. Et factis Chriſtianorum veterum.
VI. Refellitur ſententia ſtatuens inferioribus magiſtratibus licitum eſſe bellum adverſus ſummam poteſtatem idq; rationibus & ſacris literis.
VII. Qvid ſentiendum, ſi ſumma & alioqvi inevitabilis ſit neceſſitas.
IIX. Jus belli dari poſſe in principem populi liberi.
IX. In regem, qvi imperium abdicaverit.
X. In regem, qvi regnum alienet, ad impediendam traditionem tantum.
XI. In regem, qvi manifeſte totius populi hoſtem ſe ferat.
XII. In regem poſt amiſſum regnum ex lege commiſſoria.
XIII. In regem, qvi partem duntaxat imperii habeat, pro ea parte, qva ipſius non ſit.
XIV. Si reſiſtendi libertas certis caſibus reſervata ſit.
XV. Invaſori alieni imperii qvatenus parendum.
XVI. Invaſori alieni imperii vi reſiſti poſſe ex jure belli manentis.
XVII. Ex lege antecedente.
XIIX. Ex mãdato jus imperandi habẽtis.
XIX. Cur extra hos caſus id non liceat.
XX. In controverſo jure privatos ſibi judicium ſumere non debere.

I. 1.

BEllum gerere poſſunt & privati in privatos, ut viator in latronem; & ſummum imperium habentes in eos, qvi itidem id habent, ut David in Regem Ammonitarum; & privati in eos, qvi imperio ſummo, at non in ſe, utuntur, ut Abrahamus in regem Babyloniæ † & vicinos; & qvi ſummum imperium habent in privatos aut ſibi ſubditos, ut David in partem Isboſethi, aut non ſubditos, ut Romani in †† piratas.

† L. I. c. II. §. II. n. 1. L. III. c. XVI. §. 3. n. 1.
†† L. II. c. XV. §. 5.

††† *Ut*

†††

Ut *Abrahamus*) Advena & peregrinus & per conſeqvens privatus in regione, qvam inhabitare eum DEUS juſſerat, *Geneſ. XIV.* v. 13. tametſi non negemus, eum principem fuiſſe ſuæ Gentis.

Ut *David*) Hic enim Dei juſſu per Samuelem unctus erat Rex, eique commiſſus totus populus Iſraeliticus, Saulo & ejus familiâ a DEO rejectâ *I. Sam. XV*, 26. *& ſeqq.* & *XVI*, 1. *& ſeqq.*

Sibi ſubditos) Sed hoc, ratione ſuæ formalitatis atqve proprie, non eſt bellum, *vid. Ayal. de Jur. Bell. c. 2. n. 12. ſeqq. lib. 1.*

2. Tantum illud qværitur, an aut privatis aut publicis perſonis bellum gerere liceat in eos, qvorum imperio ſive ſummo ſive minori ſubſunt. Ac primum id minime controverſum eſt, arma ſumi poſſe in inferiores ab iis, qvi ſummæ poteſtatis auctoritate armantur: qvalis fuit Nehemias armatus edicto Artaxerxis adverſus vicinos regulos. Sic metatores expellendi domino prædii licentiam Imperatores Romani concedunt. Verum adverſus ſummam poteſtatem aut inferiores, ſed agentes, qvod agunt ſummæ poteſtatis auctoritate, qvid liceat qværitur. L. 5. devotum. C. de Metatis. lib. XII.

3. Illud qvidem apud omnes bonos extra controverſiam eſt; ſi qvid imperent naturali juri aut divinis præceptis † contrarium, non eſſe faciendum qvod jubent. Nam Apoſtoli, cum dixerunt Deo magis qvam hominibus obediendum, ad certiſſimam provocarunt regulam, omnium inſcriptam mentibus, qvam totidem ferme verbis expreſſam apud Platonem reperias; at ſi qva ex tali cauſa, aut alioqvi, qvia ſummum imperium habendi ita libet, injuria nobis inferatur, ea toleranda eſt potius, qvam vi reſiſtendum. † h. c. §. VII. n. 9. ſeqq. L. I. c. III. §. IX. n. 1. L. II. c. XXVI, §. 3. n. 1.

†††

Toleranda eſt potius) Non igitur facere poſſumus cum *Proſp. Farinac. in Prax. Crim. tit.* 14. *qvæſt.* 125. *n.* 34. *& Georg. Obrecht. de defenſ. c. 6 n.* 1. *& ſeqq. Vasqv. Contr. Illuſtr. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 10. qvos ſeqvitur *Berlich. P.* 4. *concl. XII. n.* 30. ſtatuentibus ſubditum poſſe ſummum Principem, puta Imperatorem, vel alium ſuperiorem non recognoſcentem, propter offenſionem impunè occidere. Veriores ſunt cum Grotio contrarium ſentientes *Paul. de caſtr. l.* 3. *ff. de Juſt. & Jur. n.* 6. *& Jul. Clar.* 5. *ſententt. §. homicidium. n.* 30. Omnium optimè tria remedia contra Principis abſoluti tyrannidem ſubditis conceſſa profert *Bened. Carpz. ad L. Reg. Germ. cap.* 18. *ſect.* 2. *per tot. p. m.* 360. Dum *primò* ad preces effugiendum ſvadet; qvas propterea Chriſtianorum arma vocat *Nazianz. Or.* 1. *in Julian.* *Secundò* ad ſupplicationes, qvo medio Eſther & Mardocheus, qvod vi non auſi fuiſſent, vel etiam ſeditionibus remorari horruiſſent, à cervicibus Judæorum periculum avertunt, *Eſth.* 3. *Tertio* ad fugam, qvâ Chriſtiani ſibi potius conſulant, qvam injuſtam vim contra Principem experiantur exemplo plurimorum virorum piorum, veluti Moſis, Davidis, Obediæ, Eliæ &c. *add. h. c. §.* 7. *n.* 4. *&* 8.

II. 1. Et naturaliter qvidem omnes ad arcendam à ſe injuriam jus habent reſiſtendi, ut † ſupra diximus. Sed civili ſocietate ad tuendam tranqvillitatem inſtituta, ſtatim civitati jus qvoddam majus in nos & noſtra naſcitur, qvatenus ad finem illum id neceſſarium eſt. poteſt igitur civitas jus illud reſiſtendi promiſcuum publicæ pacis & ordinis cauſa prohibere: Et qvin voluerit, dubitandum non eſt, cum aliter finem ſuum conſeqvi non poſſet. Nam † c. 2. §. 1 ſeqq. h. l. & infr. L. 2. c. 1. §. 3.

Eurip. Cyclope. si maneat promiscuum illud resistendi jus, non jam civitas erit, sed dissociata multitudo, qvalis illa Cyclopum;

Θεμιστεύει δ' ἕκαστος
Παίδων οὐδ' ἀλόχων.
Dant conjugibus jus
Qvisq; suis soboliqve.
Νομάδες ἀκούει δ' οὐδεὶ οὐδεὶς οὐδενός.
* *Confusa turba, nemo ubi audit neminem:*

Et Aboriginum, qvi Sallustio tradente, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atqve solutum: & apud eundem alio loco Getuli, qvi neqve moribus, neqve lege aut imperio cujusqvam regebantur.

***

Confusa turba, nemo ubi audit neminem) De Bebriciis similia prodidit Valerio:

nec fœdera legum
Ulla colunt, placidas aut jura tenentia mentes.

†††

Jus qvoddam majus in nos) Vult hoc dicere Grotius: homini qva tali competere jus à se propulsandi qvamvis injuriam intentatam; qvæ tamen facultas aliqvando cessat, si se conferat in societatem civilem, & superiorem recognoscat: qvoniam tunc, tanqvam potentia passiva, opus habet se accommodare nutui potentiæ activæ, per qvam summum bonum istius civitatis intenditur & promovetur. Hinc rectè dicitur, civitati jus majus in civem ejusqve bona nasci, qvàm ipse habet, absolutè scilicet, & extra civitatem consideratus, ut homo.

2. Ita, ut dixi, habent mores omnium civitatum: *Generale pactum est societatis humanæ*, inqvit Augustinus, *Regibus obedire.*

Æschylus: Τραχὺς μόναρχος κ' οὐχ ὑπεύθυνος κρατεῖ.
Rex est suo utens jure nulli obnoxius.

Sophocles: Ἄρχοντές εἰσιν, ὥς ὑπεικτέον, τί μή;
Nam principes sunt: obsequendum. qvippe ni?

Euripides: Τὰς τ' κρατοῦντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν.
Imperia habentum perferenda inscitia est.

Adde, qvod supra ex Tacito in hanc rem adduximus: cujus & hoc est; *Principi summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est.* Hîc qvoqve

Indigna digna habenda sunt Rex qvæ facit.

Seneca: *Æqvum atq; iniqvum regis imperium feras:*

Qvod ex Sophocle sumtum, qvi dixerat:

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν,
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.

Et qvod apud Sallustium est: * *Impune qvidvis facere, id est regem esse.*

***

Impune qvidvis facere, id est regem esse.) Pertinent huc M. Antonii verba, qvæ ex Josepho modo adduximus.

3. Hinc

3. Hinc ubiqvè majestas, id est dignitas, sive populi, sive unius, qvi summo fungitur imperio, tot legibus, tot pœnis defenditur: qvæ constare non potest, si maneat resistendi licentia. Miles, qvi castigare volenti se centurioni restiterit, si vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur: Et apud Aristotelem est, εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι. *si magistratum gerens aliqvem verberavit, reverberandus non est.* L. Milites. 13. §. Irreverens. 4. D. de Re mil. Rufus Legib9 militaribus, c. XV.

†††

Capite punitur) Meminisse tamen debent militum præfecti, delicta secundum suæ autoritatis modum castigare, *l. 12. §. 2. ff. de Re mil.* nec lege naturali severiores sese erga gregarios exhibere, *Petr. Papp. à Trazberg. in Corp. Jur. Milit. ad art. 77. Jur. Belgic. Milit.* Aliàs suo modo amittere possemus resistentiam, si tribunus sine causâ urgente (ut sæpè fieri solet) atrocissimè tractet qvendam ex suâ cohorte, de qvâ *Perez. ad Tit. C. de Re Milit. n. 36.* Ceterum de asperitate militaris disciplinæ videantur plura apud *Carol. à Mansfeld. in Magister. militar. sive de Jurud. & Jur. milit. Belgic. cap. 14. p. m. 274. Ayal. l. 3. c. 10. n. 2. & 3. p. 354.*

III. In lege Hebræa mortis supplicio damnatur, qvi inobediens fuerit, aut summo Pontifici, aut ei, qvi extra ordinem rector populi à DEO esset constitutus, Qvod verò apud Samuelem est de jure regis, omninò rectè inspicienti apparet, nec de jure vero intelligendum, id est, de facultate honeste & juste aliqvid agendi, (longè enim alia vivendi ratio præscribitur regi in ea parte legis, qvæ est de officio regis) neqve nudum factum indicari: nihil enim esset in eo eximium, cum injurias facere etiam privati privatis soleant; sed factum, qvod effectum aliqvem juris habeat, id est * non resistendi obligationem. Ideo additur, populum pressum istis injuriis Dei opem imploraturum, qvia scilicet humana remedia nulla exstarent. Sic ergo hoc jus vocatur, qvomodo prætor jus reddere dicitur, etiam cum iniqvè decernit. Devter. XV. I. 12. Jos. I, 18. I. Sam. IIX, II. L. I. c. III. §. 8. n. 8. §. XX. n. 2. Devt. XVII, 14. L. Jus plurib9. II. D. de Just. & Jure.

***

Non resistendi obligationem) Philo in Flaccum: πότε γὰρ εἰς ἀπόστασιν ὑπωπτεύθημεν; πότε δ' οὐκ εἰρηνικοὶ πᾶσιν ἐκομίσθημεν; τὰ δ' ἐπιτηδεύματα, οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμεθα, οὐκ ἀνεπίληπτα, οὐ συντείνοντα πρὸς εὔνοιαν πόλεως καὶ εὐστάθειαν; *Qvando enim defectionis suspecti fuimus? qvando non pacis amantes ab omnibus judicati sumus? instituta verò, qvibus utimur qvotidie, nonne extra reprehensionem sunt, nonne ad concordiam bonumq; statum civitatis conducunt?* (a) h. c. §. XX.

IV. 1. In novo fœdere Christus præcipiens (a) dari Cæsari, qvæ Cæsaris sunt, intelligi voluit à suæ disciplinæ sectatoribus non minorem, si non majorem (b) obedientiam cum patientia (si opus sit) conjunctam summis potestatibus deberi, qvam ab Hebræis regibus Hebræis debebatur; qvod latius exseqvens optimus ejus interpres Paulus Apostolus, officia subditorum late describens, inter alia. *Qvi obsistit*, inqvit, *potestati, DEI ordinationi obsistit: tum vero, qvi obsistunt, sibi ipsis condemnationem accipient.* Addit mox: (b) Proleg. §. 48. Rom. XIII.

mox: *DEI enim minister est, qvi potestate fungitur tuo bono.* Deinde, *Qva propter necesse est subjici, non solum propter iram, sed & propter conscientiam.* In subjectione includit non resistendi necessitatem, neqve eam solum qvæ ex formidine majoris mali oritur, sed qvæ ex ipso sensu officii nostri manat, neqve hominibus tantum, sed & DEO nos obligat. Rationes addit duas: primam, qvod Deus ordinem illum imperandi, & parendi approbaverit, & olim in lege Hebræa, & nunc in Evangelio: qvare potestates publicæ eo loco nobis habendæ sunt, qvasi ab ipso Deo essent constitutæ. Nostra enim facimus, qvibus auctoritatem nostram impartimur. Alteram, qvod hic ordo nostro bono inserviat.

†† Prolegom. §. 3.

2. Atqvi, dicat aliqvis, injurias pati utile non est. †† Hic qvidam, vere magis, qvam ad sensum Apostoli, ut arbitror, appositè dicunt, has qvoqve injurias utiles nobis esse, qvia ista patientia sua non sit caritura mercede. Mihi videtur Apostolus considerasse finem universalem isti ordini propositum, qvi est * tranqvillitas publica, in qva & singulorum † comprehenditur. Et sane, qvin plerumqve hoc bonum per potestates publicas conseqvamur, dubitandum non est: nemo enim sibi male vult: at imperantis felicitas in subditorum felicitate consistit. * *Sint qvibus imperes*, ajebat ille. Proverbium est apud Hebræos: *Nisi potestas publica esset, alter alterum vivum deglutiret:* qvi sensus & apud Chrysostomum: τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἄν, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσθίοντες, *nisi rectores civitatum essent, feriorem feris viveremus vitam, non mordentes tantum,* * *sed & vorantes alios alii.*

† Prolegom. §. 18.

Tranqvillitas publica) Bene Chrysostomus: σύνεργός ἐστι σοι, συμπράττει σοι. Princeps nimirum Evangelium prædicanti. Dedolat ille, qvod tu descobinas.

Sint qvibus imperes) Dictum hoc Sullæ ajunt Plutarchus, Florus, & alii; unde sumsit Augustinus lib. III, cap. 28. de Civitate Dei.

Sed & vorantes alios alii) Est hoc de statuis sexto: sed & hoc: ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. *Tolle tribunalia, & omnem de vita tranqvillitatem abstuleris.* Deinde: μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴποις, εἴτις κακῶς τῷ πράγματι κέχρηκεν. ἀλλ' αὐτῆς βλέπε τῆς διατάξεως τὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὴν πολλὴν ὄψει τοῦ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς νομοθετήσαντος σοφίαν. *Nec mihi illos refer, qvi male usi sunt honoribus, sed ipsius instituti vide pulchritudinem, & sapientiam, jus admiraberis, qvi primus ejus auctor fuit.* Idem ad Romanos κἂν ἀνέλῃς αὐτὰς (τὰς ἀρχὰς) πάντα οἰχήσεται καὶ οὐ χωρία, οὐκ οἰκία, οὐκ ἀγορὰ, οὐκ ἄλλο οὐδὲν στήσεται, ἀλλὰ πάντα ἀνατρεπήσεται τῶν δυνατῶν τοὺς ἀσθενεστέρους καταπινόντων. *Magistratus si abstuleris, perierint omnia; non urbes stabunt, non agri, non forum, nec qvicqvam aliud. evertentur omnia & fortioris esca fiet qvilibet infirmior.* idem sensus apud eundem ad Ephes. V.

3. Qvod

3. Qvod si qvando nimia formidine aut iracundia alisve affectib) transversi agantur rectores, qvo minus rectam ineant viam, qvæ ad tranqvillitatem ducit, id inter minus † freqventia habendum est; & qvæ, ut ait Tacitus, interventu meliorum pensantur. Leges autem satis habent id, qvod plerumqve accidit, respicere, ut ajebat Theophrastus, qvo & illud Catonis pertinet: *Nulla lex satis commoda est: id modo qveritur, si majori parti & in summa prodest.* qvæ autem rarius contingunt, communibus tamen regulis constringenda sunt, qvia, etsi ratio legis in isto speciali facto specialiter locum non habeat, manet tamen ratio in sua generalitate, cui specialia subjici fas est. id enim satius, qvam sine norma vivere, aut normam cujusqve arbitrio permitti. Seneca apposite ad hanc rem, *Satius erat à paucis etiam justam excusationem non accipi, qvam ab omnibus aliqvam tentari.*

† §. VI. h. c.

L. τὸ γὰρ 6. D. de Legibus. L 3. in fine. D. Si pars hered. petat. Liv. Lib. XXXIV. Lib. VII. de benef. c. 16.

4. Locum & hic habere debet illa nunqvam satis memorata Periclis * apud Thucydidem sententia: *Sic existimo, etiam singulis hominibus plus eam prodesse civitatem, qvæ tota recte se habeat, qvam si qva privatis floreat utilitatibus, ipsa autem universim laboret. qvi enim domesticas fortunas bene collocatas habet, patria tamen eversa, pereat & ipse necesse est: Contra vero, etiam si qvis in beata republica parum felix est, multo tamen facilius per illam incolumis servatur. Qvare cum civitas qvidem singulorum possit sustentare calamitates, singuli autem publicas non item, qvid est cur non universim ipsi consulere, ipsamqve tueri oporteat, nec id facere, qvod vos facitis, dum qvasi attoniti jactura rei familiaris salutem proditis reipublicæ?* Qvem sensum breviter ita explicat Livius: *Respublica incolumis & privatas res salvas facile præstat: publica prodendo tua neqvicqvam serves.* Plato dixerat legum IV. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν ξυνδεῖ, τὸ δ' ἴδιον διαφθείρει τὰς πόλεις. καὶ συμφέρει τῷ κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ ἀμφοῖν, ἢ τὸ κοινὸν τιθῆσθαι καλῶς μᾶλλον ἢ τὸ ἴδιον, *Qvod commune est, connectit civitates, qvod singulorum, dissipat; qvare & publice & privatim utilius est, ut publica magis qvam privata curentur.* Xenophon vero: ὅστις ἐν πολέμῳ στασιάζει πρὸς τὸν ἄρχοντα, πρὸς τοῦτο ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει: *qvi in bello contra ducem seditiose se gerit, facit hoc cum suæ salutis periculo.* Eodem & illa Jamblichi pertinent: *Non disjuncta est privata utilitas à publica, imo in bono communi singulare etiam continetur: & ut in animalibus cetera qv, natura, ita in civitatibus in totius salute salus est partium.*

Lib. XXVI.

Apud Thucydidem sententia) lib. II. qvi cum bene convenit illud Ambrosii libro III. de officiis: *Eadem singulorum est utilitas, qvæ universorum.* Et illud in jure: *Semper non qvod privatim interest uni ex sociis servari debet, sed qvod communi societati expedit.* L. 65. Actione. §. 5. Labeo. D. Pro Socio. Adde L. unicam, §. penult. C. de Caducis tollendis.

5. In publicis autem præcipuum haud dubie est ordo ille, qvem dixi, imperandi parendiqve; is vero cum privata resistendi licentia consistere neqvit. Ex-

Explicare libet hoc ipsum nobili Dionis Cassii loco: οὐ μὲν τοι καὶ ἐγὼ οὔτ' ἄλλως καλὸν εἶναι νομίζω, ἄρχοντά τινα τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι οὔτ' ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι ποτὲ, εἰ, τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν, κρατεῖν αὐτοῦ ἐπιχειρήσειε. σκέψασθε δὴ ποῖος μὲν κόσμος οἰκίας γένοιτο, ἂν οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄντες τῶν πρεσβυτέρων καταφρονήσωσι. ποῖος δὴ τῶν διδασκαλείων, ἂν οἱ φοιτῶντες τῶν παιδευτῶν ἀμελήσωσι. τίς ὑγεία νοσοῦσιν, ἂν μὴ πάντα τοῖς ἰατροῖς οἱ κάμνοντες πειθαρχῶσι. τίς δ' ἀσφάλεια ναυτιλλομένοις, ἂν οἱ ναῦται τῶν κυβερνητῶν ἀνηκουστῶσι φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖά τινα καὶ σωτήρια τῷ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὴ ἄρχεσθαι τέτακται. *Esse vero neq; decorum existimo, ut rector civitatis subditis cedat, neq; spem esse ad salutem, si, quod parere positum est, velit imperare. Cogitate enim quis futurus sit ordo in familia, si à junioribus senes spernantur: quis in scholis, si discentes docentes negligant: unde sanitas ægrotantibus, si non per omnia Medicis pareant: quid tuti navigantibus, si plebs nautica gubernantium jussa contemnat. Natura quippe id necessarium & hominibus salutare, ut alii quidem imperent, alii vero pareant.*

1. Epist. II, 18. 6. Paulo comitem addamus Petrum; cujus hæc sunt verba: *Regem honorate. Servi, subditi estote cum omni timore dominis, non solum bonis & æquis, sed etiam duris. Hoc enim cedit gratiæ, si quis propter conscientiam DEI suffert molestiam injuste afflictus. quæ enim gloria est, si peccantes & colaphis cæsi subsistitis? sed si bene agentes, & tamen male habiti subsistitis, * hoc cedit vobis gratiæ apud DEUM.* Confirmat mox hoc à Christi exemplo. idemque sensus in Clementis constitutionibus his verbis exprimitur: ὁ δοῦλος εὔνοιαν φερέτω πρὸς τὸν δεσπότην κατὰ φόβου θεοῦ, κἂν ἀσεβὴς, κἂν πονηρὸς ὑπάρχῃ *Servus DEUM timens simul bene hero suo velit, quamvis impio, quamvis injusto.* Notanda hic duo: quod dicitur subjectionem dominis deberi etiam duris, idem ad reges quoq; referendum: Nam quod sequitur ei fundamento superstructum, non minus subditorum quam servorum officium respicit. Ac deinde talem à nobis requiri subjectionem, quæ injuriarum patientiam secum ferat: sicut de parentibus dici solet:

* *Ames parentem, si æquus est: si non, feras.*

Et Eretriensis quidam adolescens, qui Zenonis Scholam diu frequentaverat, quid ibi didicisset rogatus respondit; ὀρχὴν πατρὸς φέρειν, *iram patris ferre.* De Lysimacho Justinus: *Magno animo regis, velut parentis, contumeliam tulit.* Et apud Livium est: *Ut parentum sævitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam esse.* Apud Tacitum: *Ferenda regum ingenia:* & alibi: *bonos Imperatores voto expetendos, qualescunque tolerandos.* Apud Persas, laudante Claudiano;

Lib. XV. Lib. XXVII. Annal. XVI. Hist. VI.

Quamvis crudelibus æquo
Paretur dominis,

***

Hoc cedit vobis gratiæ apud Deum) Tertullianus de pœnitentia: *Timor hominis Dei honor est.*

Ames

Ames parentem, si æqvus est, si non, feras) Terentius Hecyra:

Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.

Cicero pro Cluentio: *Non modo reticere homines parentum injurias, sed etiam æqvo animo ferre oportet.* Habet ad hoc præceptum pulchra Chrysostomus tum II. ad Timotheum, tum libro V. adversus Judæos. Pertinent huc & qvæ Epictetus & post eum Simplicius habent de duabus ansis.

†††

Idem ad Reges qvoqve referendum) Concedimus idem in subditis & servis dari posse obseqvium, si punctum de non resistendo utrobiqve respexeris; negamus tamen, qvod idem utrinqve subjectionis genus adsit, propter imperii herilis à majestatico discrepantiam.

V. 1. Nec ab hac lege Domini discedit consvetudo veterum Christianorum optima legis interpres. Nam qvanqvam pessimi sæpe homines imperium Romanum tenuerunt, nec defuerunt, qvi obtentu adjuvandæ reipublicæ iis se opponerent, nunqvam tamen eorum conatibus se adjunxerunt Christiani. In Clementis constitutionibus est βασιλείᾳ οὐ θεμιτὸν ἐπανίστασθαι *regiæ potestati resistere nefas.* Tertullianus Apologetico: *Unde Cassii, & Nigri & Albini? unde qvi inter duas lauros obsident Cæsarem? unde qvi faucibus ejus exprimendis palæstricam exercent? unde qvi armati palatium irrumpunt, omnibus tot * Sigeriis* (sic diserte habet manuscriptus, qvi est apud omni laude ornatissimos juvenes Puteanos) *ac Partheniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id est de non Christianis.* De Palæstrica, qvod ait, ad Commodi mortem pertinet, peractam imperio præfecti Ælii Læti, manu palæstritæ; qvo tamen Imperatore vix qvisqvam fuit sceleratior. Parthenius, cujus factum itidem detestatur Tertullianus, erat ille, qvi pessimum Imperatorem Domitianum oppresserat. His comparat Plautianum præfectum Prætorio, qvi Septimium Severum valde sangvinarium Imperatorem occidere in palatio voluerat. In eundem Septimium Severum arma, qvasi pro reipublicæ caritate, sumserant in Syria Pescennius Niger, in Gallia & Britannia Clodius Albinus. Sed horum qvoqve factum Christianis displicuit, qvod & ad Scapulam jactat Tertullianus: *Circa majestatem Imperatoris infamamur: tamen nunqvam Albiniani, vel Nigriani, vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani.* Cassiani illi erant, qvi secuti erant Avidium Cassium, virum egregium, qvi in Syria sumtis armis causabatur Rempublicam se ire restitutum, qvam M. Antonini negligentia perderet.

***

Consvetudo veterum Christianorum) Ad qvam pertinet canon XVIII. Concilii Chalcedonensis, repetitus canone IV. Concilii in Trullo: Concilium Toletanum qvartum: capitulum II. Caroli Calvi in villa Colonia. Synodus Svessionensis canone V.

Sigeriis) Xiphilinus Domitiano. ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσατο τὸν

τὴν πρᾶξιν Παρθένιος ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ καὶ Σιγήριος (male Σίγηρος) ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν. *Insidias antem ei communicato inter se consilio struxere Parthenius præpositus cubiculariorum & Sigerius & ipse è cubiculariis.* Martialis libro IV.

Sigeriosq́; meros, Partheniosq́; souas.

Corruptum id nomen non hic modo in Tertulliano fuerat, sed adhuc est in Svetonio, ubi Saturius, & in Victore vulgari, ubi Casperius legitur.

2. Ambrosius, cum injuriam non tantum, sed & gregi suo, & Christo fieri crederet à Valentino Valentiniani filio, populi satis concitati motu ad resistendum uti non voluit. *Coactus, inqvit, *repugnare non novi: dolere potero, potero gere, potero gemere: adversus arma, milites, Gothos qvoqve, lachrymæ meæ arma sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotum, aliter nec debeo, nec possum resistere.* Mox: *Exigebatur à me ut compescerem populum: referebam, in meo jure esse, ut non excitarem, in DEI manu, ut mitigaret.* Idem Ambrosius Maximi copiis adversus Imperatorem, & Arianum & Ecclesiæ gravem, uti noluit. Sic Julianum defectorem cum pessima consilia agitaret, lacrymis Christianorum repressum, ait Nazianzenus, addens, τοῦτο μόνον ἐχόντων κατὰ διώκτου φάρμακον, *qvia solum hoc contra persequutorem erat remedium.* Atqvi exercitus ejus ferme omnis ex Christianis constabat. Adde, qvod, ut observat idem Nazianzenus, sævitia illa Juliani non tantum in Christianos erat injuria, sed & rempublicam in summum adduxerat periculam. Accedat his illud Augustini, ubi illa Apostoli ad Romanos dicta explicat: *Necesse est propter hanc vitam nos subditos esse oportere, non resistentes, si qvid illi* (rectores) *auferre voluerint.*

Lib. V. orat. in Auxent.

Theodoret. hist. Eccl. lib. V. c. 4.

Orat. I. in Julianum. Prov. 74.

***

Coactus repugnare non novi) inseruit Gratianus causa XXIII. qvæstione IIX. idem Ambrosius Epistola XXXIII. *Vultis in vincula rapere? voluntas est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum.* Imitatus est magnus Gregorius libro VI. epistola: *Si in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atqve in summa confusione esset divisa.*

VI. 1. Inventi sunt nostro seculo viri, eruditi qvidem illi, sed temporibus & locis nimium servientes, qvi sibi primum, (ita enim credo) deinde aliis persvaderent, ea, qvæ jam dicta sunt, locum habere in privatis,* non etiam in magistratibus inferioribus, qvibus jus esse putant resistendi injuriis ejus, cujus summum est imperium; imò & peccare eos, ni id faciant, qvæ opinio admittenda non est. Nam sicut in dialecticis * species intermedia, si genus respicias, est species; si speciem infra positam, genus: ita magistratus illi, inferiorum qvidem ratione habita, sunt publicæ personæ; at superiores si considerentur, privati sunt. Nam omois facultas gubernandi, qvæ est in magistra-

ſtratibus, ſummæ poteſtati ita ſubjicitur, ut qvicqvid contra voluntatem ſumi imperantis faciant, id defectum ſit ea facultate, ac proinde pro actu privato habendum. Locum enim hic qvoqve habet, qvod dicunt Philoſophi, ordinem non dari, niſi cum relatione ad aliqvid primum. L.I.c.III.§.V. n.3. Averr.V. Metaph.tom.6.

***

Non etiam in magiſtratibus inferioribus) Petrus Martyr ad Judicum III. Paræus ad XIII. caput ad Romanos. Junius Brutus. Danæus libro VI. Politicorum, & alii.

Species intermedia) genus ſpeciale Senecæ epiſtola LIIX.

†††

Non etiam in magiſtratibus inferioribus) Utrum facilius reſiſtere poſſit Principi magiſtratus, qvàm plebejus & ſubditus mediatus? diſqvirit Grotius, & rectè negativè decidit. Uterqve enim reſpectu majeſtatis pure paſſivè ſe habet & dependenter, tam in eſſe, qvam in operari; ergò & neuter reſiſtere jure valet. Nec obſtat, tantam diſtantiam non eſſe inter regem & magiſtratum, ac inter regem & privatum; qvare facilius ille regi ſeſe opponere poteſt, qvam hic. Reſpondemus enim, iſtam diſtantiam cauſari beneplacitum ſupremi Principis, qvi ex indigentia Reip. certum magiſtratum eidem præfigit, *Lampad. de Rep. Rom. Germ. P. I. n.* 14. *&* 51. atqve pro libitu rurſus annullat, vel mutat. Qvocirca ille, perinde ut alius ſubditus, in relatione ad majeſtatem, privatorum loco habetur. Cum his concordant ea, qvæ profert *Graſſinckel. ad h. l. p.* 87. Non oritur, inqvit, hoc jus à diſtantiâ dignitatum, ſed qvia magiſtratus privati loco ſunt, reſpectu Regis. Et fallor, niſi majus peccatum eſſet magiſtratus: hi enim & Regi jurarunt fidem & Reip. ſecuritatem, qvam utramqve violarent. Reliqvis diſſentientis *Parei* (cujus commentarii propter hanc aſſertionem 1622. die 6. Jul. ex decreto Regis Angliæ Jacobi VI. Oxoniæ per manum carnificis publicè combuſti fuerunt) argumentis ſatisfecit Theologus noſtri ſeculi celebratiſſimus *Dn. Oſiand. in not. ad h. l. p.* 546.

2. Ac mihi videntur, qvi contra ſentiunt, talem ſtatum rerum inducere, qvalem antiqvi fabulabantur in cœlo fuiſſe, anteqvam Majeſtas oriretur, qvo tempore ajunt minores Deos Jovi non conceſſiſſe. At is, qvem dixi, *ordo, & ὑπαλληλισμὸς, non tantum ſenſu communi cognoſcitur: unde illud:

Omne ſub regno graviore regnum eſt.

Et Papinii illud:

vice cuncta reguntur:
Alternisq; regunt:

Et * Auguſtini dictum celebre: *Ipſos humanarum rerum gradus adverte: ſi aliqvid juſſerit curator, faciendum: non tamen ſi contra proconſul jubeat: aut ſi conſul aliqvid jubeat, & aliud Imperator; non utiq; contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire: nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælatus eſt.* Et hoc ejusdem de Pilato: *Talem qvippe DEUS dederat illi poteſtatem, ut eſſet etiam ipſe ſub Cæſaris poteſtate.* c.97. qvi reſiſtit.XI.qv.3. Ad Johan.

***

Ordo & ὑπαλληλισμὸς) Sic in familia paterfamilias primus, inde ma-

terfamilias, inde filii, mox ordinarii servi, postremo servi vicarii. vide Chrysostomum I. ad Corinth. XIII,3.

Augustini) habet prope eadem Augustinus sermone VI. in verba Domini.

I. Ep. II. 1. 3. Sed & divina probatur auctoritate. Nam Apostolorum princeps subjectos nos esse vult aliter regi, aliter magistratibus: Regi, ut supereminenti, id est sine ulla exceptione, præter ea, qvæ Deus directè imperat, qvi injuriæ patientiam probat, non interdicit: Magistratibus, tanqvam missis à rege, id est potestatem suam à rege ducentibus. Et cum Paulus omnem animam supremis potestatibus esse subjectam vult, etiam magistratus inferiores inclusit. Neqve in populo Hebræo, ubi tot fuere reges divini humaniqve juris contemtores, unqvam inferiores magistratus, in qvibus plurimi fuere viri pii & fortes, id sibi juris sumpserunt, ut regibus vim ullam opponerent, nisi si qvi à DEO, cujus in reges summum jus est, mandatum speciale acceperant. qvi contra, qvod procerum officium sit, ostendit Samuel, cum proceri-
I.Sam.XV, 30. bus & populo inspectante Saulem jam perverse regnantem solita veneratione est prosequtus.

h.l.c.III. §. XX.n.3. 4. Atqve adeo religionis qvoqve publicæ status nunqvam non à regis ac Synedrii arbitrio pependit. Qvod enim post regem magistratus simul cum populo DEO se fideles fore promiserunt, id intelligi debet, qvatenus in cujusqve id futurum erat potestate. Ne simulacra qvidem falsorum Deorum, qvæ publice exstabant, dejecta unqvam legimus, nisi jussu aut populi in libera republica, aut regum cum regnabantur. Qvod si qvid aliqvando factum est vi contra reges, narratur in testimonium divinæ providentiæ id permittentis, non in facti humani approbationem.

5, Solet à contrariæ sententiæ auctoribus proferri dictum Trajani, cum pugionem præfecto prætorio traderet: *Hoc pro me utere, si recte impero, se male, contra me.* Sed sciendum est, Trajanum, ut ex Plinii Panegyrico apparet, id unice curasse, ne qvid regium ostentaret, sed * verum principem gereret, qvi proinde subesset senatus populiqve judicio; qvorum sententias exseqvi præfectus, deberet etiam in ipsum principem. Simile est, qvod de M. Antonio legimus, qvi publicam pecuniam attingere noluit, nisi consulto senatu.

***

Verum principem gerere) Qvod postea imitati Pertinax & Macrinus, qvorum orationes egregias apud Herodianum vide.

Dion.l.VI. VII. 1. Gravior illa est qvæstio, an lex de non resistendo nos obliget in gravissimo & certissimo discrimine. Nam leges etiam DEI qvædam, qvanL.II.c.XV. §. IX.n.6. Joseph. de Bell. Jud. lib.1.cap.7. qvam generaliter prolatæ, tacitam habent exceptionem summæ necessitatis: qvod de lege sabbati Hasamonæorum temporibus à sapientibus definitum fuit:

fuit: unde dictum celebre; *periculum anima impellit sabbatum* : & Judæis apud Synesium causam neglectæ legis de sabbato hanc reddit: σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν: *In certissimum vitæ periculum adducti sumus.* Qvæ exceptio probata est ipsi Christo: ut & in lege altera de non edendis panibus propositionis. Et Hebræorum magistri legibus de cibis vetitis aliisqve nonnullis ex veteri traditione eandem addunt exceptionem, recte qvidem: non qvod Deo jus † non sit ad certam mortem subeundam nos obstringere, sed qvod leges qvædam ejus sint argumenti, ut non credibile sit datas ex tam rigida voluntate, qvod in legibus humanis magis etiam procedit. † L. I. c. III. §. 3. n. 1.

***

Σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν) Maccabæorum lib. 1. c. 9. 10. 41. & 44. καὶ ἤκουσε Βακχίδης καὶ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, ἕως τῶν κρεπίδων τοῦ Ἰορδάνου ἐν δυνάμει πολλῇ καὶ εἶπεν Ἰωναθὰν τοῖς παρ' αὐτοῦ. ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. *Id cum audissent Bachides, venit multo cum exercitu ad Jordanis ripas ipsa die sabbati. Jonathan autem suis dixit: surgamus nunc, & pro vita pugnemus. Neq; enim nostræ res se habent, ut heri & nudius tertius.*

2. Non nego à lege etiam humana qvosdam virtutis actus posse præcipi sub certo mortis periculo, ut * de statione † non deserenda; sed nec temere ea voluntas legem condentis fuisse intelligitur, neqve videntur homines in se & alios tantum jus accepisse, nisi qvatenus summa necessitas id exigat. Ferri enim leges ab hominibus solent & debent cum sensu humanæ imbecillitatis. †† Hæc autem lex, de qva agimus, pendere videtur à voluntate eorum, qvi se primum in societatem civilem consociant, à qvibus jus porro ad imperantes manat. Hi verò, si interrogarentur, an velint omnibus hoc onus imponere, ut mori præoptent, qvam ullo casu vim superiorem armis arcere, nescio, an velle se, sint responsuri; nisi forte cum hoc additamento, si resisti neqveat, nisi cum maxima reipublicæ perturbatione, aut exitio plurimorum innocentium. Qvod enim tali circumstantia caritas commendaret, id in legem qvoqve humanam deduci posse non dubito. †L. III. c. IV. §. 13. n. 2. ††L. II. c. XIV. §. 12. n. 2. L. III. c. XXIII. §. 5. n. 3.

***

De statione non deserenda) vide Josephum, ubi de custodibus Saulis agit. Polybius: παρὰ ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν.

†††

De statione non deserenda) Idem intendit Jus nostrum civile in *l. qvi excubias. 10. pr. ff. de Re Milit.* ubi qvi excubias palatii deseruerit, capite punitur. Similem rigorem legimus de Octavio Augusto Cæsare, qvi disciplinam militarem adeò severè rexit, ut aliqvando non tantum decimam legionem contumacius parentem cum ignominiâ totam dimiserit; item alias immodestè missionem postulantes, citra commoda emeritorum præmiorum exauctoraverit: sed etiam cohortes, si qvæ cessissent loco, decimatas hordeo paverit, juxtim & centuriones statione desertâ, ut manipulares, capitali

pitali animadverſione puniverit, prouti atteſtatur *C. Sveton. Tranqvill in Vit. Aug. c. 24. p. m. 54.* Qvamvis hanc pœnam aliqvando limitandam cenſeamus, puta ſi miles excubias deſerens primò fuerit adhuc tiro, nec iteratò crimen commiſerit, *arg. l. deſertorem. 3. ſ. ſi plures ſimul 9. ff. de re milit.* Secundò, ſi ſecundum *Cruz. lib. 1. c. 51. n. 79.* totus exercitus hoſtilis impetus ipſum loco cedere cogat: ubi tamen, ante bombardæ exploſionem, vel aliud datum ſignum, teſſeræ locum ſuis commilitonibus magis propè caſtra locum tenentibus, ſuppeditare valens, fugam neqvicqvam excubitori huic innoxium eſſe debere judicamus. Tertio juxta *Dn. Zigl. h. l. p. 175.* ubi periculum ab hoſte non timetur, ſed civitas altâ pace fruitur. *Add. not. ad l. 1. c. 3. ſ. 3. n. 3. Ayal. lib. 3. c. 17. per tot. 381. ſeqq.*

3. Dicat aliqvis, rigidam illam obligationem, mortem potius ferendi, qvam ullam unqvam ſuperiorum injuriam repellendi, non ex lege humana ſed divina proficiſci. Sed notandum eſt, primo homines non Dei præcepto, ſed ſponte adductos experimento infirmitatis familiarum ſegregum adverſus violentiam, in ſocietatem civilem coiiſſe, unde ortum habet poteſtas civilis, qvam ideo humanam ordinationem Petrus vocat: qvanqvam alibi & divina ordinatio vocatur, qvia hominum ſalubre inſtitutum Deus probavit. Deus autem humanam legem probans cenſetur probare ut humanam & humano modo.

L. I. c. III. §. 2. n. 1. L. II. c. XX. §. 7. n. 2.

4. Barclajus regii imperii aſſertor fortiſſimus huc tamen deſcendit, ut populo & inſigni ejus parti jus concedat ſe tuendi adverſus immanem ſævitiam; cum tamen ipſe fateatur totum populum regi ſubditum eſſe. Ego facile intelligo, qvo pluris eſt id, qvod conſervatur, eo majorem eſſe æqvitatem, qvæ adverſus legis verba exceptionem porrigat: attamen indiſcriminatim damnare aut ſingulos aut partem populi minorem, qvæ ultimo neceſſitatis præſidio ſic olim uſa ſit, ut interim & communis boni reſpectum non deſerat, vix auſim. Nam David, qvi extra pauca facta teſtimonium habet vitæ ſecundum leges exactæ, armatos circum ſe primum qvadringentos, deinde plures aliqvanto habuit; qvo niſi ad vim arcendam ſi inferretur? Sed ſimul illud notandum eſt, non factum id à Davide, niſi poſtqvam & Jonathanis indicio, & pluribus aliis certiſſimis argumentis compererat Saulem vitæ ſuæ imminere. Deinde vero nec urbes invadit, nec pugnandi captat occaſiones, ſed latebras qværit, modo in locis deviis, modo apud populos externos, & hac religione, ut popularibus ſuis nunqvam noceat.

L. III. adv. Monarchom. cap. 8. L. VI. c. 23. & 24.

I. Sam. XXII. 2. & XXIII, 13.

5. Simile videri poteſt factum Maccabæorum: nam qvod qvidam hæc arma eo titulo defendunt qvaſi Antiochus non rex, ſed invaſor fuerit, vanum puto: cum nusqvam in omni hiſtoria Maccabæi, & qvi eorum partes ſeqvebantur, Antiochum alio, qvam regis, nomine compellent; & merito ſane, cum jampridem Macedonum imperia agnoviſſent Hebræi, in qvorum jus Antiochus ſucceſſerat. Nam qvod lex vetat alienigenam populo præfici, de voluntaria electione intelligendum eſt, non de eo qvod temporum neceſſitate adductus populus facere cogebatur. Qvod vero ajunt alii, uſos Maccabæos jure populi, cui *αὐτονομία* deberetur, ne id qvidem firmum. Nam

Judæi

Judæi primum à Nabuchodonosore devicti jure belli ex eodem jure successoribus Chaldæorum Medis & Persis paruerant: qvorum * totum imperium ad Macedonas devenit. Hinc Judæi Tacito vocantur, *Dum Assyrios penes Medosq́, & Persas Oriens fuit, vilissima pars servientium.* Nec qvicqvam ab Alexandro ejusqve successoribus stipulati sunt, sed sine ulla conditione in eorum ditionem venerunt, sicut ante sub ditione Darii fuerant. Qvod si & Judæi interdum ritus suos & leges palam exercere permissi sunt, id fuit ex regum beneficio jus precarium, non ex lege aliqva imperio addita. Nihil ergo est, qvod Maccabæos tueatur, præter summum certissimumqve periculum: qvamdiu scilicet intra sui defendendi terminos ita se continuerunt, ut in loca devia exemplo Davidis secederent, qværendæ securitati; nec arma expedirent, nisi ultro oppugnati. Hist. l. l. V.

***

Totum imperium ad Macedonas devenit) Justinus libro XXXVI. *Primus Xerxes Rex Persarum Judæos domuit. postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere, diuq́, in potestate Macedonici imperii fuere. A Demetrio cum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

6. Illa interim cautio tenenda est, etiam in tali periculo personæ regis parcendum: qvod qvi factum à Davide putant non ex officii necessitate, sed ex sublimiori proposito, falluntur. Ipse enim David aperte dixit, insontem neminem esse posse, qvi manus regi inferret. Nimirum sciebat scriptum in lege: *Diis*, id est Judicibus summis, *non maledices, & * Principi in populo tuo non maledices.* in qva lege mentio facta specialis eminentium potestatum, ostendit aliqvid præcipi speciale. qvare Optatus Milevitanus de hoc Davidis facto loqvens, * *Obstabat*, ait, *plena divinorum memoria mandatorum.* Et verba Davidi hæc tribuit: *Volebam hostem vincere, sed prius est divina præcepta servare.* I. Samuel. XXVI, 9 Devt. XXII, 28 Lib. II.

***

Principi in populo tuo non maledices) Joabus Semeiæ apud Josephum. οὐ τεθνήξῃ βλασφημήσας τὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καταστάθεντα βασιλεύειν; *An non morereris, qvi ei maledicere ausus es, qvem Deus in regni sede constituit?*

Obstabat plena divinorum memoria mandatorum) Josephus de Davide: μετανοήσας δ' εὐθὺς, οὐ δίκαιον εἶπε φονεύειν τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. *Sed statim pœnitudine doctus, injustum facinus esse dixit dominum suum occidere.* Et post: Τὸν ὑπὸ θεοῦ κεχειροτονημένον βασιλέα δεινὸν ἀποκτεῖναι κἂν ἦ πονηρὸς ἥξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ διδόντος τὴν δίκην. *Horrendum, regem qvemvis malum interficere, pœnam enim id facienti imminere ab eo, qvi regem dedit.*

7. At falsa maledicta ne in privatum qvidem licet jacere; in regem ergo veris qvoqve abstinendum. qvia, ut ait scriptor problematum, qvæ Aristotelis Sect. XL.

telis nomen præferunt: ὁ κακεηγορῶν τὸν ἄρχοντα, εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζει. *Qui rectori maledicit*, * *in civitatem est injurius.* qvod si voce lædendus non est, manu certe multo minus: unde & pœnitentia tactum Davidem legimus, qvod vestem ejus violasset: tantam intelligebat personæ istius esse sanctitudinem. nec immerito. nam cum summum imperium * non possit non multorum odiis patere, securitas fungentis peculiariter fuit munienda. qvod Romani etiam in Tribunis plebis constituerunt, ut ἄσυλοι, id est inviolabiles † essent. Inter Essenorum dicta erat, reges sanctos esse habendos: & insigne illud apud Homerum:

I.Sam. XXIV, 6.

†L.III.c.XIX. §.8.n.2.

Περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν,
μή τι πάθοι.

* *Nam pro populi pastore timebat.* ††
Neqvid ei accideret.

††L.II.c.I. §.IX.

Nec immerito, ut apud Curtium est, *regium nomen gentes, qvæ sub regibus sunt, pro Deo colunt.* * Artabanus Persa: ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι, τὸ τιμᾶν βασιλέα καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος. *Nobis inter leges multas easq; bonas hæc optima est, regem colendum & adorandum, ut Dei cuncta sospitantis effigiem.* Plutarchus Agide: οὐ θεμιτὸν οὐδὲ νενομισμένον βασιλέως σώματι τὰς χεῖρας προσφέρειν, *nec fas, nec licitum, regis corpori manus inferre.*

***

In civitatem est injurius) Julianus Misopogone: καὶ γὰρ οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας, ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὑβρίζει, ἐκ προϊουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησεν. *Sunt enim leges severæ pro principibus, ita, ut qvi in principem injuriosus fuerit, is ex animi libidine conculcaverit leges.*

Non possit non multorum odiis patere) Qvintilianus Declamatione CCCXLIIX. *Hanc esse conditionem omnium, qvi administrationem reipublicæ aggrediuntur, ut ea, qvæ maxime pertinent ad salutem communem, cum qvadam sui invidia efficere cogantur.* Vide ea de re Liviæ verba ad Augustum apud Xiphilinum ex Dione.

Nam pro populi pastore timebat) Bene Chrysostomus I. ad Tim. I. *Si qvis ovem jugulet, ab eo gregem imminui: at si qvis pastorem de medio sustulerit, ab eo totum gregem dissipari.* Seneca libro priore de Clementia cap. III. *Somnum ejus nocturnis excubiis muniunt: latera objecti circumfusiqve defendunt: incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusqve consensus sic protegendi amandiqve reges, & se suaqve jactandi, qvocunqve desideraverit imperantis salus. Nec hæc vilitas sui est aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunqvam senis & invalidi. Qvemadmodum totum corpus animo deservit;* (qvod ipsum late ibi exseqvitur) *sic hæc immensa multitudo unius animæ circumdata*

illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus suis, nisi consilio sustineretur. Suam itaque incolumitatem ament, &c. Adde quæ infra, lib. II. cap. I. §. IX.

***

Artabanus Persa) Apud Plutarchum Themistocle.

8. Illa quæstio gravior, an quantum Davidi, an quantum Maccabæis licuit, liceat & Christianis, quorum magister crucem subire toties jubens, exactiorem patientiam videtur requirere. Certe ubi superiores ob religionem mortem intentant Christianis, Christus fugam concedit his scilicet, quos officii necessitudo nulli loco alligat: ultra fugam nihil. Petrus vero Christum ait cum pateretur nobis reliquisse exemplum quod sequamur, qui cum peccato vacaret, & doli omnis immunis esset, convicia conviciis non reposuit, neque inter patiendum minatus est, sed rem permisit juste judicanti. Idem gratias agendas DEO ait, & gaudendum Christianis, si tanquam Christiani pœnis subdantur. Et hac maxime patientia invaluisse Christianam religionem legimus. I. Petr. IV. 12, 13. 14. 15. 16.

9. Quare Christianis veteribus, qui recentes ab Apostolorum & Apostolicorum virorum disciplina eorum præscripta & intelligebant melius & perfectius implebant, summam injuriam fieri puto ab iis, qui, quo minus ipsi se defenderent in certissimo mortis periculo, vires putant illis, non animum defuisse. Imprudens certe & impudens fuisset Tertullianus, si apud Imperatores, qui ejus rei ignari esse non poterant, ita confidenter ausus esset mentiri: *Si enim hostes & apertos, non tantum vindices occultos, agere vellemus, deesset nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipsique Parthi, vel quantæcunque unius tamen loci & suorum finium gentes, quam totius orbis? Externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere?* Sequitur hic quoque magistrum suum Cyprianus, & aperte prædicat; *Inde est, quod nemo nostrum, quando apprehenditur, reluctatur: nec se adversus injustam violentiam vestram, quamvis nimius & copiosus noster sit populus, ulciscitur. Patientes facit de secutura ultione securitas. * Innocentes nocentibus cedunt.* Et Lactantius: *Confidimus enim majestati ejus, qui tam contemtum sui possit ulcisci, quam servorum suorum labores & injurias. Et ideo, cum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur: sed Deo remittimus ultionem.* Nec aliud spectavit Augustinus cum dicit: *Nihil justo præcipue cogitet in his rebus, nisi ut bellum suscipiat, cui bellare fas est; non enim fas est omnibus.* Ejus est illud: *Quoties imperatores in errore sunt, leges ad tuendum errorem contra veritatem condunt, per quas justi examinantur & coronantur.* Id. alibi: *Ita à plebibus principes & à servis domini ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, & speren-* Ad Demetrianum. Lib. V. Lib. 6. qv. 10. in Jos. Ep. CLXVI. De Civit. Dei lib. XXII.

 rentur

rentur æternæ: Qvod veterum Christianorum exemplo alibi sic explicat: *Nec sic tunc civitas Christi, qvamvis adhuc peregrinarentur in terris, & haberet tã magnorum agmina populorũ adversus impios persecutores, pro temporali salute pugnavit, sed potius, ut obtineret æternam, non repugnavit, Ligabantur, includebantur, cædebantur, torqvebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro salute contemnere.*

***

Innocentes nocentibus cedunt) Hæc sunt in scripto ad Demetrianum. Ejusdem hæc libri primi epistola I. *Intellexit* (adversarius) *Christi milites vigilare, jam sobrios & armatos ad prælium stare, vinci non posse, mori posse; & hoc ipso invictos esse, qvia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed promte & animas & sangvinem tradere.*

10. Nec minus epregia sunt, qvæ in eandem sententiam habet Cyrillus in locum Johannis de gladio Petri. Thebæa legio, ut acta nos docent, militibus constabat sexies mille sexcentis sexaginta sex Christianis omnibus: Qvi, cum Maximianus Cæsar apud Octodurum exercitum compelleret sacra diis falsis facere, primum Agaunum iter arripuerunt: & cum eo misisset Imperator, qvi eos ad sacrificandum venire juberet, ipsiqve se id facturos negassent, Maximianus decimum qvemqve jussit interfici per apparitores: qvi nemine repugnante facile imperium sunt exsecuti.

L. I. c. II. §. 10. n. 11.

†††

Thebæa legio) Addatur *Christ. Matth. Th. Hist. in Vit. Maximian. cum Osiand. Histor. Magdeb. cent. 4. c. 12. p. 830.*

11. * Mauritius ejus legionis primicerius, à qvo Agaunum vicus Mauritii dictus est postea, narrante Eucherio Episcopo Lugdunensi, eo tempore commilitones sic allocutus legitur: *Qvam timui, ne qvisqvam, qvod armatis facile est, specie defensionis, beatissimis funeribꝰ manus obviam afferre tentaret! jam mihi ad hujus rei interdictum Christi nostri parabatur exemplum, qvi exemtum vagina Apostoli gladium propriæ vocis jussione recondidit: docens, majorem armis omnibus Christianæ confidentiæ esse virtutem, ne qvisqvam mortali operi mortalibꝰ dextris obsisteret, qvin imò cœpti operis fidem perenni religione compleret.* Cum hoc supplicio peracto Imperator superstitibus eadem, qvæ ante præciperet; sic omnes respondent: *Milites qvidem, Cæsar, tui sumus, & ad defensionem reipublicæ Romanæ arma suscepimus: nec unqvam aut desertores bellorum aut proditores militiæ fuimus, aut ignavæ formidinis meruimus subire flagitium. Tuis etiam obtemperaremus præceptis, nisi instituti legibus Christianis dæmonum cultus & aras semper pollutas sangvine vitaremus. Comperimus præcepisse te, ut aut sacrilegiis pollueres Christianos, aut de denis interfectis nos velles terrere: Non inqviras longius latitantes: Nos omnes Christianos esse cognosce: habebis potestatis tuæ subdita omnium corpora: auctorem verò suum respicientes Christum animas non tenebis.*

*** *Mau-*

***

Mauritius) De hujus martyris honoribus apud Helvetios vide Guillemannum in veteri scripto de translatione sancti Justini in novam Corbejam: *Unde juxta fidem Chronicorum sub atrocissima & incomparabili illa decima post Neronem persecutione passum eum colligimus: qvæ & prioribus persecutionibus immanior, dum venerabilem multitudinem martyrum cœlis mitteret, inter qvos etiam præcipuum sancti Mauritii Collegium, & innocentiæ speculum.* De Thebæis martyribus Brunsvicum translatis vide Crantzium Saxonicorum VII, 16.

12. Tum Exuperius legionis signifer sic eam allocutus ibidem narratur: *Tenere me, commilitones optimi, secularium qvidem bellorum signa perspicitis: sed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos vestros virtutemq; compello. Aliud vobis genus eligendum est præliorum. Non per hos gladios potestis ad regna cœlestia properare.* Deinde Imperatori hæc nuntiari jubet: *Non nos adversum te, Imperator, armavit ipsa, qvæ fortissima est in periculis, desperatio.* Tenemus ecce arma & non resistemus, qvia mori magis, qvam vincere volumus, & innocentes interire, qvam noxii vivere præoptamus.* Et postea; *Tela projicimus: exarmatas qvidem dexteras satelles tuus, sed armatum fide catholica pectus inveniet.*

***

Tenemus ecce arma & non resistemus) Similia sunt illa Judæorum Alexandrinorum ad Flaccum: ἄοπλοί ἐσμεν, ὡς ὁρᾷς. παραγενομένους δὲ αἰτιῶνται τινες, ὡς πολεμίους. ἃ δὲ ἡ φύσις ἑκάστῳ προσένειμεν ἀμυντήρια μέρη χεῖρας, ἀποστρόφωμεν, ἔνθα μηδὲν ἐργάσασθαι δύνανται, παρέχοντες αὐτῶν τὰ σώματα πρὸς εὐσκόπους τοῖς θέλουσιν ἀποκτεῖναι βουλάς. & qvæ seqvuntur. *Inermes sumus, ut vides; & tamen sunt, qvi nos tanqvam hostes publicos hic criminantur. Etiam eas, qvas ad nostri tutelam partes dedit natura, retro vertimus, ubi nihil habent, qvod agant. corpora præbemus nuda ac patientia ad impetum eorum, qvi nos volent occidere.*

13 Seqvitur post hæc laniena in non repugnantes, in cujus narratione hæc sunt Eucherii verba: *Ne justi punirentur multitudo non obtinuit, cum inultum* (male editur *multorum*) *esse soleat, qvod multitudo delinqvit.* Et veteri Martyrologio res eadem sic narratur: *Cædebantur itaq; passim gladiis non reclamantes, sed & depositis armis cervices persecutoribus vel intectũ corpus offerentes, non vel ipsa suorum multitudine, non armorum motione elati sunt, ut ferro conarentur asserere justitiæ causam, sed hoc solum reminiscentes, se illum confiteri, qvi nec reclamando ad occisionem ductus est, & tanqvam agnus non aperuit os suum, ipsi qvoq; tanqvam grex Dominicarum ovium laniari se tanqvam ab irruentibus lupis passi sunt.*

†††

Ab irruentibus lupis passi sunt) Paulo aliis circumstantiis historiam hanc describit *Otto Frisingensis. lib. 3. cap. 45. p. 39. Histor. Rer. ab Origin. Mund.* His diebus, dum Augustus contra supra fatos tyrannos Amandum, & Elianum bellum parat, Mauritius cum Legione Christianâ Romam ad Marcellum Papam, qvi Cajo successerat, venit, acceptaqve ab eo benedictione, cum Imperatore contra inimicos imperii contendit. Qvi

dum transcensis alpibus, apud Ottodorum consedissent, comperto qvi Christiani essent, Mauritius, tanqvam primicerius, & conductor aliorum, ad idololatriam vocatur. Sed fortissimus atlepha Christi ac signifer, qvi Regi impio ac sacrilego, ad debellandos hostes regni justè paruerat, contraria Regi cœlorum præcipienti, obedire recusat. In qvo monemur, Regibus qvidem de Justitia subditos nos esse debere. Si qva verò contra DEUM, & salutem animæ præcipiunt, , ut cum *Petro, Actor. V* scimus dicere: obedire oportet DEO magis, qvam hominibus. Mauritius ergò cum sociis suis, qvi ꝺꝺ cꝺ ꝺc LXVI. fuisse dicuntur, apud Agaunum super Rhodanum situm oppidum, martyrio coronantur. Elapsi sunt de collegio illo plures, qvos inseqventes Romani IX. in oppido Galliæ Bunnâ occiderunt. Gereonem verò cum sociis suis CCCXXX. in suburbio Coloniæ Agrippinæ urbis interfecerunt, victorem etiam cum CCCLX. in urbe Trojâ, qvæ nunc Xantis dicitur, interemerunt.

14. * Valens impie & crudeliter sæviit in eos, qvi secundum sacras literas & Patrum traditionem τὸ ὁμούσιον profitebantur, qvorum qvamvis maxima multitudo, nunqvam se armis tutata est.

***

Valens) Arianismo infectus: Vide excerpta ex Johanne Antiocheno, ex Manuscripto libro *viri æterna memoria dignissimi Nicolai Peiresii.*

I. Petr. II, 21. 15. Certe ubi patientia nobis præscribitur, sæpe adduci videmus, & à Thebæis militibus adductum jam audivimus Christi exemplum, ut nobis imitandum, cujus patientia ad mortem se extendit. Ac qvi ita animam perdit, is vere eam acqvisivisse à Christo pronuntiatur. Diximus summum imperium tenentibus resisti jure non posse. Nunc qvædam sunt, qvæ lectorem monere debemus, ne putet in hanc legem delinqvere eos, qvi revera non delinqvunt.

Matth. X, 39.

Luc. IX, 42.

IIX. Primum ergo, qvi principes sub populo (*a*) sunt, sive ab initio talem acceperunt potestatem, sive postea ita convenit, * ut Lacedæmone, (*b*) si peccent in leges ac Rempublicam, non tantum vi repelli possunt, sed, si opus sit, puniri morte: qvod Pausaniæ regi Lacedæmoniorum contigit. Atqve hujus generis cum fuerint vetustissima per Italiam regna, mirum non est, si post narrata crudelissima Mezentii facinora subjungat Virgilius:

(*a*) L. I. c. III. §. XI. n. 3. §. XVII. n. 1.

(*b*) L. I. c. III. § 8. n. XI. §. X. n. 2. § XVII. n. 2.

*Ergo omnis * furiis surrexit Etruria justis:*
Regem ad supplicium præsenti morte reposcunt.

***

Ut Lacedæmone) Plutarchus Lysandro: οἱ Σπαρτιᾶται τῶν βασιλεῖ δίκην προσέγραψαν θανατικὴν, ἣν οὐχ ὑποστὰς ἐκεῖνος εἰς Τεγέαν ἔφυγε. *Spartiatæ regem ad capitis judicium vocarant, qvod ille declinans fugit Tegeam.* Idem Sylla: οἱ Σπαρτιᾶται βασιλεύοντας ἐνίους ἀφείλοντο τὴν ἀρχὴν, ὡς οὐ βασιλικοὺς, ἀλλὰ φαύλους καὶ τὸ μηδὲν ὄντας. *qvibusdam regibus Spartiatæ regnum ademerunt, ut ineptis regno, qvippe abjectis nihiliq; hominibus.* de Agide injuste

sed

sed *ad laqveum* damnato tamen, vide eundem Plutarchum. Mosynæci regem inedia puniebant. Mela libro II.

***

Furiis surrexit Etruria justis) Et Aruspex Etruscus in Mezentium insurgentibus:

Quos justus in hostem
Fert dolor.

†††

Pausania Regi Lacedæmoniorum) Distingvimus inter regem proprie sic dictum & executorem mandatorum Reipublicæ, qvi nomine tenus saltem Rex est. Illum morte puniri piaculum est, hunc verò, cùm ad rationes reddendas Reip. teneatur, etiam censuræ totius populi subjectum esse non diffitemur. Atqve tales etiam erant Reges Lacedæmoniorum, *add. Gron. l. 1. c. 3. §. 20. n. 1.*

IX. Secundo, si rex, aut alius qvis, imperium abdicavit, aut manifeste habet pro derelicto, in eum post id tempus omnia licent, qvæ in privatum. Sed minimè pro derelicto habere rem censendus est, qvi eam tractat negligentius.

†††

Omnia licent) Injustum hoc (si ita absolutè loqvaris) existimamus cum *Dn. Johann. à Felden. h. l.* qvemadmodum enim, inqvit ille, liberi emancipati aut servi manumissi reverentiam debent iis, in qvorum potestate fuerunt, & hi præterea jure Romano, operas; Itaqvoqve in regibus se habet: memores enim esse convenit beneficiorum anteà exhibitorum, *add. l. 2. c. 5. §. 6.*

Tractat negligentius) Eleganter hæc prosequitur *Bæclerus p.* 280. examinando pariter excusandoqve inter alia negligentiam Adolphi Nassovii, Henrici IV. & Wenceslai Imperatorum, qvam inter causas depositionis graviores cum aliis ponit *Hermann. Herm. Fasc. J. P. c. 6. n. 15. Edit. Prior.* & qvantum possibile justificat, *Vid. supr. c. 3. §. 8. n. 15. ibiqve not.*

X. Tertio, existimat Barclajus, si Rex regnum alienet, aut alii subjiciat, amitti ab eo regnum. Ego hic subsisto. Nam talis actus, si regnum electione aut successoria lege deferatur, (*a*) nullus est: qvæ autem nulla sunt, nullum habent juris effectum. Unde & de usufructuario, cui regem talem similem diximus, †† verior mihi videtur Jurisconsultorum sententia, si extraneo jus suum cedat, nihil eum agere. Et qvod dicitur ad dominum proprietatis reverti usumfructum, intelligendum legitimo tempore. Si tamen rex reipsa etiam tradere regnum aut subjicere moliatur, qvin ei resisti in hoc possit non dubito. Aliud est enim, ut diximus, (*b*) imperium: aliud habendi modus, qvi ne mutetur obstare potest populus: id enim sub imperio comprehensum non est, qvo non male aptes illud Senecæ † in re non dissimili: *Et si parendum in omnibus patri, in eo non parendum, qvo efficitur, ne pater sit.*

Lib. IV. c. 16. (*a*) L. 1. c. III. §. XVI. n. 2. †† c. III. § XI. n. 1.

Instit. de Usufr. § finitur. 3. L. si ususfructus. 66. D. de Jure Dotium. †lib. II. controv. 9. L. 35. D. de Relig. & Sumt. Funer. (*b*) c. III. §. XI. n. 1.

†††

Nihil eum agere) Confer *Lud. Vell. Diss. Inst. 5. th. 11. Schnobel. D. ad D. 6. th. 11.* à qvibus

& Grotio dissentiunt. *Dn. Zigl. h. l. pag.* 180. *Dn. Strauch. Ex. ad P. 7. Th.* 42. *Dn. Strav. S. J. C. Ex.* 12. *Th.* 35. qvorum opinio in puncto defensionis videtur tolerabilior.

L. II. c. XXV. §. IIX. n. 2.

XI. Qvarto, ait idem Barclajus amitti regnum,* si rex vere hostili animo in totius populi exitium feratur, qvod concedo; consistere enim simul non possunt voluntas imperandi & voluntas perdendi. qvare, qvi se hostem populi totius profitetur, is eo ipso abdicat regnum, sed vix videtur id accidere posse in rege mentis compote, qvi uni populo imperet. Qvod si pluribus populis imperet, accidere potest, ut unius populi in gratiam alterum velit perditum, ut colonias ibi faciat.

***

Si rex vere hostili animo in totius populi exitium feratur) Pari de causa tribunus plebis qvi sit, ipso jure desinere esse talem, ingeniose defendit Gracchus, cujus verba digna lectu apud Plutarchum. Johannes Major in librum IV. Sententiarum dicit, non posse populum à se abdicare potestatem destituendi Principis in casu, qvo ad destructionem vergeret. qvod commode explica ex his, qvæ hoc loco dicuntur.

†††

In totius populi exitium) Omninò distingvendus venit malus Princeps ab eversore Reip. Propter illius vitia subditos neqvicqvam decet debitam obedientiam deponere, ut fusius hactenus docuit *Grotius*. Hujus verò exitiosis consiliis omninò resistendum arbitramur. Utriusq; exempla Proponit *Franzk. de potestate Principis, n.* 94. *& seqq. ap. Arnm. de J. P. Vol.* 4. *disc.* 42. *p.* 252. sic David adulter & innocentem Uriæ necem procurans, nec non Theodosius Thessalonicus ad vindicandam præfecti unius necem 7000. civium & hospitum nihil tale meritorum trucidari jubens, mali & vitiosi qvoad hunc actum fuerunt Principes, non tamen totius Imperii sibi commissi exitium meditantes, uti Caligula, qvi cum privatorum cædibus satiari non posset, optavit ut populus R. una cervice sustentaretur, qvæ sua manu foret detruncanda. *Sveton. Calig. c.* 30. & pejor Tiberius ejus avus, qvi eo consilio nepotem ad Imperium evexit, qvod sciret ipsum pessimè victurum, sua flagitia obumbraturum, & qvod ipse in reliqva parte Senatus trucidanda præstare neqvivisset, perfecturum, *Camer. p.* 3. *horar. Subcis. c.* 32. *add. Grot. h. c. §.* 7. *n.* 4. *l.* 2. *c.* 15. *§.* 8 *ff.*

Ut colonias ibi faciat) Posset hûc referri factum Philippi Macedonum regis, is enim, prouti attestatur *Livius de Bello Maced. l. X c.* 3. *& seqq. & ex eo Innoc. Gentil. Comment. adVersus Machiavell. l.* 3. *theor.* 3. *p. m.* 310. jam tum consilia de bello Rom. secum volutans, primum omnem ferè multitudinem civium ex maritimis civitatibus cum familiis suis in Emathiam traduxit, Thracibusqve & aliis Barbaris urbes tradidit habitandas: fidiora hæc genera fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit, relinqventesqve penates suos cum conjugibus ac liberis pauci tacitum dolorem continebant, execrationesqve in agminibus proficiscentium in Regem, vincente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus omnes homines, omnia loca suspecta habebat, postremo negare propalam cœpit satis tutum sibi qvicqvam esse, nisi liberos eorum, qvos interfecisset, comprehensos in custodia haberet, & tempore alium alio tolleret &c.

L. I. c. III. §. 16 n. 4. §. XXIII. n. 2. & h. c. IV. §. 14.

XII. Qvinto si regnum committatur, sive ex felonia in eum, cujus feudum est, sive ex clausula posita in ipsa delatione imperii, ut,* si hoc aut rex faciat,

ciat, ſubditi omni obedientiæ vinculo ſolvantur, tunc qvoqve rex in privatam perſonam recidit.

***

Si hoc aut hoc res faciat) vide de Regno Arragoniæ Marianam libro IIX.

XIII. Sexto, ſi rex partem habeat ſummi imperii, * partem alteram populus aut ſenatus, regi in partem non ſuam involanti vis juſta opponi poterit, qvia eatenus imperium non habet. Qvod locum habere cenſeo, etiamſi dictum ſit, belli poteſtatem penes regem fore. id enim de bello externo intelligendum eſt: cum alioqvi qvisqvis imperii ſummi partem habeat, non poſſit non jus habere eam partem tuendi. qvod ubi fit, poteſt Rex etiam ſuam imperii partem belli jure amittere. L.I. c. III. §. IX. n. 1. §. XVII. n. 1. L.II.c.VI.§.7.

***

Partem alteram populus aut ſenatus) Exemplum habes in Genuate republica apud Bezarum libro XIIX. in Bohemia tempore Wenceslai hiſtoriæ libro X. Adde Azorium inſtitutionum Moralium lib. X. c. 8. & Lambertum Scafnaburgenſem de Henrico IV.

XIV. Septimo, ſi in delatione imperii dictum ſit, * ut certo eventu reſiſti regi poſſit, etiamſi eo pacto pars imperii retenta cenſeri non poſſit, certe retenta eſt aliqva libertas naturalis, & exemta regio imperio. Poteſt autem qvi jus ſuum alienat & jus pactis imminuere. h.c. IV. §. XII.

***

Ut certo eventu reſiſti regi poſſit) Exempla vide apud Thuanum hiſtoriarum CXXXI. in narratione anni cIↃ IↃc IV. & libro CXXXIII. in anno cIↃ IↃc. V. utrumqve de Hungaria: apud Mejerum narratione anni cIↃ CCCXXXIX. in Brabantia & Flandria narratione anni cIↃ CCCCLXIIX. in fœdere inter regem Galliæ & Carolum Burgundum. Adde de Polonia, qvæ habet Chytræus Saxonicorum XXIV. & de Hungaria Bonfinius Decadis IV. libro IX.

XV. 1. Vidimus de eo, qvi jus imperandi habet aut habuit. Reſtat, ut de invaſore imperii videamus, non poſtqvam longa poſſeſſione aut pacto jus nactus eſt, ſed qvam diu durat injuſte poſſidendi cauſa. Et qvidem dum poſſidet, actus imperii, qxos exercet vim habere poſſunt obligandi, non ex ipſius jure qvod nullum eſt, ſed ex eo, qvod omnino probabile ſit, eum, qvi jus imperandi habet, ſive is eſt populus ipſe, ſive rex, ſive ſenatus, id malle, interim rata eſſe, qvæ imperat, qvam legibus judiciisqve ſublatis ſummam induci confuſionem. Improbat Cicero Syllanas leges, ut crudeles in proſcriptorum liberos, ne honores petere poſſent. Servandas tamen cenſuit, affirmans (ut nos docet Qvintilianus †) ita his legibus contineri ſtatum civitatis, ut his ſolutis, ipſa ſtare non poſſet. Florus † de ejusdem Syllæ actis: *Lepidus acta tanti viri reſcindere parabat, nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna clade reipublicæ.* Franc. Vict. de poteſt Civ. Relect. 3. n. 23. Tom 1 Suares. de legib. Lib. III. c. 10. n. 9. Leſſig de Juſt. & Jure, L. II. c. 29. dub. 5. n. 73. † Lib. II. c. I. † Lib. III. c. XXIII. §. 21.

Et

Et mox: *Expediebat ægræ qvasi sauciæqve reipublicæ reqviescere qvomodocumq́, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.* †††

Nactus est) Addatur *Grotius l. 2. c. 4. §. 14. Reinking. de regim. secul. & Eccles. l. 1. cl. 1. c. 5. n. 11. & seqq.* Appositè *Forstner. ad Tac. p. m. 25.* Etiam magnum, inqvit, contra percussores tyrannorum aut qvorumcumqve Principum, præjudicium est occultum Dei judicium. Miramur sæpe & cum horrore occulto intuemur Dei Opt. Max. justitiam, Principum, hoc est, vicariorum suorum injurias cædesqve severissimè vindicantem. Plenæ sunt omnes Historiæ talium exemplorum. Sed ego maximè eminentia adducam. Percussorum Cæsaris neqve triennio qvispiam amplius supervixit, neqve sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu perierunt; pars naufragio, pars prælio; nonnulli semet eodem illo pugione, qvo Cæsarem, violaverant, interemerunt.

2. In his tamen qvæ ita necessaria non sunt, & pertinent ad raptorem in iniqva possessione firmandum, si sine gravi periculo potest non pareri parendum non est. Sed an talem raptorem imperii vi dejicere, aut deniqve occidere liceat, qværitur.

XVI. 1. Ac primum, si bello injusto, & cui juris gentium reqvisita non adsunt, imperium arripuerit, neqve pactio ulla seqvuta sit, aut fides illi data, sed sola vi retineatur possessio: videtur manere belli jus, ac proinde in eum licere qvod in hostem licet, qvi à qvolibet etiam privato jure potest interfici. *In reos majestatis*, inqvit Tertullianus, *& publicos hostes omnis homo miles est.* Sic & adversus militiæ desertores cunctis jus pro qviete communi exercendæ publicæ ultionis indultum est.

Apolog. C. Qvando licat unicuiqve. L. 2.

XVII. Idem cum Plutarcho, qvi ita sentit libro de fato ad Pisonem, statuendum censeo, si ante invasionem lex publica exstiterit qvæ unicuiqve potestatem facit occidendi eum, qvi hoc aut illud, qvod in aspectum cadit, ausus fuerit; puta qvi privatus satellitium sibi circumdederit, arcem invaserit; qvi civem indemnatum, aut non legitimo judicio necaverit; qvi magistratus sine justis suffragiis creaverit. Tales leges multæ exstabant in Græciæ civitatibus, ubi proinde justa censenda fuit talium tyrannorũ interfectio. Talis erat Athenis lex Solonis, renovata post reditum ex Piræo, in eos, qvi statum popularem sustulissent aut eo sublato honores gessissent. Ut & Romæ* lex Valeria, si qvis injussu populi, magistratum gereret: & lex Consularis post decemvirale imperium, ne qvis magistratum sine provocatione crearet, qvi creassent, eum jus fasqve esset occidi.

***

Lex Valeria) Plutarchus Publicola: *ἄνευ κρίσεως κτείνειν τὴν βουλόμενον τυραννεῖν, ut injudicatum occidere eum liceret, qvi dominatum concupisceret,* mox addit: *ἐπιχειροίη τυραννεῖν Σόλων μὲν ἁλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ Ποβλικόλας καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν διδωσι. Solon ei, qvi dominatum invadit, deprehenso diem dici vult, ac Publicola etiam ante judicium talem permittit interfici.*

†††

Lex Valeria) Addatur *Reinking. l. c. num. 6. & seqq.* ubi ex professo cum plurimis autoribus pertractat: an & qvatenus subditi resistere possint tyranno eumq; à gubernaculis removere?

XIIX. Nec

XIIX. Nec minus licebit invasorem imperii interficere, si diserta auctoritas accedat ejus, qvi jus verum imperandi habet, sive is rex est, sive senatus, sive populus. His annumerandi & regum puerorum tutores, qvalis Joaso erat Jojada, cum Athaliam regno depelleret. II.Paral.xxiii. L. I.c.III. §. XI. n. 2. L. II. c. III. §. 6. c. XIV.§. 12.n.1.

XIX. 1. Extra hæc, ut privato vi dejicere aut interficere liceat summi imperii invasorem, probare non possum: Qvia fieri potest, ut is, qvi jus habet imperii, malit invasorem in possessione relinqvi, qvam periculosis & cruentis motibus occasionem dari, qvi plerumqve seqvi solent iis violatis aut interfectis, qvi validam habent factionem in populo, aut externos etiam amicos. Certè, an rem in id periculum adduci velit rex aut populus, incertum est, qvorum sine cognita voluntate vis justa esse non potest. Favonius dicebat, χεῖρον εἶναι μοναρχίας ἀνόμου πόλεμον ἐμφύλιον, *pejus esse bellum civile dominatu illegitimo.* Et Cicero, *Mihi pax omnis cum civibus bello civili utilior videtur.* Ajebat T. Qvintius, satius fuisse Lacedæmone * tyrannum Nabidem relinqvi, cum aliter opprimi non posset, qvam, ruina gravissima civitatis, in ipsa vindicta libertatis perituræ. Nec alio spectat illud apud Aristophanem, leonem in civitate non alendum; si alitus sit, ferendum esse. L.I. c. III. §. XXI. n. 11. L. II. c.IV. §. 14. c. XXII. §. 13. n. 2. Liv.lib.xxxiv. c. 48.

***

Tyrannum Nabidem relinqvi) Qvod Plutarchus in T. Qvintii vita sic explicat: ὡς ἑώρα σὺν κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολούμενον τὴν τύραννον. *Cum videret sine gravi aliorum Laconum malo non posse tyrannum destrui.* Non alienum est ab hac re, qvod Plutarchus refert Lycurgo Laconem qvendam cum legisset.

Σβενύντας πότε τούσδε τυραννίδα, χάλκεος ἄρης
Εἷλε, Σελινοῦντος δ' ἀμφὶ πύλας ἔπεσον.
Hos dum Marte parant dominatum exstingvere, sævus
Ante Selinuntis mœnia Mars rapuit.

Respondisse, δικαίως τεθνήκοντι οἱ ἄνδρες. ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῆμεν. *Merito viri illi periere. exspectare enim debuerant ut ipse per se dominatus conflagraret.*

†††

Probare non possum) Nec etiam nos probamus *Arthur. Duck. de Autor. Jur. Civil. Rom. l. 1. c. 1. n* 20. asserentem, gentes à Romanis injustè debellatas posse post mille annos se in libertatem restituere, dominiumqve earum esse in æternum revocabile, (sicut in servo fugitivo qvi sui furtum facit,) & qvæ bello amiserunt, iterum bello recuperare, in iis præsertim Provinciis, qvas Romani non titulo oneroso, sed per vim acqvisiverunt, ut, dum se in libertatem asserunt, non obedientiam a Romanis postulatam abjecisse, sed libertatem propriam recuperasse videantur, *add. Grot. l. 1. c. 3. §. 22 l. 2. c. 22. §. 13. n. 2.* ubi qvandam ad limitandum ansam suppeditat.

2. Profecto gravissima cum sit deliberatio, libertas an pax placeat, ut Tacitus loqvitur & difficillimum hoc σκέμμα πολιτικὸν Ciceroni, εἰ τυραννουμένης τὴν πατρίδος παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ Lib.IX.ad Att. epist. 4.

διὰ τοῦτο τῆς τῶν ὅλων τι πόλις κινδυνεύειν: *An cum patria illegitime imperio premitur, omnimodo danda sit opera ejus dementi, etiamsi civitas eam ob rem in summum discrimen adducenda sit:* non debent singuli, qvod populi commune est, judicium ad se rapere. Illud vero plane iniqvum:

* *Detrahimus dominos urbi servire paratæ.*

Sicut Sylla interrogatus, qvid ita armatus patriam peteret, respondit, ἐλευθερώσων ἀπὸ τῶν τυραννούντων, *ut eam à tyrannis liberem.*

***

Detrahimus dominos urbi servire paratæ) Plutarchus Catone Majore de Antiocho Magno: ἐποιήσατο αἰτίαν τὰς Ἑλληνικὰς ἐλευθερεῖν, μηδὲν δεομένους. *Bello prætextum sumebat, liberare Græcos, libertatis non egentes.*

App. civ. I. Epist. fam. lib. 1. 3. Melius Plato epistola ad Perdiccam svadet, cujus verba Latine sic posuit Cicero: *Tantum contendere in republica, qvantum probare tuis civibus possis: vim neqve parenti neqve patriæ asserri oportere.* Qvi sensus & apud Sallustium exstat. *Nam vi qvidem regere patriam aut parentes, qvanqvam & possis & delicta corrigas, tamen importunum est, cum præsertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaqve hostilia portendant.* Unde non longe abit illud Stallii apud Plutarchum in vita Bruti: τῷ σοφῷ καὶ νῦν ἔχουσι δεῖ φάυλους καὶ ἀνοήτους κινδυνεύειν καὶ ταράττεσθαι, μὴ κατήκειν: æqvum non esse, ut vir prudens ac sapiens improborum & desipientium causa in pericula & turbas se conjiciat. Huc & Ambrosii illud non male referas: *Adjuvat hoc qvoq; ad profectum bonæ existimationis, si de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, qvantum sine confusione fieri potest; ne videamur jactantiæ magis facere causa qvam misericordiæ, & graviora inferre vulnera dum minoribus mederi desideramus.* Thomas seditiosam esse, dicit interdum, qvamvis tyrannici regiminis destructionem.

Bello Jug. De Off. II. c. 2. 2. 2. q. 42. art. 2.

Jud. III. 15. 4. Non debet movere nos in contrariam sententiam factum Aodis in Eglonem regem Moabitarum. nam aperte testatur sacra auctoritas, hunc à Deo ipso vindicem suscitatum, mandato scilicet speciali. Neqve vero constat hunc Moabitarum regem nullum jus imperandi ex pactione habuisse. Nam & in alios reges Deus, per qvos volebat ministros sua judicia exseqvebatur, ut per Jehun in Joramum.

Nehem. IX, 27. II. Reg. IX.

†††

Aodis in Eglonem) Addatur *Varemund. ab Ehrenberg. c. II. de Oner. subdit.*

XX. Maximè autem in re controversa judicium sibi privatus sumere non debet, sed possessionem seqvi. Sic tributum solvi Cæsari Christus jubebat, * qvia ejus imaginem nummus præferebat, id est, qvia in possessione erat imperii.

Matth. XXII, 20 h. c. §. IV. n. 1.

***

Qvia ejus imaginem nummus præferebat) certissimum hoc indicium possessionis, vide in historia Genuate Bezarum libro XIIX.

††† *Chri-*

Christus jubebat) Pertinent hûc verba *Seldeni de Just. & Jur. secund. discipl. Hebr. l. 6. c. 17. p. m. 796.* Numiſmate igitur oſtenſo, cujus eſt, inqvit, imago hæc atqve inſcriptio? Cum reſpondiſſent illi Cæſaris, date igitur, inqvit, Cæſari qvæ ſunt Cæſaris &c. Qvalisnam autem fuerit imago ac inſcriptio illa, è qvarum forma verbisqve ſeqveretur qvicqvam Cæſaris heic ſic fuiſſe, ut ei eſſet dandum, ſaltem non illicitum eſſet ei dare, à viris doctis diverſimodè eſt diſputatum. Atqve inde ſanè haud parum pendet reſponſionis hujus & qvæſtionis connexio genuina. Prævit, ni fallor heic, inter doctiores ſeculi nuperi Cæſar Baronius Cardinalis; qvi numisma cenſus hoc peculiare vult fuiſſe monetæ genus, non tantum, qvo tributa ritè ſolvi qvibant, ſed qvo tantùm ita ſolvi debebant, ut in Tributi ſolutionem nec alios uſus duntaxat eſſet cuſum. Verba ejus ſunt, dum in Annalibus Evangelii *Tom. I. ann. Chriſti* 34. locum allatum explicat. Moris fuit apud Romanos, ut numismate pro ratione tributi vel cenſus ab Imperatoribus cuderentur, nec uno ſemper modo eadem permanerent. Sed numismata tributorum à ceteris uſualis pecuniæ nummis in eo different, qvod iſtorum pretium ſemper idem eſſet: Numiſmata verò cenſus vel tributi, cum mutaretur tributi qvantitas, eadem ad rationem tributi noviter formarentur. Unde & nonnulli, *Lucas Brugenſis ad D. Matth.* 22. ejus ſeqvaces denarium fuiſſe ipſum tributi capitationis Judaici tunc modum colligunt.

CAPUT V.

Qvi bellum licitè gerant.

I. Belli cauſas effectrices alias eſſe principales in ſua re,
II. Aut in aliena.
III. Alias inſtrumentales, ut ſervos & ſubditos.
IV. Naturali jure neminem à bello prohiberi.

UT in aliis rebus ita & in voluntatis actionibus tria eſſe ſolent efficientium genera, principales, adjuvantes, & inſtrumenta. Cauſa effectrix † principalis in bello plerumqve eſt is, cujus res agitur: in privato privatus: in publico poteſtas publica, maxime ſumma. An & pro aliis nihil moventibus bellum moveri ab alio poſſit, alibi (*a*) videbimus. Illud interim tenebimus, naturaliter qvemq; ſui juris eſſe vindicem, ideo manus nobis (*b*) datæ.

† L. Servus. 7. D. de Servis Export. Cic. lib. II. Off. ex Panetio. † L. 1. c. 3. §. 1. & 4.

(*a*) L. 2. c. 25. per tot.

(*b*) L. 1. c. 2. §. 1. n. 4.

†††

Ideo nobis manus datæ) Inter reliqvos uſus manuum à ſummo creatore intentatos etiam eum ponit Grotius, videlicet, ut ceſſante judicis autoritate vi repetere qveamus noſtrum ab eo, qvi contra rectæ rationis dictamen violenter & de facto illud detinet: hinc neutiqvam eam privatam vindictam exercemus, qvæ contradiſtingvitur officio magiſtratus & improbanda eſt, ſi hoc pacto juris noſtri exiſtimamus vindices, *add. Dn. Pufend. de J. N. & G. l. 2. c. 5. §. 2. p. 209.* ubi alios inſuper refert.

II. 1. Sed & alteri prodeſſe, qva poſſimus, non licitum modò, ſed & honeſtum eſt. Recte, qvi de officiis ſcripſerunt, ajunt, nihil eſſe homini utilius homine altero. Sunt autem diverſa hominum inter ſe vincula, qvæ ad mutuam opem invitant, nam & cognati ad opem ferendam coëunt, & vicini inclamantur, & qvi ejusdem civitatis ſunt participes; unde illud, *Porrò Qvirites, & qviritari.* Ariſtoteles dixit † oportere qvemqve, aut pro ſe arma ſumere, ſi injuriam acceperit, aut pro cognatis, aut pro benefactoribus,

DD. ad L. Si qvis in ſervit. 7. D. de Furt. 1. Prohibitũ. 5. C. de Jure Fiſci.

† Proleg. §. XLIII. Rhet. ad Alex. c. 3.

aut sociis injuria affectis auxilia ferre. Et * Solon docuerat, beatas fore respublicas, in qvibus alienas injurias qvisqve suas existimaret.

***

Solon) Verba hæc Plutarchus refert: τῶν πόλεων κάλλιστα οἰκεῖται ἐκείνη ἐν ᾗ τῶν ἀδικουμένων οὐχ ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας. *Civitatum illa felicissime colitur, in qva, qvi injuriam non sensere, ei, qvi sensere, se opponunt, & injuriam cœptantes puniunt.* Huc & illud pertinet Rudente Plauti: *Prætorqvete injuriæ prius collum, qvam ad vos perveniat.*

2. sed ut cetera desint vincula, sufficit humanæ naturæ communio. Ab homine enim nihil humani alienum est, Menandri dictum est:

Injuriarum si improbis auctoribus
Reponeremus ultionem singuli,
Nobis putantes fieri, qvod fit alteri,
Inter nos juncti conspiratis viribus,
Non prævaleret innocentiæ impetus
Audax malorum, qvi custoditi undiqve
Jussiqve pœnas qvas merentur pendere,
Aut nulli penitus essent, aut pauci admodum.

Democriti hoc vero Ἀδικουμένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ παρεῖναι. Τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο δίκαιον καὶ ἀγαθόν. *Injuria oppressos defendere pro viribus oportet, & non negligere: Illud enim justum bonumq́ est.* Qvod sic explicat a Lactantius: *Deus, qvi ceteris animalibus sapientiam non † dedit, naturalibus ea munimentis ab incursu & periculo tutiora generavit. Hominem vero, qvia nudum fragilemq́ formavit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cetera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraq́ omnia pericula & accipiat & præstet auxilium.*

III. Instrumenta cum dicimus, non arma hîc intelligimus, & si qvæ sunt his similia, sed eos, qvi ita agunt sua voluntate, ut ea voluntas ab altera pendeat. Tale instrumentum est patri filius, pars qvippe ejus naturaliter; tale & servus, qvasi pars ex lege; nam sicut pars non tantum pars est totiꝰ eadem relatione, qva totum est totũ partis, sed hoc ipsum qvod est totiꝰ est: ita possessio est, aliqvid ipsius possidentis. Democritus: οἰκέτησιν ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο. *Famulis tanqvam partibꝰ corporis aliis ad aliud utere.* Qvale autem in familia est servus, tale in republica est subditus, ac proinde instrumentum imperantis.

†††

Instrumentum imperantis) Qvatenus nimirum qvorumlibet subditorum voluntas dependet à voluntate imperantis; qvamvis nõ uno eodemq; modo adstricto dependendi genere; qvo pacto etiam liberi rectè qvoqve instrumenta patris, non solùm inter barbaros, sed & inter moratiores populos dici possunt.

IV. Nec dubium qvin naturaliter omnes subditi bello adhiberi possint, sed

Bart. in L. Ut vim. 3. D. de Just. & Jure. n. 7. & 8. Jas. ibid. n. 29. Cast. ad L. 1. §. 4. Jus gentiũ, Eodem: Bart. ad L. hostes. 24. D. de Capt. c. 9. Innoc. ad c. sicut. 29. de Jurejur. & in c. olim. 12. de Restit. spol. n. 16. Panor. n. 18. Sylvest. in verbo bellum, q. 8. (b) Lib. VI l. cũ scimus. 22. C. de Agricolis. lib. XI.

† Proleg. §. 7. & 39. L. I. c. I. §. XI. n. 1.

L. II. c. IX. §. 27. c. XXVI. L. III. c. VI. §. IX. Arist. lib. I. de morib. cap. 10. L. Gracchus. 4. C. de Adul. Sen. 1. con. 4. Th. 2. 2. 40. art. 2. Sylvest. de bello, p. 3.

ſed qvosdam ſpecialis lex arcet, ut olim * Romæ ſervos, nunc paſſim * clericos: † qvæ tamen lex ut omnes ejus generis, cum ſummæ neceſſitatis exceptione intelligenda eſt. Et hæc qvidem generaliter de adjutoribus & ſubditis dicta ſunto: nam qvæ ſpecialia ſunt ſuis locis tractabuntur. † I. 1. c. II. §. X. n. 9.

* * *

Romæ ſervos) Servius ad IX. Æneidos.

Clericos) Ac Levitæ olim extra belli munia, ut notatum Joſepho. De clericis vide Nicetam Choniaten libro VI. Caroli Calvi Capitulum in Sparnaco XXXVII. in Gratiano c. clericum. diſt. V. & cauſa XXIII. qvæſtione IIX. Et canones qvidem ſic habent; ſed qvanto illi ſervati à Græcis qvam à Latinis diligentius, vide Annam Comnenam.

†††

Specialis lex) v. g. eos, qvi ſtatus controverſiam patiuntur, *l. 8. ff. de re milit.* item Colonos & Saltuenſes, *l. 3. C. qvi militare. l. 4. C. de mancip. & colon.*

Romæ ſervos) Vid. *l. 11. de re mil. ff.* ubi ſervi, inter numeros deprehenſi, capite plectebantur, qvamvis limitationes qvædam proſtent in *l. 6. & 7. Cod. qvi militare poſſ.* Plurimum enim refert (1) an ſervus ſua ſponte militiam appetat, an verò ad militiam electus fuerit ab inqviſitore (2) an ex malitiâ ſe liberum fingens caſtra ſeqvatur, an verò autoritate Principis & populi. Sic Romani interdum bello Punico & bellis civilibus, urgente neceſſitate, ſervos militiæ adſcripſerunt; eosdem qvoqve M. Antonius Imperator ad militiam paravit & voluntarios exemplo Volonum appellari juſſit, *Ant. Perez. in Cod. h. t. n. 8. Ayal. l. 3. c. 15. n. 4. p. 378.* (3) an militet ut ſervus, an vero ut liber factus, propter ſcientiam domini & taciturnitatem per 30. dies.

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER SECUNDUS.
CAPUT I.
De belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum.

I. Cauſæ belli juſtificæ qvæ dicantur:
II. Eas oriri ex defenſione, exactione ejus qvod noſtrum eſt, aut nobis debetur, aut ex pœna.
III. Pro vita defendenda bellum eſſe licitum:
IV. Contrà aggreſſorem ſolum:
V. In periculo præſente, & certo, non opinabili:
VI. Item pro integritate membrorum:
VII. Maximè pro pudicitia.
IIX. Licite omitti defenſionem.
IX. Defenſionem illicitam eſſe interdum adverſus perſonam publicè valde utilem, ob legem dilectionis.
X. Interfectionem Chriſtianis non eſſe licitam ad arcendam alapam, aut contumeliam ſimilem, aut ne fugiatur.
XI. Pro rebus defendendis interfectionem non eſſe illicitam jure naturæ:
XII. Qvatenus ea permiſſa ſit lege Moſis:
XIII. An & qvatenus Evangelica lege permiſſa ſit.

XIV. An lex civilis, interfici aliqvem defensionis causa permittens, jus det, an solam impunitatem, cum distinctione explicatur.

XV. Qvando licita esse possit singularis dimicatio.

XVI. De defensione in bello publico:

XVI. Eam non licitam ad imminuendam duntaxat potentiam vicini:

XIIX Nec in eo qvi justam bello causam dedit.

I. 1.

VEniamus ad causas bellorum, justificas intelligo: nam sunt & aliæ, qvæ movent sub ratione utilis, distinctæ interdum ab iis, qvæ movent sub ratione justi: qvas inter se, & à * belli principiis, qvale erat cervus in bello Turni & Æneæ, accurate distingvit Polybius. At qvanqvam manifestum & harum rerum discrimen, voces tamen confundi solent. Nam qvas causas dicimus justificas, etiam † principia dixit Livius in Rhodiorum oratione: *Certe qvidem * vos estis Romani, qvi ideo felicia esse bella vestra, qvia justa sunt, præ vobis fertis, nec tam exitu eorum, qvod vincatis, qvam principiis, qvod non sine causa suscipiatis, gloriamini.* Eodemqve sensu ἀρχὰς πολέμων dixit Ælianus libro XII, capite 53. & Diodorus Siculus libro XIV. de bello agens Lacedæmoniorum in Eleos easdem vocat * προφάσεις & ἀρχάς.

III. Hist. (Conf. Lib II. c. 22. §. 1. n. 1.)

† §. 2. h. c. n. 2. Lib. XLV.

***

Belli principiis) Exordia pugnæ dixit Virgilius.

Vos estis Romani) Certe vix ulla gens tam diu constans mansit in spectandis belli causis. Polybius apud Suidam voce ἐμβαίνειν: οἱ γὰρ ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιοῦντο μηδέποτε πρότεροι τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβάλλειν εἰς τοὺς πολεμίους. *Romani summopere id curarunt, ne ipsi finitimis inferrent violentas manus. Sed ut semper crederentur in hostem ire ad arcendas injurias.* ostendit id Dion egregia comparatione Romanorum cum Philippo Macedone & Antiocho in excerptis Peiresianis. Ejusdem est illud in excerptis legationum: διὰ τοὺς παλαιοὺς οὐδὲν οὕτω σπουδάζειν, ὥς τε δικαίους ἐφίστασθαι πολέμους Rursum in excerptis Peiresianis: σφόδρα οἱ ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται δικαίους ἐνίστασθαι τοὺς πολέμους, καὶ μηδὲν εἰκῇ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι. *Valde id student Romani justa ut bella suscipiant, nihilq; tale decernant sine causa ac temere.*

προφάσεις, δικαιώματα dixit Procopius Gotthicorum III. Adde qvæ infra hoc libro capitis XXII. initio.

†††

Vos estis Romani) Acriter invehitur in Romanos eorundemqve bellorum injustitiam *Arth. Duch. de usu & autor. J. Civ. Roman. in dominiis Principum Christianorum l. 1. c. 1.* cum qvo consentit *Christoph. Forstn. in not. pol. ad Tac. l. 3. p. m. 256.* Jam si de Romanis, inqviens, ferenda sententia est, nihil apertius est, qvam, si justitiam illi curassent, etiam ubi illa autoritate carebat, lupercal mansuram illam, qvæ tantoperè celebrata est, æternam urbem. C. Cæsar apud Dionem Cassium *l. 38. hist.* testatur, Romanos in eam magni-

magnitudinem, qva illa tempestate erat, ædificasse urbem suam, fortunas suas tanqvam alienas periculis objectando, alienas tanqvam suas usurpando. *Et M. Tullius de Rep. 3.* gloriatur, populum Romanum sociis defendendis ad summum potentiæ cacumen enisum, qvibus interdum magis commodi sui causa qvàm fœderis, auxilia ferebant, eaqve lentè & tardè, ut aut sua suaqve dederent, (qvod Campani bello Samnitico coacti, fecerunt) aut, si potentes essent, cladibus attererentur. Socios promtè recipiebant eos, qvorum situs ad res novas & motus opportunus erat: & qvosdam non tam ob supplicum preces, qvàm qvod occasio offerebatur lacessendi & invadendi alios, in qvos causæ belli qværebantur, qvorumqve nullæ alias in se injuriæ extarent. Postqvam armis sociorum suam auxere potentiam, tandem ipsos socios, qvi tum demum serò nimis servitutem, in qvam lapsi erant, animadverterunt, non ut fœdere junctos, sed ut dedititios tractare cœperunt. Plura pro & contra *vid. Proleg. §. 26 l. 1. c. 3. §. 5. n. 4. l. 2. c. 22. §. 5. n. 2. & §. 6. c. 25. §. 5. l. 3. c. 3. §. 10.*

2. Hæ justificæ causæ proprie nostri sunt argumenti, ad qvas illud pertinet Coriolani apud Halicarnassensem; πρῶτον ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν, ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν πορίσητε τοῦ πολέμου πρόφασιν. *Id primum vobis curandum arbitror, ut piam & justam accipiatis belli causam.* Et hoc Demosthenis: ὥσπερ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ πράξεων τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς * ὑποθέσεις ἀληθεῖς, καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. *Sicut in domibus, & navigiis, rebusq; similibus, qvæ substernuntur, firmissima esse oportet; ita in actionibus causas ac fundamenta oportet justo ac vero congruere.* Nec minus hoc Dionis Cassii: δεῖ δὲ τοῦ δικαίου πᾶσαν ἡμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι. μετὰ μὲν γὰρ τούτου καὶ ἡ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὐελπίς ἐστιν. ἄνευ δὲ ἐκείνου βέβαιον οὐδὲν κἂν παραυτίκα τις κατορθώσῃ τι ἔχει. *Maxima nobis justitiæ habenda est ratio: qvæ si adsit, vis bellica spem bonam præbet: sin absit, nihil qvis certi habet, etiamsi prima ex sententia succedant.* Et illud Ciceronis: *illa bella injusta sunt, qvæ sunt sine causa suscepta.* qvi & alibi Crassũ reprehendit, qvod Euphratem transire voluisset * nulla belli causa.

Lib. IIX. Olynth. II. Lib. XII. De repub. lib. III.

***

ὑποθέσεις) Sic & ὑπόθεσιν belli dixit Julianus secundo de Laudibus Constantii.

Nulla belli causa) Appianus eidem Crasso à Tribunis denuntiatum dicit μὴ πολεμεῖν τοῖς Παρθυαίοις μηδὲν ἀδικοῦσι: *ne bellum Parthis inferret nulla injuria cognitis:* Plutarchus de eodem: καὶ συνίσταντο πολλοὶ χαλεπαίνοντες εἴτις ἀνθρώποις οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλ' ἐνσπόνδοις πολεμήσων ἄπεισι. *Coibant multi, indignantes, esse aliqvem, qvi bellatum iret in homines non modo nullius injuriæ compertos, sed & pace defensos.*

3. Qvod non minus de bellis publicis qvam privatis verum est. Hinc illa Senecæ qverela: *Homicidia compescimus & singulas cædes? qvid bella & occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit. Ex Senatus consultis plebisq; scitis scelera exercentur, & * publice jubentur vetita privatim.* Habent qvidem bella publica auctoritate suscepta aliqvos effectus juris, ut

Ep. XCVI.

ut & sententiæ: de qvibus agendum infra erit: Sed non eo magis peccato vacant, ni † causa subsit; ut merito Alexander, si sine causa in Persas & alias gentes bellum arripuit, Scythis apud Curtium, sed & Senecæ latro, Lucano prædo appelletur, Indorum qvoqve sapientibus ἀτάσθαλος, & à pirata, qvondam tractus sit in criminis societatem: qvomodo & ab ejus patre Philippo duos Thraciæ reges regno spoliatos Justinus narrat, fraude latronis ac scelere. Augustini illud huc pertinet: *Remota justitia qvid sunt regna nisi magna latrocinia.* Convenit talibus Lactantii illud, *inanis gloriæ specie capti, sceleribus suis nomen virtutmis iponunt.*

† §. 2. n. 3. h. c.

Arr. l. VII.

***

Publice jubentur vetita privatim) Idem Seneca de ira II. cap. VIII. *Pro gloria habita, qvæ, qvamdiu opprimi possunt, scelera sunt.* Adde qvæ infra ex Seneca & Cypriano libro III. c. IV. §. V. circa finem.

Senecæ latro) locus est de Benef. I. cap. XIII. Non male Justinus Martyr apologetico II. τοσοῦτον δὲ δύνανται ἄρχοντες πρὸς τὴν ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. *Tantum possunt Principes, qvi opiniones vero præferunt, qvantum in solitudine latrones.* Philo: οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, σεμνοῖς ὀνόμασιν ἀρχῆς ἐπικρύπτοντες λῃστείαν ἀληθέστερον *Qvi magna furta committunt, qvi honesto principatus nomine obumbrant ea, qvæ reipsa nihil nisi latrocinia sunt.*

4. Causa justa belli suscipiendi nulla esse alia potest, nisi injuria. *Iniqvitas partis adversæ justa bella ingerit*, inqvit idem Augustinus, ubi iniqvitatem dixit pro injuria, qvasi ἀδικίαν dixisset, cum vellet dicere ἀδίκημα. Sic in Romano Feciali carmine: *Ego vos testor, populum illum injustum esse, neq; jus persolvere.* †

De Civ. Dei l. IV. c. 4. L. I. de falsa relig. De Civ. IV Sylvest. de bell. c. I. n. 2.

† L. III. c. III. §. 7. n. 2.

II. 1. Ac plane qvot actionum forensium sunt fontes, totidem sunt belli: nam ubi judicia deficiunt, incipit bellum. Dantur autem actiones aut ob injuriam non (a) factam, aut ob factam. Ob non factam, ut qva petitur cautio de non offendendo, item damni infecti, & interdicta alia, ne vis fiat. Factam, aut ut reparetur, aut ut puniatur: qvos duos obligationum fontes * recte distingvit Plato nono de legibus. Qvod reparandum venit, aut spectat id, qvod nostrum est vel fuit. unde vindicationes & conditiones qvædam; aut id qvod nobis debetur sive ex pactione, sive ex maleficio; sive ex lege, qvo referenda qvæ ex qvasi contractu & qvasi maleficio dicuntur; ex qvibus capitibus nascuntur conditiones ceteræ. Factum ut puniendum parit accusationem & judicia publica.

(a) c. IIX. §. X. n. 2. L. III. c. XX. §. 34.

***

Recte distingvit Plato) Et ante eum Homerus, nam cum mulctam persolvere Proci Penelopes voluissent, ait Ulysses:

οὐκ

οὐκ εἴ μοι πατρῴια πάντ' ἀποδοῖτε,
ὅσσα τε νῦν ὔμμ' ἐστὶ καὶ εἴ ποθεν ἀλλ' ἐπιθεῖτε,
οὐδὲ μὲν ὡς ἔτι χεῖρας ἐμὰς λήξαιμι φόνοιο,
πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτῖσαι.

patrias non si mihi raptas
Restituatis opes, addatisqve altera plura,
Abstineam fœdare manus in sangvine vestro,
Cuncta prius qvam vestra proci delicta luatis.

Cassiodorus lib. V. epist. XXXV. *Ut qvi vindictam remisimus, damna minime sentiamus.* Adde qvæ infra hoc libro initiis capitum XVI. & XX.

†††

Ob injuriam non factam) Qværitur hic, utrum judicia communi dividundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum sub hac divisione contineantur, an vero tertiam speciem, ab hisce distinctam constituant? sane si in his rem saltem communem spectemus, qvæ ab uno eorum, qvi in communione sunt, non petitur tanqvam turbata; sed saltem, qvia communio displicet, penitus hùc non spectant, cùm nulla adhuc inter partes injuria intercesserit. Qvod si verò intendantur propter dolosas partium machinas, forte qvod unus solus omnem utilitatem & fructus ex re communi perceperit, ad injuriam factam omninò pertinent, exemplum esto in *l. 4. §. 4. fin. regund. §. 3. & 4. Inst. de oblig. qvæ ex qvasi Contract.*

Ob injuriam factam) Qvatenus vel simpliciter consideratur & propriam actionem producit; vel qvalificatè, qvatenus cum aliqvo delicto concurrit, ex qvo proximus læditur.

Cautio de non offendendo) Hoc exemplum injuriam qvidem in se continet, qvæ minas respicit, sed non eandem, qvam tamen Grotius intendit & minas inseqvi solet; & probabiliter futura metuitur, qvam rectè, anteqvam in actum deducatur, non factam dicit.

Damni infecti) Hic injuriæ metus sæpius latet in re ruinosa, qvia non respicit animum ejus, qvi eandem corrigere posset; interim, anteqvam actualiter nocet, non facta dicitur.

Ne vis fiat) Duo hoc interdictum intendit (1) purgationem vis illatæ (2) prohibitionem rei novæ inferendæ: ad posterius primariò respicit Grotius.

2. Pleriqve bellorum tres statuunt causas justas, defensionem, recuperationem rerum, & punitionem: qvæ tria in Camilli ad Gallos denunciatione invenias: † *Omnia, qvæ defendi, repetiqve, & ulcisci fas sit:* in qva enumeratione nisi vox recuperandi sumatur laxius, omissa est persecutio ejus qvod nobis debetur; qvam non omisit Plato, cum dixit bella geri non modo, si qvis vi opprimatur, aut expiletur, verum etiam si deceptus fuerit. Qvicum illud Senecæ convenit: *Æqvissima vox est, & jus gentium præ se ferens: Redde, qvod debes.* Et in Fecialium formula erat: *Qvas nec dederunt, nec solverunt, nec fecerunt, qvas res dari, fieri, solvi oportuit.* †† & apud Sallustium in historiis: *Jure gentium res repeto.* Augustinus cum dixit: * *Justa bella definiri solent, qvæ ulciscuntur injurias:* vocem ulciscendi generalius sumpsit pro eo, qvod est demere: qvod & seqventia ostendunt, in qvibus non est enumeratio partium,

Bal. ad l. 2. C. de Servit. & aqva. n. 71. Wilh. Math. de Bello justo & licito.

† Liv. l. V. Alcib. Lib. III. de Benef. c. 14. Liv. l. I. Lib. VI. q. 10. Josuæ.

†† L. III. c. 3. §. 7. n. 2.

tium, sed exemplorum additio: *Sic gens & civitas petenda est, qvæ vel vindicare neglexerit, qvod à suis improbe factum est, vel reddere, qvod per injurias ablatum est.*

***

Justa bella definiri solent) Servius ad IX. Æneidos de Romanis: *Cum volebant bellum indicere, Pater patratus, hic est Princeps Fecialium, proficiscebatur ad hostium fines, & præfatus qvædam solemnia, clara voce dicebat, se bellum indicere propter certas causas: aut qvia socios læserant, aut qvia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent.*

Liv.lib.V. 3. Hanc naturalem notitiam secutus Indorum rex, narrante Diodoro, Semiramidem accusabat, ὅτι προκατάρχεται τοῦ πολέμου μηδὲν ἀδικηθεῖσα: *qvod bellum inchoaret nulla accepta injuria.* Sic & Romani cum Senonibus postulant, ne, à qvibus nullam injuriam accepissent, eos oppugnarent. Aristoteles Apodicticon II, cap. II πολεμοῦσι γὰρ τοῖς πρότερον ἀδικήσασι: *Bellum sumi solet in eos, qvi priores injuriam fecerunt.* De Abiis Scythis [a] Curtius: *Justissimos barbarorum constabat, armis* †† *abstinebant* * *nisi lacessiti,* Prima igitur causa justi belli est injuria nondum facta, qvæ petit aut corpus, aut rem. †

[a] Lib.VII.c.6. §. 11.
†† §.1 h.c.n.1.
† L.I.c.2.§.III

***

Nisi lacessiti) Plutarchus Nicia: καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα πάντων κρατεῖν ἀμυνόμενον. καὶ προεπιχειρούμενον. *Herculem etiam cuncta subegisse, dum lacessitus se defendit.* Josephus XVII. Antiqvæ Historiæ: οἱ παρελθόντες καὶ μὴ πρὸς διανοουμένους ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἱ δέ εἰσιν οἱ βιαζόμενοι καὶ μὴ θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ' ὅπλα χωρεῖν. *Qvi in id veniunt, ut in nihil hostile cogitantes violentas inferant manus, hi sunt, qvi invitos cogunt ad arma semet tutatura confugere.*

III. Si corpus impetatur vi præsente cum periculo vitæ non aliter vitabili, [b] tunc bellum esse licitum etiam cum interfectione periculum inferentis ante diximus, † cum ex hac specie, ut maxime probata, ostendimus bellum aliqvot privatum justum esse posse. Notandum est jus hoc defensionis per se ac primario nasci ex eo, qvod natura qvemqve sibi commendat, †† non ex injustitia aut peccato alterius, unde periculum est. [c] Qvare etiam si ille peccato careat, ††† puta, qvod bona fide militet, aut alium me putet, qvam sim, aut qvod insania aut in somniis agitetur, ut evenisse qvibusdam legimus, non eo tolletur jus se tuendi, cũ sufficiat, qvod egonon teneor, id qvod ille intentat pati non magis, qvam si bestia aliena periculum intentaret.

[b] Sylv. in verbo Bellũ. part. I.n.3.& p. 2.
[c] Bart. ad L. 3. Ut vim. D. de Just.& Jur. Bal. in rep. L. 1. C. Unde vi. nann.2.2.q.10. art.10. dub. ult. Soto l. IV. disput.5. art. 10. Valent.2.2. disp.5.q.10.p.7
† L.1.c.2. §. 1. & 2.c.3.§.3. n. 3.
†† L.2. c. 17. §.2.n.1.
††† L. III. c.1.§.2. n. 1. L.1I.3. D.de Injur.

†††

In somniis agitetur) *Jung. Dian. Tom. 8. Tract. 5. Resolut. 47. p. 113. Bæcler. de Bell. & Duell. c.16. n. 16.* Hi tamen non semper peccato carent, præsertim, si culpa necem antecedet, tam ex scientia, qvam ex ira dormientis proveniens: utpote cum occidens pravam suam consvetudinem, qvod de lecto in somno se surgere obviumq; invadere, probè cognoverit, nec tamẽ removendis armis, vel de se ligando ac vinciendo, qvo minꝰ surgat, curave-

raverit, *Bartol. l. 9. ff. ad l. Pompej. de parrit. Paul. Zach. in Qvæst. Med. legal. l. 2. t. 9. q. 12. n. 14. & seqq.* Idem dicendum de eo, qvi, sciens se in ebrietate peccare & proximo damnum inferre, nihilominus ab hâc non abstinet aut alias se custodiri facit, *Carpzov. Prax. Crim. p. 3. q. 146. num. 58. seqq. add. cum Damhoud. & Clar. Ludovell. Ex. 18. th. 5. lit. d. Dn. Strauch. D. 29. th. 7.* Alias posito, qvod ejuscemodi personæ absolutè ignoranter agant, adeoqve vitio offensionis careant, rectissimè tamen cum Grotio contra eas asserimus jus hoc tuendi; qvia illud metiri debemus non ex vitio, sed potius ex natura offensionis. Nam hoc pacto à nobis non tam injuriam, qvam illatam vim propellimus, *Petr. Theodor. Judic. Crimin. c. 11. aphor. 1. n. 6. lit. F. Obrecht. de necess defens. c. 6. & seqq. Bartol. l. 3. ff. de Just. & Jur. n. 5. & seq.* Interim hæc dicta notabiliter limitamus cum *Berlich. P. 4. concl. 12. n. 33.* qvod tum demum procedant, si insultatus, cum poterat, non aufugerit, qvoniam tunc dormientem noctambulonem, furiosum, mente captum & similes se invadentes occidendo extraordinariè puniendus venit.

IV. 1. An & innocentes, qvi interpositi defensionem aut fugam, sine qva evadi mors non potest, impediunt, transfodi aut obteri possint, disputatur. *d* Sunt, qvi licere id putant, etiam Theologi. Et certe naturam solam si respicimus, multò apud eam minor est societatis respectus qvam propriæ salutis cura. At lex dilectionis, præsertim Evangelica, qvæ alterum nobis æqvat, plane id non permittit.

d Card. q. 33. lib. I. Petr. Navarr. L. II. c. 3. n. 147. Cajet. 2. 2. art. 6. 7. q. 2.

2. Bene autem dictum est à *e* Thoma, si recte accipiatur, in vera defensione hominem non occidi ex intentione: non qvod non interdum, si alia salutis non snppetat ratio, non liceat destinato id facere, unde mors aggressoris sit secutura, sed qvod hic mors illa non eligatur, ut qviddam primario intentum, sicut in punitione judiciali, sed ut unicum qvod eo tempore suppetit, cum is qvi impetitus jam est, etiam illo tempore malle debeat tale aliqvid facere, qvo alter absterreatur aut debilitetur, qvam qvo intereat.

e 2. 2. q. 64. art. 1. Less. de J. & J. L. 2. c. 9. dub. 9. n. 47.

†††

Destinato) Consentiunt *Ludov. Molin. T. 4. Tr. 3. disp. XI. n. 4. p. m. 563. Less. de J. & J. L. 2. c. 9. dub. 8. pag. 76.* qvi itidem statuit, posse aggressum intendere mortem aggressoris petendo ictu cor aut jugulum illius, animo eum prosternendi ac necandi, qvando videt ita sibi esse necessarium ad tutò evadendum manus illius. Qvando enim, inqvit ille, aggressor vivit, & periculum est, ne nos interficiat, mors ipsa adgressoris medium est necessarium ad tuendam ac defendendam ab illo nostram vitam: percussioq; qva nos defendendo, illum interficimus, non esset medium ad id sufficiens, neq; proinde esset sufficiens defensio, nisi esset interfectio adgressoris: qvare in eo eventu eum ictum eligimus, eumque ictum necesse est nobis eligere ad finem, qvi mortem efficiat, & ut illam efficiat, qvia aliter non possumus tutò evadere mortem injustam, qvam ex aggressione timemus: ergò licitum nobis tunc est, & mortem illius intendere ad finem conservationis ac defensionis vitæ nostræ, & eligere, ad eam efficiendam medium, seu actum, qvi illam efficiat, & ut illam efficiat, ut tandem finem præcipuum conservationis vitæ nostræ ea via obtineamus.

V. 1. * Periculum præsens hic reqviritur, & qvasi in puncto. Fateor qvidem, si insultator arma arripiat, & qvidem ita, ut appareat eum id facere occidendi animo, occupari posse facinus, nam in moralibus, ut & in naturalibus punctum non invenitur sine aliqva latitudine: sed multum falluntur

L. I. c. II. § 1. n. 3. L. II. c. XI. §. XIV. n. 1. c. XXIII. §. 1. L. III. c. 1. §. 2. n. 1

& fallunt, qvi metum qvalemcunqve ad jus occupandæ interfectionis admittunt. Vere enim dictum est à Cicerone, primo de officiis, plurimas injurias à metu proficisci, cum is, qvi nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliqvo afficiatur incommodo. Clearchus apud Xenophontem; καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας, οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. *Multos ego novi, qvi calumnia adducti aut suspicione, dum metuunt alios, & prævenire malunt, qvam perpeti,* † *atrocissimis malis eos affecerunt, qvi nihil tale facturi fuerant, ac ne cogitaverant qvidem.* Cato in oratione pro Rhodiensibus: *qvod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus?* Insignis est illa apud Gellium † sententia: *Gladiatori composito ad pugnandum pugnæ hæc proposita sors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere, si cessaverit. Hominum autem vita non tam iniqvis, neqve tam indomitis necessitatibus circumscripta est, ut idcirco prior injuriam facere debeas; qvam nisi feceris, pati possis.* Et apud Ciceronem alio loco non minus rectè: *Qvis hoc statuit unqvam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum jure potuerit occidere, à qvo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?* Locum hic habet illud Euripidis: †

† L. I. c. III. §. 4. n. 3.

† Lib. VII c. III

Cit. qvint. lib. V. de Refutatione.

cit. eod. Gell. ibid.

Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν ὡς σὺ φῂς κτείνειν πόσις,
Χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῇ.
Te si, ut ais, interficere vir voluit tuus,
Voluisse sat erat & tibi, ubi tempus foret.

Cui geminum est Thucydideum illud: τὸ μέλλον ἐν ἀφνεῖ ἔτι κεῖται καὶ σὺν ἄξιον ἐπαρθέντας αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν, ἤδη καὶ οὐ μελλοῦσαν κτήσασθαι. *Futurum in incerto adhuc est: nec qvemqvam oportet eo commotum inimicitias suscipere, non jam futuras, sed certas.* Idem Thucydides, qvo loco mala seditionum, qvæ Græcas civitates incesserant, diserte explicat, ponit & hoc in vitio: ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾷν ἐπῃνεῖτο. *Laudabatur, qvi malum facinus, qvod facturus erat alter, ipse occupasset.* Livius: * *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro se efficiunt, & injuriam à nobis repulsam, tanqvam aut facere aut pati necesse sit, injungimus aliis.* In tales non male convenit illud Vibii Crispi à Qvintiliano laudatum, *Qvis tibi sic timeri permisit?* Etiam Livia apud Dionem ait, infamiam eos non effugere, qvi facinus, qvod timent, occupant.

Lib. I.

Lib. III.

Lib. III.

Lib. I.

***

periculum præsens) Hujus distinctionis usum egregium vide apud Agathiam IV. Apud Thucydidem octavo Phrynichus: ὅτι ἀνεπίφθονον οἱ ἤδη εἴη περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι. *Cariturum invidia si ipse jam in vita*

per

per ipsos adductus periculum & hoc & aliud qvidvis aggrediatur potius, qvam ab hominibus inimicissimis perdi se sinat.

Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro se efficiunt) Ut Cæsar, qvi cum rempublicam occuparet, dicebat adversariorum motu se eo adductum. Locus est egregius apud Appianum Civilium II.

†††

Occupari posse facinus) Adde, *l. 1. princ. ad l. Aqvil. ff. l. 3. ad l. Cornel. de Sicar. ff. l. 1. Cod. qvando licet unic. fin. l. 3. §. 5. de vi & vi arm. Constit. Crim. Carol. V. art. 140. §. fin.* Ceterum an & qvomodo probetur, insultatum periculum aliter evadere non potuisse, videri potest ap. *Farinac. Pr. Crim. P. 4. Tit. de Homic. 14. qv. 125.*

2. Qvod si qvis vim non jam præsentem intentet, sed conjurasse aut insidiari compertus sit, si venenum struere, si falsam accusationem, falsum testimonium, iniqvum judicium moliri, hunc nego jure posse interfici; si aut aliter evadi periculum potest: aut non certum satis est aliter evadi non posse: Plerumqve enim interposita temporis mora ad multa remedia, ad multos etiam casus patet: ut dici solet inter os & offam, qvanqvam non desunt & Theologi & jurisconsulti, qvi indulgentiam suam longius extendant. Sed & altera, qvæ melior tutiorqve sententia est, suis non caret auctoribus. †† §. XVI. h. c.

†††

Nego jure posse interfici) Qvia hic non cessat, uti in præcedenti casu officium Judicis, per qvod à minitante vel cautionē de non offendendo impetrare, vel etiam, si ipse vim intētans futuram levioris sit conditionis, & vitæ, eum ut custodiæ mancipet, efficere valet periculum timens.

VI. Qvid dicemus de periculo mutilationis membri? Sane cum damnum membri, præsertim è præcipuis, valde sit grave, & vitæ qvasi æqviparabile: adde qvod vix sciri qveat, an non periculum mortis post se trahat, si aliter vitari neqveat, putem intentantem periculum occidi recte posse.

VII. Pro pudicitia † qvin idem liceat controversiam vix habet, cum non tantum communis æstimatio, sed & lex divina * pudicitiam vitæ adæqvet. Itaqve Paulus Jurisconsultus (*a*) dixit pudorem tali facinore recte defendi. Exemplum habemus in Tribuno Marii à milite occiso * apud Ciceronem & Qvintilianum: sed & à fœminis occisorum in historiis extant. Chariclea apud Heliodorum talem interfectionem vocat ἀμύνης νόμον τῆς εἰς σωφροσύνην ὕβρεως, *justam defensionem ad arcendum injuriam in castitatem.*

* * *

Pudicitiam vitæ adæqvet) Seneca de beneficiis primo, capite undecimo: *Proxima ab his sunt, sine qvibus possumus qvidem vivere, sed ut mors potior sit, tanqvam libertas, & pudicitia & mens bona.* Paulus sententiarum V. *tit.* XXIII. *qvi latronem cædem sibi inferentem, vel alium qvemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.* Augustinus libro I. de libero arbitrio: *Lex dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut fœmi-*

†† Bann. q. 64. art. 7. dub. 4. Baldus in l. multis 17. C. de Lib. caus. & in l. 1. C. Unde vi. † Less. lib. II. c. 9. dub. 12. n. 76. Soto, lib. V. q. 1. artic. 8. Cardin. in Clement. Si furiosus. de Homicid. Covarr. ibid. p. 3. §. 1. n. 2. Sylv. in verb. Homicidium. 3. q. 4. Lib. 4. rec. sent. tit. 3. Soto d. 1. q. Syl. in verb. bellum. p. 2. 11. 5. (*a*) L. 8. §. 2. Qvod met. caus.

fœminæ ut violenter sibi stupratorem irruentem, ante aut post illatum stuprum, si possit, interimat.

Apud Ciceronem) vide & Plutarchum Mario. Mars qvoqve Deorum judicio absolutus dicitur, interfecto, eo qvi filiæ ipsius stuprum inferebat. Testis Apollodorus bibliothecæ III. Adde insignem historiam apud Gregorium Turonensem libro nono.

†††

Pro pudicitia) *Vid. Selden. de J. N. & G. sect. disc. Hebr. l. 4. c. 3. Molin. Tom. 4. Tr. 3. Disp. 17. n. 10.* qvi tamen *n. 11.* subjicit, laudabilius aliqvam facere, si stuprum patiatur, qvam si occidat aggressorem. Disqviritur hic inter alia à Dd. de justitiâ Legum Romanarum, qvas legi divinæ & juri naturali non satis congruere arbitrantur, qvales sunt *l. 20. 21. 22. 23. 24 32. ff. ad L. Jul. de adult. Nov. 117. c. 15.* in qvibus permittebatur etiam privatâ autoritate adulterum vel adulteram occidere. Sed (1) constat, has leges civiles homicidium illud non præcipere vel svadere, sed condonare magis justo dolori patris atqve mariti, qvi non facile supprimitur, adeoqve pœnam graviorem remittere, *Perez. in Cod. ad L. Jul. de adult. n. 23.* Hinc non volunt, ut homicidium destinatò & promiscuè à patre & mariro perpetretur, sed ut perpetratum, tanqvam ex justissimo motu appetitus irascibilis proveniens, non puniatur, qvo etiam inclinat *Jul. Clar. l. 5. sent. §. homicid. n. 50. & seqq. p. m. 54.* qvi hanc Juris civilis permissionem non esse contra conscientiam ait. Interim nihilominus verum permanet, eum, qvi, cum poterat parcere personis adulterantibus, & affectus suos domare, hoc non facit, peccare in conscientiâ, imò extra ordinem puniri posse; præsertim si non statim, sed post aliqvot temporis intervallum hoc peregerit: qvo modo explicandus videtur *Carpz. p. 1. decis. 95. num. 8.* Qvandoqvidem ea expedit privatus, qvæ ad vindictam soli magistratui competentem pertinent. Toleranda qvoqve (2) esset responsio, petitâ à distinctione, Grotio ejusqve Interpretibus neqvicqvam incognitâ, inter vindictam privatam purè talem, & qvæ publica dici poterit per consequentiam: hinc si ex permissu magistratus, respectivè pater & maritus filiam & uxorem in turpitudine deprehensas occidunt, id non faciunt ex privatâ vindictâ purè tali, sed publicâ potius per consequentiam, concessâ à magistratu & lege. Constat ex his, an allegatæ leges affectibus humanis propriè velificentur, ut alii contendunt, *add. c. 20. §. 15. & 17. & not. ad Gul. Grot. de Princip. Jur. Natur. cap. 12. §. 2. p. 207.*

Paulus JCtus) Cum qvo consentit *Petr. Theodorit. Colleg. Crimin. c. XI. aph. 3. n. 1. pag. 1460. add. Marcian. ad l. 1. §. 4. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

Apud Gregor. Turonensem.) *l. 9. n. 27. p. 427.* Amalo, inqvit ille, Dux dum conjugem in aliam villam, pro exercenda utilitate dirigit, in amorem puellulæ ingenuæ ruit. Et facta nocte crapulatus à vino misit pueros, ut detrahentes puellulam, eam thoro ejus adscirent. Illa qvoqve repugnante & violenter in ejus mansionem deducta, dum eam alapis cædunt, sangvinis unda ex narium meatibus defluente profunditur. Unde factum est, ut ipse qvoqve stratus ducis ante dicti hoc rivo cruentaretur, qvam & ipse pugnis, colaphis, aliisqve ictibus verberatam in ulnam suscepit & statim oppressus somno dormire cœpit. At illa extensâ manu trans caput viri gladium reperit: qvo evaginato, caput Ducis velut Judith Holofernis, ictu virili libravit. Illo qvoqve voces emittente, concurrunt famuli. Qvam cum interficere vellent, exclamavit ille, dicens: Ne faciatis qvæso: ego enim peccavi, qvi vim castitati inferre conatus sum. Nam hæc, qvæ pudicitiam statuit conservare, omninò non pereat. Hæc dicens spiritum exhalavit.

† §. 3. h. c. L. I. c. III. §. 3. n. 2. L. II. c. XXIV. §. 1. n. 1. & §. 2. n. 3. c. XXV. §. 3. & 7. n. 2.

IIX. Qvod autem diximus supra, † qvanqvam occidere parantem occidere licet, laudabilius tamen eum facere, qvi occidi, qvam occidere malit, id

id nonnulli ita concedunt, ut excipiant perſonam multis utilem: Sed mihi hanc patientiæ contrariam legem omnibus illis imponere, qvos vivere aliorum intereſt, parum tutum videtur. Itaqve reſtringendum id arbitror ad eos, qvorum officium eſt ab aliis vim arcere, qvales ſunt ſocii itineris ea lege contracti, & rectores publici, qvibus illud Lucani aptari poteſt:

**Cum tot ab hac anima populorum vita ſaluſq́*
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,
Sevitia eſt voluiſſe mori.

***

Cùm tot ab hac anima) Curtius lib. X. *Sed cum tam avide manifeſtis periculis offeras corpus, oblitus, tot civium animas trahere te in caſum.*

IX. 1. Contra vero evenire poteſt, ut qvia invaſoris vita multis ſit utilis, † occidi is ſine peccato neqveat: nec id tantum ex vi legis divinæ, ſive veteris ſive novæ, de qvibus egimus ſupra, †† cum Regis perſonam ſanctam eſſe oſtendimus, ſed ipſo etiam naturæ jure. Nam jus naturæ, qvatenus legem ſignificat, non ea tantum reſpicit, qvæ dictat juſtitia, qvam expletricem diximus ſed aliarum qvoqve virtutum, ut temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ actus in ſe continet, ut in certis circumſtantiis non honeſtos tantum ſed & debitos. Ad id vero, qvod diximus caritas nos obſtringit.

† c. XXIV. n. 3. §. 2. L. II.

†† L. I. c. III. §. 8. & c. IV. §. 3. & 4. Soto d. loc.

2. Nec ab hac ſententia dimovet me Vasqvius, cum ait principem, qvi innocentem inſultet, deſinere principem eſſe ipſo facto: qvo vix qvicqvam potuit dici aut minus vere aut magis periculoſe. Nam ſicut dominia ita & imperia non amittuntur delinqvendo, niſi lex id ſtatuat. Qvæ autem hoc de imperiis ſtatueret lex, ut delicto in privatum amitterentur, nusqvam reperta eſt, nec repertum iri credo: ſummam enim rerum confuſionem induceret. Qvod autem Vasqvius & huic & aliis multis illationibus fundamentum ponit, imperia omnia parentium non imperantium utilitatem ſpectare, id etiamſi verum univerſim eſſet, ad rem non faceret. non enim ſtatim res deficit, cujus utilitas aliqva in parte deficit. Qvod vero addit, reipublicæ incolumitatem à ſingulis propter ſe deſiderari, atqve ideo debere qvemqve etiam toti reipublicæ ſuam ſalutem anteponere, non ſatis cohæret. Nam noſtri qvidem cauſa rempublicam ſalvam eſſe volumus, ſed non tantum noſtri, verum & aliorum.

Lib I. Contr. Illuſtr. 18. n. 10 L. I. c. III. §. IIX. n. 14. c. IV. §. 7. n. 7.

3. Falſa enim & à ſanioribus philoſophis rejecta eſt opinio * exiſtimantium amicitiam ex ſola indigentia natam, cum ſponte & natura noſtra ad eam feramur. Ut vero meo unius bono multorum admodum bonum præferam caritas monet ſæpe, imperat interdum. Huc illud Senecæ pertinet: * *Principes regesqve, & qvicunq́ alio nomine ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt, ſeqvitur, ut is qvoq́ carior ſit, in qvem ſe reſpublica convertit.* Ambroſius:

Prolegom. §. 6. ſeqq.

Lib. I. de Clemen. c. 4.

De Officiis III. c. 3.

brosius: *Sibi cum quisq; arbitretur gratius excidia patriæ depulisse, quam propria pericula.* Is qvem dixi Seneca: *Callistratus & Rutilius, hic Athenis, ille Romæ, reddi sibi penates suos noluerunt clade communi: quia satius erat duos unico malo affici, qvam omnes publico.*

Lib. VI. de Benef. c. 37.

***

Existimantium amicitiam ex sola indigentia natam) Refutat pernitiosam hanc opinionem Seneca libr. I. de Beneficiis capite I. & libro IV. c. XVI.

Principes regesqve) Plutarchus Pelopidæ initio: Ἀρετῆς πρῶτον ἔργον σώζειν ἢ ἄπτυστα ἄλλα σώζοντα. *primum virtutis opus servare servantem cetera.* Cassiodorus de Amicitia: *Si manus oculorum obsequio vibratum in aliud membrum senserit gladium imminentem, ipsa suum minime discrimen attendens, plus alii qvam sibi timens, gladium excipit.* Post: *Proinde qvi morte propria dominos suos à morte redimunt, recte qvidem hoc faciunt, si pctius salutem animæ suæ, qvam liberationem alieni corporis in causa constituunt. cum enim eis conscientia dictet, qvod fidem dominis suis debeant exhibere, videtur etiam consonum rationi, qvod suæ vitæ corporali vitam dominorum debeant anteferre.* Deinde rursus: *Dilectione itaqve, & maxime pro salute multorum, potest qvis salubriter morti suum corpus exponere.*

X. 1. Si cui periculum immineat accipiendæ alapæ, aut mali similis, huic qvoqve jus esse id arcendi, cum cæde inimici, sunt qvi putant. Ego, si mera justitia expletrix respiciatur, non dissentio. Qvanqvam enim inæqvalia sunt mors & alapa, tamen †† qvi injuria me parat afficere, is mihi eo ipso dat jus, hoc est,* facultatem qvandam moralem adversus se in infinitum, qvatenus aliter malum illud à me arcere neqveo. Caritas qvoqve per se non videtur nos hîc obstringere in gratiam nocentis. At lex Evangelica omnino tale factum illicitum reddidit: jubet enim Christus alapam † accipi potius qvam adversario noceatur; qvanto magis occidi eum vetat alapæ effugiendæ causa? Qvo exemplo monemur cavere à dicto Covarruviæ, non pati humanam cognitionem, juris naturalis non ignaram, qvicqvam naturali ratione permitti, qvod apud Deum, qvi ipsamet natura est, non sit idem permissum. Nam Deus, qvi ita auctor est naturæ, ut & supra naturam agat liberè, jus habet nobis leges præscribendi etiam de his rebus, qvæ natura sua liberæ indefinitæqve sunt: multoqve magis ut debeatur id, qvod natura honestum est, etsi non debitum.

†† §. XI. h.c.

Soto d. loco. Navarr. c. 15. n. 3. Sylvest. in verbo Homicidium 1. q. 5. Lud. Lopez. cap. 62. d. §. 1.

† L. I. c. 2. §. 8. n. 2.

***

Facultatem qvandam moralem) Apollodorus lib. II. de Lino agens: ἀφικόμενον δὲ εἰς Θήβας καὶ ἡδέως ἡμέρωσεν ὑπὸ ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανεν ὀργισθεὶς γὰρ αὐτὸν ὁ ληθεὶς ἀπέκτανε. δίκην δὲ ἐπιγόντων τινῶν αὐτῷ φονεύσας νόμον παραμένειν, ὃς ἂν ἀμυνόμενος τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι. *Ad Thebas cum venisset Linus, Thebanus factus esset, ibi interit ab Hercule percussus cithara. nam cum Linus ferussset Herculem, iratus Hercules* mor-

mortem ei intulit, reusq; à nonnullis factus patratæ cædis, legit in judicio legem Rhadamanthi, qva insons pronunciatur si quis nocuerit ei, qui vim prior intulerit.

†††

In infinitum) Ita qvidem, ut ei resistere possim, eumqve planè occidere, si ab intentione alapam mihi infligendi desistere noluerit. Est enim ejusmodi temerarius qvasi homicida suimet ipsius, dum destinatâ qvadam voluntate incurrit cuspidem meam, qvi intra terminos defensionis constituor, injuriamqve, qvam nemo ingenuorum a privato in corpore suo invitus sustinere adstrictus est, propello.

2. Mirum autem est, cum Dei voluntas in Evangelio tam diserte appareat, inveniri Theologos, & Christianos Theologos, qvi non modo cædem recte putent admitti ut alapa vitetur, sed & accepta alapa, si, qvi eam impegit, fugiat, ad honorem ut ajunt recuperandum: qvod mihi à ratione & pietate valde alienum videtur. Nam honor est opinio de excellentia. at qvi talem fert injuriam is patientem se excellenter ostendit: atqve ideo honorem auget magis qvam minuit. nec refert, si qvidam corrupto judicio virtutem hanc in probrum confictis nominibus traducant. perversa enim illa judicia nec rem, nec rei æstimationem immutant. Nec Christiani veteres hoc tantum viderunt, sed & philosophi, qvi dixerunt pusilli esse animi contumeliam ferre non posse, ut alibi ostendimus.

L. I. c. II. §. IIX. n. 3. & 7. c. III. §. 3. n. 5. Navarr. cap. 15. 4. Henr. de Irregul. c. 11. Vict. de Jure bell. n. 5.

†††

Ut alapa vitetur) Rationes pro & contra *Vid. ap. Dian. Oper. Moral. Tom. 8. Tr. 5. Resol. 6. Carpz. Prax. Crim. part. 1. qv. 30. n. 34. & seqq.* Non tamen omninò improbanda est opinio eorum, qvi statuunt, eum qvi alapam, qvam metuit, evitare studet, posse imò debere primariò intendere actum necessarium ad sui defensionem, ex qvo prævidet etiam secundario secuturam mortem adgressoris, cedere ante violationem detrectantis, non verò posse intendere interfectionem præcisè, tanqvam medium ad sui defensionem necessarium, idqve multò magis procedit, si alapam infligere intendens, homo fuerit robustus, contrà verò defensionem suscipiens parvus & imbecillis.

Opinio de excellentia) Hanc Grotii philosophiam vitæ civilis mores non ferre dicit *Dn. Samuel. Pufendorf. de Jure Nat. & Gent. l. 2. c. 5. §. 12.*

3. Hinc etiam liqvet, qvam non probandum sit qvod à plerisqve est traditum, defensionem cum interfectione esse licitam, jure scilicet divino (nam de solo naturæ jure, qvo minus ita sit, non disputo,) etiam si qvis fugere sine periculo possit, qvia fuga scilicet ignominiosa sit, in nobili præsertim homine, atqvi nulla hic ignominia est, (a) sed falsa qvædam ignominiæ opinio, aspernanda ab omnibus iis, qvi virtutem & sapientiam sectantur. qva in re gaudeo me assentientem habere inter Jurisconsultos Carolum Molinæum. † Qvod de alapa & fuga dixi, idem dictum volo de aliis rebus, per qvas vera existimatio non læditur. Qvid si vero dicat aliqvis de nobis qvod creditum apud bonos existimationem nostram delibaret? hunc qvoqve occidi posse, sunt qvi doceant: †† mendosè admodum, & contra naturæ qvoqve jus nam interfectio ista non est modus aptus ad tuendam existimationem.

Soto art. 8. d. q. 5. Dd. in L. 3. ut vim. D. de Just. & Jure, & in L. 1. C. Unde vi. Vasqv. d. c. 18. num. 13. 14. Sylv. in verbo Bellum. p. 2. n. 4.

(a) L. II. c. 17. §. 13.

† In addit. ad Alex. cons. 119.

†† Petr. Navaer. l. II. c. 3. n. 376.

†††

Si qvis fugere sine periculo possit.) At qvando insultatus in dubio vitæ discrimine constitutus non est, ita, ut fuga saluti suæ rectè consulere possit, citra ullum periculum, omninò fugere tenetur, si innoxius esse velit, aliàs si maluerit aggressori resistere, eumqve occidere, vix exceptione tutelæ inculpatæ sese tueri, & à pœnâ liberare potuerit, *add. Donell. ad L. I. C. Und. Vi. n. 8. Bocer. de Bell. & Duell. l. 2. c. 10. num. 47. & seq. ubi latè. Harprecht. ad §. item L. Corn. Inst. de Pub. Jud. n. 88.* Veluti, si qvis, cum præ foribꝰ suis staret, potuerit adversarium minitantem & ad se pergentem arcere, recluso ostio ædium suarum, id verò non facit, sed resistendo, ac sese defendendo occidit eum, qvi absq; dubio moderamen inculpatæ tutelæ excedit, adeoq; ob excessum extraordinariâ pœnâ plectendꝰ est. Neq; hic excipiendi sunt Milites, Nobiles aliiqve superioris subsellii ac in dignitate constituti viri, *vid. Carpzov. P. 1. Pr. Crim. qv. 30. n. 54. 56. & 59.* qvamvis hos excipiant *Berlich. P. 4. Concl. 13. n. 34. cum plur. ib. cit. autor. Laymann. Theol. Moral. l. 3. c. 3. tr. 3. part. 3. ass. 2.* qvorum rationibus maximâ ex parte satisfecit *Bocer. l. c. n. 52.*

De aliis rebus) v. g. si qvis convitiis & injuriis verbalibus lacessitus honoris tuendi causâ injurianti necem inferre conatur, *Bocer. de bell. & duell. c. 8. n. 17. & seqq.* Nam huic injuriato alia ratione prospectum est, nimirum viâ legitimâ actionis injuriarum, qvâ institutâ illatam injuriam vindicare, aut si spretâ hac judiciali viâ extra judicialiter se ipsum defendere velit, retorsione uti potest, *add. l. 14. C. de Judæis. Gail. 2. observat. 100.*

(b) c. VII. §. 2. n. 2.

(c) §. XIII n. 2.

(d) h. c. §. X. n. 1

XI. Veniamus ad injurias, qvibus res nostræ impetuntur. (*b*) Si expletricem justitiam respicimus, non negabo ad res (*c*) conservandas raptorem, si ita opus sit, vel interfici posse: nam qvæ inter rem & vitam est inæqvalitas, ea favore innocentis & raptoris odio compensatur, ut supra (*d*) diximus: unde seqvitur, si id jus solum respiciamus, posse furem cum re fugientem, si aliter, res recuperari neqveat, jaculo prosterni. Demosthenes oratione in Aristocratem: εἰ οὐ δεινὸν; ὦ γῆ καὶ θεοὶ, καὶ φανερῶς παρὰ νόμον, οὐ μόνον παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμον, τὸν ἄγοντα καὶ φέροντα βίᾳ τἀμὰ ἐκ πολεμίου μοίρᾳ μὴ ἐφεῖναί μοι ἀμύνεσθαι; *Nonne hoc per Deos durum atq; injustum est, nec scriptis tantum legibus, sed & communi inter homines legi contrarium, ut non sinar vi uti adversus eum, qvi hostiliter res meas rapiat?* Nec obstat caritas per modum præcepti, lege divina humanaqve seposita, nisi res sit qvæ minimum valeat, ac proinde contemni mereatur, qvam exceptionem rectè nonnulli adjiciunt.

†††

Res nostræ impetuntur) Distingvimus inter rem pretiosam & necessariam rapiendam, & rem raptam à fure vel raptore vindicandam & repetendam. Illam qvocunqve modo defendi posse certum arbitramur, cùm raptor semet ipsum in hoc periculum, qvod sæpius mortem post se trahit, conjiciat, puta nos invadendo, vel alio qvolibet modo per vim necessitando: nisi fortean rei nostræ vilitas & non indigentia ita acriter eam non defendendam esse svadeat, *vid. Carpzov. Prax. Crimin. part. 1. qvæst. 32. n. 17.* In re repetendâ servanda ea sunt, qvæ in §. anteriori diximus, si res est talis, ex cujus carentiâ præsentissimam familiæ nostræ ruinam metuimus: ita tamen, ut intentio repetitionis, puta per prostrationem vel debilitationem raptoris, nobis semper primariò cordi sit. Licet ex eadem per accidens internecio raptoris præter intentionem nobis qvasi invitis & reluctantibus ex eadem seqvatur, *add. Petr. Theodor. in Jud. Crim. aph. 4. num. 84. cap. 11.*

XII. 1.

XII. 1. Qvis ſenſus ſit legis Hebrææ videamus, cum qva congruit & lex Solonis vetus, qvam Demoſthenes adverſus Timocratem commemorat,* & inde ſumta lex XII. Tabularum, & Platonis ſcitum nono de legibus. Nam omnes iſtæ leges in hoc conveniunt, qvod furem nocturnum à diurno diſtinguunt, de ratione legis ambigitur. *a* Qvidam id unum putant ſpectatum qvod noctu diſcerni neqveat is, qvi venit, fur ſit, an ſicarius, & ideo tanqvam ſicarium poſſe interfici. *b* Alii diſcrimen in hoc poſitum exiſtimant, qvod noctu, qvia fur ignotus ſit, res minus videantur poſſe recuperari. Mihi legum conditores nec hoc nec illud proprie videntur ſpectaſſe; ſed hoc voluiſſe potius, directe rerum cauſa interfici neminem debere: qvod fieret, exempli cauſa, ſi fugientem telo proſternerem, ut illo interemto rem meam recuperem: ſed ſi ipſe in periculum vitæ adducar, tunc mihi licere à me avertere periculum etiam cum periculo vitæ alienæ: nec obſtare mihi, qvod me in id diſcrimen adduxerim, dum rem meam cupio retinere aut occupatam extorqvere, aut furem capere, nam in his omnibus nihil mihi poſſe imputari, qvi verſer in actu licito, nec cuiqvam injuriam faciam, cum utar meo jure.

* Soto d. loc. Mateſilan. notab. 135. Jaſ. & Gom. Inſtit. de act. in pr. Covar. d. §. 1. n. ibi. decimo. Leſſ. du. XI. n. 68.

b Covar. d. l. Aug citat. in c. ſi perfodiēs. de Homicid. Leſſius d. cap. n. dub. XI. n. 66

* * *

Et inde ſumta lex XII. tabularum) Addi poteſt lex Wiſigothorum libro VII. tit. I. cap. XV. & capitulare Caroli Magni lib. V. cap. 191. lege Langobarda, qvi nocte alienam cortem ingreditur, niſi ligandum ſe præbeat, occidi poteſt.

†††

Furem nocturnum) Tota hæc materia præter ea, qvæ hactenus propoſuimus, perſpicitur apud Criminaliſtas communiter, qvam breviter ita concludimus: Furis nocturni eandem rationem eſſe, qvam furis diurni, niſi ſe (1) telo defendat, (2) metus ſicarii in eodem ſubſit: aliàs ſi capi poſſit & includi, vel qvocunqve modo lædi & impediri, ne cum re ablatâ pretiosâ aliò in præjudicium noſtri ſe conferat, nefas judicamus, eum à qvolibet poſſe interfici ſalvâ conſcientiâ, & qvoad forum poli.

2. Diſcrimen ergo nocturni & diurni furis in hoc poſitum eſt, qvod noctu vix ſit copia teſtium adhibendorum: atqve ideo, ſi occiſus fur reperiatur, facilius credatur ei, qvi à ſe vitæ tuendæ cauſa dicat furem interemtum, repertum ſcilicet cum aliqvo inſtrumento qvo nocere poſſet. Id enim lex Hebræa† reqvirit, agens de fure reperto בַּמַּחְתֶּרֶת qvod qvidam transferunt *in perfoſſione*, alii forte melius, *cum perfoſſorio inſtrumento*: qvomodo & Jeremiæ II, 34. ea vox à doctiſſimis Hebræorum exponitur. Ducit nos ad hanc interpretationem lex duodecim Tabularum, qvæ furem diurnum occidi vetat, addita exceptione, niſi ſe telo defenderit. Adverſus nocturnum igitur præſumtio eſt defendiſſe ſe telo. Teli autem nomine ferrum, fuſtis & lapis venit, ut ad hanc ipſam legem notatum à Cajo eſt. Contra ab Ulpiano proditum eſt, qvod de fure nocturno dicitur, ſi qvis eum occiderit, impune id ferre, id intelligendum, ita demum locum habere, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit, nimirum rem ſervando.

† Exod. XXII, 2.

L. Si pignore. 54. §. furem. 2. D. de Furtis.

3. Est ergo, ut dixi, præsumtio pro eo, qvi furem noctu occidit: sed si forte testes adfuerint, ex qvibus constet non fuisse eum, qvi furem occidit, adductum in vitæ suæ periculum, jam præsumtio ista cessabit, ac proin de is, qvi occidit, homicidii tenebitur. Accedit, qvod tam diu qvam noctu lex duodecim Tabularum † exegit, ut is, qvi furem deprehendisset, cum clamore id testificaretur, ut ex Cajo discimus, nimirum, ut si fieri posset, concursus eo fieret magistratuum aut vicinorum ad auxilium & testimonium. Qvia vero concursus talis de die facilius habetur, qvam de nocte, ut notat Ulpianus ad modo inlicatum Demosthenis locum, ideo de nocturno periculo asseveranti magis creditur.

† L. I. c. III. §. 2. n. 2. L. Furem. 9. D. ad Leg. Corn. de sicariis. L. Itaqve 4. D. ad Leg. Aquiliã.

4. Cui simile est, qvod lex Hebræa * puellæ de vi illata in agro vult credi, in urbe non item, qvia clamore concursum ciere potuit ac debuit. Ad superiora & hoc accedit, qvod etiamsi cetera essent paria, tamen, qvæ nocte accidunt, minus explorari, & qvalia qvantaqve sint cognosci possunt: eoqve sunt terribiliora. Lex ergo tam Hebræa qvam Romana, id qvod caritas svadet civibus suis præcepit, ne qvem interficiant, ideo duntaxat, qvia rem furatur, sed ut ita demum liceat, si is, qvi rem suam servare voluit, ipse in discrimen venerit. Moses Maimonides notavit, permissam privato hominis alterius interfectionem non aliter, nisi ut servetur id, qvod est irreparabile, ut vita & pudicitia.

* * *

Puellæ de vi in agro illata vult credi) Bene id explicat Philo, ut locus frequentioris exempli causa sit positus, nõ qvod ex eo solo semper definienda sit controversia. Potest enim, ut libro de specialibus legibus ille disserit, & in urbe aliqva vim pati occluso ore, & in agro aliqvo consentire in stuprum.

L. I. c. II. §. 6. n. 5. Matth. V, 40. I. Cor. VI, 7.

XIII. 1. Qvid vero jam de lege Evangelica dicemus: idem ab ea permitti, qvod permisit lex Moysis: an, ut in aliis rebus perfectior est lege Mosis, ita hîc qvoqve plus eam à nobis exigere? Ego qvin plus exigat non dubito. Nam si tunicam & pallium deseri jubet Christus, & Paulus damnum aliqvod injustum tolerari potius, qvam litigari, qvæ incruenta contentio est: qvanto magis vult res etiam momenti majoris deseri potius, qvam interfici à nobis hominem, Dei effigiem, eodem nobiscum sangvine ortum? Qvare si res servari potest, ita ut non videatur periculum esse faciendæ cædis, rectè id qvidem; sin aliter, omittenda res est: nisi forte talis aliqva res sit, ex qva vita nostra & familia pendeat, qvæqve judicio recuperari neqveat, fortè qvia fur sit ignotus, & spes sit aliqva sine cæde rem abituram.

Soto, d. art. 2. Less. dub. X. n. 74. Sylv. in verbo Bellum. 2. n. 3. † §. XI. h. c. Lib. 1. de Lib. Arbitr. Pan. c. 2. de Homicidiis Less. d. loco.

2. Et qvanqvam hodie omnes ferme tam Jurisconsulti, qvam Theologi doceant, recte hominem à nobis interfici posse, rerum defendendarum causa, etiam extra eos fines, in qvibus lex Mosis & Romana id permitti

tit; puta, si fur jam re accepta rigiat; tamen qvin ea, qvam protulimus sententia veterum Christianorum fuerit, non dubitamus: nec dubitavit Augustinus, cujus hæc verba sunt: *Qvomodo apud divinam providentiam à peccato liberi sunt, qvi pro his rebus, qvas contemni oportet, humana cade polluti sunt?* Nimirum in hac materia, ut in aliis multis, cum tempore * laxata est disciplina, & paulatim interpretatio legis Evangelicæ cœpit ad seculi mores accommodari. Olim in clericis retineri solebat forma veteris instituti, tandem his qvoqve remissa est hoc nomine censura.

* * *

Laxata est disciplina) Hieronymus in vita Malchi: *Postqvam Ecclesia cœpit habere Christianos Magistratus, facta est qvidem opibus major, sed virtutibus minor.* Vide c. suscepimus, de homicidio voluntario &c. de his, distinct. I.

XIV. Qværitur à nonnullis, an non lex saltem civilis, ut jus habens vitæ ac necis, si qvo casu permittat furem interfici à privato simul etiam præstet, ut id ab omni culpa sit liberum. Minime verò id concedendum arbitror. Nam primum lex jus necis non habet in omnes cives ex qvovis delicto, sed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur. Est autem valde probabilis Scoti sententia, fas non esse qvemqvam ad mortem damnare * nisi ob delicta, qvæ lex per Mosem data, morte punivit, addito duntaxat, aut qvæ his sunt paria recta æstimatione. Neq; enim videtur notitia divinæ voluntatis, qvæ sola animum tranqvillat, aliunde in hoc negotio tam gravi haberi posse, qvam ex illa lege, qvæ certe mortis pœnam in furem non constituit. Præterea vero lex nec debet nec solet jus dare etiam eos, qvi mortem meruerunt, privatim interficiendi, nisi in criminibus valide atrocibus; alioqvi frustra instituta esset judiciorum auctoritas. Qvare si qvando lex impune furem dicit interfici, tollere qvidem pœnam censenda est, sed non etiam jus dare.

* * *

Nisi ob delicta, qvæ lex per Mosem data, morte punivit) Contra leges, qvæ venantes rusticos morte puniunt, vide Gregorium Turonensem libro X. c. 10. Johannem Sarisberiensem Policratici l. c. IV. Petrum Blesensem epist. CXXIX.

XV. Ex his, qvæ diximus, apparet, duobus modis posse contingere, ut à privatis sine peccato suscipiatur singularis dimicatio: primum, si invasor concedat alteri licentiam dimicandi, alioqvi eum occisurus sine dimicatione: deinde, si rex aut magistratus duos mortem meritos inter se committat; qvod si fiat, illis qvidem licebit arripere spem salutis at, qvi jussit, is minus rectè officio functus videbitur, cum satius fuisset, si unius supplicium sufficere videbatur, forte eligi moriturum.

†††

Si Rex aut magistratus) De justitia Duelli & ex professo *H. Becer. de bell. & duell. l. 2. per tot.* Imprimis c. 2. & 3. *Rachelium & Vischerum Singg. Tract. de hac materia*, qvamvis Grotio

reservet monomachiam in bello ad *l. 2. c. 23 §. 10.* hic tantum de monomachiâ extra bellum solicitus, in qvâ tamen rectè dubitat, num Princeps eam concedere possit in casu, ubi utrumqve mortem commeritum inter se committit? *Paul. Laymann.* qvidem *Theolog. Moral. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 5. n. 1. dub. 2. cum Azor. Instit. Moral. t. 3. l. 2. c. 5. q. 7. aliisq; ibid. alleg.* respondet: licet, secundum se & speculative rem æstimando, non videatur id alienum à jure naturali; qvod id aliud non sit, qvam utrumqve reum in alterutrum justitiæ ministrum decernere, ut justam mortis sententiam in ipsum exeqvatur, ei autem, qvi prævenerit, vita condonetur; attamen, ob adjunctas circumstantias non vacat periculos sandali: qvare neqve expediens, neqve licitum est. Nos cum *Molin. de J. & J. tom. 4. tr. 3. Disp. 17. n. 7.* generaliter dicimus, magistratum in utrumqve animadvertere ex justitiæ ratione oportere: nisi forsitan integra universitas punienda veniat, ubi sortitionem & jura decimandi concedimus.

XVI. Qvæ vero dicta à nobis huc usq; sunt de jure tuendi se ac sua, maxime qvidem ad bellum privatum pertinent, sed * ita ut ad publicum bellum qvoqve aptari debeant, habita diversitatis ratione. Nam in privato bello jus qvasi momentaneum est, & cessat simul atqve judicem adiri res patitur. At publicum, qvia non oritur nisi ubi non sunt aut cessant judicia, tractum habet, & perpetuo fovetur accedentibus novis damnis & injuriis. Præterea in bello privato ferme defensio mera consideratur. at publicæ potestates cum defensione & ulciscendi habent jus: Unde illis licet prævenire vim non præsentem, sed qvæ de longo imminere videatur, non directe (id enim injustum esse supra † docuimus) sed indirecte ulciscendo delictum cœptum jam, sed non consummatum: de qvo agendi erit alibi locus. ††

† §. V. n. 1. & seq.
†† §. seq. XVII. c. XXII. §. V.

***

Ita ut ad bellum publicum qvoqve aptari debeant) Ammianus lib. XXIII. *Cum irruentibus armis externis lex una sit & perpetua, salutem omni ratione defendere, nihil renitente vi moris.* Alexander Imperator oratione ad milites apud Herodianum V. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν, τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤῥάλεον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνεσθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. *Injurias qvi prior infert, nihil habet probabilis coloris: at, qvi sibi molestos arcet ex bona conscientia, sumit fiduciam, bonaqve ei spes adest inde, qvod injuriam non inferat, sed auferat.*

XVII. Illud vero minime ferendum est qvod qvidam tradiderunt, jure gentium arma recte sumi ad imminuendam potentiam crescentem, qvæ nimium aucta nocere posset. Fateor in consultationem de bello & hoc venire, non sub ratione justi, sed sub ratione utilis: ut si ex alia causa justum sit bellum, ex hac causa prudenter qvoqve susceptum judicetur: nec aliud dicunt, qvi in hanc rem citantur auctores. Sed ut vim pati posse ad vim inferendam jus tribuat, ab omni æqvitatis ratione abhorret. Ita vita humana est, ut plena securitas nunqvam nobis constet. Adversus incertos metus à divina providentia, & ab innoxia cautione, non à vi præsidium petendum est.

Alb. Gent. Lib. 1. c. 14.

Bald. L. 3. D. de Rer. divis.

XIIX. 1. Nec minus illud displicet, qvod docent, justam esse defensionem

nem etiam eorum, qvi bellum promeriti sunt, qvia scilicet pauci contenti sunt tantumdem reponere vindictæ, qvantum acceperunt injuriæ. Nam metus ille rei incertæ jus ad vim dare non potest: unde nec reus criminis jus habet publicis ministris capere se volentibus per vim resistendi, ob metum, ne plus æqvo puniatur. Alb. Gent. lib. I. c. 13. Cast. lib. 5. de Justitia.

2. Sed qvi in alium peccavit, debet primum ei, qvem læsit, offerre satisfactionem viri boni arbitratu: ac tum demum pia erunt ejus arma. Sic Ezechias, cum fœdere non stetisset, qvod cum rege Assyrio majores ejus pepigerant, bello potitus fatetur culpam, & regi permittit arbitrium mulctæ: Idqve cum fecisset, & postea iterum bello lacesseretur, fretus bona conscientia vim hostium sustinuit, & Deum habuit faventem. Pontius Samnis post res Romanis redditas, deditum belli auctorem, *Expiatum*, inqvit, *est, qvicqvid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. Satis scio qvibuscunq; diis cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res, iis non fuisse cordi tam superbi à Romanis fœderis expiationem spretam.* Mox, *Qvid ultra tibi Romane, qvid fœderi, qvid Diis arbitris fœderis debeo? Qvem tibi tuarum irarum, qvem meorum supplicio-rum judicem feram? Neminem, neq; populum, neq; privatum, fugio.* Sic cum Thebani omnia æqva obtulissent Lacedæmoniis, ii autem ultra tenderent, * bonam causam ab his ad illos transiisse ait Aristides Leuctrica prima. II. Regum XIIX, 7. 14. & cap. XIX.

***

Bonam causam ab his ad illos transiisse) De principe Chalepi qvi pacem & residua tributorum obtulerat Romano Argyropolo Imperatori, vide Zonaram: simile de Cruciferis in Cromero libro XVII. de Helvetiis, qvi Carolo Burgundo de curru ovium pellibus onusto, ademtoqve mercatoribus, satisfactionem obtulerant, vide Philippum Cominæum libro VII.

CAPUT II.

De his qvæ hominibus communiter competunt.

I. Ejus, qvod nostrum est divisio.
II. Proprietatis exordium & progressus.
III. Qvædam propria fieri non posse, ut mare sumtum pro suo integro aut præcipuis partibus, & qvare.
IV. Sola non occupata cedere singulis occupantibus, nisi per universitatem à populo occupata sint.
V. Feras, pisces, aves cedere occupanti, nisi lex obstet.
VI. In res proprias factas jus hominibus competere eis utendi in tempore necessitatis, & unde id veniat.
VII. Obtinere id, nisi necessitas aliter sit vitabilis.
IIX. Nisi par sit necessitas in possidente.
IX. Adjunctum esse onus restituendi rem, cum restitui poterit.
X. Exemplum hujus juris in bellis.
XI. In res proprias factas jus hominibus competere ad utilitatem, qva nihil alteri decedit.

XII. Hinc

XII. Hinc jus in aquam profluentem.
XIII. Jus transeundi terra & amnibus, quod explicatur.
XIV. An mercibus transeuntibus vectigal possit imponi.
XV. Jus morandi ad tempus.
XVI. Jus habitandi his competens, qui sedibus suis expulsi sunt, sub imperio quod reperitur.
XVII. Jus habendi loca deserta: quod quomodo intelligendum.
XIIIX. Jus ad actus, quos vita humana desiderat.
XIX. Ut ad emenda necessaria.
XX. Non etiam ad res suas vendendas.
XXI. Ad quærenda matrimonia, quod explicatur.
XXII. Jus ea faciendi, quæ promiscue extraneis permittuntur.
XXIII. Quod intelligendum, si quid permittatur quasi ex jure naturali, non ut ex beneficio.
XXIV. An licitus sit contractus cum populo, ut is fruges suas eis, quibuscum jam contraxit, non aliis vendat.

I.

SEqvitur inter belli causas injuria facta, & primum adversus id, qvod nostrum est. Est autem nostrum aliud communi hominum jure, aliud nostro singulari. Ab eo, qvod hominibus commune est, incipiamus. Hoc jus aut directe est in rem corporalem, aut ad actus aliqvos. Res corporales aut vacuæ sunt à proprietate, aut jam aliqvorum propriæ. Res qvæ à proprietate vacant, aut tales sunt, ut propriæ fieri neqveant, aut ut possint. Qvo rectius hoc intelligatur, noscendum est proprietatis, qvod dominium Jurisconsulti vocant, exordium.

Gen. I, 29.30. IX, 1. II. 1. Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ statim à mundo condito, atqve iterum mundo post diluvium reparato. * *Erant*, ut Justinus loqvitur, *omnia communia & indivisa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium esset.* Hinc factum ut statim qvisqve hominum ad suos usus arripere posset, qvod vellet, & qvæ consumi poterant, consumere. Ac talis usus universalis juris erat, tum † vice proprietatis. nam qvod qvisqve sic arripuerat, id ei eripere alter nisi per injuriam non poterat. Similitudine hoc intelligi potest qvæ est apud Ciceronem de Finibus III. * *Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest ejus esse eum locum, quem quisq; occuparit.*

Lib. XLIII. c. I. §. 3.

† L. I. c. I. §. X. n. 4. & 7. c. II. §. 1. n. 6. L. II c. X. §. 1. n. 2.

* * *

Erant omnia communia & indivisa omnibus) Ejus vestigium mansit in Saturnalibus.

Theatrum cum commune sit) Seneca de Beneficiis VII. c. 12. *Equestria omnium equitum Romanorum sunt, in illis tamen locus meus sit proprius, quem occupavi.*

†††

Communia omnia) Præmittendum nobis est, proprietatem esse qvalitatem moralem,

lem, qvæ ipſas res creatas intrinſecè afficit, ex mente & intentione primi Naturæ conditoris Dei, adeoqvè effectum moralem producit in ordine ad alios homines, (ſi fortè exſtitiſſent) qvibushoc pacto fuiſſet derogatum: qvocirca falſum credimus, eam qvalitatem, uti reliqvæ ejus generis, ſua incunabula ad impoſitionem primæviter acqviſiti dominii referre. Unde non ineptè qværitur; utrum proprietas rerum ſit à naturâ an verò ex inſtituto? Poſterius affirmat Grotius, qvem ſeqvitur *Selden. in Mar. Clauſ. l. 1. c. 4 & Tr. de J. N. & G. ſecund. diſcipl. Hebr. l. 4. c. 6.* præſuppoſita communione adopinantes, res creatas in proprietatem abiiſſe pacto qvodam Gentium aut expreſſo, ut per diviſionem; aut tacito, ut per occupationem: ita qvidem, ut ſimul ac diſplicuerit communio, nec diviſio inſtituta ſit, cenſeri debeat, inter omnes conveniſſe, ut qvod qvisqve occupaſſet, id proprium haberet. Verum enim verò, qvamvis lubenter concedamus, qvod occupatio non niſi rei vacuæ per naturam detur; imò licet ſimiliter non negemus, qvod rei communis, in qvâ communionis diſplicentia intercedit, diviſio pro lubitu iniri qveat; interim hæc cuncta, ſalvo tamen rectius ſtatuentium judicio, ægre hîc, ut valida applicare valebit cum ſuis Grotius. Prius igitur verius æſtimamus, nullam unqvam communionem bonorum extitiſſe, adeoqve nec homines opus habuiſſe ejuscemodi pacto diviſorio ſeu tacito, ſeu expreſſo, prouti evincunt textus *Gen. I. 26. & ſeqq. & Gen. IX, 1. & ſeqq.* ex qvibus eluceſcit, præter utendi fruendi facultatem qvotidianam, etiam cunctarum rerum creatarum dominium in primâ ſtatim creatione Adamo fuiſſe conceſſum, ita qvidem, ut non ſolum à rebus univerſis alios excluderet, ſed & nemo alius, ſi qvis adfuiſſet, jus occupandi res nondum poſſeſſas univerſas, & poſſidendi habere potuiſſet. Imò ipſi Adami liberi planè hoc pacto erant excluſi dominio rerum illarum, qvamdiu familia patris continebantur, niſi ſi qva ille adſignatione aliqvid propriî, & ut Romano more cum *Dn. Joh. Stranch. in Diſſ. de Imper. Mar. c. 1. Th. 9.* appellemus, peculia eis permiſit, & demum iidem poſt emancipationem mortemve Adami, diviſis inter ſe rebus, ſucceſſerunt. Atqve hæc dominii ratio, uti Adamo ante diluvium conceſſa eſt, ita in Noacho poſt diluvium renovata apparet, qvippe cui eodem pacto donatio facta & confirmata legitur *cit. Gen. IX.* qvi poſtmodum autor poſteritati ſuæ fuit, ut urbes conderet novas, atqve juxta mandatum divinum ſeſe in mundo multiplicaret. *Add. not. ad Gu. Grot. c. 2. §. 5. p. 32. Dom. de Soto, de J. & J. l. 4. q. 2. art. 1. p. 292. & ſeqq.*

Neqve is ſtatus durare non potuit, ſi aut in magna qvadam ſimplicitate perſtitiſſent homines, aut vixiſſent inter ſe in mutua qvadam eximia caritate. Horum alterum, communionem ſcilicet * ex ſimplicitate eximia, videre licet in qvibusdam Americæ populis, qvi per ſecula multa ſine incommodo in eo more perſtiterunt: alterum vero, communionem nimirum ex caritate, exhibuerunt olim * Eſſeni, (*a*) deinde Chriſtiani, qvi Hieroſolymis primi exſtiterunt, ac nunc qvoqve non pauci, qvi vitam degunt aſceticam. Simplicitatis in qva * primi homines ſunt conditi argumentum præbuit nuditas. Erat in illis ignoratio magis vitiorum, qvam cognitio virtutis; ut de Scythis loqvitur Trogus. *Vetuſtiſſimi mortalium*, inqvit Tacitus, * *nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoqve ſine pœna aut coërcitionibus agebant.* † Apud Macrobium(*b*) eſt, *Primum inter homines mali neſcia & adhuc aſtutiæ inexperta ſimplicitas.* hæc ſimplicitas * ἀφελεία videtur dici ſapienti Hebræo,(*c*) Paulo Apoſtolo ἁπλότης, qvam opponit τῇ πανουργίᾳ, vafræ calliditati. Negotium erat illis unicum DEI cultus, * cujus ſymbolum, arbor

(*a*) L. I. c. 5. §. 3. n. 4.

Juſt. l. II. c. II. l. 3. Ann. c. 26. † L. I. c. II. §. 8. n. 16.

(*b*) II. ad Somniû Scip. c. X.

(*c*) Sap. III, 24. II. Corint. II, 3.

Prov.III,18. Philo de Mund.cre. Apoc.XXII,2. arbor vitæ, ut Hebræi veteres explicant, assentiente Apocalypsi. Vivebant autem facile ex his, * qvæ sine industria sponte sua terra proferebat.

* * *

Ex simplicitate eximia) Horatius:

Campestres melius Scythæ,
Qvorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt & rigidi Getæ,
Immetata qvibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumqve laboribus
Æqvali recreat sorte Vicarius.

Essent) Et ab his orti Pythagoristæ. Vide Porphyrium, Diogenem Laërtium, Gellium, I. 9.

Primi homines) Adam typus humani generis. Vide Origenem contra Celsum. Neqve huc pertinet, qvod Tertullianus dixit libro de Anima: *Naturale enim rationale credendum est, qvod animæ à primordio sit ingenitum, à rationali videlicet auctore. Qvid enim non rationale, qvod Deus jussu qvoqve ediderit, nedum id, qvod proprie afflatu suo emiserit? Irrationale autem posterius intelligendum est, ut qvod acciderit ex serpentis instinctu, ipsum illuà transgressionis admissum, atq; exinde inoleverit, & coadoleverit in anima ad instar jam naturalitatis, qvia statim in primordio naturæ occidit.*

Nulla adhuc mala libidine) Seneca de iisdem epistola XC. *ignorantia rerum innocentes erant.* Deinde locutus de justitia, prudentia, temperantia, fortitudine, addit: *Omnibus his virtutibus habebat similia qvædam rudis vita* Josephus: μηδεμιᾷ ξενιζόμφοι ψυχὴν φροντίδι. *Nullis curis turbidum habentes animum,*

Ἀφαρσία videtur dici sapienti Hebræo) Sic & Paulus Eph. VI. 24. qvi & ἀλαφροΐσιαν dixit Tit. II. 17.

Cujus symbolum arbor vitæ) Sanctitas superior, Rabbinis. ἔνθεος σοφία, divina sapientia Arethæ ad Apocalypsim. De Paradiso vide Ecclesiastici caput XL, 17. & qvatuor fluminibus Paradisi eundem librum XXIX, 35. & seqventibus.

Qvæ sine industria sponte sua terra proferebat) Vide egregium hac de re locum libro II. Varronis de re Rustica, ex Dicæarcho: & confer, qvæ ex eodem Dicæarcho habet Porphyrius de non esu animalium IV.

2. Verum in vita hac simplice & innocente non perstiterunt homines, sed animum applicuerunt ad artes varias, qvarum symbolum erat * arbor scientiæ boni & mali, id est, earum rerum, qvibus tum bene tum male uti licet: Eccl.VII,30. φρόνησιν μέσην vocat Phylo. Huc respiciens Salomo; *Deus*, inqvit, *crea-*

creavit hominem rectum, id est, *simplicem, sed ipsi quæsiverunt sibi cogitationes multas.* ἔῤῥεπον εἰς πανουργίαν, ut dicto loco Philo loqvitur. Dion Prusæensis oratione VI. ἀλλὰ τὴν πανουργίαν τοῖς ὕστερον καὶ τὰ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον οὐ πάνυ τι συνενεγκεῖν. οὐ γὰρ πρὸς ἀνδρείαν, οὐδὲ δικαιοσύνην χρῆσθαι τῇ σοφίᾳ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς ἡδονήν. *His, qui primos secuti sunt, hominibus calliditatem * variaqve ad vitam reperta non multum fuisse conducibilia. Ingenio enim usos homines non tam ad fortitudinem ac justitiam, qvam ad voluptatem.* Antiqvissimæ artes agricultura & pastura in primis fratribus apparuerunt; non sine aliqva rerum distributione, ex studiorum diversitate æmulatio, etiam cædes: ac tandem cum boni malorum consortio contaminarentur, * vitæ genus giganteum, id est, violentum, qvale est eorum, qvos χειροδίκας Græci vocant. * Mundo per diluvium purgato, pro ferina illa vita successit cupido voluptatis, * cui inserviit vinum; unde & illiciti amores.

***

Arbor scientiæ boni & mali) Josephus τὸ φυτὸν ὀξύτητος καὶ διανοίας τὸ ὑπῆρχεν. *Qui arbor erat solertiæ & intelligentiæ:* Telemachus apud Homerum:

καὶ οἶδα ἕκαστα
ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. πάρος δέ τε νήπιος ἦα
omnia novi
Qvæ bona, qvæ mala sunt, nec sum jam parvus, ut ante.

Zenoni Cittiensi prudentia, scientia bonorum & malorum & mediorum. Est id apud Diogenem Laërtium. Plutarchus de communibus notitiis: τί δεινὸν εἰ τῶν κακῶν ἀναιρεθέντων οὐκ ἔσται φρόνησις, ἑτέρανδ' ἀντ' ἐκείνης ἀρετὴν ἕξομεν, οὐκ ἀγαθῶν μόνον καὶ κακῶν ἀλλ' ἀγαθῶν ἐπιστήμην οὖσαν, *Quid nocebit, si ablatis malis nulla erit prudentia, pro ea autem aliam habeamus virtutem, qvæ non bonorum ac malorum, sed solorum bonorum sit scientia?*

Variaq; ad vitam reperta) Latè hoc explicat Seneca epistola XC. qvem lege, & Dicæarchum apud dictos jam scriptores.

Vitæ genus giganteum) Seneca Naturalium III. in fine: *exstinctis pariter feris, in qvarum homines ingenia transierant.*

Mundo per diluvium purgato, pro ferina illa vita accessit cupido voluptatis) Seneca dicto loco: *illis qvoqve innocentia non durabit, nisi dum novi sunt.*

Cui inserviit vinum, unde & illiciti amores) *Præmiumqve summum ebrietatis libido portentosa ac jucundum nefas.* Seneca ibidem.

3. Præcipue verò concordiam rupit generosius vitium, ambitio, cujus signum turris Babylonica: mox alii alias terras partito possederunt. Sed postea qvoq; inter homines vicinos mansit non pecorum, sed terrarum pascuarum communio; qvia tanta erat in exiguo hominum numero latitudo terrarum, ut sine incommodo ullo ad multorum usus sufficeret: Gen. X, XI.

Virg. Georg. I. *Ne signare quidem aut partiri limite campum*
Fas erat.

donec, aucto ut hominum ita pecudum numero, passim terræ non in gentes, ut ante, sed in familias dividi cœperunt * Puteos vero, rem in siticulosa regione valde necessariam, nec multis sufficientem, occupando qvisqve suos fecere. Hæc sunt, qvæ ex sacra historia docemur, satis convenientia cum his, qvæ Philosophi & Poëtæ de primo statu rerum communium, & postea secuta rerum distributione dixerunt, qvorum testimonia alibi à nobis producta sunt.

Gen. XIII. Gen. XXI.

Mari libero, c. 27.

***

Puteos vero) De puteis ad Oasim inter multos communibus vide Olympiodorum apud Photium.

4. Hinc discimus, qvæ fuerit causa, ob qvam à primæva communione rerum primo mobilium, deinde & immobilium discessum est: nimirum, qvod cum non contenti homines * vesci sponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus vestito, vitæ genus exqvisitius delegissent, industria opus fuit, qvam singuli rebus singulis adhiberent, qvo minus autem fructus in commune conferrentur, primum obstitit locorum, in qvæ homines discesserunt, distantia, deinde justitiæ & amoris defectus, per qvem fiebat, ut nec in labore, nec in consumtione fructuum, qvæ debebat æqvalitas servaretur.

***

Vesci sponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus vestito) Qvalem vitam Scritefinnorum nobis accurate describit Procopius Gothicorum II. Adde Plinium XII, I. Vitruvium II, c. I.

5. Simul discimus, qvomodo res in proprietatem iverint: non animi actu solo; neqve enim scire alii poterant, qvid alii suum esse vellent, ut eo abstinerent; & idem velle plures poterant: sed pacto qvodam aut expresso, ut per divisionem; aut tacito, * ut per occupationem, simul atqve enim communio displicuit, nec instituta est divisio, * censeri debet inter omnes convenisse, ut qvod qvisqve occupasset id proprium haberet. * *Concessum*, inqvit Cicero, *sibi, ut qvisq; malit, qvod ad vitæ usum pertinet, qvam alteri acqviri, non repugnante natura.* Cui addendum illud Qvintiliani: *Si hæc conditio est, ut qvicqvid in usum hominis cessit, proprium sit habentis, profecto qvicqvid jure possidetur, injuria auferetur.* Et veteres cum Cererem legiferam, & sacra ejus Thesmophoria dixerunt, hoc significabant, * ex agrorum divisione exstitisse novi cujusdam juris originem.

Cic. Off. III. Decl. 13. Macr. Sat. III. c. XII. Macrob.

***

Ut per occupationem) Vide, qvæ hac de re ex Gemara & Alcorano nobis protulit honos Britanniæ Seldenus in Thalassocratico.

Cen-

Censeri debet inter omnes convenisse, ut qvod qvisq; occupasset, id proprium haberet) Cicero: *ex qvo qvia suum cujusq; fit eorum, qvæ natura fuerant communia, qvod cuiq; obtigit, id qvisq; teneat.* Qvod similitudine illustrat à Chrysippo reperta de stadio, ubi currendo licet vincere adversarium, non eum detrudendo. Scholiastes ad artem poëticam Horatii: *qvemadmodum domus aut ager sine domino communis est: occupatus verò jam proprius fit.* Varro in Age modo: *Terra culturæ causa attributa olim particulatim, ut Etruria Thuscis, Samnium Sabellis,*

Concessum sibi, ut qvisq; malit, qvod ad vitæ usum pertinet, qvam alteri acqviri, non repugnante natura) Solon:

Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπάσθαι
οὐκ ἐθέλω.

Divitias habuisse velim, sed non bene partas
Non cupiam.

Cicero officiorum I. *Nec verò rei amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper injuria,*

Ex agrorum divisione exstitisse novi cujusdam juris originem) *Postqvam ex agrorum discretione nata sunt jura.* ita Servius ad illud in qvarto Æneidos: *Legiferæ Cereri.*

III. 1. His positis, dicimus mare sumtum aut sub ratione integri, aut sub ratione præcipuarum partium, in proprium jus abire non posse: qvod, qvia de privatis qvidam concedent, non de populis, probamus ex morali primum ratione; qvia causa, ob qvam à communione discessum est, hic cessat. Est enim tanta maris magnitudo, ut ad qvemvis usum omnibus populis sufficiat, ad aqvam hauriendam, ad piscatum, ad navigationem. Idem dicendum esset de aëre, si qvis ejus usus esse posset, ad qvem terræ usus non esset necessarius, ut est * ad aucupia; unde illa legem accipiunt ab eo, qvi in terra imperium habet. 1. II. c. III. §. 7. & 8. seq.

***

Ad aucupia) & habitandi jus. Tam soli qvam cœli mensura facienda est, ait Pomponius L. Si opus. 21. D. Qvod vi aut clam. Adde legem penultimam, D. pro Socio.

†††

A communione discessum) Falsum hocce Grotii principium, ex qvo reliqva absurda fluunt, taxavimus §. *praced.*

Omnibus populis sufficiat) Respondet ad hæc *Dn. Struv. Synt.* J. *Feud. c. 6. aph. 7. n. 2.* Non enim induci inde potest, mare non posse occupari, sed tantum, si vis aliqva huic argumento inesset, seqveretur occupationem maris non esse necessariam, aut utilem, qvod tamen nec ipsum firmiter inde concluditur. Necessitas namqve, saltem moralis aliqvando subesse potest, exigens ut gens, præsertim accolens mare, illud occupet: utilitatem verò qvod spectat, dubitare licet, an qvilibet maris fructus omnibus sufficiat, &

qvamvis hoc concedatur: ex eo tamen nec ipsa, uti jam dictum, occupatio, qvippe qvæ fieri posset, etiamsi usus maneret communis; nec omnis ex occupatione veniens utilitas firmiter negatur; exclusis enim aliis & commodo maris ad unam gentem vel Principem delato, majus inde oriri commodum facile patet. Aliter hoc Grotii fundamentum diluit *Dn. Strauch. de Imp. mar. c. 2. §. 8.* Aliter *Dn. Osiand. h. l. p. 665.*

De aëre) Nec hoc videtur procedere absolutè, qvoniam servitutes de ædibus non altius tollendis, de luminibus non officiendis, de prospectu & id genus aliæ constitutæ sunt in ipso aëre contermino, unde in opere novo nuntiato, tam soli qvam cœli mensuram esse faciendam ait *Pomponius l. 21. §. 2 ff. qvod vi aut clam.* Et obvium est, ejus esse cœlum vel aerem, cujus est solum. Unde *Seldenus de Mar. Clauf. l. 1 c. 21. Edit Londin 1636. p. m. 155.* ad illud, subjicit, *Paulo* arborem in confinio natam Dominus utrinqve esse communem *l. 83. ff. pro Soc.* pro qva parte in fundo fuerat; *Joh. Buteo* in qvæstione de divisione fructus ejusmodi arboris, intellige, inqvit, *Tr. de div. fruct. arboris in confinio natæ*, fundum aërem ipsum fundo superfusum, qvem perpendiculis à ramorum extremitate metitur ipse. Et sanè ideo Domini sumus fundi, ædium, spatii, qvod singulatim Domini occupamus, ut, ex eorum commodis, suo qvilibet contermino utcunqve fluitante aëre (qvod hominum elementum est) ejusq; spatio ita liberè & beatè utatur, fruatur, aliosqve inde pro lubitu arceat, ut maxime ejus Dominus etiam habeatur & sit. Ut proinde adeò absurdus non sit, sicut à multis habetur, *Joseph. Mascard. de Probat. vol. 1. concius. 403. n. 3.* exercitium jurisdictionis, qvatenus se in qvasi dominio aëris fundat, inter alia qvoqve posse probari inde, qvod suspensi pendeant in aëre.

2. Nec aliud censendum de Syrtibus, ubi nihil est qvod cultum ferat, & usus unicus petendarum inde arenarum exhauriri neqvit. Est & naturalis ratio qvæ mare, consideratum ut diximus, proprium fieri vetat: qvia occupatio non procedit * nisi in re terminata: unde Thucydides terram vacuam vocat ἀόριστον: & Isocrates terram ab Athenienſibus occupatam τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν. Liqvida vero qvia per se non terminantur (τὸ ὑγρὸν ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ inqvit Aristoteles) occupari neqveunt, nisi ut contenta in re alia: qvomodo lacus & stagna occupata sunt, item flumina, qvia ripis tenentur. Mare vero terra non continetur, par terræ aut * terra majus, unde terram mari contineri veteres dixere: τὸ Ὠκεανὸν δεσμὸν ἔνεκα τῆ γῆ περιβεβλῆσθαι, qvæ Apollonii verba apud Philostratum. Sulpicius Apollinaris apud Gellium: *Qvid potest dici circa Oceanum esse, cum undiqve Oceanus circumscribat omnes terras, & ambiat?* Mox: *Qvum vero omnes terras omnifariam & undiq; versum circumfluat, nihil citra eum est, sed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis in medio ejus sunt omnia, qvæ intra oras ejus inclusa sunt*, M. Acilius Consul in oratione ad milites, qvæ apud Livium, *Oceano*, inqvit, *qvi orbem terrarum amplexu finit.* In Senecæ Svasoriis dicitur Oceanus totius orbis vinculum terrarumqve custodia: Lucano unda Mundum coërcens. Nec fingenda divisio: nam cum primum terræ divisæ sunt, incognitum erat mare sui maxima parte: atqve ex eo nullus fingi modus potest, qvo gentes adeo dissitæ de divisione convenirent.

Lib. I.

Paneg.

De Gener. lib. II. c. 2.

VII. c. XII.

Lib. X. l. c. 13.

Nisi

***

Nisi in re terminata) ideo jugera, qvæ poſſeſſorem non habent, immeta dixit Horatius.

Terra majus) ita de Oceano ſenſit Jarchus apud Philoſtratum III. XI.

†††

Eſt & naturalis ratio) Reſpondet Grotio *Dn. Selden. p.* 124. *h. l.* Integrumqve hunc locum repetit *Selden. de Mar. Claus. l.* 1. *c.* 22. inſimul & rectè refutat in ſeqventibus verbis: Detur id recipiendum (videlicet terram ſive aqvam mari contineri, perinde ac ſi terra tota velut inſula unica eſſet mari circumfuſa) non omninò video, cur tam id, qvod continet, non reverà finiatur eo, qvod continetur, qvam hoc illo. Nonne corpus ſphæricum, ſive qvaliscunqve figuræ minus, à majori, qvod circumqvaqve contiguum eſt, contentum, finis & limes eſt dicendus majoris concavo, æqvè atqve hoc convexo minoris? &c. vid. *ib. p. p.* 158.

Nisi in re terminata) Putat Autor, mare tanqvàm liqvidum terminari non poſſe, adeoqve nec diſtingvi, ſed congruè huic reponit *Dn. Selden. h. l.* poſſe mare lineis mathematicis in varias partes dividi, adeoqve multis modis terminari, accedunt promontoria terræ continentis, Inſulæ, qvibus commodè, ut punctis, in iis lineis uti licebit. Idem intendit *Selden. p.* 160. *l. c.* tametſi contra hunc pro Grotio diſputet *Fr. Stypmann. de Jur. Marit. & Nautic. p.* 1. *c.* 4.) In diffuſo, inqvit, æqvare vix eſt difficilius terminos & limites, qvibus diſtingvantur privata dominia, invenire. Scopulos eminentes, brevia, adverſa invicem promontoria, inſulas hinc inde ſparſas habemus, è qvibus linearum rigores, verſuræ, coxæ, gammata ſumantur &c. Accedit egregiæ nauticæ pyxidis & Graduum cœleſtium ſive longitudinis ſive latitudinis, atqve ex hiſce doctrinæ triangulorum auxilium, *add. Dn. Struv. S. J. C. Ex.* 3. *Th.* 79.

3. Ideo, qvæ communia omnium fuerunt, & in prima diviſione diviſa non ſunt, ea non jam diviſione, ſed occupatione tranſeunt in jus proprium, non dividuntur, niſi poſtqvam propria eſſe cœperunt.

IV. Veniamus ad ea, qvæ propria fieri poſſunt, ſed nondum facta ſunt propria. Talia ſunt *loca multa inculta adhuc, *inſulæ in mari, feræ, piſces, aves. †Sed duo notanda ſunt: duplicem eſſe occupationem, unam per univerſitatem, alteram per ſundos. prior ſolet fieri per populum, aut eum qvi populo imperat: altera deinde per ſingulos, magis tamen aſſignatione, qvam libera occupatione. Qvod ſi qvid univerſim occupatum in ſingulos dominos deſcriptum non eſt, non ideo vacuum cenſeri debet; manet enim in dominio primi occupatoris, puta, populi aut regis. Talia eſſe ſolent flumina, lacus, ſtagna, ſilvæ, montes aſperi.

† L. II. c. IIX. §. 2. ſeqq.

***

Loca inculta adhuc) vide Bembum hiſtoriæ VI.

Inſulæ in mari) ut Echinades, qvas occupando ſuas fecit Alcmæon. Thucyd. II. in fine.

†††

Nondum facta ſunt propria) Nam ſtante licet proprietate primævâ, nihilominus qvædam res poſſeſſoris vacuæ manſerunt reſpectu certi uſus, & velut ex causâ derelicti, *Dn. Joh. Strauch. Diſſ. de Imper. mar. c.* 1 § 12. non verò ex efficiâ inter primos homines communione bonorum, qvam hîc falſo præſupponit Grotius

V. De

V. De feris, piſcibus, avibus illud notandum eſt; qvi imperium habet in terras & aqvas, ejus lege impediri poſſe aliqvos, ne feras, piſces, aves capere, & capiendo acqvirere eis liceat: atqve hac lege teneri etiam exteros. Ratio eſt, qvia ad gubernationem populi moraliter neceſſarium eſt, ut qvi ei vel ad tempus ſe admiſcent, qvod fit intrando territorium, ii conformes ſe reddant ejus populi inſtitutis. Nec obſtat, qvod ſæpe in jure Romano legimus, jure naturæ, aut gentium, liberum eſſe talia animalia venari: hoc enim verum eſt qvamdiu lex civilis nulla intercedit, ſicut lex Romana res multas relinqvebat in illo primævo ſtatu, de qvibus aliæ gentes aliud conſtituerunt. Cum autem lex civilis aliud conſtituit, eam obſervari debere jus ipſum naturæ dictat. Lex enim civilis qvanqvam nihil poteſt præcipere, qvod jus naturæ prohibet, aut prohibere qvod præcipit, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, & vetare qvod naturaliter licebat, atqve etiam ipſum dominium naturaliter acqvirendum vi ſua (*a*) antevertere.

Covarr. c. peccatum part. 11. §. 8. Dd. in L. 1. Cunctos populos. C. de Summ. Trin. Innoc. & Panorm. in c. à nobis. 1. de Sent. Excom. Covar. d. loco.

(*a*) c. III. h. l. §. 5.

†††

Jus ipſum natura dictat) Conſentit cum Grotio *Ludov. Molin. de Juſt. & Jur. Tr. 1. diſp. 43. n. 1.* Cum neqve naturali jure neqve Gentium venatio ſit præcepta, ſed ſolum ſtando intra ſolos limites talis juris licita ſit ac permiſſa ſupervenireqve poſſint legitimæ cauſæ, qvibus expediens, decensqve ſit eam, vel aliqvibus perſonis, vel certis qvibusdam locis, aut temporibus, vel aliqvibus inſtrumentis prohiberi, ſanè ridiculum eſt affirmare poteſtates publicas non poſſe ſub qvibusdam certis limitibus & terminis venationem prohibere. Neqve enim id eſt naturali aut gentium juri adverſari, ſed eſt per poteſtatem, qvam habent, juſta de cauſa coarctare id, qvod ſtando in ſolo jure naturali & Gentium erat licitum; qvod ſanè fas eſſe Principibus, non ſemel oſtenſum eſt. Sed hæc leviora ſunt, *vid. plur. Autt.* qvi hoc argumentum in terminis pro & contra tractarunt, *ap. Dn. Abaſver. Fritſch. in Corp. Jur. Venator. Foreſt. p. 1.*

†L. II. c. XX. §. 29. n. 1. L. III. c. XI. §. 4. n. 5. c. XII. §. 1. L. 2. §. cum in eadem. 2. D. ad L. Rhodiam. L. Qvo naufragium. 3. §. 7. Qvod ait. D. de Incend. L. Qvemadmodum. 29. §. Item 3. D. ad L. Aqviliam. Thom. 2, 2. 66, 7. Covar. cap. peccatum. p. 2. §. 1. Soto, lib. V. q. 3. art. 4.

VI. 1. Videamus porro ecqvod jus communiter hominibus competat in eas res, qvæ jam propriæ aliqvorum factæ ſunt. qvod qværi mirum forte aliqvis putet, cum proprietas videatur abſorpſiſſe jus illud omne, qvod ex rerum communi ſtatu naſcebatur. Sed non ita eſt. Spectandum enim eſt, qvæ mens eorum fuerit, qvi primi dominia ſingularia introduxerunt: qvæ credenda eſt talis fuiſſe, ut qvam minimum ab æqvitate naturali receſſerit. Nam ſi ſcriptæ etiam leges in eum ſenſum trahendæ ſunt qvatenus fieri poteſt, multo magis mores, qvi ſcriptorum vinculis non tenentur.

2. Hinc primo ſeqvitur, in graviſſima neceſſitate reviviſcere jus illud priſtinum rebus utendi, tanqvam ſi communes manſiſſent; qvia in omnibus legibus humanis, ac proinde & in lege dominii, ſumma illa neceſſitas † videtur excepta.

3. Hinc illud, ut in navigatione, ſi qvando defecerint cibaria, qvod qvisqve habet in commune conferri debeat. ſic & defendendi mei cauſa vicini ædificium orto incendio diſſipare poſſum: & funes aut retia diſcindere in qvæ navis mea impulſa eſt, * ſi aliter explicari neqvit. Qvæ omnia lege civili non introducta, ſed expoſita ſunt.

Thom. 2, 2. 66, 7. Covar. cap. peccatum. p. 2. §. 1. Soto, lib. V. q. 3. art. 4.

§

***

Si aliter explicari nequit) Talia non procedunt nisi ex magna & satis necessaria causa. Ulpianus l. Si alius. D. qvod vi aut clam, ubi seqvitur exemplum illud de ædibus interciſis arcendi incendii causa.

†††

Dissipare possum) Ita qvidem, ut cessent adversus me actiones ex interdicto, qvod vi aut clam, damni injuria dati, legis Aqviliæ & ex edicto de incendio, ruina, naufragio; nisi forte an, nullo incendio existente, ædes destruxerim, deinde postea incendium exortum fuerit, *l. 7. ff. 4. §. in fin. qvod vi aut clam.* qvia non ex postfacto, sed ex præsenti statu damnum factum sit, nec æstimari oportet; nec regulariter teneor ad restitutionem damni dati *Zæl. ff. ad l. aqv. n. 14. Ludov. disp. 15. Th. 5. l. c.* ita, ut jure actionis ad id cogi qveam, qvamvis ex obligatione minus perfecta, naturali tamen, ex misericordia, charitate, & æqvitate erga proximum proveniente, (qvam & in foro conscientiæ adstringere dicit *Suthelt. Diss. 12. Th. 20.*) omninò ad id, una cum reliqvis meis vicinis, qvorum res per hanc domus proximæ dissipationem servatæ fuerunt, obligemur, ut pro ejus reparatione viciſſim in commune contribuamus, qvod etiam intendunt *Gail. 2. obs. 22. num. 3. Dn. Pufend. de J. N. & G. l. 2. c. 6. §. 8. add. Not. ad Guil. Grot. c. 8. §. 6. pag. 138.*

4. Nam & inter Theologos recepta sententia est, in tali necessitate, si qvis, qvod ad vitam suam necessarium est, sumat aliunde, eum furtum non committere: cujus definitionis non hæc causa est, qvam nonnulli adferunt, qvod rei dominus ex caritatis regula rem egenti dare tenetur, sed qvod res omnes in dominos distinctæ cum benigna qvadam receptione primitivi juris videantur. Nam si primi divisores interrogati fuissent, qvid de ea re sentirent, respondissent qvod dicimus. *Necessitas*, inqvit pater Seneca, *magnum humanæ imbecillitatis patrocinium, * omnem legem* (humanam scilicet, aut ad humanæ modum factam) *frangit.* Cicero Philippica XI. *Cassius in Syriam profectus est, alienam provinciam, si homines legibus scriptis uterentur: his vero oppressis, suam lege naturæ.* Apud Curtium † est: *In communi calamitate suam qvemq; habere fortunam.* † L. III. c. 20. §. 7. †Lib. VI. c. 4.

***

Omnem legem frangit) *qvicqvid coëgit defendit.* lib. IV. Controv. XXVII. Exemplis idem Seneca illustrat in excerptis controversiæ IV. *Necessitas est, qvæ navigia jactu exonerat: necessitas est, qvæ ruinis incendia opprimit: necessitas est lex temporis.* Theodorus Priscianus vetus Medicus: *Expedit prægnantibus in vitæ discrimine constitutis sub unius partus sæpe jactura salutem mercari certissimam, sicut arboribus crescentium ramorum accommodatur salutaris abscissio, & naves pressæ onere cum gravi tempestate jactantur, solum habent ex damno remedium.* Prima illa verba ad ἐμβρυοθλάστω pertinent, cujus instrumenti descriptio apud Galenum & Celsum, ac proinde eadem vox restituenda apud Tertullianum de Anima.

†††

Furtum non committere) Perez. C. de furt. n. 10 modo observentur requisita, qvæ Gro-

tius proponit *in §. 7. 8. 9.* Hic siqvidem indigens non tam accepit rem, ut communem, qvam ut communicandam, ad qvod mutuum suppeditandum dives & non indigens jure naturæ & cognatione naturali adstrictus est, *vid. Less. de J. & J. lib. 2. c. 12. d. 12. n. 66. pag.* 120. Crimen enim dicitur, cum possis denegare indigenti, qvi sub spe restitutionis, in casu urgentissimæ & inevitabilis necessitatis, ad victum & amictum necessaria à te petit, teqve, ut hæc sibi mutuo des, adigit, vel, si recuses, clanculum tibi sub eodem resarciendi & absqve furandi affectu tibi aufert. Interim cum Grotio non opus habemus recurrere ad primitivi juris communionem, qvæ hactenus sæpius rejecta fuit. *Add. Guil. Grot. de Princip. Jur. Nat. cap. 13. §. 10. ibiqve not pag. 228. & seqq.*

Less. lib. II. cap. 12. dub. 12. n. 70.

VII. Sed cautiones adhibendæ sunt, ne evagetur hæc licentia: qvarum prima sit: omni modo primum tentandum, an alia ratione necessitas evadi possit, puta adeundo magistratum, aut etiam tentando, an rei usus à domino possit precibus obtineri. Plato ex vicini puteo aqvam peti, ita demum permittit, si qvis in suo ad cretam usqve foderit ad aqvam exqvirendam: & Solon; Si in suo foderit ad qvadraginta cubitos: ubi addit Plutarchus; ἀπορίᾳ γὰρ ὤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν. *Arbitrabatur subveniendum necessitati, non instruendam pigritiam.* Xenophon in responso ad Sinopenses: ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν οὐκ ἔχωμεν, ἂν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἂν τε εἰς Ἑλληνίδα οὐχ ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγκῃ λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια: *ubi jus emendi nobis non conceditur, sive in Barbarico, sive in Græcanico solo, ubi qvæ opus est sumimus, non per proterviam, sed ex necessitate.*

exped. Cyri V.

IIX. Secundo non concedendum hoc, si pari necessitate ipse possessor teneatur. nam in pari causa possidentis melior est † conditio. *Stultus non est,* ait Lactantius, *qvi tabula naufragum, ne salutis qvidem pro priæ causa, nec eqvo saucium dejecerit: qvia se abstinuit à nocendo, qvod est peccatum, & hoc peccatum vitare sit sapientia.* Cicero dixerat Officiorum III. *Nonne igitur sapiens, si fame ipse abstulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior, qvam animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia.* Apud Curtium legitur: *Melior est causa suum non tradentis, qvam poscentis alienum.*

† L. II. c. XXIII. §. XI. Lib. V. c. 16.

IX. Tertio, ubi fieri poterit, faciendam restitutionem. † Sunt qvidam, qvi aliter censent hoc argumento, qvod, qvi jure suo usus est, ad restitutionem non obligetur. Sed verius est, jus hic non fuisse plenum, sed restrictum cum onere restituendi, ubi necessitas cessaret. Tale enim jus sufficit ad servandam naturalem æqvitatem contra rigorem dominii.

† L. III. c. XII. §. 1. n. 1. Adr. qvodlib. I. art. 2. col. 3. Covarr. d. l.

†††

Tertio ubi fieri poterit) Addit *Grotius* qvartum: non ultra sumendum, qvam necessitas exigit, *l. 3. c. 17. §. 1.*

X. Hinc colligere est, qvomodo ei, qvi bellum pium gerit, liceat locum †† occupare, qvi situs sit in solo pacato: nimirum, si non imaginarium, sed certum sit periculum, ne hostis eum locum invadat, & inde irreparabilia

†† L. II. c. XXII. §. 5. L. III. c. 1. §. 2. n. 2. c. XVII. §. 1.

bilia damna det: deinde, si nihil sumatur, quod non ad cautionem sit necessarium, puta, nuda loci custodia, relicta domino vero jurisdictione & fructibus: postremo, si id fiat animo reddendæ custodiæ simulatque necessitas illa cessaverit. *Enna aut malo aut necessario facinore retenta*, ait Livius: quia malum hîc, quicquid vel minimum, abit à necessitate. Græci, qui cum Xenophonte erant, cum navibus omnino opus haberent, ipsius † Xenophontis consilio, ceperunt transeuntes, sed ita, ut merces dominis intactas conservarent, nautis vero & alimenta darent, ut precium persolverent. Primum ergo, quod post dominia ex veteri communione restat jus, est id, quod jam diximus necessitatis. Lib. XXIV. De Exped. Cyri. lib. V. † L. I c. III. §. 4. n. 3. L. III. c. XI. §. 1. n. 1.

†††

Liceat locum occupare) Sic Rex Svecorum Gustavus Adolphus Stetinum & alia Pomeraniæ loca ditioni Ducis Bogislai subjecta, sub promissione reddendæ custodiæ, simul atque necessitas belli, quod in Imperatorem Ferdinandum II. meditabatur, cessaret, occupavit, relictis Ducis jurisdictione territoriali, regalibus & aliis quibuscunque pertinentiis, uti edocent compactata inter Regem Sveciæ & Ducem Bogislaum sub dato Stetin. 10. Julii 1630. Idem perspeximus inter fœderatos Belgas & Hispanos exorto bello: multas siquidem Cliviæ Imperii Electorisque Colonienses Civitates vi armorum ac occupatione fœderati invasere, inque limitaneo earum ditionum agro arces, castella, aliaque militiæ opera exstruxere, de quo eleganter *Boxhorn. in diquis. pol. cas.* 30. *per tot.* Et Rex Svecorum Carolus Gustavus bellum in Polonos movens in limitaneo Ducis Megapolitani fortalitium prope Waremundum in sui tutelam & defensionem, ne forte Polonus plus ultra progressum faciendo ad se quoque perveniret, exstruxit, illudque destructum belli tempore dissentiente licet Megapolitano restauravit. *Vid. Act. Francofurt. t. 6. de anno* 1661. ibique Ducis & Regis epistolæ mutuæ *p.* 162. *&* 227. *add. Not. ad Guil. Grot. cap.* 8. *§.* 6. *pag.* 139.

Cœperunt transeuntes) Spectant hûc mandata Johann. & Eduardi Regum Angliæ, quæ recenset *Selden. de domin. mar. l.* 2. *c.* 20. *p. m.* 385. *& seqq.* add. *l.* 7. *C. de SS. Eccles.* vocantur alias hæ navium detentiones voce Persicâ angariæ sive onus, quo in transvehendo commeatu, armis, equis, exercitu, tempore expeditionis bellicæ Principibus sive Rebusp. naves (nisi conventionum & privilegiorum tabulæ huic detentioni adversentur *Rot. Genov. dec.* 62. *n.* 3. *Santern. Lusitan. de Assecur. & Sponf. merc. p.* 3. *n.* 26.) servire tenentur. Quas imponere possunt illi, qui jura majestatis habent, 2. *Feud.* 56. *Ludov. Hornick. de Jur. Post. c.* 19. *th.* 3. *n.* 6. *jung. Aut. Jur. int. Gent. p.* 2. *f.* 5. *q.* 10. *Alberic. Gentil. Advoc. Hispan. l.* 2. 26.

Et pretium persolverent) Consentit *Selden. l. c. p.* 389. *in fin.* Quod verò, inquiens, de sistendis navibus eisque in officia Regis maritima conscribendis adductum est, id semper intelligas oportet, ita ad justitiæ normam factum, ut pro ratione tum doliorum, quibus æstimabantur, tum pro nautarum numero ita conductorum, congrua merces esset præstanda. Qua de re testimonia etiam occurrunt *in Tabl. Parlamentaria Rot. Part.* 3. *Hen.* 5. *p.* 1. *n.* 6 *seq.* 31. Quamvis justitiæ hujus defectum hodie sæpe numero à mercatoribus maximo suo damno deplorari dicat *Joh. Marquard. de Jur. Merc. l.* 2. *c.* 5. *n.* 40.

XI. Alterum est utilitatis innoxiæ. *Quid ni enim*, inquit Cicero, *quando sine detrimento suo potest, alteri communicet, in iis, quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta?* Ideo Seneca beneficium negat dici posse ignis accendendi De off. I. IV. de Benef.

dendi potestatem. Apud Plutarchum legimus Symposiacôn VII: ὅτε γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσον αὐτὸς ἄδην ἔχοντας. ὅτε νάματος εὐροηθέντας πηγὴν ἀποτυφλὸν καὶ ἀποκρύπτειν, ὅτε πλοῦ σημεῖα καὶ ὁδὸν διαθείρειν χρησιμεύοντας; ἀλλ' ἐὰν καὶ ἀπολείπειν τὰ χρήσιμα τοῖς δεησομένοις μεθ' ἡμᾶς. *Nam neq; alimenta nobis fas est perdere, ubi ipsi plus satis habemus; neq; fontem, postquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare; neq; signa navigationis aut itineris abolere, quæ nobis usui fuerint.*

XII. Sic flumen, qva flumen dicitur, proprium est populi cujus intra fines fluit, vel ejus, cujus in ditione est populus: atqve ei licet molem in flumen injicere: qvæ in flumine nascuntur ejus sunt. At idem flumen, qva aqva profluens vocatur, commune mansit, nimirum, ut bibi hauririq; possit.

L. 1. Qvædam. D. de Rer. Div.

Quis vetat apposito lumen de lumine sumi;
Atq; cavum vastas in mare servet aquas?

inqvit Ovidius: apud qvem & Lycios Latona sic alloqvitur:

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est:

ubi & undas vocat munera publica, id est hominibus communia vocis publicæ acceptione minus propria; qvo sensu res qvædam publicæ juris gentium dicuntur. Virgilius undam eodem sensu dixit cunctis patentem.

XIII. 1. Sic & terræ, & flumina, & si qva pars maris in proprietatem populi alicujus venit, patere debet his, qvi transitu opus habent ad causas justas; puta, qvia suis finibus expulsi qværunt terras vacuas, aut qvia commercium expetunt cum gente sepositā, aut etiam, qvia, qvod suum est, justo bello petunt. Ratio hîc eadem, qvæ supra, qvia dominium introduci potuit cum receptione talis * usus, qvi prodest his, illis non nocet: ideoqve dominii auctores id potius censendi sunt voluisse.

Bald. III. conf. 293.

***

Usus, qvi prodest his, illis non nocet) Servius ad VII. Æneidos *littusq; rogamus innocuum, cujus vindicatio*, ait, *nulli possit nocere.*

2. Exemplum habemus insigne in Mosis historiæ, qvi cum transeundum haberet per alienos fines, primum Idumæo, deinde Emoræo has tulit leges, iturum se via regia, nec deflexurum ad possessiones privatas: si qva re ipsorum haberet opus, justum pretium eis persoluturum. Qvæ conditiones cum repudiarentur, * justum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Innoxium enim transitus denegabatur*, inqvit Augustinus, *qvi jure humanæ societatis æqvissimo patere debebat.*

Num. XX. & XXI.

Lib. qv. IV. supr. Num. ad cap. 20.

***

Justum eo nomine bellum) *Justa bella gerebantur, à filiis Israël contra Amorræos*, ait indicato hic loco Augustinus. Sic Amyntorem Orchomeni regem ob negatum transitum interfecit Hercules, notante id Apollodoro. Græci Josephum bello petiere, qvod eos per fines suos transire passus non esset: notat

Scho-

Scholiastes ad Horatii carmen in Canidiam. Adde legem Longobardicam lib. II, tit. LIV. c. 2.

3. Græci, qvi cum Clearcho: πορευόμεθα δὲ ἂν οἴκοδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λιποίη ἀδικοῦντα μέν τοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνεσθαι. *Domum ibimus, si nemo molestus sit: si qvis injuriam faciat, cum Deorum ope arcere conabimur.* Nec multo aliter * Agesilaus, cum ex Asia rediens ad Troadem venisset, interrogavit, ut amicum se, an ut hostem transire vellent: Et * Lysander Bæotios, rectis se hastis transire vellent, an inclinatis. Batavi apud Tacitum Bonnensibus nuntiant: *Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inventuros.* Cimon qvondam Lacedæmoniis suppetias laturus per agrum Corinthium traduxerat copias; reprehensus à Corinthiis, qvod non prius civitatem compellasset: nam & qvi fores alienas pulset, non intrare nisi domini permissu: *At vos,* inqvit, *Cleonæorum & Megarensium fores non pulsastis, sed perfregistis, censentes omnia patere debere plus valentibus.* Media sententia vera est, * postulandum prius transitum: sed si negetur, vindicari posse. * Ita Agesilaus ex Asia rediens cum à rege Macedonum transitum postulasset, atqve is consultaturum se dixisset: *Consultet,* inqvit: *nos interea transibimus.*

Plut. Apo.

Hist. IV. cap. XX.

Plut. Cim.

***

Agesilaus) Vide etiam in ejus vita hac de re Plutarchum.

Lysander) Et in hujus vita eundem.

Postulandum prius transitum) Aristophanes Avibus:

εἰδ' ὥσπερ ἡμεῖς ἢ ἰέναι βουλώμεθα,
πυθῶδε βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.
Ut nos, cum nobis Delphos sumendum est iter,
Prius Bœotos transitum deposcimus.

ubi Scholiastes: τότε μόνον δίοδον ζητοῦσιν, ὅταν στράτευμα διάγῃ. *Tunc demum iter poscitur, ubi exercitus traducitur.* Veneti & Germanis & Gallis de Marano certantibus iter præbuere; Paruta XI. Iidem Germanis conqverentibus de transitu hostibus dato ostendunt, id nisi armis impediri non potuisse, qvibus uti non mos sibi, nisi in hostes manifestos; eodem libro. Sic & Pontifex se excusat, libro ejusdem XII.

Ita Agesilaus ex Asia rediens à rege Macedonum) Etiam hac de re Plutarchum in ejus vita inspice.

4. Neqve recte excipiet aliqvis metuere se multitudinem transeuntium. Jus enim meum metu tuo non tollitur: eoqve minus, qvia sunt rationes cavendi, ut si divisis manibus transmittantur copiæ, * si in ermes, qvod Agrippinenses Germanis dicebant: qvem morem antiqvitus in Eleorum regione observatum notavit Strabo: si impensa transeuntis, is, qvi transitum concedit, sibi præsidia idonea conducat: * si obsides dentur, qvod à Deme-

Tac. IV. historiar. cap. 65. Lib. IIX.

trio Seleucus poſtulabat, ut eum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ſineret. Sic etiam metus ab eo, in qvem bellum juſtum movet is, qvi tranſit, ad negandum tranſitum non valet. Neqve magis admittendum ſi dicas, & aliò poſſe tranſiri: tantundem enim qvivis diceret, atqve eo modo jus transeundi plane interimeretur: ſed ſatis eſt, ſi ſine dolo malo tranſitus poſtuletur qva proximum ac commodisſimum eſt. Plane ſi injuſtum moveat bellum qvi tranſire vult, * ſi hoſtes meos ſecum ducat, negare tranſitum potero: nam, & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atqve iter impedire, fas eſſet.

***

Si inermes) Exemplum in excerpto legationum XII. apud Bembum VII. hiſtoriæ Italicæ. Vide & notabilia pacta de tranſitu inter Fredericum Barbaroſſam & Iſacium Angelum apud Nicetam libro II. de vita ejusdem Iſacii aliqvot locis. in Imperio Germanico tranſitum poſtulans de damno reſarciendo cavet; vide & Cranzium Saxonicorum X. & Mendoſam in Belgicis. Cæſar Helvetiis iter per provinciam noluit concedere, qvod homines iniqvo animo exiſtimabat non temperaturos ab injuriis & maleficio; de Bello Gallico lib. I.

Si obſides dentur) exemplum habes Procopii Perſicorum II.

Si hoſtes meos ſecum ducat) Hoc dicebant Franci, qvi in Venetia erant, Narſeti Langobardos ſecum ducenti; Gotthicorum IV. Alia negati itineris exempla habes apud Bembum libro VII. Italicorum, apud Parutam libro hiſtoriæ Venetæ V. & VI.

†††

Metu tuo non tollitur) Aſt tamen injuſtum eſt alterius gratiâ amicum amittere, aut non hoſtili animo affectum hoſtem conſeqvi. His adde qvod facilè contingere poſſit, ut alter ille, contra qvem bellum geritur, occurrat traſeunti in regione intermedia, & ſic belli ſedes in eâ figatur. *Vid. Dn. Zigler. p.* 234. & *Dn. Felden. h. l. p.* 131. Alias hunc locum Grotii ex profeſſo refutat *Dn. Strauch. de Imp. M. c.* 8 *n.* 2. Qvale enim, inqvit ille, jus habeo eundi per alienum, ſuo Principe invito? Qvod nec habiturus ſis per privati alicujus Titii fundum iturus, *l.* 13. *§. ult. ff. de injur.* niſi ſervitute qvæſitâ. Qvis autem puret libertatem territorii, qvæ univerſitas agrorum eſt non minui, inconſulto Domino, propriaqve auctoritate tranſeundo, cum minuatur agelli unius libertas hoc modo, itinere alii permiſſo. Imò ſi ſervitute itineris, actus, viæ, jure conſtituta libertas prædii minuitur, qvid non minuatur facto tranſeuntis mero uſurpata? Sed fac, jus tibi eſſe, dicam, omninò conſtringi, ſi inde ſecuritati metuam. Eſt enim ſecuritas inter bona externa Reip. qvæ invito nemini debet attrectari uſurpativè: Sed jam dixi repugnare conditioni hominis liberi, atqve ſervile eſſe, inevitabili neceſſitate cogi ab altero metuere. Qvod verò addit Grotius, cavendi eſſe rationes, ut ſecurus ſit dominus, in eo ſibi, qvàm nobis magis adverſaturi. Seqvitur enim ut qvamdiu ſecuritati meæ cautum non fuerit, metu meo jus tuum impediri.

Si hoſtes meos) Sic Brunduſini portas clauſerunt Antonio, & Carthaginenſes filiis Maſſiniſſæ. Veneri ſecundum *Jo. lib.* 41. negarunt Maximiliano primo, qvi cum exercitu petebat tranſire Romam ad Imperii coronam accipiendam, atqve cauſabantur, rem pacis non egere armatis. Et Euburones aliis armatis denegarunt, *Tac. 4. hiſt.* Et Agrippinenſes olim

olim gedeuntes in amicitiam cum Germanis aliis: *sint transitus inculpati, sed diurni & inermes, Grid. Alb. Gentil. de J. B. l. 1. c. 19. Autor. Juris inter Gentes, P. 2. Sect. 5. q. 8.*

5. Neqve vero personis tantum, sed & mercibus transitus debetur. Nam qvominus gens qvæqve cum qvavis gente sepositа commercium colat, impediendi nemini jus est: id enim permitti interest societatis humanæ; nec cuiqvam damno id est: nam etiam si cui lucrum speratum, sed non debitum decedat, id damni vice reputari non debet. Testimoniis qvæ ad hanc rem produximus alibi, addemus unum *ex Philone: πᾶσι ἡ θάλατται φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, καὶ τὰς αἰτιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν αἱ τεκλίνουσιν αἱ χῶραι κοινωνίας ἱμέρῳ. τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσα, ὧν ἢ ἄγουσι περιουσίαν ἀντιπέμπουσα. Φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν. ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς. Mare omne navibus onerariis tuto satis navigatur, *eo commercio quod ex naturalis societatis desiderio inter nationes intercedit, dum mutuo aliarum copia aliarum inopia succurrit. Nam invidia nunquam aut orbem universum, aut magnas ejus partes invasit.* Alterum ex Plutarcho, qvi de mari sic loqvitur: *ἄγριον ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον ἥμερον τὸ στοιχεῖον σωτηρίᾳ καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθωθὲν ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν: Vitam nostram, feram alioqui & commerciorum exsortem, hoc elementum sociavit atqve perfecit, supplens qvod deerat ope mutua, & permutatione rerum societatem amicitiamq; concilians.* Qvicum convenit Libanii illud: *ὁ μὲν τοῖς πόντου γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διεῖρε τὰ δῶρα καὶ τὰς χώρας εἰς κοινωνίαν τὰς ἀνθρώπους ἄγων τῇ παρ' ἀλλήλων χρεία. καὶ φαίνει δὴ ταῦτα ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ' ἑνὶ φυομένων κοινὰ εἰς ἅπαντας ἐνέγκῃ τὸν ἀπέλασιν. DEUS non omnia omnibus terræ partibus concessit, sed per regiones dona sua distribuit, qvo homines alii aliorum indigentes ope societatem colerent. Itaq; mercaturam excitavit, ut qvæ usqvam nata sunt iis communiter frui omnes possent.* Euripides qvoqve Supplicibus Thesea inducens loqventem, his qvæ humana ratio in commune bonum reperit navigationem annumerat, his verbis:

πόντῳ τε ναυστολήμαθ' ὡς διαλλαγὰς
ἔχωμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.
Et cuiq; terræ qvæ suum ingenium negat,
Supplere ratium pelagus discursibus.

Apud Florum est: *Sublatis commerciis, rupto fœdere generis humani.* Lib. III.

***

Ex Philone) in legatione ad Cajum.

Eo commercio qvod ex naturalis societatis desiderio inter nationes intercedit) Servius ad Eclogam IV. *navigatio ex mercimonii ratione descendit.* Idem, ad Georgicon I. *significat, necessitate qværendarum rerum homines navigandi peritiam ac studium reperisse. commune bonum erat patere commercium maris.* Ambrosius

ſius in opere de creatione: *Bonum mare tanqvam hoſpitium fluviorum, invectio commeatuum, qvo ſibi diſtantes populi copulantur*, qvæ ex Baſilio ſumta Hexemeri IV. Mare forum mundi, inſulas ſtationes in mari eleganter dixit de Providentia II. Theodoretus. Adjungam his Chryſoſtomi ad Stelechium verba: τί ἂν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γινομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῆς ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γίγνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ὁδὸν τὴν θάλατταν ἀνῆκε πανταχοῦ τῆς γῆς ὁ Θεός. ἵνα ὥσπερ οἶκον ἕνα, τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες, οὕτω θαμινὰ πρὸς ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδοὺς εὐκόλως ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ' ἐκείνου. καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὤν, τῶν πανταχοῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεστι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας, ἕκαστον τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δόντα τῷ πόρρωθεν κατακειμένῳ, τὸ παρακείμενον ἀντιλαβεῖν, τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα. *Qvomodo autem ſatis digne qvis explicet facilitatem ad mutua commercia nobis datam? Ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeatibus adferret, breviorem viam, mare ſcilicet, ubiqve terrarum diſpoſuit Deus, ut mundum tanqvam unam domum communiter inhabitantes crebro nos invicem viſeremus, & apud ſe nata qvisqve alteri communicans viciſſim commode acciperet res apud illum abundantes, ac ſic exiguam tenens terræ partem, ita tanqvam ſi teneret univerſam, frueretur ejus, qvæ ubivis ſunt, bonis. Licet itaqve nunc tanqvam in communi menſa convivarum unicuiqve ea qvæ ſibi appoſita dare alteri longius accumbenti, ac contra qvæ apud ipſum ſunt accipere manu tantum extenta.*

†††

Sed & mercibus tranſitus debetur) Qvamvis & his, ſicuti perſonis, tranſitus etiam negari poſſit, ſi utrobiqve ſubſit par ratio; hinc admiratur *Dn Strauch. l. c. §. 3.* cur olim in dubium vocatum fuerit, an Eliſabethæ Angliæ Reginæ vi Imperii maritimi licuerit, Reſpublicas, qvæ annonam & arma Hiſpano hoſti ſuo advehebant, tranſitu per mare ſuum prohibere? Cùm non tantùm Imperii maritimi, ſed belli qvoqve jure id licere oporteat. Qvis enim hunc tranſitum innoxium credat? Qvo merces, tanqvam inſtrumenta ad bellum ſuſtinendum actionemqve hoſtilem exercendam comparata, transportantur.

XIV. 1. Sed qværitur, an ita tranſeuntibus mercibus, terra, aut amne aut parte maris, qvæ terra acceſſio dici poſſit, vectigalia imponi poſſint ab eo, qvi in terra imperium habet. Certe qvæcunqve onera ad illas merces nullum habent reſpectum, ea mercibus iſtis imponi nulla æqvitas patitur. Sic nec capitatio, civibus impoſita ad ſuſtentanda reipublicæ onera, ab exteris tranſeuntibus exigi poteſt.

2 Sed ſi aut ad præſtandam ſecuritatem mercibus, aut inter cetera etiam ob hoc onera ſuſtinentur, ad ea compenſanda vectigal † aliqvod imponi mercibus poteſt, dum modus cauſæ non excedatur. * Inde enim pendet juſtitia, ut tributi, ita & vectigalis. Sic vectigal eqvorum & neti qvæ Iſthmum Syria-

† L. II. c. III. §. 14.
I. Reg. X, 28.

Syriacum transibant accepit Rex Solomo. De thure Plinius: *Evehi non potest, nisi per Gebanitas.* * *Itaq; & horum regi penditur vectigal.* Sic ditati Massilienses ex fossa, qvam ex Rhodano in mare Marius duxerat, πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους: * *vectigal exigens ab iis, qvi navibus ascenderent aut descenderent*, ut Strabo narrat libro qvarto. Idem libro octavo nos docet, Corinthios ab antiqvissimis usqve temporibus vectigal percepisse de mercibus, qvæ ad vitandum Maleæ flexum, terra de mari in mare transferebantur. Sic pro Rheni transitu pretium accipiebant Romani. *Etiam in pontibus pro transitu datur*, inqvit Seneca. Et de fluminum transitu pleni sunt Jurisconsultorum libri.

XII, 14.

Tac. hist. IV. Chop. de Do. lib. I. tit. 9. Pereg. L. I. de Jure Fisci. c. 1. n. 22. Ang. cons. 190. Zabar. cons. 38. Ferra. in Tr. de Gabell.

***

Inde enim pendet justitia, ut tributi ita & vectigalis) Vide legem Longobardicam libro in titulo XXXI. c. XXXIII. & epistolam Episcoporum ad Ludovicum regem, qvæ inter capitula legitur Caroli Calvi c. 14.

Itaq; & horum regi penditur vectigal) simile apud Leonem Afrum non longe ab initio.

Vectigal exigens ab iis, qvi navibus ascenderent aut descenderent) Huc alludens Aristophanes in Avibus vult interstrui aërem ut dii cogantur de victimarum nidore vectigal pendere.

3. Sed freqvens est, ut æqvus modus non servetur, cujus rei Phylarchos Arabum incusat † Strabo, hoc addito: χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοῖς αὐθαδέσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τὸ τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές. *Difficile enim est, ut inter validos & feroces definiatur modus mercatori non gravis.*

† Lib. XVI.

XV. 1. Morari qvoqve aliqvantisper prætervehentibus aut prætereuntibus, valetudinis, aut alia qva justa de causa, licere debet. nam est & hoc inter utilitates innoxias. * Itaqve Ilioneus apud Virgilium, cum Trojani in terra Africa consistere vetarentur, Deos judices audet invocare; & probata Græcis qverela Megarensium adversus Athenienses, qvi eos portubus suis arcebant, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια, *contra jus commune*, ut Plutarchus loqvitur: ita ut Lacedæmoniis nulla belli causa justior visa fuerit.

Vict. de Indis, Rel. 2. n. 1. Pericle. Diod. l. XII. Thuc. I.

***

Itaq; Ilioneus) Servius ad eum locum: *Occupantis enim est possessio littoris. unde ostenduntur crudeles qvi etiam à communibus prohibeant.* Laomedon ab Hercule occisus, qvod eum Trojæ portu pelleret, Servio ibidem narrante.

†††

Licere debet) Qvamvis non semper sine onere præprimis si adpellentium res nimis fractæ non fuerint, *add. Bæcler. ad h. l. p. 81. Dn. Struv. Synt. J. F. c. 6. aph. 7. n. 13. & 14.* qvi ex *Bodino l. 1. de Rep. c. 10. & Stipmann. de Jure marit. P. 2. c. 4. n. 168* probat, hodie anchoras alienis littoribus sine Principis concessione injicere non licere. Qvo jure etiam Belgas uti in Cabo de Bona Speranza erga exteros notat *Volqvard. Jversen, in Descript. Ind. Orient. Itin. l. 4. c. 19. p. 220.*

2. Cui & hoc consequens est, ut tugurium momentaneum ponere liceat, puta in littore, etiamsi littus à populo occupatum concedamus. nam quod decretum Prætoris adhibendum, dixit Pomponius, † ut in littore publico vel mari exstruere quid liceat, ad permanentia ædificia pertinet: quo & illud Poëtæ:

† L. 50. D. de acq. rer. dom.

Contracta pisces æquora sentiunt
Jactis in altum molibus.

†† h. l. c. IX. §. VII. L. III. c. XX. §. 41.

XVI. Sed & perpetua habitatio his, qui sedibus suis expulsi †† receptum quærunt, deneganda non est externis, dum & imperium, quod constitutum est, subeant, & quæ alia ad vitandas seditiones sunt necessaria. Quam æquitatem rectè observavit divinus Poëta, cum Æneam inducit has ferentem conditiones:

Socer arma Latinus habeto,
Imperium solenne socer.

Et apud Halicarnassensem Latinus ipse æquam esse dicit Æneæ causam, si sedium inopia compulsus eo adveniset. Barbarorum est hospites pellere, ait ex Eratosthene Strabo: nec probati hac in parte Spartiani. Ambrosio quoq; judice illi, qui peregrinos urbe prohibent nequaquam probandi. Sic Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem ejusque socios, Cares Melios, Lacedæmonii Minyas, Cumæi alios ad se adventantes exceperunt. At de iisdem Minyis recte Herodotus, cum recepti partem imperii poscerent, ait eos ἐξυβρίσαι καὶ ποιῆσαι ἀχάεα, *injurios fuisse & fecisse, quæ facere fas non erat:* beneficium ab illis in injuriam versum, dixit Valerius Maximus.

Lib. I. Lib. XVII. De Officiis 3. c. 7. Herod. l. 1. & 4. Paus. in. l. VII. Oros. VII. Diod. l. IV.

Lib. IV. c. 6. Exempl. ext. 3.

†††

Deneganda non est) Sic subditus propter religionem in Imperio permissam solum & domicilium mutans in territorio alterius status Imperii, qui eidem religioni addictus est, domicilium ac jus civitatis optimè petere potest, *Nicol. Myler. in not. ad Rumel. in A. B. Car. IV. P. 3. diss. 2. Carol. 8. p. m. 670* Causam hujus positam videmus in charitate (a) Christiana, quum qui sunt ejusdem Confessionis, confraternitatem quasi inter se habeant, atque concives in Christo existant, quos ex civitate excludere salvâ conscientiâ vix fieri potest. (b) Quod, secus si statueretur, ejuscemodi exules ob Religionem Imperiali Banno notatis ferè similes existerent quibus nullibi certum domicilium habere liceret ac pœnam absque culpa paterentur, *Vid. Christ. Lehm. de Pac. Rel. l. 3. c. 35. §. 9. Henr. Andr. Cran. de Pac. Rel. p. 3. probl. 9.* Elegans nostro seculo, exemplum Christianis Principibus dereliquit Gustavus Adolphus, gloriosæ memoriæ, Svecorum Rex, qui multos ex Moravia, Bohemia, Austria &c. domo profugos & religionis causâ discedentes, in publico Edicto Regni sui, sedes vacuas occupare jussit, *Joh. Phil. Abelin. T. I. Act. Francofurt. ad ann. 1627. Godofr. Schulz. Chron. ad ann. 1627.* Idem prædicare possumus de piissimo Electore Johanne Georgio I. qui similiter iisdem propter Evangelium emigrare coactis integra loca, intra quæ & Johann-Georgen-Stadt/ assignavit. Aliam insuper migrationem vitiosam inducit *Grot. l. 2. c. 22. §. 8.* quam populus mutandæ sedis amore impulsus suscipit.

XVII. Sed & si quid intra territorium populi est deserti ac sterilis soli, id quo-

qvoqve advenis postulantibus concedendum est, aut etiam ab illis recte occupatur, qvia occupatum censeri non debet, qvod non excolitur, nisi imperium qvod attinet, qvod populo veteri salvum manet. Trojanis data à Latinis Aboriginibus jugera duri atqve asperrimi agri septingenta,*ut Servius notat. Apud Dionem Prusæensem oratione VII. legimus: οὐδὲν ἀδικοῦσιν, οἱ τὴν ἀρχὴν τῆς χώρας ἐργαζόμενοι: *nihil peccant, qvi partem terræ incultam colunt.* Clamabant olim Ansibarii, *sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas, qvæq; sint vacuæ eas publicas esse: Solem, qvin etiam & sidera respicientes, qvasi coram interrogabant, vellentne contueri in me solum: potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores.* Sed male dicta hæc generalia rei præsenti aptabant. Nam terræ illæ non omnino erant vacuæ, sed pascendis pecoribus & armentis militum serviebant: qvæ justa Romanis, negandi causa. Nec minus juste jam olim Romani ex Gallis Senonibus qværebant; *qvod jus esset agrum à possessoribus petere, aut minari arma?*

Ad XI. Æneidos.

Tac. ann. XIII. cap. 55.

Liv. lib. V. c. XXXVI.

***

Ut Servius notat) ex Catone, Sisenna, aliisqve veterum.

XIIX. Post jus commune ad res, seqvitur jus commune ad actus: qvod datur aut simpliciter, aut ex suppositione. Simpliciter datur hoc jus ad actus tales, qvibus ea comparantur, sine qvibus vita commode duci neqvit. Non enim par hic necessitas reqviritur, ut in re aliena arripienda: qvia hic non agitur de eo, qvod fiat domino invito, sed de modo acqvirendi dominis volentibus: tantum ne id aut lege lata, aut conspiratione impedire liceat. Est enim tale impedimentum naturæ societatis contrarium in his, qvas dixi, reb9. Hoc est, qvod Ambrosius vocat, * *separare à commerciis communis parentis, fusos omnibus partus negare, consortia vivendi averruncare.* Nam de supervacuis & mere voluptariis non agimus, sed de his, qvæ vita desiderat, puta alimentis, vestimentis, medicamentis.

De Officiis III. c. 7.

***

Separare à commerciis communis parentis) Plutarchus Pericle de Megarensibus: αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν ἀθηναῖοι κρατοῦσιν εἴργεσθαι, καὶ ἀπελαύνεσθαι παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια. *Deqverebantur omni se mercatu, omni portu, qvem tenerent Athenienses arceri depelliq; contra gentium jura.* Seneca epistola LXXXVII, recitato Virgilii loco:

Et qvid qvæq; ferat regio, & qvid qvæq; recuset.

Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si invicem alius ab alio aliqvid peteret: idem naturalium V, 18. *qvid qvod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis, miscuit?* Vide Anglorum qverelas de Hispanis apud Thuanum libro LXXI. in historia anni cIↃ IↃ LXXX.

XIX. Ad hæc igitur æqvo pretio comparanda jus esse omnibus homi-

Covarr. Var. Res. Lib. III. c. 14. ibi Tertio

nibus

nibus asseveramus: demto, si, à qvibus petitur, ipsi ejus rei indigeant: qvomodo in summa penuria frumenti venditio prohibetur. Et tamen, ne in tali qvidem necessitate expelli posse admissos semel peregrinos, sed commune malum communiter tolerandum ostendit indicato jam loco Ambrosius.

***

Molina, disp. 105. Ægl. Reg. de act. supernat. disp. 31. du 2 n 52. Cæs. bell. Gall. † Lib. XVI.

Qvomodo in summa penuria frumenti venditio prohibetur) Cassiodorus I. ep. XXXIV. *Copia frumentorum debet provinciæ primum prodesse, cui nascitur.*

XX. Ad sua autem vendenda non æqvum jus est, nam cuilibet liberum est statuere, qvid velit acqvirere, aut non. Ita vinum & alias merces exoticas olim non recipiebant Belgæ. Et de Arabibus Nabatæis Strabo, † εἰσαγώγιμα δ' ἐστὶ, τὰ δ' οὐ παντελῶς. * *importare merces qvasdam licet, qvasdam non item.*

***

Importare merces qvasdam licet, qvasdam non licet) Vide Cranzium Saxonicorum XI.

†††

Ad sua autem vendenda) *Grotius h. l.* id tantum intendit, gentem externam non æqve jus habere ad suas merces in provinciis vendendas, sicuti hoc prætendere potest in emendis necessariis, qvæ in Pvovinciâ offenduntur. Potest enim sæpius ex illatis mercibus timeri aliqvid noxii à Magistratu, v. g. per importationem vini exotici nocivi, vini adusti Francici, mercium ad luxum & intemperiem destinatarum, &c. Aliud dicendum de civibus, qvibus communiter liberum est, sua vendere vel non vendere, extra casum sc. necessitatis, *add. Grot. l. 2. c. 25 §. 3. n. 4.* qvâ ingruente, habentes frumenta & victualia ad vendendum justo, vel etiam viliori pretio, cogi possunt, *Georg. de Cabedo decis. 92. lib. 2. n. 5.* Hoc jure animosè contra dardanarios usus fuit Carolus Flandriæ Comes, *Christoph. Forstner. in Not. ad Tacit. lib. 4. p. m. 397.* Et hanc venditionem qvoqve ad vestimenta & reliqva ad usum humanum necessaria, sive mobilia fuerint, sive immobilia, extendunt *Dd. vid. Perez. ad Tit. C. Ut nemin. lic. in coëmt. specier. num. 5. Franc. Marc. decis. part. 2. q. 230. n. 3.* & optima *decisio 59. ap. Coppen.* cum qvibus concordant elegantia Responsa relata à *Carpzov. Jpr. Forens. part. 2. constit. 33. defin. 16 Jpr. Consist. lib. 2. tit. 24. def. 388.*

Qvid velit acqvirere) Nec hoc (ratione civis) verum in præallegato inopiæ casu, *L. 1. C. h. Perez. l. c. n. 3. & 4.* Nam si Principi facultates ad annonam levandam non suppetant, civibus imponere potest superindictum, ad emendum frumentum & alia necessaria, tàm in usum suum, qvam militum aut aliorum in Rep. operam navantium. Imò juxta *cit. l. 1. qvoties. ibiqve Bartol. n. 1.* jubere valet magistratus, ut qvilibet civis certum numerum mediorum frumenti pro suo suorumqve usu qvotannis sibi comparet, *vid. Casp. Klock. de Ærar. l. 2. cap. 81. n. 17. & seqq. Menoch. Cons. 137. lib. 2. n. 13.*

XXI. 1. In hoc jure, qvod diximus, inesse censemus etiam libertatem matrimonia ambiendi & contrahendi aqud vicinas gentes, puta, si virorum (a) populus aliunde expulsus alio advenerit. Nam sine femina ætatem agere, etsi humanæ naturæ non omnino repugnat, repugnat tamen naturæ plerorumqve hominum. Cœlibatus enim non nisi excellentibus animis convenit. Qvare facultas comparandi uxores adimi viris non debet. Romulus apud Livium

(a) h. l. c. III. §. IV. n. 1.

Lib. I.

vium vicinos rogat, ne graventur homines cum hominibus sangvinem & genus miscere. Canulejus apud eundem: *Connubium petimus, qvod finitimis externisq; dari solet. Jure belli injuste negatas nuptias juste victor auferret,* Augustino judice. Lib. IV. De civ. Dei. l. II. c. 17.

2. Leges autem civiles aliqvorum populorum, qvæ connubia exteris † negant, aut ea ratione nituntur, qvod temporibus, qvibus sunt conditæ, nulli erant populi, qvibus non feminarum copia suppeteret, aut non de qvibusvis connubiis agunt, sed de iis, qvæ justa sunt, hoc est, qvæ speciales qvosdam juris civilis effectus producunt. † h. l. c. V. §. 16.

XXII. Ex suppositione jus commune est ad actus, qvos populus aliqvis externis promiscuè permittit. Nam tunc si unus populus excludatur, ei fit injuria. Sic, si externis alicubi venari, piscari, aucupari, margaritas legere licet, si ex testamento capere, si res vendere, si etiam extra penuriam fœminarum conjugia contrahere, uni populo id negari non potest; nisi delictum præcesserit: qva de causa Benjaminitis Hebræi ceteri ademerunt connubii facultatem. Vict. d. Rel. qvæ est de J. B. 2. n. 2. 3. Jud. XX.

XXIII. Sed de permissis qvod diximus, intelligendum est de his, qvæ permissa sunt, tanqvam ex vi naturalis libertatis nulla lege sublatæ: non, si permissa sint per beneficium, relaxando legem. Nam in beneficii negatione nulla est injuria. Atqve ita arbitramur conciliari posse, qvod post Franciscum Victoriam, qvasi ei contrarius notavit Molina. L. I. c. I. §. 17. n. 2. Tr. 2. Disp. 105. & 145.

XXIV. Qvæsitum memini, an populo alicui liceat cum alio populo paciscì, ut is populus certi generis fructus, qvi alibi non nascuntur, sibi soli vendat. Licere censeo, si is, qvi emit, populus, paratus sit aliis vendere æqvo pretio: nam aliarum gentium non interest, à qvo emant, qvod ad desideria naturæ attinet. Lucrum autem alter alteri prævertere licite potest, maxime si causa subsit, ut si, qvi id stipulatus est populus alterum populum in suam tutelam receperit, sumtusqve eo nomine faciendos habeat. Talis autem coemtio, eo, qvo dixi, animo facta, juri naturæ non repugnat, qvanqvam solet interdum ob utilitatem publicam legibus civilibus † prohiberi † h. l. c. XII. §. XVI.

CAPUT III.

De acqvisitione originaria rerum, ubi de mari & fluminibus.

I. Originariam acqvisitionem fieri per divisionem aut occupationem.
II. Rejiciuntur hic alii modi, ut concessio juris incorporalis.
III. Item specificatio.
IV. Occupatio duplex, ad imperium ad- dominium: qvæ distinctio explicatur.
V. Occupationem mobilium lege posse anteverti.
VI. Qvo jure nitatur dominium infantitium & amentium.
VII. Flumina occupari posse.

IIX. An & mare.

IX. Olim in partibus Romani imperii id non licuisse:

X. Naturæ tamen jus non obstare in parte maris, quæ terris quasi clausa sit.

XI. Quomodo talis occupatio fiat, & quamdiu duret.

XII. Talem occupationem jus non dare impediendi transitus innoxii.

XIII. Imperium in partem maris occupari posse, & quomodo,

XIV. Vectigal navigantibus mari ex certis causis imponi posse.

XV. De pactionibus, quæ populum aliquem ultra certos terminos vetant navigare.

XVI. Fluminis cursus mutatus an territorium immutet, cum distinctione explicatur.

XVII. Quid sentiendum, si alveus plane mutatus sit?

XIIX. Flumen interdum totum accedere territorio.

XIX. Res derelictas occupanti cedere, nisi populus dominium quoddam generale occupaverit.

I.

SIngulari jure aliqvid nostrum fit acqvisitione originaria aut derivativa. Originaria acqvisitio olim, cum genus humanum coire posset, fieri potuit etiam per divisionem, ut diximus, nunc per occupationem tantum.

†††

Nunc per occupationem tantum.) Sed nec hodiè generalis, qvæ rerum communionem supponit, occupationem specialem, qvæ per privatos fit, atqve occupatio divisionem subseqventem respuit, & per conseqvens, ratione rei singularis, qvæ cuilibet assignatur, &, factâ occupationis distributione, omninò modum originarium (qvamvis subordinatè) repræsentat.

II. Dicat forte aliqvis, etiam concessione servitutis, constitutione pignoris aliqvid originarii acqviri: sed recte expendenti apparebit id jus novum non esse, nisi modo. nam virtute ipsa inerat in dominio domini.

L. Possideri. 3. §. Genera. 21. D. de Acqvir. Possess.

III. Paulus Jurisconsultus acqvirendi causis & hanc annumerat, qvæ maxime videtur naturalis, si qvid ipsi, ut in rerum natura esset, fecimus. Sed cum naturaliter nihil fiat nisi ex materia prius existente, ea si nostra fuerit, continuabitur dominium specie introducta: si nullius, ad occupationis genus hæc acqvisitio pertinebit: sin aliena, jam naturaliter nobis solis eam non acqviri infra † apparebit.

† c. IIX §. 19. n. 2.

†††

Infrà apparebit) Notabilia tamen sunt, qvæ pro Justiniano profert *Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 41. Th. 37.*

IV. 1. De occupatione ergo, qvæ post prima illa tempora solus est naturalis, an & originarius modus videndum est nobis. In his autem qvæ proprie nullius sunt duo sunt occupabilia, imperium & dominium, qvatenus ab imperio distingvitur. Seneca ita hæc duo expressit: * *Ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas.* Dion Prusæensis hoc modo: ἡ χώρα τῆς πόλεως. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τῶν κεκτημένων, ἕκαστος κύριός ἐστι τῶν ἑαυτοῦ. *Regio civitatis*

Orat. XXXI.

tis est: at non eo minus in ea suum quisq; possidet. Imperium duas solet habere materias sibi subjacentes, primariam personas, qvæ materia sola interdum sufficit, ut in exercitu virorum, mulierum, puerorum qværente novas sedes; & secundarium locum, qvi territorium dicitur. L.II.c.2.§. 21. n. 1.c. IX. §.7.

***

Ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas) Locus est libro VII. de Beneficiis c. IV. seqvitur c. V. *Omnia rex imperio possidet singuli dominio.* & c. VI. *Cæsar omnia habet: fiscus ejus privata tantum ac sua.* Symmachus X. epist. 54. *Omnia regitis, sed suum cuiq; servatis.* Philo libro περὶ Φυτουργίας; οἱ βασιλεῖς καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁπάντων ὄντες κτημάτων δεσπόται. καὶ ὅσων ἐπικρατεῖν οἱ ἰδιῶται δοκοῦσι, μόνα ταῦτα ἔχειν νομίζονται ἅπερ ἐπιτρόποις καὶ ἐπιμεληταῖς ἐγχειρίσαιεν, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ἐτησίους προσόδους ἐκλέγουσιν. *Reges cum sint domini omnium, qvæ in ipsorum sunt ditione, etiam eorum, qvæ à privatis possidentur, tamen videntur ea tantum habere qvæ procuratoribus & rationalibus suis dispensanda committunt, à qvibus annuos recipiunt proventus.* Plinius Panegyrico: *tandem imperium principis qvam patrimonium majus est.*

2. Qvanqvam autem plerumqve uno actu qværi solent imperium & dominium, * sunt tamen distincta: ideoqve dominium non in cives tantum sed & in extraneos transit, manente penes qvem fuit imperio. Siculus libro de conditionibus agrorum: *Auctores assignationis, divisionisq;, non sufficientibus agris coloniarum, qvos ex vicinis territoriis sumsissent, assignaverunt qvidem futuris civibus coloniarum: sed jurisdictio in agris, qvi assignati sunt, penes eos remansit, ex qvorum territorio sumpti sunt.* Demosthenes oratione de Haloneso, agros qvi eorum sunt, qvorum est territorium vocat ἐγκτήματα, qvi in alieno κτήματα.

***

Sunt tamen distincta) Itaqve & apud Apollodorum videas, tum Arcadiæ tum Atticæ terras divisas, uno retinente πᾶν τὸ κράτος omne imperium.

V. In loco autem cujus imperium jam occupatum est, jus occupandi res mobiles anteverti posse lege civili supra (*a*) diximus. Est enim hoc jus ex jure naturæ permittente, † non præcipiente, ut liceat semper. Neqve enim id reqvirit humana societas. Qvod si qvis dicat videri jus gentium esse ut id liceat; respondebo, etiamsi in aliqva parte orbis id communiter ita receptum sit, aut fuerit, non tamen habere vim pacti inter gentes, sed esse jus civile plurium gentium distributum, qvod à singulis tolli potest. †† Et alia multa sunt qvæ juris gentium ††† vocant Jurisconsulti, ubi de rerum divisione & acqvirendo dominio agitur.

(*a*) L.II.c.2. §.5. c.8.§.5. & 21.

† L.I.c.I.§.IX. n. 1.

†† L. III. c. 2. §. 7. n.1.

††† Proleg. §. 53.

†††

Qva Juris Gentium vocant JCti) Toleranda videtur esse distinctio Juris Gentium in publicum & privatum. Hoc *Seldenus* vocat Jus G. domesticum, *l. 1. c. 2. de mar. claus.* qvoniam à singulis tolli potest atqve mutari pro ratione necessitatis in Rep. emergentis: Illud

Illud rectè dicitur habere vim pacti publici inter gentes. Ad hoc pertinet materia testamentorum, contractuum, &c. qvatenus inter privatos celebrantur, & ex maximâ sui parte in legibus nostris Juris gentium esse dicuntur: Ad illud jura belli, pacis, fœderum &c. Stante igitur hâc hypothesi, apparet, qvomodo JCti intelligendi sint, si mentionem Juris gentium injiciant, *add. l. 5. ff. de J. & J. §. 2. Inst. d. J. N. G. & C. & Ipse Grot. b. c. §. 10. n. 3. c. 8. §. 1. n. 2. L. III. c. 1. §. 8. n. 2. it. in Proleg. §. 17. & 53.*

VI. Notandum & hoc, si solum jus naturale spectamus, dominium non dari, nisi in eo, qvi ratione utitur. Sed jus gentium ob utilitatem communem introduxit, ut & infantes & furiosi dominia accipere & retinere possent, personam illorum interim qvasi sustinente humano genere. Sed nimirum humana jura multa constituere possunt præter naturam: contra naturam nihil. Ideo dominium hoc, qvod favore infantium & his similium (*a*) consensu gentium humanius viventium introductum est, stat intra actum primum, nec ad actum secundum, ut loqvuntur scholæ, potest pertingere: id est ad habendi, non ad per se utendi jus pertinet. Nam alienatio & si qva huic sunt similia, in ipsa sui natura includunt actum utentis ratione (*b*) voluntatis, qvæ in talibus existere non potest. Qvo non male referas illud Pauli Apostoli, pupillum, qvanqvam rerum paternarum dominum, dum ejus est ætatis, nihil differre à servis, exercitio dominii scilicet. De mari cœpimus supra † aliqvid dicere, qvod nunc absolvendum est.

(*a*) L. II. c. XXII. §. X. n. 1.

(*b*) h. l. c. VI. §. 1. n. 2. Gal. IV, 1.

† h. l. c. II. §. 3. n. 1. seq.

†††

Nec ad actum secundum) Ipse se explicat Grotius, qvemadmodum vocabulo Dominii in actu primo & secundo utatur: nimirum actum primum vocat jus habendi; actum secundum verò jus per se utendi, sive liberum Dominii exercitium, qvod hisce personis in qvâlibet Rep. benè constitutâ meritò negatur. Nec hoc videtur juri naturæ contrarium, qvandoqvidem juxta hoc ille demum Dominii exercendi capax habetur, qvi rebus suis absqve alterius rationabili ductu præesse valet. Atqvi infantes, furiosi, ebrii, & alii morbo sontico affecti non sunt tales. E. Nisi forte contra Grotium (qvi & similia ferè profert in materia Imperii summi temporarii. qvod tutori regis minorennis asserit in *l. c. 3. §. 11. n. 2.*) dicere velimus, Tutores vel Curatores actum Dominii secundum non habere jure ordinario (aliàs enim Domini revera essent) sed vicario, nomine videlicet suorum Principalium, qvorum negocia administrant. Atqve hâc etiam respiciunt dissentientes, qvi integrum Dominium tàm in actu primo, qvàm secundo, pupillis, furiosis &c. asserunt.

VII. Flumina occupari potuerunt qvanqvam nec supra nec infra includuntur territorio, sed cum aqva superiori & cum inferiori, aut cum mari cohærent. Sufficit enim qvod major pars, id est latera clausa sunt ripis, & qvod comparatione terrarum exiguum qvid est flumen.

IIX. Ad hoc exemplum videtur & mare occupari potuisse ab eo, qvi terras ad latus utrumqve possideat, etiamsi aut supra pateat ut sinus, aut supra & infra ut fretum, dummodo non ita magna sit pars maris ut non cum terris comparata portio earum videri possit. Et qvod uni populo aut Regi licet, idem licere videtur & duobus aut tribus, si pariter mare intersitum occupare voluerint. nam sic flumina, qvæ duos populos interluunt, ab utroqve occupata sunt, ac deinde divisa.

Mare

†††

Mare occupari potuisse) diximus de hoc ad §. 3. n. 2. c. 2. l. 2.

IX. 1. Fatendum est in partibus cognitis Romano imperio, à primis temporibus ad Justinianum usqve, juris gentium fuisse ne mare à populis occuparetur, etiam qvod jus piscandi attinet. Nec audiendi sunt qvi existimant, cum in jure Romano mare omnium commune dicitur, commune civium Romanorum intelligi. Nam primum voces ita sunt universales, ut hanc restrictionem non ferant. Nam qvod Latine mare omnium commune dicitur, explicat Theophilus, κοινὸν πάντων ἀνθρώπων. † Ulpianus mare omnibus natura patere dixit, & ita omnium esse, sicut aër. Celsus, maris communem esse usum omnibus hominibus. Præterea manifeste distingvunt Jurisconsulti publica populi, in qvibus & flumina, ab his communibus. Ita in Institutionibus legimus: †† *Qvædam naturali jure * communia sunt omnium, qvædam publica: Naturali jure communia sunt omnium hæc, aër, aqva profluens, & mare, & per hoc littora maris. Flumina autem omnia & portus publica sunt.* & apud Theophil. Φυσικῷ μὲν οὖν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ ταῦτα, ὁ ἀὴρ, ὕδωρ, τὸ ἀένναον, θάλασσα. Mox: ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ λιμένες πουβλικοί εἰσι, τουτέστι τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ.

L. Qvædam. 2. D. de Rer. Divis. Inst. de Rer. divis. §. 1.

† L. Venditor. 13. Commun. Præd. L. 3. Littora. D. Ne qvid in loco publico.

†† De Rer. divis.

L. Qvod in littore. 14. D. de Acq. dom. d. L. 3. Littora. D. Ne qvid in loco publico.

***

Communia sunt omnium) Michaël Attaliates: τινὰ δὲ πάντων εἰσὶν, οἷον ὁ ἀὴρ, τὸ ῥέον ὕδωρ, ἡ θάλασσα, ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης. *qvædam sunt omnium, ut aër, ut aqva profluens, ut mare, & littus maris.*

2. Sed & * de littoribus dixit Neratius non ita esse publica ut qvæ in patrimonio sunt populi, sed ut ea, qvæ primum à natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, id est, ne populi qvidem ullius: cum qvo responso pugnare videtur qvod Celsus scripsit: *Littora in qvæ populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror: maris autem usum communem omnibus hominibus.* Sed conciliari videntur ita hæc posse, si dicamus, Neratium de littore loqvi, qvatenus usus ejus navigantibus, aut prætervehentibus est necessarius. Celsum vero, qvatenus ad utilitatem assumitur, puta ad ædificium permanens: qvod à Prætore impetrari solere Pomponius nos docet, ut & jus ædificandi in mari, id est in parte littori proxima, & qvæ littori qvasi accensetur.

L. 50. Qvamvis D. de Acq. Dom.

***

De littoribus) In Basilicorum Eclogis lib. I. tit. I. c. 13. οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσὶ *littora in omnium sunt potestate.* vide lib. LIII. tit. VI.

X. 1. Hæc qvanqvam vera sunt, tamen * ex instituto, non ex naturali ratione provenit, qvod mare eo qvo diximus sensu occupatum non est, aut occupari jure non potuit. Nam & flumen publicum est, ut scimus, & tamen jus piscandi in diverticulo fluminis occupari à privato potest. sed &

L. 7. Si qvisqvam. D. de Diverſ. tempor. præſcr. L. Sane 14. D. de Injuriis. † L. IX. I. L. Injuriarum. 13. circa finem. D. de Injuriis.

de mari dictum à Paulo eſt, ſi maris proprium jus ad aliqvem pertineat. Uti poſſidetis interdictum ei competere; qvoniam ad privatam jam cauſam pertinet, non ad publicam hæc res, utpote, cum de jure fruendi agatur, qvod ex privata cauſa contingit, non ex publica: ubi haud dubie * de exigua agit maris portione, qvæ in fundum privatum admittitur: qvod * à Lucullo & aliis factum legimus. Valerius Maximus † de C. Sergio Orata: *Peculiaria ſibi maria excogitavit, æſtuariis intercipiendo fluctus.* Sed idem poſtea contra veterum Jurisconſultorum reſponſa ad * πρόθυρα, id eſt veſtibula in Boſphoro Thracico produxit Leo Imperator, ut ea qvoqve ſeptis qvibusdam, qvas ἐποχὰς vocabant, includi, & privatim vindicari poſſent.

* * *

Ex inſtituto) qvo ipſo inſtituto uſi & Angli contra Danos. vide optimum Camdenum in regno Eliſabethæ anno cIↃ IↃc.

De exigua agit maris portione, qvæ in fundum privatum admittitur) Salluſtius: *à privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtructa.*

Horatius Lyricorum libro II. carmine XIIX.

marisqve Bajis obſtrepentis urges
Summovere littora:

& libro III, carmine I.

Contracta piſces æqvora ſentiunt
Jactis in altum molibus.

† Lib. II c. 33.

Vellejus Paterculus: † *Injectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus mare.* Seneca in excerptis controverſiarum lib. V. controv. V. *Maria ſubmoventur projectis molibus.* Plinius de terra lib. II. c. XXXIII. *Ut freta admittamus, eroditur aqvis*, ſtagna ſtupenda admiſſo mari dixit Lampridius Severo. Caſſiodorus IX. c. VI. *Qvantis ibi molibus marini termini decenter invaſi ſunt, qvantis in viſceribus æqvoris terra promota eſt?* Tibullus: L. II. & III.

Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hibernas piſcis abeſſe minas.

De talibus piſcinis maritimis agit Plinius libro XXXI. cap. VI. Columella rei ruſticæ libro IIX. c. XVI. & XVII. ubi hoc inter alia, *lautitias locupletum maria ipſa Neptunumq́; clauſiſſe.* Similia habet Ambroſius Hexaëmero V. c. X. & de Nabuthe cap. III. & Martialis aliqvot locis.

A Lucullo) Varro de eo: *Ad Neapolim L. Lucullus, poſteaqvam perfodiſſet montem, & maritima flumina immiſiſſet in piſcinas, qvæ reciprocæ fluerent, ipſe Neptuno non cederet eo piſcatu.* Plutarchus ejus vita: καὶ τροχοὺς θαλάσσης καὶ διαδρομὰς ἰχθυοφόρους τοῖς οἰκητηρίοις περιελίσσοντος καὶ διαίτας ἐναλίους κτίζοντος. *cum ipſe maris alveos & plenos piſcibus euripos villis ſuis circumdaret, inqve ipſo mari cœnacula fabricaret.* Plinius libro IX. cap. LIV. *Lucullus exciſo monte juxta Neapolim, majore impendio qvam villam ædificaverat, euripum*

pum & maria admiſit, qva de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat.

πρόσοδος) vide Leonis Novellas LVII, CII, CIII, CIV. Attaliaten pragmaticorum tit XCV. Harmenopulum lib. II, tit. I. §. περὶ προσόδων. Vide & ſummum virum Jacobum Cujacium Obſervat. XIV, I.

2. Qvod ſi privatorum fundis aliqvid maris poteſt accedere, qvatenus incluſum nempe eſt, & ita exiguum, ut fundi portio cenſeri poſſit, nec, qvo minus id fiat, repugnat jus naturæ ; qvidni & portio maris incluſa littoribus ejus fiat populi eorumve populorum, cujus qvorumve ſunt littora, dum ea pars maris ad territorium comparati non major ſit, qvam diverticulum maris comparatum ad magnitudinem fundi privati ? Nec obſtare, qvod mare non undiqve includatur exemplo fluminis, intelligi poteſt, & exemplo maris ad villam admiſſi.

3. Sed multa, qvæ natura permittit, jus gentium ex communi qvodam conſenſu potuit prohibere. Qvare qvibus in locis tale jus gentium viguit, neqve communi conſenſu ſublatum eſt, maris portio, qvamvis exigua, & maxima ſui parte incluſa littoribus, in jus proprium populi alicujus non concedet.

XI. Verum notandum etiam, ſi qvibus in locis jus illud gentium de mari receptum non eſſet, aut ſublatum, tamen ex eo ſolo, qvod terras populus occuparit, mare occupatum colligi non poſſe, nec animi actum ſufficere, ſed actu externo eſſe opus, unde occupatio poſſit intelligi. Deinde vero, ſi deferatur poſſeſſio ex occupatione nata, jam mare redire ad veterem naturam, id eſt ad uſum communem : qvod de inædificato littore reſpondit Papinianus, & de piſcatione in fluminis diverticulo. 1. Præſcriptio. 45. D. de Uſucap.

XII. Illud certum eſt, etiam qvi mare occupaverit, navigationem impedire non poſſe inermem & innoxiam, qvando nec per terram talis tranſitus prohiberi poteſt, qvi & minus eſſe ſolet neceſſarius & magis noxius. Thucydid. lib. VII.

XIII. Ut autem * imperium in maris partem ſine alia proprietate occupetur, facilius potuit procedere : neqve arbitror jus illud gentium, de qvo diximus, obſtare. Argivi olim cum Athenienſibus expoſtularunt, qvod ſuo mari Spartanos Argivorum hoſtes tranſire ſiviſſent : qvaſi violato fœdere, qvo cautum erat, ne alter populus hoſtes alterius ſineret ire διὰ τῆς ἑαυτῶν, *per ſui imperii loca.* † Et in induciis annalibus belli Peloponneſiaci permittitur Megarenſibus navigare mari, qvod ad ipſorum ſociorumqve terram pertineat, τῇ θαλάσσῃ ὅσου κῦρος τῶν ἑαυτῶν καὶ κῦρος τῶν ξυμμαχίων. Sic θάλασσαν τὴν τῶν Ρωμαίων πᾶσαν, mare omne qvod Romani eſt imperii, dixit Dion Caſſius libr. XLII. Themiſtius de Romano Imperatore : τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ὑπήκοον ἔχων, *habens ſibi ſubditam terram & mare.* Oppianus ad Imperatorem : Boſſius tit. de Aqvis. n. 36. allegans. Bald. Cepoll. & alios. Vide L. Unicam. C. de Claſſicis. L. XI. † Thucyd. lib. IV.

σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτρῳσι θάλασσα
εἱλεῖται.
tuis etenim sub legibus æquor
Volvitur.

Et Dion Prusæensis, in altera ad Tarsenses, multa ei civitati ab Augusto, ait concessa, inter alia ἐξουσίαν ἐς ποταμὸν, τὸ θαλάττης τὸ καθ' αὑτήν, *jus in amnem Cydnum & proximam maris partem:* Et apud Virgilium legimus:

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Lib. IV. Apud Gellium: *Fluminum, quæ in mare, qua imperium Romanum est fluunt.* Notat Strabo Massilienses multa cepisse spolia, cum præliis navalibus vicissent τοὺς ἀμφισβητοῦντας τὸ θαλάττης ἀδίκως, *eos, qui injuste de mari controversiam moverent.* Lib. XII. Idem Sinopen, ait imperitasse mari in Cyaneas.

* * *

Imperium in maris partem) Philo de regibus: καὶ τὰ ἄπειρα τῷ πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο: *etiam maria numero infinita, immensa magnitudine, ad terras adjecere.* Lycophron:

γῆς τε θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν.
Terra maris q; sceptra, regnorum q; opes.

Virgilius: *Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.*
Julius Firmicus: *maris ac terræ dominia possidentes.* Nonnus:

Βερόη πράτο ἔχε θαλάσσης.
Beroe pelagus ditione tenebat.

Termini regnorum Sveciæ in medio freti Oresund; Johannes Magnus in Archiepiscopis Upsalensibus c. XV. de Tyro Curtio L. IV. c. IV. *Mare non vicinum modo, sed quodcunq; classes ejus adierunt, ditionis suæ fecit.* Unde proverbium *Tyria maria* apud Festum. Isocrates de Lacedæmoniis & Athenienſibus: σωνέβη ἑκατέραν κυρίαν γενέσθαι τῆς θαλάττης ἣν ὁπότεροι αὐτῶν κατέσχωσιν, ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων. *Sic evenit, ut civitas utraq; terram adipisceretur eam, quæ mari ab ipsis possesso adjaceret, plurimasq; urbes haberet sibi obsequentes.* Demosthenes de Lacedæmoniis in Philippica II. θαλάσσης ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης. *Et mare omne & terras tenebant.* Scriptor vitæ Timothei: *quo facto Lacedæmonii de diurna contentione destiterunt, & sua sponte Athenienſibus imperii maritimi principatum concesserunt.* Scriptor orationis de Haloneso, quæ est inter Demosthenica, de Philippo loqvens Macedone: οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ἀξιῶν ὑφ' ἡμῶν εἰς τὴν θάλασσαν κατασταθῆναι, καὶ ὁμολογῆσαι ἡμᾶς, ὡς οὐκ ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ φυλακὴν δυνατόν ἐστι φυλάττειν. *Nihil ille quærit aliud, quàm à nobis in possessione constitui maris, & à nobis confessionem exprimere, nos absq; ipso nec maris custodiam posse retinere.* Julianus Imperator de Alexandro, molitum eum esse bellum hoc animo: ὅπως γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάττης κύριος γένοιτο, *ut terræ maris q; totius dominus fieret.* Hujus successor

Ant-

Antiochus Epiphanes apud Gorioniden: *Nonne terra & mare mea ſunt?* De alio ejusdem ſucceſſore Ptolemæo Theocritus:

πολλᾶς ἢ κραλέᾳ γαίας, πολλᾶς ἢ θαλάσσας,
Lateq; imperitat terris, lateq; profundo.

Item

θάλασσα ἢ πᾶσα καὶ αἶα
καὶ ποτάμοὶ κελάδοντες ὑπὸ Πτολεμαίῳ.
Omnis tellusq; fretumq;
Alti ſonicq; amnes ſub rege jacent Ptolemæo.

Tempus eſt ad Romanos veniamus. Scipioni majori ſic Annibal in Livio: *Carthaginenſes incluſi Africæ littoribus, vos quando Diis ita placuit, externa etiam terra mariq; videamus regere imperia.* De minore Scipione Claudianus:

patriis primo cum manibus ultor
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.

Itaqve Mare internum paſſim ſuum vocant Romani, Saluſtius, Florus, Mela, alii. Sed plus adjicit Dionyſius Halicarnaſienſis: πάσης κρατεῖ θαλάσσης ὃ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων ϛηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίδος ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδυνάτος ἐστι: *Populus Romanus omni mari imperat, non modo ei, quod intra columnas eſt Herculis, ſed & Oceano, in quantum navigatur.* De iisdem Dion Caſſius: πάσης σχεδὸν βασιλεύοντες γῆς & θαλάσσης. *omni ferme imperant terræ mariq;.* Appianus in præfatione deſcribens Romani Imperii magnitudinem, ſub eo ponit mare Euxinum, Propontidem, Helleſpontum, Ægæum, Pamphylium, & Ægyptium mare. Pompejo datum imperium in omne id mare, qvod intra Herculeas eſt columnas; ita Plutarchus & Appianus. Philo in Flaccum: ἀφ' ἧς τὴν ἡγεμονίαν ὁ Σεβαστὸς οἶκος ἀνήψατο γῆς καὶ θαλάσσης. *ex quo Cæſarum domus terræ mariſq; imperium adepta eſt.* de Auguſto Ovidius:

pontus qvoq; ſerviet illi.

Inſcriptio in ejus honorem: *Orbe terræ & mari pacato Auguſtus Janum Quirinum terræ mariq; pace parta ter clauſit*, teſte Svetonio, qvi de eodem; *Claſſem Miſem & alteram Ravennæ ad tutelam Superi & inferi maris collocavit.* Ad Tiberium Valerius Maximus in Prol. *penes Te hominum Deorumq; conſenſu maris & terræ regimen eſſe voluit.* De eodem Philo: γῆς καὶ θαλάσσης ἀναψάμενον κράτος, *qvi imperio terrâ ac mari complectebatur.* Idem de Cajo Tiberii ſucceſſore: Γαΐον μετὰ Τιβέριον τελευτήσαντα τὴν ἡγεμονίαν πάσης γῆς καὶ θαλάττης. *Cajum, qvi poſt mortem Tiberii imperium omne terræ mariq; ſuſcepit:* Veſpaſianum Joſephus vocat, δεσπότην καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, *terræ mariq; dominum:* Idem jus Antonino multis in locis Ariſtides tribuit. Procopius Imperatoris ſtatuas effictas narrat orbem tenentes, ὅτι γῆς αὐτῷ καὶ θαλάσσης δεδούλωται, *qvod ei ſubjecta eſſet terra & mare.* Nicetas Patricius Adriatici littoris ſervator in literis Ludovici Secundi Conſtantinus monomachus in hiſtoria dicitur γῆς & θαλάσσης κύριος & δεσπότης, *terræ mariſqve Imperator ac dominus.*

Et inter themata, id eſt, provincias Romani Imperii, ponitur mare Ægæum. Francos mari ad Maſſiliam & circum imperaſſe narrat Procopius Gotthicorum III. De jure Venetæ reipublicæ vide Parutam libro VII. & ſpecialem hiſtoriam de Uſcochis. Addi his poſſunt Jurisconſulti recentiores ad c. ubi periculum de Electis in VI. Bartolus, Angelus Felinus in c. ad liberandū in principio: de Judiciis Baldus ad titulum Digeſtorum de rerum diviſionibus col. 2. Affictus in tit. qvæ ſint regalia. Cacheranus deciſione Pedemontana 115, num. 4. ubi ex Baldo dicit totum mundum hoc jure uti. Albericus Gentilis Advocationis Hiſpanicæ I, 8.

2. Videtur autem imperium in maris portionem eadem ratione acqviri, qva imperia alia, id eſt, ut ſupra † diximus, ratione perſonarum & ratione territorii. Ratione perſonarum, ut ſi claſſis, qvi maritimus eſt exercitus, aliqvo in loco maris ſe habeat: ratione territorii, qvatenus ex terra cogi poſſunt qvi in proxima maris parte verſantur, nec minus qvam ſi in ipſa terra reperirentur.

† h. c. §. IV.

XIV. Qvare nec contra jus naturæ aut gentium faciet, qvi recepto in ſe onere tuendæ navigationis juvandæqve per ignes nocturnos & brevium ſigna, * vectigal æqvum † impoſuerit navigantibus, qvale fuit Romanum vectigal Erythræum, ob ſumtus exercitus maritimi adverſus piraticas excurſiones: & * qvod in ponto Bizantini exigebant Δεκάτιον, & qvod jam olim Athenienſes occupata Chryſopoli exegerant in ponto eodem, memorante utrumqve Polybio: & qvod ex Helleſponto olim Athenienſes eosdem exegiſſe oſtendit * Demoſthenes in Leptinen, ſuo autem tempore Romanos Imperatores in arcana hiſtoria memorat Procopius.

† h. l. c. II. §. XIV. n. 1. ſeq. Plin. l. XIX. Strabo l. XVII

* * *

Vectigal æqvum) Rhodii olim portorium de inſulis exegere, etiam de Pharo apud Alexandriam, teſte Ammiano lib. XXII. de Venetis qvi in Gallia Cæſar: *In magno impetu maris atq; aperto, paucis portibus interjectis, qvos tenent ipſi, omnes fere qvi eodē mari uti conſveverunt habent vectigales.* Florus L. II. c. VI. de Romanis: *Pudebat nobilem populum ablato mari, raptis inſulis, dare tributa qva jubere conſveverant.* Plinius VI, c. CXXII, Annii Plocami meminit qvi maris rubri vectigal à fiſco redemerat. idem cap. ſeqventi de mari agens qvo in Indiam navigatur; *Omnibus annis navigatur ſagittariorum cohortibus impoſitis; etenim piratæ maxime infeſtant.* diſputationes egregias de modo vectigalis vide in Eliſabetha Camdeni Anno cIↃ IↃ LXXXII. & cIↃ IↃc II.

Qvod in ponto Byzantini exigebant) Meminit Byzantini vectigalis Herodianus Severo: Procopius, tum in vulgata tum in arcana hiſtoria, etiam veteris vectigalis in Helleſponto meminit, novi autem ad fauces maris Euxini & in freto Byzantino. Byzantini exactionem fuiſſe ad ædem Blachernianam, Helleſpontiacum Abydi docet Theophanes. Abydi illud δεκατήριον, id eſt vecti-

vectigalarium decimæ, vocat Agathias libro V. minuit id Irene. Immanuel Comenus Imperator monasteriis aliqvibus concessit θαλάσσια δίκαια. *obventiones è mari.* Docet Balsamo in Concilii Chalcedonensis canonem IV. & Synodi VII. canonem XII.

Demosthenes in Leptinen) Idem ibidem accepta Byzantio dominos maris factos ait Athenienses. Ulpianus Scholiastes solutam ibi ait decimam.

XV. 1. Inveniuntur exempla federum, qvibus populus alter alteri populo se obstringit, ne ultra certum terminum naviget. Sic inter reges accolas rubri maris & Ægyptios convenerat olim, ne Ægyptii in id mare venirent ulla navi longa, oneraria non plus una. Sic inter Athenienses & Persas * Cimonis ætate placuerat, ne qva navis Medica armata intra Cyaneas & Chelidonia navigaret. intra Cyaneas & Phaselidem post prælium ad Salaminem: in annalibus induciis belli Peloponesiaci, ne Lacedæmonii navigarent longis navibus, sed aliis navigiis, qvæ ferrent ponderis non amplius qvingentis talentis: & primo federe, qvod statim ab exactis regibus * Romani cum Carthaginiensibus fecerant, convenerant, ne Romani Romanorumve socii ultra Pulchrum promontorium navigarent, extra qvam si tempestatis aut hostium vi compulsi essent; nihil sumerent præter necessaria, & intra diem qvintum abscederent. Et * in secundo federe, ne Romani ultra Pulchrum promontorium Massiam & Tarsejum prædas agerent mercatumve irent. In pace cum Illyriis, ne Illyrii ultra Lessum pluribus qvam duobus lembis iisqve inermibus navigarent. In pace cum Antiocho, ne citra Calycadnium & Sarpedonem promontoria navigaret extra naves, qvæ stipendium, legatos, aut obsides portarent.

Philostr. de vita Apoll. l. III. c. XI Plut. Cimo Diod. l. XI. Aristi. Parath. Thuc. lib. IV.

Polyb.

App. Illy. Livius l. xxxiix.

* * *

Cimonis ætate) Hæc est illa εἰρήνη φερεκόντιος *nobilissima pax* Plutarcho, qva & hoc convenerat, ut Persæ à mari tantum spatii abstisterent, qvantum ferret eqvi cursus, id est XL. stadia, meminit & Isocrates Panathenaico.

Romani cum Carthaginensibus) Servius ad illud IV. Æneidos:

Littora littoribus contraria

Qvia in federe cautum fuit, ut neqve Romani ad littora Carthaginensium accederent, neqve Carthaginenses ad littora Romanorum. Simile fedus Romanorum cum Tarentinis: μὴ πλεῖν Ῥωμαίους πρόσω λακινίας ἄκρας *ne Romani ultra promontorium Lacinium navigarent*; est hoc in excerptis ad legationes ex Appiano. Mersos à pœnis externos, qvi in Sardiniam vel ultra Columnas navigarent tradit Strabo libro XVII.

In secundo federe) Erat & hoc in eo, ne Romani in Africam aut Sardiniam appellerent, nisi commeatus accipiendi aut naves reficiendi causa. Post bellum Punicum tertium castigatus Senatus Carthaginiensis, qvod contra fedus exercitum & navalem materiam haberet; testis Livius lib. XLIIX. & LIX.

Simile

Simile eſt qvod Sultanus Ægypti, pacto cum Græcis facto, impetravit ut ei ſemel anno duas naves trans Boſphorum mittere liceret; eſt id apud Gregoram libro IV. Antiochi olim pax & hoc continebat, ne is armatas naves haberet plures XII. Appianus Syriaco. Naves armatæ Adriaticum ſinum ingredi per Venetos vetantur ex pactis; vide Thuanum libro LXXX. in anno cIↃ Ic LXXXIV.

2. Sed hæc non docent occupationem maris, aut juris navigandi. Poſſunt n. ut ſinguli, ita & populi pactis, non tantum de jure qvod proprie ſibi competit, ſed & de eo, qvod cum omnibus hominibus commune habent, in gratiam ejus, cujus id intereſt, decedere: qvod cum ſit, dicendum eſt, qvod dixit Ulpianus, in ea facti ſpecie, qva fundus erat venditus hac lege, ne contra venditorem piſcatio thynnaria exerceretur, mari ſervitutem imponi non potuiſſe, ſed bonam fidem contractus expoſcere ut lex venditionis ſervetur. Itaqve perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium obligari.

L. 13. Venditor. D. Commun. Præd.

XVI. 1. Freqvens eſt inter vicinos populos contentio, qvoties flumen curſum mutavit, an ſimul & imperii terminus mutetur, & an qvæ flumen adjecit, eis cedant, qvibus adjecta ſunt: qvæ controverſiæ ex natura & modo acqviſitionis definiendæ ſunt. Docent nos menſores tria eſſe agrorum genera: diviſum, & aſſignatum, qvem limitatum vocat Florentinus Juriſconſultus, qvia manufactos limites pro finibus habet; aſſignatum per univerſitatem, ſive * menſura comprehenſum, puta per centurias ac jugera; & arciſinium, qvi inde dictus, docente Varrone, qvod fines habeat arcendis hoſtibus idoneos, id eſt naturales: ut ſunt flumina & * montes. Hos occupatorios dicit Aggenus Urbicus, qvia plerumqve tales ſunt agri, qvi aut eo qvod vacui ſunt, aut etiam bello occupantur. In duobus primis agrorum generibus, etiamſi flumen curſum mutet, nihil de territorio mutatur: & ſi qvid alluvio adjecit, id occupantium imperio accedet.

Jul. Frontin.

L. In agris limitatis. 16. D. de Acq. Rer. dom.

***

Menſura comprehenſum) Exemplum vide apud Servium ad Eclogam IX.

Montes) Tacitus de Germania c. I. *à Sarmatis Dacisqve mutuo metu aut montibus ſeparatur.* Plinius libro XXXVI. *Evehimus ea, qvæ ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant.* de Alpibus loqvens.

2. In arciſiniis * flumen mutato paulatim curſu mutat & territorii fines, & qvicqvid flumen parti alteri adjecit, ſub ejus imperio eſt cui adjectum eſt: qvia ſcilicet eo animo populus uterqve imperium occupaſſe primitus creditur, * ut flumen ſui medietate eos dirimeret, tanqvam naturalis terminus. Tacitus dixit: *Certum jam alveo Rhenum:* * *qvicq, terminus eſſe ſufficiat.* Diodorus Siculus, ubi controverſiam narrat, qvæ inter Egeſtanos & Selinuntios fuit, ποταμῷ ait τὴν χώραν ὁρίζον & *amne fine diſcriminante.* Et Xenophon talem amnem ſimpliciter τὸ ὁρίζοντα, id eſt, *finitorem* vocat.

de Morib. Ger. Lib. XII. c. 32. Lib. IV. Exp. Cyri.

Flumen

***

Flumen mutato paulatim cursu) vide Johannem Andreæ & alios citatos à Reinkingio libro I. classe V. c. I.

Ut flumen sui medietate eos dirimeret) Exemplum in Vedaso amne, apud Marianam libro XXXIX.

Quippe terminus esse sufficiat) Spartianus Adriano: *in plurimis locis in quibus barbari non fluminibus sed limitibus dividuntur*. Phasim amnem σύνορον id est confinem vocat Constantinus Porphyrogenneta c. XLV.

3. Narrant veteres Acheloum amnem incerto cursu modo sectum in partes, modo circumactum obliqvo agmine, (unde tauri & serpentis formam induisse dicitur) diu de agro adjacente belli causam Ætholis & Acarnanibus præbuisse, donec eum Hercules aggeribus domuit, eoqve beneficio Oenei Ætolorum regis filiam in matrimonium impetravit. Strabo l. X.

XVII. 1. Sed hoc ita demum locum habebit si non alveum mutaverit amnis. Nam flumen, etiam qva imperia disterminat, non consideratur nude qva aqva est; sed qva aqva alveo tali fluens ripisq; talibq; inclusa. Qvare particularū adjectio, decessio, aut talis immutatio qvæ toti speciem veterem relinqvat, rem sinit eandem videri. At si totius species simul mutetur, res erit alia, atqve ideo sicut interit flumen, qvod in loco superiore molibus obstructum est, novumqve nascitur facta manu fossa in qvam aqva immittitur: ita * si deserto alveo veteri aliâ irruperit flumen, non idem erit qvod fuit ante, sed novum vetere extincto: & sicut si exaruisset flumen, imperii terminus maneret medietas alvei qvi proxime fuisset: qvia mens ea populorum fuisse censenda est, ut flumine qvidem naturaliter dirimi vellent; qvod si flumen esse desiisset, ut tum teneret qvisqve qvod tenuisset: ita mutato alveo idem observandum erit. L. Proponebatur. 76. D. de Judiciis. L. Hoc jure. §. §. Si aqvam. 2. D. de Aqva cotid. & æstiva.

***

Si deserto alveo veteri) ut Bardanus amnis, apud Annam Comnenam, l. I.

2. In dubio autem imperia, qvæ ad flumen pertingunt, arcifinia putanda sunt, qvia imperiis distingvendis nihil est aptius qvam id, qvod non facile transitur. Ut autem limitata, aut mensura comprehensa sint, rarius accidit; neqvetam ex acqvisitione primæva, qvam ex aliena concessione.

XIIX. Qvamqvam vero in dubio, ut diximus, imperia ad medietatem fluminis utrinqve pertingunt, fieri tamen potuit, & contigisse alicubi videmus, ut flumen totum parti uni accederet, qvia, scilicet ripæ alterius imperium serius & occupatio jam flumine cœpisset: aut qvia eum in modum res pactionibus esset definita.

XIX. 1. Illud qvoqve observatu non indignum, originariam acqvisitionem censendam etiam rerum earum qvæ dominum habuerunt, sed ha- Lesf. l. 2. c. 5. dub. 18. n. 67.

bere desierunt: puta qvia derelictæ sunt, aut qvia defecerunt domini. Nam hæc redierunt in eum statum, in qvo primum res fuerant.

2. Sed illud simul notandum est; interdum primas acqvisitiones à populo aut populi capite ita factas, ut non tantum imperium, in qvo inest jus illud eminens, de qvo alibi egimus, (a) sed & privatum plenumq; (b) dominium generaliter primum populo aut ejus capiti qværeretur: atq; ut deinde particulatim in privatos ita fieret distributio, ut tamen eorum dominium ab illo priore dominio penderet. si non, ut jus Vasalli à jure (c) senioris, aut jus emphyteuticarii à jure proprietarii, tamen alio qvodam tenuiore modo, ut multæ sunt species juris in rem, qvas inter est & jus ejus, qvi sub conditione fideicommissum exspectat. Seneca: * *Non est argumentum, ideo aliqvid tuum non esse, qvia vendere non potes, qvia consumere, qvia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim est etiam, qvod sub certa lege (d) tuum est.* Dion Prusæensis Rhodiaca: *μυρίους γὰρ εὑρήσετε τρόπους καθ' οὓς ἑκάστου τι φαμὲν εἶναι: καὶ πλεῖστον διαφέρον τῶν οὔτε ἀποδόσθαι τι ἔξεστι τοῖς ἔχουσιν, οὔτε ὅπως ἂν θέλοι χρῆσθαι. Plurimi sunt modi, qvibus qvid cujusq; esse dicitur, & qvidem valde inter se differentes: interdum, ut nec vendere, nec pro arbitrio uti liceat.* apud Strabonem invenio: *κύριος ἦν πλὴν τοῦ πιπράσκειν. dominus erat demto vendendi jure.* Exemplum ejus, qvod diximus, in Germanis ponit Tacitus: *Agri pro numero cultorum ab universis occupantur, qvos mox inter se secundum dignationem partiuntur.*

(a) L. II. c. XIV. §. 7.
(b) h. l. c. 6. §. 1. n. 1.
(c) Molin. D. 3. n. 11.
(d) L. III. c. VI. §. 5. n. 3.
De Moribus Germ. c. 26.

***

Non est argumentum) Locutus est de Beneficiis VII. 12. Idem libro ejusdem argumenti octavo, c. 12. *qvædam qvorundam sub certa conditione sunt.*

†††

Qvi sub conditione fideicommissum) Respicit procul dubio Grotius postulationem ex edicto, ut legatorum seu fideicommissorum nomine caveatur: Sed hæc actio non est ex *jure in rem* (sive juxta JCtos ex *Jure in re*,) sed potius ex *jure ad rem*, hoc est, ex obligatione, qvæ inter hæredem & legatarium sive fideicommissarium, cui hoc pacto sub conditione qvid derelictum est, intercedit, mediante qvasi contractu, nimirum, ut hæres satis det, se veniente die aut conditione legatum vel fideicommissum soluturum, alioqvin pretium ejus; ac inrerim nullam se fraudem admissurum, qvo minus conditio eveniat, *vid. t. t. ut legat. vel fideicomm. nom. cav. Oldendorp. Class. 5. act. 13.*

3. Hoc igitur modo, cum distributa dominia pendent à dominio generali, si qvid dominio particulari carere incipit, non fit occupantis. sed * ad universitatem, aut ad dominum superiorem redit. Cui juri jus simile etiam per legem civilem extra hanc causam, ut jam notare cœpimus, introduci potuit.

***

Ad universitatem aut ad dominum superiorem redit) Sic ex libro secundo Odysseæ in fine colligas, bona ejus, qvi sine liberis decederet ad populum pervenisse, & sic interpretatur Eustathius illud Homeri Iliados E.

Χηρω-

χρεωστὰι δ᾽ ἀρχὴν δατέουσι,
Partiebantur opes rectores urbis.

Nam χρεωστὴς magistratum fuisse dicit, qvi bona sine liberis decedentium administrabat. Simile aliqvid usurpatum olim in regno Mexicano docent nos historiæ.

CAP. IV.

De derelictione præsumta, & eam secuta occupatione: & qvid ab usucapione & præscriptione differat.

I. Usucapio aut præscriptio proprie dicta, cur locum non habeat inter populos diversos, eorumve rectores.
II. Solere tamen & inter hos allegari longævas possessiones:
III. Causa inqviritur, ex conjecturis humanæ voluntatis: qvæ petuntur non ex verbis tantum.
IV. Sed & ex factis:
V. Et ex non factis.
VI. Qvomodo tempus adjunctum non possessioni & silentio ad conjecturam juris derelicti valeat.
VII. Ordinarie ad talem conjecturam sufficere tempus memoriam excedens, & qvale hoc sit.
IIX. Solutio objectionis, neminem præsumendum suum jactare.
IX. Videri etiam, sepositâ conjectura, jure gentium ex immemorabili possessione dominium transferri.
X. An nondum satis jus auferri hoc modo possit.
XI. Etiam summæ potestatis jus aut populo aut regi acqviri longæva possessione.
XII. An leges civiles de usucapione & præscriptione teneant eum, qvi summam potestatem habet, cum distinctionibus explicatur.
XIII. Ea jura, qvæ separabiliter aut communicabiliter adhærent summo imperio, usucapione aut præscriptione qværi & amitti.
XIV. Refellitur sententia statuens semper subditis licere se vindicare in libertatem.
XV. Qvæ meræ sunt facultatis nullo tempore amitti: qvod explicatur.

I. GRavis hic difficultas oritur de usucapiendi jure. Namq; id jus cum lege civili sit introductum (tempus enim ex suapte natura vim nullam effectricem habet: nihil enim fit à tempore qvanqvam nihil non fit in tempore,) locum habere non potest, ut censet Vasqvius, inter duos populos liberos, aut reges, populumve liberum & regem: imo ne inter regem qvidem & privatum ipsi non subditum, * nec inter duos diversorum regum aut populorum subditos. Qvod verum videtur, nisi qvatenus res vel actus tenetur territorii legibus. Atqvi id si admittimus, sequi videtur maximum incommodum, ut controversiæ de regnis regnorumqve finibus nullo unLib. II. c. 51. n. 18.

qvam tempore extingvantur: qvod non tantum ad perturbandos multorum animos & bella ferenda pertinet, sed & communi gentium sensui repugnat.

***

Nec inter duos diversorum regum aut populorum subditos) In lege XII. Tabularum erat: *Æterna auctoritas cum hoste esto.* id est cum peregrino.

†††

De usucapiendi jure) Sic statuendum videtur: usucapionis causam efficientem esse *legem*, qvæ eam introduxit, ad incitandam boni patrisfamilias diligentiam, ut in tempore agat, nec jus sibi competens negligat; & qvidem *non tantummodo civilem*, qvæ ad salutem Reipublicæ introducta, generaliter prohibet rerum dominia esse incerta, (uti arbitrantur *Bald. ad L. 1. C. de Emancip. lib.* ubi si jus, innuit, civile non esset, præscriptiones qvoqve non essent; & *Cic. in Orat. pro Cæcin.* usucapionem tradit ex LL. XII. Tabb. profectam esse) *sed etiam gentium æqvitate juris naturæ fundatam, atqve inter gentes usu receptam.* Cum etenim, ut supra dictum, post concessum primis parentibus dominium, etiam eadem rerum proprietas jure distincti dominii ad posteros esset translata, non poterant non mortales, ad declinandam bonorum communionem, omnis confusionis sæpissimè cautatricem, eò contendere, qvo certum temporis punctum, consvetudine tunc maximè cujusqve loci roboratum, eligerent, & qvidem cum hoc effectu, qvo qvilibet inqvirendo in opes ad se spectantes determinatum à lege, vel sæpius à probabili qvoqve conjecturâ, spatium non egrederetur. Nec tantum hæc præscribendi necessitas privatis Gentium negotiis leges proponere sategit, sed principibus qvoqve respectu maris pariter & terræ, tutam possessionem stabilivit, ita ut citra injuriam alterius eadem uti & frui valeant. Non obstat huic usucapiendi justitiæ argumentum illud commune atqve tritum: Qvod qverelas auget, non est justum medium tollendi lites, imò injustum. Usucapio qverelas auget; qvia domini conqverendi plus causæ habent, si plane nullum medium ipsis supersit rem recuperandi, translato ad alterum dominio, qvam si concessis actionibus rem repetere iisdem licet. Respondemus limitando majorem: Qvod qverelas auget justas, illud non est justum medium tollendi lites; & sic negamus minorem; qvia qvilibet rem per multa tempora negligenter habens damnum hoc incurrit propriâ suâ culpâ, imò peccat contra Leges, qvæ rerum dominia in Republicâ in incerto esse vetant, adeoqve illud sentire non videtur.

Ut censet Vasqvius) Verba Vasqvii sunt: Cum omnis præscriptio & usucapio sit merum inventum juris civilis, consequens est, ut subditos duntaxat liget, & comprehendat illius illarumve regionum, ubi tale jus civile servatur, *juxta l. 9. omnes populi. ff. de Just & Jur. §. sed naturalia* 11. *Inst. de Jur. Nat. l. jus civile. 6. ff. de Just. & Jur. l. fin. ubi plane in simili per omnes Dd. ff. de Jurisd. omnium jud.* sicqve si inter reges aut populos liberos, qvi non recognoscerent superiorem, in tempor. libus lis esset, cessaret materia præscriptionũ, non secus qvam si revera scripta, aut inventa nunqvam fuisset, qvia jus civile unius Principis aut populi liberi alterum principem aut populum liberum non tenent, sed jus tantũ naturale & gentiũ inter eos servandum est. Et secundum tale jus civile judicandum esset: nam si Princeps legibus populi sui solutus esse dicitur, *l. Princeps legibus. 31. ff. de Legib.* qvantò magis solutus esse dicetur legibus alterius Principis vel populi. Id qvod nullus modò sanus negat, aut negavit unqvam, qvod adeò verum est, ut Princeps cum subdito contrahendo non obligatur civiliter, sed tantùm naturaliter, qvia juri tantùm naturæ, & gentium, non etiam juri civili subjacere intelligitur. &c. Sed qvamvis Vasqvio concedamus, usucapionem, qvoad formam externam & modum determinandi, esse juris civilis, nihilominus tamen nunqvam probabit ille, qvoad materiam & ori-

originem eam fuisse gentibus incognitam; *Confer Laym. Theol. Moral. lib. 3. tr. 1. cap. 8. pag. 267.* Præter Grotium, hunc Vasqvii locum refutat *Selden. de Mar. Claus. lib. 1. cap. 26. pag. m. 195.* Omnia, inqvit ille, ferè Juris Gentium intervenientis capita ex præscriptione seu inveterata consvetudine, annoso utentium consensu stabilita, pendent. Ut taceamus de Principibus, qvorum territoria olim Romano suberant imperio, posteà non armis solum, sed & præscriptione (qvæ in jura Gentium passim admittitur) sui juris factis. Unde nam fit, ut servi jam non fiant, qvi apud Christianos in bello capti, nisi qvia ante secula aliqvot Christianæ fraternitatis causa jus illud exolescere cœpit, & præscriptione inter Gentes est firmata? unde redemtionis Captorum pretia alia Principibus, alia capientibus solvenda? Scilicet ut ubi decem millia aureorum non excesserit pretium, capienti; ubi excesserit, Principi sit solvendum. *Qvia*, inqvit, *Nicolaus Boërius in Decisionibus Burdegalensibus Dec. 178. num. 4. Si excedit, ut est qvando qvis cepit unum Ducem aut Comitem, vel alium Principem aut Baronem; tunc est Principis: & ita servatur in regno Franciæ, & Angliæ & Hispaniæ.* Temporis præscriptione servatum est inter Principes; ideò & in jus transiit. Et præscriptionis sanè titulum prorsus inter Principes negare, est ipsa jura Gentium intervenientia planè tollere. Alias in utramqve partem de hoc themate controverso egit. *Limn. ad Capit. Car. V. art. 9. pag. 173. & seqq.*

II. Nam & in sacris literis Jephtes regi Ammonitarum sibi vendicanti terras inter Arnonem & Jabocum, & ab Arabum desertis ad Jordanem sitas, objicit trecentorum annorum possessionem, & ab eo qværit, cur ipse ejusqve majores tanto tempore cessaverint: Et Lacones apud Isocratem, tanqvam certissimum, * & apud omnes gentes confessum ponunt, possessiones publicas non minus qvam privatas multo tempore ita firmari, ut revelli neqveant: qvo jure repellunt eos, qvi Messenam repetebant. Verba Græca sunt: τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινὰς, ἢν ἐπιγένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντας εἶναι νομίζουσι. Idem Isocrates ad Philippum: κάτοχον καὶ βεβαιον τὴν κτῆσιν πεποιηκότος τοῦ χρόνου: *cum firmam stabilemq́ possessionem longa dies reddidisset.* Hoc jure nisus posterior Philippus T. Qvintio dicebat, *civitates, qvas ipse cepisset se liberaturum: qvæ sibi traditæ à majoribus essent justa ac hæreditaria possessione, se non excessurum.* Sulpitius contra Antiochum disputans ostendit iniqvum esse, ut qvod populi Græci in Asia aliqvando serviissent, id jus post aliqvot secula eos asserendi in servitutem faciat. Et historici * vetera reposcere vaniloqventiam vocant: μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις Diodorus. Apud Ciceronem est de Officiis secundo: **Qvam autem habet æqvitatem, ut agrum multis annis aut etiam seculis ante possessum, qvi habuit, amittat?*

L. I. c. II. §. II, n. 2. L. III. c. VI. §. 7. n. 1.

Archid.

Liv. libr. XXXII. Liv. libr. XXXV.

Tacitus Ann. VI.

***

Et apud omnes gentes confessum) In hunc sensum disserit pro Gallia Dux Nivernensis apud Thuanum libro LIX. in anno cIↃ IↃ LXXIV.

Vetera reposcere.) τὰ πρὸ Εὐκλείδου dicunt Græci ex historia Attica. usus inter alios Nicetas lib. I. de Alexio Isaaci fratre ubi de Henrico agit Imperatore Friderici filio: καὶ ταῦτα δὴ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνυποστόλως ἀνεικινῶν. *ita ille velut ante Euclidem gesta movebat inverecunde.*

Qvam autem habet æqvitatem, ut agrum multis annis aut etiam seculis ante possessum qvi habuit, amittat) Florus lib. III. c.13. *Tamen relictas à majoribus sedes, ætate, qvasi jure hæreditario possidebant.*

†††

Regi Ammonitarum) hoc exemplum itidem affert & multis confirmat *Hugo de Roy, de eo, qvod justum est, l. 3. tit. 4. §. 10. per tot.*

† add. §. XI. h.c.

III. Qvid† dicemus? Juris effectus, qvi ab animo pendent, non possunt tamen ad solum animi actum consequi, nisi is actus signis qvibusdam indicatus sit. qvia nudis animi actibus efficientiam juris tribuere non fuerat congruum naturæ humanæ, qvæ nisi ex signis actus cognoscere non potest: qva de causa etiam interni actus meri legibus humanis non (*a*) subjacent. Signa autem nulla de animi actibus certitudinem habent mathematicam, sed probabilem tantum: nam & verbis eloqvi aliud possunt homines, qvam qvod volunt & sentiunt, & factis simulare. Neqve tamen patitur natura (*b*) humanæ societatis, ut actibus animi sufficienter indicatis nulla sit efficacia. ideo qvod sufficienter indicatum est, (*c*) pro vero habetur adversus eum, qvi indicavit. Ac de verbis qvidem expedita res.

(*a*) L. II. c. VI. §. 1. n. 1. c. XX. §. 18. n. 1.

(*b*) L. III. c. I. §. 19.

(*c*) L. II. c. XVI.

†††

Legibus humanis non subjacent) *add. L. fugitivus. 225. ibiqve Gædd. de Verb. Signif.* Ideò injustum liqvidò fuit, ut is, qvi deliberavit secum de nece Francisci I. Galliarum Regis, & de eadem suâ deliberatione retulit sacerdoti in auriculari confessione, itaqve prodigus Regi, supplicio *arg. L. Qvisqvis. 5. C. ad. L. Jul. Majest.* affectus fuerit, proue factum recenset *Bodinus de Rep. l. 2. c. 5. & l. 4. c. 7. junq. Myler. in addit. ad Rumel. ad A. B. Carol. IV. part. 3. Diff. 4. th. 20.*

† L. 9. Qvæ ratione. §. ult. D. de Acq. Rer. Domin. L. Qvæ levandæ. 8. D. ad L. Rhod. L. Falsus. 43. §. 11. si jactum. D. de Furtis. L. Labeo. 2. D. de Pactis. L. Recusari 95. D. de Acqvir. vel omitt. hered. L. Qvidam. 57. D. de Re. Jud. L. Barbarius. 3. de Offic. Prætor.

IV. 1. Factis intelligitur derelictum qvod abjicitur, nisi ea sit rei circumstantia, ut temporis causa & reqvirendi animo abjectum censeri debeat. Sic* chirographi redditione censetur remissum debitum. Recusari hæreditas, inqvit Paulus, † non tantum verbis, sed etiam re potest, & qvovis indicio voluntatis. †† Sic si is, qvi rei alicujus est dominus, sciens cum altero eam rem possidente tanqvam cum domino contrahat, jus suum remisisse merito habebitur: qvod cur non & inter reges locum habeat & populos liberos, nihil causæ est.

†† L. 3. c. 24. §. 1

††† L. An inutilis. 8, §. fin. D. de Acceptilatio.

***

Chirographi redditione) Vide Legem secundam D. de pactis.

2. Simile est, qvod superior concedens inferiori, vel imperans id facere, qvod facere licite non potest, nisi lege solvatur, lege solvisse eum intelligitur. Venit enim hoc non ex jure civili, sed ex jure naturali, qvo qvisqve suum potestabdicare, & ex naturali præsumptione, qva voluisse qvis creditur, qvod sufficienter significavit: qvo sensu recte accipi potest, qvod ††† Ulpianus dixit, juris gentium esse acceptilationem.

V. 1. Sub factis autem moraliter veniunt & non facta, considerata cum debitis circumstantiis. Sic qvi sciens & præsens (*a*) tacet, videtur consenti-

(*a*) L. III. c. XXII. §. 3.

re;

re: qvod & lex Hebræa agnoſcit Numer. XXX, 5. & 12. niſi circumſtantiæ oſtendant, qvo minus loqvatur, metu eum vel alio caſu impediri. Sic amiſſum cenſetur id * cujus recuperandi ſpes projicitur, ut porcos à lupo raptos, & qvæ naufragio amittimus noſtra eſſe deſinere ait Ulpianus, (*b*) non ſtatim, ſed ubi recipi non poſſunt, id eſt ubi non eſt, cur creatur aliqvis animum domini retinere: ubi nulla talis voluntatis indicia exſtant. Nam ſi miſſi eſſent, qvi rem inqvirerent, ſi promiſſum μήνυσιν, aliud eſſe judicandum. Si qvi rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec qvicqvam contradicit multo tempore, is niſi cauſa alia manifeſte appareat, non videtur id alio feciſſe animo, qvam qvod rem illam in ſuarum rerum numero eſſe nollet. Et hoc eſt qvod alicubi dixit Ulpianus, ædes longo ſilentio videri pro derelicto à domino habitas. *Parum juſte* (reſcripſit Pius Imperator) *præteritas uſuras petis, qvas omiſiſſe te longi temporis intervallum indicat; qvia eas à debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti.*

(*b*) L. 44. Pomponius, D. de Acq. rerum dom. L. Si finita. 15. §. non autem ſtatim. 21. D. de Damno infecto. L. cum qvidam. 17. §. divus. 1. D. de Uſuris Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. Suar. l. VII. de Legib. c. 15.

***

Cujus recuperandi ſpes projicitur) id אבוש dicitur Hebræis Jurisconſultis.

2. Cui ſimillimum qvid in conſvetudine apparet. Nam hæc qvoqve, ſemotis legibus civilibus, qvæ certo tempore ac modo eam introduci volunt, à populo ſubdito introduci poteſt ex eo, qvod ab imperium habente toleratur: tempus vero qvo illa conſvetudo effectum juris accipit, non eſt definitum, ſed arbitrarium, qvantum ſatis, eſt ut concurrat ad ſignificandum conſenſum.

3. Sed ut ad derelictionem præſumendam valeat ſilentium, duo reqviruntur, ut ſilentium ſit ſcientis, & ut ſit libere volentis. nam * non agere neſcientis, caret effectu: & alia cauſa cum apparet, ceſſat conjectura voluntatis.

***

Non agere neſcientis caret effectu) Vide infra hoc libro, cap. XXII. §. II. Adde ſi vacat Bart. Soc. conſilio CLXXXVII. col. 8. Meichsnerum deciſione Cameral. IX. n. 113. Tomo III.

VI. Ut hæc igitur duo adfuiſſe cenſeantur valent & aliæ conjecturæ: ſed temporis in utrumqve magna vis eſt. Nam primum fieri vix poteſt, ut multo tempore res ad aliqvem pertinens non aliqva via ad ejus notitiam perveniat, aut multas ejus occaſiones ſubminiſtret tempus. Inter præſentes tamen minus temporis ſpatium ad hanc conjecturam ſufficit, qvam inter abſentes, etiam ſepoſita lege civili. Sic & incuſſus ſemel metus durare qvidem nonnihil creditur, ſed non perpetuo, cum tempus longum multas occaſiones adverſus metum ſibi conſulendi, per ſe, vel per alios ſuppeditet, etiam exeundo fines ejus qvi metuitur, ſaltem ut proteſtatio de jure fiat, aut, qvod potius eſt, ad judices aut arbitros provocetur. VII. Qvia

L. 3. Hoc jure. §. ductus. 4. D. de Aqva qvod & æſtiv.

VII. Qvia vero * tempus memoriam excedens qvasi infinitum est moraliter, ideo ejus temporis silentium ad rei derelictæ conjecturam semper sufficere videbitur, * nisi validissimæ sint in contrarium rationes. Bene autem notatum est à prudentioribus Jurisconsultis, *non plane idem esse tempo memoriam excedens cum centenario, qvanqvam sæpe hæc non longe abeunt: qvia * communis humanæ vitæ terminus sunt anni centum. qvod spatium ferme solet ætates hominum, aut γενεὰς tres efficere: qvas Antiocho Romani objiciebant, cum ostenderent repeti ab eo urbes, qvas ipse, pater, avus, nunqvam usurpassent.

Eustath. ad Iliadis α.
Liv. XXXIV.

***

Tempus memoriam excedens) Andreas Knich in tractatu de Jure territorii. Reinking. lib. I. classe V. c. II. n. 5. Oldendorp. classe III. art. 2.

Nisi validissimæ sint in contrarium rationes) Menochius I. cons. XC.

Non plane idem esse) Baldus de præscriptionibus id notavit, & in eodem argumento Covarruvias. Reinking. dicto lib. I. classe V. c. II. n. 40. de tempore memoriam excedente vide eruditissimum Fabrum in consilio pro Ducatu Montisferratensi.

Communis humanæ vitæ terminus) αἰῶν μᾶλλον ἢ ἐκ χρόνου dixit Justinianus in edicto qvinto edito in Notis ad arcanam historiam Procopii.

Γενεὰς *tres*) nam γενεὰ est τριακονταετία, triginta annorum ætas, ut Porphyrius notat in Homericis qvæstionibus. Tres γενεὰς seculum exponit Herodianus Severo. in CCC. annis decem in Ægypto fuisse reges, notat Philo in legatione. Lacedæmone annis qvingentis reges qvatuordecim: Plutarcho indicante in Lycurgo. Justinianus in Novella CLIX. vetat in judicia deduci causam, qvod jam qvatuor γενεαὶ exiissent.

HX. 1. Objiciat aliqvis, cum homines se suaqve ament, non debere eos credi, qvod suum est, jactare, ac proinde actus negativos, etiam cum magno temporis spatio, non sufficere ad eam, qvam diximus, conjecturam. Sed cogitare rursum debemus, bene sperandum de hominibus, ac propterea non putandum eos hoc esse animo, ut rei caducæ causa hominem alterum velint in perpetuo peccato versari, qvod evitari sæpe non poterit sine tali derelictione.

†††

In perpetuo peccato versari) Interim juxta *Dn. Felden. & Zigler.* dominus tacendo malæ fidei possessorem à peccato non liberat, licet tacitè dereliqverit; qvamdiu enim in opinione est, rem possessam alterius esse, tamdiu in peccato versatur. Ad officium ergò domini pertineret, potius apertè illi donare. Qvin hoc modo sequeretur, omnes res furto ablatas pro derelicto habendas esse, ne fur diutius maneat in peccato.

2. De imperiis vero, qvanqvam ea magni fieri solent, scire debemus magna esse onera, & qvæ non bene administrata hominem divinæ iræ reddant obnoxium: ac sicut durum esset, qvi se tutores dicerent, damno pupilli litigare,

Cicero pro Dejot.

gare, uter ad tutelam jus habeat; aut, qva similitudine ad hanc rem Plato utitur, nautas navis periculo certare, qvis eorum potissimum gubernaret: ita non semper laudandos, qvi cum summa jactura, sæpe & cum sangvine innocentis populi, disceptare cupiant, qvis ejus populi rem sit curaturus. Laudatur ab antiqvis Antiochi dictum, qvi populo Romano gratias egit, qvod * nimis magna procuratione liberatus modicis terminis uteretur. Inter multa à Lucano sapienter dicta non postremum est: Lib. I. Val. Max. lib. IV. c. I. §. extr. lib. II. v. 61.

tantone novorum
Proventu scelerum qværunt, uter imperet urbi?
Vix tanti fuerat civilia bella moveri,
Ut neuter.

***

Nimis magna procuratione liberatus) Ejus animi videtur fuisse Jonathan Saulis filius.

3. Tum vero imperia tandem aliqvando in certo & extra controversiæ aleam constitui, humanæ societatis interest; qvam qvæ adjuvant conjecturæ, favorabiles putandæ sunt. Nam si durum putavit * Aratus Sicyonius privatas qvinqvaginta annorum possessiones labefactari, qvanto magis illud Augusti tenendum est, eum virum bonum ac civem esse, qvi præsentem reipublicæ statum mutari non vult, & qvi, ut apud Thucydidem Alcibiades loqvitur, ὅπερ ἐδέξατο σχῆμα τῆς πολιτείας τοῦτο ξυνδιασώζει. qvod τὴν παροῦσαν πολιτείαν διαφυλάττειν dixit Isocrates adversus Callimachum: sicut & Cicero oratione ad Qvirites contra Rullum, otii & concordiæ patrono convenire ait, defendere statum reipublicæ, qvi qvoqve tempore sit: & Livius, optimum qvemqve præsenti statu gaudere. Lib. XXXV.

***

Aratus Sicyonius) sic & possessiones ut fuerant reliqverat Thrasybulus pace Athenis constituta.

4. Qvod si etiam deficerent ea, qvæ jam diximus, tamen adversus præsumptionem, qva qvisqve sua servare velle creditur, validior est altera, qvod credibile non est qvenqvam ejus qvod vult, longo tempore * nullam plane edere significationem idoneam. Ang. de Clavasio in summa in verbo Inventa.

***

Nullam plane edere significationem idoneam) Crantzius Saxonicorum XI. n. 10. & 13.

IX. Ac forte non improbabiliter dici potest, non esse hanc rem in sola præsumtione positam, sed * jure gentium voluntario inductam hanc legem, ut possessio memoriam excedens, non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata, omnino dominium transferret. credibile est enim in id consensisse gentes, cum ad pacem communem id vel maxime interesset.

Libr. XXXV. cap. XVI. Libr. XXXIV.

Merito autem dixi possessionem non interruptam, id est, ut Sulpitius apud Livium loqvitur, *uno & perpetuo tenore juris semper usurpato, nunqvam intermisso.* Idem alibi dixit: *perpetuam possessionem, ac nullo ambigente.* Nam desultoria possessio nihil efficit, qvomodo Numidæ excipiebant adversus Carthaginenses: *per opportunitates nunc illos nunc reges Numidarum usurpasse jus, semperqve penes eum possessionem fuisse, qvi plus armis potuisset.*

***

Jure gentium voluntario inductam hanc legem) Narrat Gregoras cum Catanæ majoribus data esset ab Imperatoribus Græcis Phocæa, adjectam legem, ut singuli successores scriptam ederent professionem se eam tenere administratorum titulo, *μὴ λάθῃ παρακρουσαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος. ne inobservatus diuturni temporis lapsus jus Imperatoris excluderet.*

X. 1. Sed alia hîc, & qvidem perdifficilis suboritur qvæstio; an nondum natis jus suum tacitè tali derelictione possit decedere? Si non posse dicimus, nihil ad tranqvillitatem imperiorum ac dominiorum profecit modo data definitio, cum pleraqve talia sint, ut posteris debeantur. Sin posse affirmamus, mirum videbitur, qvomodo nocere silentium possit his, qvi loqvi non potuerunt, qvippe cum nec existerent; aut qvomodo aliorum factum aliis damno esse possit.

2. Ad hujusmodi solutionem sciendum est, ejus qvi nondum natus est nullum esse jus, sicut nec ulla sunt accidentia rei non existentis. Qvare si populus, à cujus voluntate jus regnandi proficiscitur, voluntatem mutet, iis, qvi nondum nati sunt, ut qvibus jus qvæsitum nondum est, nullam facit injuriam. Sicut autem populus expresse mutare voluntatem potest, ita & tacitè credi mutâsse. Mutata igitur populi voluntate, * neqve dum existente eorum jure, qvi exspectari possunt; parentibus autem, è qvibus nasci possunt, qvi jus suo tempore essent habituri, id ipsum jus derelinqventibus; nihil est, qvod obstet, qvo minus illud, ut derelictum, ab alio occupari possit.

***

Neq; dum existente eorum jure, qvi expectari possunt) Multa sunt in historiis talium derelictionum exempla. Vide unum illustre in Ludovico IX. Francorum rege, pro se liberisqve abdicante jus, qvod per Blancam matrem in Castellæ regnum habere poterat, apud Marianam libro XIII, c. 18.

3. Agimus de naturali jure, nam jure civili, ut aliæ fictiones, ita & hæc introduci potest, * ut eorum, qvi nondum sunt, personam lex interim sustineat, atqve ita impediat, ne qvid adversum eos occupari possit: qvod tamen leges velle non temere censendæ sunt, qvia privata ista utilitas publicæ valde repugnat. Unde & illa Feuda, qvæ non ex jure proximi possessoris, sed ex vi investituræ primitivæ deferuntur, longo satis tempore acqviri posse receptior

ceptior ſententia eſt; qvod ad jura Majoratus, & ad res fideicommiſſo obnoxias, non infirmis rationibus ſubnixus, producit ſummi judicii Jurisconſultus Covarruvias †

† c. poſſeſſor. p. 3. §. 3.

* * *

Ut eorum, qvi nondum ſunt perſonam lex interim ſuſtineat) ut lex civilis in hæreditate jacente.

Spec. tit. de feud. §. Qvoniam. verſ. 3. qværitur.

4. Nihil enim prohibet, qvominus lege civili jus tale introduci poſſit, qvod uno actu alienari licite non poſſit; poſſit tamen, ad vitandam dominiorum incertitudinem certi temporis neglectu amitti: atqve ita etiam, ut exſtituris ſalva ſit actio perſonalis adverſum eos, qvi neglexerunt, aut eorum hæredes.

Chaſſ. de Cōſ. Burg. *de mains. mortes. §. 6. verſ. par an. & jour.* n. 2.

XI. Ex his, qvæ diximus, apparet, & regi adverſus regem, & populo libero adverſus populum liberum jus acqviri poſſe, ut expreſſo conſenſu, ita derelictione, & eam ſecuta, aut ex ea vim novam capiente, apprehenſione: nam qvod dicitur, qvæ ab initio non valent, ex poſt facto convaleſcere non poſſe, hanc habet exceptionem, niſi cauſa nova jus per ſe parere idonea interceſſerit. Similiter & alicujus populi rex verus amittere poterit regnum & populo ſubjici; & qvi revera non rex, ſed princeps erat, *rex ſummo cum imperio fieri, & ſummum imperium, qvod penes populum, aut penes regem in ſolidum erat, inter eos dividi.

Cravet. de Ant. temp. 4. § Materia. n. 90.

†† L. I. c. III. §. 6. n. 2.

* * *

Rex ſummo cum imperio fieri) vide Vaſqvium controverſiarum illuſtrium libro I, c. XXIII. 3. Adde eundem libro II, LXXXII. 8. 9. & ſeqventibus. vide & Panormitanum lib, I. conſ. LXXII. Et Peregrinum de Jure Fiſci VI. cap. IIX. §. 10.

Bart. in L. 24. Hoſtes, D. de Capt. & in L. I. D. de Aqva pluv. arc. Jaſ. conſ. 70. lib. III. Aymon. de Antiq. p. 4. verſicul. Maneriaiſta. n. 6. Ant. Corſetg, de Exc. Regis. q. 104 Balbg, de præſc. 2. p. 5. pr. q. 2 Caſtal. de Imp. qv. 53 Covar. in c. peccarum. 4. de Reg. Juris, in 6. p. 2. §. 9. in fine † h. l. c. ſe XX. §. 24. n. 1.

XII. 1. Illud etiam indagari operæ pretium eſt; an lex de uſucapione aut præſcriptione, condita ab eo, qvi habeat ſummum imperium, pertineat etiam ad ipſum jus imperii, & ejus partes neceſſarias, qvas alibi †† explicavimus. Pertinere arbitrari videntur Jurisconſulti non pauci, qvi qvæſtiones de ſummo imperio ex jure tractant civili Romanorum. * Nos aliter arbitramur, nam ut qvis legibus obligetur, reqviritur in legis auctore & poteſtas & voluntas, ſaltem præſumta. Se per modum legis, id eſt per modum ſuperioris, obligare nemo poteſt: & hinc eſt, qvod legum auctores habent jus leges ſuas mutandi: Poteſt tamen qvis obligare ſua lege, non directe, ſed per reflexionem, * qva ſcilicet pars eſt communitatis, † ex æqvitate naturali, qvæ partes vult componi ad rationem integri: qvod à Saule in regni initiis obſervatum notat ſacra hiſtoria Sam. I. I. c. XIV, 40. Sed hoc hic locum non habet, qvia legum auctorem hic conſideramus, non ut partem, ſed ut eum, in qvo virtus inſit integri: agimus enim de ſummo imperio qva tale. Sed nec voluntate adfuiſſe præſumitur: qvia legum auctores non cenſentur

se velle comprehendere, nisi ubi & materia & ratio legis sunt universales, ut in æstimandis rerum pretiis. At summum imperium non est paris rationis cum rebus aliis : imo nobilitate sua res alias multum excedit. Neqve ul. Iam vidi legem civilem de præscript one agentem, qvæ summum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluisse probabiliter censeri possit.

***

Nos aliter arbitramur) Et Don Garzias Mastrill. de Magistratu lib. III. c. II, 26. Joh. Oldendorpius consil. Marp. V. n. 47. volum. I.

Qvæ scilicet pars est communitatis) Seneca epistola LXXV. *Duas personas habet gubernator: alteram communem cum omnibus, qvi eandem conscenderunt navem, qva ipse qvoq; vector est, alteram propriam, qva gubernator est.* Tractant hoc Claud. Seisellus de Rep. Gal. lib. I. Chasslanæus de Gloria mundi parte V. cons. 5. Gailius lib II. obs. LV. n. 7. Bodinus de republica lib. I, c. IIX. Reinkinck. I. c. XII. Hahn. ad Wesenb. de LL. n. 6.

†††

Pars est communitatis) Sic in Comitiis Imperatori ratione Ducatuum & dirionum onera communi ipsius Imperatoris & Procerum consensu injunguntur, non tanqvam Imperatori, sed tanqvam Principi & Statui Imperii, ratione ditionum, qvas ab imperio recognoscit, Vid. R. A. zu Nürnberg 1542. §. ferner/ ibi daß wir uns mit den ansehnlichen/ trefflichen Kriegs Stücken / so uns auf obgemeldten Speyerischen Reichs Tag / von wegen unser Königreich und Landen / in obbestimte beharrliche Türcken Hülffe zuleisten auferlegt worden. *Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. L. I. Cl. II. n. 166. p. 71. c. 2. & l. 1. cl. 4. c. 9. n. 15. p. 381.*

2. Unde sequitur, neqve tempus lege definitum sufficere ad acqvirendum summum imperium aut partem ejus necessariam, si desint conjecturæ naturales, de qvibus supra egimus : neqve tantum temporis spatium requiri, si intra id tempus eæ conjecturæ, qvantum satis est, adsint: neq; legem civilem, qvæ acqviri certo tempore res vetat, ad res summi imperii pertinere. Posset tamen in ipsa imperii delatione populus suam exprimere voluntatem ; qvo modo ac tempore amitti imperium non utendo posset, qvæ voluntas sequenda haud dubie esset, nec infringi posset à rege etiam summum imperium obtinente. qvia non ad imperium ipsum, sed ad ejus habendi modum pertineret : qvo de discrimine alibi diximus.

L. I, c. III. §. XI. n. 1. §. XXIII. n. 3.

XIII. Ea vero, qvæ de summi imperii natura non sunt, nec ut proprietates naturales ad eam pertinent, sed aut separari ab ea naturaliter possunt, aut salte cum aliis communicari, omnino subjacent legibus populi cujusqve civilibus, qvæ de usucapione & præscriptione factæ sunt. Sic subditos esse videmus, qvi præscriptione acqvisierunt, ut appellari ab iis non possit : ita tamen, ut semper aliqva ab eis sit provocatio, per supplicationem scilicet, vel alium modum. Nam, ut ab aliqvo nulla ratione possit provocari, cum persona subditi repugnat, ac proinde ad summum imperium aut partem ejus pertinet, nec

Covar. c. possessor. p. 2. §. 2. n. 12. 13.

nec poteſt aliter acqviri qvam ſecundum jus naturale, cui ſumma imperia ſubjacent.

XIV. 1. Ex his apparet, qvatenus recipi poſſit,* qvod ajunt nonnulli, ſemper licere ſubditis, ſi poſſint in libertatem, eam ſcilicet, qvæ populi eſt, ſe vindicare: qvia qvod vi partum eſt imperium, vi poſſit diſſolvi; qvod autem ex voluntate ſit profectum, in eo pœnitere liceat, & mutare voluntatem. Nam & qvæ vi parta primum ſunt imperia, poſſunt ex voluntate tacita jus firmum accipere & voluntas aut ex initio conſtituti imperii, aut ex poſt facto eſſe poteſt talis, ut jus det, qvod in poſterum à voluntate non pendeat. Agrippa rex apud Joſephum in oratione ad Judæos, qvi ex præpoſtero repetitæ libertatis ſtudio Zelotæ dicti ſunt, ſic ait: *Intempeſtivum eſt nunc libertatem concupiſcere. Olim ne ea amitteretur certatum oportuit. Nam ſervitutis periculum facere durum eſt, & ne id ſubeatur, honeſta certatio. At, qvi ſemel ſubactus deficit, non libertatis amans dicendus eſt, ſed ſervus contumax.* Atq; ipſe Joſephus ad eosdem: * *Honeſtum qvidem eſt, pugnare pro libertate, ſed id olim factum oportuit: At, qvi ſemel ſunt, & longo tempore paruerunt, ſi jugum excutiant, faciunt, qvod deſperatorum hominum eſt, non qvod libertatem amantium.* Et hoc ipſum Cyrus olim Armenio regi dixerat, qvi rebellioni ſuæ obtendebat libertatis pridem amiſſæ deſiderium.

L. I. c. III. §. IIX. n. 13. §. XXI. n. XI. c. IV. §§. 15. 16. 19. n. 1. ſeqq L. I. c. VI. §. 8. c. XVI. §. IV. n. 1. c. XXII. §. XI. §. XIII. n. 2.

Xenoph. de Cyri Inſt. III.

***

Qvod ajunt nonnulli) Ut Vaſqvius dicto libro II, c. LXXXII, n. 3.

Honeſtum pugnare pro libertate, ſed id olim factum oportuit) Eadem ferme verba reperies in oratione Guidonis Comitis Blanderatenſis ad Mediolanenſes apud Radevicum I, c. 40.

†††

Ex voluntate tacita jus firmum) Add. *Reinking. de Reg. Sec. & Ecl. l. 1. cl. 1. c. 5. n. 11. & ſeqq. Duck. l. 1. c. 1. n. 20.*

2. Ceterum qvin & regis longa patientia talis, qvalem ſupra deſcripſimus, poſſit populo ſufficere ad parienda libertatem publicam, ex præſumta imperii derelictione, minime dubitandum arbitror.

XV. Jura vero, qvæ non habent qvotidianum exercitium, ſed ſemel ubi commodum erit, * ut luitio pignoris; item jura libertatis, qvibus actus is, qvi exercetur, non eſt directe contrarius, ſed ei in eſt, ut pars ſuo integro; velut, ſi qvis per centum annos ſocietatem cum uno duntaxat vicino habuerit, cum tamen habere & cum alius poſſet, non amittuntur, niſi ex qvo tempore interceſſit prohibitio aut coactio, eiqve paritum eſt cum ſufficienti conſenſus ſignificatione. (a) Qvod cum non juri civili tantum, ſed & ratione naturali congruat, merito locum habebit etiam inter ſummæ fortunæ homines.

(a) L. 18. § fin. Qvem. ſervit. amitt.

***

Ut luitio pignoris) Vide Parutam hiſtoria Veneta VII.

CAPUT V.

De acqvisitione originaria juris in personas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in subditos: servos.

I. De jure parentum in liberos:
II. Distinctio temporis infantiæ: & ibi de infantium dominio in res:
III. Temporis extra infantiã in familia:
IV. Ibi de jure coercendi liberos.
V. De jure vendendi liberos.
VI. Temporis extra infantiam & familiam.
VII. Distinctio potestatis parentum naturalis & civilis.
IIX. De jure mariti in uxorem.
IX. Insolubilitas & adstrictio ad unam uxorem an sint necessariæ ad matrimonium ex lege naturæ, an tantum ex lege Evangelica.
X. Jure naturæ solo irrita non esse connubia ob defectum consensus parentum.
XI. Ex lege Evangelica irrita esse connubia cum alieno viro & uxore.
XII. Illicita & irrita esse jure naturæ connubia parentum cum liberis.
XIII. Connubia fratrum cum sororibus, item novercæ cum privigno, & soceri cum nuru, ac similia, illicita & irrita esse jure divino voluntario.
XIV. Non idem videri de connubiis cum propinqvis ulterioris gradus.
XV. Posse esse qvædam connubia & licita, qvæ à legibus appellentur nomine concubinatus.
XVI. Posse qvædam connubia illicita contrahi, & tamen rata esse.
XVII. Jus majoris partis in qvibusvis societatibus.
XIIX. Pari numero qvæ sententiæ prævaleat.
XIX. Qvæ sententiæ dividendæ aut conjungendæ.
XX. Absentium jus præsentibus accrescere.
XXI. Ordo qvis inter pares, etiam regen.
XXII. In societatibus, qvæ fundamentum habent in re, sententias æstimandas secundum partes qvas qvisq; habet in re.
XXIII. Jus civitatis in subditos.
XXIV. An civibus à civitate discedere liceat, per distinctionem explicatur.
XXV. Jus civitati nullum in exules.
XXVI. Jus ex consensu in filium adoptatum.
XXVII. Jus in servos:
XXIIX. Qvatenus in hoc jure dicatur inesse jus vitæ ac necis.
XXIX. Qvid ex jure naturæ statuendum de his, qvi ex servis nascuntur.
XXX. Servitutis diversa genera.
XXXI. Jus ex consensu in populum, qvi se subjicit.
XXXII. Jus ex delicto in personam.

I.

NOn in res tantum, sed & in personas jus qvoddam acqviritur, & originarie qvidem ex generatione, consensu, delicto. Generatione parentibus jus acqviritur in liberos: utriqve inqvam parentum, patri ac matri:

* sed

* ſed ſi contendant inter ſe imperia, præfertur patris imperium, ob ſexus præſtantiam.

***

Sed ſi contendant inter ſe imperia præfertur patris imperium) Seneca libro III. controverſia XIX. *Primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris.* Chryſoſtomus I. ad Corinth. XI, 3. εἰκότως ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή· ἠγδ ἰσοτιμία μάχλω ποιεῖ. *merito viro femina ſubjicitur. nam æqualitas honoris pugnam parit.* idem ac Epheſios capite IV. δευτέρα ἐξουσία ἡ γυνή. μήτε οὖν αὐτὴ τὸν ἰσοτιμίας ἀπαιτείτω (ὑπὸ γὰρ τὸν κεφαλὴν ἐστι) μήτε ἐκεῖνος ὡς ὑποτεταγμένης καταφρονείτω. σῶμα γάρ ἐστι. *Secunda poteſtas eſt mulier, neq; ergo ipſa æquum ſibi jus vindicet, (ſub capite enim eſt) nec eam, quod ſubdita ſibi eſt, contemnat maritus, corpus enim eſt.* Deinde: δευτέρα ἐστὶν ἐξουσία αὐτὴ, ἐξουσίαν ἔχουσα πολλὴν τὴν ὁμοτιμίαν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τι πλέον ὁ ἀνήρ. *Altera poteſtas illa eſt, imperium & ipſa habens, multumq; in honore conſortii, ſed tamen pluſculum habet vir.* Auguſtinus epiſt. CXCI. *Filius ex legitimis nuptiis ſuſceptus magis in patris eſt, quam in matris poteſtate.* Gregoras libro VII. ubi de Andronico Polæologo & Irene, ait: προσεπεμαρτύρει ἢ καὶ ἔδει, μείζονα δυνάσθαι τὸ μητρὸς τοῦ πατέρα, τὸ κωλύον δὲν τὴν ἔδει πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ὅπη τῷ παιδὶ μᾶλλον ἢ τὸ μητρός. *Addebat ille plus matre patrem poſſe, nec quicquam intercedere quo minus patris de filio valeret voluntas, etiam præ materna:* de reverentia matri debita, vide L. 4. congruentius. C. de Patr. Poteſt.

†††

Patris imperium) qvippe qvod etiam exercet in ipſam liberorum matrem, *Gid. canon. hæc imago. cum ſeqq. 33. q. 5.* Faceſſat interim *Thom. Hobbes, de civ. c. 9. n. 3 & ſeqq.* matri originale, patri verò derivativum aſſignans. Aliud enim eſt matris originale officium, aliud patris imperium.

II. 1. Diſtingvenda autem ſunt in liberis tria tempora: primum tempus imperfecti judicii, ἡ βλαβικὴ ἀτελὴς ut Ariſtoteles loqvitur, dum abeſt προαίρεσις, vis electrix, ut idem alibi: ſecundum tempus perfecti judicii, ſed dum filius pars manet familiæ parentum. ἕως ἂν μὴ χωρισθῇ, ut loqvitur idem Ariſtoteles: tertium, poſtqvam ex ea familia exceſſit. * In primo tempore omnes liberorum actiones ſub dominio ſunt parentum: æqvum enim eſt, ut, qvi ſe regere non poteſt, regatur aliunde. Æſchyli dictum eſt: Pol. I. cap. ult. Nic. IV. 3. Eth. V. c. 10.

ætas prima, ceu brutum pecus,
Ut educetur, mentis alienæ indiget.

At alius naturaliter inveniri non poteſt, cui regimen competat, qvam parentes.

***

In primo tempore) Sunt ea ætate ita parentum, ut alia qvæ parentes poſſident, ait Maimonides canonibus Pœnitentialibus capite VI. §. 2.

2. Eſt tamen eo qvoqve tempore filius aut filia capax dominii in res ex jure

jure gentium, sed exercitium impeditur † ob ea, qvam diximus, judicii imperfectionem. Habent jus, ut de pueris Plutarchus loqvitur, ἐν κλήσει non ἐν χρήσει. Qvare ut res omnes liberorum parentibus acqvirantur non naturale est, sed ex qvorundam populorum legibus, qvæ & patrem à matre in hac re distingvunt, & filios non emancipatos ab emancipatis, & naturales à legitimis. qvæ discrimina natura ignorat; excepta ea, qvam dixi, sexus præstantia, si imperia inter se contendant.

† L. II. c. III. §. 6. DeFort. Alex. II.

III. In secundo tempore, cum jam judicium ætate maturuit, subsunt parentum imperiis non aliæ actiones, qvam * qvæ ad familiæ paternæ aut maternæ statum aliqvid momenti habent. æqvum enim est, ut pars conveniat cum ratione integri. In ceteris autem actionibus habent liberi ἐξουσίαν, id est facultatem moralem agendi, sed tenentur tamen in illis qvoqve studere, semper ut parentibus placeant. Verum hoc debitum cum non sit ex vi facultatis moralis, ut illa superiora, sed ex pietate, observantia, & gratiæ rependendæ officio, non efficit, ut irritum sit, si qvid contra sit factum, sicut nec irrita est donatio rei à qvocunqve domino facta contra parsimoniæ regulas.

***

Qvæ ad familiæ paternæ aut maternæ statum aliqvid momenti habent) ita explicat Maimonides legem, qvæ est Num. XXX. 10.

IV. In utroqve hoc tempore jus regendi, etiam jus coërcendi complectitur, qvatenus nempe vel cogendi sunt ad officium liberi, vel emendandi. De gravioribus autem pœnis qvid sit sentiendum, alibi erit † agendi locus.

† §. VII. h. c. it. c. XX. §. 6. L. 3. C. de Patr. potest. L. 13. §. fin. D. de Re Milit.

†††

Etiam jus coërcendi) Qvanqvam enim in secundo tempore liberorum judicium ætate maturuisse constet, ita ut per naturam egredi patriâ potestate valeant, nihilominus tamen jus patrisfamilias qvæsitum in totam familiam, cujus partes & liberi sunt, hic attendendum venit, qvippe qvod fortius aliqvid, qvam nudum jus amicitiæ, in benevolentia, non coactione, consistens, importat. Hinc postmodum jura coërcendi fluunt, si liberi aliqvando invitis parentibus ab eodem secessum fecerint.

V. Qvanqvam vero imperium paternum ita sequitur ipsam patris personam ac ἕξιν, ut avelli transferriqve in alium non possit, potest tamen naturaliter, & ubi lex civilis non impedit, pater filium oppignorare, * &, si necesse sit, etiam vendere (*a*) ubi alia ratio eum alendi non suppetit: qvod ex veteri Thebanorum lege (qvam libro secundo var. hist. c. VII. recitat Ælianus) in populosa lios videtur fluxisse: ipsa autem lex Thebana à Phœnicibus ac porro ab Hebræis (*b*) venisse: qvam ipsam obtinuisse & apud Phrygas docet Apollonius, epistola ad Domitianum. Censetur qvippe ipsa natura jus dare ad id omne, sine qvo obtineri non potest, qvod ipsa imperat.

(*a*) h. l. c. §. XXIX. n. 1.

(*b*) L. I. c. II. §. V. n. 10.

Et

***

Et, si necesse sit, etiam vendere) Jornandes historia Gotthica. *Haud enim secus parentes faciunt, salutem suorum pignorum providentes, satius deliberant ingenuitatem perire qvam vitam, dum misericorditer alendus qvis venditur, qvam moriturus, servatur.* Eam legem video & apud Mexicanos fuisse.

†††

Pater filium) Jure civili jus hoc patri *solùm* attribuunt Dd. communiter *arg. l. 2. C. qvi fil. distrax.* & qvia hæc venditio effectus patriæ potestatis est, qvæ in matrem non cadit, *§. 10. Inst. de adopt.* imò ne ad avum qvidem paternum hoc jus extendendum esse statuunt, licet is liberos in potestate habeat, qvoniam contra rationem juris introductum est, *l. 1. C. de patr. qvi fil. l. 1. C. de lib. caus.* adeoqve nec ob paritatem rationis in consequentiam trahendum, *l. 14. ff. de LL. vid. Ludvv. diss. 2. th. 1. lit. e. Schneidevv. ad tit. Inst. de Patr. Pot. n. 29. Hænon. Diss. 10. ad R. J. in l. 144. Arum. Ex. Inst. 2. Th. 3. Ungep. Ex. 3. q. in nego. Pinell. ad rubr. C. de bon. mat. p. 2. n. 23. Joh. de Lugo, disp. 5. sect. 1. n. 3.* Sed qvicqvid sit de jure civili (qvamvis multi qvoqve de eodem dubitent, qvum legis taciturnitas non statim prohibitionem importet) de jure sanè naturæ & gentium, (qvum pietas, omnibus parentibus alimentationem in casu necessitatis suppeditandam esse, liberis injungat) certum est, qvemlibet infantem tam à matre, qvam ab avo vendi posse. Consentiunt nobiscum *Dn. Hahn. ad VVesenb. tit. de his qvi sui vel alien. jur. n. 2. verb. distrahere. Dn. Eichel. de jure qvo naturaliter lib. & par. sibi invicem sunt obstricti, P. 1. § 25. p. m. 56.* Imò hic nullam differentiam inter filios suos & emancipatos, sangvinolentos item & adultos agnoscimus cum *Dn. Ziglero hoc loco. Add. Guil. Grot. c. 10. §. 6. ibiq; not. p. 171.*

Oppignorare) *Covarruv. Var. Resol. l. 3. c. 14. n. 4. Brunneman. ad l. 2. C. de patr. qvi fil. distrax. n. 2. Pinell. l. c.* imò eum, ejusq; operas elocare, *Dn. Eichel. l. c.*

Etiam vendere) permutare aut qvocunq; alio contractu alienare, *Lud. Molin. de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 33. n. 22. Surd. de a im. tit. 8. priv. 38. n. 12.* Interim hic, tempore necessitatis, à patre alienatus filius (intuitu juris civilis) non fit servus qvoad statum, sed est tantum in servitute & permanet homo liber & ingenuus, perinde ac si nunqvam in servitutem incidisset, dum suas modo operas emptori præstat, *vid. Ventur. Cæc. de O. J. Catalex. lib. 1. Exc. 7. p. 193.* Congruè igitur statuit *Theod. Grasvvinckel in not. h. l.* in venditione filiorum non transire ad emptorem libertatem, (qvippe qvam salvam retinet venditus) sed corpus, qvatenus mediante eodem, usqve dum ad pristinæ ingenuitatis exercitium rursus pervenire valet, servitia exhibere domino suo cogitur. Confirmat hoc præter allegatos Autores *Dn. Eichel. l. c.* Si verò, inqviens, summâ parens premitur inopiâ, ut neqve se, neqve filios alere qveat, sine omni dubio eos aliis tradere potest, ut ex ipsorum operis & ipse, & pater, si alia præsidia vitæ non suppetunt, vivere qveant. Jure enim naturæ filius tenetur patrem alere, ut infra dicetur; Ergò si aliter non potest, suâ operâ aliis inserviendo. Qvo casu tamen operæ potius filii venduntur, non ipse filius, qvi ipsius, cui venditur, non fit ea ratione servus, ut ipso invito nunqvam è servitute eripi qveat; sed tum liberari potest, qvoties vel pater, vel alius qvivis pretium offerat, vel operibus suis ipse etiam pretium æqvaverit, *jung. Grot. l. 3. c. 14. §. 8. n. 2.* Qvibus nos addimus, si alius mancipium aliud dederit, qvid? qvod filius patrem ad meliorem fortunam redactum cogere possit, ut ipsum redimat. Magis enim, juxta *Joh. de Lugo l. c.* filius est obligatus, qvam venditus pro illo pretio: interim tamen augeri debet pretium, si expensis Domini artem aliqvam didicit. Patet idcircò responsio ad argumentum, qvod vulgò objici solet: liberi hominis non est æstimatio, *l. 1. C. de patrib. qvi filios distr. l. fin. ff. qvæ res pignori leg. l. 16. ff. de empt. E.* nec venditio, *l. 4. 6. 34.*

† l. II. c. III. §. 6. De Fort. Alex. II.

jure gentium, sed exercitium impeditur † ob ea, qvam diximus, judicii imperfectionem. Habent jus, ut de pueris Plutarchus loqvitur, ἐν αἱρέσει non ἐν χρήσει. Qvare ut res omnes liberorum parentibus acqvirantur non naturale est, sed ex qvorundam populorum legibus, qvæ & patrem à matre in hac re distingvunt, & filios non emancipatos ab emancipatis, & naturales à legitimis. qvæ discrimina natura ignorat; excepta ea, qvam dixi, sexus præstantia, si imperia inter se contendant.

III. In secundo tempore, cum jam judicium ætate maturuit, subsunt parentum imperiis non aliæ actiones, qvam * qvæ ad familiæ paternæ aut maternæ statum aliqvid momenti habent. æqvum enim est, ut pars conveniat cum ratione integri. In ceteris autem actionibus habent liberi ἐξουσίαν, id est facultatem moralem agendi, sed tenentur tamen in illis qvoqve studere, semper ut parentibus placeant. Verum hoc debitum cum non sit ex vi facultatis moralis, ut illa superiora, sed ex pietate, observantia, & gratiæ rependendæ officio, non efficit, ut irritum sit, si qvid contra sit factum, sicut nec irrita est donatio rei à qvocunqve domino facta contra parsimoniæ regulas.

***

Qvæ ad familiæ paternæ aut maternæ statum aliqvid momenti habent) ita explicat Maimonides legem, qvæ est Num. XXX. 10.

IV. In utroqve hoc tempore jus regendi, etiam jus coërcendi completitur, qvatenus nempe vel cogendi sunt ad officium liberi, vel emendandi. De gravioribus autem pœnis qvid sit sentiendum, alibi erit † agendi locus.

† §. VII. h. c. it. c. XX. §. 6. L. 3. C. de Patr. potest. L. 13. §. fin. D. de Re Milit.

†††

Etiam jus coërcendi) Qvanqvam enim in secundo tempore liberorum judicium ætate maturuisse constet, ita ut per naturam egredi patriâ potestate valeant, nihilominus tamen jus patrisfamilias qvæsitum in totam familiam, cujus partes & liberi sunt, hic attendendum venit, qvippe qvod fortasis aliqvid, qvàm nudum jus amicitiæ, in benevolentia, non coactione, consistens, importat. Hinc postmodum jura coërcendi fluunt, si liberi aliqvando invitis parentibus ab eodem secessum fecerint.

V. Qvanqvam vero imperium paternum ita sequitur ipsam patris personam ac χρῆσιν, ut avelli transferriqve in alium non possit, potest tamen naturaliter, & ubi lex civilis non impedit, pater filium oppignorare, * &, si necesse sit, etiam vendere (*a*) ubi alia ratio eum alendi non suppetit: qvod ex veteri Thebanorum lege (qvam libro secundo var. hist. c. VII. recitat Ælianus) in populosalios videtur fluxisse: ipsa autem lex Thebana à Phœnicibus ac porro ab Hebræis (*b*) venisse: qvam ipsam obtinuisse & apud Phrygas docet Apollonius, epistola ad Domitianum. Censetur qvippe ipsa natura jus dare ad id omne, sine qvo obtineri non potest, qvod ipsa imperat.

(*a*) h. l. c. §. XXIX. n. 1.

(*b*) L. I. c. II. §. V. n. 10.

D

***

Et, si necesse sit, etiam vendere) Jornandes historia Gotthica. *Haud enim secus parentes faciunt, salutem suorum pignorum providentes, satius deliberant ingenuitatem perire qvam vitam, dum misericorditer alendus qvis venditur, qvam moriturus, servatur.* Eam legem video & apud Mexicanos fuisse.

†††

Pater filium) Jure civili jus hoc patri *solùm* attribuunt Dd. communiter *arg. l. 2. C. qvi fil. distrax.* & qvia hæc venditio effectus patriæ potestatis est, qvæ in matrem non cadit, *§. 10. Inst. de adopt.* imò ne ad avum qvidem paternum hoc jus extendendum esse statuunt, licet is liberos in potestate habeat, qvoniam contra rationem juris introductum est, *l. 1. C. de patr. qvi fil. l. 1. C. de lib. caus.* adeoqve nec ob paritatem rationis in consequentiam trahendum, *l. 14. ff. de LL. vid. Ludvv. diss. 2. th. 1. lit. e. Schneidevv. ad tit. Inst. de Patr. Pot. n. 29. Hænon. Diss. 10. ad R. J. in l. 144. Arum. Ex. Inst. 2. Th. 3. Ungep. Ex. 1. q. in nego. Pinell. ad rubr. C. de bon. mat. p. 2. n. 23. Joh. de Lugo, disp. 5. sect. 1. n. 3.* Sed qvicqvid sit de jure civili (qvamvis multi qvoqve de eodem dubitent, qvum legis taciturnitas non statim prohibitionem importet) de jure sanè naturæ & gentium, (qvum pietas, omnibus parentibus alimentationem in casu necessitatis suppeditandam esse, liberis injungat) certum est, qvemlibet infantem tam à matre, qvam ab avo vendi posse. Consentiunt nobiscum *Dn. Hahn. ad VVesenb. tit. de his qvi sui vel alien. jur. n. 2. verb. distrahere. Dn. Eichel. de jure qvo naturaliter lib. & par. sibi invicem sunt obstricti, P. 1. § 25. p. m. 56.* Imò hic nullam differentiam inter filios suos & emancipatos, sangvinolentos item & adultos agnoscimus cum *Dn. Ziglero hoc loco. Add. Guil. Grot. c. 10. §. 6. ibiq; not. p. 171.*

Oppignorare) *Covarruv. Var. Resol. l. 3. c. 14. n. 2. Brunneman. ad l. 2. C. de patr. qvi fil. distrax. n. 2. Pinell. l. c.* imò eum, ejusq; operas elocare, *Dn. Eichel. l. c.*

Etiam vendere) permutare aut qvocunq; alio contractu alienare, *Lud. Molin. de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 33. n. 22. Surd. de a im. tit. 8. priv. 38. n. 12.* Interim hic, tempore necessitatis, à patre alienatus filius (intuitu juris civilis) non fit servus qvoad statum, sed est tantum in servitute & permanet homo liber & ingenuus, perinde ac si nunqvam in servitutem incidisset, dum suas modo operas emptori præstat, *vid. Ventur. Cæc. de O. J. Catalex. lib. 1. Exc. 7. p. 193.* Congruè igitur statuit *Theod. Grasvvinckel in not. h. l.* in venditione filiorum non transire ad emptorem libertatem, (qvippe qvam salvam retinet venditus) sed corpus, qvatenus mediante eodem, usqve dum ad pristinæ ingenuitatis exercitium rursus pervenire valet, servitia exhibere domino suo cogitur. Confirmat hoc præter allegatos Autores *Dn. Eichel. l. c.* Si verò, inqviens, summâ parens premitur inopiâ, ut neqve se, neqve filios alere qveat, sine omni dubio eos aliis tradere potest, ut ex ipsorum operis & ipse, & pater, si alia præsidia vitæ non suppetunt, vivere qveant. Jure enim naturæ filius tenetur patrem alere, ut infra dicetur; Ergò si aliter non potest, suâ operâ aliis inserviendo. Qvo casu tamen operæ potius filii venduntur, non ipse filius, qvi ipsius, cui venditur, non fit ea ratione servus, ut ipso invito nunqvam è servitute eripi qveat; sed tum liberari potest, qvoties vel pater, vel alius qvivis pretium offerat, vel operibus suis ipse etiam pretium æqvaverit, *jung. Grot. l. 3. c. 14. §. 8. n. 2.* Qvibus nos addimus, si alius mancipium aliud dederit, qvid? qvod filius patrem ad meliorem fortunam redactum cogere possit, ut ipsum redimat. Magis enim, juxta *Joh. de Lugo l. c.* filius est obligatus, qvam venditus pro illo pretio: interim tamen augeri debet pretium, si expensis Domini artem aliqvam didicit. Patet idcircò responsio ad argumentum, qvod vulgò objici solet: liberi hominis non est æstimatio, *l. 1. C. de patrib. qvi filios distr. l. fin. ff. qva res pignori leg. l. 16. ff. de empt. E.* nec venditio, *l. 4. 6. 34.*

§. 2. de contr. vend. Marqv. de Jur. Merc. l. 2. c. 1. n. 20. Concedimus siqvidem, hoc verum esse, si filius in se liber, per hanc venditionem evadat servus; qvoniam tamen emtor (etiamsi qvoad jus naturæ contrarium sustineat & satis congruè defendat *Molina de Just. & Jur. l. c. n. 28. & seqq.* de filiis barbarorum *add. §. 27. n. 2. h. c. & §. 29.*) jura non servorum, sed tantum servitiorum (qvæ & homo liber operas suas nobis locando præstare potest) adipiscitur, ideoqve adhuc firmum manet, liberi hominis, qva talis, nullam nec æstimationem nec venditionem esse.

Alia ratio eum alendi) Imo hoc verum etiam arbitramur, si pater se ipsum alere neqveat, vel (qvod tamen ut plurimum negant *Dd. vid. Gloss. & Brunnem. n. 2. ad l. 2. C. de patr. qvi fil. Covarr. 3. resol. 14.*) si occurrat æqvalis patris necessitas cum nimia paupertate & egestate, vel etiam major, ut si in servitutem sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus. Nam *lex secunda* citata *C. de patr. qvi fil.* per epiekeian ad casus, in qvibus par aut major est ratio, extendenda est: qvoniam si ejusmodi eventus legislatori tunc accidissent, illos procul dubio etiam expressisset, *Molin. l. c. n. 28. cum Pinell. l. c. n. 27. Surdus de alim. th. 8. privil. 38 n. 14.*

VI. In tertio tempore filius in omnibus est αυτεξούσιος, suiqve juris, manente tamen semper illo pietatis & observantiæ debito, cujus causa perpetua est. Unde seqvitur, regum actus irritos dici eo nomine non posse, qvod parentes habeant.

Num. XXX, 2. 3. 4. 5. Lib. de Præceptis Legis; Præcepto vetante CCXLII.

VII. * Qvicqvid extra hæc est, à lege est voluntaria, qvæ alibi est alia. Sic jure, qvod Deus Hebræis dedit, potestas patris in filium aut filiam ad dissolvenda vota non erat perpetua, sed durabat, qvamdiu liberi * pars erant domus paternæ. Sic patria qvædam potestas propria erat civium Romanorum, etiam in filios, qvi familiæ propriæ capita erant, qvamdiu emancipati non erant. † Qvalem in liberos potestatem alios non habere ipsi Romani profitentur. Sextus Empiricus Pyrrhoniorum tertio: οἱ Ῥωμαίων νομοθεται τοὺς παῖδας ὑποχειρίους καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι. καὶ τῆς οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας, ἕως αὖ ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι μετὰ τοὺς ἀργυρωνήτους. παρ' ἑτέροις δὲ τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται. * *Legum Romanarum auctores liberos in manu parentum ad instar servorum* (a) *esse voluerunt; neqve suorum bonorum ipsos esse dominos, sed parentes,* (b) *donec manumittantur eo modo qvo mancipia solent:* (c) *qvod alii ut tyrannicum repudiant.* Simplicius ad Epicteti enchiridium: οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν, ἅμα καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαρρήσαντες, καὶ πιπράσκειν, εἰ βούλοιντο, τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν καὶ φονεύειν ἀτιμωρητῶς. *Antiqvæ Romanorum leges, respicientes tum ad eam, qvæ à natura est, eminentiam, tum ad labores, qvos pro liberis parentes sustinent, volentes præterea liberos parentibus sine exceptione subjectos esse, credo etiam confisæ naturali parentum amori, & venundandi, si vellent* (d) *liberos, & impune interficiendi parentibus jus dederunt.* Simile patrium jus apud Persas, ut tyrannicum, accusat Aristoteles

† Inst. de Pat. Potest. §. Jus autem. 2.

(a) h. c. §. 28. L. III. c. VII. §. 1. n. 1.

(b) §. 1. Inst. per qvas pers. acqv.

(c) Dd. ad §. 6. Inst. q. m. j. p. p. solv.

(d) §. V. h. c. it. c. XX. §. 9. in fin. L. III. c. VII. §. 1. Lib. IIX. Nic. c. XII.

teles: qvæ ideò à nobis afferuntur, ut accurate distingvamus civilia à naturalibus.

***

Qvicqvid extra hæc est, à lege est voluntaria) Seneca de beneficiis III. c. XI. *qvia utile est juventuti regi, imposuimus illi qvasi domesticos magistratus.*

Pars erant domus paternæ) Alioqvi XIII. anno filius erat obligandi se capax moribus Hebræis, ita illi ad dictum in Numeris locum.

Legum Romanarum auctores) Philo in legatione: ἡ γὰρ υἱοῦ παντελὴς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί. *Patri enim in filium omnimoda potestas jure Qviritium competit.*

†††

Simile patrium jus apud Persas & tyrannicum accusat) *Vid. Bæcler. p. 156. Vischer. de Duell. improvis. p. 614. ibiqve plur. Od. Henning. Arnis. polit. cap. 5. p. 118. seq.* Rigorem denuò juris Romani antiqvioris introductum optat *Joh. Bodin. de Rep. l. 1. c. 4. p. 34. seq.* cui se opposuit *Joh. Zabel. Disc. Anti Bodin. th. 4. ap. Arum. de Jur. Pub. Vol. 1. Disc. 34. p. 1072. add. Dn. Osiand. ad Grot. p. 731.* Sic Noribergenses ex privilegio Cæsareo Ludovici A. 1320. obtinuerunt, qvod parentes filios inobedientes carcere coercere & vivos in profluentem demergere possint, referente *Herm. Hermes. Fasc. J. Pub. cap. 31. Edit. prior. n. 170. in fin. p 584.*

IIX. 1. Ex consensu jus, in personas qvod oritur, aut ex consociatione venit, aut ex subjectione. Consociatio maxime naturalis in conjugio apparet: sed ob sexus differentiam imperium non est commune, sed maritus uxoris caput, nempe in rebus conjugii & in rebus familiæ. nam uxor pars fit familiæ maritalis. Ideo de domicilio constituere jus est marito. Si qvid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræa jus rescindendi qvævis vota uxoris, apud populos nonnullos jus vendendi bona uxoris, non à natura est, sed ab instituto: Exigit hic locus, ut videamus, qvid sit de natura conjugii. Eph. V, 23.

2. Conjugium igitur naturaliter esse existimamus talem cohabitationem maris cum femina, qvæ feminam constituat, qvasi sub oculis & custodia maris. (*a*) Nam tale consortium & in mutis animantibus qvibusdam (*b*) videre est. In homine vero, (*c*) qva animans est utens ratione, ad hoc accessit fides, qva se femina mari obstringit.

†††

Et custodia maris) ad sobolis scilicet *procreationem* & mutuum *adjutorium*, *add. Guil. Grot. c. 9. §. 5. ibiq; not. p. 154.*

IX. 1. Nec aliud, ut conjugium subsistat, natura videtur reqvirere: sed nec divina lex amplius videtur exegisse ante Evangelii propagationem. Nam & * viri sancti ante legem plures una uxores habuerunt, *& in lege (*d*) præcepta qvædam dantur his, qvi plures una habeant; & regi præscribitur (*e*) ut nec uxorum nec eqvorum nimiam sibi adsciscat copiam, ubi Hebræi interpretes notant octodecim sive uxores sive concubinas regi fuisse concessas, & Davidi Deus imputat, *qvod uxores ei complures, & qvidem illustres, dedisset.

(*a*) h. c. §. XV. n. 2. L. I. c. III. §. 8. n. 13. L. II. c. 7. §. 8. n. 2.
(*b*) L. I. c. I. §. 11. n. 2.
(*c*) L. I. c. 2. §. 1. n. 1. & 2.
(*d*) Devter. XXI, 15.
(*e*) Devter. XVII, 16, 17. II. Sam. XII, 8. L. I. c. II. §. 6. n. 2. Devt. XXIV, 4.

§. 2. de contr. vend. Marqv. de Jur. Merc. l. 2. c. 1. n. 20. Concedimus siqvidem, hoc verum esse, si filius in se liber, per hanc venditionem evadat servus; qvoniam tamen emtor (etiamsi qvoad jus naturæ contrarium sustineat & satis congruè defendat *Molina de Just. & Jur. l. c. n. 28. & seqq.* de filiis barbarorum *add. §. 27. n. 2. h. c. & §. 29.*) jura non servorum, sed tantum servitiorum (qvæ & homo liber operas suas nobis locando præstare potest) adipiscitur, ideoqve adhuc firmum manet, liberi hominis, qva talis, nullam nec æstimationem nec venditionem esse.

Alia ratio eum alendi) Imo hoc verum etiam arbitramur, si pater se ipsum alere neqveat, vel (qvod tamen ut plurimum negant *Dd. vid. Gloss. & Brunnem. n. 2. ad l. 2. C. de patr. qvi fil. Covarr. 3. resol. 14.*) si occurrat æqvalis patris necessitas cum nimia paupertate & egestate, vel etiam major, ut si in servitutem sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus. Nam *lex secunda* citata *C. de patr. qvi fil.* per epiekeian ad casus, in qvibus par aut major est ratio, extendenda est: qvoniam si ejusmodi eventus legislatori tunc accidissent, illos procul dubio etiam expressisset, *Molin. l. c. n. 28. cum Pinell. l. c. n. 27. Surdus de alim. th. 8. privil. 38 n. 14.*

VI. In tertio tempore filius in omnibus est αυτεξούσιος, suiqve juris, manente tamen semper illo pietatis & observantiæ debito, cujus causa perpetua est. Unde seqvitur, regum actus irritos dici eo nomine non posse, qvod parentes habeant.

Num. XXX, 2. 3. 4. 5. Lib. de Præceptis Legis; Præcepto vetante CCXLII.

† Inst. de Pat. Potest. §. Jus autem. 2.

VII. * Qvicqvid extra hæc est, à lege est voluntaria, qvæ alibi est alia. Sic jure, qvod Deus Hebræis dedit, potestas patris in filium aut filiam ad dissolvenda vota non erat perpetua, sed durabat, qvamdiu liberi * pars erant domus paternæ. Sic patria qvædam potestas propria erat civium Romanorum, etiam in filios, qvi familiæ propriæ capita erant, qvamdiu emancipati non erant. † Qvalem in liberos potestatem alios non habere ipsi Romani profitentur. Sextus Empiricus Pyrrhoniorum tertio: *οἱ Ῥωμαίων νομοθέται τοὺς παῖδας ὑποχειρίους καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι. καὶ τὴν οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας, ἕως αὖ ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι μετὰ τοὺς ἀργυρωνήτους. παρ' ἑτέροις δὲ τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται.* * *Legum Romanarum auctores liberos in manu parentum ad instar servorum* (a) *esse voluerunt; neqve suorum bonorum ipsos esse dominos, sed parentes,* (b) *donec manumittantur eo modo qvo mancipia solent:* (c) *qvod alii ut tyrannicum repudiant.* Simplicius ad Epicteti enchiridium: *οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν, ἅμα καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες, καὶ πιπράσκειν, εἰ βούλοιντο, τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. Antiqvæ Romanorum leges, respicientes tum ad eam, qvæ à natura est, eminentiam, tum ad labores, qvos pro liberis parentes sustinent, volentes præterea liberos parentibus sine exceptione subjectos esse, credo etiam confisæ naturali parentum amori, & venundandi, si vellent* (d) *liberos, & impune interficiendi parentibus jus dederunt.* Simile patrium jus apud Persas, ut tyrannicum, accusat Aristoteles

(a) h. c. §. 28. L. III. c. VII. §. 1. n. 1.

(b) §. 1. Inst. per qvas pers. acqv.

(c) Dd. ad §. 6. Inst. q. m. j. p. p. solv.

(d) §. V. h. c. it. c. XX. §. 9. in fin. L. III. c. VII. §. 1. Lib. IIX. Nic. c. XII.

teles: qvæ ideò à nobis afferuntur, ut accurate distingvamus civilia à naturalibus.

***

Qvicqvid extra hæc est, à lege est voluntaria) Seneca de beneficiis III. c. XI. *qvia utile est juventuti regi, imposuimus illi qvasi domesticos magistratus.*

Pars erant domus paternæ) Alioqvi XIII. anno filius erat obligandi se capax moribus Hebræis, ita illi ad dictum in Numeris locum.

Legum Romanarum auctores) Philo in legatione: ἡ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί. *Patri enim in filium omnimoda potestas jure Qviritium competit.*

†††

Simile patrium jus apud Persas & tyrannicum accusat) Cid. Bœcler. p. 156. Vischer. de Duell. improbis. p. 614. ibiqve plur. Dd. Henning. Arnisæ. polit. cap. 5. p. 118 *seq.* Rigorem denuò juris Romani antiqvioris introductum optat Joh. Bodin. de Rep. l. 1. c. 4. p. 34. *seq.* cui se opposuit Joh. Zabel. Diss. Ant. Bodin. th. 4. ap. Arum. de Jur. Pub. Vol. 1. Diss. 34. p. 1072. add. Dn. Osiand. ad Grot. p. 731. Sic Noribergenses ex privilegio Cæsareo Ludovici A. 1320. obtinuerunt, qvod parentes filios inobedientes carcere coercere & vivos in profluentem demergere possint, referente Herm. Hermes. Fasc. 3. Pub. cap. 31. Edit. prior. n. 170 in fin. p. 584.

IIX. 1. Ex consensu jus, in personas qvod oritur, aut ex consociatione venit, aut ex subjectione. Consociatio maxime naturalis in conjugio apparet: sed ob sexus differentiam imperium non est commune, sed maritus uxoris caput, nempe in rebus conjugii & in rebus familiæ. nam uxor pars fit familiæ maritalis. Ideo de domicilio constituere jus est marito. Si qvid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræa jus rescindendi qvævis vota uxoris, apud populos nonnullos jus vendendi bona uxoris, non à natura est, sed ab instituto: Exigit hic locus, ut videamus, qvid sit de natura conjugii. Eph. V, 23.

2. Conjugium igitur naturaliter esse existimamus talem cohabitationem maris cum femina, qvæ feminam constituat, qvasi sub oculis & custodia maris. (a) Nam tale consortium & in mutis animantibus qvibusdam (b) videre est. In homine vero, (c) qva animans est utens ratione, ad hoc accessit fides, qva se femina mari obstringit.

(a) h.c. §. XV. n. 2. L. I. c. III. §. 8. n. 11. L. II. c. 7. §. 8. n. 2.
(b) L. I. c. 1. §. 11. n. 2.
(c) L. I. c. 2. §. 1. n. 1. & 2.

†††

Et custodia mariti) ad sobolis scilicet *procreationem* & mutuum *adjutorium*, *Add. Guil. Grot. c. 9. §. 5. ibiqve not. p. 154.*

IX. 1. Nec aliud, ut conjugium subsistat, natura videtur reqvirere: sed nec divina lex amplius videtur exegisse ante Evangelii propagationem. Nam & * viri sancti ante legem plures una uxores habuerunt, * & in lege (d) præcepta qvædam dantur his, qvi plures una habeant; & regi præscribitur (e) ut nec uxorum nec eqvorum nimiam sibi adscisçat copiam, ubi Hebræi interpretes notant octodecim sive uxores sive concubinas regi fuisse concessas, & Davidi Deus imputat, * qvod uxores ei complures, & qvidem illustres, dedisset.

(d) Deuter. XXI, 15.
(e) Deuter. XVII, 16, 17. II. Sam. XII, 8. L. I. c. II. §. 6. n. 2. Deut. XXIV, 4.

***

Viri sancti ante legem) Chrysostomus de Sara: καὶ εἰκὸς πάλιν ἐκείνην ἐπιθυμῆσαι τῆς παιδίας στῆναι τῆς ἀπαιδίας, ἔτι γὰρ οὐκ ἦν ἐκεῖνα τὰ τῆς παιδοποιίας κεκωλυμένα. *Ipsa vicissim studebat sterilis conjugii solatium ex ancilla quærere, nondum enim talia tunc vetita erant.* Eundem vide I. ad Timoth. c. III. Augustinus de doctrina Christiana libro III. cap. XII. *Erat uxorum plurium simul habendarum inculpabilis consuetudo.* Similia habet ibidem cap. XIIX. Tum vero cap. XXII. *Multa enim sunt, quæ illo tempore officiosè facta sunt; quæ modo nisi libidinosè fieri non possunt,* & libro XVI. de civitate Dei cap. 38. *quoniam multiplicandæ posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat.*

Et in lege) Josephus Antiq. Histor. XVII. I. πάτριον ἐν ταυτῷ πλείους ἡμῖν γυναῖκας. *Mos nobis patrius, eodem tempore plures habere uxores.*

Quod uxores et complures & quidem illustres dedisset) Josephus eo historiæ loco: ὅστις ἦν αὐτῷ καὶ γυναῖκας, ἃς δικαίως ἐκ νόμου ἠγάγετο. *Cum Deus ei uxores dedisset, quas juste ac legitimè habere posset.* Pesictha ad Levit. XIIX. notissimum ait esse, eum, qvi dicat vetitum esse habere plures uxores, nescire qvid sit de lege.

2. Sic & dimittere uxorem volenti modus præscribitur, nec dimissam ducere qvisqvam impeditur, præter eum, qvi dimisit. *& sacerdotem. Hæc tamen ad alium maritum transeundi libertas ipso naturali jure ita restringenda est, ne inde oriri possit prolis confusio. Hinc illa apud Tacitum l. I. Ann. c. X. juris pontificii qvæstio: *an concepto, nec dum edito, partu rite nuberet.* Apud Hebræos inter utrumqve matrimonium tres menses interponi jubebantur. At Christi lex, ut res alias, ita & hanc conjugii inter Christianos ad perfectiorem † regit normam, ex qva & qvi dimisit uxorem non adulteram, & qvi duxisset dimissam, adulterii reos pronunciat: & Apostolus ejus atqve interpres Paulus, non viro tantum jus dat in corpus uxoris, qvod & in naturali statu procedebat (ὁ γὰρ μιγνύμενος τῇ νόμων ἀφροδίτης παιδὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς σωτῆρος, inqvit Artemidorus, id est, *qvi connubii lege feminæ conjungitur, is in corpus ejus dominium habet:*) sed & uxori vicissim in corpus mariti. * Lactantius: *Non enim, sicut juris publici ratio est, sola mulier adultera est, qvæ habet alium, maritus autem etiam, si plures habeat, à crimine adulterii solutus est. Sed divina lex ita duos in matrimonium, qvod est in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, qvisqvis compagem corporis in diversa distraxerit.*

† Prolegom. §. 48. l. 1. c. 1. §. fin. n. 4. c. II. §. VI. n. 5. Matth. V, 32. XIX, 9. I Cor. VII, 4.

***

Et sacerdotum) Levit. XXI. 7. Repudiatæ additur vidua ibidem & 14. qvod de principe sacerdote intellexit Philo & pleriqve hodie interpretes, ob ea, qvæ procedunt, commate 10. & deinceps, sed qvemvis sacerdotem intelligi debere ostendit Ezech. XLIV, 22. & in explicatione legis, ut & contra Appio-

pionem primo Josephus, connectenda ergo lex cum initio capitis, ut illa de Pontifice maximo obiter sint interposita.

Lactantius) Libro institutionum XI, c. XXIII. ubi & hoc seqvitur: *exemplo continentiæ docenda est uxor, ut se caste gerat. Iniqvum est enim, ut id exigas, qvod ipse præstare non possis.* Sensus idem in Gregorio Nazianzeno: πῶς ἀπαιτεῖς οὐκ ἀντεισφέρεις? *qvomodo exigis & non rependis?* Hieronymus ad Oceanum: *Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur, & solo stupro atq; adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, qvasi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos qvod non licet feminis æq; non licet viris, & eadem servitus pari conditione censetur. Add. not. ad cap. XX. §. 42.*

3. Scio à plerisqve existimari in utroqve hoc capite non novam à Christo conditam legem, sed restitutam, qvam Deus pater rerum primordio condiderat: in qvam sententiam adduxisse eos videntur ipsa Christi verba, ubi ad primordium illud nos revocat: sed responderi potest, ex prima illa conditione, qva uni mari feminam non nisi unam Deus attribuit, satis apparere, qvid optimum sit Deoqve gratissimum: & hinc seqvi semper id fuisse egregium ac laudabile: non tamen ut aliter facere nefas esset: qvia ubi lex non est, ibi non est legis transgressio: at lex de ea re nulla illis temporibus exstabat. Sic etiam cum dixit Deus, sive per Adamum, sive per Mosem, tantum esse fedus matrimonii, ut vir parentis familiam relinqvere debeat, qvo novam cum uxore familiam constituat; idem ferme dixit, qvod Pharaonis filiæ dicitur Psalmo XLV, 11. *Obliviscere populi tui, & domus patris tui.* Et ex hac tam arctæ amicitiæ institutione satis apparet * DEO gratissimum esse, ut perpetua sit ea conjunctio: non tamen eo evincitur, à DEO * jam tunc imperatum, ne qva de causa fedus illud solveretur. At Christus, qvod Deus institutione conjunxerat, id ab homine separari vetuit, ex eo qvod optimum Deoqve acceptissimum est, dignissimam lege nova desumens materiam.

***

Deo gratissimum esse) Et multis olim qvoq; sapientibus prælatus hic mos. Euripides in Andromacha ex persona Hermiones: v. 178.

οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν ἡνίας ἔχειν.
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν κύπριν
Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

Non etenim decet
Unum imperare feminis geminis virum:
Contentus uno conjugis vivat toro,
Qvicunq; cupiet rite curatam domum.

Et in choro:

Οὐδέποτ' ἂν δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινήσω βροτῶν,
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριν μὲν οἴκων,
Δυσμενεῖς τε λύπας.
Τὴν μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις
Ἀκοινώνητον εὐνὰν ἀνδρός.
Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι
Δίπτυχοι τυραννίδες
Μιᾶς ἀμείνονες φέρειν,
Ἄχθος τ' ἐπ' ἄχθει,
Καὶ στάσις πολίταις.
Τεκτόνοιν θ' ὕμνοισιν ἐργάταιν δυοῖν
Ἔριν Μοῦσαι φιλοῦσι κραίνειν.
Πνοιαὶ δ' ὅταν φέρωσι ναυτίλους θοαὶ
Κατὰ πηδαλίων,
Διδόμα πραπίδων γνῶμα
Σοφῶν τε πλῆθος ἀσθενέστερον
Φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.
Ἑνὸς ἁ δυνάμις ἀνά τε μέλαθρα,
Κατά τε πόλιας,
Ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν.
Nunquam gemina de matre genus.
Nunquam duplices laudabo toros.
Odii & diræ semina rixæ.
Unam debet non ambigui
Vir participem nosse cubilis:
Duo nec domini rectius urbes
Terrasq; regunt, quam quæ sceptrum
Tenet una manus. quin sic oneri
Onus accedit, discors agitant
Rabies rupto fœdere cives,
Etiam artifices carminis inter
Geminos ipsæ tristia miscent
Prælia Musæ: cumq; in pelago
Vela carinæ fert aura levis,
Plus una valet, contemta licet,
Dextera clavi quæ fræna tenet,
Quam consilii vis in partes

Distracta

Distracta duas, aut prudentum
Numerosa cohors. una potestas
Temperet urbem, regat una domum,
Si modo cordi est tranquilla quies.

Plautus Mercatore:

Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro.
Qui minus vir una uxore contentus siet?

* * *

Jam tunc imperatum) Sic & in causa plurium uxorum distingvit Ambrosius id, qvod laudaverat in paradiso Deus, à damnatione contrarii c. IV. lib. I. de Abraham. qvem locum Gratianus posuit causa XXXIII. qvæst. IV.

†††

Aliter facere nefas esset) Hinc rectè polygamiam hanc, qvâ unus vir plures simul ducit uxores (secus est, si una mulier, uti apud Barbaros qvosdam, pluribus simul nubat viris, de qvâ vid. *not. ad Gul. Grot. de Princ. Jur Nat. c. 9. §. 6. p. 156.*) se invicem prohibitâ in *Levit.* 18. cognatione vel affinitate non attingentes, juri naturali seu lumini naturæ contrariam non esse, abstracto divino interdicto, sive lege positiva Dei, promulgata in natura integra, putamus cum *Hulsemann. in Br. Vol. 21. Th. 8. de stat. Conjug. p. m. 743. Dn. Strauch. dissert. 2. ad Jm. Justin. aph. 4. Dn. Hennig. p. 465.*

4. Plerasqve gentes certum est antiqvitus ut divortiorum libertate ita plurium feminarum conjugio usas. Prope solos barbarorum Germanos singulis uxoribus contentos suo tempore fuisse Tacitus memorat: idqve passim ostendunt historiæ tum Persarum * tum Indorum. * Apud Ægyptios soli sacerdotes unius feminæ conjugio utebantur. Sed & apud Græcos Cecrops primus, teste Athenæo, *μίαν ἐπὶ ἑξ ἔχειν, unam feminam uni marito attribuit.* qvod tamen ne Athenis qvidem diu observatum, Socratis & aliorum exemplo docemur. Qvod si populi continentius egerunt, ut Romani semper duabus uxoribus, divortio diu abstinuerunt, laudandi sunt sane, ut qvi ad id, qvod optimum est, accesserint: unde & flaminicæ apud eosdem Romanos matrimonium nisi morte non solvebatur: * non tamen inde seqvitur, peccasse, qvi fecerunt aliter ante promulgatam Evangelii vocem.

De Moribus Germ. c. 18. Diod. lib. I. Gellius XV. cap. XX.

* * *

Tum Indorum) Et Thracum, de qvibus versus sunt Menandri, & Euripidis in Andromacha.

Apud Ægyptios soli sacerdotes) Vide Herodianum libro II.

Non tamen inde seqvitur peccasse) Augustinus libro XXII. c. XLVII. contra Faustum: *Quando mos erat, crimen non erat.* Posuit & hoc Gratianus, sed sub Ambrosii nomine.

X. 1. Nunc, qvæ rata sint jure naturæ conjugia, videamus: in qvo dijudicando meminisse debemus, non omnia, qvæ juri naturæ repugnant, irrita fieri jure naturæ, ut exemplo prodigæ donationis apparet, sed ea demum, in qvibus deest principium dans validitatem actui, aut in qvibus vitium durat in-

in effectu. Principium & hic & in aliis actibus humanis, unde jus oritur, est jus illud, qvod facultatem † moralem interpretati sumus, simul cum voluntate sufficiente: qvæ voluntas sit sufficiens ad jus producendum, infra †† melius tractabitur, ubi de promissis in genere agetur. Super facultate morali qvæstio oritur de parentum consensu, qvem ad validitatem conjugii qvasi naturaliter qvidam reqvirunt. Sed in eo falluntur: nam qvæ adferunt argumenta nihil aliud probant, qvam officio filiorum conveniens esse, ut parentum consensum impetrent: qvod plane concedimus cum temperamento, nisi manifeste iniqva sit parentum (*a*) voluntas. Nam si in omnibus rebus filii reverentiam parentibus debent, certe præcipue eam debent in eo negotio, qvod ad gentem totam pertinet, qvale sunt nuptiæ. Sed hinc non seqvitur, jus illud, qvod facultatis aut dominii nomine explicatur, deesse filio. Nam qvi uxorem ducit, & maturæ esse debet ætatis, & extra familiam abit, ita ut hac in re regimini familiari non subjiciatur. Solum autem reverentiæ officium non efficit, ut nullus sit actus, qvi ei repugnat.

† L.I.c.I.§.V.

†† L.II.c.XI. §.2.seqq.

(*a*) L.19.D.de Rit. Nupt.

2. Qvod autem à Romanis aliisqve constitutum est, ut qvædam nuptiæ, qvia consensus patris deficit, irritæ sint, non ex natura est, sed ex juris conditorum voluntate. Nam & eodem jure * mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, suo dissensu matrimonium irritum non facit: ac ne pater qvidem filii emancipati: & si pater ipse sit in patris sui potestate, in filii nuptias & avus & pater consentire debent: filiæ avi auctoritas sufficit. qvæ discrimina naturali juri incognita satis ostendunt venire hæc ex jure civili.

L.Filio emancipatus.25. D. de Ritu.Nupt. L Oratione. 16. §. nepote. 1. D. Eod. tit. L. in conjunctione. 20. C. de Nuptiis.

***

Mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, suo dissensu matrimonium irritum non facit) Imo & avi, si is liber est, voluntas plus valet, qvam patris, qvi servilis sit conditionis, causa 32. qvæstione III.

†††

Non ex naturæ est) Jure naturæ certum est, parentum dissensum nuptias, qva tales, irritas reddere non posse, tametsi eas satis efficiat culpabiles, ac proinde sanctio ejusmodi legibus imperfectis annumeretur, de qvibus *Grot. b.t. §. 16. n. 1. add. Hahn. ad Wesenb. ff. de Rit. Nupt. n. 3. p. 97. Gmel. Grot. c. 10, §. 8. ibiq; not. pag. 172.* Interim tamen jus civile positivum, absq; parentum consensu nuptias annullans, à jure naturæ alienum non est, multò minus abusui patriæ potestatis post se trahit. Hæc enim Juris naturæ circumscripcio, per jus civile ex necessitate Reip. introducta, ipsum jus naturæ non tollit, sed saltim frenum injicit vecordiæ filiorum, parentum autoritatem & potestatem sæpius susqve deqve habentium. Cetcrum singularis attendenda cautio venit ex jure Romano, mediante qvâ parentes non promiscuè, sed, præsuppositâ rationabili satis causâ, dissensum suum allegare debent, qvæ continetur *in l. 19. ff. de R. Nupt.* qvâ cum conferendum elegans Responsum Facult. Jurid. Helmst. *ap. cit. Hahn de Sponsal. n. 6. p. 87.* Aliud argumentum, qvo abusum patriæ potestatis in Jur. Rom. demonstrare conantur, qvamvis huc propriè non spectet, nihilominus tamen, qvoniam à qvibusdam ad *h.l.* Grotii allegari solet, paucis videbimus, ita autem se habet: Qvod facit conjuges officio parentum fungi non posse, à Jure naturæ alienum est. Jus Rom. hoc facit, qvia qvæ liberi acqvirebant, parentum fie-

bant

bant propria. E. Respondemus ad probationem minoris. Hæc enim, si respicit Jus Rom. antiquum, vera est, quandoquidem secundum illud, quæcunque filius acquirebat, parenti suo acquirebat, quod inhumanum visum Imperatori Justin. §. 1. *instit. per quas person. cuiq. acq.* Quocirca correctionem inducendo, peculiaque distinguendo, tantummodo plenum acquirendi jus ex peculio profectitio, & percipiendi usumfructum, salvâ filiorum proprietate, ex peculio adventitio regulari patribus reliquum esse voluit. Apparet ex hac re, quemadmodum Jus Rom. a jure naturæ alienum sit dicendum, *si quando parentibus, partem* propter onera alimentationis & in compensationem factæ emancipationis, usumfructum, sive in totum, sive in tantum; *partem* etiam, quæ principale, ex quo aliquid acquisitum est, ad ipsos spectabat, *proprietatem addixerit.*

3. In sacris literis videmus quidem pios viros, multoque magis mulieres, (*quarum verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio stare, quo & illa pertinent, quæ priore ad Corinthios de elocanda virgine legimus) in contrahendis nuptiis secutos auctoritatem parentum: sed non tamen irritum pronuntiatur Esavi conjugium, aut liberi illegitimi, quia sine tali auctoritate nuptias contraxerat. Quintilianus jus strictum, & quidem naturale, respiciens, sic ait: *Quod si licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehensionem non merentur filio facere; * nunquam tamen libertas tam necessaria quam in matrimonio est.* VII, 36. Genes. XXXVI. Decl. 254.

***

Quarum verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio stare) Non est enim virginalis pudoris eligere maritum, ait Ambrosius lib. I. de Abraham. c. ult. relatus in codicem Gratiani causa XXXII. quæstione II. Donatus Andria: *Summa potestas nuptiarum in parte puellæ est.* Hermione apud Euripidem in Andromacha v. 987.

Νυμφευμάτων δ' ὑπὲρ ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἔχει, κ' οὐκ ἐμὸν κρίνειν τόδε.
Curam parentis de meis ego nuptiis
Permitto, non est istud arbitrii mei.

Hero apud Musæum:

Ἀμφοδὸν ἡ δυνάμεσθα γάμοις ἑσίοισι πελάσσαι,
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπ' ἄνδρεν.
Lege maritali jungi non possumus ambo,
Cum nolit mater, nolit pater.

Nunquam tamen libertas tam necessaria est, quam in matrimonio) Eugraphius ad Andriam actu I. Seneca V. *Tangitur & illud, an patrum imperiis obsequi filii debeant, constat enim circa nuptias esse filios liberam voluntatem.* Cassiodorus VII. 4. *Durum est libertatem liberam non habere in matrimonio, unde liberi procreantur.*

XI. Cum ea, quæ alteri nupta est, matrimonium haud dubie irritum est, lege quidem naturæ, nisi vir prior eam dimiserit: tamdiu enim durat eius dominium: lege autem Christi, donec mors vinculum dissolverit. Irritum

autem est ideo, qvia & facultas moralis deest, sublata per prius matrimonium, & omnis effectus est vitiosus. Singuli enim actus contrectationem habent rei alienæ. Vicissim ex Christi lege irritum est conjugium cum eo, qvi maritus sit alterius mulieris, ob jus illud, qvod Christus feminæ pudicitiam servanti dedit in maritum.

XII. 1. De conjugiis eorum, qvi sangvine aut affinitate junguntur satis gravis est qvæstio, & non raro magnis motibus agitata. Nam causas certas ac naturales, cur talia conjugia, ita ut legibus aut moribus vetantur, illicita sint, assignare qvi voluerit, experiendo discet, qvam id sit difficile, *imo præstari non possit*. Nam qvam *Plutarchus attulit in qvæstionibus Romanis, & Augustinus seqvitur de civitate Dei, libro XV, cap. 16. de latius spargendis amicitiis per diffusas affinitates, non tanti est ponderis, ut, qvod contra fiat, irritum aut illicitum censeri debeat. Neqve enim, qvod minus utile est, statim & illicitum est. Adde qvod accidere potest, ut huic qvalicunqve utilitati alia major utilitas repugnet, neqve eo duntaxat casu, qvem Deus in lege Hebræis data excepit, ubi vir qvispiam sine prole obiit, cui non dissimile est, qvod de virginibus ex asse hæredibus, qvas ἐπικλήρους vocant, & Hebræo * & Attico jure constitutum est, ad conservandas scilicet in familia res avitas, sed aliis multis, qvi aut conspici solent, aut excogitari possunt.

Qvæst. 107.

***

Plutarchus attulit in qvæstionibus Romanis) Philo de legibus specialibus: τί δὲ τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κοινωνίας καὶ ἐπιμιξίας ἐπέχειν, εἰς βραχὺ χωρίον τὸ ἑκάστης οἰκίας συνωθοῦντας μέγα καὶ λαμπρὸν ἔργον, ἐκτείνεσθαι καὶ χεῖσθαι. δυνάμενον εἰς ἠπείρους καὶ νήσους καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν. αἱ γὰρ τῶν ὀθνείων ἐπιγαμίαι καινὰς ἀπεργάζονται συγγενείας, τῶν ἀφ' αἵματος οὐκ ἀποδεούσας, ὧν χάριν καὶ ἄλλας ὁμιλίας ἐκώλυσε: *Qvid opus hominum inter se necessitudines ac vincula inhibere, & unius domus angustiis claudere tam ingens ac præclarum opus, qvod extendi fundiqve potest in regiones & insulas, orbemq; universum? Affinitates namq; cum extraneis novas pariunt coniunctiones hominum, non minores illis, qvæ è sangvine veniunt. qvod respiciens Moses alias etiam multas propinqvorum nuptias vetuit.* Chrysostomus ad I. Corinth. XIII, 13. τί στενοχωρεῖ τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑποθέσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, δι' ἣν δύνασαι καὶ ἑτέραν πορίσεσθαι φιλίας ἀφορμὴν ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγών; *Qvid in arctum cogis amoris latitudinem? qvid supervacuo amicitiæ causam perdis, per qvam poteras aliam amicitiæ parandæ occasionem acqvirere, extraneam ducendo uxorem?*

Et Attico jure) Vide Demosthenem ad Leocharem Fortunatianum rhetorem: Donatum Phormione Act. I. Scen. II. & Adelphis IV, V.

2. Ab hac generalitate eximo matrimonia parentum cujuscunq; gradus cum liberis, qvæ, qvo minus licita sint, ratio (ni fallor) satis apparet. Nam nec mari-

maritus, qvi superior est lege matrimonii, eam reverentiam potest præstare matri, qvam natura exigit, nec patri filia; qvia, qvanqvam inferior est in matrimonio, ipsum tamen matrimonium talem inducit societatem, qvæ illius necessitudinis reverentiam excludat. Bene Paulus Jurisconsultus, cum dixisset, in contrahendis matrimoniis * naturale jus & pudorem respiciendum, addidit: contra pudorem esse, filiam suam uxorem ducere. Talia igitur conjugia haud dubitandum, qvin & illicita sint, & irrita insuper, qvia vitium perpetuo effectui adhæret.

L. Adoptivus. 14. §. Serviles. 2. D. de Ritu Nupt.

***

Naturale jus & pudorem inspiciendum) Egregie hoc exeqvitur Philo de specialibus legibus; ubi esse dicit μέγιστον ἀνοσιούργημα, *maximum nefas*, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἅψαυστον ὡς ἱερὰν ἔχρην φυλάττεσθαι, καταισχύνειν, γήρως τε καὶ μητρὸς αἰδῶ μὴ λαμβάνειν, τὴν αὐτὸν τῆς αὐτῆς υἱὸν καὶ ἄνδρα γίνεσθαι καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν νῦν μητέρα, γυναῖκα. *Patris mortui cubile, qvod, tanqvam res sacra, intactum sini oportuit, contemerare, neqve senectutis, neq; materni nominis verecundia tangi, eundem ejusdem esse filium & maritum, eandem ejusdem matrem & uxorem.*

3. Neqve mvoere nos debet Diogenis & Chrysippi argumentum à gallis gallinaceis aliisqve animantibus mutis petitum, qvo probare volebant, commixtiones tales non esse contra jus naturæ. Nam, ut initio libri diximus, satis est, si cum natura humana qvid pugnet, ut illicitum habeatur. Et hoc est incestum, qvod * jure gentium committi scripsit Paulus Jurisconsultus inter gradus ascendentium & descendentium. Hoc est jus illud, qvod Xenophon ait, non eo minus jus esse, qvia * à Persis contemnebatur. Naturale enim recte dicitur, interprete Michaële Ephesio ad Nicomachia τὸ παρὰ τοῖς πλείστοις καὶ ἀλλαστρόφοις καὶ μετὰ φύσιν ἔχουσιν: *qvod apud plerosq; non corruptos, sed naturæ convenienter se habentes obtinet.* Hippodamus Pythagoricus vocat παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας, ἀκαταστέτους ὁρμὰς, ἀνοσιοτάτας ἡδονάς, *immoderatas & à natura alienas cupiditates, effrænes impetus, nefarias voluptates.* De Parthis sic Lucanus: L. VIII. v. 401.

L. ult. D. de Ritu Nupt.

Socr. IV.

epulis vesana, meroq;
Regia non ullos exceptos legibus horret
Concubitus.

Et mox: *cui fas implere parentem,*
Qvid rear esse nefas?

Speciatim autem huic Persarum mori causam pravam educationem prudenter assignat Dion Prusæensis oratione XX.

***

Jure gentium) Sic & Papinianus loqvitur in L. si adulterium. 10. §. 2. D. ad Legem Juliam de Adulteriis.

A Persis contemnebatur) Qvorum hac in re crimen bellis perpetuis, ac fratrum cædibus, à Deo punitum notat Philo. Persis addit Medos, Indos, Æthiopas, Hieronymus lib. II. contra Jovinianum, de barbaris in universum Hermione in Andromacha Euripidis : v. 173.

Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται.
Κόρη τ' ἀδελφῷ. Διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατον
Χωροῦσι· καὶ τῶν δ' οὐδὲν ἐξέργει νόμος.
Tale est omne barbaricum genus.
Mater jugatur filio, natæ pater,
Frater sorori : proxime alterna manus
Cæde implicantur : nulla lex prohibet nefas.

†††

A Persis contemnebatur) *vid. Gothofred. Archontol. Cosmic. lib. 2. de Regn. Pers. num. 30. Dn. Eichel. de Jur. Parent. & Liber. p. 1. §. 5.* Ludovicus Cælius Rhodiginus *Lect. Antiqv. lib. 18. cap. 19.* Magos censuisse Sotion libro vicesimo tertio scribit, justum videri cum filiâ & matre congressum. Ex qvo etiam Catullus : Nascatur magus ex Gelli matrisqve nefando concubitu, & discat Persicum auspicium : nam magus ex matre & gnato gignatur oportet, si vera est Persarum impia relligio. *Et paulo post* : Nec ignoro, Q. Curtium scribere libro octavo, c. 2. § 19. in Naurâ regione cum parentibus stupro coire, moribus permissum. Illud mirum magis, à Chrysippo proditum ἐν τῷ τῶν πρωτρεπτικῶν, congressum cum matre, filiâ, sorore parum prudenter vitio verti. Ad hæc nimirum respicit Ovidianum illud : Gentes tamen esse feruntur, in qvibus & nato genetrix & nata parenti jungitur, & pietas geminato crescit amore. Æmilius Probus & Plutarchus autores sunt, apud Athenienses fas fuisse sororem in matrimonium capere. Agathias Gothici belli secundo, factâ hujus turpitudinis mentione, rem haud ita veterem arbitratur, argumento præcipuè, qvod Semiramis a filio necata feratur, cujus concubitum appetiisset imprudentius. *Idem Rhodiginus* non absimile de Arabibus attestatur *cit. lib. 18. c. 35.*

4. Atqve hic mirari libet Socratis commentum apud Xenophontem, qvi in conjugiis talibus nihil culpandum invenit, præter ætatis disparitatem: unde aut sterilitatem ait seqvi aut male conformatam sobolem; qvæ sola ratio, si tali conjugio obstaret, certe nec irritum esset, nec illicitum, non magis, qvam inter alias personas, qvarum ætas tot annis distat, qvot annis parentes liberos solent præcedere.

5. Illud potius disqvirendum, an non in hominibus nulla prava educatione corruptis, præter id, qvod intellectu concipi posse jam diximus, sit in ipsis affectibus insita fuga qvædam commixtionis cum parentibus & ex se natis, qvippe cum ab ea etiam qvædam animantia muta naturaliter abhorreant? Ita enim & alii existimarunt, & Arnobius adversus Gentes libro qvinto: *Etiamne in matrem cupiditatis infandæ spem Jupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore horror eum qvivit avertere ; qvem non hominibus solis, sed animalibus qvoq; nonnullis natura ipsa subjecit, & ingeneratq; ille communiter sensus?* Exstat de camelo & * de eqvo Scythico nobilis in hanc rem narratio apud Aristotelem ani-

vid. §. X. n. 2. item L. I c. I. §. XI. n. 2. L. II. c. VII. §. 4. n. 2.

animantium historia nona, capite XLVI. & non dissimilis apud Oppianum libro primo de venatu. Seneca Hippolyto:

Feræ quoq; ipsæ Veneris evitant nefas
Generisq; leges inscius servat pudor.

* * *

De equo) Plinius historiæ naturalis IIX, 24. ubi de eqvis agit, *Alium detracto velorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiisse prærupta atque exanimatum. Equæ & eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Namq; & cognationum intellectus in iis est.* Habes paria apud Varronem de re rustica II,7. & apud Antigonum de admirabilibus Aristotelemq; eiusdem tituli libro.

XIII.1. Seqvitur qvæstio de gradibus affinitatis omnibus, & de gradibus sangvinis ex transverso limite, iis præsertim, qvi Levitici cap. XIIX. expressi leguntur. Nam etiam concesso, à mero jure naturæ non venire hæc interdicta, videri tamen possunt præcepto divinæ voluntatis hæc ivisse in vetitum: neqve vero tale id esse præceptum, qvod solos Hebræos adstringat, sed qvod homines universos, colligi videtur ex illis Dei verbis ad Mosem: *Ne polluite vos ulla harum rerum: qvia omnibus istis polluti sunt populi, qvos vobis advenientibus dispello.* Mox; *Ne facite ullam ex istis rebus abominandis: nam omnes istas fecerunt indigenæ terræ istius, qvæ vobis exposita est, unde polluta est terra.* Lev. XIIX.24. 25. 27.

2. Nam si Cananæi eorumqve vicini peccarunt talia faciendo, seqvitur, ut lex aliqva præcesserit: qvæ cum mere naturalis non sit, restat, ut à DEO data sit, aut ipsis peculiariter (qvod non est verisimile, nec satis ferunt verba) aut humano generi, sive in prima constitutione, sive in reparatione post diluvium. † Tales autem leges, qvæ humano generi universo sunt datæ, non videntur à Christo abrogatæ, sed eæ demum, qvæ Judæos ab aliis nationibus, qvasi sepimento interjecto, disparabant. Cui accedit, qvod Paulus conjugium privigni cum noverca tam severe detestatur: cum tamen nullum de ea re peculiare exstet Christi præceptum: nec ipse alio utatur argumento, qvam qvod talis commixtio * impura habeatur à profanis etiam gentibus, qvod verum esse præter alia ostendunt Charondæ leges, qvæ tale matrimonium infamia notant: & illud in oratione Lysiæ: συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί, *Maritus erat ille impurissimus hominum matris ac filiæ*: unde non abit Ciceronis illud pro A. Cluentio in causa non dissimili. Nam cum socrum genero nupsisse narrasset, subdit: *O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* Seleucus rex, cum uxorem suam Stratonicen Antiocho filio nuptam daret, verebatur, * narrante Plutarcho, ne ipsa offenderetur τῷ μὴ νενομισμένῳ, *ut re illicita.* Apud Virgilium est:

† h. §. n. V. L. I. c. I. §. XV. n. 2. c. II. §. V. n. 8 Eph. II, 14. I. Cor. VII, 25.

Thalamos ausum incestare novercæ.

qvæ communis existimatio si à necessario naturæ dicto originem non habuit, omnino seqvitur ut descendat ex veteri traditione, qvæ à divino aliqvo præcepto manarit.

***

Impura habeatur à profanis etiam gentibus) Tertullianus V. adversus Marcionem: *Non defendo secundum legem Creatoris displicuisse illum, qvi mulierem patris sui habuit. communis & publicæ religionis secutus sit disciplinam.*

Narrante Plutarcho) In vita Demetrii: sed & Appiano in Syriacis qvi ἀθεμιστίαν πάθους amorem nefandum vocat.

3. Hebræi veteres, non spernendi hac in parte juris divini interpretes, & qvi omnia eorum legit summoqve judicio digessit Moses Maimonides, ajunt earum legum qvæ capite Levit. XIIX. de matrimoniis sunt proditæ, causas esse duas, priorem naturalem qvandam verecundiam, qvæ non sinat ortus auctores cum sua sobole, aut in se ipsis, * aut etiam per personas sangvine aut nuptiali sangvinis commixtione proxime cohærentes misceri: alteram vero, ne qvarundam personarum convictus nimis qvotidianus atqve inobservatus stupris & adulteriis occasionem daret, si amores tales nuptiis possent conglutinari. Qvas duas causas si cum judicio aptare velimus illis, qvas dixi divinis in Levitico legibus, facile apparebit in affinibus, qvi in recto sunt limite (ut de parentibus & liberis nihil jam dicam, qvippe qvos, ut existimo, etiam sine expressa lege ratio naturalis jungi satis vetat) * item in sangvinis gradu transversorum primo, qvi ob ortum à stirpe communi secundus dici solet, ob recentem admodum parentum in liberis imaginem, priorem causam valere, ut venientem de eo qvod natura si non præcipit, certe honestius dictat; cujus generis multa materiam divinarum humanarumqve legum faciunt.

***

Aut etiam per personas sangvine aut nuptiali sangvinis commixtione cohærentes) Philo: ἀδελφὰ δὲ εἰ καὶ διαίρετα τὰ μέρη γεγόνασιν, ἀλλ' οὖν ἁρμόζουσαι φύσει καὶ συγγενείᾳ μιᾷ. *Qvanqvam enim divisæ sunt partes, fraternitatis jus retinent, ac cognatione, ut naturali vinculo, junguntur.*

Item in sangvinis gradu transversorum primo) Et hucusqve propinqvis nuptiis abstinebant & Peruani & Mexicani.

4. Atqve ideo Hebræi in recto limite, gradus etiam non nominatos à lege volunt comprehendi, ob notissimam rationis paritatem. Istorum autem graduum hæc sunt apud ipsos nomina: Mater matris suæ: mater patris matris suæ: mater patris sui: mater patris patris sui: uxor patris patris sui: uxor patris matris suæ: nurus filii sui: nurus filii filii sui: nurus filiæ suæ: filia filiæ filii sui: filia filii filii sui: filia filiæ filiæ suæ: filia filii filiæ suæ: filia filiæ filii uxoris suæ: filia filiæ filiæ uxoris suæ: mater matris patris uxoris suæ: mater patris matris

matris uxoris suæ: id est, ut more loqvar Romano, aviæ & proaviæ omnes, pronovercæ, proneptes, proprivignæ, pronurus, prosocrus: qvia scilicet & sub agnationis nomine comprehendatur similis cognatio, & sub primo gradu secundus, & sub secundo tertius, ultra qvem vix est ut oriri controversia possit, cum alioqvi, si posset, in infinitum eadem futura esset ratio.

5. Has autem leges, & ne fratres sororibus miscerentur, ipsi Adamo censent † datas Hebræi simul cum lege de Deo colendo, jure dicendo, non fundendo sangvine, non colendis Diis falsis, non rapienda re aliena: sed ita, ut leges conjugales vim suam non exsererent, nisi post multiplicatum jam satis humanum genus, qvod ipso initio sine fratrum & sororum nuptiis contingere neqvivit. Neqve referre putant, qvod id à Mose * suo loco narratum non sit: qvia satis habuit, hoc in lege ipsa tacite indicasse, cum gentes extraneas eo nomine damnat. Multa enim talia esse in lege, qvæ non temporis ordine, sed ex occasione dicantur: unde illa inter Hebræos celebris sententia, in lege non esse prius aut posterius: id est multa referri ὕστερον πρότερον. † h.§.n.2.

***

Suo loco narratum non sit) Nam neqve lex illa narrata est, ex qva Judas Thamarem comburi voluit. Sic Sichemitas Judith recte occisos ait, qvod virgini stuprum intulissent, IX, 2. & Ruben patris maledicto feritur ob incestum.

6. De connubio fratrum & sororum verba hæc sunt Michaëlis Ephesii ad qvintum Nicomachiorum: τὸ ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀλλάφορον ἦν, νόμου δὲ τεθέντος μὴ μίγνυσθαι πολὺ τὸ διάφορον. *Fratrem cum sorore concumbere ab initio res media erat: at, lege adversus tales concubitus posita, jam multum refert, observetur lex necne.* Diodorus Siculus vocat κοινὸν ἦθος τῶν ἀνθρώπων, *communem hominum morem* ne fratres sororibus jungantur, à qvo more Ægyptios eximit: Dion Prusæensis barbaros. Seneca scripserat: *Matrimonia Deorum jungimus, & ne pie qvidem, fratrum scilicet & sororum.* Plato de legibus octavo talia conjugia vocat μηδαμῶς ὅσια, καὶ θεομισῆ. *minime pia, sed Deo invisa.* Vide Cajet. in Matth. c.19. Libro I.

7. Qvæ omnia ostendunt veterem famam de lege divina adversus id genus conjugia, unde & vocem nefas de talibus usurpari videmus. Omnes autem fratres & sorores comprehendi * lex ipsa indicat tam agnatos qvam cognatos ejus gradus, sive foris, sive domi natos atqve educatos comprehendens.

***

Lex ipsa indicat) Ubi vide Chaldæum paraphrasten. distinxerunt male Spartiatæ, & Athenienses, & qvidem diversimode.

XIV. 1. Qvæ manifesta expressio ostendere videtur discrimen, qvod est inter hos & alios remotioris gradus: Nam ducere amitam agnatam vetitum est.

h.c. §.xvi.n.1. 4. Sed sciendum simul est * non qvod vetitum est, fieri lege humana, si fiat, irritum qvoqve esse, nisi & hoc lex addiderit aut significaverit. Canon Eliberinus LX. Si qvis post obitum uxoris suæ *sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, per qvinqvennium eum à communione abstinet: eo ipso ostendens manere vinculum matrimonii. Et, ut jam diximus, in canonibus, qvi Apostolici dicuntur, qvi duas sorores duxerit, aut fratris filiam, tantum clericus fieri prohibetur.

***

Non qvod vetitum est fieri lege humana, si fiat, irritum qvoq; esse) In Agathensi concilio post commemorata conjugia vetita, & inter eas de relicta fratris additur: *Qvod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, qvæ hactenus sunt constituta non solvamus.* Retulit id Gratianus in qvæstionem II, & III, causæ XXXV. Simile qvod à Paulo in sententias relatum est libro II, tit. XX. sine parentum consensu contractas nuptias injustas esse, sic tamen, ut non dissolvantur, nisi forte hæc postrema verba Arrianus addidit. Tertullianus de conjugio cum infideli agens ad uxorem secundo, ait, dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, qvam omnino disjungi.

Sororem ejus duxerit) Lex Longobardica lib. II. c. IIX, 13. *qvia canones sic habent de duabus sororibus, sicut de duobus fratribus.*

†††

Manere vinculum matrimonii) Eodem modo respondit Rintelensis Facultas Juriidca reqvisita super specie facti: utrum Princeps Imperii, lege positiva superior, post obitum conjugis suæ ejusdem sororem ducens & matrimonium cum ea consummans, salvâ conscientiâ in eodem persistere qveat, an verò ductam hanc uxorem rursus à se repudiare ratione conscientiæ teneatur? *Vid. Dn. Christoph. Joach.* Bucholtz *in Respons. Jur. pro Matrim. Principis, cum defunct. uxor, sorore.* Cui sese opposuerunt multi (inter qvos ex JCtis *Joh. Ott. Tabor. in Armament. Jur.* ex Theologis *Dn. Mich. Havemann. & Dn. Ægid. Strauch.*) qvi indignè ferunt, istiusmodi conjugium tàm acriter defendi. In qvorum tamen scriptis sæpiùs qvæstionem; *utrum Princeps salvâ conscientiâ hoc matrimonium contrahere?* cum præsenti nostra: *utrum Princeps hoc matrimonio de facto contracto salvâ conscientiâ in eodem persistere qveat?* confusam esse, annotavimus, *add. Philipp. Matthai ad L. 144 de R. I. n. 14.* Olim qvoqve idem cum Grotio defendit Daniel Hoffmannus, Theologus Helmstadiensis, adversarium nactus Heinricum Heshusium Superintendentem cum Ministerio Hildesiensi, *Dn. Zigler. p. 281.* Conferatur *Dedekenn. Consil. Theolog. Vol. 3. lib. 3. sect. 2. tit. 2. n. 6. 9. & seqq.*

†† L. I. c. II. §. VI. n. 2. XV. 1. Ut ad alia pergamus, observandum hoc est, concubinatum qvendam †† verum ac ratum esse conjugium, etsi effectibus qvibusdam juris civilis propriis privetur, aut etiam effectus qvosdam naturales impedimento legis civilis amittat. Exempli causa † inter servum & ancillam jure Romano contubernium esse dicitur, non matrimonium, attamen ad ipsam conjugii naturam nihil deest in tali consociatione, qvæ propterea in antiqvis canonibus γάμου nomine appellatur. Sic inter hominem liberum & ancillam concubinatus dicitur, * non matrimonium: qvod deinde imitatione qvadam ad illas

† L. II, c. II, §. 21. n. 2.

illas personas disparis qvalitatis productum est: ut Athenis inter civem & peregrinam, unde Servius ad illud Virgilii:

Suppositos de matre nothos furata creavit:

nothos interpretatur materno genere ignobiles & obscuros. Apud Aristophanem Avibus qvi dixerat, νόθος γὰρ εἶ κ' ἐ γνήσιος, dictum probat ὤνγε ξένης γυναικός: *qvippe cum ex peregrina natus sis.* Et apud Ælianum γνήσιος definitur; ὃς ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν, *qvi utroqve parente cive natus sit.*

***

Non matrimonium) At serviles conjunctiones nuptiæ dicebantur in Græcia, Carthagine, in Apulia. Prologus ad Casinam Plauti. Sic & in legibus Longobardorum libro II, tit. XII, & XIII, 3. & lege Salica Tit. XIV, §. II. sed sine consensu dominorum non valuisse conjugia talia apud Hebræos notatur ab ipsis ad Exodum XXI. ubi talium nuptiarum mentio, & apud Græcos Christianos à Basilio in suis canonibus. Solitam etiam à Principe veniam impetrari ducendæ mulieris, qvæ inæqvalis esset conditionis, videmus apud Cassiodorum VII, 40.

2. Atqve sic in statu naturæ inter tales, qvales jam diximus, conjugium verum esse potuit, si femina esset sub custodia maritali, & fidem marito dedisset: sic etiam in statu legis Christianæ verum erit inter servum & ancillam, aut liberum & servam, conjugium; multoqve magis inter civem & peregrinam, Senatorem & libertam, si, qvæ jure divino Christiano sunt necessaria, accedant, sc. indissolubilis unius cum una conjunctio, etiamsi effectus qvidam legis civilis non seqvantur, aut alioqvi sponte secuturi lege impediantur. Atqve hunc in sensum capienda sunt verba Concilii Toletani primi: *Ceterum is, qvi non habet uxorem, * pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: tamen, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus.* Cui adde locum in Clementis constitutionibus lib. XII, c. XXXII. Pertinet huc, qvod Theodosius & Valentinianus concubinatum qvendam vocant inæqvale conjugium, & qvod inde adulterii accusatio nasci dicitur.

§. IIX. h. c. n. 2.

L. si qvis naturalem. 3. C. de Naturalibus. L. Si uxor. 13. D. ad L. Juliam de Adulteriis.

***

In statu legis Christianæ) Vide in Gratiani collectione c. I. de conjugiis servorum.

Pro uxore concubinam habet) De tali concubina Augustinus de fide & operibus: *De concubina qvoqve, si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiamsi ab illo, cui subdita est, dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptismum non debeat admitti.* Idem de Bono conjugii lib. V. *Solet etiam qværi, cum masculus & femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed propter incontinentiam solius concubitus causa copulan-*

lantur, ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usq; ad mortem alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea causa conjuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur. Itaque in capitulari Francico VII. c. 155. dicitur: *Qui uxorem habet, eodem tempore concubinam habere non potest, ne ab uxore eum dilectio superet concubinæ.*

(a) Hic c. §. XIV. in fin. n. 4.

XVI. 1. Imo etiam, si lex humana conjugia inter certas personas contrahi prohibeat, non ideo sequetur irritum fore (a) matrimonium si reipsa contrahatur. Sunt enim diversa, prohibere, & irritum quid facere. Nam prohibitio vim suam exserere potest per pœnam vel expressam vel arbitrariam: & hoc genus leges imperfectas vocat Ulpianus, * quæ fieri quid vetant, sed factum non rescindunt. Qualis erat lex Cincia, quæ supra certum modum donare vetabat, donatum non rescindebat.

Inst. tit. I.

* * *

Quæ fieri quid vetant, sed factum non rescindunt) Livius libro X. c. IX. *Valeria lex, cum eum, qui provocasset virgis cædi, securiq; necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam improbe factum adjecit, id (qui tum pudor hominum erat) visum credo vinculum satis validum legis. nunc vix servo ita minetur quisquam.* Lex furia testamentaria plusquam mille assium legatum mortisve causa prohibebat capere, præter exceptas personas, & adversus eum, qui plus ceperit quadrupli pœnam constituebat, memorante Ulpiano. Macrobius circa finem eorum, quæ scripsit ad somnium Scipionis: *Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna sancitur.* Sic divus Marcus rescripsit: *Eum hæredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non recte facere: pœnam tamen in eum statutam non esse.*

†††

Hic genus leges imperfectas vocat) *Confer. Valer. Dessel. in Erotem. Jur. Canon. ad Tit. de Regular. q. 4. Tit. qui cler. vel vovent. matrim. q. 2. Tit. de cland. desponsat. q. 2. Tit. de matr. contr. contra interd. Eccles. q. 2. Tit. de Adult. q. 11.* Alias *Bæcler. p. 172.* Mentionem facit viri alicujus doctissimi, qui hoc thema obscurum per exempla sit illustraturus. Sed forte hic liber nondum prodiit: nisi olim cum *Bæclero* conferentem intellexeris *Dn. Pufendorff. de J. N. & G. l. 1. c. 6. §. 14. p. 96.* ubi exempla prostant. De L. Cincia *Vid. Rosin. Antiq. Rom. l. 8. c. 22.* De L. Furia *Eundem l. c. cap. 18. p. 851. & 857.*

L. non dubiũ. 5. C. de Legib.

2. Scimus apud Romanos postea Theodosii lege inductum, ut si quid lex prohibuerit tantum, non etiam specialiter dixerit inutile esse debere, quod contra factum est, ut ipsum tamen cassum, inutile, ac pro infecto sit, nimirum, si in judicium res deveniat. Sed hæc intensio non fit ex vi solius prohibitionis, sed ex vi novæ legis, quam alii populi sequi necesse non habent. Sæpe enim indecentia est major in actu, quam in effectibus. * sæpe etiam incommoda, quæ rescissionem sequuntur majora, quam ipsa indecentia, aut incommodum actus ipsius.

Sæ-

* * *

Sæpe etiam incommoda, quæ rescissionem sequuntur majora, quam ipsa indecentia) Ideo rex Alcinous Medeam reddi volebat patri si deflorata nondum esset. Meminit Apollonius Argonautis, & ejus Scholiastes, & in Bibliotheca Apollodorus.

XVII. Consociationes præter hanc maximè naturalem sunt & aliæ, tum privatæ tum publicæ: & hæ qvidem aut in populum, aut ex populis. Habent autem omnes hoc commune, qvod in iis rebus, ob qvas consociatio qvæqve instituta est, universitas, & ejus pars major nomine universitatis obligant singulos, qvi sunt in societate. Omnino enim ea credenda est fuisse voluntas in societatem coëuntium, ut ratio aliqva esset expediendi negotia: est autem manifestè iniqvum, ut pars (*a*) major seqvatur minorem: qvare naturaliter: * seclusis pactis ac legibus, qvæ formam tractandis negotiis imponunt, pars major jus habet integri. Thucydides κύριον εἶναι, ὅτι ἂν τὸ πλῆθος ψηφίσῃ. Appianus: ἔστι δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον: *tam in comitiis qvam in judiciis vincit pars major.* Dionysius Halicarnassensis similiter: ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τοῦτο νικᾶν. * *qvod pluribus visum, id valere.* Et alibi: ὅ, τι δ' ἂν οἱ πλείους ψῆφοι καθαιρῶσι τοῦτο ποιεῖν. Item: ὅ, τι ἂν αἱ πλείους γνώμαι καθαιρῶσι τοῦτο εἶναι κύριον. Aristoteles: κύριον τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν. Curtius libro X. *Eo qvod major pars decreverit, stetur.* Prudentius: lib. I. contra Symm. v. 600.

In paucis jam deficiente caterva
Nec persona sita est patriæ, nec curia constat.

Deinde: v. 608. *Infirma minoris*
Vox cedat numeri, parvaq; in parte qviescat.

pertinet huc illud Hegesippi lib. 5. c. 15. *Lex nempe naturæ eadem omnibus hominibus, volatilibus, foris bestiis infusa, ut unusqvisqve cedat potentiori.*

Apud Xenophontem hoc dicitur: ἐκ τῆς νικώσης πράττειν πάντα, *omnia agere secundum eam sententiam, qvæ vincit.*

Vict. part. 1. Relect. 3. de Potestate Civil. n. 14.

(*a*) Prolegom. §. XV.

Lib. V.

Lib. VII. Polit. IV. 8. VI. 2.

* * *

Seclusis pactis ac legibus) Ut qvæ nolunt duas partes concordare, ut c. 6. de Electione.

Qvod pluribus visum id valere) Hunc sensum dant Chaldæus Paraphrastes & Rabbini ad illud in Exodo XXXIII. 3. Adjunge L. duo. & L. Pomponius. D. de re judicata; & qvæ infra lib. III, cap. XXX. §. 24. & qvæ paria cum Prudentio habet Ambrosius contra Symmachum & P. Faber 2. item. c. 2.

† † †

Seclusis pactis) Excipiuntur in Imperio nostro causæ religionis per *instrumentum Pacis Cæsareo-Svet. art. 5. §. 9. & 51.* ubi in specie cautum, ut in causis religionis omnibusq; aliis negotiis, ubi Status tanqvam totum corpus considerari neqveunt, etiam Catholicis & Augustanæ Confessionis Statibus in duas partes euntibus, sola amicabilis compositio litē dirimat, non attenta votorum pluralitate, De Vectigalium nova concessione *Vin Capitul.*

Leopold. art.21. Fortè alia qvædam exceptio prostat inter Polonos, qvorum Comitia itidem non majora vota, sed communem Nobilium in aliqvod conclusum conspirationem atqve consensum desiderant.

XIIX. Qvod si pares sint sententiæ, nihil agetur: qvia ad mutationem non satis momenti est: qva de causa ubi pares sunt sententiæ, * reus absolutus intelligitur. qvod jus Minervæ calculum Græci vocant ex fabula de Oreste: qvæ res apud Æschylum Furiis, & apud Euripidem * Oreste & Electra tragœdiis tractatur: Sic & possessor rem tenet: qvæ ratio non male observata est à scriptore problematum, qvæ Aristoteli adscribuntur, sectione XXIX. In Senecæ controversia qvadam est; *Alter judex damnat, alter absolvit: inter dispares sententias * mitior vincat.* Nam sic & in dialecticis collectionibus illatio eam partem seqvitur, qvæ minus onerat.

* * *

Reus absolutus intelligitur) L. inter pares, 38. D. de Re Judicata. Vide Julianum de Eusebia.

Oreste & Electra) Etiam Iphigenea in Tauris, in Electra sic ait:

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νοῦ θετήσετ',
Νικᾶν ἴσοις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
Idemq; cunctis juris esto in posterum,
Certante numero judicum ut vincat reus.

Mitior vincat) Seneca in controversiis: *Non est invidiosa potestas, qvæ misericordia vincit.* Imo apud Hebræos una sententia damnantium vincens pro nulla habebatur. ita Chaldæus ad dictum locum Exodi XXIII, & Moses de Kotzi præceptorum jubentium XCIIX. & vetantium CXCV.

† † †

Oreste & Electra) Historia ita se habet: Clytemnestra Agamemnonis uxor maritum è Trojano bello redeuntem operante adultero Ægystho è medio sustulit, meditans eandem internecionem in filium Orestem, adhuc puerum, qvem Electra ipsius soror clam fato subductum clanculum educari curavit. Hic Orestes adultus patris necem vindicaturus matrem privata autoritate occidit, & parricidii reus factus Athenas fugit, ubi dum Minervæ supplicaret, ipsius calculo (atris enim & albis calculis vota ibidem ferebant, hinc qvia atri contra Orestem vincebant albos, Minerva misericordiæ dedita ultimum adposuit album, qvo pares fierent) absolutus est; ob qvod deinde Athenis ara misericordiæ est erecta. Plura habet *Dn. Bæcler. in Diss. Acad. de calculo Minervæ*, qvi potest consuli.

Sic & possessor rem tenet) Obscurum hic Autorem dicunt; nos illum seqventibus explicamus: Possessor actu in possessione constitutus rem tenet, aliumqve extra possessionem constitutum, licet eundem titulum possessionis, vel juris alius ad possessionem spectantis, teneat, excludit, *add. Dn. Struv. S. J. F. c. 8. aph. 9. n. 5.*

XIX. Sed hic qvæstio oriri solet de conjungendis aut dividendis sententiis: qva de re ex mero jure naturali, id est, si pactio aut lex aliud non præcipiat distingvendum videtur inter sententias, qvæ totis rebus differunt, & inter eas, qvarum altera partem alterius continet, ut hæ * conjungendæ sint in eo, qvo conveniunt, illæ † non item. Sic qvi in viginti damnant, & qvi in

† L. 27. §. 3. de recept. Arbitr.

in decem, conjungentur in illo decem adversus sententiam absolventem. At qvi morte reum puniunt, & qvi relegant, non conjungentur, qvia diversa hæc sunt, & in morte non est relegatio. Sed nec absolventes cum relegantibus conjungentur, qvia etsi non interficiendum reum consentiunt, id tamen non est illud ipsum, qvod dicit sententia, sed per consequentiam inde elicitur: at qvi relegat, non absolvit. Qvare recte Plinius, cum tale qvid in Senatu evenisset, tantam dixit sententiarum esse diversitatem, ut non possent esse nisi singulæ; & parvulum referre, an idem displiceret qvibus non idem placuisset. Et * Polybius notat, à Postumio Prætore fraudem factam in rogandis sententiis, cum eos, qvi captivos Græcos damnandos, & qvi ad tempus retinendos censebant, contra absolventes conjungeret. Exstat hujus generis qvæstio apud Gellium libro IX. & c. XV. apud Curium Fortunatianũ in loco de qvantitatum comparatione: & apud Qvintilianum patrem controversia CCCLXV. ubi hæc verba sunt: *Jam aperte una plures facis, jam turbam illam, qvæ universa noceret dividendo extingvis. Duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos jungam, qvi seipsos dividunt.*

Lib. VIII. epist. ad Aristonem, qvæ est XIV.

Excerp. leg.

***

Conjungendæ sunt in eo, in qvo conveniunt) Ideo Senatores dividere sententiam plura simul complectentem jubebantur, teste Asconio in Milonianam. Cicero Epistolarũ ad familiares l. I. ep. 2. *Itaqve cum sententia prima Bibuli pronunciata esset, ut tres legati regẽ reducerent; secunda Hortensii, ut tu sine exercitu reduceres; tertia Volcatii ut Pompejus reduceret; postulatum est ut Bibuli sententia divideretur; qvatenus de religione dicebat, eique rei jam obsisti non poterat; Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia* Seneca epistola XXI. *Qvod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia qvoqve existimo, cum censuit aliqvis, qvod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam & sequar*, Idem de vita beata c. 3. *Est & mihi censendi jus, itaqve aliqvem sequar, aliqvem jubeo sententiam dividere.* meminit ejus moris & Plinius lib. IIX. epist. 14.

Polybius) Vide ad eum locum Fulvii notas.

XX. Addendum & hoc; si qvi absentia aut aliter impediti jure suo uti non possunt, eorum jus interim accrescere præsentibus: qvod * Seneca in Controversia qvadam exsequitur: *Puta te servum esse communem: huic domino servies * qvi præsens est.* ***

Lib. III.

Seneca in controversia qvadam) Libro III. contr. XIX.

Qvi præsens est) Ita ut & ad unum recidere possit nomen universitatis. L. 7. sicut §. 2. D. qvod cujusqve universitatis nomine, ubi Wesembecium vide. Adde L. Rescriptum. 10. D. de Pactis, Zas. in Paratit. D. de Pactis. Bart. in L. I. num. 3. de Albo scribendo. Boër. decis. I. num. 4. Antonium Fabrum Codice Sabaudico lib. I. tit. II. definit. 40. Reinking. lib. I. classe V. c. 8. Sæpe tamen & hic,

hic, ut in illa regula de majore parte, leges exceptionem dant, puta ut duae partes adesse debeant. L. Nulli. 3. D. dicto titulo, qvòd cujusqve univ. nomine. L. nominationum. 45. C. de decurionibus: ut absentes præsentibus vices suas mandare aut suffragium per procuratorem dare possint. c. si qvis justo. 46. de Electione in VI.

†††

Accrescere præsentibus) modò omnes fuerint legitimè vocati: idem est, si compareant qvidem vocati, sed ante conclusi perfectionem discedant. Utrumqve tamen notabiliter applicando ad Comitia J. R. G. Electoralia, limitat *Dn. Dieterici in not. ad A. B. Carol. IV. tit. 1. §. debet autem.* Magis, dicit ille, est, ut in difficili hac qvæstione prius in causas absentiæ & rerum reliqvas circumstantias diligentissimè attendatur, cum in publico hoc negotio magis respiciendum sit ad id, qvod expedit Reip. qvam qvod jure stricto fortè licet.

Tot. Tit. D. de Albo scribendo.

XXI. * Naturalis autem ordo inter socios hic est, pro ut qvisqve in societatem venit. Sic inter fratres is servatur ordo, ut qvi primus natus est reliqvos præcedat, atqve ita deinceps, rejectis aliis omnibus qvalitatibus ἴσοι γὰρ, inqvit Aristoteles, πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι, *pares enim sunt fratres, nisi qvatenus ætas eos distingvit.* Theodosius & Valens in constitutione de ordine inter Consules servando: *Qvis enim in uno eodemq; genere dignitatis prior esse debuerat, * nisi qvi prior meruit dignitatem.* Atqve hic mos antiqvitus in Christianorum qvoq; Regum ac Populorum societate obtinuit, ut qvi primi Christianismum professi sunt, in * Conciliis ad rem Christianam pertinentibus præcedant ceteros.

L. I. Antiqvitus. C. de Consul. XII.

* * *

Naturalis autem ordo) De præcedentiis vide, si lubet, M. Antonium Nattam cons. Ioc. n. 22. & cons. Ioc LXXIIX. num. 3. Matt. Wacher consiliis Cæsareis in controversia Saxonica.

Nisi qvi prior meruit dignitatem) Adde L. omnes. 2. C. ut dignitatum ordo servetur L. semper. 5. D. de Jure immunitatis. L. ult. C. de Tyronibus.

In conciliis) Joh. Fice. cons. Latino LXXVII. n. 16. Afflictus decis. Neap. 1. n. 8. Bart. in l. 1. D. de Albo scribendo, innoc. in c. Tua. de Majoritate & obedientia. Ant. Testaurus I. qvæst. for. XLIIX. n. 5. Tiberius Decianus Responso XIX, n. 183. & seq. Innocentius Butr. Felin. in c. statuimus. 15. d. tit. de Majoritate. Bal. in L. 16. Decernimus. in 2. notabili, C. de Sacrosanctis Ecclesiis. Sed præcipue vide Æneam Silvium in Concilii Basileensis historia.

L. 8. Majore esse partem. D. de Pactis. L. Si plures. 14. D. depositi. L. Cum bona. 16. D. de Rebus auct. jud. poss. † Lib. XIII.

XXII. Illud tamen addendum est; qvoties societas fundamentum habet in re, qvam non æqvaliter omnes participant, ut si in hereditate aut fundo alius dimidiam partem habeat, alius tertiam, alius qvartam, tunc non tantum ordinem sumendum ex modo participationis, sed & sententias ad eum modum, id est, mensoria, ut loqvuntur, proportione æstimandas. qvod sicut naturali æqvitati convenit, ita Romanis qvoqve legibus probatum est: † Ita narrat Strabo cum Libyca & tres vicinæ urbes in unum qvasi corpus coiissent, con-

conveniſſe, ut aliarum ſingula eſſent ſuffragia, Libycæ bina, eo, qvod in commune hæc multo plus ceteris conferret. Idem in Licia viginti & tres ait fuiſſe urbes, qvarum * aliæ terna, aliæ bina, aliæ ſingula ferrent ſuffragia, & ad eundem modum onera tolerarent. Sed recte notat Ariſtoteles id ita demum æqvum fore *εἰ κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν, ſi poſſeſſionum cauſa inita eſt ſocietas.* Lib. XIV. Pol. III, IX.

***

Aliæ terna, aliæ bina) Sic in Smalcaldico fœdere Saxo duo habebat ſuffragia.

XXIII. Conſociatio, qva multi patres familiarum in unum populum ac civitatem coëunt, maximum dat jus corpori in partes: qvia hæc perfectiſſima eſt ſocietas: neqve ulla eſt actio hominis externa, qvæ non ad hanc ſocietatem aut per ſe ſpectet, aut ex circumſtantiis ſpectare poſſit. Et hoc eſt qvod ab Ariſtotele eſt proditum: *τὰς νόμους ἁπαγορεύειν περὶ ἁπάντων, leges de omnis generis rebus præcipere.* Moral. V, 3.

XXIV. 1. Solet hîc illud qværi, * an civibus de civitate abſcedere liceat venia non impetrata. Scimus populos eſſe, ubi id non liceat, ut apud Moſchos: nec negamus, talibus pactis iniri poſſe ſocietatem civilem, & mores vim pacti accipere. Romanis legibus, ſaltem poſterioribus, domicilium qvidem transferre licebat: ſed non eo minus, qvi tranſtulerat municipii ſui muneribus obligabatur. Verum in qvos id conſtitutum erat, ii manebant intra fines imperii Romani: atqve ea ipſa conſtitutio ſpecialem ſpectabat utilitatem tributariæ præſtationis. L. Filii. 22. D. ad Municipalem.

***

An civibus de civitate abſcedere liceat) Vide hac de re fœdera Helvetica apud Simlerum & alios. Servius in excerptis Fuldenſibus II. Æneidos: *Conſvetudo antiqva fuerat, ut qvi in familiam vel gentem transiret, prius ſe abdicaret ab ea, in qva fuerat, & ſic ab alia reciperetur.* Exempla fidei regibus renuntiatæ vide aliqva apud Marianam, ac poſtremum illuſtre libr. XXIIX, c. 13.

†††

Ut apud Moſchos) Simile ſtatutum introduxit Dux Parmenſis, ac ſubditis ſuis interdixit, ne ii è civitatibus ſuæ jurisdictioni ſubjectis emigrent, qvod multis propugnat. *Menoch. Conſil. 1176. add. Rumel. ad A. B. C. IV. P. 2 Diſſ. 5. Th. 4.* Idem adſtruit *Bodinus l. 1. de Rep. c. 6. p. m. 90. & ſeqq.* ubi ita decidit: qvibus verò locis ac regionibus tyranni dominantur, aut qvæ ſoli ſterilitate, aut cœli ſpirabilis tempore ab incolis deſeruntur, non modo cives, ſed etiam peregrini ſæpè à Principibus exire prohibentur, ut in Moſchovia, Tartaria, Æthiopia, eoqve magis, ſi peregrinus homo ingenio excellere videatur. &c. Ac tametſi Romano jure amittere civitatem cuique integrum eſt; & id Hiſpaniâ liberum cuique alio commigrare, & alicnæ civitati adſcribi, dum id teſtatò apud Principem fiat: omnibus tamen Principibus ac civitatibus pro jure majeſtatis Imperii cives domi contiuere ſemper licuit, ac licebit. Itaqve in ſanciendis fœderibus principes illud obteſtan-

teſtantur, ſe fœderatorum ſubditos ac Vaſallos minimè amiſſuros &c. Sic legem Argivorum de non mutanda civitate refert *Ovid. Metam.* 15. qvæ prohibebat diſcedere, pœnamqve mortis ponebat patriam mutare volenti juxta *Exeler. ad h. l.* Qvanqvam *per l. nec nov. 2. §. item ſi qvis. 1. ff. ex qvibus cauſis major in integr. & l. Titio. 71. §. 2. Nicol. Myler. ad. c. Rumel. lit. A.* contrarium verius eſſe cenſeat; *add. Ritter. de homag. c. 8. n. 212. Franc. de Amay. lib. 1 obſ. c. 6. Schepliz. ad Conſuet. Brandenburg. p. 4. Tit. 14. §. 2. n. 8. Beſold. in Theſ. Pract lit. a. n. 14. Klock. de Veſtig. th. 63.* Qvæ tamen leges, cùm partim de reſtitutione ejus, qvi propter fidejuſſorum ſatisdationem recedere non poteſt, partim de cautione ad impeditionem libertatis à privato inſtituendam loqvantur, præjudicare ægrè poterunt, prohibitioni migrationis à ſummo Principe provenienti, videlicet ſi illam boni publici conſervatio, atqve inevitabilis mali propulſandi neceſſitas ſvadeat.

Muneribus obligabatur) Item *Rodericus l. c. p. m. 92.* de Philippo Longo Rege Francorum enarrat, qvi anno 1318. ne domicilii mutandi libertas cuiqvam eripiatur, neve fraus ulla fiat vectigalibus ac tributis, juſſit magiſtratus, alienæ civitati adſcriptos mutatis ſedibus in ſuam adſciſcant civitatem ea lege, ut eodem ipſo anno in ea civitate, in qvam commigraverint, domum, cujus pretium tribus aureis drachmis æſtimatur, ſibi coëmant; ac patrono, apud qvem domicilii originis Jurisdictio ſit, perviatorem notum faciant: deinde ut in ea civitate, in qvam adſciti fuerint, à Calend. Novemb. usqve ad ſextum Calend. Julii conſiſtere, & eadem tributa, qvæ antè conſveverant, pendere cogantur; modo nullum tribus eodem anno cum eo ſuſceptis præjudicium fiat.

2. Ad nos, qvid naturaliter, ſi nihil aliud convenerit, obtinere debeat qværimus: nec de parte aliqva, ſed de tota civitate, ſive unius ſummi imperii complexu. Et ſane * gregatim diſcedi non poſſe, ſatis expeditum eſt ex neceſſitate finis, qvæ jus † facit in moralibus. nam id ſi liceat, jam civilis ſocietas ſubſiſtere non poſſit. De ſingulorum diſceſſione alia res videtur, ſicut aliud eſt, ex flumine aqvam haurire, aliud rivum diducere. *De ſua cuiq; civitate ſtatuendi facultas libera eſt*, ait Tryphonius. Cicero pro Balbo laudat jus illud, *ne qvis in civitate maneat invitus, & fundamentum* vocat *libertatis, ſui qvemq; juris & retinendi & dimittendi eſſe dominum.* Tamen hîc qvoqve ſervanda eſt regula naturalis æqvitatis, qvam Romani in privatis ſocietatibus dirimendis ſecuti ſunt, ut id non liceat, ſi ſocietatis interſit. Semper enim, ut rectè inqvit Proculus, non id, qvod privatim intereſt unius ex ſociis ſervari ſolet, ſed qvod ſocietati expedit. * Intererit autem ſocietatis civilis, non abire civem, ſi magnum contractum ſit æs alienum, niſi paratus ſit civis in præſens partem ſuâ exſolvere: item ſi fiducia multitudinis bellum ſit ſuſceptum, præſertim ſi obſidio immineat, niſi paratus ſit civis ille alium æqve idoneum ſubſtituere, qvi Remp. defendat.

† L. 1. c. 2. §. 7. n. 12. L. 2. c. 14. §. 11. n. 2. L. 3. c. 1. §. 2. n. 1. L. In bell. 12. D. de Captiv. & poſtl.

L. Actione. 65. §. Labeo. 5. D. Pro ſocio.

***

Gregatim diſcedi non poſſe) Zonaras de Lazo rege agens, qvi à Perſis ad Romanos defecerat: *τοῦτο αἴτιον μάχης ῥωμαίοις καὶ πέρσαις ἐγένετο, ὡς τὸ βασιλέως ῥωμαίων τοὺς ἀυτοῦ ὑποκόους σφετερίζεσθαι: Id belli initium Romanis ac Perſis fuit, qvod Romanus Princeps ad ſe avocaret Perſis ſubditos.*

Intererit autem ſocietatis) Bembus libro VII.

††† *Gre-*

†††

Gregatim discedi non posse) Vocab. *Gregatim* hic non absolutè sed respectu civitatis, ex qvo disceditur, inseqventisqve singularis decrementi interpretari debemus. Putant qvidem aliqvi huic Grotii asserto parum roboris inesse, qvia licet hæc vel illa civitas per migrationem civiũ gregatim factam insigniter debilitetur, aut demum planè desoletur, non tamen ideò societas civilis inter homines tollitur, sed unius corruptio est alterius generatio; unius decrementa alteri incremento cedunt. Natura qvippe civiles societates in genere humano jam multiplicato voluit: sed ut hæc vel illa civitas perpetua, florensqve subsisteret, nusqvam jussit. At hi dissentientes meminisse debebant eorum, qvæ paulò ante statuerant, tempestivè nimirum debere fieri discessum & qvando civitatis non peculiariter interest, ne is fiat. Interesse autem civitatis ne ex ejus corruptione & decrementis totalibus alterius generatio & incrementum concilietur, qvis non videt?

3. Extra hos casus credibile est ad liberam civium discessionem consentire populos, qvia non minus ex ea libertate commodi sentire aliunde possunt.

XXV. Sic in exules nullum jus (*a*) civitati: Heraclidæ Argis ejecti ab Euristheo, per tutorem suum Jolaum, sic loqvuntur apud Euripidem: (*a*) L. III. c. xx. §. 41.

Qvo jure jam nos ad Micenæos trahat,
Eadem agentes urbe qvos urbe expulit?
Nunc ergo cives non sumus.

Alcibiadis filius in Isocratea oratione agens de temporibus ejecti patris: ὅτ' οὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσῆκεν, * *cum nihil ad illum civitas nostra pertineret.* Jam vero plurium populorum, sive per se, sive per capita sua, consociatio fedus est, de cujus natura & effectu locus agendi erit ubi ad obligationem ex pacto erit deventum. (*b*)

***

Cum nihil ad illum civitas nostra pertineret) Nicetas Isaaci Angeli rebus libro I. μὴ καινὸν, εἰ ὀφῴη τις τὸν ἀντίπαλον καὶ κολακεύσει ὡς φίλιον τὸν οἰκεῖον εὑρίσκων πολέμιον. *Non mirum, si qvis hostem ambiat ciq; blandiatur, qvi sibi hostes senserit.* (*b*) L. II. c. XIV. & XV.

XXVI. Subjectio ex consensu, aut privata est aut publica. Subjectio privata ex consensu esse potest multiplex, sicut multiplicia sunt regiminum genera. Nobilissima species est arrogatio, qva qvis se ita dat in familiam alterius, ut ei subsit ad eum modum, qvo filius, qvi maturæ est ætatis, subest patri. Pater autem filium suum eo modo dare alteri non potest, ut jus paternum plene in eum transeat, & ipse paterno officio exsolvatur. Id enim natura non sinit: Sed potest filium alteri commendare, & alendum dare qvasi substituendo.

†††

Arrogatio,(Adoptio videlicet filii sui juris & à patriæ potestatis nexibus soluti, in qvam filius majorennis propter spem commodorum & successionis consentit. Minorennis consensum supplet autoritas Principis, §. 2. & 3. *Instit. de Adopt.* qvi etiam, si, major factus, non putaverit è re sua esse ampliùs, ut patris adoptivi potestati subjiciatur, causam

coram Principe proponere pariter ac emancipationem sollicitare valet. Cur hic qvidam dissentiant, non videmus. *Add. Rosin. Antiqv. Roman. l. 6. c. 7.* ubi modum procedendi in arrogatione ex legibus & Historiâ Romanorum recenset.

Alteri non potest) Consentit Jus Romanum *§. cit. 2.*

XXVII. 1. Subjectionis species ignobilissima est, qva qvis se dat in servitutem perfectam, ut illi apud Germanos, qvi novissimo aleæ jactu de libertate contendebant: *Victus voluntariam servitutem adit*, ait Tacitus. Etiam apud Græcos, ut narrat Dion Prusæensis oratione XV. *μύριον δήπου ἀποδίδονται ἑαυτοὺς ἐλεύθεροι ὄντες, ὥστε δουλεύειν κατὰ συγγραφήν. innumeri cum liberi sint, se in servitutem dant, ut * ex contractus formula serviant.*

De Morib. Germ. c. 24.

***

Ex contractus formula serviant) Ægyptiis id olim vetitum. Athenis permissum ad Solonis tempora. is constituit *ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζεσθαι, corpus pro credito ne obligaretur.* Plutarchus Solone: idem lex Petilia Romæ constituit.

†††

Qva qvis se dat in servitutem) Diximus de hoc aliqvid *ad l. 1. c. 3. §. 8. num. 1.*

2. Est autem servitus perfecta, qvæ perpetuas operas debet pro alimentis & aliis, qvæ vitæ necessitas exigit: qvæ res si ita accipiatur in terminis naturalibus, * nihil habet in se nimiæ acerbitatis. nam perpetua ista obligatio compensatur perpetua illa alimentorum certitudine, qvam sæpe non habent, qvi diuturnas operas locant, unde accidit sæpe qvod dixit Eubulus:

Ἐθέλει δ' ἄνευ μισθοῦ παρ' αὐτοῖς καταμένειν
Ἐπὶ σιτίοις.
Manere apud illos voluit, mercedis carens,
Victu contentus.

Idem Comicus alibi:

Πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι
Ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην.
Qvi se fugitivi gesserunt pro liberis,
*Multi recurrunt * pristina ad præsepia.*

Sic in historiis notabat Posidonius Stoicus, multos olim fuisse, qvi suæ imbecillitatis conscii sponte se aliis in servitutem darent: *ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδίδωσιν ἐκείνοις, δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί: Ut domini qvidem ipsis providerent de necessariis, ipsi vero operam vicissim, qvam possent, præstarent.* Exemplum addunt alii in Mariandynis, qvi eandem ob causam servos se fecerint Heracleotarum.

L. I. c. 3. §. 8. n. 4. L. 2. c. 22. §. 12.

***

Nihil habet in se nimiæ acerbitatis) Vide ea de re egregiam Busbeqvii dissertationem epistola exoticarum tertia.

Pristina ad præsepia) apud Plautum qvidam.

Liber si sim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.

C. Me-

C. Melissus Spoletinus Grammaticus manumitti noluit, *c. Sveton. Tranqvill. lib. de Ill. Gramm. c. 31.*

†††

Sponte se aliis in servitutem darent) *Vid. Guil. Grot. de Princ. Jur. Natur. cap. 2. §. 8. p. 24. ibiq; not. p. 33. it. cap. 7. §. 5. p. 113. Dn. Zigler. in not. ad H. Grot. p. 270. Dn. Pufendorff. de J. N. & G. l. 6. c. 3. §. 4. & seq. p. 840.* Hinc multi adjacentes mancipia evadunt, seq; ipsos cum liberis in servitutem addicunt voluntariam incolis Antillarum, vel Insularum Camercanarum sive Canibalium; si fortè propter sterilitatem, vel locustarum immensam copiam fame pressi aliter se sustentare neqveant, adeò, ut non pauci tolerabilem dominum nacti nunqvam pristinæ libertatis desiderio ducantur, *Vid. Mons. de Rochefort. Descript. Antill. part. 2. c. 6. p. 107.* De Wildfangiis in Palatinatu plura docet *Burgoldens. ad Inst. Pac. Cæs. Svecic. Osnabrug. 1648. p. 1. disc. 26. §. 8. p. 463 & seqq.*

XXIIX. Jus autem vitæ ac necis (de plena & interna † justitia loqvor) domini in servos non habent: nec qvisqvam homo hominem jure potest interficere, nisi is capital commiserit. Sed qvorundam populorum legibus dominus qvacunqve de causa servum interfecerit, impune fert, ut ubiqve reges qvi liberrimam habent potestatem. Hac comparatione ante nos usus est Seneca: *Si servo qvo minus in nomen meriti perveniat, necessitas obest, & patiendi ultima timor, idem istud obstabit & ei qvi regem habet, & ei qvi ducem, qvoniam qvanqvam sub dispari titulo paria in illos licent.* Cum tamen haud dubie servus à domino injuriam possit (*a*) accipere, ut recte affirmat idem Seneca. sed agendi impunitas improprie jus dicitur. Qvale jus & Solon parentibus in liberos concesserat, & veteres Romanorum leges (*b*) Sopater: *ἐξῆν πατρὶ ὄντι τοὺς παῖδας ἀνελεῖν. ἔξεστιν ἐὰν ἁμάρτῃ τι, καὶ ὅτι ὁ νόμος οὕτω εἰδὼς ὡς εἰλικρινὴς γένοιτ' ἂν δικαστὴς ὁ πατὴρ οὕτω προέταξε: Licuit ipsi, cum pater esset, filios interficere: nempe si qvid peccatum esset. nam lex id ipsi permisit, ideo qvia credidit integrum judicem fore.* Idem jus obtinere *παρὰ πολλοῖς καὶ σφόδρα εὐνομουμένοις, apud multos populos legum gloria florentes*, ait Dion oratione XV.

† L. III. c. 7. §. 3. junct. c. 4. §. 1.

Lib. III. de Benef. c. 18.

(*a*) §. fin, Inst. L. 2. D. de his q. sui vel al. jur.

Lib. III. de Benef. c. 22.

(*b*) h. c. §. VII. Sextus Empiricus, Pyrrhonic. III.

XXIX. 1. De his, qvi ex servis nascuntur, difficilior inspectio est. Romano jure & jure gentium circa captivos, ut dicemus alibi, (*a*) ut in bestiis, ita in servlis conditionis hominibus partus matrem seqvitur. qvod tamen juri naturali non satis congruit, ubi pater aliqva ratione sufficiente cognosci potest. nam cum in mutis animantibus * patres non minus qvam matres fœtuum curam gerant, hoc ipso ostenditur fœtum utriusqve esse communem. Sic ergo, si lex civilis hac de re tacuisset, * partus non minus patrem seqveretur, qvam matrem. Ponamus ergo, qvo minor sit difficultas, utrumqve parentem servitutem servire, & videamus, an naturaliter partus servilis futurus sit conditionis. Certe si alia nulla fuerit ratio educandi partum, potuerunt parentes prolem sibi nascituram in servitutem † secum addicere; qvippe cum tali ex causa etiam in libertate natos vendere (*b*) parentibus liceat.

(*a*) L. II. c. 8. §. 18. L. III. c. VII. §. 2. c. XIV. §. 8.

† h. c. §. XXVII.

(*b*) h. c. §. V.

***

Patres non minus qvam matres fœtuum curam gerant) Plinius X, 34. de columbis: *Amor utriq; sexûs æqualis.*

Partus non minus patrem sequeretur, qvam matrem) Seneca de Beneficiis VII, 12. *qvomodo patri matriq; communes liberi sunt?* Lex Visigotthica lib. X. tit. I, 17. *Si enim filius ab utroq; parente gignitur & creatur, cur idem ad conditionem tantum pertineat genetricis, qvi sine patre nullatenus potuit procreari?* deinde: *Hac rationabiliter naturæ lege compellimur, agnationem ancillæ, qvæ servo alieno junctæ pepererit, inter utrosq; dominos æqualiter dividendam.* Slavi & Slavæ proles patrem sequebatur; Speculum Saxonicum III, 73. idem moris in nonnullis Italiæ locis, c. licet. 3. de Conjugio servorum. Apud Longobardos & Saxones sequitur partus partem deteriorem. Spec. Sax. I, 16. idem apud Wisigotthos in Hispania Isidori tempore obtinuisse discas ex c. ult. causa XXXII. qvæst. IV. Natus ex servo & ingenua eadem Wisigotthorum lege fit servus III. tit. II, 3. IV. tit. V, 7. IX. tit. I, 16. Ex servo & ancilla nati inter dominos dividuntur. Si unus sit filius, habet eum servi dominus, ancillæ domino pretii dimidium persolvens. in originariis patris originarii dominus duas fert partes, fœminæ originariæ dominus unam, ex Edicto Theodorici apud Cassiodorum c. 67. in Anglia Francus qvis est aut villanus ex patre: idemqve in aliis conditionum discriminibus observatur. Litleton de Villanagio, & liber de laudibus legum Angliæ. Has leges à civili Romana discrepantes juri naturæ non pugnare agnoscit Thomas Aqvinas. qvid ni, cum & Mensia lege apud Romanos alterutro parente peregrino natus peregrinus censeretur? ut nos docet Ulpianus in Institutionibus titulo de his, qvi in potestate.

2. Sed cum jus hoc naturaliter ortum ducat ex ipsa necessitate, * extra eam non est jus parentibus prolem suam cuiqvam addicere. qvare jus dominorum in prolem servilem hoc casu nascetur, * ex ipsa alimentorum & eorum, qvæ vitæ necessaria sunt, præbitione: ac proinde cum diu alendi fuerint è servis nati antequam operam eorũ domino utilis esse possit, & sequentes operæ sui temporis alimentis respondeant; effugere ita natis servitutem non licebit, nisi pro alimentis, qvantum satis est, reddant. † Certe si immanis sit domini sævitia, servos illos, etiam qvi ipsi se in servitutem dederunt, fuga consulere sibi posse probabilis sententia est. Nam qvod Apostoli & antiqvi canones servis edicunt, ne se dominis subtrahant, †† generale est, & eorum errori oppositum, qvi omnem subjectionem tam privatam qvam publicam rejiciebant, ut pugnantem cum Christiana libertate.

† Lex. l. V. c. 5. du. 5. I. Cor. VII, 21. Gal. VI, 5. Col. III, 22. Tit. II, 9. I. Petr. II, 16. c. 37. si qvis servũ, & seq. 17. q. 4.

†† L. III c. 7. §. 6. n. 5.

***

Extra eam non est jus parentibus prolem suam cuiqvam addicere) Ita & Carolus Calvus statuit cap. XXXIV. Edicti Pistis.

Ex

Ex ipſa alimentorum & eorum, qvæ vitæ neceſſaria ſunt, præbitione) Vide Leonem Afrum lib. VI. de Barca.

XXX. Præter perfectam ſervitutem, de qva jam egimus, ſunt & imperfectæ, ut qvæ aut in diem ſint, aut ſub conditione, aut ad res certas. Talis eſt libertorum, ſtatu liberorum, nexorum, addictorum, aſcriptorum glebæ, ſeptem annorum ſervitus apud Hebræos, & altera ad Jubilæum usqve; Peneſtarum apud Theſſalos; eorum, qvos manus mortuas vocant; ac poſtremo * mercenariorum: qvæ diſcrimina aut à legibus aut à pactionibus pendent. Imperfecta ſervitus naturaliter etiam eſſe videtur ejus, qvi altero parente liberæ, altero ſervilis conditionis ſit natus, ob eam, qvam ſupra (*a*) diximus, cauſam. (*a*) h.c. §. 29.

***

Mercenariorum) Inter qvos ii, qvi in Anglia Apprentiſii dicuntur durante diſciplinæ ſuæ tempore proxime ad ſervilem conditionem accedunt.

XXXI. Publica ſubjectio eſt, qva ſe populus homini alicui, aut pluribus hominibus, aut etiam populo alteri in ditionem dat. Formulam talis ſubjectionis in exemplo Capuæ ſupra (*b*) adduximus. Similis eſt illa populi Collatini: ap. Liv. lib. I. c. XXXVII. *Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aqvam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaq; omnia in meam populiqve Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.* Qvo alludens Plautus Amphitruone ait: (*b*) L. I. c. III. §. 8. n. 3. & 7. §. 12. n. 1. L. II. c. XXV. §. 1. n. 2.

Dedunt ſe divina humanaq; omnia, urbemq;, & liberos
In ditionem atq; in arbitratum cuncti Thebano populo.

Perſæ hoc vocabant aqvam & terram dedere. Sed hæc perfecta ſubjectio eſt: ſunt & aliæ minus perfectæ, aut habendi modo, aut qvoad imperandi plenitudinem, qvarum gradus peti poſſunt ex his, qvæ ſupra (*c*) à nobis diſſertata ſunt. (*c*) lib. I. c. 3. §. 12, 13, 14.

XXXII. Ex delicto ſubjectio, † etiam non accedente conſenſu, naſcitur, *qvoties, qvi meruit libertatem amittere, ab eo, cui pœnæ exigendæ jus eſt, in poteſtatem vi redigitur. Cui autem jus ſit pœnæ exigendæ, videbimus infra. (*d*) Poſſunt autem hunc in modum ſubjici non ſinguli tantum privata ſubjectione: *ut Romæ, qvi ad delictum non reſpondebant, & incenſi: poſtea fœminæ, qvæ ſe ſervo alieno junxiſſent: ſed & populi publica ex publico delicto. Hoc intereſt, qvod populi ſervitus per ſe perpetua eſt, qvia ſucceſſio partium non impedit, qvo minus unus ſit populus. At ſingulorum ſervitus pœnalis perſonas non egreditur; qvia noxa caput ſeqvitur. Utraq; autem ſervitus, tam privata qvàm publica pœnalis, eſſe poteſt aut perfecta, aut imperfecta, pro modo meriti & inflictæ pœnæ. † L. III. c. VII. §. 1. (*d*) h. l. c. XX. §. 3. ſeq. Cic. pro Cæcina.

***

Qvoties, qvi meruit libertatem amittere) Ut ſocii illi Ulyſſis Ægyptios prædati, de qvibus Homerus Odyſſeæ ξ:

ἔνθ'

ἔνθ' ἡμέων πολλὰς μὲν ἀπέτρεπον ἔργα γαλκῶ:
τὰς δ' ἄγαγον ζωὰς σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκη.
Partem igitur nostrûm sicelicibus obtruncarunt:
Partem etiam vivos ad opus traxere coactum.

Sic Apollinem Jupiter cum in Tartarum dejicere vellet, exoratus à Latona servituti addixit. habet Apollodorus libro III.

Ut Romæ qui ad delictum non respondebant) Apud Lycios fures. Nicolaus Damascenus. Apud Wisigotthos multi aliorum criminum damnati, ut ex eorum legibus apparet.

De servitute vero, tam privata qvam publica, qvæ ex jure gentium oritur voluntario, infra † dicendi erit locus, ubi ad effectus belli erit ventum.

† L. III. c. VII. junct. c. XIV.

CAPUT VI.

De acqvisitione derivativa facto hominis, ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.

I. Ut alienatio fiat, qvid reqviratur in dante:
II. Qvid in accipiente.
III. Imperia alienari posse interdum à Rege, interdum à populo.
IV. Imperium in partem populi alienari parte invita à populo non posse.
V. Nec ipsam partem in se imperium posse alienare, nisi in summa necessitate.
VI. Causa diversitatis.
VII. Imperium in locum posse alienari.
IIX. Rejicitur sententia, statuens ob utilitatem aut necessitatem, recte à rege imperii partes alienari.
IX. Infeudationem & oppignorationem sub alienatione contineri.
X. Etiam ad alienandas Jurisdictiones minores reqviri populi consensum, aut specialem, aut per consvetudinem.
XI. Patrimonium populi à regibus alienari non posse.
XII. Distingvendas res, qvæ in fructu sunt patrimonii à rebus patrimonii.
XIII. Partes patrimonii oppignorari à Regibus qvatenus possint, & cur?
XIV. Testamentum alienationis esse speciem & juris naturalis.

I. I.

ACqvisitione derivativa nostrum fit aliqvid facto hominis aut legis. Homines rerum domini, ut dominium, aut totum, aut ex parte transferre possint, juris est naturalis post introductum †† dominium: inest enim hoc ipsâ dominii, pleni † scilicet, natura. Itaqve Aristoteles: ὅρος τοῦ δικαίου ἐστὶν, ὅταν ἐφ' αὐτῷ ἡ ἀπαλλοτριῶσαι. *proprietatis definitio est, ubi penes nos est jus alienandi.* Duo tamen notanda sunt, alterum in dante, alterum in eo, cui datur. In dante, non sufficere actum internum † voluntatis, sed simul reqviri aut

†† h. l. c. 2. §. 2. n. 1.
† h. l. c. III. §. 19. n. 2. c. IV. §. 10. n. 3. & 4. I. Reht. V.
† L. II. c. IV. §. 3.

aut verba, aut alia ſigna †† externa, qvia actus internus, ut alibi diximus, ††† non eſt congruens naturæ ſocietatis humanæ.

2. Ut vero traditio etiam reqviratur, ex lege eſt civili, (*a*) qvæ, qvia à multis gentibus recepta eſt, jus gentium improprie dicitur. Sic alicubi uſurpatum videmus, ut profeſſio apud populum, aut magiſtratum, & relatio in acta reqviratur; qvæ omnia ex jure eſſe civili certiſſimum eſt. Actus autem voluntatis, qvæ ſigno exprimitur, intelligi debet * voluntatis (*b*) rationalis.

Soto l. IV. q. 5. a. 1.
†† L. III. c. 1. §. 8.
††† L. II. c. XI. §. XI. c. XVI. §. 1.
Leſſ. L. II. c. 3. dub. 3.
(*a*) h. l. c. 8. §. 25. c. 12. §. 15. n. 1.
(*b*) L. II. c. 3. §. 6.

***

Voluntatis rationalis) Caſſiodorus II, II. *Alienatio rerum ſolidum deſiderat habere judicium.*

II. Viciſſim in eo, cui res datur, ſepoſita lege civili, reqviritur naturaliter voluntas accipiendi, cum ſuo ſigno. qvæ voluntas ordinarie ſeqvitur dationem; ſed poteſt & præcedere, puta ſi qvis qvid dari, aut concedi ſibi petierat. cenſetur enim durare voluntas, niſi mutatio appareat. Cetera qvæ tum ad juris conceſſionem, tum ad acceptionem reqviruntur, & qvomodo fieri utrumqve poſſit, infra in capite de promiſſis tractabimus. nam in hoc * alienandi & promittendi par eſt ratio, jure qvidem naturali.

***

Alienandi & promittendi par eſt ratio) Ideoqve etiam dona abſentibus per internuntios mitti poſſunt, ut Servius notat ad illud IX. Æneidos, *cùm jungeret abſens.*

III. Sicut autem res aliæ, ita & imperia alienari poſſunt ab eo, cujus in dominio vere ſunt; id eſt, ut ſupra (*a*) oſtendimus, à rege, ſi imperium in patrimonio habeat: alioqvin * à populo, ſed accedente regis conſenſu; qvia is qvoqve jus aliqvod habet, qvale uſufructuarius, (*b*) qvod invito auferri non debet. Et hæc qvidem procedunt de toto imperio ſummo.

(*a*) L. I. c. 3. §. 12. n. 1. c. 14. §. 10.
(*b*) §. XI. h. c.

***

A populo) L. prohibere. 3. §. planè. 4. D. Qvod vi aut clam. Bald. & Oldradus in c. intellecto. 33. de Jurejurando. Idem Baldus conſ. 327. n. 7. Cardinalis Thuſcus p. p. concl. 40. n. 1. & concl. 694. Exempla apud Haræum Tomo II. in anno cIↃ LCXXVI. & Guicciardinum libro XVI.

†††

Qvale uſufructuarius) Negamus hoc ſupra *l. 1. c. 3. §. XI. n. 1.*

Accedente Regis conſenſu) Videtur his phraſibus promiſcuè uſus *Grotius, add. h. c. §. 7.*

De toto Imperio ſummo) Paucis hic explicabimus mentem noſtram aliis alibi fuſius communicatam: Facultas regnum, vel totum, vel ejus ſolummodò partem, alienandi, cuicunqve ſubjecto Majeſtatico (ſive monarchiam, ſive ariſtocratiam, ſive politiam, ſive ſtatum ex his omnibus mixtum ſpectes) competens, aut verſatur circa regnum patrimoniale, aut libero populi conſenſu delatum. Illud iterum vel abſolutè defertur, vel ſub conditione non egrediendi certam familiam. Abſolutum

ſatis per exempla deduxit *Grotius l. 1. c. 3. §. 12. ibiqve not. l. 2. c. 7. §. 25.* Id qvod ſub certâ hypotheſi non egrediendi populum, lineam vel familiam obvenit, faculteatem nihilominus habet excludendi aliqvando perſonam, qvæ aliàs ab inteſtato ſucceſſura fuiſſet, inqve aliam remotioris ordinis ac gradus imperium transferendi: qvalia exempla proſtare contendunt in Regnis Iſraëliticis, de qvibus *vid. not. ad h. l. cap. ſeq. §. 13* non obſtante translatione tractus Cabul in Hiramum, à nobis diſcuſsâ *l. 1. c. 3. §. ult. 12. n. 3. in not.* Regnum ex ultroneo Populi conſenſu ſimiliter alicui competere poteſt vel perſonaliter, dum electi regnantis ſubjectum egredi nolunt; vel realiter cum ſpe continuæ ſucceſſionis, qvousqve aliqvis ſupervixerit à primo acqvirente ortum trahens. Utrumqve rurſus vel ſimpliciter & nullâ pactione interpoſitâ, vel ſub conditione & certâ capitulatione adjectâ. Illud in caſu extremæ neceſſitatis alienabile arbitramur, alias fortè ſecus; imprimis ſi per hoc aliqvando agnatorum juri qvæſito derogatio fiat. Qvo modo verum qvoqve eſſe poterit, qvod tradit *Grot. h. l. §. 4. & l. 3. c. 20. §. 5.* populi alienandi voluntate & aſſenſu hoc in paſſu alienantem opus habere. Tametſi, optimè monente *Dn. Conring de Finib. Imper. cap. 19. §. 3. pag. 266.* populus *promiſcuè* diſſentire neqveat: licet enim ille ab initio in perpetuam ſocietatem coiiſſe dicatur; attamen tò *perpetuum* in his negotiis moraliter accipiendum eſt, qvatenus ſcilicet non obeſt tanta pereundi neceſſitas, qvæ, niſi parte populi ſeclusâ, declinari non poterit. Qvid? qvod ipſemet patrimonialiter, vel abſolutiſſimè licet, imperans nonnunqvam conſentus eſſe debeat, ſi ſubditi ejus in extremo anguſtiarum caſu, ipſo invito & ignorante, alienationem ſui vel ex toto vel ex parte ſuſceperint. Regnum ſub certâ lege ſive capitulatione delatum absqve populi conſenſu alienari neqvit: valet namqve hæc conventio per modum contractus, qvi jus facit inter partes. Hæc pro nunc ſufficiant (qvanqvam plura dicenda occurrant) ad diſcutiendas qvæſtiones de variis Regum ac Principum ſimiliter & v. g. Conſtantini, Pipini, Caroli M. Ludovici, Ottonis, &c. donationibus, qvas multi cerebrino ſuo judicio adeò confundunt atqve commiſcent, ut ipſimet denique eorum, qvæ primitus dixere, obliti videantur.

IV. In partis alienatione aliud inſuper reqviritur, * ut etiam pars, de qva alienanda agitur, † conſentiat. Nam qvi in civitatem coëunt, ſocietatem qvandam contrahunt perpetuam & immortalem, ratione partium, qvæ integrantes dicuntur: unde ſeqvitur, has partes non ita eſſe ſub ſuo corpore, ut ſunt partes corporis naturalis, qvæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo in uſum corporis rectè abſcinduntur. Hoc enim corpus, de qvo agimus, alterius eſt generis, voluntate contractum ſcilicet; ac propterea jus ejus in partes ex primæva voluntate metiendum eſt, qvæ minimè credi debet talis fuiſſe, ut jus eſſet corpori partes & abſcindere à ſe, & alii in ditionem dare.

† L. III. c. XX. §. 5.

***

Ut etiam pars, de qva alienanda agatur, conſentiat) Gail. II. de pace publica, c. XV, n. 14. vide. Serranum in Carolo Sapiente, & eundem in Franciſco I, ubi de Burgundia ſermo.

V. Sic viciſſim parti jus non eſt à corpore recedere, * niſi (*a*) evidenter ſe aliter ſervari non poſſit: nam, ut ſupra (*b*) diximus, in omnibus iis, qvæ humani

(*a*) h. l. c. XXIV. §. 6.

(*b*) c. 2. §. 6. & ſeqq.

mani sunt instituti, excepta videtur necessitas summa, qvæ rem reducit ad merum jus naturæ. Augustinus de Civit. DEI, lib. XIIX. *In omnibus ferè gentibus, qvodammodo vox naturæ ista personuit, ut subjugari victoribus mallent, qvam bellica omnifaria vastatione deleri.* Itaqve in juramento Græcorum, qvo Græci, qvi se Persis subjecissent devovebantur, aditum fuit, μὴ ἀναγκασθέντες: *nisi plane coacti.* Herod. Polym.

***

Nisi evidenter se aliter servare non possit) Hac de causa absolutus à Spartanis Anaxilaus, qvi Byzantium fame cogente dediderat. Xenophon historiæ Græcæ I. Anastasius Imperator etiam gratias egit profectis, qvi Martyropolim Persis dediderant, qvia defendi neqvibat. Procop. περὶ κτισμάτων. Idem Procopius IV. Gotthicorum: λιμῷ δὲ οὐκ εἰδέναι ἢ δρεπὴ συνοικίζεσθαι, πεινῶντε καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ αἰσχυνόμενα τὰ Φύσεως. *Cum fame habitare virtuti recusat, nec fert natura, ut iidem & esuriant & agane fortiter.* Et apud Annam Comnenam libro VI, epistola Cephalæ de Larissa obsessa ad Imperatorem Alexium: ἀναγκη δουλεύοντες (τί γὰρ δεῖ πρὸς Φύσιν καὶ τὰ οὐ ταύτης τυραννίδα ποιεῖν) γνώμῃ ἔχωμεν τὸ φρούριον παραδοῦναι τοῖς ἐγκειμένοις καὶ φανερῶς ἐπολιορκοῦσιν. *Necessitati servientes (qvid enim contra vim naturæ agi potest?) constituimus oppidum tradere iis, qvi nos non obsident tantum, sed, qvod manifestissimum est, strangulant.*

IV. Atqve hinc satis intelligi potest, cur hac in re majus sit jus partis ad se tuendum, qvam corporis in partem: qvia pars utitur jure, qvod ante societatem initam habuit, corpus non item. Nec dicat mihi aliqvis, imperium esse in corpore tanqvam in subjecto, ac proinde alienari ab eo posse, ut dominium. Est enim in corpore, ut subjecto adæqvato, non divisibiliter in plura corpora, sicut anima est in corporibus perfectis. Necessitas autem, qvæ ad jus naturæ rem reducit, hic locum habere non potest; qvia in eo jure naturæ usus qvidem comprehendebatur, ut esus, detentio, qvæ sunt naturalia, ad non alienandi jus, qvod facto humano introductum est, atqve ideo inde mensuram accipit. Belluga in pr. spec. in rub. 8. p. 3. & 4. Roch. de Curte. de Consvet. q. 5. col. 6. tom. I. & alii allegati à Vasqv. lib. I. c. 9. † L. I. c. III. §. XIV.

VII. At imperium in locum, id est pars territorii, puta non habitata aut deserta, qvo minus à populo libero alienari possit, aut etiam à rege, accedente populi consensu, qvid obstet non video. nam populi pars, qvia liberam habet voluntatem, jus qvoqve habet contradicendi: at territorium, & totum, & ejus partes sunt communia populi pro indiviso, ac proinde sub arbitrio populi. At imperium in populi partem si alienare populo non licet, ut jam dixímus, multo minus regi imperium, etsi plenum habenti, attamen non plene, ut supra † distinximus.

IIX. Qvare subscribere non possumus Jurisconsultis, qvi ad regulam

de non alienandis imperii partibus adjiciunt exceptiones duas, de publica utilitate, & de neceſſitate: niſi hoc ſenſu, ut ubi eadem eſt utilitas communis, & corporis, & partis, facile, ex ſilentio †† etiam non longi temporis, conſenſus & populi & partis interveniſſe videatur, facilius verò ſi etiam neceſſitas (a) appareat. At ubi manifeſta eſt in contrarium voluntas, aut corporis, aut partis, nihil actum debet intelligi, niſi, ut diximus, ubi pars à corpore coacta eſt abſcedere.

†† h.c.§.X.& ſeq.

(a) L.II.c.IV. §.14.n.1.

IX. Sub alienatione merito comprehenditur & infeudatio, ſub onere commiſſi ex felonia, aut deficiente familia. Nam & hæc eſt conditionalis alienatio. † Qvare videmus à plurimis populis * irritas habitas ut alienationes, ita infeudationes regnorum, qvas populis inconſultis reges fecerant. Populum autem conſenſiſſe intelligimus, ſive totus coiit; qvod olim apud Germanos & Gallos fieri ſolebat; ſive per legatos partium integrantium mandatu ſufficiente inſtructos. * Nam facimus, & qvod per alium (a) facimus. Sed nec pignori dari pars imperii poterit, niſi conſenſu ſimili: nonea tantum ex cauſa, qvod ex pignoris datione ſeqvi alienatio ſoleat, ſed qvod & rex teneatur populo ad exercendum per ſe ſummum imperium, & populus partibus ſuis ad conſervandum hoc exercitium in ſua integritate, cujus rei gratia in ſocietatem civilem coitum eſt.

† Smith. de rep. Ang. c. 9. Buch. in Baliolo. Froſſ. l. I, c. 214. & 246. Monſtrel. in hiſt. c. 22, 5. Guic. l. XVI.

(a) h.l. c. 9. §. XI. in fin.

* * *

Irritas habitas, ut alienationes, ita infeudationes) Et remiſſiones homagii. vide Cromerum Polonicorum XXV.

Nam facimus & qvod per alium facimus) Sic in Imperio in alienationibus Electorum conſenſus ex more & pactis pro conſenſu eſt ordinum.

†††

Sed nec pignori dari) Merito: cum per oppignorationem à debitore jus qvoddam in re propriâ tranſeat in creditorem, tandemqve ad effectum oppignorationis, non inſecutâ ſolutione, procedatur, *arg. l. 7. C. de Reb. alien. non alienand. Conſer. Carpzov. ad L. Reg. Germ. cap. 7. ſect. 1. per tot. Tholoſan. de Rep. lib. 3. cap. 6. n. 36. Clapmar. de Arcan. Rerumpub. lib. 2. cap. 22.* Non abludit *Capit. Leopold. art. 12. Verb.* ohne Wiſſen &c. nichts beimgeben/ verſchreiben/ verpfänden/ verſetzen Sic atteſtante *Gaſtelio, de ſtat. Europ. noviſſimo, cap. 32. n. 111.* Windsheimium ab Imperatore Sigismundo Burggravio Norimbergenſi; Gelnhuſium Comiti Schwarzburgico à Carolo IV. aliis alia loca cum ſingulari Imperii noſtri imminutione oppignorata ſunt, *add. Goldaſt. de Regn. Bohem. l. 1. c. 17. n. 6. Münſter. Cosmograph. l. 3. c. 386. Nicol. Cuſan. lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 30.*

X. Minores verò functiones civiles, qvo minus populus etiam jure hæreditario poſſit concedere, nihil obſtat, cum eæ corporis ſummiqve imperii integritatem nihil imminuant. Inconſulto verò populo rex id non poteſt, ſi maneamus intra terminos naturales: qvia juris temporarii, qvale eſt regnum electorum, aut lege ſuccedentium ad imperium, effectus, niſi pariter temporarii, eſſe non poſſunt. Potuit tamen populi, ut expreſſus conſenſus, ita tacitus con-

Craver. conſ. 894. n. 2. Zoannet. de Rom. Imp.

†consvetudine introductus, qvalem nunc passim vigere cernimus, id jus regibus tribuere. Eo jure usos olim reges Medos & Persas* oppida aut regiones totas perpetuo jure tenendas donasse, passim in historiis legimus. † h. c. §. IIX.

***

Oppida aut regiones totas, Ut à Dario Syloſonti urbem & insulam Samiorum.

XI. * Patrimonium qvoqve populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda reipublicæ aut regiæ dignitatis onera, * à regibus alienari nec in totum nec in partem potest. Nam & in hoc jus majus (*a*) fructuario non habent. Nec admitto exceptionem, si res modicum valeat, qvia, qvod meum non est, ejus nec exiguam partem alienare mihi jus est: sed in rebus modicis qvam in magnis consensus populi ex scientia & ex silentio facilius præsumitur. Qvo sensu & ad res patrimonii publici aptari possunt, qvæ de necessitate & utilitate publica, in alienandis imperii partibus, supra diximus, (*b*) tantoq; magis, qvia momenti minoris res hic vertitur, est enim patrimonium imperii causa constitutum. L. I. c. III. §. XII. n. 3.

(*a*) h. c. §. 3. Alberic. in c. Intellecto. 33. de Jurejur. Bart. in L. Prohibere. 3. §. Plane. 4. D. Qvod vi. Corset. in Tract. de Execl. Regis. q. 4. Loazet. all. à Vasq. c. 5. N. 21, conf. 367. Bonif. Rig. conf. 49. n. 43.

(*b*) h. c. §. 8.

***

Patrimonium qvoqve populi, cujus fructus sunt destinati ad sustentanda reipublicæ aut regiæ dignitatis onera) Veteris Græci πρόσοδον, vocabant partem agri publici concessam regibus. Exempla habes apud Homerum de Bellerophonte apud Lycios Iliados ζ. de Meleagro Iliados I. de Glauco Lycio Iliados μ. ubi Scholiastas vide.

A regibus) Sine ordinum consensu. Exemplum apud Thuanum libro LXIII, in anno ↀIↃIↃ LXXVII.

XII. Sed in eo falluntur multi, qvod res, qvæ in fructu sunt patrimonii cum rebus patrimonii confundant. Sic jus alluvionum in patrimonio esse solet, ipsæ res, qvas fecit alluvio in fructu: jus vectigalia exigendi in patrimonio, pecunia ex vectigalibus procedens in fructu: jus confiscandi in patrimonio, fundi confiscadi in fructu.

XIII. Partes autem patrimonii pignori opponi ex causa possunt à regibus, qvi plenum habent imperium, id est, qvi jus habent ex causa tributa nova indicendi. Nam sicut populus tributa ex causa indicta solvere tenetur, ita & rem ex causa pignori oppositam luere. Luitio enim ista tributi qvædam est species. Est autem populi patrimonium regi pro debitis populi pignoris jure obligatum. Potest autem pignori dari etiam res mihi pignorata. Qvæ autem dicta sunt à nobis hactenus, ita locum habent, nisi lex imperio addita aut regis, aut populi potestatem magis, aut auxerit, aut contraxerit. L. Greg. 1. §. cum pignori. 2. D. de Pig. 1.

XIV. 1. Illud qvoqve sciendum est, cum de alienatione agimus, sub eo genere nobis etiam testamentum comprehendi. Qvanqvam enim testamentum, ut actus alii, formam certam accipere possit à jure civili, ipsa tamen Arist. II. Pol. VII.

men ejus ſubſtantia cognata eſt dominio, & eo dato juris naturalis. Poſſum enim rem meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione; nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter, atqve etiam retenta interim † poſſeſſione & pleniſſimo fruendi jure. Alienatio autem in mortis eventum, aut ante eam revocabilis, retento interim jure poſſidendi ac fruendi, eſt teſtamentum. Vidit hoc recte Plutarchus, qvi cum à Solone dixiſſet permiſſam civibus teſtamenti factionem, addit: τὰ χρήματα, κτήματα τ ἐχόντων ἐποίησεν. *effecit, ut res cujq; ſuæ propriæ & in pleno dominio eſſent.* Qvintilianus pater in declamatione: *Poteſt grave videri etiam ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet, & cum omne jus nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus.* Hoc jure Abrahamus, ſi ſine liberis deceſſiſſet, res ſuas Eliezero relicturus fuerat, ut indicat locus * Gen. XV, 2.

† h. 2. L. c. VII. §. 2. n. 2.

* * *

Gen. XV, 2.) Habes apud Sophoclem Trachiniis teſtamentum Herculis, apud Euripidem Alceſtidis, & apud Homerum Odyſſeæ ϖ, Telemachi donationem mortis cauſa, qvæ & ipſa teſtamentum qvoddam eſt. Eſt apud Homerum etiam voluntas ultionis de rebus agendis, ut ex Andromaches & Penelopes verbis oſtendit Plutarchus. Alia veterum teſtamentorum exempla attulimus ſupra libro I. c. IV. §. XII. textu & annotatis. Hebræis uſitata teſtamenta apparet Devt. XXI, 16. Sirachidæ capite XXXIII, 15.

†††

Alienatio autem) Teſtamentum majus aliqvid, qvam intentionem de alienando in futurum, præ ſe ferre, probant verba, per qvæ illud conſtitutur. Non enim ſic aliqvis inſtituitur: intendo tibi poſt mortem bona mea relinqvere; ſed ita: relinqvo poſt mortem tibi bona mea, & hanc intentionem hoc meo teſtamento confirmo. Alias Grotio teſtamentum alienationem in mortis eventum vocanti, ſeqventia opponunt: (1) Qvæcunqve res penes teſtatorem vivum jure pleniſſimi Dominii remanet, illa non poteſt dici alienata: res teſtamento adſignata hæredi jure pleniſſimi dominii penes teſtatorem remanet. E. Reſpondemus limitando prædicatum majoris: qvæcunqve res penes teſtatorem vivum jure pleniſſimi dominii remanet, illa non poteſt dici alienata, ſcilicet per alienationem puram, ita, ut ſtatim in dominium hæredis ſcripti tranſeat: & ſic concedimus totum argumentum, qvia Grotius tantummodò intendit alienationem eventualem, qvæ effectum ſortitur ſuum poſt mortem demum teſtatoris, qvo tempore teſtamentum qvoqve confirmatur. Idem nobiscum vult Imperator noſter Juſtinianus, qvi *§. 1. Inſt. de legat.* legatum vocat non aliqvid continens intentionem de donando in futurum, ſed donationem, (qvæ procul dubio eſt alienationis ſpecies) veruntamen an puram? nullo modo, ſed eventualem ſive conditionatam, qvæ, defuncto denique & non ante mortem pœnitente alienante, peti poteſt ab hærede. Eadem eſt ratio in derelictione teſtamentorum & fideicommiſſorum, qvæ reſpectu teſtantis, & qvoad punctum alienandi pari paſſu ambulant: ut proinde recte ex mente Juſtiniani deſcribere valeamus teſtamentum, eſſe non aliqvid continens intentionem de alienando in futurum, ſed alienationem eventualem. Aſt inſtant diſſentientes: Syllogiſmum adhuc verum eſſe contra Grotium, etiamſi de eventuali alienatione intelligatur: qvia in omni alienatione, etiam revocabili, tale jus in alterum, cui qvid alienari dicitur, debet transferri, ut illa non ex nudo arbitrio alienantis revocari qveat: ſed hoc in teſtamento non fit. E. Majorem probant ita, qvia ſecus ſi fiat, neqve alienans obliga-

ligationem aliqvam contraxiſſe, neqve alter jus aliqvod acqviſiviſſe poteſt intelligi, ſi hoc duntaxat actum fuit, v.g. habebis aliqvando rem meam, niſi interea mihi diſplicueris: qvo minus autem qvolibet tempore & nullam qvoqve ob cauſam diſplicere poſſit, prohibendi jus non habebis. Aſt nec hoc pacto Grotio contradicunt, qvandoqvidem in allegata majoris probatione rurſus alienationum naturam & originem ex jure in re & ad rem inter ſe confundunt. Falſum ſiqvidem eſt, in omni alienatione conditionali jus tale in alterum transferri debere, ut non ex nudo arbitrio alienantis revocari qveat. Nam probè diſtingvenda venit alienatio conditionata, qvæ fit per pactum ſeu contractum, ab ea, qvæ fit per ultimam voluntatem. Illam jus de non temerè revocando in alterum transferre certum eſt: hanc ante mortis & conditionis exiſtentiam minimè. (2) Urgent: omnis alienatio requirit duas perſonas, tradentem ſe & accipientem; Sed hic nullus eſt tradens, (qvia teſtator qvousqve ipſi ſpiritus reciprocatur, pleniſſimum jus in omnia ſua bona ſine ulla diminutione retinet) adeoqve nec accipiens. E. nulla eſt alienatio. Reſpondemus negando (a) majorem, qvia & is, qvi aliqvid eo animo abjicit, ut amplius in numero rerum ſuarum eſſe nolit, illud revera alienat, dum dominus eſſe deſinit, *l. 1. l. 2. & 1. 4. ff. pro derelict. §. 47. Inſt. de R. D.* remqve nullius & pro derelicto facit: Interim ab eodem præciſe nullibi requiritur, ut ad validitatem ſuæ alienationis hanc rem in novum poſſeſſorem transferat, aut ut novus inveniens in alienationem ab abjiciente factam conſentiat, qvum jure occupationis tueus ſit. (b) Poſito qvod major admitti debeat, eam tamen limitamus juxta ſuperius dicta: Omnis alienatio (uti pura, *Gid. Grot. l. 2. c. 21. §. 4. n. 7.* ita eventualis) requirit tradentem & accipientem: ſed ſic falſa eſt minor, qvod ſcilicet in hoc teſtamento ſit nullus tradens (eventualiter bona ſua) nec accipiens (ex teſtatoris mente, licet ex poſt facto, dum ſe inſtitutum cognoſcit, id, qvod accipere debet, repudiare poſſit.) Reliqva dubia, cum ſint levia, ſponte omittimus.

2. Qvod vero alicubi externis teſtamentum facere non conceditur, id non eſt ex jure gentium, ſed ex jure proprio illius civitatis, & ni fallor, ab illa veniens ætate, qva externi qvaſi pro hoſtibus † habebantur: itaqve apud moratiores populos merito exolevit.

† L. 5. §. 2. L. 6. D. de Captiv. & poſtlim. L. II. c. XV. §. V. n. 1.

CAPUT VII.

De acqviſitione derivativa, qvæ fit per legem, ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato.

I. Leges civiles qvasdam injuſtas eſſe, ac proinde dominium non transferre, ut qvæ naufragorum bona fiſco addicunt.

II. Lege naturæ rem acqviri ei, qvi alienum accepit ad debiti ſui conſecutionem: qvod qvando locum habeat.

III. Origo ſucceſſionis ab inteſtato qvomodo à natura.

IV. An aliqvid de bonis parentum liberis debeatur jure naturæ, per diſtinctionem explicatur.

V. In ſucceſſione liberos defuncti parentibus præferri, & cur.

VI. Origo vicariæ ſucceſſionis, qvæ repræſentatio dicitur.

VII. De abdicatione & exhæredatione.

IIX. De jure liberorum naturalium.

IX. Liberis deficientibus, ubi nec teſtamentum nec lex certa extant, bona avita deferenda his, à qvibus venerunt, aut eorum liberis.

X. Bona noviter qvæſita proximis.

XI. Legum circa ſucceſſiones diverſitas.

XII. In

XII. In regnis patrimonialibus qualis ſit ſucceſſio.
XIII. Si ea regna ſint individua, præferri maximum natu.
XIV. Regnum ex populi conſenſu hæreditarium in dubio individuum eſſe.
XV. Non durare ultra poſteros primi regis.
XVI. Non pertinere ad liberos naturales tantum.
XVII. In eo mares præferri fœminis in eodem gradu.
XVIII. Inter mares præferri natu maximum.
XIX. An tale regni pars ſit hæreditatis.
XX. Præſumi in regno talem ſucceſſionem inſtitutam qualis in aliis rebus in uſu erat tempore regni inchoati: ſive regnum fuerit allodiale.
XXI. Sive feudale.
XXII. Succeſſio linealis cognatica qvæ ſit, & qvalis in ea tranſmiſſio juris.
XXIII. Succeſſio linealis agnatica qualis.
XXIV. Succeſſio qva ſemper reſpicitur proximitas ad primum regem.
XXV. An exhæredari poſſit filius, ne in regnum ſuccedat.
XXVI. An abdicare qvis regnum poſſit pro ſe & pro liberis.
XXVII. Judicium proprie dictum de ſucceſſione, nec regis eſſe, nec populi.
XXIIX. Filium, qvi ante patris regnum natus eſt poſtnato præferendum.
XXIX. Niſi alia lege delatum regnum appareat.
XXX. An nepos ex filio priore filio poſteriori præferatur, per diſtinctionem explicatur.
XXXI. Item an minor frater ſuperſtes regis majoris fratris filio præferendus ſit.
XXXII. An fratris filius regis patruo præferatur.
XXXIII. An nepos ex filio præferatur filiæ regis.
XXXIV. An minor nepos ex filio nepoti majori ex filia.
XXXV. An neptis ex majore filio præferatur filio minori.
XXXVI. An filius ſororis præferendus filiæ fratris.
XXXVII. An filia fratris majoris fratri minori.

I.

LEgē, qvæ fit acqviſitio derivativa ſive alienatio, fit aut lege naturæ aut lege gentium voluntaria, (*a*) aut lege civili. De lege civili non agimus, id enim infinitum (*b*) foret, & præcipue de bellis controverſiæ ex lege civili non definiuntur. Tantum notandum eſt,* leges qvasdam civiles eſſe plane injuſtas, ut qvæ bona naufragorum fiſco addicunt. Nulla enim cauſa præcedente probabili dominium alicui ſuum auferre mera injuria eſt. Bene Euripides Helena:

a) c. VIII. §. 1. n. 1.

b) Proleg. §. III. in fin. uth. Navia. C. de Furs.

ναυαγὸς ἥκω ξένος, ἀσύλυτον λῆμα.
*Sum naufragus, *ſpoliare qvod genus eſt nefas.*

I. C. de Naufr. L. XI.

Qvod enim jus habet fiſcus (verba ſunt Conſtantini) *in aliena calamitate, ut in re tam luctuoſa compendium ſectetur?* Dion Pruſæenſis oratione VII. de naufragio locutus: *μὴ γὰρ εἴη ποτέ, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κηρδάναι κέρδος τοιοῦτον δὸν αἰθρώ-*

ἀνθρώπων δυστυχίας. Absit, ô Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.

***

Leges qvasdam civiles) Ut olim apud Anglos, Armoricos, Siculos, vetus talis legis in Græcis mentio apud Sopatrum & Syrianum in Hermogene. Christianus rex Daniæ, lege de naufragorum bonis confiscandis abrogata dicebat sibi periisse annua c. aureorum millia. meminit & Brigitta mali hujus moris IIX, 6. & speculum Saxonicum II, 29. de Dania agens: &c. Excommunicationis de raptoribus. Tum vero Crantzius Vandalicorum XIII, 40. XIV, I, Cromerus Polonicorum XXI.

Spoliare qvod genus est nefas) Adde L. Ne qvid. 7. D. de Incendio, ruina, naufragio. Nicetas Choniates in Andronici imperio vocat ἔθος ἀλογώτατον. vide & Cassiodorum IV, 7. Qvid in mentem venit Bodino, ut talia defenderet? idem scilicet, qvi Papinianum reprehendit, qvod mori, qvam conscientiam lædere maluerit.

†††

Qvid in mentem venit Bodino) Non rectè (juxta qvosdam Interpretes, item *Ziritz. ad Const. Crim. Car. V. art.* 219.) Hic evolvit Bodinum Grotius. Sic enim ille *l.* 1. *c.* 10. *de Rep. p. m.* 267. Barbarum, inqvit, id qvidem & antiqvis inusitatum, ut cujus opes ac fortunæ naufragio miserè perierint, & qvem nostris opibus sublevare debeamus, ejus reliqvias, qvas ad littus ejectas bona fide restitui oportebat, turpe diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qvi portus habent, eam crudelitatem tum in cives, tùm in peregrinos exseqvantur. Jus qværis? error jus facit: at si non peccatur errore, sed scientia, scelus est, qvod erroris specie prætenditur. Cum enim legatus Cæsaris coram Heinrico II. Francorum rege qvestus esset, duas naves ad littus ejectas & ab Jordane Ursino captas esse easqve restitui postularet, Annas Mommorantius Magister eqvitum respondit, ea, qvæ ad littus fuissent ejecta, gentium omnium jure ad Principes, qvi littoribus imperarent, pertinere. Ita jus invaluit, ut ne Andreas qvidem Doria qvestus sit de navibus in littus Celticum ejectis, & à Præfectis Classis Galliæ direptis. *Hæc Bodin.* Nisi forsitan (1) verba *Grotii* negativè legere velis: *ut talia* non *defenderet*, &c. vel, si per hanc particulæ adjectionem contradictionem metuas, (2) dicere poteris, qvod hæc defensio sit intelligenda cum *Bœrl. p.* 241. de testimonio facti, non juris demonstratione.

Sylv. in verbo Bellum. p. 2. q. 13. L. 5. Si ex stipulatione. D. de acq. Poss. 2. §. hac act. De vi Bon. Raptor. L. extat. 13. D. qvod met9. L. Creditores. 7. L. fin. D. ad L. Jul. de vi priv. † L. III. c. 7. §. 6. n. 4. ibiqve not. Thom. 2. 2 66. art. 50. †† L. III. c. 19. §. 15.

II. 1. Lege naturæ, qvæ ex ipsa dominii natura ac vi seqvitur, dupliciter fit alienatio, expletione juris & successione. Expletione juris fit alienatio, qvoties id, qvod meum nondum est, sed mihi dari debet, aut loco rei meæ, aut mihi debitæ, cum eam ipsam conseqvi non possum, * aliud tantundem valens † accipio ab eo, qvi rem meam detinet, vel mihi debet. †† Nam justitia expletrix, qvoties ad idem non potest pertingere, fertur ad tantundem, qvod est morali æstimatione idem. Dominium autem hoc modo transferri probatur à fine, qvæ in moralibus optima est probatio. Neq; enim juris mei explementum conseqvi potero, nisi dominus fiam. Frustra enim erit rei detentio, si ea uti pro arbitrio non possum. Antiqvum hujus rei exemplum est

(a) Lib. IV. est in historia (a) Diodori, ubi Hesioneus pro his, qvæ filiæ suæ ab Ixione promissa non præstabantur, eqvos ipsius accipit.

***

Aliud tantundem valens) Sic ipso naturæ jure defendit Hebræos Irenæus, qvod in compensationem operæ res Ægyptiorum ceperint. *Ægyptii enim*, inqvit, *populi erant debitores non solum rerum, sed & vitæ suæ.* Tertullianus idem tractans secundo adversus Marcionem: *Reposcunt Ægyptii de Hebræis vasa aurea & argentea. Contra, Hebræi mutuas petitiones instituunt, allegantes sibi mercedes restitui oportere illius operariæ servitutis*, & ostendit minus multo exactum, qvam debebatur. Apud Diodorum Siculum libro IV. narratur Hesioneus, pro his, qvæ filiæ suæ ab Ixione promissa erant, neqve præstabantur, eqvos ejus accepisse. Cum his cohærent ea, qvæ dicentur libro III. c. II. add. L. I. c. I. §. 10. n. 6.

2. Legibus qvidem civilibus scimus, vetitum esse sibi jus dicere; adeo qvidem, ut vis dicatur, si qvis, qvod sibi debitum est, manu reposcat, & multis in locis jus crediti amittat, qvi id fecerit. Imò etiamsi lex civilis hoc non directe prohiberet, ex ipsa tamen judiciorum institutione seqveretur hoc esse illicitum. (b) Locum ergo habebit, qvod diximus, ubi judicia continuè cessant; qvod, qvomodo contingat, explicavimus (c) supra: ubi vero momentanea est cessatio, licita qvidem erit acceptio rei, puta, si alioqvi nunqvam tuum recuperare possis, aufugiente fortè debitore. † sed dominium à judicis addictione erit exspectandum, qvod fieri solet in repræsaliis, (d) de qvibus infra †† erit agendi locus. Qvod si jus qvidem certum sit, sed simul moraliter certum, per judicem juris explementum obtineri non posse, puta, qvia deficiat probatio; in hac etiam circumstantia cessare legem de judiciis, & ad jus rediri pristinum verior sententia est.

(b) L. 54. Generali. C. de Decur. L. si qvis curialis. 12. C. de Ep. & cler. DD. in L. Qvintus Mutius. 39. aliàs L. Qvamvis alienum. in fin. D. ad L. Aqv.

† h. L. c. 1. §. 11.

(c) l. I. c. 3. §. 2. n. 1.

(d) Bart. in Tr. Repress. q. 59.

†††

Jus crediti amittat) *Vid. L. 13 D. qvod met. caus. L. 7. C. Und. vi.* Secus Jure Saxonico, *add. Carpzov. Pr. Crimin. P. 2. Q. 88. n. 19.*

Verior sententia est) Videtur tamen tutior, cum *Dnn. Zigl. p. 300. & Osiand. p. 816.* si, ubi non jus, sed probatio juris deficit, *arg. l. 30. de Testam. Tut.* in judicio agens rem suam, propria autoritate repetere prohibeatur. Qvandoqvidem aut illam putat apud reum adhuc extare, & potest solicitare, ut judex eandem per ministros publicos faciat perqviri; aut arbitratur rem esse consumtam, & tunc, præter juramentum reo deferendum, nihil restare opinamur. Alias enim qvivis improbus sub tali juris prætextu rapere aliena sibi posset, ut rectè annotant *Dn. Felden. h. l. p. 203. Bæcl. p. 243.*

(a) Soto, de Just. q. 3. art. 2. Cajet. d. q. 66.

(b) h. L. c. VI. §. 14. n. 1.

III. (a) Successio ab intestato qvæ dicitur, posito dominio, remota omni lege civili, *ex conjectura voluntatis naturalem habet originem. Nam qvia dominii ea vis erat, ut domini voluntate transferri in alium posset, etiam mortis causa, ac retenta possessione, ut supra (b) diximus, si qvis voluntatis suæ nullam edidisset testationem, cum tamen credibile non esset, ejus eum mentis fuisse, ut post mortem suam bona occupanti cederent, seqvebatur, ut

ejus

ejus esse bona intelligerentur, cujus ea esse voluisse defunctum, maxime erat probabile. *Defunctorum voluntatem intellexisse,* inqvit (c) Plinius junior, *pro jure est.* Creditur autem in dubio, id qvisqve voluisse, qvod æqvissimum atq; honestissimum est. In hoc autem genere prima est causa ejus, qvod debetur, proxima ejus, qvod, etsi non debetur, officio congruit.

(c) Lib. IV. ep. 10. & l. II. ep. XVI. & l. V. ep. 7.

***

Ex conjectura voluntatis naturalem habet originem) *Ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, qvoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinqvere legitimam hæreditatem,* ait Paulus L. 8. conficiuntur. §. 1. D. de Jure codicillorum.

IV. 1. (d) Disputant Jurisconsulti, an alimenta à parentibus liberis debeantur? Nam qvidam sentiunt, esse qvidem naturali ratione satis consentaneum, ut à parentibus alantur liberi, debitum tamen non esse. Nos omnino distingvendum arbitramur in voce debiti, qvod strictè interdum sumitur pro ea obligatione, qvam inducit jus expletorium ; interdum laxius, ut significet id, qvod nisi inhoneste omitti non potest, etiamsi honestas illa non ex justitia expletrice, sed ex alio fonte proficiscatur. Est autem id, de qvo agimus, (nisi lex aliqva humana accedat) debitum illo sensu laxiore. Ita accipio, qvod dixit Valerius: *Parentes nos alendo;* inqviens, *nepotum nutriendorum debito alligarunt.* Et Plutarchus in libello elegantissimo, de prolis amore: οἱ παῖδες ὡς ὀφείλημα τὸ κλῆρον ἐκδεχόμενοι: *liberi hæreditatem, ut sibi debitam exspectant.* Qvi dat formam, dat, qvæ ad formam sunt necessaria, dictum est Aristotelis: qvare qvi causa est, ut homo existat, is qvantum in se est, & qvantum necesse est, prospicere ei debet de his, qvæ ad vitam humanam, id est naturalem ac socialem, nam ad eam natus est homo, sunt necessaria.

(d) Franc. Pisci. de Scat. exc. fam. n. 133. Menoch. in Auth. novissima. C. de Inoff. test. n. 296. Tell. Fernandes, in L. 10. Taunin. q. 4.

***

Liberi hæreditatem, ut sibi debitam exspectant) Julianus Cæsaribus παισὶ παγδόκιμον ὑπαρξέπειν τὰς μάδοχάς. *Æqvum liberis hæreditatem relinqvi.* Etiam filiabus, qvas juxta filios hæredes parentum fuisse more antiqvissimo testatur Jobi historia in fine. Hanc æqvitatem respiciens Augustinus, ne ab Ecclesia qvidem recipi vult bona eorum, qvi liberos suos exhæredabant. Loca sunt libro II. de vita clericorum, & sermone LII. ad fratres in eremo, si tamen id opus Augustini est. Posuit ea Gratianus in causa XIII. qvæst. II. & causa XVII. qvæst. IV. in fine. Procopius Persicorum I. οἱ νόμοι τῷ μάλιστοῦ ἀλλήλοις ἀεὶ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις μαχόμενοι, ἐνταῦθα ἔν τε ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβάροις ξυνιᾶσί τε καὶ ξυνομολογοῦντες ἀλλήλοις κυρίους ἀποφαίνειν τοὺς παῖδας εἶναι ἧς πατρὸς κλήρου. *Leges, qvæ ceterum inter homines plurimis differentiis invicem pugnant, in hac re tam apud barbaros, qvam apud Romanos consentiunt atqve conspirant, ut liberos dominos pronuncient rerum a patre relictarum.*

L. I. c. I. §. XI. n. 2. c. II. §. 1. n. 1. L. II, c. V. §. XII, n. 5.

2. Ea de causa, instinctu scilicet naturali, cetera qvoqve animantia proli suæ, qvantum necesse est, alimenta suppeditant. Unde Apollonius Tyanæus, qvod ab Euripide erat dictum:

Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.
Cunctis hominibus liberi vita altera.

ita emendabat:

Ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.
Animantibus qvasi vita sunt partus sui.

plurimis sane allatis argumentis,* qvibus insitum hunc affectum probat, qvæ videre est apud Philostratum libro VII, capite septimo & octavo: cum qvo locò optime consentit is, qvi est apud Oppianum de venatu tertio, & de piscatu primo. Et in Dictye tragœdia idem ille Euripides hanc unam omnium legem esse ait; qvæ & hominibus inter se, & cum ceteris animantibus communis sit: Hinc Jurisconsulti veteres liberorum educationem ad jus naturale referunt, id est, ad illud, qvod cum instinctus naturæ aliis qvoqve animantibus commendat, nobis ipsa præscribit ratio. *Naturalis stimulus*, ut † Justinianus loqvitur, id est στοργὴ, *parentes ad liberorum educationem hortatur.* Idem alibi: *Filium vel filiam alere patri necesse est propter ipsam naturam.* Diodorus Siculus: ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐστὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γεννωμένων, διὰ τὸ συνεχῶς φιλοζωίας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγουσα διαμονῆς κύκλον. *Optima qvippe magistra natura est cunctis animantibus, non tantum ad sui, sed & ad prolis suæ conservationem, ut cognata hac charitate continua successio ad æternitatis circulum perveniat.* Apud Qvintilianum filius, *partem jure gentium peto.* Sallustius testamentum, qvo filius excluditur, impium dixit. Et qvia naturale est hoc debitum, ideo etiam vulgo qvæsitos alere mater debet.

Inst. de Jure nat. in pr. L. Jus naturale, D. de Just. & Jure. L. un. §. taceat. vers. fileat. C. de Rei uxor. act. L. ult. C. de Bon. qvæ lib. §. ipsũ L. Si qvis. §. Ergo. D. de Agn. liberis.

* * *

Qvibus insitum hunc affectum probat) Plinus X, 33. de hirundinibus. *In fœtu summa æqvitate alternant cibum.*

3. Et qvanqvam ex damnato legibus concubitu natis nihil relinqvi leges Romanæ volebant, sicut & naturalibus, ne qvid relinqvere necesse esset, careat lex Solonis, canones Christianæ pietatis hunc rigorem correxerunt, qvi docent qvalibuscunqve liberis id recte relinqvi, imò si opus sit, relinqvendum, etiam, qvod ad alimenta necessarium est. Nec aliter capiendum, qvod dici solet, legitimam humanis legibus tolli non posse, qvatenus scilicet in legitima insunt alimenta † necessaria. Nam, qvod supra est, tolli potest non repugnante natura.

† h. t. §. XXV. c. Cũ haberet. 5. de eo, qvi dux. in matrim. qvam pol. per adult.

† † †

Nihil relinqvi leges Romanæ) Atro hic carbone notat Justinianum *Anton. Matth.* de

de Criminib. tit. 19. cap. 3. n. 7. p. m. 834. Jure ne an injuria? paucis videbimus. Inter excepta, innuit ille, crimina non malè qvis incestum numeraverit: tametsi enim pœna in hæredem non omninò transit, habet tamen id contra regulam, qvod liberis ex nefario complexu natis alimenta denegantur, *auth. licet C. de nat. lib. auth. ex complexu C. de incest. & inut. nupt. nov. 12. c. 1. nov. 74. cap. ult.* Qvod tamen, qvoniam durius est, meritò hodiernus usus aspernatur: nam si necat, qvi alimenta negat, uti JC. dicit *in l. 4. de agn. & al. lib.* utiqve & Justianus necat incestuosos, dum tolli aliqve à Parentibus vetat. Qvanto rectius Papinianus *in l. 6. de decur.* Spurii, inqvit, & ex incestu nati decuriones fieri possunt, non enim impedienda est dignitas ejus, qvi nihil admisit. Qvod si dignitas impedienda non est, qvanto minus alimenta deneganda? Semen enim hominis, ut Augustinus ait *in c. sicut. 32. qvæst. 4.* ex qvalicunqve homine Dei creatura est, & eò malè utentibus malè erit: non ipsum aliqvando malum erit. Jam pœna cum animadversio peccati sit, qva fronte ad eum extenditur, cujus peccatum nullum est? An qvia hac qvoqve ratione efficitur, ut venere incesta Parentes abstineant, si videant tolli à se incestuosos non posse? Non placet ratio, qvæ æqvitatem mentitur magis, qvam adseqvitur: ita punienda peccata Parentum sunt, ut ne successor alieni criminis constituatur, *d. l. si pœna. 20. l. crimen. 26. de pœn.* Qvare nævus hic legislationis Justinianeæ, nullo modo dissimulandus est: neqve auscultandum Connano, qvi Constitutionem Græcam Justiniani à Latinis corruptam suspicatur., *add. Rittershus. ad Novell. p. 3. c. 8. n. 6. Dn. Zigler. in not. ad l. 2. c. 17. §. 15.* Veruntamen Justinianus non hoc vult, ut planè incestuosi per denegationem alimentorum enecari debeant (suam enim fecit *legem 6. princ. ff. de Decurion.*) sed ut ne alantur à parentibus, qvorum bona confiscabantur, ob detestationem delicti incestus, qvamvis interim iisdem prospiciendus esset ex publico, *Dn. Struv. in Resolut. LL. obstant. Ex. 30. th. 79. vers. incestuosi. opp. 3.* Nonnulli paulo aliter distingvunt inter ea, qvæ ad vitæ honestatem & necessitatem spectant: *illa*, non *hæc*, à Jure Civili (intuitu parentum) vetita credentes. Sed tamen neutra hoc Jure à parentibus filiis incestuosis potuisse tribui verius est. Erat enim hoc pœnale, qvò magis in filiis & per filiorum indigentiam torqverentur & punirentur, *add. c. 25. §. 14. h. l.* Instat qvidem *Anton. Matth. l. c. p. m.* 836. seqventibus verbis: Est & tertia Jus civile excusantium sententia, qvi ita dicunt: vetat qvidem Justinianus à parentibus ali incestuosos, nec tamen necat: à fisco enim alimenta eisdem præstantur. Qvasi verò fiscus semper bona eorum occupet, qvi incestu se polluerunt, ac non eo solo casu, qvo incestus contra jus gentium perpetratus est, *nov. 12. c. 1.* Qvasi non bona fiscus occupet cum sua causa, *l. 3. §. ult. l. 17. §. ex facto D. de SC. Trebell. l. cum fisco. 9. D. de Senat. C. Sil.* Consequenter absurdum sit, fisco injungere velle id onus, qvod Pater, ne qvidem si vellet, suscipere possit. Qvid? qvod ne legitimos qvidem liberos aleret fiscus, cum bona damnati occupabat, sed legitimam duntaxat portionem relinqveret pro alimentis? *l. 1. & l. cum ratio 7. D. de bon. damn. l. qvando qvis 10. de bon. proscr.* Post *Nov.* 134. autem, cum liberis legitimis existentibus bona non publicentur nisi ob crimen Majestatis, qvis locus liberis incestuosis, aut qvod onus fisci in his alendis relinqvitur? Sed & ad hoc dicimus (1) nos ipsos intelligere tantum eos liberos, qvos alere non debeant nec poterant parentes, qvi ex incestu juris Gentium erant prognati, v.g. ex linea adscendentium & descendentium rectâ, similiter ex fratribus & sororibus (qvos item rectè incestum juris gentium committere asserit *Dn. Strauch. Diss. ad ff. 2. aph. 11.* qvicqvid cum aliis dicat *Ludvvel. D. 2. th. 4. lit. a.*) & reliqvis, qvos citat *Levit. 18. vers. 24.* Hos enim solùm (perinde ut adulterinos, *Nov. 89. c. fin. pr. Schnob. Disp. 14. th. pen.*) alimenta prohibebantur parentes, non eos, qvi ex incestu juris civilis nascebantur, qvia nec olim horum parentum bona fisco addicebatur. (2) Fisco imponitur hoc onus non tam propter confiscationem bonorum parentum, (debebant enim sæpius ejusmodi incestuosi propriis servitiis, si modò

per ætatem possibile erat, sumtus vivendi conqvirere, ita ut filius non nisi eventualiter in casu extremæ indigentiæ gravaretur) qvam propter communem boni publici curam, qvæ inter alia etiam reqvirit, ut inhibeatur mendicantium in Rep. copiá: qvare etiam tot orphanotrophia, xenodochia, brephotrophia, ptochotrophia in Orbe Romano erant constituta, in qvibus hi liberi & alebantur, &, qvo sibimetipsis qvid alimentorum compararent, pro discretione ætatis ad labores adstringebantur. An J. canonum idem, qvod J. civili, obtineat, ut putat *Dn. Strauch. D. 11. Th. 21. in fin.* an verò diversum, ut volunt *Dn. Strvv. S. J. C. Ex. 30. Th. 79 & Dd.* alii discutiant. *Prior* interim opinio se fundat in *c. 13. in fin. X. q fil. sint legit.* Posterior, qvam Praxis Germaniæ ferè communiter sequitur, in *c. 5. de eo qvi duxit.* respondetqve ad *c. 15.* qvod Pontifex ibidem tantum dicat, ne filiis ex adulterio natis temerè & absqve justissimâ causâ jura legitimorum concedantur, unde invehitur qvodammodo in stirpem illegitimorum, ostenditqve sacræ legis autoritate, qvam fuerint semper detestandi, pariter & utitur constitutionum civilium testimonio, qvod illis nec alimenta debeantur. *Prior* contra contendit, in *c. 5.* sermonem non esse de filiis durante adulterio natis, sed demum post mortem conjugis ex persona, cum qvâ durante matrimonio adulterium commissum erat, conceptis; contra qvos meritò rigor Justinianeus practicari non poterat.

Alimenta necessaria) *add. nov. 1. præf. §. 2.* secus qvoad alia, *l. 24. C. de inoff. testam.* Ut tamen sub his alimentis non solus victus, sed & amictus & habitatio cum reliqvis inevitabiliter necessariis comprehendantur, *add. h. c. §. 4. n. 1. in fin. ibiq; Dd. Sand. de Aliment. tit. 4. q. 4. n. 2. q. 6. n. 1. Dn. Strvv. S. J. C. Ex. 30. Th. 77. Dn. Eschel. de Jur. par. & lib. p. 1. Th. 28. Covarrvv. Rubr. de Matrim. p. 2. c. 3. §. 9. tom. 1. Perez. in C. de Alend. lib. & parent. n. 10.*

Non repugnante naturæ) Eatenus enim legitima ex jure naturæ primario non est, ut tamen contendunt allegati à *Ludvv. Ex. 8 Th. 8. lit. g.* Placet hic apponere verba *Perez. ad Tit. C. de inoff. Testam. num. fin.* qvæ hoc modo, (utut ab iisdem dissentientes multos reperiamus) intellecta veritati non præjudicant. Sic autem Ille, legitima, inqvit, juris naturalis non est, qvamvis debeatur propter naturalem causam, qvod si enim juris naturalis legitima esset, filius, licet impius & ingratus, qvæ naturæ essent, non posset amittere; amittit autem, cum rectè exhæredatur. Accedit his exemplum militis, qvi per leges solutus solemnibus Juris civilis, non tenetur liberis relinqvere legitimam; qvodqve testamentum validum scribat, liberis scienter præteritis, qvibus non est querela, *l. 9. & l. 24. h. t.* qvod certè Jus civile permittere non potuisset, si legitima foret Juris naturæ, à cujus præscripto non liberat lex humana. Et ut concludam, mihi contraria dicere videntur Interpretes illi, qvi dicunt Jura naturalia, qvibus adscribunt legitimam, esse immutabilia, & fatentur tamen minui atqve augeri posse. Rectius itaqve dicerent, Juris esse civilis, ideoqve & mutari minuive potest, ita ut Jure alio civili tolli, & funditus eradicari, si modo insit ratio naturalis, qva illud fulciatur, *Alexander l. 7. conf. 3. n. 9. Castrens. ad Authent. Novissima. n. 2. h. t. add. Sutholt. Ex. 9. Th. 34. Hermes. F. J. P. c. 14. n. 10. Edit. prior. Dn. Strauch. D. ad ff. 9. aph. 35. Dn. Pufend. de J. N. & G. §. 7. l. 4. c. 11. p. 549.*

4. Ali autem debent non tantum liberi primi gradus, sed & secundi, si ita res ferat, & ulterioris: qvod ostendit Justinianus, cum non filios tantum, sed & qvi deinceps sunt, alendos propter ipsam naturam pronunciat: qvod ad eos etiam producitur, qvi per mulieres ex nobis veniunt, si aliunde ali non possunt.

§. Ipsum. 5. L. ult. C. de Bon. qvæ lib. L. 5. Si qvis. §. Sed utrum. 1. & §. Item Divus Pius. 5.

V. 1. Debentur qvidem & parentibus alimenta: qvod non legibus tantum

tum proditum est, sed vulgari proverbio * ἀντιπελαργεῖν. adeo qvidem, ut laudetur Solon, qvod, qvi id non facerent, eos notarit infamia. Sed non hoc æqve est ordinarium atqve illud, qvod de liberis diximus; nam liberi, cum nascuntur, nihil secum afferunt, unde vivant: adde, qvod vivendum diutius habent, qvam parentes: atqve ideo, sicut honor & obseqvium parentibus debetur, non liberis; ita educatio liberis magis, qvam parentibus: qvo sensu accipio illud Luciani: καὶ τοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν. *Magis natura jubet à parentibus liberos, qvam à liberis parentes diligi.* Et illud Aristotelis: μᾶλλον συνωκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον ἀφ' οὗ. *Magis afficitur causa gignens erga genitum, qvam genitum erga gignentem. Nam qvod ex aliqvo ortum est, id ei qvasi proprium est.*

L. Non qvemadmodum. 8. D. de Agn. lib. Diog. Laert. in Solon.

Nic. VIII.

***

Ἀντιπελαργεῖν) Vide Leonem Afrum libro IX. de Nestor.

2. Hinc fit, ut, etiam citra auxilium legis civilis, prima bonorum successio liberis deferatur; qvia creduntur parentes illis, ut corporis sui partibus, non tantum de necessariis, sed & de his, qvæ ad vitam svavius honestiusqve transigendam pertinent, qvam uberrime voluisse prospectum, ab eo maxime tempore, qvo ipsi rebus suis frui non possent. *Ratio naturalis*, inqvit Paulus Jurisconsultus, *qvasi lex qvædam tacita liberis, parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando.* Papinianus vero; * *Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas. Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit: liberos naturæ simul & parentum commune votum;* id est, liberos hæreditas seqvitur partim qvidem ob præcisum debitum naturale, partim ex conjectura naturali, qva parentes creduntur id velle, ut liberis qvam optime prospectum sit. *Sangvini honorem reliqvit*, ait Valerius Maximus de Q. Hortensio, qvi filiam minus sibi probatam hæredem scripserat. Huc spectat illud Apostoli Pauli: οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν; ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. *Non enim liberi parentibus, sed parentes liberis rem congerere & servare debent.*

L. cum Ratio. 7. D. de Bon. damn.

Lib. V. c. 9. II. Cor. XII, 14.

***

Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas) Philo de vita Mosis III. ἐπειδὰν ὁ νόμος φύσεώς ἐστι κληρονομεῖσθαι τοὺς γονεῖς ὑπὸ παίδων, ἀλλὰ μὴ τούτους κληρονομεῖν, τὸ μὲν ἀπευκταῖον καὶ παλίμφημον ἡσύχασε. *Cùm lex sit naturæ ut liberi parentibus, non parentes liberis in bona succedant, Moses id, qvod contra vota parentum maliq; ominis erat, texit silentio.* Xenophon libro II. Socraticorum: ὁ μὲν ἀνὴρ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προκατασκευάζει πάντα ὅσα οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα. *Vir iis, qvos habiturus est, liberis parat omnia, qvæ usui fore ad vitam putat, & qvidem qvam maxima potest in copia.*

VI. Qvia

VI. Qvia vero & hoc ordinarium eſt, ut pater materqve liberis ſuis proſpiciant, ideo, dum illi exſtant, avi aviæqve ad alimenta danda teneri non intelliguntur: ubi illi, eorumve alter defecerit, æqvum eſt, ut avus aviaqve, pro mortuo filio filiaqve curam ſuſcipiant nepotem ac neptium: qvod & in parentibus longius remotis pari ratione procedit. Atqve hinc ortum traxit jus illud, * ut nepos filii loco ſuccedat, qvemadmodum Ulpianus loqvitur. Id Modeſtinus dixit, τὸν παῖδα τῷ πεθηκότι τόπον πληρῶν. Juſtinianus τὴν παῖδων ἐπανένεξιν. Iſæus oratione de Philoctemonis hæreditate, hoc ipſum vocat ἐπανένεξιν. Philo Judæus: ὑποὶ γὰρ παῖδων ἀποθανόντων ἐν ὑῶν τάξει οἱ πάππους καταμένουσιν. *Nepotes parentibus mortuis apud avos filiorum obtinent locum.* Vicarium hanc ſucceſſionem * qvæ per ſtirpes fit, repræſentationem vocare amant recentiores Jurisconſulti; qvam valuiſſe etiam apud Hebræos, diviſo agrorum terræ Jacobi filiis promiſſæ, aperte ſatis oſtendit. Sicut filius & filia proximi ſunt cuiqve, ita & qvi ex filio filiave naſcuntur, ait Demoſthenes oratione adverſus Macartatum.

L. Si qva pœna 7. D. de his, qvi ſ. v. al. jur. ſ. L. 2. §. Non ſolum. 7. D. de Exc. tut. Nov. 127. Ut fratrum filii, in pr. Legatione ad Cajum.

* * *

Ut nepos filii loco ſuccedat) Qvod Hebræi dicunt, *filius etiam in ſepulchro ſuccedit*: item: *filii filiorum ſunt tanqvam filii.* Meminit ejus juris ut naturalis Jacchiades ad Danielem V, 2. *Æqviſſimum eſſe videtur nepotes neptesq; in patris ſui locum ſuccedere* ait Juſtinianus titulo Inſtitutionum de Hæreditatibus, qvæ ab inteſtato deferuntur. Pietati id aſſcribit Eginhardus in vita Caroli Magni, καλοῦσας εἰς τὸ ἴδιον γονέος τόπον ἐπανελθεῖν. *Poſteros in ſui qvemq; parentis locum ſubire*, dixit Michaël Attaliata.

Qvæ per ſtirpes fit) Sic in ſortiendis urbibus inter Heraclidas Proclo & Euryſtheni, ut ab Ariſtodemo venientibus, una ſors fuit contra Temenum & Cteſphontem, meminit Apollod. libr. II. Pauſanias Corinthiacis, Strabo IIX.

† † †

Repræſentationem) De origine hujus juris reſpectu deſcendentium & collateralium *vid. Dn. Herold. de Jur. Repræſentat. cap. 2. concluſ. 1. & 2.*

VII. Qvæ autem diximus hactenus de conjectura voluntatis, ita locum habent, niſi in diverſum indicia ſuppetant. In hoc indiciorum genere primum habet locum abdicatio, qvæ Græcis, tum * exhæredatio, qvæ Romanis fuit uſitata. Ita demum, ut ei, qvi mortem peccatis ſuis meritus non eſt, alimenta præſtanda ſint, ob eam, qvam ſupra attulimus, rationem.

* * *

Exhæredatio, qvæ Romanis fuit uſitata) Vide Baba Kama cap. IX. §. 10. vide infra §. XXV.

IIX. Sed & illa regulæ exceptio addenda eſt, ſi non ſatis conſtet hunc ab illo eſſe genitum. Verum eſt de factis nullam eſſe certam perceptionem: ſed ea, qvæ ſolent in hominum conſpectu fieri, ſui generis certitudinem habent ex teſtimonio: qvo ſenſu mater certa eſſe dicitur, qvia inveniuntur, qvi

qvi † qvæve partui & educationi adfuerint: at de patre hujus gradus certitudo haberi non potest, qvod Homerus indicat dicens: L.I.§.X. de Ventr. Inspic.

οὐ γάρ πω τὶς ἔον γένος αὐτὸς ἀνέγνω.
Generis nemo sibi conscius ipse est.

Et eum seqvutus Menander:

αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγείνατο.
Nemo ipse novit qvo sit exortus satis.

Qvi & alibi:

ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς,
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ἐόν, ὅδ' οἴεται.
Mater generius liberos adamat patre:
Qvia mater esse scit suos, pater autumat.

Ideo ratio aliqva reperienda fuit, qva probabiliter constaret, qvis esset partus cujusqve pater. Ea ratio est, conjugium sumtum in terminis naturalibus, id est consociatio, qva femina sub maris custodia constituitur. Sed etsi alio qvovis modo constet, qvis fuerit pater, aut pater id pro explorato habuerit, naturaliter is partus non minus qvam alius qvivis succedet. Qvidni cum etiam * extraneus palam pro filio habitus, qvem adoptatum vocant, succedat ex conjectura voluntatis? L.II. c.V. §.8. n. 2.

* * *

Extraneus palam pro filio habitus) Aut nepos in filium adoptatus, ut à Jacobo nepotes Ephraim & Manasses.

2. Naturales vero etiam, post lege introductum eorum discrimen à legitimis.

(τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν.
Nothæ parte nullâ sobole legitimâ minor,
Sed lege premitur:

ut dixit Euripides) possunt tamen adoptari, nisi lex obstet. Atqve id olim permittebat lex Romana Anastasii, sed postea in justi matrimonii favorem difficilior qvædam ratio eos legitimis æqvandi reperta est, per curiæ oblationem, aut subseqvens matrimonium. Exemplum veteris adoptionis naturalium est in Jacobi filiis, qvi adæqvati à patre sunt liberarum mulierum filiis, & æqvis partibus hereditatem creverunt. L.6. Jubemus. C. de Natural. lib. §.13. Inst. de Nupt.

3. Contra evenire potest, non ex lege tantum, sed & ex pactione, * ut qvi ex conjugio nati sunt, alimenta sola habeant, aut certe excludantur à præcipua hereditate. Conjugium tali pacto initum etiam cum libera femina concubinatum Hebræi vocant, qvale erat Abrahami cum Cethura, cujus liberi perinde ut Ismael, ancillæ Agaris filius, dona, id est legata qvædam acceperunt; hereditatem autem non creverunt. Tale est matrimonium L.II.c.5. §. 15. n.1. Gen.XXV,6.

ad Morgengabicam, qvod dicitur: à qvo non longe abeunt secundæ nuptæ * apud Brabantos; nam rerum soli, qvæ exstabant, cum matrimonium prius solveretur proprietas acqviritur prioribus liberis.

***

Ut qvi ex conjugio nati sunt; alimenta sola habeant) Ut olim filii post primum geniti in Mexicanis terris.

Apud Brabantos) Vide legem similem veterum Burgundionum, Lib. I. Tit. I, num. 2.

†††

Matrimonium ad Morgengabicam) *Vid. Paul. Cypr. de Sponsalib. cap. 13. num. 4. pag. 507.* Nec potest dici tale pactum planè illicitum esse: cum enim jus ipsum naturæ successionem nullam determinet, potest qvis, si usus id admittat, pacto etiam liberis suis certam portionem assignare & à reliqvâ successione illos excludere, *Dn. Struv. S. J. F. c. 9 aph. 5. n. 8.*

Abrahami cum Cethura) Consentiunt *Dn. Struv. S. J. Feud. cap. citat. Guil. Grot. c. 9. §. 6.* Aptius valeret qvis hoc dicere matrimonium ad Morgengabicam ratione effectus, licet qvidam hoc negent ratione causæ: qvia Abrahamus ferè senio confectus, mortemqve se manentem conjecturans, liberos Cethuræ donis ditatos dimisit. Defendi interim potest eorum qvoqve opinio, qvi asserunt, Deum voluisse *Gen. 21.* ut Isaacus solus esset hæres; (qvod etiam probat *Dn. Osiand. in not. h. l.*) ex qvo seqvitur, Abrahamum Cethuram ducentem alium animum erga liberos, qvos ex eadem sperabat, qvam qvi ex hoc ad Morgengabicam conjugio elicitur, habere neqvivisse, tametsi tempore matrimonii ineundi speciale aliqvod pactum non intercesserit. Paulo aliter *Dn. Strauch. Diss. ad ff. 11. th. 30.*

IX. 1. Ubi desunt liberi, qvibus naturaliter deferatur successio, minus expeditum est, nec ulla in parte magis variant leges. Tota tamen varietas ad duos maxime fontes referri potest, † qvorum alter respicit proximitatem gradus, alter bona redire vult unde venerant; qvod dici solet, Paterna paternis, materna maternis. Nobis omnino distingvendum videtur inter * bona paterna avitaqve, ut dici solebat in formula, qva prodigo bonis interdicebatur, & inter * noviter qvæsita, ut in illis locum habeat Platonis illud: ἐγὼ οὖν νομοθέτης ὢν οὔθ' ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν εἶναι τίθημι, οὔτε τὴν οὐσίαν ταύτην, ξύμπαντος τοῦ γένους ὑμῶν, οὔτε ἔμπροσθεν καὶ οὔτε ἔπειτα ἔσομεν. *Ego legum conditor neq; vos vestri juris esse, scisco, neq; patrimonium vestrum, sed totius vestri generis, tum qvod fuit, tum qvod futurum est.* Qva de causa Plato κλῆρον πατρῷον salvum esse vult generi unde venit. Qvod non ita accipi velim, qvasi naturaliter de bonis paternis avitisq; testari non liceat (* sæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo sit, sed etiam necessarium) sed ut appareat, qvæ in dubio credenda sit fuisse voluntas intestati. Concedimus enim plenum dominium esse penes eum, de cujus voluntate agimus.

† *add.* L. I. c. I. §. 7.

***

Bona paterna avitaqve) Hebræi מורשה

No-

Noviter quæsita) Hebræis נחלה discrimen hoc vide in lege Burgundica lib. I, tit. I, num. I.

Sæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile sit) Seneca de Beneficiis libro IV. c. II. *Qvid cum ipso vitæ in fine constitimus; cum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? qvantum temporis consumitur, qvamdiu secreto agitur, qvantum, & qvibus demus? qvid enim inter est, qvibus demus à nullo recepturi? Atqvi nunqvam diligentius damus, nunqvam magis judicia nostra torqvemus, qvam ubi remotis utilitatibus solum ante oculos honestum stetit?*

2. Sed cum post mortem dominium hoc retinere non possit, & omnino pro certo haberi debeat, noluisse eum perdere beneficii materiam, videndum est, qvis sit in beneficiis ordo maximè naturalis. Bene Aristoteles: *εὐεργέτη ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον. Potius est gratiam referri ei, qvi benefecit, qvam amico conferre beneficium.* Et Cicero: *Nullum officium referenda gratia magis necessarium est.* Item: *Cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi; demus nec ne, in nostra potestate est; non reddere bono viro non licet: modo id facere possit sine injuria.* Ambrosius: *Pulchrum est propensiorem haberi ejus rationem, qvi tibi aut beneficium aliqvod, aut manus contulit.* Et mox: *Qvid enim tam contra officium, qvam non reddere, qvod acceperis?* Gratia autem refertur aut viventibus, * aut defunctis. Defunctis, ut ostendit Lysias oratione funebri, refertur gratia in eorum liberis, qvi naturaliter pars sunt parentum, & qvibus, si viverent parentes, maxime vellent benefieri. Off. l. c. 31.

***

Aut defunctis) Sic moriturus apud Procopium Pers. I. *τὰ παιδία ὠφελῶν, ὠφελήσεις ἐμέ. In me conferes, qvicqvid in liberos meos contuleris.* vide exemplum in facto Theodosii, patrem Valentiniani junioris in ipso Valentiniano remunerantis, apud Zosimum libro IV. Lege Mosis succedebat post fratres patruus, ut primo possessori proprior qvam fratrum filii. Num. XXVII, II.

3. Et hanc æqvitatem seqvuti sunt Justinianei juris conditores æqvitatis studiosissimi, in qvæstione inter fratres plenos, & consangvineos, & uterinos, & aliis qvibusdam. Aristoteles: *ἀδελφοὶ ἀλλήλους φιλοῦσιν τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι. ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταυτοποιεῖ. Fratres se invicem diligunt, qvatenus ex iisdem nati sunt; nam ortus communis ipsos qvasi eosdem facit.* † Valerius Maximus: *Ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse, ita proximum judicari debet simul accepisse.* Gentium commune jus, ut frater fratri succedat, dicitur apud Justinum. L. 3. Qvod scitis. C. de Bon. qvæ lib. L. de Emancipatis. 13. §. Cũ enim. 2. C. de Legit. hæred. L. Sancimus 11. C. Com. de success. Novel. de Cõs. & uter. frat. 84 † Lib. V, c. 5. Lib. X.

4. Qvod si non reperiatur is, à qvo proxime bona venerunt, ejusve liberi, restat, ut gratia referatur his qvibus minus qvidem, sed tamen post illum

proxime debentur, id est parenti superioris gradus, ejusqve liberis, præsertim cum eo modo maneatur intra proximos, & ejus, de cujus hæreditate agitur, & ejus, à qvo proximè bona venerunt. Idem ille Aristoteles: *ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων συνοικειοῦνται. τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι γίγνονται οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δὲ ἀλλοτριώτεροι. Patrueles vero & ceteri conjunguntur per parentes, qvatenus ex iisdem ortum habent: ita ut alii conjunctiores sint, alii minus conjuncti, pro ortus ratione.*

X. 1. At in bonis noviter qvæsitis, qvæ περίοντα τοῦ κλήρου Platoni, cum cesset gratiæ referendæ officium; superest, ut ei deferatur successio, qvi defuncto carissimus fuisse creditur. * Is autem est, qvi gradu cognationis proximè defunctum attingit. Sic Isæus apud Græcos receptum ait, *τοῖς ἐγγυτάτω γένους τὰ τοῦ τελευτήσαντος γενήσεσθαι, defuncti bona ei cedere, qvi genere sit proximus:* addit: *τί ἂν τί, δικαιότερον ἢ τοῖς συγγενέσι τὰ τοῦ συγγενοῦς; qvid justius, qvam ut, qvæ cognati fuerant, cognatis cedant?* Idem sensus est apud Aristotelem libri ad Alexandrum capite II. *Optime,* inqvit Cicero, *societas hominum conjunctioq; servabitur, si ut qvisq; erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur.* * Qvi & alibi post liberos ponit bene convenientes propinqvos, ut & Tacitus: *Liberos cuiq; ac propinqvos suos natura carissimos esse voluit.* Idem Cicero alibi de cognatis agens: *Necessaria præsidia vitæ debentur his maximè.* Debentur scilicet, non ex jure expletorio, sed *κατ' ἀξίαν*: Et alibi, cum de affectione erga propinqvos egisset, *Ex hac animorum affectione,* subdit, *testamenta commendationesq; morientium natæ sunt.* Idem copias nostras proximis, qvam alienis, & suppeditari & relinqvi æqvius esse ait. Ambrosius qvoqve: *Est etiam illa probanda liberalitas,* * *ut proximos seminis tui non despicias.*

Off. I.

De Off. I. c. 30.

* * *

Is autem est, qvi gradu cognationis proxime defunctum attingit) Vide Devt. XV, II. XXIII, 7. Prov. XI, 17. Tractat hoc Servius ad illud Æneidos VI.

Nec partem posuere suis.

Hierocles: *ἡ δὲ τῶν ἀγχιστέων (τιμὴ) πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσει τὴν θεραπείαν, τοσοῦτον τῆς μετὰ γονέας τιμῆς ἑκάστῳ τῶν συγγενῶν νέμουσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνους ἐγγύτης ἀποφαίνῃ. Cura autem propinqvorum mensuram suam accipiet à propinqvitate naturali, ut post parentes tantum cognatorum cuiq; deferatur, qvantum ad parentes propinqvitas exigit.* Possidius de Augustino: *Justum & æqvum esse videbat, ut à mortuorum, vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis possiderentur,* Hæreditates scilicet, de qvibus ibi agit.

Qvi & alibi) Duo hæc loca ex Cicerone posterius producta, sunt ex eodem libro Officiorum primo.

Ut proximos seminis tui non despicias) Ex Esaia sumtum LIIX, 7. Paria habes apud Chrysostomum I, Cor. IV, 7. & apud Augustinum de Doctrina Christiana lib. II, 12.

2. Suc-

2. Succeſſio autem ab inteſtato, de qva agimus, nihil aliud eſt, qvam tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura. Qvintilianus pater in declamatione: *Proximum locum à teſtamentis habent propinqvi: & ita, ſi inteſtatus qvis ac ſine liberis deceſſerit. Non qvoniam utiqve juſtum ſit ad hos pervenire bona defunctorum; ſed qvoniam relicta, & velut in medio poſita nulli propius videntur contingere.* Qvod de bonis noviter qvæſitis diximus, ea naturaliter proximis deferri, idem locum habebit in bonis paternis avitisqve, ſi nec ipſi à qvibus venerunt, nec eorum liberi exſtent, ita ut gratiæ relatio locum non inveniat.

XI. 1 Hæc verò, qvæ diximus, qvamqvam naturali conjecturæ maximè ſunt conſentanea, non ſunt tamen jure naturæ neceſſaria; ac proinde ex diverſis cauſis voluntatem humanam moventibus variari ſolent, pactis, legibus, moribus: qvi ſubitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt, * in aliis † non admittunt; alibi diſtingvunt unde bona veniant, alibi id inſuper habent. Eſt ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt, ut apud Hebræos: eſt ubi inter ſe æqvantur. Eſt ubi agnatorum habetur ratio; eſt ubi cognati qvilibet cum agnatis tantundem ferunt. Etiam ſexus alicubi momentum habet, alicubi non habet: & alibi cognationis ratio habetur intra propiores gradus: alibi longius extenditur. qvæ longum eſſet exſeqvi, nec inſtituti noſtri.

† Novell. 127. c. 1. junct. nov. 118. c. 3.

***

In aliis non admittunt) Veteres Germanorum mores ſubitionem iſtam, ſive repræſentationem ignorârunt (vid. §. 30. h. c.) etiam inter liberos: introduxit primus id jus in Franciam Childebertus Edicto: in Transrhenanas partes Otho Henrici filius, teſte Withekindo lib. II. vide legem Langobardicam lib. II, tit. XIV, 18. Scoticum qvoqve jus vetus ſolam ſpectabat gradus proximitatem. vide Pontanum Danicorum ſeptimo, ubi narrat à Rege Angliæ arbitro ſumto ita pronunciatum.

2. Illud tamen tenendum eſt, qvoties voluntatis expreſſiora indicia nulla ſunt, credi qvemqve id de ſua ſucceſſione ſtatuiſſe, qvod lex aut mos habet populi, non tantum ex vi imperii, ſed ex conjectura, qvæ etiam in eos valet, qvorum in manu eſt ſummum imperium. nam & hi probabiliter creduntur in rebus ſuis æqviſſimum judicaſſe, qvod aut legibus ſanxerunt ipſi, (a) aut moribus probant; in iis dico rebus, in qvibus de nullo ipſorum damno agitur.

(a) arg. L. 4. C. de Legib.

XII. Sed in regnorum ſucceſſione diſtingvi debent regna, qvæ pleno modo poſſidentur, & in patrimonio ſunt, ab his, qvæ modum habendi accipiunt ex populi conſenſu. qvo de diſcrimine egimus ſupra. Prioris generis regna * dividi poſſunt etiam inter mares * & feminas, ut in Ægypto & Britannia olim factum videmus:

L. I. c. III. §. 11. & ſeqq. L. II. c. XIV §. X. ſeq.

nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos.

ait Lucanus: de Britannis Tacitus, *Neqve enim sexum in imperio discernunt*, nec adoptati minus veris liberis succedent ex præsumta voluntate; Sic Æpalio Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum successit. Molossus *nothus ex patris Pyrrhi legitimos liberos non habentis judicio successit in regnum Epiri: de adoptando in successionem Scythiæ in Philippo egit rex Atheas: Jugurtha nothus sed adoptatus successit in regno Numidico: sicut & in regnis, qvæ Gothi & Langobardi armis qvæsierant, adoptionem valuisse legimus. Imo etiam ad eos proximos ultimi possessoris regnum perveniet, qvi primum regem sangvine non attingunt, si talis successio in iis locis recepta sit: sicut Paphlagoniam regum domesticorum interitu hæreditariam patri suo obvenisse ait apud Justinum Mithridates.

Strab. l. IX. Paus. I.

Just. l. IX. Sallust. bell. Jugurd. Cassiod. Paul. Diac. l. VI. de gest. Langob. Lib. XXXIIX.

Dividi possunt etiam inter mares) In Asia fratres simul regnabant, sic ut uni præcipuum esset jus diadematis. Polybius Exc. legationum XCIII. Invenies & apud Livium eundemq; Polybium, Ægyptum inter fratres Ptolemæos divisam. Filii Attilæ gentes sibi dividi æqva sorte poscebant, Jornandes de rebus Gotthicis. Gregoras libro VII. de Irene Andronici Palæologi uxore: τὸ δὲ καινότερον, ὅτι οὐ μοναρχίας τρόπῳ κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν ῥωμαίοις ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλὰ τρόπον λατινικὸν, διανειμαμένους τὰς ῥωμαίων πόλεις καὶ χώρας, ἄρχειν κατὰ μέρος τῶν υἱέων ἕκαστον, ὡς οἰκείου κλήρου καὶ κτήματος οὗ λαχόντος ἐκ πατρῶν μὲν ἐς αὐτοὺς κατὰ τὴν προκρατήσαντα νόμον ταῖς προνοσίαις καὶ κτήσεσι τῶν βαναύσων ἀνθρώπων κατιόντος, παραπεμπομένου δ' ἔπειθ' ὁμοίως εἰς τοὺς ἐφεξῆς παῖδας καὶ διαδόχους. λατίνων γὰρ οὖσα γένημα καὶ παρὰ τούτων εἰληφυῖα τοῦτο τὸ νεώτερον ἔθος ἐπάγειν ἐβούλετο. *Quod maxime mirandum erat, voluit ut non unus imperaret secundum morem imperii Constantinopolitani veterem, sed ad instar principum in Occidente civitates & regiones dividerentur in singulos filiorum, ut sic regnum tanqvam proprium cujusq; patrimonium à patribus ad ipsos perveniret, ita ut in plebejorum hominum bonis fieri solet, ac sic perpetuo ad cujusq; liberos hæredesq; descenderet. Ipsa enim cum ex occidentis partibus ortum haberet, morem, qvem ab ipsis acceperat, huc sine exemplo introducere animo agitabat.*

Et feminas, ut in Ægypto & Britannia) De Alexandro & Laodice vide Polybium excerptis legationum CXL. de Auletæ filia Strabonem XVII. In Asia post Semiramidem feminas regnasse plures narrat Arrianus ἀναβάσει. Talis Nitocris Babylone, Artemisia Halicarnassi, Tomyris apud Scythas. Servius ad primum Æneidos: *Qvia ante etiam feminæ regnabant.* Idem apud Rutulos obtinuisse docet ad Æneidos.

Nothus) Apud Tartaros nothi & legitimi pares. de Persis vero Herodotus: νόθον οὐ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος. *Mos est illis, ut nothus*

thus regnet dum legitimus aliqvis reperitur. In Hispania Wandali regnarunt duo, Gontharis legitimus, Zigerichus nothus Godigiscli teste Procopio: ex septentrionalium nimirum gentium more veteri, cujus testes Adamus Bremensis historiæ Ecclesiasticæ c. 106. Helmoldus Slavicis lib. I. c. 51. & 52. Michaëli Thessaliæ domino successit legitimis definientibus nothus Michaël; Gregoras lib. II. Huic itidem nothus successit ex parte; idem Gregoras lib. IV. de Molosso Pyrrhi notho vide Servium ad IX. Æneidos.

XIII. Qvod si dictum sit, ne dividatur regnum, ne cui cedere debeat expressum sit, * ut qvisqve natu est maximus, mas aut fœmina, regnum habebit. In Thalmudico titulo de regibus legitur: *Qvi præcipuum jus habet in hæreditate, is & in possessione regni. Ideo filius natu major præfertur minori:* Νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὴν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, inqvit Herodotus: *Mos omnium populorum est, ut natu maximus imperium habeat.* Idem alibi sæpe νόμον legem sive consvetudinem regnorum hoc vocat. Livius duorum fratrum Allobrogum de regno contendentium minorem ait jure minus, vi plus potuisse. Apud Trogum Pompejum, *Artabazanes maximus natu ætatis privilegio regnum sibi vindicabat: qvod & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit.* Idem alibi jus gentium vocat; ut & Livius, qvi ordinem appellat ætatis atq; naturæ: qvod intellige, nisi pater aliud jusserit, ut Ptolemæus apud eundem Trogum. Qvi autem in regno tali succedit, coheredibus tenebitur pro ipsorum partibus æstimationem rependere, si & qvatenus id fieri potest.

Polym.

Lib. XXXI.

Just. lib. II.

Lib. XL.

Lib. XVI. & XXXIV.

***

Ut qvisq; natu est maximus) De Svedis vide Brigittam IV, 3. De Danis Saxonem XII, & XIII. Appianus Mithridatico δικαιοῦντα τὴν πρεσβύτερον ἀρχεῖν. *Æqvum judicabat regnum esse natu maximi.* Nicetas Choniates Joanne Comneno: ἡ φύσις τοῖς πρωτοτόκοις πασὶ τῇ τάξει ἐμμένουσα τὰ πρωτεῖα βραβεύειν εἴωθε. παρὰ δὲ θεῷ οὐχ οὕτως ἐν ταῖς τῶν προβουλήσεων μεγίσταις αἰείπως φιλεῖ γίνεσθαι, *Natura qvidem suum seqvens ordinem primum natos honorat. At Deus non semper in maximis privilegiis eum ordinem insistit.* idem Manuele de Isaacio loqvens: ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος. *Nascendi ordine ad regni successionem vocatus.* Apud Josephum Antipater dicebat, Hircani ἀρχὴν εἶναι διὰ τὸ πρεσβεῖον, *Principatum esse ob nascendi ordinem.* vide & Leunclavium Turcicorum XVI.

†††

Ut qvisqve est natu maximus) Facti itaqve sunt, non juris, qvando natu major filius Dani Humblus à Lothero; & Numitor Phocæ primogenitus ab Amulio solio dejecti fuerunt, *Meurs. Hist. Dan. lib. 1. Liv. lib. 1. A U. C. cap. 3. in fin.* Speciale interim est, qvod referunt *Gudelin. p. 3. Feud. c. 4. n. 6. Hermes. c. 14. n. 7.* in territorio Grimbergensi, Lovanio vicino, fratrem natu minimum in ditionem succedere, lege latâ à Victore Godefrido III. Duce Brabantiæ seu ejus curatoribus, ob rebellionem natu maximi.

ximi. Sed qvid respondendum ad Titulum Thalmudicum de Regibus, si illi opponantur, 1. *Reg.* 2, 22. & 2. *Paralipom.* 11, 18. *seqq.* Putant *alii* rem sopiri per distinctionem delationis posse in regius patrimonialibus; qvorum qvædam transferuntur absolutè, qvædam sub conditione non egrediendi certam familiam. *Illa Gratium* prosecutus est in variis locis, *Vid. not. ad cap. præced. §.* 3. cui jungantur *Hunn. ad Trentl. Vol.* 1. *Diss.* 3. *Th.* 2. *lit. c. pag.* 134. *Dn. Conring. de Finib. Imper. Germ. cap.* 19. *§.* 2. *pag.* 263. *Dn. Pufendorff. de Jur. Natur. & Gent. libr.* 7. *cap.* 7. *§.* 11. *pag.* 989. *Ad hæc* referunt facta Davidis & Rehabeami *Duckr. pag.* 332. *add. Schickard. de Jur. Reg. Hebr. cap.* 6 *theorem.* 20. *n.* 178. *pag.* 449. *Dn Osiand. pag* 883. Contra *alia* manifestum in Adoniâ perduellionis crimen in parentem Davidem commissum urget, qvippe propter qvod ex merito coronâ atqve sceptro indignus judicabatur; remansit eundem sua justo tempore Nemesis manserit. Abiam volunt ex vera demum Reginâ Rehabeamo procreatum, qvum reliqvis, qvarum in sacris mentio fit, ut concubinas modò sive pellices aluerit. Sed in hoc posteriori res meri facti videtur latere, qvum de nullo expresso Dei mandato (qvi suam Theocratiam, existente licet Regio Dominatu, manifestò sæpius exercuit) nobis constet, pariter & uberior historica fides deficiat.

XIV. At ea regna, qvæ populi libero consensu facta sunt hereditaria, ex præsumta populi voluntate deferuntur. Præsumitur autem populus id voluisse, qvod maxime expedit. Hinc primum illud nascitur, ut, * ni aliud lex aut mos ferat (sicut Thebis Bœotiis regnum fuisse inter mares dividuum ex * Zethi & Amphionis, itemqve ex Oedipodis filiorum historia apparet); & vetus Attica inter Pandionis liberos divisa est; & qvæ circa Rhodum inter Camirum, Ialysum, Lindum fratres; & regnum Argivum inter qvatuor Perfei filios) individuum sit regnum, qvia id ad tuendum regnum in civium concordiam plurimum valet. Justinus lib. XXI. *Firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, qvam si portionibus inter filios divideretur, arbitrabantur.*

***

Ni aliud lex aut mos ferat) Dardanus & Lassus pariter in Troja regnarunt. Servius ad illud II. Æneidos: *Sociisq; penates.* In Creta Minus & Rhadamantus. Julianus contra Christianos. Albæ Numitor & Amulius, ut qvidem ait scriptor de viris illustribus. Alii enim Numitori pecunias, regnum Amulio cessisse ajunt, ut Plutarchus: sicut & Eteocli regnum Thebanum, Polynici ejus loco monile Hermiones obvenisse qvidam prodidere. Pari modo in Norvagia alteri regnum, alteri naves & spes ex maritimis expeditionibus.

Zethi & Amphionis) Euripides Hercule Furente:

Τῶν λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον ἐκγόνω Διός.
Regnum priusqvam venit ad claros equis
Amphionem Zethumqve, prognatos Jove.

XV. Alterum, ut successio stet intra eos, qvi descendunt à primo Rege: ea enim familia ob nobilitatem electa censetur, eaq; finita regnum redire ad populum, Curtius libro X. *In eadem domo familiaq; imperii vires remansuras esse:*

esse: hæreditarium imperium stirpem regiam vindicaturam: assvetos esse ipsum nomen colere, venerariq́; nec qvenqvam id capere, nisi genitum, ut regnaret.

XVI. Tertio, ne succedant, nisi qvi nati sunt secundum patriæ leges: non naturales tantum, qvia ad contemtum patent, qvorum matrem pater justo conjugio dignatus non est, & præterea qvia minus certi habentur: at in regnis expedit populo, haberi maximam certitudinem, qvæ haberi potest ad vitandas controversias: qvæ causa fuit, cur Macedones Demetrio minori potius, qvam Perseo maiori regnum deberi existimaverint, qvod Demetrius justa matrefamilias natus esset. Et apud Ovidiũ epist. 4. Phædræ ad Hippol. legimꝰ: Liv. l. XXXIX. cap. LIII.

At nec nupta qvidem, tedaq́; accepta jugali:
Cur nisi ne caperes regna paterna nothus?

sed nec adoptivi, qvia nobilitas generis vere regii magis reverendos efficit reges, majorqve de eis spes concipitur.

Est in juvencis, est in eqvis patrum
Virtus. Hor. l. IV. od. IV.

XVII. Qvartum, ut inter eos, qvi pariter in hereditatem admitterentur, sive qvia unius sunt gradus, sive qvia in parentum suorum gradum succedunt, * præferantur mares feminis; ideo qvod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei feminis censentur.

* * *

Præferantur mares feminis) Vide Nicetam Choniatem Manuale lib. IV.

XIIX. 1. Qvintum, ut inter mares, aut inter feminas, ubi mares deficiunt, * præferatur natu maximus; qvod is judicio aut perfectior jam esse, aut prius futurus creditur. Cyrus apud Xenophontem: τὸ προηγεῖσθαι προστάττω τῷ προτέρῳ γενομένῳ, καὶ πλειόνων καὶ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ: *imperium relinqvo majori natu, ut qvem par est rerum esse peritiorem.* Qvia vero hæc ætatis præstantia temporaria est duntaxat, sexus autem perpetua, ideo sexus prærogativa potior est, qvam ætatis. Sic Herodotus, cum dixisset Andromedæ filium Persam Cepheo in regnum successisse, causam reddit: ἐτύγχανε γὰρ ἅπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἄρσενος γόνου: *nullos enim Cepheus habebat liberos mares.* Et Diodoro narrante Teuthras Mysiæ regnum filiæ Argiope reliqvit ἅπαις ὢν ἀῤῥένων non habens mares liberos. Sic Trogus dixit, ad filiam pertinuisse Medorum imperium: qvod nullum Astyagi virilis sexus genus erat. Similiter Cyaxares apud Xenophontem Mediam filiæ suæ deberi: οὐδὲ γὰρ ἔστί μοι, inqviens, ἄῤῥην παῖς γνήσιος *neqve enim est mihi legitimus filius mas.* De Latino rege Virgilius VII. Æn. v. 50. Polym. Lib. IV.

Filius huic fato divûm prolesq́; virilis
Nulla fuit, primaq́; oriens erepta juventa est:
Sola domum & tantas servabat filia sedes.

Sic ante Heraclidarum imperium apud Lacones Eurotæ successit Sparte Paus. Lib. III.

filia, aut ejus liberi, ut Tyndareo Helenæ liberi, qvia mares filii non extabant; & Eurystheo in Mycenarum imperium successit Atreus ejus avunculus, notante Thucydide. Eodem jure regnum Athenarum * ad Creusam, Thebanum ad Antigonem pervenisse notatur, qvod mares deficerent. Et regnum Argolicum ad Argum Phoronei * ex filia nepotem.

Lib. II.

***

Præferatur natu maximus) Homerus de regno Cretensi Iliad. N.

ἡμῶν δ' ἀμφοτέροισιν ἴον γένος, ἤδ' ἴα πάτρη,
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδει.
Nostrum utriq; solum patrium fuit & genus unum,
Juppiter at senior rerumq; peritior idem.

Ubi sapienter Homerus, ut solet, causam reddidit, cur majores natu in regnis prælati, valentem, ἐπὶ τὸ πολὺ ut plerumqve, id enim in talibus sufficit: τοῦ νόμου τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέως παίδων διδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ait Zosimus libro II. de Persarum lege: *cum lex daret e regum filiis natu maximo summam rerum.* Periander in regnum Corinthiorum patri successit κατὰ πρεσβεῖον ordine nascendi. Ita Nicolaus Damascenus in excerptis, qvæ beneficio viri maximi Nicolai Peiresii habemus.

Ad Creusam) Vide Euripidem Jone.

Ex filia nepotem) Et si sine stirpe mortuus fuisset Orestes, in eodem regno Argolico successisset ei Electra, ut ex Euripidis Taurica Iphigenea discimus. Sic Calydonis regnum pervenit ad Andræmona Oenei generum, Asterii regnum ad generum Minoa, ut refert Apollodorus, addita causa qvod liberi mares nulli essent.

2. Unde & illud intelligere datur, qvanqvam liberi nonnullis gradibus parentum præmortuorum vicem impleant, id tamen duntaxat intelligendum, ut capaces sint juxta ceteros, salva tamen sexus primum, deinde ætatis prærogativa inter capaces. Nam qvalitas & sexus, & ætatis, qvatenus in hac re à populo consideratur, ita personæ adhæret, ut avelli inde neqveat.

XIX. Qværitur, an regnum, ubi hunc in modum defertur, pars sit hæreditatis? Est verius est esse * hæreditatem qvandam, sed separatam ab aliorum bonorum hæreditate, qvalis hæreditas peculiaris in feudis qvibusdam, emphyteusi, jure patronatus, & jure præcipui qvod dicitur, conspicitur. Unde seqvitur, ut regnum ad eum pertineat, qvi & bonorum hæres esse possit si velit, sed ita ut etiam sine bonis & eorum onere possit adiri. Ratio est, qvia populus regnum voluisse creditur, qvam optimo jure deferri; nec qvicqvam ejus refert hæreditas à rege adeatur necne, cum hæreditarium ordinem non ob hoc elegerit, sed ut certi qvid esset, & reverentia conciliaretur ex sangvine: simulq; ex genere & educatione spes esset præclaræ virtutis, & regni possessor

ſor regnum magis curaret animoſiusq; defenderet, ſi id ipſum iis eſſet relicturus, qvos ipſe ob acceptum beneficium, aut ob caritatem maximi faceret.

***

Hæreditatem qvandam) Putavit Innocentius III, talis regni ſucceſſionem amitti ab eo, qvi ultima defuncti mandata non impleverit. c. licet. de voto.

XX. Ubi verò mos ſuccedendi diverſus eſt in allodiis & feudis, ſi regnum non ſit feudale, aut certe primitus non fuerit, etiamſi poſtea Hominium pro eo præſtetur, ſucceditur ex lege, qva in allodiis ſuccedebatur tempore regni inſtituti.

XXI. In iis autem regnis, qvæ primitus data ſunt in feudum, ab eo, qvi plene dominus erat, ſeqvenda erit lex ſucceſſionis feudalis; non ſemper Longobardica illa, qvam præſcriptam habemus, ſed qvæ in gente qvaq; recepta fuit, qvo tempore data eſt prima inveſtitura. Nam Gothi, Vandali, Alemanni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, qvi partes optimas imperii Romani bello occuparunt, ſuas ſinguli leges aut mores de feudis non minus, qvam Langobardi habuerunt.

†††

Gothi (Gothos Germanos fuiſſe etiam adſtruit, Grotii verba allegando, *Dn. Struv. Syntagm. J. Feud. cap. 1. aph. 3. n. 1.* cum *Johann. Loccen. Antiqvit. Sveo-Gothic. lib. 3. c. 7.* Eosdem ſimiliter Germanicas Gentes vocat *Philipp. Cluver. Introduct. Geograph. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Genera, ſubjiciens, Germanorum qvinqve à Plinio traduntur, Vindili, Ingævones, Iſtævones, Herminones, & Peucini, qvi & Baſtarnæ. Vindili etiam Vinili & Vandili, Vandali, Vandalii & Vanduli Romanis Scriptoribus ſimul & Græcis dicti ſunt. Horum nationes fuere Gothones, qvi & Gotones, Gutones, Cutthones ac Gythones, Gothi & Gotthi auctoribus dicuntur; nunc Caſſubiæ pars ad Viſtulæ infimam partem, qvæ propriè Pomerellia nunc dicitur. &c. *add. ejusd. lib. 3. cap. 33. n. 5.* Diſſentit ab his, & Gothos Germanos fuiſſe negat *Hubert. Giphan. de Jur. Feud. cap. 2. num. 1.* ſed rationes non adjicit, alibi ſe eas propoſuiſſe innuens. Idcirco & nos, ſi fortè occurrant, alibi eas examinabimus.

XXII. Freqvens autem in regnis eſt alia qvædam ſucceſſio, non hæreditaria, ſed qvæ * linealis † dicitur; in qva obſervari ſolet non jus illud ſubitionis in locum, qvæ repræſentatio dicitur, ſed jus transmittendi futuram ſucceſſionem, qvaſi delatam, lege ſcilicet ex ſpe, qvæ nihil ex ſe & naturaliter operatur, jus qvoddam verum excitante. Qvale ſcilicet jus eſt * in his, qvæ ex ſtipulatione conditionata debentur: ita ut hoc ipſum jus in poſteros ex primo rege venientes neceſſario tranſeat, ſed ordine certo, ut primum vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus, tam qvi vivunt, qvam qvi mortui ſunt: tum verò inter vivos & mortuos ratio haheatur ſexus primum, deinde ætatis: Mortuorum autem jus ſi prævaleat, tranſeat ad eos, qvi ab ipſis deſcendunt, pari rurſum inter pares prærogativa ſexus, ac deinceps ætatis, ſalvaqve ſemper transmiſſione mortuorum in vivos, vivorum in mortuos.. Si liberi ejus deſint, venitur ad alios, qvi proximi ſunt, aut ſi viverent eſſent

† Cognatica. h. c. §. XXX. n. 1. in fin.

§. Sub conditione. 4. Inſt. de V. Oblig.

simili transmissione & inter partes in eadem linea observato discrimnie sexus & ætatis, ita ut ob sexum & ætatem nunqvam transeatur de linea in lineam. Cui consequens est, ut filia ex filio præferatur filio ex filia, & filia ex fratre filio ex sorore, item filius majoris fratris fratri minori, atqve ita in ceteris. Hæc est successio regni Castellæ, ad cujus exemplum etiam majoratus jura in eo regno constituta sunt.

Covarr. t. 2. pract. q. 1. 38. num. 5. Molin. de Primogen. Hisp. l. 2.

***

Linealis) Vide Cardinalem Tuschum pract. concl. 88. verbo regni successio: Guilielmum de Montisferrato de successionibus regum, qvi liber est in Oceano juris. Peregrinum de jure fisci lib. I, tit. II, n. 44, & lib. V, tit. I. n. 109. Vide exempla talis successionis in Norvagico regno apud eruditissimum summæq; diligentiæ virum Johannem Pontanum historiæ Danicæ libro IX. consvetudinibus Normanniæ de propinqvioritate hæredum, Johannem Serranum in Ludovico Grosso super controversia Bononiensi. Argentræus historia Britannica libro VI, c. 4. *In successionibus liberi primogeniti, sive sint masculi aut femellæ, & similiter liberi secundogenitorum, si primogeniti absq; liberis ex proprio corpore decesserint, in successione feudorum jure primogenituræ repræsentant personas patrum suorum, & veniunt ad talia jura successionum & primogenituræ, sicut eorum patres, si viverent eorum patruos, avunculos excludendo, secundum generalem & notoriam consvetudinem, tam in successionibus per rectam lineam, qvam à latere obvenientibus: & de usu & consvetudine antedictâ filia succedit in feudis, sive sint Ducatus, Comitatus, Perriæ, aut Baroniæ, qvantumcunqve magni & nobiles, & qvod ita evenerat in Comitatibus Artesii, Cambaniæ, Tolosæ, & Britanniæ.* Talis ordo succedendi præscriptus Marchæ Mantuanæ ab Imperatore Sigismundo anno cIↃ CCCC XXXII. Et à Carolo Qvinto Imperatore, & Rege Hispaniæ Philippo II. in regnis suis ac principatibus. annis cIↃ Ic LIV, & cIↃ IↃ XCIV.

In his, qvæ ex stipulatione conditionata debentur) Item in legatis, qvorum dies cessit, non venit.

2. Successionis autem hujus linealis argumentum, si lex & exempla desint, sumi poterit ex ordine, qvi in publicis cœtibus servatur. Nam si in eo ratio habeatur linearum, id signum erit spem à lege in jus animatam, ita ut à morientibus in superstites transeat. Hæc autem est successio linealis cognatica, in qva feminæ & feminis nati non excluduntur, sed postponuntur in eadem linea, ita, ut etiam regressus ad eas sit, si propiores aut pares cetera mares, aut ex maribus defecerint. Fundamentum autem hujus successionis, qvatenus ab hæreditaria differt, est spes populorum de optima educatione eorum, qvi spem regni habent justissimam; qvales sunt, qvorum parentes, si viverent, essent successuri.

§. XXX. n. 3. h. c.

XXIII. Est & alia linealis successio agnatica, duntaxat marium ex mari-

maribus; qvæ ex nobilissimi regni exemplo * successio juris Francici vulgo appellatur. Hæc qvatenus à cognatica differt, in hoc maximè introducta est, ne per feminarum matrimonia ad peregrinum sangvinem imperium deveniret. In utraqve autem lineali successione in infinitum admittuntur etiam, qvi ab ultimo possessore remotissimo gradu distant, dum à primo rege descendunt. Est & * ubi deficiente agnatica substituitur successio cognatica.

***

Successio juris Francici) Vetus Testimonium moris hujus Francici habes apud Agathiam libro II. Eadem fuit successio in Davidis stirpe post Solomonem vide II. Paralip. XX, 3.

Ubi deficiente agnatica substituitur successio cognatica) Ut in Provincia Narbonensi. Vide Serranum Carolo IIX. Ex tali credo lege Theudericho sine liberis functo sororis filius Athalaricus successit. Videtur & in Arragonia id olim valuisse.

XXIV. * Possunt & alii successionum modi introduci, aut populi voluntate, aut etiam ejus, qvi regnum ita in patrimonio habet, ut alienare possit. Licet enim exempli causa constituere, * ut qvi sibi qvoqve tempore futuri sunt proximi succedant in regnum, † sicut apud Numidas olim, puto tali ex causa, fratres liberis ultimi possessoris præferebantur. Idem in Arabia Felice usurpatum olim fuisse ex Strabone colligo. De Taurica Chersoneso idem recentiores prodidere: Nec ita dudum est, cum * apud Afros, Maroci & Fessæ reges idem est factitatum. Atqve hoc in dubium observandum in fideicommisso, qvod familiæ relinqvitur, verior est sententia, Romanis qvoqve legibus congruens, qvanqvam eas interpretes alio detorqvent. His bene cognitis facile erit respondere ad controversias de regnorum jure, qvæ ob differentes Jurisconsultorum sententias difficillimæ putantur.

Livius Libr. XXIX. c. 29. † h. c. §. XXX. Lib. XVII. Lib. XVI. L. Omnia. 32. §. in fideicommissio. 6. D. de Leg. 2. Covar. 2. Pract. qvæ. c. 38. Molin. d. l. c. 6. n. 4.

***

Possunt & alii successionum modi introduci) Apud Æthiopes *olim regibus succedebant sororum filii*, narrante Nicolao Damasceno. Idem apud Pictos usurpatum, semperqve successisse cognatos per feminas notat Beda. Tacitus de Germanis †: *Sororum filiis, idem apud avunculum qvi apud patrem honor. Qvidam sanctiorem arctioremqve hunc nexum sangvinis arbitrantur.* Apud Indos qvosdam idem fieri docet nos Osorius & alii.

† c. XX. §. 5.

Ut qvi sibi qvoqve tempore futuri sunt proximi) Id in Africa obtinuit ex Gizerichi testamento. Procopius Vandalicorum primo: χρόνον δὲ ὀλίγον Γιζέριχος ἐπιβιοὺς ἐτελεύτα πόῤῥω που ἤδη ἡλικίας ἥκων, διαθήκας διατιθέμενος, ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ βανδίλοις ἐπέσκηψε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀεὶ βανδίλων εἰς τοῦτον ἰέναι, ὃς ἂν ἐκ γόνου ἄῤῥενος αὐτῷ Γιζερίχῳ κατὰ γένος προσήκων, πρῶτος ὢν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ ξυγγενῶν τὴν ἡλικίαν τύχοι. *Aliqvanto post*

tempore Gizerichus obiit, multa jam ætate, facto testamento, quo tum multa alia præceperat Vandalis, tum regnum Vandalicum semper venire voluit ad eum, qui per lineam masculinam ipsi Gizerichogenere proximus, & inter proximos maximus, esse ætate. Jornandes: *Gizerichus, din regnans, ante obitum suorum filiorum agmine accito ordinavit, ne inter ipsos de regni ambitione esset dissensio, sed ordine quisq; & gradu suo aliis superveniret, id est seniori suo filio fieret sequens successor, & rursus ei posterior ejus.* Victor Uticensis lib. II. *Cui secundum constitutionem Gizerichi regis, eo quod major omnibus esset, regnum inter nepotes potissimum debebatur.* Hic semper spectator non possessor ultimus, sed primus regni acqvisitor, qvod succedendi genus ex ipsane Africa sumserit Gizerichus, ubi id valuisse in textu ostendimus, an verò à qvibusdam Septentrionis nostri populi, dubitari potest. Nam & apud Langobardos Vaaci regi filios relinqventi non aliqvis filiorum succedere debebat, sed ejusdem generis Risiulphus; testis Procopius Gotthicorum III. Et in Hungariæ regnum mortuo Jatra non liberis ejus, sed fratri jus fuisse narrat Nicetas Choniates de rebus Manuelis libro IV. Nescio an eodem pertineat recepta apud Patzinacitas successio, sed obscurius proposita à Constantino Porphyrogenneto de Administratione Imperii c. XXXVII. In Dania idem observatum tradit Crantzius Danicorum IV. & Svedicorum V. Etiam Albæ succesit Æneæ non Iulus Ascanio majore filio Æneæ natus, sed alter filius Æneæ Silvius.

Apud Afros Maroci & Fessæ reges) Livius de Masinissa: l. 29. c. 29. *Militante eo pro Carthaginensibus in Hispania, pater ejus moritur*: (*Gala nomen erat:*) *regnum ad fratrem regis Desalcem (mos ita apud Numidas est) pervenit.* de Mauritania omni vide Marianam libro XXIX. Hinc sumto exemplo etiam apud Saracenos, qvi ex Africa in Hispaniam venerant, fratres prælati filiis ad tempora Abderamenis; Rodericus Toletanus Historiæ Arabum c. 6. Thuanus historiarum libro LXV. in cIↃ IↃ LXXIIX. de Hamete: *Qvippe patris testamento ad regnum ordine post fratres vocatus, exclusis illorum filiis.* Idem succedendi genus valuisse & in Mexicano & in Peruano regno ex historiis illorum locorum observo.

†††

Olim Regibus succedebant sororum filii) Idem qvoq; de aliis successionibus inter privatos apud incolas Provinciæ Fetu in Africâ usu receptum esse, ut sc. non liberi parentibus, sed, iisdem potius matris frater vel sororis filii succedant, testatur *Vvilh. Joh. Müller in Descr. cit. Provinc. p. 5. c. 5. pag.* 286. qvamvis rationes illorum non probemus à priori, qvod sc. hi successores certò ex sangvine ipsorum sint, qvæ verò ex propriis uxoribus susceptí existunt, propter metum adulterii difficilioris probationis esse dicantur.

XXV. Primum qværitur, an filius à patre exheredari possit, ut ne in regnum succedat. In qvo distingvenda sunt regna alienabilia, id est, patrimonialia à non alienabilibus. Nam in alienabilibus dubium non est, qvin exheredatio procedat, cum à bonis aliis nihil differant: atqve ideo, qvæ legi-

L. I. c. III. §. XI. & seqq., L. 88. Lucius Titius §. 6.

bus

bus aut moribus obtinent de exheredatione, hic qvoqve habebunt locum: & si nullæ proferantur leges aut mores, tamen naturaliter *licita erit exheredatio usqve ad alimenta,† aut etiam sine ea exceptione, si crimen morte dignum filius admiserit, aut alioqvi graviter peccaverit, & sit, unde ali possit. Sic Ruben à Jacobo ob culpam privatus est jure primi nati. Adonia regno * à Davide. Imo etiam pro tacite exheredato habebitur, qvi grave crimen commiserit in patrem, si nulla sunt condonatæ culpæ indicia. Sed in non alienabilibus, qvanqvam hereditariis, idem non procedet, qvia populus viam qvidem elegit hereditariam, * sed hereditariam ab intestato. Multo minus procedet exheredatio in lineali successione, ubi, nulla imitatione hereditatis, ex dono populi regnum pervenit ad singulos præscripto ordine.

Lucius Titius. D. de Leg. 2. L. 31. Filio. §. Seja. 2. D. de Adim. Leg. Hostiensis & alii in c. licet. 6. de Voto. † h. c. §. IV. n. 3.

***

Licita erit exheredatio) De tali regno intelligendum, qvod ait Baldus in proœmio Decretalium Gregorii, à rege successorem posse eligi è liberis, qvem velit. Exemplum est etiam in Mexicana historia.

A Davide) Erat enim regnum illud velut patrimoniale Davidi, non qvidem belli jure, sed Dei ipsius dono.

Sed hereditatem ab intestato) Non testamento: non adoptione: Vide de Neapolitano regno Marianam libro XIX. c. 20.

†††

Condonatæ culpæ indicia) Jure Justinianeo recentiori & moribus nostris expresse constare debet de voluntate patris exheredantis, *Vid. Nov. 115. cap. 3.* prævia sufficiente & expressa exheredationis causa: qvæ cuncta, si non concurrant, mitior semper sententia eligenda; ita, ut pater qvidem justo dolore motus filium exheredare potuisset, sed qvoniam executio hujus potestatis ab eodem fuit omissa, præsumi illa, (legibus ea, qvæ facti sunt, non supplentibus) neqvicqvam debet. Atqve hoc in jure qvoqve Gentium, adeoqve inter personas lege positivâ superiores locum obtinere, indubium est.

XXVI. Similis est qvæstio, an abdicari possit regnum, aut jus succedendi in regnum. Et qvin pro se qvisqve abdicare possit non est dubium: an & pro liberis, magis controversum, sed qvod eadem distinctione expediri debet. nam in hereditariis, qvi jus à se abdicat, in liberos nihil potest transferre at in lineali successione patris factum nocere non potest liberis natis, qvia simul atqve existere cœperunt jus proprium eis qvæsitum est ex lege: sed nec nascituris, qvia impedire non potest, qvin ad illos qvoqve suo tempore jus pertineat ex populi dono. Neqve obstat de transmissione, qvod diximus. est enim ea transmissio necessaria, non voluntaria, ad parentes qvod attinet. Illud interest inter natos & nascituros, qvod nascituris nondum qvæsitum sit jus, atqve ideo auferri iis possit populi voluntate, si etiam parentes, qvorum interest, jus ad filios transire, jus illud remiserint: qvo pertinent ea, qvæ de derelictione supra diximus.

XXVII. 1. Solet & hoc qværi, an de successione regni judicare possit aut rex

rex qvi nunc regnat, aut populus per se aut per judices datos. Negandum utrumq; est de judicio jurisdictionis. Nam jurisdictio non est nisi apud superiorem, non nuda ratione habita personæ, sed causæ simul, qvæ spectanda est cum suis circumstantiis. Est autem * causa successionis non subjecta regi nunc regnanti: qvod inde apparet, qvod rex nunc regnans nulla lege obligare potest successorem. Successio enim imperii, non est sub jure imperii, ac proinde mansit in statu naturali, qvo nulla erat jurisdictio.

***

Causa successionis non subjecta regi) De Galliæ regno vide Thuanum libro CV. anno cIↃ IↃ XCIII. vide & Guicciardinum.

2. Attamen si controversi juris sit successio, recte & pie facient, qvi jus vindicant, si de arbitris inter se conveniant; qvod alibi (*a*) tractabitur. Populus vero omnem à se jurisdictionem in regem & regiam familiam transfulit, nec, ea durante, ullas ejus habet reliqvias. De vero regno loqvor, non (*b*) de principatu. Attamen si de primæva populi voluntate qvæstio incidat, * non abs re erit, populum qvi nunc est, qviqve idem cum eo, qvi olim fuit, censetur, suum super ea re sensum exprimere, qvi sequendus erit, nisi satis certo constet olim aliam fuisse populi voluntatem, & ex ea jus qvæsitum. Sic Euphaes Rex Messeniis permisit dispicere, qvem ex regali Epytidarum genere regnare oporteret: & de Xerxis & Artobazanis controversia populus cognovit.

(*a*) L. 2. c. 23. §. 8. n. 1. L. 3. c. 20. §. 46. n. 1.

(*b*) L. I. c. III. §. 8. n. 1. §. X. n. 1. & seqq.

Paus. l. IV. Just. l. II. c. 1. Plut. de Amor. frat. Herom. Ill. q. 2. Tir. de Primog. qv. 31.

***

Non abs re erit populum) Sive in conventu Ordinum, ut factum in Anglia & Scotia, teste Camdeno in annis cIↃ IↃ LXXI. & LXXII. sive per delegatos ad id negotium, ut factum in Arragonia teste Mariana libro XX.

XXIIX. Ut ad alia veniamus, filium, qvi ante regni adeptionem natus est, in regno individuo præferendum ei, qvi in regia fortuna natus est, in qvavis successionis specie verum est. Nam in regno dividuo haud dubie partem feret, ut in bonis ceteris, in qvibus nunqvam distingvitur qvo tempore sint qvæsita. Qvi autem partem ferret in dividuo, & in individuo ætatis privilegio præfertur: qvare & feudum sequitur filium, qvi ante primam vestituram natus est. Sed & in lineali successione simul atqve regnum qvæsitum est, spes aliqva parta est liberis ante natis: nam fac alios postea natos non esse, nemo prius natos excludendos dixerit. In hoc autem genere successionis spes semel parta jus facit, nec ex post facto cessat, nisi qvod ex sexus privilegio suspenditur in cognatica successione. † Obtinuit hæc, qvam diximus, sententia in Perside inter Cyrum * & Arsicam, in Judæa inter Antipatrum Herodis magni filium & ejus fratres; in Hungaria cum Geisa regnum adiit; & in Germania, non sine armis tamen, * inter Ottonem primum & Henricum.

† h. c. §. 22.

Et

***

Et Arſicam) Cui nomen factum Artaxerxi Mnemoni. Vide Plutarchum Artaxerxe.

Inter Ottonem primum & Henricum) Vide hac de re Sigebertum, & nota ad librum III. Withikindi. Bajazetes & Gemes inter ſe de Turcico regno certarunt, major natu Bajazetes, at Gemes natus imperanti. prævaluit Bajazetes. Mariana libro XXIV. Conſtantinus Ducas imperium reliqvit filiis, qvorum duo privato erant geniti, tertius πορφυρογέννητος. Zonaras. Vide Corſetum tract. de Polo regali, III. parte, qvæſtione 26.

†††

Præferendum est) *add. l. 5. D. de Senator. Rumelin. ad A. B. Carol. IV. p. 1. D. 6. th. 5 ibique plur. Dd. alleg. Herm. c. 14. §. 11.* & in ſpecie qvoad exemplum Ottonis atqve Heinrici *Dittmarorum lib. 1. Chron. Cluver. in Vit. Ottonu, p. 395.*

XXIX. Qvod autem Spartæ aliter factum legimus, ex lege propria eſt ejus populi, qvæ ob educationem magis accuratam natos in regno præferebat. Idem accidere poterit ex peculiari lege veſtituræ primævæ, ſi imperium detur in feudum vaſallo & ex eo naſcituris: qvo argumento nixus videtur fuiſſe Ludovicus adverſus Galeatium fratrem in controverſia ducatus Mediolanenſis. Nam * in Perſide Xerxes, qvi contra fratrem Artabazanem obtinuit regnum, ut Herodotus notat, potentia Atoſſæ matris magis qvam jure valuit. Atqve in eadem Perſide cum eadem poſtea controverſia nata eſſet, ut jam attigimus, inter Artaxerxem Mnemona & Cyrum Darii & Pariſatidis filios, Artaxerxes ut natu major, qvanqvam in privata fortuna genitus, rex dictus eſt.

***

In Perſide Xerxes) Imo & Xerxi ſocius regni factus Artaxerxes, non autem Darius & Hyſtaſpes, majores, ſed ante adeptum imperium geniti. At forte verum eſt regnum Perſidis pependiſſe à populi ſuffragiis, ſed inter gentem regiam concluſis. Nam id de Arſacidis, qvi Parthi Perſis imperavere, tradidit Ammianus libro XXIII. & de Perſis, qvi iisdem Parthis ſucceſſere, Zonaras in Juſtino.

XXX. 1. Non minus agitatum etiam bellis & pugnis ſingularibus, * an nepos ex filio priore filio poſteriori ſit præferendus. Sed hoc in lineali ſucceſſione difficultatem nullam habet: ibi enim mortui pro vivis habentur in hoc, ut in liberos transmittant: qvare in tali ſucceſſione ſine ullo ætatis reſpectu præferetur filius, imo in cognaticis regnis & filia primo nati: qvia nec ætas nec ſexus efficiunt, ut deſeratur linea. At in hæreditariis dividuis concurrent ad partes, niſi in iſtis regionibus, ubi ſubitio in locum non obſervatur, ut olim in Germania apud populos plerosqi: ſero enim nepotes admiſſi ſunt cum filiis ad hæreditatem. At in dubio credendum potius eſt, locum eſſe vicariæ iſti ſucceſſioni, qvia natura ei favet, ut ſupra † diximus. Hot. III. q. 3. Tiraq. de Prim. q. 30. Molin. de Prim. L. III. cap. 6. †§. VI. & XXI.

***

An nepos ex filio priore, filio posteriori sit præferendus) Vide Chopinum de Domanio lib. II. Thomam Grammaticum decisione Neapolitana I. Johannem de Cirier de primogenitura, qvi liber insertus est in Oceanum juris. Marianam libro XX. & libro XXVI. Cromerum libro XXX.

Ut olim in Germania) Vide qvæ supra notavimus ad §. XI. Ea de causa olim in Palatinatu prælatus Rupertus minor Ruperto alteri venienti ex primogenito. Vide apud Reinkingium lib. 1. classe IV, c. XVII, n. 35.

†††

Prælatus Rupertus minor) Defendunt hoc *Coler. de J. Imp. Germ. th. 53. Struv. Inst. Jur. Pub. lib. 2. c. 27.* contradicunt *Engelbrecht de Success. in Elect. §. 80. Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. cap. 4. §. 20.* & plures *ap. Rumelin. l. c. th. 4. ibiqve Myler. in not.*

Wittich. Sax. hist. II. Mölin. de prim. l. III. c. 8.

2. Qvod si aperte jure civili regionis introducta sit subitio in locum mortui parentis, locum habebit etiamsi in aliqva lege proximi fiat mentio. Rationes, qvæ ex legibus Romanis adferuntur ad hanc rem, minus firmæ sunt: qvod apparebit leges ipsas inspicienti. Sed hæc ratio optima est, qvod in materia favorabili dictionum significatio extendenda est ad omnem proprietatem, non vulgarem tantum, sed & artificialem, ita ut sub nomine filiorum comprehendantur adoptivi, & sub nomine mortis mors civilis, qvia leges ita loqvi consveverunt. Qvare merito proximi nomine veniet is, qvem lex in proximum gradum perducit. In regnis vero hereditariis individuis, ubi subitio in locum exclusa non est, neqve semper nepos, neqve semper filius secundo genitus præferuntur, sed ut inter pares, qvippe juris effectu qvoad gradus adæqvatos, potior erit is, qvi ætate præcedit: nam in ætatis privilegium non succedi in regnis hæreditariis supra †† diximus. Apud Corinthios succedebat ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων, ex liberis defuncti regis is, qvi natu esset maximus, ut ex Diodori Siculi libro sexto exscripsit Georgius Monachus. Sic & apud Vandalos, cauto, ut hæres esset, qvi sangvine proximus & maximus esset natu, * prælatus filius secundus † natu major filii primi filio. Sic in Sicilia Robertus prælatus est Martelli fratris majoris filio, non ea proprie ratione, qvam excogitavit Bartolus, qvod feudum esset Sicilia, sed qvod regnum esset hæreditarium.

†† h. c. §. 12. & seq. Procop. bell. Vandal. III. Contr. Vicerig. vita Hen. VII. †. h. c. §. 24. ibiqve annot.

***

Prælatus filius secundus natu major filii primi filio) Heinricus Genzonis filius Gundemundo. de tali successione.

Aymo. lib. III. c. 62. †§. 23. h. c.

3. Exstat similis successionis vetus in Francorum regno exemplum in Guntrano, sed id ex electione potius populi contigit, qvæ eo tempore nondum plane defierat. At postqvam sine ulla electione linealis agnatica † successio introducta est, res caret controversia. ut olim apud Spartanos, ubi ad Heraclidas regno delato similis exstitit successio linealis agnatica. Ideo Areus

Areus ex fratre majore Cleonymo natus patruo ſuo Cleonymo antepoſitus eſt. Sed & in cognatica lineali ſucceſſione præferetur nepos: ut in Anglia * Joannes Eduardi nepos ex primogenito ejusdem Eduardi filiis Hemoni & Thomæ: qvod & in Caſtellæ regno lege cautum eſt. Plut. Lyc. Juſt. hiſt. III. Pauſ. III.

***

Johannes Eduardi nepos) Vide Serranum Carolo Sapiente: & Marianam libro XIIX. qvi ab Eduardi filiis ne controverſiam qvidem motam ait. idem Mariana cum libro XIV. egiſſet de controverſia inter Alfonſi filium & nepotem ex filio, à conventu ait pro Sanctio filio pronuntiatum, incertum jure an injuria.

XXXI. Pari diſtinctione reſpondendum eſt ad qvæſtionem inter fratrem ſuperſtitem ultimi regis, & fratris majoris filium, niſi qvod ſciendum eſt multis in locis inter liberos ſucceſſionem in gradum mortui eſſe receptam, ubi recepta non ſit in limite transverſo. Sed ubi jus non eſt manifeſtum, * in partem eam, qvæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt, qvia eo nos ducit æqvitas naturalis, in bonis nempe avitis. Nec obſtat, qvod hoc jus in fratrum filiis ἀρχαῖον vocat Juſtinianus: id enim facit non ratione habita æqvitatis naturalis, ſed juris antiqvi Romanorum. Percurramus alias qvæſtiones, qvas profert Emanuel Coſta. Nov. 118. c. 3.

***

In partem eam, qvæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt) Vide de Joanne & Arto Serranum in Philippo Auguſto. idem in Britannia Armorica pro lineali ſucceſſione judicatum narrat in Philippo Valeſio & Carolo IIX.

XXXII. Defuncti fratris filium, aut etiam filiam, patruo regis præferri ait: recte, non in lineali tantum ſucceſſione, ſed & in hereditaria, in regnis, ubi ſubitio in locum mortui obſervatur: non item in regnis, qvæ verbis præciſis gradum naturalem ſpectant: in his enim vincet, qvi ſexu aut ætate erit potior. arg. L. Tutela. 3 §. ſed ſi 5. & ſeq. D. de Leg. tutorib.

XXXIII. Addit, nepotem ex filio filiæ præferri: recte, ob ſexum ſcilicet: cum hac exceptione, niſi qvæſtio ſit in ea regione, qvæ etiam inter liberos gradum ſolum ſpectet.

XXXIV. Adjicit, minorem nepotem ex filio præferri nepoti majori ex filia; * qvod in lineali cognatica ſucceſſione verum eſt, in hæreditaria non item, niſi lex ſpecialis oſtendatur. Nec ratio allegata ſufficit, qvia pater hujus illius matrem fuerat excluſurus: id enim evenisſet ob præſtantiam mere perſonalem, qvæ non tranſit.

***

Qvod in lineali ſucceſſione verum eſt) Idqve in Luſitania probat Mariana libro XXVI. Tamen contra id Emanuelem ait Imperatori Maximiliano prælatum, gentis ſtudiis. Sic idem libro XII. qvod in Caſtellæ regno Ferdi-

nandus filius Berengariæ, fororis minoris defuncti regis Henrici, prælatus est Blancæ, fororis majori ejusdem regis, Galliæ odio factum ait, in qvam Blanca innupserat.

XXXV. Qvod addit verisimilius sibi videri, ne neptis ex filio primogenito filium excludat, in regnis hæreditariis recipi non potest, etiam admissa in vicem mortui subitione: ea enim efficit, ut capax sit successionis: sed inter capaces valere debet sexus ptivilegium.

† Pasa. l. VI. hist. Pont. cap. 29. Mill. c. 1. col. 1. n. 20. de natura succed. Aguier. Apol. n. 22.

XXXVI. † Atqve ideo * in Arragoniæ regno filius fororis filiæ fratris prælatus est.

* * *

In Arragoniæ regno) Olim ibi creditum, ait Marina, fratrem regis non filias debere succedere. Postea vero linealem successionem ita placuisse, ut fororis filius iis, qvi ex fratre, sed remotiore gradu veniebant, præferretur: libris XV, 13. XIX, 21. XX, 2. & 8. Idem libro XXIV, de Alfonso agens: *Ad Arragonii regni hæreditatem nepotes Ferdinandi filiis ex filia etiam, si masculæ proles decesset, filiabus ejusdem præferendos sanxit*: additqve: *Sic sæpe ad regum arbitrium jura regnandi commutantur.* Vide eundem Marianam libro XXVII, 3.

XXXVII. Eundemqve ad modum in regnis hæreditariis postponenda erit filia fratris maximi natu, fratri regis natu minori.

CAPUT IIX.

De acqvisitionibus, qvæ vulgo dicuntur juris Gentium.

I. Multa dici juris gentium, qvæ, si proprie loqvamur, talia non sint.

II. Pisces & feras stagnis aut vivariis inclusas in dominio esse jure naturali, contra qvam jure Romano proditū est.

III. Feras, si aufugerint, non desinere eorum esse, qvi ceperant, si rectè agnosci possint.

IV. Possessio, an per instrumenta acqviratur, & qvomodo.

V. Ut feræ regum sint, non esse contra jus Gentium.

VI. Rerum aliarum hero carentium qvomodo acqviratur possessio.

VII. Thesaurus cui cedat naturaliter: & legum circa hoc varietas.

IIX. Qvæ jure Romano de Insulis & alluvionibus sunt prodita, nec naturalia esse, nec juris Gentium.

IX. Naturaliter insulam in flumine & alveum exsiccatum ejus esse, cujus est flumen, aut pars fluminis, ad est populi.

X. Inundatione naturaliter dominium agri non amitti.

XI. Alluviones qvoq; in dubio esse populi.

XII. Sed concessas videri his, qvorum agri alium finem qvam flumen non habent:

XIII. Idem censendum de relicta ripa & siccata alvei parte.

XIV. Qvid pro alluvione, qvid pro insula habendum.

XV. Qvando

XV. Quando vasallis cedant alluviones.
XVI. Solvuntur argumenta, quibus Romani jus suum, quasi naturale, defendunt.
XVII. Via naturaliter alluvionem impedit.
XIIX. Naturale non esse, ut partus solum ventrem sequatur.
XIX. Naturaliter ut confusione, ita specificatione ex materia aliena rem fieri communem:
XX. Etiam si materia mala fide attrectata sit.
XXI. Naturale non esse, ut per prævalentiam res minor potiori cedat, ubi & alii Romanorum Jurisprudentium errores notantur.
XXII. Naturaliter ex plantatione, insitione, ædificatione in alieno communionem nasci.
XXIII. Possessorem naturaliter fructus suos non facere, sed impendia imputare posse:
XXIV. Etiam qui mala fide possidet.
XXV. Traditionem ad dominii translationem naturaliter non requiri.
XXVI. Usus hactenus dictorum.

I. 1.

PErduxit nos ordo ad acqvisitionem, qvæ fit jure gentium distincto à jure naturali, qvod jus gentium voluntarium supra (a) diximus; talis est ea, qvæ fit belli jure: Sed de hac re rectius infra (b) agemus, ubi belli effectus explicabuntur. Romani Jurisconsulti, ubi de acqvirendo rerum dominio agunt, complures ejus acqvirendi recensent modos, qvos juris gentium vocant: sed si qvis recte advertat, inveniet eos omnes, excepto belli jure, non pertinere ad jus gentium illud, de qvo agimus: sed aut referendos ad jus naturæ, non qvidem merum, sed qvod sequatur introductum † jam dominium, & legem omnem civilem antecedat, * aut ad ipsam legem civilem, non solius populi Romani, sed multarum circa nationum: credo, qvia talis legis sive moris origo à Græcis venerat, qvorum instituta, ut Halicarnassensis & alii notant, Italiæ ac vicini †† populi sequebantur.

(a) c. VII. §. 7.
(b) L. III. c. 6. & seqq.
† L. I. c. 2. §. 1. n. 6.
†† L. I. c. 2. §. V. n. fin.

* * *

Aut ad ipsam legem civilem, non solius populi Romani, sed multarum circa nationum) Qvalis consensus gentium incertis ex causis etiam in aliis moribus ad jus nihil facientibus notatur à Plinio, ut hominem non cremari, priusqvam genito dente, VII. 16 ut Jonum literis uterentur, VII. 57. uti tonsoribus, VII, 59. in horarum observatione, VII. 60. gentibus tribuere qvandam religionem, XI. 45. fulgetra poppysmis adorare, XXIIX, 2.

† L. II. c. III. §. V.

2. Hoc autem non est jus illud gentium proprie † dictum; neqve enim pertinet ad mutuam gentium inter se societatem, sed ad cujusqve populi tranqvillitatem: unde & ab uno populo, aliis inconsultis, mutari potuit, imò & hoc evenire, ut aliis locis atq; temporibus longe alius mos communis, ac proinde jus gentium improprie dictum introduceretur: qvod & revera factum videmus, ex qvo Germanicæ nationes Europam ferme omnem invaserunt.

Sicut enim olim jura Græca, ita tunc Germanica instituta passim recepta, sunt, & nunc etiam vigent. Primus acqvirendi modus, qvi juris gentium à Romanis dicitur, est occupatio eorum, qvæ nullius sunt: qvi modus haud dubie est naturalis, eo qvo †† dixi sensu, introducto jam dominio, & qvamdiu aliud lex nulla constituit. Nam & dominium à lege civili effici potest.

†† L, II. c. III. §. 1. & 4.

†††

Jus illud Gentium propriè dictum) Non opus habemus confugere ad distinctionem Juris Gentium in proprium & improprium, si observentur ea, qvæ diximus *ad l. 2. c. 3. §. 5.* de Jure Gentium publico & privato, qvippe qvod utrumqve *vere & propriè* Jus Gentium vocatur, ac suam originem moribus qvam maximè acceptam refert, tam qvoad regimen status inter gentes publici, qvam qvoad inevitabilem multarum inter se gentium, tametsi privatam, necessitatem.

L. 3. Possideri. §. Item feras. 14. D. de Acq. vel amitt. poss. L, II, c. II, §. IV.

II. Ad hoc caput refertur primum captura ferarum, avium, piscium. Sed hæc omnia qvamdiu nullius dicenda sint, qvæstione non caret. Nerva filius pisces, qvi in piscina sunt possideri à nobis ait, non qvi in stagno; & feras, qvæ in vivario sunt inclusæ, non qvæ silvis circumseptis vagantur. Atqvi pisces non minus stagno privato includuntur, qvam piscina, & feras non minus coërcent silvæ bene circumseptæ, qvam vivaria, qvæ Græci vocant θηριοτροφεῖα: nec alio hæc differunt, qvam qvod altera angustior, altera laxior custodia est. Qvare nostro seculo rectius contraria opinio prævaluit, ut & feræ silvis privatis & pisces stagnis inclusi, ut possideri, ita in dominio esse intelligantur.

†††

Nerva filius) Defendit Nervam *Dn. Tabor. in annot. ad art. 169. Ordin. Crim. Carol. V. th. 6.* Nec facit pro Grotio, qvod in stagnis & silvis circumseptis laxior tantum, in piscinis verò & vivariis strictior custodia ferarum & piscium animadvertatur, interim omnes utrobiqve in dominio constituantur. Ferarum enim & piscium proprietas ab adprehensione incipit, ut rectè notat *Dn. Pufendorff. de Jur. Natur. & Gent. l. 4. c. 6. §. 11.* qvare pisces piscinæ inclusi & feræ vivario, utiqve captæ jam fuerunt; non item pisces, qvi in lacu nostro versantur, aut feræ, qvæ in silvis naturalem libertatem nondum exuerunt, licet fortè ita circumseptæ sint, ut in infinitum vagari neqveant. Aliud enim est feram capere, aliud sepem statuere, ut facilius capi possit. Qvid ergò, si animalia hæc qvocunqve modo capta sterilibus stagnis & silvis circumseptis immittantur, procedit ne tunc Grotii sententia, qvoniam hoc modo, sive laxior sive strictior custodia fuerit, dominium semel qvæsitum non immutatur? Fiuntne tunc stagna piscinæ, aut silvæ vivaria? Respondetur ne sic qvidem; sed bestiæ hæ videntur rursus naturali libertati relictæ, propter difficiliorem earum persecutionem: qvamvis ratione fundi mihi soli jus venandi competat, ita, ut reliqvos arcere à capiendo, non tamen id qvod ceperunt, *arg. §. 12. Inst. de R. D.* per rei vindicationem repetere valeam. Aliter, & certè probabiliter satis Nervam *in cit. l. 3. §. 14. de A. P.* interpretatur *Georg. Frantzk. comment. ad Inst. §. Feræ. 12. n. 8. de R. D.* eum scilicet non loqvi de stagnis & silvis prorsus præclusis, sed ex qvibus adhuc elabendi via est. Interim illa intuitu materiæ aqvaticæ, non statim petenda erit ab influxu, qvippe piscinis sæpius per imbres aut torrentes cum stagno communi; sed potius a defluxu, qvatenus hic adeò feliciter præcaveri neqvit, ut ne cum mole aqvarum pisces de facili, penetrare adeoqve aufugere valeant. Qvare cuilibet liberum relinqvimus

qvimus judicium *de L. 69. de Contr. Empt. l. 12. de acqv. Rer. Dom. L. 24. §. fin. de Aqv. & Aqv. pl. arcend.*

III. Feras ſimul atqve naturalem libertatem recipiunt, noſtras eſſe deſinere ajunt Romani Jurisconſulti: Atqve in rebus omnibus aliis à poſſeſſione qvod incipit dominium, non ideo amiſſa poſſeſſione amittitur; imo jus dat etiam ad repetendam poſſeſſionem. Res autem noſtras alius à nobis auferat, an ipſæ ſeſe, ut ſervus fugitivus, non multum refert. Qvare verius eſt non per ſe amitti dominium, eo qvod feræ cuſtodiam evaſerint, ſed ex probabili conjectura, * qvod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur, præſertim cum internoſci, qvæ noſtræ fuerint ab aliis non poſſint. Sed hæc conjectura per alias conjecturas elidi poteſt; ut ſi addita ſunt feræ * γνωρίσματα, ſive * crepundia, qvalia ſcimus habuiſſe cervos qvosdam & accipitres, atqve inde agnitos & dominis redditos. * Reqviritur autem corporalis qvædam poſſeſſio ad dominium adipiſcendum; atqve ideo vulneraſſe non ſufficit, ut recte contra Trebatium placuit. Hinc proverbium: * *Aliis leporem excitaſti.* Et Ovidio Metamorphoſeôn qvinto † aliud eſt ſcire ubi ſit, aliud reperire.

L. 3. Qvod enim. D. de Acq. dom. §. 1. L. Pompon. 9. 13. D. de Acqpoſſ.

L. Naturalem. 5. D. de Acq. Domin.

† h. c. §. V.

***

Qvod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur) אוש Hebræis id dici notavimus ſupra ad caput IV. §. V.

Γνωρίσματα) Donatus ad Evnuchum IV, 6. monumenta ſunt, qvæ Græci dicunt γνωρίσματα, ſeu ἀναθήματα.

Crepundia) Uſurpat hoc ſenſu hanc vocem Apologetico Apulejus.

Reqviritur autem corporalis qvædam poſſeſſio) Harmenopulus lib. II. tit. I. μὴ ἐπάρωσι γὰρ τὸ θηρίον ἕλκος θανάτιμον ἢ θηρᾷς, εἰ μὴ τάχα ἀράξεται, *non aliter enim dominus feræ fit, qvi vulneravit, niſi & ceperit.*

Aliis leporem excitaſti) Eſt apud Petronium. Ovidius 3. de arte:

Et lepus hic aliis exagitatus erit.

Langobardorum jure, qvi feram ab alio vulneratam occidit aut reperit aufert armum cum ſeptem coſtis. in reliqva is, qvi vulneravit, jus habet, ſed non niſi intra horas XXIV.

†††

Noſtras eſſe deſinere) *Dn. Felden. h. l. pag.* 218. putat, hanc JCtorum traditionem veram eſſe tantum ratione effectus, qvod nimirum furtum non committat, qvi feras has occupat. Contra Eum diſputans *Dn. Struv. in Reſol. LL. obſſ. ad Ex.* 41. *S. J. C. th.* 8. aſſerit, hanc non videri rationem adæqvatam LL. Romanarum: diverſam naturam eſſe objectorum; alias res ſine vi in poteſtate noſtra retineri, non autem feras.

In rebus omnibus aliis) Sed tamen, ut jam dictum, ceterarum rerum dominium firmum & perpetuum eſt, poſtqvam, niſi per alium ſummotæ & occupatæ fuerunt, à nobis non recedunt, qvorum neutrum de feris dici poteſt, de hinc non immerito dominium illarum in poſſeſſione actuali conſiſtere cenſetur *arg. l. 5. pr. ff. de A. R. D. add. Frantzk. ad l. c. Dn. Oſiand p.* 843.

Γνωρίσματα) Nec γνωρισμάτων ſive crepundiorum appenſionem ſufficere ad retinen-

retinendum dominium statuit *Dn. Struv. l. c.* qvia secundum naturam ferarum dominium earum ita se habet, ut non nisi vi & captura acqviri & retineri qveant. Et sane fragile remedium est per crepundia rem retinendi. Nec is, qvi occupat rem naturâ suâ feram, videtur obligatus esse ei, qvi olim fuit dominus, istam rem (cujus difficilior est persecutio, secus est, si spes probabilis recuperandi subest) restituere, cum ipse æqvè jure, qvo alter, per capturam scilicet feræ in naturali libertate versantis, feram habeat. Crepundiorum igitur appensionem cansari tum demum posse reddationem arbitramur, qvando bestiæ per homines mansvefactæ nativam feritatem exuerunt, eaqve propter jure bestiarum cicurum meritò gaudent, *vid. Clarissimum Dn. Pufendorff. l. c. §. 12.*

Vulnerasse non sufficit) Jure Romano: hodiè moribus fera est vulnerantis & persegvi licet, *Dn. Struvch. D. ad P. 6. th. 28. cum Spec. Sax. lib. 2. art. 61. ibiqve Dd.*

L. 55. In laqvcum. D. de Acq. rer. dom.

IV. Sed possessio illa potest acqviri non solis manibus, sed instrumentis, ut decipulis, retibus, laqveis, dum duo adsint: primum, ut ipsa instrumenta sint in nostra potestate, deinde ut fera ita inclusa sit, ut exire inde neqveat. ad qvem modum definienda est qvæstio de apro, qvi in laqveum inciderit.

Host. & alii in c. ... non est. de Decimis Jason. conf. 119.

V. Hæc ergo locum habebunt si lex nulla civilis intervenerit; Valdeenim falluntur recentiores Jurisconsulti, qvi hæc ita putant naturalia, ut mutari neqveant: sunt enim naturalia non simpliciter, sed pro certo rerum statu, id est si aliter cautum non sit. Germaniæ autem populi, cum principibus ac regibus bona qvædam essent assignanda, unde dignitatem suam sustinerent, * sapienter existimarunt, ab illis rebus incipiendum, qvæ sine damno cujusqvam tribui possint, cujusmodi sunt res omnes, qvæ in dominium nullius pervenerunt. Qvo jure usos & Ægyptios video. Nam & ibi regum procurator, qvem ἴδιον λόγον vocabant, vindicabat res ejus generis. Potuit autem lex etiam ante occupationem † harum rerum dominium transferre, cum ad dominium producendum lex sola sufficiat.

Strabo XVII. Covar. in c. peccatum. 5. de R. J. in 6. part. 2. §. 8.

† L. II. c. 3. §. 5.

***

Sapienter existimarunt ab illis rebus incipiendum qvæ sine damno cujusqvam tribui possunt) Sed de vitioso usu hujus juris vide Sarisberiensem Policratico.

VI. Qvo modo feræ, eodem acqviruntur * & alia ἀδέσποτα, id est res hero carentes. Nam & hæ, si naturam solam seqvimur, sunt invenientis & occupantis. Sic Acanthos insula deserta adjudicata est Chalcidensibus, qvi priores intraverant, non Andriis, qvi priores baculum immiserant, qvia possessionis initium est corporis ad corpus adjunctio, qvalis circa res mobiles maxime fit manibus, circa res soli pedibus. Scire ubi res est, non est reperire, ut habemus † apud Ovidium Metam. V.

Plut. qv. Gr. 29.

† h. l. c. 5. III.

***

Et alia ἀδέσποτα) balenæ ejectæ regis sunt in Lusitania. Georgius de Cabedo decis. Lusit. parte II. dec. XLIIX.

†††

Adjudicata est Chalcidensibus) Locus Plutarchi, in margine à Grotio allegatus, dicat,

dicit, Andrios & Chalcidenſes in Thraciam abiiſſe, qvæſituros loca habitationi apta, ibiqve per proditionem cepiſſe urbem Sanam. Poſtea certiores facti, barbaros urbem Achanthum deſeruiſſe, duos eò exploratores miſere perſpecturos, an verè barbari abiiſſent. Hi propius accedentes, cum jam clarè locum deſertum conſpicerent, Chalcidenſis qvidam explorator curſu concito eo contendit, ut poſſeſſionem urbis nomine Chalcidenſium caperet; ſed Andrius, cùm curſu ſuperari ſe videret, jaculum qvod geſtabat, emiſit; & cum id portæ infixum eſſet, exclamavit, ſe pro popularibus ſuis ferro jaculi ſui poſſeſſionem priorem cepiſſe. Controverſiæ inde ortæ arbitri capti Eretrienſes, Samii & Parii. Ubi priores duo pro Chalcidenſibus, Parii pro Andriis pronunciarunt. Qvi irati arbitris juramento ſeſe exſecrati ſunt, qvod nunqvàm ab illis uxores eſſent petituri, neqve ſuas filias illis collocaturi.

VII. Inter ἀδέσποτα ſunt & theſauri, id eſt, pecuniæ, qvarum dominus ignoratur. qvod autem non apparet, pro eo eſt, qvaſi non ſit: qvare & theſauri naturaliter fiunt inventoris, id eſt ejus, qvi loco moverit apprehenderitqve. Neqve tamen id obſtat, qvo minus * legibus aut moribus aliud conſtitui poſſit. Plato magiſtratibus indicium fieri vult, & oraculum conſuli: & Appollonius theſaurum qvaſi Dei beneficium ei adjudicabat, qvi ipſi optimus videbatur. Apud Hebræos receptum, * ut domino agri theſaurus cederet, videtur colligi poſſe ex Chriſti parabola, qvæ extat Matthæi XIII. Idemqve in Syria juris fuiſſe colligo ex hiſtoria, qvæ eſt apud Philoſtratum lib. VI. c. XVI. Romanorum Imperatorum leges valde hac in parte variarunt; qvod partim conſtitutiones oſtendunt, partim * hiſtoriæ * Lampridii, Zonaræ, Cedreni. Germaniæ populi theſauros, ut & alia ἀδέσποτα addixerunt principi: atqve id nunc jus commune eſt, & qvaſi gentium. Nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hiſpania, & in Dania id obſervatur. Qvod, cur injuriæ accuſari non poſſit, ſatis jam diximus.

L. III. D. de Acq. poſſ.

Philoſtr. II. 15.

Th. 2. 2. 66. 5. & ib. Cajet. Cevar. in c. 5. peccatum. de R. J. in 6. p. 3. §. 2. Bart. Tyber. Bapt. Aymus de All. jure. Conan. l. III. jur. civil. c. 5. l. Adeo. 7. D. ne Acq. rer. dom. d. l. Adeo. §. 5. qvod ſi L. 30. Ergo L. Attius ſive Martius. 38. eod. tit.

***

Legibus aut moribus) Bybliorum Lex, *qvod non poſuiſti ne tollas.* Probat id Appollonius apud Philoſtratum.

Ut domino agri theſaurus cederet) id jus etiam Romæ obtinuiſſe videtur Plauti tempore. ait enim Callicles:

Qui emiſſet ejusne eſt ea pecunia?

deinde:

Atq, eum à me lege populi patrium poſceret,
Emtor ædium, theſaurum.

Hiſtoriæ) Vide Tacitum de theſauris in Africa, qvos Nero ſpe devorat, Annalium XVI. vide Philoſtratum de vita Attici, qvem locum Zonaras tranſcripſit in Nerva.

Lampridii) in Adriano & Severo.

In Germania) vide Speculum Saxonicum c. 35. Conſtitutiones in Sicilia Friderici libr. I. tit. LIIX. & CIII. Idem Gotthis mos. Rex Theuderichus apud Caſſiodorum IV, 34. *Non eſt cupiditas eripere, qvæ nullus ſe dominus ingemiſcat*

gemiſcat amiſiſſe. idem VI, 8. *Depoſitiones quoque pecuniæ, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicentur erariis, ut quia ſua cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre. ſine damno quidem inventa perdit, qui propria non amittit.*

†††

Id nunc jus commune) Hinc theſauros ferè totius orbis ad reges & principes pertinere dicunt *Proſp. Farinac. Pr. crim. tit. de Var. & diſq. qu. queſt. q.* 1104. *ruſſell. t. n.* 31. *Henn. Arniſ. de Jur. Maj. l.* 3 *c.* 6. *n.* 23. ubi refert, Richardum II. Regem Angliæ armis inſecutum fuiſſe nobilem quendam ſibi ſubjectum, quod theſaurum in proprio fundo repertum ſibi tradere negaret. Sic & Gothorum Reges theſauros ſibi vindicarunt, *Cujac. l.* 9. *obſ.* 32. Et apud Hiſpanos lege Regia conſtitutum eſt, ut quinta tantum pars inventori relinquatur, reliquæ in fiſcum cogantur. Et portionem ex theſauris ad fiſcum redire, rationes eſſe contendit. *Jacob. Bornit. de arar. l.* 3. *c.* 9. *add. Caſſ. Klock. l.* 2. *de Erar. c.* 16. *n.* 11. *& ſeq. Maxim. Fauſt. ab Aſchaffenburg. conſil. pro erar. cl.* 6. *conſ.* 22. *ordin.* 164. *p. m.* 251. qui hanc confiſcationem exinde licitam eſſe tradunt, quod theſaurus pro derelicto habitus, ſit res nullius; de rebus autem, quæ nullius ſunt, ad ſalutem & utilitatem Reip. Princeps diſponere poteſt. *Matth. Steph. de Jurisd. l.* 2 *p.* 1. *c.* 7. *n.* 444.

IIX. Veniamus ad fluvialia incrementa, de quibus complura erunt Juriſconſultorum veterum reſcripta, * recentiorum etiam integri commentarii. Quæ vero in hoc argumento ab ipſis ſunt tradita, ea magnam partem omnia ſunt ex inſtituto quarundam gentium, neutiquam à naturali jure, quanquam ipſi ſæpe ſua inſtituta eo nomine venditant. Nam plurimæ eorum definitiones hoc fundamento nituntur, quod & ripæ ſint proximos fundos poſſidentium, & ipſi alvei ſimul atque à flumine derelicti ſunt; cui conſequens eſt, ut & inſulæ in flumine natæ ſint eorundem. Tum vero in fluminis inundatione diſtinguunt, † ut levis quidem dominium non auferat, major auferat. ſed ita, ut ſi fluvius uno recedat impetu, poſtliminio fundus, qui merſus fuerat, ad dominum redeat; ſi paulatim, non item: imò proximis poſſeſſoribus accedat, quæ omnia lege potuiſſe introduci, & * utilitate quadam muniendarum riparum defendi, non nego; naturalia eſſe, quod ipſi ſentire videntur, minime concedo.

† L. 23. & ſeq. D. Qui mod. uſ. amitt. h. c. §. X.

* * *

Recentiorum etiam integri commentarii) Johannis Boreo, Antonii Marſæ, Johannis Gryphiandri, præter ea, quorum nomina ſunt in textus margine.

Utilitate quadam muniendarum riparum) vide locum Caſſii apud Urbicum & Boëtium,

Vide ſupra hoc libro, c. III. §. 5. & 19. n. 2.

IX. 1. Nam ſi id, quod plerumque eſt, reſpicimus, * prius populi terras occuparunt, nec imperio tantum, ſed & dominio, quam in privatos agri deſcriberentur. *Fines,* inquit † Seneca, *Athenienſium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* Sic & †† Cicero: *Sunt autem privatæ nulla naturâ; ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, ut qui bello potiti ſunt;*

† De ben. l. VII. c. 4.

†† De Off. l. I.

sunt; aut lege, pactione, conditione, sorte: ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tusculanus Tusculanorum: similisque est privatarum possessionum descriptio. Dion Prusæensis Rhodiaca: πολλὰ δ' ἂν εὕροι, ἃ κοινῇ μὲν ἀπεγράψατο ἡ πόλις, ἰδίᾳ δ' εἰς τοὺς κτ μέρη, ὅλως δ' οὐκ: *multa invenire possunt, quæ universim civitas sua censet, in singulos autem dominos partitim divisa sunt.* Tacit9 de Germaniis c. 24. §. 2. *Agri pro numero cultorum ab universis per vicos* (male vices legitur) *occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.* Quamobrem, quæ primitus à populo sunt occupata neque postmodum distributa, ea censenda sunt propria esse populi: ac sicut in privati juris flumine nata insula, aut derelictus alveus privatorum est, ita in publico utrumque est populi, aut ejus, cui populus dedit.

***

Prius terras populi occuparent) vide quæ supra in textu & notis c. III, §. 19.

†††

Utrumque est populi) Sed tamen dicit *Vinn. ad §. 22. Inst. de rer. div.* (cum quo concordant *Dn. Strub. S. J. C. Ex. 41. th. 29. Verb. perinde ut de alveo. Franzk. ad cit. §. 22. n. 11. arg. l. 30. §. 1. de A. R. D.*) Sciendum est, alveum non simpliciter publicum esse, sed quatenus à flumine tenetur, eoque per flumen populus utitur, nudatum flumine privatum fieri vicinorum: ex præsumta videlicet populi voluntate, *add. Dn. Zigler. in not. ad Grot. b. l. p. 320. Buchh. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 20. th. 1. lit. G.*

2. Quod autem de alveo diximus * idem & de ripa tenendum est, quæ pars est extima alvei, id est quo naturaliter flumen excurrit. Atque ita videmus nunc passim usurpari. In Hollandia & vicinis regionibus, ubi frequentissimæ antiquitus fuerunt hujus generis controversiæ ob depressum solum; magnitudinem amnium, & vicinitatem maris, limum hinc recipientis, illuc revehentis per æstuum vices; semper constitit insulas, quæ vere insulæ essent, esse in patrimonio publico. Nec minus derelictos alveos totos Rheni ac Mosæ, quod sæpius judicatum est: & ratione optima nititur.

***

Idem & de ripa tenendum est) Sic in Gallia obtinet. Sanctiondes Faux & Foreste lib. II. c. I,

†††

Esse in patrimonio publico) Consentit *Vinn. l. c. n. 7.* Idem de Electoratu Saxoniæ attestatur *Carpzov. in Jurisp. Foren. P. 3. Const. 31. def. 13.* in specie de Insulis Electoratus in Mulda flumine natis *Hesp. lib. 2. quæst. fin. n. 39.* de insulis Rhodani per arrestum Tholosanum Galliarum regi adjudicatis *Bapt. Sym. l. 2. de Alluv. c. 7. n. 7.* & in genere de aliis in Gallia *Christin. 4. decis. Belg. 86. n. 6.* de Insulis Lusitaniæ *Molin. de Just. & Jur. Tr. 2. d. 27. n. 4.* plura videantur apud *Joh. Gryphiander. de insul. cap. 11. n. 80. & seq.*

3. Nam & ipsi Romani Jurisconsulti concedunt, insulam * quæ in flumine natat, puta virgultis sustentata, esse publicam; quia cujus juris sit flumen, ejus esse debeat & insula in flumine nata. Atqui alvei & fluminis eadem est ratio, non ea tantum ex parte, quam Romani Jurisconsulti consideraverant,

L. 65. si epistolam. §. 1. & §. ult. de Acquir. Rer. dom. L. 1. §. 7. simili modo. D. de Flum. ne quid in flu. L. 1. §. 6. Si insula. D. de flu.

rant, qvia alveus flumine tegitur, verum alia, qvam ſupra attulimus, qvod hæc ſimul à populo occupata ſunt, nec in privatum dominium tranſierunt: qvare nec illud recipimus ut naturale, qvod ajunt, ſi limitati fuerint agri, inſulam eſſe occupantis. Id enim ita demum habere locum, * ſi flumen ipſum & cum eo alveus à populo occupati non eſſent, ſicut in mari nata inſula fit occupantis.

***

Qvæ in flumine notat.) Deſcriptio natantium inſularum apud Senecam Naturalium III, 25. Plinium majorem lib. II. c. XCVIII. Macrobium I. Saturnalium I. 7. Elegans talium in Vadimone lacu inſularum deſcriptio apud Plinium minorem libr. IIX. c. XV. & Flandricarum in libro lectu digno Chifletii.

Si flumen ipſum & cum eo alveus à populo occupati non eſſent) Siculus Flaccus libro de conditionibus agrorum: *In qvibusdam regionibus fluminis modus aſſignationi ceſſit: in qvibusdam autem tantum ſubſecivus relictus eſt. Aliis autem exceptis, inſcriptumq́, Flumini illi tantum.* de ſubſecivis vide egregia qvæ habet, ut omnia ſunt illius, Salmaſius ad Solinum. de toto hoc argumento fluviorum & fluvialium incrementorum videat, ſi cui vacat, Roſenthalium, de jure Feudorum cap. V. corol. 23. Sixtinum de Regalibus lib. II. c. 3. Cæpollam de ſervitutibus ruſticorum prædiorum, c. 31.

† h. c. §. IIX. L. 12. Lacus. D. de Acq. Rer. dom. L. Vicinus. 24. §. fin. D. de Aqva pl. L. Rutilia Polla. 69. D. de Contr. Empt.

X. 1. Nec magis admittendum eſt illud de graviore † inundatione, ſi naturalem tantum rationem ſeqvimur. Nam ut maxime ſumma pars agri in arenam diſſolvatur, manet tamen ſolida pars fundi inferior; & ut de qvalitate aliqvid mutet, ſubſtantiam non mutat, non magis, qvam pars agri, qvæ à lacu hauritur, cujus jus non mutari Romani recte ſentiunt. Neqve illud naturale eſt, qvod ajunt, * flumina cenſitorum vice fungi, & de publico in privatum, de privato in publicum addicere. Melius Ægyptii, de qvibus hæc ſunt apud Strabonem: *ἐδέησε γὰρ τὴν ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως διὰ τὰς συμπτώσεις τῶν ὁρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργαζόμενος κατὰ πᾶς αὐξήσεις ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ χώματα, καὶ τὰλλα σημεῖα ἀπορρύπτων, οἷς διακρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀναγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν. Opus fuit exacta & ſubtili agrorum diviſione, eo qvod Nilus per incrementa ſua addens, minuens, faciemq́, ac ſigna immutans, confundat terminos, qvibus ſuum atq́, alienum alibi internoſcitur. Ideo & repetenda ſæpe fuit dimenſio.*

***

Flumina cenſitorum vice fungi) de agri menſore Caſſiodorus: *More vaſtiſſimi fluminis aliis ſpatia tollit, aliis jura concedit.*

2. Ab hac ſententia non diſſentit, qvod ipſi Romani auctores tradidere ſunt, qvod noſtrum eſt, noſtrum eſſe non deſinere, niſi facto noſtro, addeaut

aut lege. †† Sub factis autem & non factis comprehendi supra diximus, † qvatenus conjecturam adferunt voluntatis. Qvare hoc damus, si gravissima sit inundatio, neqve alia signa sint; qvæ retinendi dominii animum notent, facile præsumi agrum habitum derelictui: qvæ æstimatio, sicut naturaliter indefinita est ob varietatem circumstantiarum, & viri boni arbitrio permittenda, ita legibus civilibus definiri solet. Sic in Hollandia derelictus habetur ager, qvi per decem annos mersus fuerit, si non aliqva extent signa continuatæ possessionis: qvo in genere receptum apud nos non immerito est, qvod Romani rejiciunt, ut, si aliter neqveat, vel piscando retineri possessio censeatur. Sed solebant Principes tempus præfigere intra qvod veteres agrorum possessores siccare agros deberent: qvi ni id facerent, tum monebantur, qvi in agros jus pignoris habebant, deinde hi, qvi jurisdictionem aut civilem tantum, aut etiam criminalem: qvi si omnes in mora essent, tum eorum jus omne ad Principem deferebatur: atqvis aut ipse agros siccabat, suiqve patrimonii faciebat, aut aliis siccandos dabat retentâ parte.

†† L. 2. c. 14. §. 7.

† L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.

L. Stager. 23. D. Qvibus mod. ususfr. amitt. L. III. c. IX. §. XIII. n. 2

XI. De alluvione, hoc est de adjectione particularum, qvæ à nullo vindicari possunt, qvia unde veniant nescitur, (alioqvi enim naturaliter dominium non mutabunt) certum haberi debet hanc qvoqve esse populi, si modo populus flumen dominio occupaverit, qvod in dubio credendum est; alioqvi occupantis.

L. si qvis nec caulam. 4. §. 2. D. si certum pet. L. Ergo. 30 §. tribus. 2. D. de Acq. Rer. dom. L. adeo. 7 §. præterea 1. eodem tit. L. in agris. 16. D. de Acq. Rerum dom. L. I. §. si insula. 6. D. de Flum. Bald. in c. si qvis de manso. §. I. si de Jure feud. defuncti conc. fuerit. 2. F. 26. 1. Julianus. 13. §. si Titius fundum. 14. D. de Act. Emt. & Vend.

XII. 1. Sed populus ut aliis, ita & proxima prædia possidentibus jus illud concedere potest, & concessisse haud dubie videtur, si agri illi non alium finem ea ex parte, qvam naturalem, id est flumen ipsum, habeant. Qvare non contemnenda est hac in parte Romanorum diligentia, qvi limitatum agrum ab aliis agris distinxerunt, dummodo meminerimus, agrum mensura comprehensum hac in re paris juris esse cum limitato. Nam qvæ de imperiis supra † diximus, cum de eorum occupatione agemus, eadem & in agris privatis obtinent: sed hoc adhibito discrimine, qvod imperia in re dubia credenda sunt esse arcifinia, qvia id territorii naturæ maxime convenit, at agri privati magis est ut arcifinii non credantur, sed aut limitati, aut certa mensura terminati, qvia hoc privatarum possessionum naturæ est congruentius.

† L. II. c. III. §. 4. & seqq.

2. Neqve tamen negamus fieri posse, ut populus agrum assignet eo jure, qvo ipse occupaverat, id est ad flumen usqve, & si id appareat, jus esse alluvionis: qvod in Hollandia ante secula aliqvot judicatum est de agris ad Mosam & Isalam sitis; qvia & in literis mancipationum, & in libris censualibus semper dicti erant ad flumen pertingere. Et tales agri si vendantur, qvamvis in lege emtionis mensura aliqva nominata fuerit, dum tamen vendantur, non ad mensuram sed suo corporis nomine, naturam suam & jus alluvionis retinent, qvod Romanis qvoqve legibus proditum est, & passim usurpatur.

XIII. Qvod de alluvione diximus, id & de relicta ripa & siccata parte alvei censendum est, ut in non occupatis sint ea occupantis: in fluminibus occupatis, populi: privatorum autem ita demum, si à populo, aut jus populi habente, agrum ad flumen excurrentem, qva talem acceperint.

XIV. Sed cum aliud esse jus dixerimus insulæ, aliud vero alluvionis, frequens hinc controversia oritur, utro nomine censendum sit, qvod, cum emineat nonnihil, cum proximis prædiis ita cohæret, ut tamen interjecta planities aqvis superfundatur: qvod passim apud nos ob locorum inæqvalitatem videmus accidere. Mores hic variant. In Gelria prædiis accedit addita occupatione id, qvod plaustro onerato adiri potest: In agro Putteno * id qvo pedes gladium exsertum tenens potest pertingere. Maxime naturale est, ut discretum videatur id, qva majori temporis parte navigio transiri solet.

***

Id qvo pedes gladium exsertum tenens potest pertingere) ex vetustissimo Germanicarum gentium more. Paulus Warnafredi de Authari rege Langobardorum: *Usque ad eam* (columnam in mari) *equo sedens accessit Antharis, eamq; de hastæ suæ cuspide tetigit, dicens, usq; hic erunt Langobardorum fines.* similem historiam habes de lancea, qva in mare jacta Otto Imperator fines imperii freto Baltico designare se dixit, apud Saxonem libro X. & alios.

†††

In Gelria) Repetit hæc *Vinnius I. c. n. 7.*

XV. 1. Nec minus trita usu qvæstio est inter principem, qvi jure populi utitur, & ejus vasallos, qvi imperium summo minus acceperunt. In Imperii sola concessione fluvialia incrementa non inesse satis apertum est. Sed notandum est, horum vasallorum nonnullos cum illo definito imperio simul accepisse agrorum universitatem, salvo eo, qvod privatis competit, puta qvod ager is olim populi aut Principis fuerit, aut à Principe siccatus. Ex hoc casu dubium non est, qvin vasalli jus habeant, qvod populi aut Principis fuit. Ac sic videmus in Zelandia vasallos, etiam qvi de civilibus tantum judices dant, pro tota agrorum universitate tributum pendere: cujus partem à singulis pro privatarum possessionum modo ferunt. Et his de alluvionibus non movetur controversia.

†††

Vasalli jus habeant) *Vid. Molin. l. c. n. 6. p. 253. Joh. de Lugo de Just. & Jur. T. 1. Disp. 6. sect. 13. n. 157. p. m. 168.*

Sunt qvibus flumen ipsum datum est, qvi proinde insulas sive limo aggestas, sive factas, ex alveo qvem amnis circumluit, suas recte dicunt.

2. Sunt alii in qvorum investitura nec hoc nec illud comprehensum est, & horum adversus fiscum mala causa est, nisi aut mos regionis illis faveat, aut longi satis serie temporis possessio, accedentibus qvæ oportet, jus pepererit.

Qvod si non imperium, sed ager in feudum datus sit, videndum, qvæ

sit

sit agri natura, ut supra diximus. Nam is si est arcifinius, alluvio feudo comprehensa censebitur, non ex jure peculiari Principis, sed ex agri qvalitate: nam & usufructuario tali casu alluvio prodesset. L. 9. Item si fundi. §. 4. huic vicino. D. de usufr.

XVI. Solent Romani, ut jus, qvo utuntur, ipsi probent esse naturale, tritum illud pronuntiatum afferre: Secundum naturam est, ut cujusqve rei eum seqvantur commoda, qvem seqvuntur incommoda: qvare cum amnis ab agro meo sæpe partem deterat, æqvum esse, ut ejus beneficio utar. Sed ea regula locum non habet, nisi ubi ex re nostra commoda existunt: at hîc existunt è flumine, qvod alienum est. Qvod autem perit, domino perire, id vero naturale est. Deniq; non esse universale, qvod adferunt, ipsa ostendit admissa ab ipsis agrorum limitatorum exceptio: ut jam omittam, ita plerumq; evenire, ut alios flumen ditet, alios pauperet. Lucanus:

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

†††

Locum non habet) Limitat hanc regulam *Barbos. Thes. Loc. comm. Verb. commodum. L. 3. cap. 31. axiom. 4.* qvod procedat, qvando commodi & incommodi par est ratio, adeoqve utrumqve & commodum & incommodum ex eodem fonte proveniant, atqve insuper persona tam oneris qvàm lucri capax judicatur. Hinc sensus regulæ juxta *Dn. Feldm. h. l. p.* 220. Qvi sentit incommodum ex aliqvâ re, is ex eâ re, qvâ damno afficitur, commodum, si qvod offertur, meritò percipit. Jam verò ex fluvii cursu aliqvando vicinus sentit incommodum illudqve ferre tenetur; Ergò ex eodem fluvio etiam commodum, si forte aliqvod ejusdem beneficio contingit, auferre debet.

XVII. Sed & qvod ajunt, viam publicam non intercedere alluvioni, rationem naturalem nullam habet; nisi ager privatus sit, qvi viam debeat.

†††

Viam publicam) Examinat ex professo & resolvit *l. 38. de A. R. D.* qvam procul dubio Grotius hic taxat, *Bachov. ad Treutl. V. 2. diff. 20. th. 5. let. G. p. m.* 295. Casus ita se habet secundum *Gloss.* Attius (vel Martius secundum *Vulg. & Franc.* prouti qvoqve hunc textum allegavit in *notis* marginalibus ad *§. 8. h. t.* ipse *Grotius*) habebat fundum; ibi juxta publica via erat; tertio ager Titii; qvarto flumen erat; qvinto fundus cujusdam innominati. Crevit flumen, & inundavit occupavitqve agrum Titii, & insimul viam publicam, & sic accrevit innominato. Tandem post recessit aqva, & rediit in antiqvum alveum: qværitur qvid juris? dicitur qvod ager qvondam Titii accrescat Attio, non obstante, qvod via sit in medio: via autem cùm sit publica, nemini adcrescit. Ex qvo constat, licet via interjaceat, nihilominus alveum desertum à flumine ei acqviri, qvi prope viam prædia habet: qvoniam (juxta *est. Bachov.* qvi contra *Hottoman. 6. obs. 1.* idco qvod fluminis occupationem & ejusdem ad priorem alveum regressum *in l. 30. §. 3. ff. h. t.* inter se confundat, disparat,) & ipsa via pars fundi esset, videlicet initio ex privatorum possessionibus decisa, ut proinde vicinis ea, qvæ trans viam desituuntur, acqviri æqvum sit, *adde §. 23. Inst. l. 7. §. 3. ff. h. t.* Initare qvis posset cum Grotio, agrum formam pristinam cessante flumine recepisse; Ergò æqvum itidem esse, ut ille Titio restituatur. Respondemus formam pristinam adesse qvidem posse, qvæ tamen ex materia & terra agri pristina non est, sed ex nova qvadam, qvæ per cursum fluminis super inducta est; idcirco magis æqvum est, ut illa jure alluvionis accrescat iis, qvi propè agros possident.

XIIX.

XIIX. Est & acqvirendi modus, inter eos, qvi juris gentium vocantur, per genituram animantium. qva in re * qvod à Romanis & aliis qvibusdam gentibus est statutum, ut partus ventrem seqvatur, non est naturale, ut supra † diximus, nisi qvatenus plerumqve pater ignoratur. At si probabili ratione de eo constaret, cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil potest afferri. Nam & patris partem esse qvod nascitur certum est. Plusne vero de patre, an de matre, habeat, inter Physicos disputatur. Plutarchus ea de re sic disserit: ἡ Φύσις μίγνυσι διὰ τ σωμάτων ἑμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρου μέρους λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γιγνόμενον. ὥστε μηδέτερον διορίσαι, μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον, ἢ τὸ ἀλλότριον. *Natura sexuum corpora miscet, ut ita de utraq; parte sumta confundat, & * commune utriq; reddat, qvod nascitur, ita ut neuter possit, qvid suum sit qvid alienum, discernere.* Et hoc secutæ sunt veteres Francorum & Langobardorum leges.

† b. l. c. V. §. 29. n. t. L. III. c. VII. §. 2.

* * *

Qvod à Romanis) cum qvibus consentit c. 31. Caroli Calvi Edicto Pistensi. de aliorum circa hanc rem legibus.

Commune utriusq; reddat) vide appositum ad hanc rem locum Galeni II. de semine, & qvæ ibi ex Athenæo. Chrysostomus ad V. Ephesiorum: μιγνύων τ σπερμάτων τίκτεται ὁ παῖς. *mixta genitura fœtus oritur.*

† † †

Cur non partus ex parte) Ratio JCtorum est, qvod ipse venter ad dominum spectat, ergo multo magis id, qvod ventris est accessorium, videlicet partus. Idem etiam in specie de partu ancillæ verum est: qvemadmodum enim dominus servi imprægnantis in ipsam ervam imprægnatam nullum jus sibi vindicare valet, ita nec in partem ventris ejus, videlicet in partum. Nec adstringi naturaliter potest dominus geniti animalis, ad partem aliqvam, licet minimam, genitori masculo aut domino maris tradendam; nisi forte ejus jussu mas ad generandum fuerit adhibitus, ubi aliqvid pro imprægnatione pendendum: qvia qvoad reliqvos casus, ubi animalia præter intentionem dominorum, ex furore sæpius libidinoso, congrediuntur, sibi imputare debet dominus imprægnantis, qvod animal suum non meliùs custodierit, præsertim cum dominus imprægnati ex parte labore consveto carere, & nihilominus alimenta ad matris & infimal partus, tam intra, qvam extra uterum constituti, sustentationem conferre tenetur. Plura contra Grotium profert *Vinn. ad §. 19. inst. de R. D. add. Dn. Struv. Resolut. LL. sist. ad S. J. C. Ex 41. th. 23.*

Inter Physicos disputatur) Videntur hæc ferè per distinctionem sopiri posse cum *Dn. Cos. andr. h. l.* Aut enim, dicit, ille, consideramus patrem & matrem ratione materiæ, & ita plus confert mater, præprimis si attendantur alimenta in utero: (qvamvis exinde imperium in liberos matri Originale, patri verò tantum derivativum non seqvatur, ut statuit Hobbes, qvem rejecimus *l. 2. cap. 5. §. 1 pag. 229.*) Aut consideramus ratione causæ efficientis, & ita primas ferat pater in ratione principii generandi. Qvanqvam si anima ex tradvce (qvod nos lubenter aliis discutiendum derelinqvimus) esse statuatur, & ab utroqve parente efflorescere dicatur, non hic erit qværenda aliqva prærogativa, nec considerandi mas & femina ut duæ causæ partiales magis vel minus conferentes ad productionem nati, sed sub τάξει & benedictione divinâ in conjunctione, ut unum qvoddam principium in relatione ad id, qvod ex illis nascitur, adeoqve si duæ causæ hic statuantur, duæ causæ totales, non subordinatæ erunt admittendæ,

XIX.

XIX. Si ex aliena materia ſpeciem qvis feciſſet, Sabiniani dominium ejus eſſe volebant, qvi materiæ fuiſſet dominus; Proculus ejus, qvi ſpeciem feciſſet, qvia per eum eſſe cœpiſſet, qvod ante non exiſteret: arrepta tandem eſt media ſententia, ut ſi reverti ad priorem ſpeciem materia poſſet, materiæ dominus rem haberet: ſi non poſſet, tum is haberet qvi ſpeciei eſſet auctor. Qvod ipſum improbat Connanus, & hoc unum videri vult, plusne ſit pretii in opere an in materia, ut qvod pluris eſt, id prævalentia ſua qvod minus eſt, ad ſe trahat, argumento eorum, qvæ à Romanis qvoqve Jurisconſultis de acceſſione tradita ſunt. L. III. c. 6.

2. At ſi naturalem veritatem reſpicimus, ſicut confuſis materiis communionem induci pro rata ejus, qvod qvisq; habeat, Romanis qvoq; Jurisconſultis placuit, qvia res alium exitum naturaliter reperire non poterat; ita cum res conſtent materia & ſpecie tanqvam ſuis partibus, ſi alterius ſit materia, alterius ſpecies, ſeqvitur naturaliter rem communem fieri pro rata ejus qvanti unumqvodq; eſt. Species enim pars eſt ſubſtantiæ, non ſubſtantia tota: qvod Ulpianus vidit, cum dixit mutata forma prope interemtam ſubſtantiam. L. II. c. III. §. 34. L. 9. Julianus. §. ſed ſi qvis. 3. D. ad Exhib.

†††

Naturaliter rem communem fieri) Diſſentit cum communi Dd. Scholâ, & Grotio contradicit *Vinn. ad §. 25. Inſt. de R. D. n. 4* idqve juris civilis ſanctum apud ſuos obſervari ipſo Grotio confitente *lib. 2. manuduct. c. 8.* aſſerit. Nos, ſi cum *Dn. Struv.* (qvem etiam in hoc puncto citavimus *l. 2. c. 3. §. 3. p. 201.*) velimus corpus per ſpecificationem ita effectum (ab eo, qvi putabat ad ſe pertinere) ſimpliciter conſiderare, dici qvidem illud poſſet utriqve & domino materiæ, & eis, qvi operam & artificium adhibuit, pro rata commune: uti ſecundum naturæ jus hanc rem determinatam vult Grotius. Verùm cum iſtiusmodi communio non poſſit commodè ſubſiſtere, imò fermè inutilis ſit, ulterius ratiocinatione humanâ inqviſitum eſt, cui illorum potius tota res addicenda: de qvo diverſæ opiniones natæ: qvæ diſtinctione compoſitæ ſunt *l. 7. §. 7. l. 26. l. 27. §. 1. ff. §. 25. Inſt. de A. R. D.* Alii ex alio fundamento hanc Imperatoris conſiderationem & diſtinctionem communiter receptam, utrum in priorem rudem materiam ſpecies reduci poſſit aut non poſſit, inſufficientiæ arguunt. Qvid enim, inqviunt illi, ſi ab inſigni artifice, qvi parem non habet, ex auro vas conflatum fuerit, cujus pretium ex ſolo artificio æſtimatur, qvis erit tàm inconſideratus, qvi vas iſtud ad priorem rudem materiam reduci velit? Ne qvis ergò hic non plus artifici tribuet, qvam auri domino? Veruntamen hi naturam ſpecificationis noſtræ cum acceſſione induſtriali confundunt. Hic enim non fit nova ſpecies, cum vaſculum licet artificioſiſſimum ſemper ad auri materiam reduci qveat; ſed auro ſaltem per artificioſam elaborationem nova adjicitur figura, qvæ propter operæ pretioſitatem & æſtimationem laboris, ipſum aurum (in locis, ubi forte privilegium hoc aurifabris conceſſum eſt) poſt ſe trahit perinde, ut tabulam pictura. Sed de hac in §. *ſeq.* 21. L. 11. de eo exhibendo. §. ſi qvis. 3. D. ad Exhib.

XX. Ut autem qvi mala fide materiam alienam attrectant, ſpeciem perdant, eſt qvidem non iniqve conſtitutum, ſed pœnale, atqve ideo non naturale. Natura enim pœnas non determinat, nec ob delictum per ſe dominia aufert, qvanqvam naturaliter pœna aliqva digni ſunt, qvi delinqvunt.

†††

Sed pœnale) Sed hoc non merè pœnale eſt. Qvia malâ fide ſpecificans poteſt conſeqvi æſtimationem, qvanti rem ſpecificando meliorem fecit. Interim dominus ſpeciei ideo non fit, qvod ſciens operam dederit rei ad ſe non pertinenti.

XXI. Ut vero rei majori acqviratur res minor, qvo fundamento Connanus nititur, naturale eſt facti, non juris. atqve ideo, qvi fundi pro viceſima parte eſt dominus tam manet dominus, qvam qvi partes habet novemdecim. Qvare qvod de acceſſione ob prævalentiam aut certis in caſibus lex Romana conſtituit, aut in aliis etiam conſtitui poteſt, id naturale non eſt, ſed civile, ad commodius tranſigenda negotia; natura tamen non repugnante, qvia lex dandi dominii jus habet. Vix autem ulla eſt tractatio juris, in qva tot diſcrepantes ſint Jurisconſultorum ſententiæ & errores. Nam qvis concedat, ſi æs & aurum mixtum fuerit, alterum ab altero diduci non poſſe, qvod ſcripſit Ulpianus, (*a*) aut ferruminatione confuſionem fieri, qvod Paulus; (*b*) aut aliam eſſe ſcripturæ, (*c*) aliam picturæ (*d*) rationem: ut huic tabulæ cedat, illa tabulæ.

(*a*) L. Idem. §. 1. D. de Rei vind.
(*b*) L. In rem. 23. §. 3. item. D. Eod.
(*c*) Inſt. de rer. div. §. literæ. 33.
(*d*) §. ſi qvis. 34. eod.

†††

Æs & aurum mixtum fuerit) Ulpianum locutum eſſe ſecundum peritiam ſui temporis, qvo ars ſeparandi æs ab auro (aliud eſt in ære & argento, *l.* 12. *§.* 1. *de A. R. D.*) in gradu adeò, uti nunc eſt, excellenti nondum innotuerat, probabile eſt, *Vid. Dn. Struv. ex. Ex.* 41. *Th.* 42. qvamvis nec hodie hoc fieri poſſe, contra *Alciat.* qvi *lib.* 6. *Parerg. c.* 11. poſt *Fulgoſium* ita cenſuit, defendat *Borcholt. ad §.* 27. *n.* 3. *Inſt. de R. D.* verba ejus ſunt ſequentia: etiam hodiè cum aurifabri vi aqvæ chryſuleæ ſeu aqvæ fortis, aurum ab ære deducere volunt, æs evaneſcit, & non fit ſeparatio materiarum, ſed unum tantum deducitur, alterum fugit in auras. Conſentiunt *Herg. Giphan. Franzk. ad §. cit.* Nos, ſicuti contra experientiam non pugnamus; ita ſtatim, artem hanc melius *edocti*, Grotio credemus, qvem multi qvoqve artificum aſſertione ſuâ corroborare niruntur.

Qvod Paulus) Vellicat & hic Paulum præter neceſſitatem Grotius, qvandoqvidem Ille in *l. in rem.* 23. *§. item. ff de R. V.* vocabulum *confuſionis* non pro conflatione ferri, qvod utriusqve eſt; ſed potius pro conſolidatione ſive adjunctione inſeparabili, qvam fictio juris operatur, accipit. Hinc facilis eſt ratio caſus in *§. cit.* 5. *in fin.* propoſiti, qvi ita ſe habet: Si ſtatuæ meæ ferreæ brachium alienæ ſtatuæ ferreum addideris, non poteſt dici brachium tuum eſſe, qvia tota ſtatua uno ſpiritu (una elementatione *Gloſſ.* una ſpecie, *Godofred. ex l.* 30 *pr. ff. de uſucapion. add Dn. Zigler. in not. ad. l.* 2. *c.* 9 *§.* 3.) continetur ita, ut brachium jure acceſſionis tanqvam pars toti corpori cedere debeat; qvippe qvum jam jus domini in brachium, & meum in reliqvum corpus inter ſe ſint confuſa & conſolidata in integro corpore ſtatuæ, qvæ mea facta eſt. Aliud reſpondendum ad *l.* 27. *§.* 2. *de A. R. D.* (ex qvo tamen Ulpianum ſuum deſumſiſſe pronunciatum putat. *Franzk. ad cit. §.* 27. *Inſt. de R. D. n.* 3.) ubi qvidem eſt rei conſolidatio, ſed qvia neutra pars alteri acceſſioni eſt, jura utriusqve confundi neqveunt, ſed ſua cujusqve res ſalva remanet.

Aliam picturæ rationem) Placet hic reſponſio *Nicol. de Paſſeribb. in Conciliat. LL. p. m.* 156. *num.* 27. qvam ille probat ex *Pat. Enantiophan. centur.* 3. *qvæſt.* 43. regulam ſc. illam generalem: *acceſſorium ſeqvi principale*; naturaliter æqve de ſcripturâ, ac picturâ veram eſſe, interim ſecundum ſancita juris poſitivi illam, naturâ non repugnante, exceptionem pati in picturâ propter pretium, ingenioſitatem & privilegium olim pictoribus indultum, qvo etiam cautum erat, ne mancipia, picturam docerentur, *Mynſing. ad §.* 34. *Inſt. de Rer. Div.*

Dig. cum Plin. l. 35. c. 10. Idqve hodie ad calligraphiam, propter identitatem rationis, extendere poſſumus, ſalvo tamen ſemper pretio, qvod domino tabulæ vel chartæ competit. Qvod ſi tamen major pretioſitas tabulæ vel chartæ, qvam picturæ deprehendatur, nullus non videt, procedere tenorem *§. litera. 33. Inſt. de R.D. add. D. Zoſ. p. 325. Ludvv. D. 4. Th. 7. lit. f. Dn. Pufendorff. de J.N. & G. l. 4 c. 7. §. 8. p. 511. Gloſſ. ad l. 23. §. 3. de R.V.* hodiè in Praxi Grotii opinionem veram eſſe tradens, qvam ſeqvitur *Mynſing. l. c. n 4.*

XXII. Plantata & conſita ut ſolo cedant ſimpliciter eſt juris conſtituti, cujus ratio eſt, qvod iſta ſolo alantur. Nam ideo & de arbore diſtingvitur, an radices egerit. Atqvi alimentum rei jam ante exiſtentis partem duntaxat facit: atqve ideo ſicut ex alimento jus qvoddam in rem ſoli domino naſcitur; ita domino ſeminis, plantæ, aut arboris jus ſuum naturaliter certe ob id non perit. Qvare & hic communio locum habebit: nec minus in ædificio, cujus partes ſunt ſolum & ſuperficies: nam ſi mobile ſit, nullum in eo jus habebit ſoli dominus, qvod & Scævolæ placuit.

†††

Jus ſuum) ad repetendum tantum pretium, non corpus, qvod coaluit. Non enim latius extendimus naturale facti, uti Grotius præſupponit in *§. præced.* 21. qvippe qvod per plantationem, ſationem &c. ex facto plantantis in alieno ſolo jus inſimul in dominum ſoli transfert.

XXIII. Bonæ fidei poſſeſſor ut fructus omnes ex reſuos faciat, qvos percepit, naturale itidem non eſt, ſed hoc tantum, ut jus habeat, impendia in rem facta & operam utilem imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos; * imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi.

L. Titius 60. D. de Acqvir. Rer. Dom. L. 25. Sed & ſi §. conſuluit. 11. D. de Petit. hæred. L. 38. Plane. D. de Hæred. pet.

***

Imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi) vide hac de re ſpeculum Saxonicum, in qvo multa æqvitatis pleniſſima II. 46.

†††

Naturale itidem non eſt) Omninò eſt naturale, ſi bonæ fidei Poſſeſſorem ut talem conſideramus, eatenus enim verum dominum repræſentat, *Dn. Felden. h. l. p. 223.* Gravior qvæſtio eſt de fructibus à bonæ fidei poſſeſſore venditis, qvorum pretium adhuc apud eundem deprehenditur poſt litem conteſtatam, an ad minimum & hoc reſtituere vero domino adſtringendus ſit? Qvicqvid dicant de jure civili, ex qvâ reſponſio negativa nonnullis probabilis videtur per ea, qvæ tradit *Dn. Strvv. Syn. J. C. Ex. 11. th. 22.* Jure naturæ æqvius cenſemus, eundem, qva locupletior factus eſt, teneri ad reſtituendum, deducto antea valore expenſarum & induſtriæ, *add. Johann. de Dreaſtill. de Juſt. & Jur. lib. 2. Tr. 2. D. 5. dub. 3. num. 28. & ſeqq. & ipſe Grot. h. l. 2. c. p. 10. §. 4. ſeq.*

XXIV. Atqi idem dicendum videtur de malæ fidei poſſeſſore, ubi lex pœnalis non intercedit. *Benignius eſt*, ait Paulus Jurisconſultus, *etiam in prædonis perſona haberi rationem impenſarum, non enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere.*

†††

Idem dicendum) Qvoad repetitionem impenſarum, qvod nec Juri Juſtinianeo incognitum, *add. plur. ap. Ludvv. D. 4. th. 8. per tot.* Ipſum tamen ullos, præter induſtriæ

ſtriæ (ſecus de induſtrialibus, *vid. c. 10. §. 4. h. l.*) ſuos fructus facere negamus. Malæ fidei enim poſſeſſor ſemper eſt in mora: ergo tenetur reſtituere fructus non ex lege pœnali, ſed ex eo ipſo, qvod illos percepit, vel percipere potuit. Aliud dicendum eſt, ſi ultra hæc, etiam propter factum culpandum puniatur: qvoniam hoc demum ex lege pœnali eſt, *junge. Dn. Zigler. in not. ad cap. ſeq. 100. p. 334. §. 1. Dn Feld. p. 225.*

†. II. c. 6. §. 1. n. 2. c. XI. §. 1. n. 3. c. 12. §. 15. n. 1

XXV. Ultimus acqvirendi modus, qvi juris gentium dicitur, eſt per traditionem. Atqvi ſupra † diximus, ad dominii translationem * naturaliter traditionem non reqviri; qvod & ipſi Jurisconſulti in qvibusdam caſibus agnoſcunt (*a*) ut in re donata uſufructu retento, (*b*) aut in eum collata, qvi poſſideat, (*c*) aut commodatam ſervet; in jactis miſſilibus; imò etiam ante adeptam poſſeſſionem nonnullis caſibus nunc qvoqve tranſit dominium, ut (*d*) hæredtiatis, (*e*) legatorum, (*f*) rei donatæ Eccleſiis & piis locis, aut civitatibus, aut (*g*) cauſa alimentorum, (*h*) bonorum, qvorum univerſalis ſocietas contracta eſt.

(*a*) L. qvisq. 28. C. de Don.
(*b*) L. 21. Si ſervus. D de Acq. Rer. Domin.
(*c*) Inſt. de Rer. div. §. interdum. 44.
(*d*) L. Cū hæredes. 13. D. de Acq. poſſeſſ.
(*e*) L. à Titio. 64. D. de Furt.
(*f*) L. 23. ut inter. C. de SS. Eccleſ.
(*g*) L. 1. Si doceas. C. de Dō. qvæ ſub modo
(*h*) L. 1. §. 1. & L. 2. D. pro Socio.

***

Naturaliter traditionem non reqviri) Non ſane. vide legem Viſigotthicam lib. V, tit. II, c. 6. *Tum videtur vera eſſe traditio, qvando jam apud illum ſcriptura donationis habetur.* & apud veteres Romanos res mancipi alienabantur plene per æs & libram. vide Varronem lib. IV. de Lingva Latina: Feſtum Pompejum in voce Rodus: Ulpianum Inſtitutionum tit. XIX. Boëthium ad Topica Ciceronis.

XXVI. Hæc ideo annotavimus, ne qvis, reperta juris gentium voce apud Romani juris auctores, ſtatim id jus intelligat, qvod mutari non poſſit, ſed diligenter diſtingvat naturalia præcepta ab his, qvæ pro certo ſtatu ſunt naturalia; & jura multis populis ſeorſum communia, ab his, qvæ ſocietatis humanæ vinculum continent. Ceterum illud ſciendum eſt, ſi hoc jure gentium improprie dicto, aut unius etiam populi lege introductus ſit modus acqvirendi, ſine diſcrimine civis & peregrini, jam inde qvoqve exteris jus naſci: & ſi juris conſecutio impediatur, injuriam etiam talem, qvæ juſtam belli cauſam præbere poſſit.

L. II. c. 2. §. 22.

CAPUT IX.

Qvando imperia vel dominia deſinant.

I. Dominium & imperium tolli, ſublato eo, qvi jus habuit, nec exiſtente ſucceſſore:
II. Sic & jus familiæ exſtincta familia:
III. Sic & populi, ſi populus eſſe deſinat:
IV. Qvod fit, ſublatis partibus neceſſariis:
V. Sublato corpore toto populi:
VI. Sublata forma, qvæ eſt populus:
VII. Non etiam migratione;
VIII. Aut mutato regimine: ubi de loco, qvi debeatur novo regi aut populo liberato.
IX. Qvid ſi populi uniantur?
X. Qvid ſi dividatur populus?
XI. Cujus nunc ſint, qvæ Romani imperii fuerunt, nec alienata apparent.
XII. De jure hæredum.
XIII. De jure victoris.

Qvo-

I.

QVomodo primitus acqvirantur, & qvomodo tranſeant, tum dominia privata, tum imperia, ſatis diximus, qvomodo deſinant, videamus. Et qvidem derelictione deſinere obiter ſupra (*a*) demonſtratum eſt, qvia voluntate ceſſante non manet dominium. Eſt & alius deſinendi modus, ſublato ſubjecto, in qvo eſt imperium vel dominium, ante alienationem ſcilicet vel expreſſam vel tacitam, qvalis eſt in ſucceſſionibus ab inteſtato. (*b*) qvare ſi qva perſona, nulla edita voluntatis ſignificatione, nullo conſangvineo relicto, moriatur, omne jus, qvod habet, interit, ac proinde ſervi (niſi lex humana impediat) erunt liberi: populi, qvi in ditione ejus fuerant, ſui juris fient; qvia non ſunt hæc ſui natura occupabilia, niſi libertatem ſuam ultro deſerant: † res autem aliæ fient occupantis.

(*a*) L. 2. c. 4.

(*b*) h. l. c. 7.

† L. I. c. III. §. IIX. n. 3.

†††

Voluntate) Non intrinſecâ, ſed etiam per ſigna externa declaratâ.

Erunt liberi) Tollitur enim tunc relatio, qvæ erat inter dominum & ſervum non ſecus, ac ſi pro derelictis fuerint habiti, de qvibus *Bach. & ad Treutler. Vol. 1. D. 2. th. 2. lit. B.* ut proinde magiſtratus eis novum Dominum, niſi lex humana hoc velit (*Gud. Lud. & D. 2. th. 3. lit. b.*) aſſignare non debeat. Specialis interim eſt apud Turcas conſvetudo, ubi dominus mancipium Chriſtianum manumittendo jus ſolùm, qvod ſibi competebat, remittere poteſt, neutiqvam verò ipſi libertatem concedere talem, ut tanqvam res pro derelicto habita, a tertio in ſervitutem novam non revocetur, *Gud. Salomon. Schweiger. Itin. Conſtant. Hieroſol. lib. 2. c. 27 p. 99.*

II. Idem dicendum * ſi familia defecerit, qvæ jus aliqvod habebat.

***

Si in familia defecerit) Ut Danica olim. Cranz. Vand. IIX. 23. Rugia. Crantzius idem Vand. IIX. 12. Pelasgorum & Theſſalorum; Gregoras lib. VII. Uſanchanidarum in Perſide; Leunclavius XVI. Adde Leonem lib. II. Africanorum de Tarodento: & ſi vis, Erneſtum Cothmannum Conſ. XLI. num. I. & ſeqventibus.

III. 1. Idem ſi populus. † Dixit Iſocrates, & poſt eum Julianus Imperator, civitates eſſe immortales, id eſt eſſe poſſe, qvia ſcilicet populus eſt ex eo corporum genere, qvod * ex diſtantibus conſtat, uniqve nomini ſubjectum eſt, qvod habet ἕξιν μίαν, ut Plutarchus; ſpiritum unum, ut Paulus (*a*) Juriſconſultus loqvitur. * Is autem ſpiritus, ſive ἕξις in populo eſt vitæ civilis conſociatio plena atqve perfecta, cujus prima productio eſt ſummum imperium, vinculum, per qvod reſpublica cohæret, ſpiritus vitalis, qvem tot millia trahunt, ut Seneca loqvitur. Plane autem corpora hæc artificialia inſtar habent corporis naturalis. Corpus naturale idem eſſe non deſinit * particulis paulatim commutatis una manente ſpecie, ut Alphenus ex Philoſophis differit.

De Pace. L. 23. D. §. 5. de R. V. add.

(*a*) L. Rerum mixtura. 30. D. de uſucap. Ach. Stat. ad Arat.

† L. 3. c. 9. §. 9. Sen. lib. I. de Clem. c. 4. L. Proponebatur 76. D. de Judiciis. Ep. 58.

***

Ex diſtantibus) Seneca Epiſtola CII. *qvædam continua eſſe corpora, ut hominem: qvædam compoſita, ut navem, domum, omnia denique, qvorum partes*

diversæ junctura in unum sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Sumpta hæc ex Achille Statio, cujus ad Aratum hæc sunt verba ex Conone illo, cujus repertum est coma Berenices: παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικὸς, σώματα λέγεσθαι ὅσα ὑπὸ μιᾶς ἕξεως ἡνωμένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον. ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικὸν συνημμένα δὲ, ὅσα οὐχ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως δέδεται, ὡς πλοῖον ὡς οἰκία. τὸ μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν σανίδων, ἡ δὲ ἐκ πολλῶν λίθων σύγκειται. διεστῶτα δὲ ὡς χορός. τῶν δὲ τοιούτων διτταὶ αἱ διαφοραὶ, τὰ μὲν γὰρ ὡρισμένων σωμάτων καὶ ἀριθμῷ ληπτῶν ὡς χορός. τὰ δὲ ἐξ ἀορίστων ὡς ὄχλος. *Observavit Mathematicus Conon, corpora dici, quæ uno tenore unum fiunt. est autem tenor spiritus corpus continens. connexa vero, quæ non uno tenore juncta sunt, ut navis, ut domus: nam & illa ex multis est tabulis, & hæc ex lapidibus multis: distantia ut chorus: sed & hæc duum generum inter se differentium. sunt enim alia ex corporibus definitis & quæ numerum habent cognitu facilem: alia ex infinitis, ut populus*) Apparet hinc sumpta, quæ habet Pomponius L. Rerum. 30. de Usurp. & usucap. & quod Paulus dicit statuam uno spiritu contineri L. in rem. 23. §. item. 5. ubi similiter distingvit inter corpora cohærentia & quæ sunt ex distantibus. Usi & alii: Philo de Mundo: ἕξις ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτῷ. *tenor est spiritus in semet se revolvens,* &c. item: ἕξις ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς οὐκ ἄῤῥηκτος. ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος. *Tenor est spiritualis continentia, vinculum non insolubile, sed solutu difficile.* Vide & Boëthium I. Arithmeticorum: & nota cum de populo ἕξιν aut spiritum dicimus, non sumere nos vocem in suo rigore, ut Conon fecit, sed ἀναλογικῶς, comparatione quadam, quali utimur etiam cum populum corpus appellamus. Spiritum hunc rei speciem vocat Alfenus in L. Proponebatur. 76. D. de Judiciis.

Is autem spiritus sive ἕξις in populo) ἡ πολιτεία βίος πόλεως. Aristoteles Polit. IV. II.

Particulis paulatim commutatis) Exemplum in navi dat Alfenus dicto jam loco & Ulpianus in Lege *Quid tamen.* 10. §. 7. D. Qvibus modis ususfructus amittatur. Navem eandem esse ajunt, si per partes refecta sit. Aliud si dissoluta & recomposita, L. qvi res 98. §. Aream. 8. D. de Solutionibus. Plutarch9 Theseo: τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠιθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη τὴν τριηκόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἀλλὰ δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ, καὶ συμπηγνύντες οὕτως ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τὸν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τὸν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει λεγόντων. *Navem autem, in qua cum delecta juventute navigavit, salvusque rediit Theseus, triginta aptam remis, conservarunt Athenienses ad usque tempora Demetrii Phalerensis, subtrahendo ligna vetustate cariosa, subjiciendo alia, ita, ut cohærerent, unde & exemplum hæc navis facta est Philosophis disputantibus de ea quæstione,*

quæ

qvæ de augescentibus dicitur, in qva hanc navem ad ultima tempora eandem fuisse affirmant hi, illi negant. In hac controversia à Philosophis decertata prudenter Jurisconsulti ajentem partem prætulere: Et Tertullianus juris valde peritus libro de Resurrectione carnis: *Navem procella dissipatam vel carie dissolutam, redactis & recuratis omnibus membris, eandem sæpe conspeximus etiam titulo restitutionis gloriantem.* intellige manente carina, qvomodo vox *resoluta* etiam sumenda in *Pauli verbis* L. Inter stipulantem. 83. §. Sacram. 5. D. de Verb. Oblig. Idq; & apud Tertullianum præcedentia, & apud Paulum seqventia evincunt. Philo de Mundo: οὐ γὰρ δήπουθεν, οὗ πάντα μέρη φθείρεται, φθαρτόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν ταυτῷ ἀθρόα κατ' τὸ αὐτὸν χρόνον. *Non cujus partes pereunt utiq; interitui obnoxium est, sed cujus omnes partes simul & eodem tempore pereunt.*

2. Atqve ideo commode interpretandum, qvod ait Seneca, neminem nostrûm eundem esse in senectute, qvi fuit juvenis, ut de materia sola intelligatur; * qvomodo Heraclitus dixerat, citante Platone in Cratylo, & Seneca dicto loco, in idem flumen bis nos non descendere, qvod rectè sic corrigit Seneca: *Manet idem fluminis nomen, aqva transmissa est.* Sicut & Aristoteles flumen populo comparans dixit, flumina eadem vocari, qvanqvam alia subeat semper aqva, alia decedat. Neqve verò manet nomen inane, sed & ἕξις illa, qvam Canon definit ἕξιν σώματος συνεκτικὴν. Philo πνευματικὸν συνέχον, Latini qvoqve spiritum vocant. Sic ergo populus, auctore & Alpheno & Plutarcho de sera numinis vindicta, idem hoc tempore putatur, qvi abhinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc vivat: μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ. *qvamdiu illa, qvæ populum facit & mutuis nexibus, vincit communio, jus unitatis suæ servat.* qvæ ejusdem Plutarchi in hac re verba sunt. Et hinc ortus mos loqvendi, ut populum, qvi nunc est alloqventes, ei tribuamus, qvæ eidem populo ante multa secula acciderunt, ut videre est, tum apud historicos, tum & * in libris sacris, ut Marci X, 3. Joh. VI, 32. VII, 19. 22. Actor. VII, 38. Sic apud Tacitum Antonius Primus Vespasiano militans milites Tertianos veterum admonet, ut *sub M. Antonio Parthos, sub Carbulone Armenios repulissent.*

III. Pol. II.

Hist. l. III. c. XXIV.

***

Qvomodo Heraclitus) Et Epicharmus apud Diogenem Laërtium.

In libris sacris) Adde Matth. XXIII, 35. Act. III, 22.

3. Ex odio itaqve non ex vero, apud eundem Tacitum, † Piso * negat Athenienses sui temporis esse Athenienses, qvippe tot cladibus extinctos, sed illuviem nationum. Nam externa illa accessio de dignitate forte aliqvid detraxerat, populum alium non fecerat. Nec id is ipse ignoravit, cum illis ipsis sui temporis Athenienſibus objectaret vetera, qvæ in Macedonas improsperè,

† L. II. Annal. c. 55.

ſpere, violenter in ſuos feciſſent. At ſicut particularum mutatio non efficit, ut populus eſſe deſinat, qvi fuit, ne per annos qvidem mille & amplius, ita fieri poſſe, ut intereat populus, negari non poteſt. Fit autem hoc dupliciter, interitu corporis, aut interitu ſpeciei ſive ſpiritus, qvem dixi.

***

Negat, Athenienſes ſui temporis eſſe Athenienſes) Contra de iisdem Athenienſibus Julianus Miſopogone.

IV. Corpus interit, * vel ſublatis ſimul partibus, ſine qvibus corpus ſubſiſtere neqvit, vel ſublata corporis ratione. Ad priorem modum refer populos mari abreptos, ut Atlanticæ populos, teſte Platone, * & alios, qvorum (a) Tertullianus meminit, item eos, qvos terræ motus hauſit penitus, aut chaſma; qvorum exempla ſunt apud (b) Senecam & (c) Ammianum Marcellinum, & alibi: & qvi ſponte internecioni ſe dederunt, ut Sidonii & Saguntini. Ex antiqvo Latio LIII. populus ſine veſtigiis interiiſſe ait Plinius. l. 3. c. 5. Qvid ſi ex tali populo tam pauci ſuperſint, qvi populum facere neqveant? jam poterit in illis ſubſiſtere dominium, qvod populus habet ad modum privatorum: non ſi qvid populo ut populo competit. qvod & de collegio ſentiendum eſt.

(a) L. de Pallio.
(b) Ep. 92.
(c) Lib. XVII. Rerum geſt. Diod. XVI. Bibl.
L. 7. Sicut. §. ult. D. Qvod cujusq; univerſ. nom.

***

Vel ſublatis partibus, ſine qvibus corpus conſiſtere neqvit, vel ſublata corporis ratione) Servius in Fuldenſibus excerptis ad I. Æneidos: *duobus generibus deletur exercitus, aut internecione aut diſperſione.*

Et alios, qvorum Tertullianus meminit) Myunda apud Vitruvium: Helicen & Burin apud Pauſaniam, Strabonem, Senecam Naturalium qvæſtionum libro V. c. 23. & 32. & in Anthologia.

†††

Sidonii & Saguntini) Addantur Incolæ Maſſadæ, caſtelli munitiſſimi, apud *Joſeph. de Bell. Judaic. lib. 2. cap. 28. pag. 446.* ſorte decem eligentes, qvi ſe omnibus peremtis, mactandos uni obtulerunt.

V. Corporis ratio tollitur, ſi cives aut ſponte ob peſtilentiam aut ſeditionem à ſocietate diſcedant; * aut vi ita diſtrahantur, ut coire non poſſint, qvod bellis accidit interdum.

L. 12. In bello. §. ſi plurium. 13. D. de Captiv.

***

Aut vi ita diſtrahantur) Philo dicto jam libro de Mundo: τὰ μὲν ἐκ διεστηκότων αἰπόλια, βουκόλια, χοροὶ, στρατεύματα ἢ πάλιν ἐκ συναπτομένων σώματα παγέντα τῇ διαστάσει καὶ διαιρέσει λύονται. *Qvæ ex diſtantibus ſunt, ut greges, armenta, chori, exercitus, non minus qvam corpora ex connexis, in unum coacta divortio ac diſſolutione intereunt.* vide qvæ ſupra de navi.

VI. Species interit, ſublata aut omni aut perfecta juris communitate, ſive ſinguli perſonalem qvoqve ſervitutem ſubeant, ut Mycenæi ab Argivis, Olynthii à Philippo, Thebani ab Alexandro †† venditi, Brutii à Romanis publicis

L. I. c. III. §. VII. n. 2. Ar. III. Pol. II.
†† L. 2. c. 21. §. 7. n. 2.

blicis servitiis mancipati, sive ea retenta imperia exuantur. Sic de Capua narrat Livius placuisse Romanis, ut tanqvam urbs habitaretur; corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis concilium, nec magistratus esse. sed sine consilio publico, sine imperio multitudinem. * cui præfectus Roma missus jus redderet. Itaqve * imaginem reipublicæ nullam Capuæ relictam dicit Cicero, priore ad Populum contra Rullum. Idem dicendum de populis in provinciæ formam redactis: item de his, qvi alterius populi ditionem subierunt. Sic * à Severo † Byzantium Perinto, * Antiochia Laodiceæ suppositа à Theodosio. Lib. XXVI. Cap. XVI. Cic. I. contra Rullū. Theod. V. hist. Eccl. c. 9. Zon. in Valent. & Theod. Herodian. l. V. hist. † L. II c. XXI. §. 7. n. 3.

***

Cui præfectus Roma missus jus redderet) Vide Festum voce præfecturæ. Velejus libro II. c. 44. *Jus his restitutum post annos circiter CLII. qvam bello Punico à Romanis Capua in formam Præfecturæ redacta erat.* adde exempla in textu & notis allata ad libri 1. c. I. §. IIX.

Imaginem reipublicæ nullam) Severus jus buleutarum dedit Alexandrinis, qvi sine publico vixerant sub juridico.

A Severo) Vide Xiphilinum Severo: Herodianum libro III. adde, qvæ infra hoc libro II. cap. XXI. §. VII. num. 3. in not.

Antiochia Laodiceæ suppositа) Vide Zonaram.

VII. At vero si loco migraverit populus, sive sponte ob inediam aut alia mala; sive coactus, (*a*) ut populus Carthaginensis bello Punico † tertio, si species, qvæ dixi maneat, * populus esse non desinit, multoqve minus, si muri tantum urbis dissecti sunt. Itaqve cum ad pacem Græciæ jurandam (*b*) Lacedæmonii negarent admittendos Messenios, qvod ejus urbis muri essent diruti, contra eos à communi sociorum res judicata est. † c XVI. h. l. §. 15. c. II. h. l. §. XVI. c. III. §. IV. n. 1. (*a*) Flor. l. II. c. 15. (*b*) Plut. Agesilao.

***

Populus esse desinit) Ut Geloi Phintiada translati. Diodorus Siculus in fragmentis Peiresianis.

†††

Ob inediam) Exemplum de Lydiis refert *Scip. Ammirat. Disert. Posit. in Tacit. lib. 12. disc. 3. p. m. 171.* In Lydiâ, inqviens, tempore Attis Regis Mani filiis, necessitas rei frumentariæ tanta fuit, ut multos annos duraverit; qva miseri populi, cum affligerentur, remedia publicæ aerumnæ opportuna excogitare coacti sunt, & plerisqve propositis nullum utilius inventum fuit, qvam ut ludi talorum, tesserarum, pilæ frequentius exercerentur, qvo populus iis occupatus famem leniret. Igitur ita rem instituerunt, ut altera pars hominum uno die comederet, altera luderet, & qvæ eo die luserat, altero cibos caperet: sic v. g. ex 100000. hominibus solummodò 50000. alimenta dabantur. Et nihilominus, hujus industriæ subtilitate nihil adjuvante, post decem & octo annos Rex coactus fuit totam populi multitudinem in duas partes dividere; qvarum alteri & naves; qvibus vehererentur, & ducem filium Tyrrhenum dedit, jussitqve, ut alienas sedes qværerent, qvi ad Italiam appulsi, ubi Umbri tunc habitabant, civitatibus & oppidis exstructis non amplius post hæc Umbri, sed Tyrrheni tam Lydi, qvam ipsi Umbri appellati fuerunt.

Aliud exemplum refert *Joann. Meurs. Histor. Dan. lib. 2. in Vit. Snion. p. 35.* Fames (à Deo immissa propter raptum Regis Sveciæ uxoris) afflixit Daniam tam vehementer, ut non tantum homines tenuiores, sed & locupletiores, qvam durissimè premerentur: cui malo ut occurrere Snio posset, interdixit, ne qvis ex frumento potus, qvod jam tum in usu erat, coqveretur, sed ut illud universum ad cibum potius servaretur. At obseqvio cum careret interdictum, aliud cogitatum fuit: verum istud nimis sævum & omninò detestandum. Aggo & Ebbo sunt auctores, ut invalidi senes omnes pueriqve aut occidi, aut solum vertere jubeantur. Qvod eorum mater Cambara, qvæ nonnullis Magga dicitur, animi virilis femina & prudentiæ supra sexum ac virtutis prædicanda, cum intellexisset factum, ultrò in concionem prodit, ac loqvendi facultate consecuta, coram Rege & Senatu filios oratione acri objurgat: patriaqve, imò vitâ, indignos dicit, qvod & senes puerosqve innocentes vitâ aut patriâ exuendos censuissent: qvin id potius cogitarent, qvi, servatâ in grandævos puerosve pietate, malo patriam præsenti sine probro liberarent: id in præsens Genti Danicæ expedire, & ad posteros gloriosius futurum: rectius eligerent fortè, qvi, ad patriam, qvæ alendis non sufficeret, sublevandam, eâ exirent, alibiqve sibi novas sedes qværerent: ac si fortè invalida ætas posceretur, juvenes pro hâc excederent: qvos si nemo ducere è viris vellet, feminam se ducturam velle: patriaqve, causâ patriæ, æqvo animo carituram. Qva oratione Snio proceresqve omnes moti Cambaræ consilium seqvendum sibi censuere. Itaqve, divisis sortibus, nonus qvisqve lectus fuit, ac, congressi universi in Blekingiâ, ex eadem, ut famem publicam sublevarent, rebus omnibus paratis, sub Aggone & Ebbone, qvos Cambara qvoqve mater comitata, excessere: Longobardi inde dicti, cum tunc Vinnuli dicerentur. *Add. de divisione unius Civitatis Politica h. c. §. X.*

Sive coactus) Tragicum Albanorum fatum videri potest apud Livium *l. 1. A. U. C. cap. 29.* aliud exemplum translationis populi, qvod Ancus Martius suscepit, *cap. 33.* Sic Diocletiani & Maximiani temporibus Carporum natio omnis translata fuit in Romanum solum, cujus ferè pars jam tum ab Aureliano traducta erat, *Cluver. Histor. in Vit. Dioclet. & Maxim. p. m. 287.*

II. 1. Neqve refert, qvomodo gubernetur, regione, an plurium, an multitudinis imperio. Idem enim est populus Romanus sub regibus, consulibus, imperatoribus. Imò etiamsi plenissimo jure regnetur, populus idem erit, qvi antea erat cum sui esset juris, dum rex ei præsit, ut caput istius populi, non ut caput alterius populi. Nam imperium, qvod in rege, ut in capite, in populo manet, ut in toto, cujus pars est caput: atqve adeo rege, si electus est, aut regis familia extincta, jus imperandi ad populum redit, ut supra † ostendimus. Neqve est, qvod Aristotelem hic mihi qvis objiciat, qvi reipublicæ forma mutata negat eandem esse civitatem, sicut, inqvit, harmonia non eadem est, ubi à Dorico modo in Phrygium transitur.

L. I. c. III. §. 7. n. 2. seq. it. §. 8.

†††

Idem enim est populus) Consentit cum Grotio *Lampad. de Rep. Rom. German. part. 1. §. 60. Dn. Pufendorff. de J. N. & G. lib. 8. c. 9. §. 6. p. 1198. c. 12 §. 1 p. 1220.* Veruntamen eleganter hanc hypothesin refutant *Da. Conring. in not. ad Lampad. p. m. 45. & Dn. Felden. in not. ad Grot. h. l. p. 233. Dn. Zigl. p. 328*

2. Sciendum enim est unius rei artificialis plures esse posse species, sicut legionis species una est, qva regitur, altera qva militat. Ita civitatis species una est, † consociatio juris atqve imperii; altera, relatio partium inter se earum,

† Prolegom. §. 57. d. c. 3. Pol. lib. II.

rum, qvæ regunt, & qvæ reguntur. Hanc ſpectat Politicus, illam Juriſconſultus: qvod nec Ariſtotelem latuit, cum ita ſubjicit: *an verò exſolvenda ſint nomina nec ne, mutatâ gubernandi formâ, alia inſpectio eſt:* artis ſcilicet alterius, qvam cum Politica non confundit Ariſtoteles, ne, qvod in aliis culpat, admittat ipſe, *μεταβαίνων ἐκ γένους εἰς γένος, ab uno tractandi genere ad alterum tranſitum faciens.*

†††

Illam JCtus) add. Claſen. in Polit. Prolegom. p. 1. & ſeqq. Dn. Bechmann. ad A.B. Ex. 1. num. 24. Dn. Sprenger. Inſt. J. P. lib. 1. c. 1. p. 5. Dn. Kipping. l. 1. c. 1. Meth. J. P.

3. Non deſinit debere pecuniam populus, rege ſibi impoſito, qvam liber debebat: eſt enim idem populus, & dominium retinet eorum, qvæ populi fuerant, imò & imperium in ſe retinet, qvanqvam jam non exercendum à corpore, ſed à capite: unde parata eſt reſponſio ad controverſiam ex facto nonnunqvam agitatam, qvo loco in conventibus ſedere debeat, qvi ſummum imperium in populum ante liberum accepit; eodem nimirum, qvo ipſe populus: ſicut in Amphictyonico conſeſſu Phocenſium locum accepit Philippus Macedo. ſic viciſſim, qvi regis fuerat locus, eum populus liber implebit.

IX. Qvod ſi qvando * uniantur duo populi, non amittentur jura, ſed communicabuntur, ſicut Sabinorum primo, deinde Albanorum jus in Romanos transfuſum eſt, & una facta respublica, ut Livius loqvitur. Idemq; cenſendum de regnis, qvæ non fœdere, aut eo duntaxat, qvod regem communem habeant, ſed vera unitate junguntur. L. I. c. 13.

***

Uniantur duo populi) Ut ex Celtis & Iberis facti Celtiberi, narrante Diodoro. Vide, ſi vacat, de hoc argumento Reinkingium libro I, claſſe IV. c. 17. n. 95. & qvæ ibi citata.

X. Contra evenit, ut qvæ una civitas fuerat dividatur, aut conſenſu mutuo, aut vi bellica, ſicut corpus imperii Perſici diviſum eſt in Alexandri ſucceſſores. Qvod cum fit, plura pro uno exiſtunt ſumma imperia cum ſuo jure in partes ſingulas. Si qvid autem commune fuerit, id aut communiter eſt adminiſtrandum, aut pro ratis portionibus dividendum. Huc referenda & diſceſſio, qvæ ex conſenſu fit in colonias. Nam ſic qvoqve novus populus ſui juris naſcitur: *ἀ γὰρ ὅπως τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ὅπως τῷ ὁμοίοι εἶναι ἐκπέμπονται*, inqvit Tucydides: *Non enim ut ſervi, ſed * ut pari jure ſint, dimittuntur.* Idem ſecundam coloniam à Corinthiis Epidamnum deductam narrat ὅπως τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, *ut pari jure eſſet.* Rex Tullius apud Dionyſium Halicarnaſſenſem: *τὸ δ' ἄρχειν ἐκ παντὸς τ' ἀπάντων τὰς μητροπόλεις ὡς ἀναγκαῖόν τι Φύσεως νόμιμον ἢ τε ἀληθὲς ἢ τε δίκαιον ἡγούμεθα ἀφ' ἡμῶν. Ut omnino matrices urbes coloniis imperent, qvaſi naturæ lege, id verò nos neq; æqvum arbitramur.* L. I. c. III. §. XXI. n. 1. Libro I. Libro III.

***

Ut pari jure sint) Salva tamen reverentia matricibus debita, de qva egimus lib. I, c. III. §. XXI, n. 1. Curtius libro IV. c. II. *Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti. A. Gell. N. A. l. 16. c. 3.*

XI. 1. Nobilis est illa qvæstio apud historicos & Jurisconsultos, de his, qvæ Romani imperii fuerunt, cujus nunc sint : multi ea nunc esse volunt Germanici sive regni, ut olim vocabatur, sive imperii (utro autem nomine appelles ad rem non refert) & nescio, qvam surrogationem hujus imperii in illius locum sibi confingunt, cum tamen notum satis sit Germaniam magnam, id est, Transrhenanam, totam maxima temporis parte fuisse extra complexum Romani Imperii. Mihi non præsumenda videtur mutatio aut translatio, nisi certis documentis probetur. Qvare & populum Romanum eundem esse dico, qvi olim fuit, qvanqvam extraneorum accessione admixtum, & imperium penes eum mansisse, tanqvam penes corpus, in qvo esset ac viveret. Nam qvæ olim jure potuit facere populus Romanus, anteqvam Imperatores Romani regnarent, idem faciendi jus habuit, ut qvisqve Imperator mortuus erat, alio nondum existente. Imò & electio Imperatoris ad populum pertinebat; & aliqvoties à populo * per se, aut per Senatum facta est: qvæ autem à legionibus, modo his, modo illis fiebant electiones, non erant ratæ ex jure legionum, (nam in vago nomine jus certum esse non poterat) sed ex approbatione populi.

***

Per se aut per Senatum) Exempla passim electionum factarum à Senatu, aut probatarum in Adriano, Pertinace, Juliano, Severo, Macrino, Maximino, Balbino, Aureliano, Tacito, Floriano, Probo, apud Dionem, Spartianum, Capitolinum, Lampridium, Vopiscum. Ante Aurelianum sex menses imperium fuit sine principe, ejusqve electionem miles Senatui detulit iterum atqve iterum. Pro Senatus jure egregia Albini epistola apud Capitolinum, & Senatus epistola pro Gordianis. Macrinus in oratione : *Detulerunt ad me imperium : cujus ego, Patres conscripti, interim tutelam recipio, tenebo regimen, si & vobis placuerit, qvod militibus placuit.* Tacitus Imperator apud Vopiscum in Probo : *Me qvidem Senatus Principem fecit, de prudenti exercitus voluntate.* Apud eundem Vopiscum Probus : *Rectè atqve ordine, Patres conscripti, proximo superiore anno factum, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & qvidem de vobis, qvi & ceteris mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis.* Majorinus ad Senatum in Novellis : *Imperatorem me factum, Patres conscripti, vestræ electionis arbitrio & fortissimi exercitus ordinatione agnoscite.*

2. Cum his non pugnat, qvod Antonini constitutione, qvotqvot in orbe Romano sunt, cives Romani effecti sunt. Consecuti enim ea constitutione sunt subditi Romani imperii ea jura, qvæ olim habebant coloniæ, & municipia

cipia, & provinciæ togatæ, ut & honorum participes essent, & jure Qviritium uterentur: non, ut in aliis populis itidem, ut in populo urbis Romæ * fons imperii esset: qvod facere in potestate Imperatorum non fuit, qvi habendi imperii modum ac causam mutare non potuerunt. Nec qvod Imperatores postea Constantinopoli, qvam Romæ habitare maluerunt, de jure populi Romani qvicqvam imminuit, sed tunc qvoqve electionem factam à parte sui, qvæ Constantinopoli habitabat, unde Byzantinos Qvirites vocat Claudianus, ratam populus totus habuit: jurisqve sui monumentum non tenue servavit * in urbis suæ prærogativa, * & in honore consulatus aliisqve rebus. Qvare jus omne, qvod hi, qvi Constantinopoli habitabant, ad eligendum Imperatorem Romanum habere poterant, pendebat à voluntate populi Romani: & cum illi * contra mentem ac morem populi Romani * feminæ Irenes subiissent imperium, ut alias causas omittamus, merito populus Romanus illam concessionem, sive expressam, sive tacitam revocavit, & per se Imperatorem legit, ac voce primi civis, id est Episcopi sui (qvomodo & in Judaica republica rege non existente prima erat summi Pontificis persona) pronuntiavit.

***

Fons Imperii esset) Senatus pro Gordiano apud Herodianum provincias hortatur πείθεσθαι ῥωμαίοις ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστὶν, αὐτάτε φίλα καὶ ὑπήκοα ἐκ προγόνων. *Parére Romanis, qvorum ab antiqvo esset imperium, qvibus veteri jure gentes aliæ amorem obsequiumq; præstarent.* Apud eundem Maximus in allocutione ad milites: οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ ῥωμαίων δήμου, ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς μεθ' ὑμῶν ἐγκεχειρίσμεθα. *Non enim unius viri possessio est hoc imperium, sed antiqvitus res est populi Romani: in hac urbe principatus fortuna sita est, nos vero vobiscum, milites, in id electi sumus, ut ea, qvæ imperii sunt, curemus ac tueamur.* Claudianus de Roma:

Armorum legumqve parens qvæ fudit in omnes
Imperium.

In urbis suæ prærogativa) Ait Zonaras Romæ servata πρεσβεῖα, prælationem, qvod inde venisset imperium. Ammianus lib. XIV. de Roma: *Per omnes tamen qvotqvot sunt partes, ut domina conspicitur & regina*, Claudianus Honorio agente Ravennæ VI. Consulat. Hon. v. 407.:

Qvem precor, ad finem laribus sejuncta potestas
Exsulat, imperiumqve suis à finibus errat?

Et in honore consulatus) Nam alter consulum ex urbe Romana, & is qvidem priorem habebat locum. Procopius in Arcana historia.

Contra mentem ac morem populi Romani) Nero in XIV. Annalium c. XI. Taciti matrem accusat: *Qvod consortium imperii juraturasq; in feminæ verba prætorias*

torias cohortes, idemq; dedecus Senatus & populi speravisset. Priscus in excerptis legationum: *οὐ θηλειῶν, ἀλλ' ἀῤῥένων ἡ τῶ ῥωμαίων βασιλείας ἀρχή. Nonenim feminarum, sed marium est, Romani imperii principatus.* Lampridius post mortem Heliogabali: *Cautum ante omnia, ne unquam mulier Senatum ingrederetur, utq; inferis ejus caput dicaretur devovereturq;, per quem id esset factum.* Trebellius Pollio Herenniano: *Zenobia usurpato sibi imperio diutius quam feminam decuit rempublicam obtinuit.*

Feminæ Irenes subissent imperium) Dicto etiam ei sacramento, quod habet Zonaras.

3. Fuit autem hæc electio personalis in Carolum Magnum, & quosdam ejus successores: * qui ipsi jus imperii, quod habebant in Francos, ut & in Langobardos, à jure imperii in Romanos, ut nova ex causa quæsito, solicite distinxerunt. * Postea vero diviso Francorum populo in Occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & Orientalem, qui Germaniam sive Alemaniam tenet (duo Francorum regna vocat Frisingensis) cum populus Francorum orientalis eligendo sibi reges facere cœpisset (* nam & ad id tempus Francorum regum successio quasi agnatica non tam à jure certo, quam à populi suffragiis, dependerat) placuit populo Romano, quo certius præsidium haberet, regem non proprium sibi sumere, sed eum, quem Germani fecissent; * ita tamen ut jus sibi aliquod retineret probandæ vel improbandæ electionis, quantum scilicet ea res ad se pertinebat.

L. 5. c. 35. Hist.

***

Qui ipsi jus imperii, quod habebant in Francos, ut & in Langobardos, à jure imperii in Romanos, ut nova ex causa quæstio, solicite distinxerunt) Vide Synodum Pontigenensem inter capitula Coroli Calvi. Et Paulum Æmilium lib. III. de Carolo magno.

Postea diviso Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam) Vide Withikindum libro I. & ibi notata Meibomii: & pactum Caroli & Heinrici post capitula Caroli Calvi, & ad id notas viri magno judicio doctrinaque præditi Jacobi Sirmundi. Occidentalem illam Franciam Latinam Wibbo vocat, quod ibi sermo Romanensis vigeret, ut & nunc viget, cum Transrhenanæ nationes lingva Germanica uterentur.

Nam & id ad tempus Francorum regum successio quasi agnatica, non tam à jure certo, quam à populi suffragiis, dependerat.) Observatum id Prisco in excerptis legationum, & Reginoni ad annum Ↄ CCCXVI. Carolus Magnus in testamento: *Quod si filium cuilibet horum trium filiorum.*

Ita tamen, ut jus sibi aliquod retineret probandæ vel improbandæ electionis) Verissima res, & aperte testata Wibboni vita Conradi Salici.

4. Hæc quoq; approbatio per Episcopum edici & solemniter testata fieri pecu-

peculiari coronatione solebat. qvare ex electione septem Principum, qvi Germaniæ corpus referunt, qvi lectus est jus habet imperandi Germanis secundum eorum mores: ex approbatione vero populi Romani fit idem rex, aut Imperator Romanus, aut ut historici sæpe loqvuntur, * rex regni Italiæ: atq; eo titulo sub se habet, qvæcunq; populi Romani fuerunt, neqve pactionibus, aut derelicti occupatione, aut victoriæ jure in aliorum populorum imperium concesserunt. Unde illud qvoqve intelligi facile potest, qvo jure Episcopus Romanus vacante imperio * investituras tribuat feudorum imperii Romani, qvia scilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. Solent autem, qvæ sunt corporis alicujus, * per primam personam corporis nomine expediri, ut alibi † qvoqve diximus. Neqve vero male Cynus & Raynerius tradidere, si imperator Romanus morbo aut captivitate impediretur fungi imperio, posse ei vicarium dari ab ipso populo Romano. † l. 2. c. 6. §. 9.

***

Rex regni Italiæ) Sic in excommunicatione Henrici distincte nominat Papa regnum Teutonicorum & Italiæ. Vide Ottonis privilegium Alderamo datum, editum à Meibomio post Withikindi Saxonica: & Crantzium Saxonicorum V. in juramento Ottonis qvod Gratianus intulit in c. 33. Distinctionis LXIII. *In Roma nullum placitum sive ordinationem faciam de omnibus, qvæ ad te* (Papam) *aut Romanos pertinent, sine tuo consilio.*

Investituras tribuat feudorum imperii Romani) Nempe ut in Imperio Germanico Palatinus & Saxo Vicarii imperii, divisis partibus. Vide Serranum Ludovico XII.

Per primam personam corporis nomine expediri) Nam & in Poloniæ interregno Archiepiscopus Gnesnensis Regis locum tenet, in solio regio sedet, tanqvam primus inter Ordines. Philippus Honorius in dissertatione de regno Poloniæ.

†††

Posse ei Vicarium dari) Idqve *arg. c. sicut. 10. X. de For. Comp. c. ad Apostolicæ. 2. de Sent. & Re jud. in 6 Clementin. Pastoralis. de Sent. & Re judic. in fin.* Totum interim discursum hunc examinarunt & rejecerunt *Limn. ad Capit. Carol. V. art. 3. pag. 148. n. 57. & seqq. et. in addit. ad J. P. Tom. 5. ad l. 1. t. 4. n. 24. pag. 7. seqq.* (Ex qvo fua depromfit Romano-Catholicus *Hermes. Tafc. J. P. c. 20. n. 10.*) *Dn. Conring. de Germ. Imp. Rom. cap. 12.*

XII. Hæredis personam, qvoad dominii tam publici qvam privati continuationem, pro eadem censeri cum defuncti persona, certi est juris.

XIII. Victor autem victo, qvatenus succedat, infra † in effectibus belli explicabitur. † l. III. c. 8. junct. c. 15.

CAPUT X.

De obligatione qvæ ex dominio oritur.

I. Obli-

I. Obligatus reddendæ domino rei alienæ unde & qvalis. Exstantia restituere, & qvantum in se est efficere, ut reddantur.

II. Non exstantibus, obligatio de reddendo eo, qvod qvis lucrifecit ex alieno: qvæ multis exemplis illustratur.

III. Bonæ fidei possessorem ad restitutionem non teneri, si res perierit.

IV. Eundem teneri ad restituendos fructus exstantes.

V. Et consumtos, nisi alius consumturus non fuerit.

VI. Non eos, qvos neglexit, percipere.

VII. Non teneri eundem ad restitutionem rei, qvam donavit alii, cum distinctione.

VIII. Nec si rem emtam vendiderit, similiter cum distinctione.

IX. Qvando pretium aut ejus partem servare possit, qvi rem alienam bona fide emit.

X. Rem alienam emtam restitui venditori non posse.

XI. Qvi rem habet, cujus ignoretur dominus, nemini teneri eam concedere.

XII. Ob causam turpem, aut aliogvi debitam, acceptum non esse restituendum naturaliter.

XIII. Refellitur sententia statuens rerum, qvæ pondere, numero, mensura constant, dominium sine consensu domini transire.

I. 1.

EXplicato, qvantum instituto nostro sufficit, jure eo, qvod in personas aut res nobis competit, videndum etiam, qvæ exinde nascatur obligatio adversum nos. Nascitur autem hæc aut è rebus exstantibus (rerum nomine jam comprehendam etiam jus in personas, qva utile nobis esse potest) aut non exstantibus.

†† Prolegom. §. 34.

2. E rebus exstantibus obligatio †† hæc nascitur, qva * tenetur is, qvi rem nostram habet in sua potestate, efficere qvantum in se est, ut in nostram potestatem veniat. Qvantum in se est dico; neq; enim obligatur ad impossibile, neq; ad reddendam rem suis impensis: sed indicare tenetur, ut alter recipere suum possit. Nam sicut in rerum communium statu † observanda erat æqvalitas qvædam, ut huic non minus qvam alteri rebus communibus uti liceret; ita introducto dominio hæc qvasi societas inter dominos contracta est, ut qvi rem alienam in sua haberet potestate; eam domino redderet. Nam si dominii ea tantum fuisset vis, ut poscenti domino reddenda res esset, nimis debile futurum fuisset dominium, & nimis sumtuosa custodia.

† L. II. c. II. §. 2. n. 1.

* * *

Tenetur is, qvi rem nostram habet in sua potestate efficere, qvantum in se est, ut in nostram potestatem veniat.) Inter præcepta jubentia legis Hebræis datæ est, ut res inventa restituatur domino. Præcepto jubente LXXIV. Fundamentum id habet tum in æqvitate naturali, tum in Deuteronomii loco XXII. I. Chrysostomus I. Cor. V, 8. ταῦτα ὁ καὶ οἱ τὸ ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, οἱ τὰς ἀφιλοσόφους καὶ ἀφελομόχθους ἀφέντες, ἐκείνας κελεύουσιν ἀπαιτεῖν, παρ' οἷς ἂν εὕρῃ τις τὰ αὐτῶν

αὐτὸ κείμενα ἁπαντες. *Hoc & seculi probant leges, quæ jus nobis faciunt, omisso raptore aut fure eos compellare, qui res nostras, qualescunq; eæ sint, tenent.* Hieronymus ad Leviticum: *Multi sine peccato putant esse, si alienum quod invenerint teneant, & dicunt: Deus mihi dedit. Cui habeo reddere? Discant, hoc peccatum simile esse rapinæ. si quis inventa non reddat.* Augustin. Serm. XIX. de verbis Apostoli: *Si quid invenisti & non reddidisti, rapuisti.* Deinde: *Qui alienum negat, si posset & tolleret.* Utrunqve Gratianus retulit in causæ XIV. qvæstionem V. idem Augustinus de fide & operibus: *Sicut jure prædiorum tamdiu quisq; bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. cum vero scierit, nec ab alieno recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibetur, tunc juste injustus possessor vocabitur.* Pertinet huc & lex Wisigothorum lib. IX. tit. I. c. 9. Interdum vero ob causas graves lex civilis intendit augetq; hanc obligationem, ut in servo fugitivo lex Burgundica, lib. I. tit. VI. Bona qvæ dominis per injuriam ademērat Domitianus, Nerva restitui jussit, habet id Xiphilinus. Apud Procopium Gothicorum II. Belisarius, ἐμοὶ δὲ ἔγωγε τὸν βιασάμενον καὶ ἐς αὖ τὰ ἔπειτα ἐκποδὼν τὸ αὐτὸν ἐκόντα γε ἐᾶναι. *Mihi ita libet credere, pari loco esse res alienas sponte retinentem & non reddentem cum raptore.*

†††

E rebus existantibus obligatis) Mentionem hujus obligationis, qvæ ex dominio nascitur, supra fecit *Gratum in §. 34. prolegom.* eamqve defendit *Gaddeus ad l. 12. princip. de V. S. n. 4.* duobus, inqviens, modis in creditum imus causa videlicet & obligatione *l. fin. ff. de leg. I. vers 23. de V. S. l. 6. cum ibi notat. de* V. S. Causa in creditum itur per occupationem rei, ejusqve absentiam, qvando alius rem, qvæ nostra est, aliqva dominii vel juris & possessionis causa occupat, vel possidet, aut detinet. Is enim possessor aut omni, aut justa, aut satis firma caret possidendi causa: ideoqve cùm ad nos ea res spectat dominii vel qvasi causa, tacitè nobis obligatus est ad rei restitutionem, eamqve qvasi a nobis in hoc creditam habet, ut propter jus nostrum, qvod in illa re habemus, nobis teneatur, rem cum accessionibus sarram rectamqve restituere, & nisi restituat, patiatur à se vindicari & abduci, cum damni & interesse præstatione, *l. pecunia. 178. §. alienum. 2. de V. S. l. hæres. 19. §. fin. l. seq. ff. de Judic.* Urgent dissentientes *§. 1. omnium, Inst. de Action.* & qvidem in eodem verbo *nullo jure*: sed ad hæc idem reponit *Gaddeus l. c.* verba *nullo jure* non absolutè, sed conventionis intuitu proferri: cum reales actiones non ex conventione, sed causa acqvirendi dominii & possessionis, sive ex jure constituto oriantur. Etsi igitur nullo conventionis jure rei nostræ detentor obligatus sit, utiqve tamen *causa* h. e. dominii vel qvasi, & juris, qvod nobis abest, manet obstrictus & obligatus debito; qvod est rei restitutio *l. 1. c. 6. l. 9. c. qui restituere. 68. cum simil. ff. de Rei Vind.* Unde est, ut passim dicatur teneri rei vindicatione, teneri hæreditatis petitione, teneri confessoria, item negatoria actione &c. qvod verbum *Tenere* minimè his accommodari posset, si nihil penitus subesset obligationis ac crediti: qvippe hoc verbum necessitatem dandi faciendiqve significat & obligationis aliqvid, qvo teneri qvis dicatur, præsupponit, ut vel ipsa innuit verbi *tenere* origo & nativa significatio. Qvid? qvod hæc phrasis JCtis nostris adeò incognita non sit, *Vid. Dn. Strauch. Diss. ad ff. 5, th. 23. Dn. Strov. S. J. C. Diss. 31. th.*

43. Deprecamur itaqve rigidiores, qvi Grotio imputant, qvasi hic ex institutis naturam obligationis turbaverit: idem qvippe cum ipsis in effectu intendit. Uno verbo: Grotius vult nos obligari vel ex re ad restituendum *l. c.* 10. vel ex consensu ad dandum vel faciendum, *c.* 11. *& seqq.* vel ex factò ad reparandum tam parti, *c.* 17 qvam Reip. *c.* 20. qvod à Justiniano qvoqve non alienum est, *add. Bonacin. de Restit. D. t. q. 1. p. 1. pag.* 430. Qvid itaqve hoc loco peccatum fuerit, ipsi nunc, re accuratius perpensâ, videbunt.

Diod. L. XV. Plut. & Corn. Nep. Pelopida.

3. Neqve hîc consideratur bona qvis, an mala fide rei possessionem nactus sit: alia enim obligatio est ex delicto, alia ex re. Lacedæmonii delicto se liberaverant, damnato Phœbida, qvi Cadmeam Thebanorum arcem contra fœdus ceperat, sed ipsi * injustitiæ accusati, qvod arcem nihilominus retinerent: eamqve injustitiam, ut singularem, etiam singulari Dei providentia vindicatam notavit Xenophon. Sic M. Crassum & Q. Hortensium reprehendit Cicero, qvod hæreditatis partem retinuissent ex testamento, qvod falsum, sed sine eorum culpa confectum erat.

Xenoph. Cyri, Lib. V. de Officiis. III.

***

Injustitiæ accusati) Ita judicat Diodorus libro XV. Plutarchus Agesilao: *τὴν πόλιν ἔπεισεν εἰς αὐτὴν δέξασθαι τὸ ἀδίκημα, καὶ κατέχειν τὴν Καδμείαν δι' ἑαυτῆς: Civitati persvasit, ut in se culpam transferret, retinendo sibi arcem Cadmeam.* Simile facinus Bajazetis in Nicopoli apud Leunclavium l. VI.

4. Qvia verò hæc obligatio tanqvam ex contractu universali omnes homines tenet, & jus qvoddam rei domino parit, eo fit, ut singulares contractus qvippe tempore posteriores, exceptionem inde accipiant. Inde lucem † accipit illud Tryphonini: *Latro spolia, qvæ mihi abstulit, posuit apud Sejum inscium de malitia deponentis: utrum latroni, an mihi restituere Sejus debeat. Si per se dantem accipientemq; intuemur, hæc est bona fides, ut commissam rem recipiat is, qvi dedit: Si totius rei æqvitatem, qvæ ex omnibus personis, qvæ negotio illo continguntur, impletur, mihi reddenda sunt, qvoi* (male legitur *qvo*) *facto sceleratissimo ademta sunt.* Rectè autem addit: *Et probo, hanc esse justitiam, qvæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione.* Justior nimirum est repetitio domini ex jure illo, qvod ipsi dominio æqvævum diximus: unde etiam illud seqvitur, qvod apud eundem Tryphoninum est, ut qvi rem suam ignorans depositam accepit, reddere eam non teneatur: & qvod ibidem paulo ante qværebatur de bonis depositis ab eo, cujus bona erant publicata, hinc potius qvam ex eo, qvod de pœnarum utilitate adfert Tryphoninus, definiendum est.

L. II. c. 13. §. 15. n. 2. L. Bona fides. 31. D. Depositi.

5. Nam ad dominii naturam nihil refert ex gentium, an ex civili, jure oriatur: semper enim secum habet, qvæ sibi sunt naturalia, inter qvæ est obligatio cujusvis possessoris ad rem domino restituendam. Et hoc est, qvod ait Martianus, jure gentium condici posse res ab his, qvi non ex justa causa possident.

L. Rerū. D. 25. de Act. rer. amotar. L. 43.

Ex

Ex hoc fonte oritur illud, qvod ab Ulpiano eſt proditum, qvi rem alienam invenit, eum ita ad eam domino reddendam teneri, ut ἔυρετρον, hoc eſt præmium inventionis petere non poſſit. Reddendi autem ſunt & fructus ſalvis impenſis. Falſ. §. 9. qvid ergo. D. de Furtis. Cujac. ad Th. 2. 2. 61. art. 6. L. Item. veniunt. 20. §. præter hæc. 6. D. de Petit. hæred.

II. 1. De rebus non exſtantibus hoc humano generi placuit, ut ſi tu ex re mea factus es † locupletior; me rem non habente, in tantum tenearis, in qvantum es factus locupletior; qvia qvatenus ex meo lucratus es, plus habes, cum ego minus habeam: introducta autem ſunt dominia ad ſervandam æqvalitatem, in eo ſcilicet, ut qvisqve ſuum haberet. * *Contra naturam eſſe*, ait Tullius, *ex hominis incommodo ſuum augere commodum.* Et alibi: *Illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus.* De Off. III. L. Jure naturæ. 206. D. de reg. Juris. & ibi Interpretes. † L. 3. c. 22. §. 3.

* * *

Contra naturam eſſe ex hominis incommodo ſuum augere commodum) Caſſiodorus X, 16. *Hoc noſtris temporibus confitemur inimicum, ut alter alterius lætetur incommodo.*

2. Eſt hujus dicti tanta æqvitas, ut multa hinc definiant Jurisconſulti extra legum præſcripta, ſemper ad ipſam æqvitatem, ut evidentiſſimam, provocantes. (*a*) Ex actu ſervi inſtitoris tenetur, qvi præpoſuit, ita, niſi denunciaverit ne ei crederetur: At etiam, ſi ſit facta denunciatio, & ſervus ex eo contractu peculium habeat, aut in rem domini verſum ſit, replicabitur de dolo. *Videtur enim*, inqvit Proculus, *dolum malum facere, qvi ex aliena jactura lucrum qværat.* Ubi doli mali vox id omne ſignificat, qvod naturali juri & æqvitati repugnat. (*a*) L. Si qvis mancipiis. 17. §. 4. D. de Inſt. action.

(*b*) Qvi matre jubente pro filii defenſore fidejuſſit, adverſus defenſorem mandati actionem non habet, nec proprie ejus geſſit negotium, qvia contemplatione matris fidejuſſit: Attamen ex Papiniani ſententia dabitur actio negotiorum geſtorum (utilis ni fallor) in defenſorem; qvia pecunia fidejuſſoris liberatur. (*b*) L. Qvanqvam. 7. ad S. C. Vellej.

(*c*) Si uxori, qvæ marito pecuniam donavit, qvam ex lege poſſet repetere, datur condictitia aut utilis vindicatio in rem ex pecunia comparatam; qvia, inqvit Ulpianus, locupletiorem eſſe maritum negari non poteſt: & hoc qværitur, qvid ex re mulieris poſſideat. (*c*) L. 55. Uxor marito. D. de Donat. inter vir. & ux.

(*d*) Si conſumſeris nummos, qvos mihi meus ſervus furripuerat, peculiares putans, condictio eo nomine mihi adverſus te competit, qvaſi res mea ad te ſine cauſa pervenerit. (*d*) L. Servus. 30 in princ. verſ. ſecundū qvæ. D. de Act. emt. & vend.

(*e*) Pupilli non tenentur commodati ſecundum leges Romanas; tamen utilis actio dabitur, ſi pupillus locupletior factus ſit. (*e*) L. Sed mihi. 3. Pr. D. Commodati.

(*f*) Sic ſi aliena res pignori data & à creditore vendita fuerit, qvantum ad creditorem, pro pretii accepti qvantitate, liberatur debitor: qvia, inqvit (*f*) L. Rescriptum. 12. §. 1. de Diſtr. pignorum.

Tryphoninus, ex qvali qvali obligatione, occasione debitoris redactum pretium æqvius debitori proficeret, qvam creditoris lucro cederet: sed emtori debitor tenebitur. ne ex aliena jactura lucrum sibi qværat: nam & si majores fructus à possessore creditor abstulisset, universos in qvantitatem accepto ferre deberet.

(g) L. 32. Si me & Titiũ. D. de Reb. credit.

(g) Similiter, si cum debitore meo, non tanqvam meo, sed alienum debitorem putans egisti, & mutuam ab eo accepisti pecuniam, obligaris, non qvia pecuniam tibi credidi (hoc enim nisi inter consentientes fieri non potest) sed qvia pecunia mea, qvæ ad te pervenit, eam mihi à te reddi bonum & æqvum est.

(h) Accurs. in d. l. Referiptum. 12.

3. Posteriores qvoqve juris interpretes ad facta similia hæc rectè producunt: nempe ut (h) cujus latitantis bona venum ierant, cum exceptionem haberet, is ad pecuniam ex bonis suis redactam admittatur; & (i) ut, qvi pecuniam patri credidit ad alendum filium, si pater solvendo non sit, in ipsum filium bona materna habentem actionem habeat.

(i) Jason. in d. l. si me & Titium. 52.

(k) His regulis duabus rectè intellectis, non difficilis erit responsio adeas qvæstiones, qvæ à Jurisconsultis, & à Theologis internum animi tribunal instruentibus proponi solent.

(k) Soto l. IV. q. 7. art. 2. Covarruv. ad c. peccatum. 5. de R. J. in 6. par. II. §. 1. Silv. in verb. Restitutio. n. 3. q. 6. Medina de contr. q. 10. Less. l. II. c. 14. Navar. 17. n. 7. Svet. c. 19.

III. Primum enim apparet, bonæ fidei possessorem (nam malæ fidei possessor ultra rei rationem ex facto suo tenetur) non teneri ad ullam restitutionem, si res perierit: qvia nec res ipsa apud eum est, nec lucrum ex re.

IV. Secundo, bonæ fidei possessorem teneri ad restituendos etiam fructus exstantes rei: dico fructus rei; nam industriæ fructus etiam si sine re non procederent, rei tamen non debentur. Causa hujus obligationis est ex dominio. nam qvi dominus est rei, idem naturaliter dominus est fructuum rei.

V. Tertio, bonæ fidei possessorem teneri ad restitutionem & rei & fructuum consumtorum, si modo alias qvoq; tantundem consumturus fuerat: nam in hoc locupletior censetur. Sic laudatur circa initia imperii C. Cæsar Caligula, qvod qvibus regna restituit, adjecit & fructus medii temporis.

VI. Qvarto, non teneri eum ad fructus, qvos percipere neglexit: qvia nec rem habet, nec qvicqvam, qvod rei loco succedit.

VII. Qvinto, si talis possessor rem sibi donatam alii donaverit, non teneri eum, nisi omnino etiam sine hac re donaturus tantundem fuisset: tunc enim lucrum erit, rei suæ pepercisse.

L. 48. Qui vas. §. ult. D. de furtis. L. 22. Si & rẽ. D. de Petit. hæreditatis. L.

VIII. Sexto, si rem emtam vendiderit, non teneri, nisi qvatenus forte pluris vendiderit: qvod si donatam vendiderit, teneri ad restituendum pretium, nisi forte prodegerit pretium, alias non prodacturus.

IX. 1. Septimo, rem alienam bona fide emtam restituendam, nec posse erogatum pretium repeti. cui regulæ hæc addenda mihi videtur exceptio, nisi

nisi qvatenus dominus rei suæ possessionem recipere sine impendio aliqvo probabiliter non potuit, ut puta, si res apud piratas fuerit. Tunc enim deduci poterit, qvantum dominus impensurus libenter fuerat, ipsa enim facti possessio præsertim recuperatu difficilis, est aliqvid æstimabile, & in hoc dominus post rem amissam censetur factus locupletior. Et ideo, cum rei suæ emtio ordinario jure non valeat, valere tamen eam, ait Paulus (a) Jurisconsultus, si ab initio id convenit, ut possessio, qvæ apud alterum est, ematur. Neqz hic reqviro, ut emta res sit *cum animo, ut domino restitueretur, qvo casu negotiorum actionem nasci, sunt, qvi ajant, sunt, qvi negent. (b) Nam negotiorum gestorum actio ex lege civili nascitur: nullum enim habet eorum fundamentorum, ex qvibus natura non obligationem inducit. Nos autem id, qvod naturale est, hic qværimus.

***

Nisi qvatenus dominus rei suæ possessionem recipere sine impendio aliqvo probabiliter non potuit, Apud Terentium Heautontimorumento Act. IV, Scena IV:

Sed illud, qvod tibi
Dixi de argento, qvod illa debet Bacchidi;
Id nunc reddendum est illi. neqve tu scilicet
Eo nunc confugies, qvid mea? num mihi datum est?
Num jussi? num illa oppignerare filiam
Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt, jus summum summa sæpe injuria.

Ubi & Eugrafium vide. Hæc æqvitas etiam ab Hebræorum magistris probatur, & à Wisigothis libro I, tit. IX, c. 9. &c. 15. Alc. III. Præf. 29. Menoch. V. Præsum. 29. num. 26, Stracchan parte II. num. 18.

Cum animo, ut domino restitueretur) Speculum Saxonicorum II, 37. Landrecht. tit. XV.

2. Non dissimile est, qvod de funeraria scripsit (c) Ulpianus, justum judicem in ea non meram negotiorum gestorum actionem imitari, sed solutius æqvitatem seqvi, cum hoc ei actionis natura indulgeat. (d) Et qvod alibi idem ait, si qvis negotia mea gesserit, non mei contemplatione, sed sui lucri causa, & circa res meas aliqvid impenderit, (e) non qvidem in id, qvod dedit, sed in id, qvod ego locupletior sum, habiturum actionem. Sic enim & domini rerum, qvarū jactu levata est navis, partem recuperant ab aliis, qvorum res jactu servatæ sunt: qvia & qvi rem alioqvi perituram servavit, in hoc videtur locupletior.

X. Octavo, cum, qvi rem alienam emit, non posse eam restituere venditori, ut pretium servet, qvi ex qvo res in ejus fuit potestate, jam, ut diximus, cœpit obligatio restituendi.

Sed & si lege. 25. D. Eod L. Si eum servū. 23. D. de Rebus creditis. L. inter tua. 3. L. si mancipiū. 23. C. de Rei vind. L. Sux. 16. D. de Cont. Emt. L. I. D. de Evictionibus. 2. Si laborante. 2. §. Si navis. 3. D. ad Legē Rhodiam. Ægid. Reg. disp. 31. dub. 7. n. 126. Host. tit. de pœn. v. qvid de prædā ementibus.

(a) L. Si in emtione. 34. §. Rei. 4. D. de Contr. Emt.

(b) Bal. & Cast. L. I. D. de Negg. gest.

(c) L. & si qvis. 14. §. idem Labeo. 13. D. de relig. & Sumt. f. Balsamo, ad can. X. Greg. Thauma.

(d) L. Si pupilli. 6. §. sed & si qvis. 3. D. Neg. gest.

(e) Cajet. 2, 2. 62, 6. Soto l. 4. q. 7. art. 2. Covar. d. loc. L. I. D. ad l. Rhod.

XI. Nono, eum, qvi rem habeat, cujus dominus ignoratur non teneri naturaliter eam rem pauperibus dare: * qvanqvam valde hoc † pium sit, & recte multis in locis constitutum. Ratio est, qvia ex dominio nemo jus habet, præter dominum. Non esse autem, & non apparere tantundem valent qvoad eum, cui non apparet.

† L. I. c. I. §. IX. n. 1.

***

Qvanqvam valde hoc pium sit) Chrysostomus indicato jam loco.

XII. Decimo, (*a*) naturaliter qvod ob causam turpem aut honestam, ad qvam qvis obligabatur, acceptum est, non esse restituendum. qvanqvam hoc qvoqve non immerito legibus qvibusdam introductum est. Ratio est, (*b*) qvia ratione rei nemo tenetur, nisi res sit aliena. hic autem dominium transit ex prioris domini voluntate. * Aliud erit, si in ipso accipiendi modo vitium fuerit, puta extorsio. hoc enim est aliud obligationis principium, de qvo hic non agimus. †

(*a*) Thom. 2. 2. 62. art. 5. ad 2. Cajet. ibi. Covar. p. 2. §. 2. ad cap peccatum.
(*b*) I. Sam. xii. 3. 6.
† vid. c. 11. §. 9.

***

Aliud erit, si in ipso accipiendi modo vitium fuit, puta extorsio) Optime hæc distingvit Augustinus epistola LIV.

XIII. Addamus & hoc, mendose à (*c*) Medina traditum, rerum alienarum in nos dominium transire sine consensu domini, si res sint tales, qvæ pondere, numero, & mensura æstimari soleant. Nam res ejus generis functionem qvidem recipere dicuntur, id est restitui posse per id, qvod (*d*) genere idem est, sed ita demum si consensus præcesserit, aut ex lege aut more præcessisse intelligatur, ut in mutuo; aut etiam si res, utpote consumta, exhiberi neqveat. At extra talem consensum, vel expressum, vel præsumtum, & extra necessitatem, functio ista locum non habet.

(*c*) De Rest. q. 10.
(*d*) L. Rogasti. 11. §. ult. D. si cert. pet.

CAPUT XI.

De promissis.

I. Refellitur sententia statuens promissis jus naturaliter non oriri.
II. Assertionem nudam non obligare.
III. Pollicitationem naturaliter obligare, sed inde alteri jus non nasci.
IV. Qvid sit promissum, unde alteri jus oritur.
V. Requiri ad hoc in promittente usum rationis. ubi distingvitur jus naturale à legibus civilibus circa minores,
VI. Promissio errantis an & qvatenus obliget naturaliter.
VII. Promissionem ex metu obligare. sed qvi metus causam dedit teneri ad liberandum promissorem.
IIX. Id qvod promittitur, ut promissio valeat, oportere in potestate sit promittentis.
IX. An promissio ob causam vitiosam valeat naturaliter, per distinctionem explicatur.
X. Qvid sentiendum de promissione facta ad consequendam rem jam ante debitam.

XI. Mo-

XI. Modus valide promittendi per nos ipsos.
XII. Modus valide promittendi per alios, ubi & de legatis mandata excedentibus.
XIII. Exercitoria & institoria obligationes quatenus ex jure naturæ procedant, ubi & juris Romani error notatur.
XIV. Ad promissionis validitatem acceptationem requiri.
XV. An acceptatio innotescere debeat promissori, per distinctionem explicatur.
XVI. Revocari promissionē posse, mortuo ante acceptationē, cui promissum erat.
XVII. An & internuncio mortuo, per distinctiones explicatur.
XIIX. An revocabilis sit promissio acceptione per aiterum facta, per distinctiones explicatur.
XIX. Omni promisso adjici quo tempore possit.
XX. Quomodo convalescere possit invalida promissio.
XXI. Promissiones sine causa, naturaliter non esse irritas.
XXII. Qui factum alienum promisit ad quod naturaliter teneatur.

I. 1.

PErduxit nos ordo ad obligationem, qvæ ex promissis oritur: ubi statim se nobis objicit vir eruditionis minime vulgaris Franciscus Connanus. Is enim hanc defendit sententiam, Jure naturæ ac gentium ea pacta, qvæ non habent σωάλλαγμα, nullam inducere obligationem: honeste tamen impleri, si modo talis res sit, qvam præstare etiam citra promissum honestum ac virtuti alicui congruens fuerat. Lib. I. c. VI. Lib. V. c. I.

2. Adfert autem pro sententia sua non tantum Jurisconsultorum dicta, sed & rationes has: qvod non minor sit culpa ejus, qvi temere nulla de causa pollicenti credit, qvam ejus, qvi vanitatem adhibuit promissionis: deinde qvod fortunis omnium magnum immineat periculum, si promisso, qvod sæpe ex ostentatione magis, qvam ex voluntate proficiscitur, aut ex voluntate qvidem, sed levi ac parum considerata, tenerentur homines: postremo, qvod justum fuit aliqva honestati cujusqi relinqvere, nec ad necessitatem obligationis exigere: turpe esse promissa non implere, non qvod injuste id fiat, sed qvod detegatur promissionis levitas. I. II. III.

Tullii qvoqve utitur testimonio, qvi dixerit, nec promissa servanda, qvi sint iis qvibus promiseris inutilia, nec si plus tibi noceant, qvam illi prosint cui promiseris.

Qvod si res integra non sit, vult deberi non qvod promissum est, sed qvod interest: ceterum pacta, qvam ex se non habent, vim eam accipere aut ex contractibus, qvibus insunt aut adjiciuntur, aut ex rei traditione: unde nasci partim actiones, partim exceptiones, & vetitam repetitionem.

Qvæ vero pacta vim obligandi secundum leges habeant, ut pacta stipulata, & alia qvædam, habere eam legum beneficio, qvarum ea est efficacia, ut, qvod per se honestum est, id efficere possint etiam necessarium. 3. Ve-

3. Verum hæc ſententia, ita generaliter, ut ab ipſo effertur accepta, conſiſtere non poteſt. Primum enim ſequitur inde inter reges (a) & populos diverſos, pactorum, quamdiu nihil ex iis præſtitum eſt, vim eſſe nullam, præſertim iis in locis, ubi nulla certa forma fœderum aut ſponſionum reperta eſt. Tum vero ratio nulla reperiri poteſt, cur leges, quæ quaſi pactum commune ſunt populi, atque hoc nomine vocantur ab Ariſtotele & Demoſthene, obligationem pactis poſſint addere; voluntas autem cujusque, hoc omni modo agentis ut ſe obliget, idem non poſſit, præcipue ubi lex civilis impedimentum non affert. Adde, quod voluntate ſufficienter ſignificata transferri rei dominium poteſt, ut ante diximus. † quid ni ergo poſſit transferri & jus in perſonam, aut ad transferendum dominium (quod jus ipſo domino minus eſt) aut ad aliquid agendum, quippe cum in actiones noſtras par jus habeamus atqui in res †† noſtras?

(a) h.c. §. 5. n. 3.

Rhet. I, XV.

L. 2. D. de Legibus.

† h. l. c. 8. §. 25.

†† L. 52. de A. R. D.

4. Accedit his * ſapientum conſenſus: nam quomodo dicitur à Jurisconſultis, nihil eſſe tam naturale, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre ratam haberi; eodem modo dicitur, † nihil eſſe tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare. Sic edictum de pecunia conſtituta, ubi nulla in conſtituente debendi cauſa præceſſerat præter conſenſum, favere dicitur naturali æquitati. Paulus quoque Jurisconſultus eum ait natura debere, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus: quo in loco primum vox, oportet, neceſſitatem quandam moralem ſignificat: neque vero admittendum eſt, quod ait Connanus, fidem ſecutos nos cenſeri, ubi res integra eſſe deſiit: agebat enim eo loco Paulus de conditione indebiti, quæ ceſſat ſi ex qualicunque pacto ſolutum quod ſit, quia jam ante, re adhuc integra, naturæ ac gentium jure dari oportebat, etiamſi lex civilis ad præſcindendas litium occaſiones auxilium ſuum non præſtabat.

§. Per traditionem. 40. Inſt. de Rer. diviſ.

† L. 1. D. de Pactis.

L. 1. D. de Pecun. conſt. L. 84. Cum amplius. D. de Reg. Juris.

* * *

Sapientum conſenſus) Ita ut & ſilentium in re moram non ferente vim ſponſionis habere velint Hebræi. Baba Kama c. X §. 4.

M. autem Tullius in Officiis tantam promiſſis vim tribuit, ut fundamentum juſtitiæ fidem appellet, quam & juſtitiæ ſororem dixit Horatius, & Platonici ſæpe juſtitiam vocant ἀλήθειαν, quod fidelitatem tranſtulit Apuleius: ac Simonides juſtitiam definiebat, non modo acceptum reddere, ſed & verum dicere.

D. Off. L. 1.

Ap. de Platone. Plato I. de repub.

5. Sed ut bene res intelligatur, diſtingvendi ſunt diligenter tres gradus loqvendi de rebus futuris, qvæ noſtræ ſunt poteſtatis, aut fore putantur.

II. Primus gradus eſt aſſerti explicans de futuro animum, qvi nunc eſt: & ad hanc, ut vitio careat, reqviritur veritas cognitionis pro tempore præſenti, non autem ut in ea cogitatione perſeveretur. Habet enim animus huma-

humanus non tantum naturalem potentiam mutandi consilium sed & † jus. Qvod si in mutatione sententiæ vitium sit aliqvod, aut accedit, id non est intrinsecum mutationi, sed ex materia, puta qvia prior sententia erat melior. † L. 108. §. 1. de V. O.

III. Secundus gradus est, cum voluntas se ipsam pro futuro tempore determinat, cum signo sufficiente ad indicandam perseverandi necessitatem. Et hæc pollicitatio dici potest, qvæ, sepositâ lege civili, obligat qvidem, † aut absolute aut sub conditione, sed jus proprium alteri non dat. Multis enim casibus evenit, ut obligatio sit in nobis, †† & nullum jus in alio; sicut in debito misericordiæ & gratiæ reponendæ apparet, qvibus simile est hoc debitum constantiæ sive fidelitatis. Itaqve ex tali pollicitatione res pollicitantis retineri, aut is ipse, qvi pollicitus est, ad implendam fidem cogi jure naturæ non poterit. † L. 3. pr. D. h. t. † h. c. §. XIV. †† h. l. c. XIII. §. 17. c. XIV. §. 6. n. 1. c. XXII. §. 16. c. XXV. §. 3. n. 4.

†††

Ut obligatus sit in nobis, & nullum jus in alio) Aptissimum promissionis imperfectæ exemplum nobis videtur cum *Dn. Pufendorff. de* J. N. & G. *lib.* 3. *c.* 4. *§.* 6. *p.* 324. si eam ita concipiamus: ego seriò destinavi hoc vel illud tibi præstare, & peto, ut id mihi credas. Qvo casu promissor ad præstandum videtur obligari magis ex *lege Veracitatis*, qvam *justitiæ*: scilicet qvia in se voluit qvidem esse obligationem, ut tamen per alterum nolit ad implendam eam compelli. Sunt enim homines generoso animo, qvi malunt videri propriæ virtutis impulsu ferri ad faciendum officium, qvam propter jus alterius. Non itaqve hic impingit *Grotius*, ut qvidam existimant, & falsum non est assertum, qvempiam posse dici obligatum esse, ut nullum jus exigendi ponatur in alio: confunduntur enim legales justitiæ universalis & particularis termini à dissentientibus. Sic ut indigenti nummis meis convenienter succurram, liberalitatis præceptum est, ex fonte virtutis & *justi universalis* derivatum; sed ita, ut, si recusem de meo superfluo paupери aliqvid largiri, ipse ex fonte *justi particularis* neqvicqvam habilitatus dici qveat ad instituendum contra me sufficientem actionem civilem. Præterea *Grotium* nunqvam negavit, me, transgrediendo virtutum moralium canones, peccare in conscientiâ & coram Deo, adeoqve ejusdem jus plenum, adversum me competens, turbare; ast inde nondum seqvitur, me proximo, v. g. egeno, jus qvoddam qvæsitum, & qvod perfectè in bonis dici poterit, propterea violasse.

IV. 1. Tertius gradus est, ubi ad determinationem talem accedit signum volendi jus proprium alteri conferre: qvæ perfecta promissio est, similem habens effectum, qvalem alienatio dominii. Est enim aut via ad alienationem rei, aut alienatio particulæ cujusdam nostræ libertatis. Illuc pertinent promissa dandi, huc promissa faciendi. Ejus, qvod dicimus, insigne nobis argumentū præbent divina oracula, qvæ nos docent* Deum ipsum, qvi nulla constituta lege obstringi potest, contra naturam suam facturum, nisi promissa præstaret. Nehem. IX, 8. Hebr. VI, 18. & X, 23. I. Cor. I, 19. X, 13. I. Thess. V, 24. II. Thess. III, 3. II. Tim. II, 13. Unde seqvitur, ut promissa præstentur, venire ex natura immutabilis justitiæ, qvæ Deo & omnibus his, qvi ratione utuntur, suo modo communis est. Accedit judicium Salomonis: *Fili mi, si qvid spopondisti alteri, defixisti externo velas tuas, illaqveatus es verbis oris tui: captus es enunciationibus oris tui.* Et hinc Hebræis promissio vocatur אסר *vinculum*, & * voto comparatur, Num. XXX, 4. 5. 6. Similis origo vocis ἐπαγγελίας notata Eustath.o ad secundum Iliados. ἁλίσκει γάρ πως καὶ κα- Prov. V, 1.

τέχει τ' ὑποσχόμενον ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενος: * *capit ac vincit qvodammodo promissorem is, cui fit promissio.* Qvem sensum non male secundo Metamorphoseon expressit Ovidius, ubi promissor ei, cui promiserat, ait: *Vox mea facta tua est.*

***

Deum ipsum) Ita Baldus in L. I. D. de Pactis.

Voto comparatur) *Qvasi paciscuntur cum Diis homines oblatione votorum,* Schol. Horatii.

Capit ac vincit) Inde vincula fidei dicta. Donatus ad Evnuchum.

2. His cognitis, non difficulter respondebimus ad Connani argumenta. Nam Jurisconsultorum dicta de pactis nudis respiciunt * id, qvod Romanis legibus erat introductum, qxæ deliberati animi signum certum constituerunt stipulationem. Neqve negamus, similes esse in aliis populis leges. *Qvæ lex ad id præstandum nos, qvod alicui promisimus, obligat?* ait Seneca de lege humana & * promisso non solenniter facto loqvens.

V. de Benef. c. 10.

***

Id qvod Romanis legibus erat introductum) Cautè Paulus Sententiarum lib. II. tit. XIV. *Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum est, nullius est momenti, ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.*

Et promisso non solemniter facto loqvens) Id est non sponso. Sic epistola XIX. distingvit: *Jam non promittunt de te, sed spondent.* Stipulatus & sponsio, verborum solennitas dicitur Paulo lib. V. Sententiarum, & Cajo titulo de obligationibus, qvæ ex consensu fiunt.

3. Possunt autem naturaliter deliberati animi alia esse signa, præter stipulationem, aut si qvid ei simile, ad actionem pariendam, lex civilis postulat. Qvod autem fit animo non deliberato, id nos qvoqve ad vim obligandi non credimus pertinere; qvod & Theophrastus libro de legibus notaverat. Imò & qvod deliberato fit, sed non eo animo, ut jus proprium concedat alteri, ex eo negamus, jus exigendi cuiqvam naturaliter dari, qvanqvam non solam hinc honestatē, sed & necessitatem qvandam moralem nasci agnoscimus. De eo autem, qvod ex Cicerone adducitur, agemus infra, (a) ubi de interpretatione pactorum sermo erit. Sed qvæ ad perfectæ promissionis vim reqvirantur, † videamus.

(a) c. XVI. h. l.

L. I. c. III. §. XVI. n. 2.

V. 1. Primum reqviritur usus rationis: ideo & furiosi, & amentis, & infantis nulla est promissio. Aliud censendum de minoribus. Hi enim, etsi non satis firmum judicium habere credantur, ut & feminæ, id tamen nec perpetuum est, nec per se sufficit ad actus vim elidendam.

2. Qvando autem puer ratione uti incipiat, non potest certo definiri: sed ex qvotidianis actibus, aut etiam ex eo, qvod communiter in qvaqve regione accidit, desumendum est. Itaqve apud Hebræos valebat promissio, qvam

qvam feciſſet adoleſcens, qvi annum impleſſet decimum tertium: puella, qvæ duodecimum. Alibi leges civiles, juſta ratione motæ, qvasdam promiſſiones pupillorum ac minorum irritas pronuntiant, non apud Romanos tantum, ſed & apud Græcos, ut notatum Dioni Chryſoſtomo oratione LXXV. adverſus qvasdam reſtitutionis beneficium introducunt: ſed hi effectus ſunt proprii legis civilis, ac proinde cum jure naturæ ac gentium nihil habent commune; niſi qvod, qvibus locis obtinent, ibi eas ſervari etiam naturæ eſt. Qvare etiamſi peregrinus cum cive paciſcatur, tenebitur illis legibus: qvia qvi in loco aliqvo contrahit; tanqvam ſubditus temporarius, legibus loci ſubjicitur.

3. Plane aliud erit, ſi in mari pactio fiat, aut in vacua inſula, aut per literas inter abſentes. Talia enim pacta jure ſolo naturæ reguntur, ut & pacta eorum, qvi ſummam habent poteſtatem, † qva tales ſunt: nam in his, qvæ privatim aguntur, locum habent, leges etiam, qvæ irritum actum faciunt, ubi id in favorem ipſum ſit, non in pœnam. † h. c. §. 1. n. 3.

VI. 1. De pacto errantis perplexa ſatis tractatio eſt. nam diſtingvi ſolet inter errorem circa ſubſtantiam rei, & qvi non ſit circa ſubſtantiam, an dolus cauſam dederit contractui, an non: fueritne alter, qvicum actum eſt, doli particeps: ſitne actus ſtricti juris, an bonæ fidei. Nam pro harum rerum varietate alios actus irritos pronunciant ſcriptores, alios validos qvidem, ſed ut arbitrio ejus, qvi læſus eſt, reſcindi poſſint, aut reformari. Sed harum diſtinctionum pleraqve veniunt ex jure Romano, tum civili vetere, tum prætorio: qvædam etiam non ſatis veræ aut accuratæ ſunt. Antonin. p. 2. tit. 1. c. 17. §. 6. Dd. ad L. contractus. 23. D. de Reg. Jur. Covar. de Cõtractib. q. 7. Medina. c. de Reſt. q. 33.

†††

Contractui, an non) Cid. *l.* 13. *§.* 4 *&* 5. *ff. de Action. Empt. Lugo de Juſt. & Jur. diſſ.* 21. *ſect.* 6. *n.* 73. *in fin.*

Irritos pronunciant ſcriptores) v. g. contractus bonæ fidei, qvibus dolus dedit cauſam, *l.* 7. *pr. ff. de Dol. mal.* Qvanqvam autem multi eosdem cum *Weſenb. in P. ff. de Dol. mal. n.* 1. *Præſ. ad D. de Dol. Mal. n.* 13. *ſeq. Johann. Ignæt. ad L.* 23. *de R. J. alinqve Dol. cap. Covarruv. loc. infr. cit.* ipſo jure invalidos non eſſe ſtatuant, (exceptis conſenſualibus, *Bach. ad Inſt. Diſſ. VI. th.* 16. *& ſeqq.* vel, ſecundum alios, ſolis ſocietatis contractibus, *l.* 3. *§. fin. pr. Soc. l.* 16. *§.* 1. *de Minorib.*) idqve potiſſimum propter *l.* 5. *C. de Reſc. Vend.* tamen hiſce reſpondet *Hahn. ad Weſenb. l. c. n.* 1. qvod to *reſcindi. in l.* 5. *cit.* ſit idem, qvod nullum declarari, uti etiam vocabulum accipitur *in l.* 9. *& ſi. C. de Prad. & al. reb. min.* qvia id aliqvando prædicatur & de illis, qvæ ipſo jure nulla ſunt, *arg. t. t. qva ſent. ſin. appell. reſcind. innot. l.* 7. *pr. h. t.* Præterea ratio, qvæ militat in contractu ſocietatis, etiam animadvertitur in reliqvis, tam realibus, qvam conſenſualibus, bonæ fidei contractibus; ſimiliter enim in his deficit alterum conſenſus principium voluntas ſcilicet: qvia qvi dolo decipitur, ignorat alterius fraudem, adeoqve per errorem in idem, qvod vult, inducens, non conſentit ſimpliciter, ſed ſemper ſub conditione, rebus ſic ſtantibus. Sed urgent diſſentientes (t) qvod eadem qvoqve applicari poſſint in contractibus ſtricti juris, qvi tamen, licet dolo initi, non faciunt contractum ipſo jure nullum. Verum differentiam eorum à contractibus bonæ fidei, præ-

ter *Dn. Strvv. Ex. 46. th. 74.* afferunt satis probabiliter *Donell. in §. 28. inst. de Act. n. 43 Covarruv. ad Reg. Possessor. p. 2. §. 6. n. 6. Leff. de J. & J. l. 2. c. 17. n. 31. in fin.* Mero siqvidem jure civili (ut distingvitur à jure Prætorio) non datur actio ad rescissionem contractus stricti juris, cui dolus causam dedit, aut ad vindicandum dolum deceptoris, unde hic contractus jure civili dicitur validus: contractus autem bonæ fidei, qvorum essentiam similiter dolus malus ingressus est, vocantur irriti & nulli, qvia illo jure datur actio ad rescissionem contractus & doli vindicationem. Jure tamen Prætorio (qvod est moderatio qvædam Juris civilis) etiam datur actio ad rescissionem contractus stricti juris, cui dolus causam dedit, & ita Jure Prætorio hic contractus est simili modo invalidus. Æqvitas enim postulat, ut possit rescindi. Ex qvibus patet (pergit *Leff. l. c. p. 165.*) illam distinctionem solùm pertinere ad forum externum, & *esse irritum seu nullum aut validum* nihil aliud esse, qvam dari vel non dari actionem ad rescissionem contractus: & cum dicitur *ipso jure*, hanc clausulam non intelligi more vulgari, neq; de jure civili in genere, sed de jure civili primario & stricto, ut distingvitur contra jus Prætorium. Instant (2) cum *Wesenb. l. c.* allegatam *l. 7. pr. de Def. mal.* procedere solummodò, qvando minor contra legem lectoriam deceptus sit. Aft iterum satisfecit his *Hahn. l. c.* legem asserens citatam generaliter loqvi, nec distinctionem inter minorem & majorem continere, idcircò qvoqve generaliter, qvoad jus civile & positivum, intelligendum esse.

Veniunt ex Jure Romano) Nam allegatam distinctionem contractuum bonæ fidei & stricti juris Jus naturæ ignorare, statuunt cum Grotio h. l. *Hahn. l. c. p. 265. a. Lugd. def. 22. sect. 6. & 7.* inprimis qvoad doli considerationem, qvæ in hoc jure utrumqve contractum, si essentialia fraus ingressa fuerit, annullat, *add. Guel. Grot. de Princ. Jur. Nat. c. 15. §. 10. & c. 4. §. 8 ibiqve not. pag. 69.*

Felin. c. 1. de Constit. n. 40. Bald. in L. 10. Cum qvis. C. de jur. & facti ignor. Covar. in c. possessor. 2. de Reg. Jur. in 6. p. 2. §. 6. n. 8. Navar. c. 12. n. 13.

2. At viam nobis reperiendæ naturali veritati pandit, qvod de legum vi atqve efficacia omnium fermè consensu receptum est, ut * si lex fundetur in præsumtione aliqva facti, qvod factum revera, ita se non habeat, tunc ea lex non obligat, qvia, veritate facti deficiente, deficit totum legis fundamentum. † Qvando autem lex in tali præsumtione sit fundata, ex legis materia, verbis, & circumstantiis colligendum. Similiter ergo dicemus, * si promissio fundata sit in præsumtione qvadam facti, qvod non ita se habeat, naturaliter nullam ejus esse vim: qvia omnino promissor non consensit in promissum, nisi sub qvadam conditione, qvæ reipsa non extitit: qvo referenda est illa qvæstio apud Ciceronem de Oratore primo, de eo, qvi filium suum mortuum falso credens, alium instituerat hæredem.

† L. 3. c. 23. §. 4.

* * *

Si lex fundetur in præsumtione aliqva facti) Exemplum vide in L. 5. Mancipia. C. de Servis fugitivis. apud Gailium lib. I. obs. II. num. 7. apud Molinæum ad Consvet. Paris. tit. I. §. 13. Gl. 3.

Si promissio fundata sit in præsumtione qvadam facti, qvod non ita se habeat) Seneca de Beneficiis. V. C. XXXVI. Demens est, qvi fidem præstat errori.

3. Qvod si promissor negligens fuit in re exploranda, aut in sensu suo exprimendo, & damnum inde alter passus sit, tenebitur id refarcire promissor, non ex vi promissionis, sed ex damno per culpam dato, de qvo capite infra † agemus. Si vero adfuerit qvidem error, sed in qvo fundata non fuerit promis-

† L. I. c. XVII.

missio, ratus erit actus, utpote non deficiente vero consensu: sed hoc qvoqve casu, si is, cui promittitur, dolo errori causam dederit; qvicqvid ex eo errore damni promissor fecit, resarcire tenebitur, ex alio illo obligationis capite. Si pro parte fundata erit errore promissio, valebit pro reliqva parte.

VII. 1. De eo, qvod metu fit, non minus implicata tractatio est; nam & hic distingvi solet inter metum gravem absolute, vel ratione habita personæ metuentis, & levem; illatum juste & injuste; ab eo, cui promittitur, † vel ab alio; item inter actus liberales & oneroſos: & pro his diversitatibus alii actus dicuntur irriti, alii ad arbitrium promittentis revocabiles, alii in integrum restituendi; non sine magna sententiarum varietate circa hæc singula. †L. III. c. XIX. §. 9

†††

Distingvi solet) Distinctiones has invenire qvis fusius pertractatas potest apud *Cardinal. de Lugo, lib. cit. sect. 7. num. 110. & seqq. pag. 29. & seqq. add. Hahn. ad Wesenb. tit. Q. met. caus. n. 1.*

2. Ego omnino illorum accedo sententiæ, qvi existimant, sepositā lege civili, qvæ obligationem potest tollere aut minuere, eum, qvi metu promisit, aliqvid obligari: qvia consensus hic adfuit, nec conditionalis, ut modo in errante dicebamus, sed absolutus. nam, ut recte ab Aristotele traditum est, qvi naufragii metu res suas jactat, vellet res servare sub conditione, si naufragium non immineret, at absolute vult res perdere, spectata scilicet temporis ac loci circumstantia. Lib. Nic. III.

†††

Consensus hic adfuit) Metus enim opponitur consensui omnino libero ea libertate, qvæ opponitur coactioni; non ea libertate, qvæ opponitur necessitati, & qvæ sufficit ad simpliciter voluntarium atqve liberum. Ut proinde contractus metu initus ex jure naturæ irritus non sit (ut statuit *Ludovic. Molin. de Just. & Jur. Tract. 2. Disp. 326. n. 14. pag. 309.*) licet fuerit gratuitus & lucrativus (uti vult cum pluribus a se citatis *Basil. Ponce, de Matrimon. l. 4. cap. 6. num. 4. pag. 132.*) Secus est in dolo, qvia in hoc deficit alterum consensus principium, de qvo in §. *praced.* 6. Interim lubenter concedimus, posse per Jus positivum actus metu initos, perinde ut in dolo, nullos declarari; qvemadmodum de promissionibus dotis, libertatis, matrimonii &c. probat *Dn. Struv. S. J. C. Ex. 8. th. 11.* Sylv. verb. Metus, q. 8. Sylv. verb. restitutio, 2. dicto. 7. Navar. c. 17. n. 15. & c. 22. n. 51. § 7. Covar. ad reg. V. peccatii. q. 2. §. 1. n. 7

Sed illud simul verissimum censeo, si is, cui promittitur, metum intulerit non justum, sed injustum, qvamvis levem, atqve inde secuta sit promissio, eum teneri ad liberandum promissorem, si promissor velit; non qvod ineffica*x* fuerit promissio, sed ob damnum injuria datum. qvod, qvam habeat exceptionem ex jure gentium, infra suo (*a*) loco explicabitur.

3. Qvod verò qvidam actus rescinduntur* ob metum (*b*) ab alio incussum, qvam qvicum actum est, ex lege est civili, qvæ sæpe etiam actus libere factos ob judicii infirmitatem, aut irritos facit, aut revocabiles. Qvæ autem de legum civilium vi atqve efficacia supra diximus, eadem hic volumus haberi repe-

(*a*) h. l. c. XVII. §. 17. l. III. c. XIX. §. 5. c. XXIII. §. 2.

(*b*) cit. c. XIX. §. 4.

(c) L. 2. c. 13. repetita. At qvæ ad promissiones firmandas vis sit jurisjurandi, infra (c) videbimus.

***

Ob metum ab alio incussum) Seneca naturam secutus libro IV. controversiarum controversia XXVI. *Ita rescinduntur, qvæ per vim & necessitatem gesta sunt. si vis & necessitas à paciscente adhibita est. Nihil enim, inqvit, mea, an tu cogaris, si non à me cogeris. Meam culpam oportet esse, ut mea pœna sit.*

L. Item si cum exceptione. 14. §. in hac actione. 3. D. Qvod metus causa.

IIX. 1. Materiam promissi qvod attinet, eam oportet esse, aut esse posse in jure promittentis, ut promissum sit efficax. Qvare primum non valent promissa facti per se illiciti: qvia ad illa nemo jus habet, nec potest habere. At promissio, ut supra (a) diximus, vim accipit ex jure promittentis, nec ultra extenditur. Agesilaus de promisso interpellatus respondit: ναὶ δῆτα, εἰ δὲ ἔστι δίκαιον. εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δὲ οὔ. *Bene, si justum est: sin minus, dixi tantum, non & promisi.*

(a) §. 5. seqq. h. c.

2. Qvod si res nunc non sit in potestate promittentis, sed esse aliqvando possit, erit in pendenti efficacia; qvia tum promissio facta censeri debet sub conditione, si res in potestatem venerit. Qvod si conditio, qva res in potestatem promissoris venire possit, ipsa qvoqve sit potestativa, tenebitur promissor facere, qvidqvid moraliter æqvum est, ut ea impleatur.

3. Sed in hoc qvoqve genere lex civilis utilitatis causa multa irrita solet facere, qvæ naturaliter obligarent; ut promissum futuri matrimonii factum ab eo eave, qvi conjugem nunc habeat, & non pauca, qvæ à minoribus aut filiis familiarum fiunt.

†††

Qvi conjugem nunc habeat) Qvemadmodum hoc jure positivo sit illicitum, tradit *Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 1. defin. 15. num. 5. arg. c. 4. & 5. X. de eo q. duxit in matrimon.* Interim hoc Grotius ex jure naturæ ita considerat: Ducam te in uxorem, si, Deo sic disponente, aliqvando viduus extitero.

IX. Qværi hîc solet, an promissio facta ob causam naturaliter vitiosam ipsâ naturâ valeat, ut si qvid promittatur homicidii perpetrandi causa. Hic ipsam promissionem vitiosam esse satis apparet: in hoc enim adhibetur, ut alter impellatur ad malum facinus. Sed non qvicqvid vitiose fit, effectu juris caret, qvod in prodiga donatione apparet. Hoc interest, qvod donatione facta jam cessat vitiositas: nam sine vitio res relinqvitur apud donatarium. At in promissis ob causam vitiosam manet vitium, qvamdiu non perpetratum est crimen: tamdiu enim impletio ipsa promissi, ut mali illex, labem in se habet: qvæ cessare incipit peracto crimine. Unde seqvitur, usqve ad tempus promissionis talis efficaciam esse in pendenti, ut modo dicebamus in promissa re, qvæ juris nostri non est: crimine vero perpetrato, jam obligationis vim exseri, qvæ ab initio non intrinsecus defuit, sed ab accedente vitio fuit impedita. Et hujus rei exemplum afferri potest in Juda Jacobi filio, qvi Thamari, qvam

Cajet. 2. 2. q. 32. art. 7.

qvam meretricem †† putabat, promissam mercedem, tanqvam debitam, persolvit. Qvod si injustitia promissarii causam promissioni dederit, aut inæqvalitas sit in contractu, hæc qvomodo sint resarcienda alia est qvæstio, * de qva mox † videbimus.

Genesios XXXIIX, 23.
†† h.L.c. X. §.12.
† h.L.c.XII.§. 9.10.11.

***

Tanqvam debitam) Natura scilicet, secundum cujus legem tunc vivebatur. Aliter ex jure civili judicavit C. Aqvilius teste Valerio Maximo, lib. IIX. c. II. n. 2.

†††

Cessare incipit) Eadem est doctrina *Ludov. Molin. de* J. & J. *Tract.* 2. *Disp.* 94. *num.* 8. *pag.* 381. Pactio, inqvit Ille, & acceptio pretii ob rem turpem illicita est & peccatum antequam res talis turpis fiat. Post rem autem patratam illicitum non est, petere & accipere pretii antea promissum aut constitutum. Qvia vero promissio & pactio, traditioqve pretii ante rem turpem patratam est peccatum, nullam vim habent obligandi. Qvocirca neqve qvi rem turpem promisit pro pretio, tenetur illam implere, neqve qvi pretium pro eâ promisit, tenetur stare promissis, pactumqve implere, sed potest discedere à promissione & pacto ante rem turpem patratam. Post illam verò patratam, stando in solo jure naturali, tenetur solvere pretium. Adstipulantur huic *Cardinal. de Lugo de* J. & J. *Disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 45 *cum plurimis à se citatis. Soto de* J. & J. *qvæst.* 4. *art.* 1. putantes, ex acceptionibus ob turpem causam oriri obligationem dandi & non restituendi: qvia licet si v.g. meretrix corpus suum prostituit, actus ille non sit licitè vendibilis, cum non sit licitè ponibilis, non est tamen contra justitiam ejus venditio; qva enim parte utilis est & delectabilis, dignus est pretio. Veruntamen, ut mox infra dicendum, delectatio ex re turpi nullibi jure morali, qvod turpia impossibilibus adæqvat, approbatur, multo minus hujus delectationis emptio & venditio conceditur. Præterea si post crimen patratum, ut Molina vult, tenetur solvere pretium promittens, & valet retinere accipiens, æqve & magis homines ad illud committendum invitabuntur. Qvare jure naturæ nec ex crimine perpetrato obligationem ad pretium dandum, vel acceptum retinendum produci, maximè inter homines Christianos, posse, verissimum esse judicamus.

Tanqvam debitam persolvit.) Concordat assertio civilis *Ulpiani lib.* 26. *ad Edict. in l.* 4. *§.* 3. *ff. de Cond. ob turp. caus.* Qvod meretrici datur; repeti non potest, ut Labeo & Marcellus scribunt (*jure tamen natura & positivo novo potuisse repeti à proximioribus & fisco, asserit Hahn. loc. infr. cit. per l.* 1. *in fin. C. de Nat. Lib.*) sed novâ ratione: non ea, qvod utriusqve turpitudo versatur, sed solius dantis: illam enim turpiter facere, qvod sit meretrix; non turpiter accipere (*modo neqve dolus neqve enormis læsio intervenerit, Dn. Pufendorff. de* J. *N.* & *G. l.* 3. *c.* 7. *§.* 9. *pag.* 368.) cum sit meretrix, *jung. l.* 5. *l.* 31. *pr. ff. de Donation. Molin. de* J. & J. *Tr.* 2. *Tom.* 1. *Disp.* 94. *num.* 12. *pag.* 383. Sed tamen sciendum, Ulpiani assertum *l. c.* 4. *§.* 5. verum esse secundum principia legis permittentis, scilicet si respicias seculum Ulpiani, qvo lupanaria & professio stupri jure Romano positivo erant licita, *Hahn. ad VVesenbec. de Cond. ob turp. caus. num.* 2. *cum Bachov. ad Treutler. Disp.* 22. *th.* 7. *lit. D. arg. l.* 27. *§.* 1. *de Hered. petit. l.* 31. *§.* 2. *ad L. Jul. de Adulter.* qvandoqvidem mulieres, qvi meretriciam vitam profitebantur, nomina sua apud Ædiles edebant, *Dn. Struv. Ex.* 18. *th.* 22. *Brunnem. ad cit. tit. ff. de Condict. ob turp. caus. num.* 20. & 21. ubi etiam ad *cap.* 38. *Gen.* respondet: Judam putasse se teneri, imò & congressum ipsum cum publico prostibulo ad viam sedente & meretricis vestibus induto licitum existimasse, contractumqve neqvicqvam turpem; secutum qvippe hac in re opinionem Gentium (*vid. Calixt. Theol. Moral. pag.* 49.) qvæ juri naturæ ejus-

ejusce modi actus non adversari erroneè concludebat. Nos verò, qvi certi sumus qvamlibet fœorationem cum meretrice jure naturæ turpem esse ex se & ratione objecti, nullam mercedem, nihilqve vicissim retribuendum (nisi fortè turpem actionem pro bono aliquo habere velimus) cum *Dn. Feldm. p. 266. Dn. Osy. 910.* hic adstruimus. Cur enim (verba sunt *Hug. Donell. 14. Comment. 25. in fin.*) turpiter facit meretrix? nempe qvia pudicitiam fortè prostituit. Qvid autem facit, cum libidinis causa accipit? Nempe & pudicitiam prostituit & simul ex eâ turpitudine qvæstum facit: ut jam in eo duplex turpitudo versetur, & prostitutio sui & sordes, sed & illud constat, qvod supra diximus, omne factum turpe esse, qvo qvis ad delinqvendum invitatur, *l. Illud. 5. D. de Pact. Dot.* Et qvid agit libidinis merces in meretrice, nisi ut se danti prostituat? sine qvâ se non tàm turpiter gereret. Invitatur igitur hoc turpi lucro, ut se prostituat. Ergò ut delinqvat vel superiorum sententia, qvando meretricem fatetur turpiter facere, qvod se prostituat. Qvod si ita est, etiam turpiter hoc lucrum accipitur, qvo ipsa ad se prostituendum invicatur.

X. Qvod vero promittitur ob causam ante debitam, non eo minus debetur, si jus naturale spectemus, secundum ea, qvæ de rei alienæ acceptione supra (*a*) diximus: nam & sine ulla causa promissum naturaliter deberetur. Sed hic qvoqve damnum per extorsionem datum, aut inæqvalitas in contractu reparanda venient, secundum tradendas inferius (*b*) leges.

(*a*) h. l. c. II. §. 6. seqq. it. c. X.

(*b*) h. l. c. 17 §. 17. seqq.

XI. Modum promittendi qvod attinet, is, ut de dominii translatione diximus, †† reqvirit actum externum, † id est signum sufficiens voluntatis, qvale interdum esse potest nutus, freqventius autem vox aut literæ.

†† h. l. c. IIX. §. 25. add. h. c. XI. §. 14.

† h. l. c. VI. §. 1. n. 1. c. IV. §. 3. c. XVI. §. 1. n. 1. L. III. c. 1 §. §. n. 1. seqq.

†††

Actum externum) *add. §. 2. Inst. de Donation. l. 2 §. 2. l. 52. ff. de Oblig. & Actionib.* Idem enim est qvoad juris effectum, non esse & non apparere voluntatem rem suam transferre volentis, *vid. Robert. Scharrock. de Offic. sec. jus. nat. c. 4. n. 3. §. 2.*

XII. Sed & per hominem alterum obligamur, si constet de voluntate nostra, qva illum elegerimus, *ut instrumentum nostrum ad hoc speciatim, aut sub generali notione. Et in generali præpositione accidere potest, ut nos obliget, qvi præpositus est, agendo contra voluntatem nostram sibi soli significatam: qvia hi distincti sunt actus volendi. unus, qvo nos obligamus ratum habituros, qvicqvid ille in tali negotiorum genere fecerit; alter, qvo illum nobis obligamus, ut non agat, nisi ex præscripto, sibi, non aliis, cognito. Qvod notandum est* * ad ea, qvæ legati promittunt pro regibus ex vi instrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata.

* * *

Ut instrumentum nostrum) Servius ad illud Æneidos IX. *Hospitio enim jungeret absens: per internuntios* ait. vide qvæ supra ad caput VI. §. 2.

Ad ea, qvæ legati promittunt pro regibus ex vi instrumenti procuratorii excedendo arcana mandata) Vide exemplum apud Marianam XXVII, 18. Aliud apud Guicciardinum Tom. I.

XIII. Atqve hinc etiam intelligi potest, exercitoriam & institoriam, qvæ non tam actiones sunt, qvam qvalitates actionum, ipso naturali jure niti. Adjiciendum hic est, male Romanis legibus introductum, ut ex facto † magi-

† L. II. c. 10. §. 2. n. 2.

stri

ſtri exercitores in ſolidum ſinguli tenerentur. Nam hoc nec naturali æqvitati convenit, qvæ ſatis habet, ſi pro ſuis ſinguli partibus conveniantur, nec publice utile eſt; abſterrentur enim homines ab exercendis navibus, ſi me-cuantone ex facto magiſtri qvaſi in infinitum teneantur. Atqve adeo apud Hollandos, ubi mercatura pridem maxime viguit, & nunc & olim lex illa Romana obſervata non eſt: imo contra conſtitutum, ne exercitoria etiam univerſi amplius teneantur, qvam ad æſtimationem navis, & eorum, qvæ in navi ſunt.

L. qvi abſenti. 38. D. de Acqvir. poſſ. Gomez. tom. II. c. 9. n. 1.

†††

Qualitates actionum) Seqvuntur hic *Dd. Accurſium in l. 4. §. 4. h. t.* Diſſentit *Johann. Oldendorp. Claſſ. 4. action. 4. §. 7.* Sed qvoniam hæ actiones nihil novi ab ordinariis habent, præterqvam qvod ex facto alieno oriantur, adeoqve naturam actionis nativæ non variant, ſed tantum accidens aliqvod, ratione variati ſubjecti, qvod tamen principalem perſonam ejusqve negocia ſubordinate non excludit, poſt ſe trahunt, idcircò non videmus, qvamobrem, eſſentiâ actionis non immutatâ, ſubjecto, qvod tamen intendit *Oldendorp. l. c.* novam actionis ſpeciem attribuere debeamus. Hinc ſi magiſtro pulverem nitratum vendam, habeo contra eum actionem venditi directam, contra exercitorem verò actionem venditi exercitoriam, *add. cum Franzk. ad tit. de Exercit. action. num. 6. Brunnemann. h. t. ad ff. l. 1. §. 17. n. 16. & ſeq.*

Male Romanis legibus) *l. 1. §. fin. l. 2. & ſeq. D. de Ex. Action. L. 3. §. 2. de Inſt. Act.* Magis, qvoad hoc, temperantem ſe gerit *Vinn. ad §. 2. Inſt. Quod cum eo, qvi in alien. poteſt.* qvi dicit hoc (ex jure poſitivo procul dubio) Belgicis negociis noxium. *Interim, reſpectu commerciorum in abſtracto conſideratorum, hoc per ſe malum aut injuſtum non eſt, Vid. Dn. Zegl. p. 341.* Loqvitur pro nobis argumentum Excellentiſſimi *Dn. Johann. à Felden. h. l. p. 272.* Qvod omiſſum vergit in alterius damnum, poteſt tamen ſine facientis damno fieri, ad id qvivis naturaliter obligatur. At ſi pluribus exercitoribo exiſtentibus, unus nolit totum ſolvere, hoc vergit in damnum ejus, qvi cum magiſtro contraxit, fieri tamen ſine exercitatoris damno poteſt. E. Ex qvibus pateſcit, ex parili fundamento, commercia, ſecundum naturam relatorum, labefieri poſſe, ſi damnum ſentire & actionibus particularibus uti debeant illi, qvi cum præpoſitis magiſtris, ſed parum idoneis, contraxerunt. Pro jure civili in Curiâ & Senatu Lubecenſi in cauſa Stralſund. Anno 1651. 16. April. pronunciatum refert *Dn. Marqvard. de Jur. Marcat. l. 1. cap. 8. n. 39. pag. 65.* Facit hûc diſcurſus *Grotii L. 3. c. 2. §. 2. n. 2.*

XIV. Ut autem promiſſio jus transferat, * acceptatio hic non minus, qvam in dominii translatione, (*a*) reqviritur, ita tamen, ut hic qvoqve præcedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis. Nec obſtet, qvod de pollicitationibus factis civitati jure civili eſt (*b*) proditum: qvæ ratio qvosdam induxit, ut jure naturæ ſolum promittentis actum ſufficere judicarent: nam lex Romana non hoc dicit, ante acceptationem pollicitationis plenam eſſe vim, ſed revocari vetat, * ut acceptari ſemper poſſit: qvi effectus non eſt naturalis, ſed mere legitimus. cui non diſſimile eſt, qvod pro infantibus & amentibus jus gentium introduxit. nam pro his, ut poſſidendi res, qvæ poſſeſſione qværuntur, ita & acceptandi animus jus ſupplet.

(*a*) h. c. §. XI.

(*b*) §. 3. h. c. Molina diſp. 263.

Vide hoc II. libr. cap. III. §. 6. c. IV. §. 10. c. V. §. 2. n. 2.

***

Acceptatio hic non minus, qvam in dominii translatione reqviritur) Tertullianus, ut Jurisperitus, libro de jejuniis: *Votum, cum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit.*

Ile acceptari semper possit) Vide similem legem Wisigotthorum l. V, tit. II. c. 6.

XV. Illud etiam qværi solet, an satis sit, acceptationem fieri, an verò etiam innotescere debeat promissori, anteqvam promissio plenum effectum conseqvatur. Et certum est, utroq; modo fieri posse promissionem: aut hoc modo: Volo ut valeat, si acceptetur; aut hoc modo: Volo ut valeat, si acceptatum intellexero. Et in his qvidem, qvæ ad mutuam pertinent obligationem, posterior sensus præsumitur: in promissis vero mere liberalibus potius est, ut prior sensus credatur adfuisse, nisi aliud appareat.

L. Multum interest. C. si qvis alteri vel sibi. L. si pater. 4. D. de Manumiss. vindicta. L. Neratio 9. 191. D. de Reg. Jur.

XVI. Seqvitur hinc, ante acceptationem, qvippe jure nondum translato, revocari promissum posse sine injustitia, imò & sine inconstantia, si revera eo animo factum sit, ut ab acceptatione demum valere incipiat. Revocari etiam posse mortuo ante acceptationem eo, cui promissum erat, qvia videtur acceptatio in arbitrium ipsius collata, non hæredum. aliud enim est, velle dari huic jus ad hæredes transiturum, * aliud velle dare hæredibus: multum enim refert, in qvem beneficium conferatur. Et hoc est, qvod Neratius respondit, non videri sibi principem, qvod ei, qvem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse.

***

Aliud est velle dare hæredibus) ideo ad vitandum ambiguum dici solebat: *Illi liberisq; ejus.* Servius ad IX. Æneidos. Vide & legem Wisigotthorum V, tit. II, c. 6.

L. 57. mandatū. D. Mandati. Clarus libro IV. §. donatio. q. 12. L. Si Mandassem. 15. D. Mandati. L. 6. Nec ambig. C. de non.

XVII. 1. Poterit etiam revocari mortuo eo, qvi lectus erat voluntatis internuncius; qvia in illius verbis posita fuerat obligatio. Aliud in tabellario, qvi non est instrumentum obligationis, sed perlator instrumenti obligatorii. Itaq; literæ consensus indices per qvemvis perferri poterunt. Distingvendum qvoqve inter ministrum, qvi electus est, ut promissionem significet, & inter eum, qvi electus est, ut ipse promittat. Priore casu revocatio vim suam habebit, etiam si ministro non innotuerit: altero vero irrita erit revocatio; qvia jus promittendi ab ipsius voluntate pendebat, qvæ voluntas necdum cognita revocatione omni culpa vacabat. Sic etiam priore casu, * mortuo donatore, poterit acceptari donatio, ut perfecta ab una parte, qvanqvam revocabiliter: qvod apertius in legatis conspicere est; altero casu non poterit, qvia non facta est, sed mandata fieri.

***

Mortuo donatore poterit acceptari donatio) Vide Librum de Tenuris Angliæ, c. 7.

2. In

2. In dubio autem mandantis voluntas fuiſſe cenſetur, ut impleatur mandatum, niſi magna mutatio inciderit, qvalis eſt mors mandantis. Poſſunt tamen ſuppetere conjecturæ, qvæ aliud judicandum ſvadeant, qvæ facilè admittendæ ſunt, ut ſubſiſtat, qvo pia cauſa dari mandatum eſt. Ac ſimili modo definiri poteſt agitata olim controverſia, an in hæredem mandati detur actio, qva de re aliud M. Druſum Prætorem, aliud Sextum Julium edixiſſe refert ſcriptor ad Herennium lib. II. Covar. in var. c. 14. n. 10. l. ſi pater. 4. D. de Manumiſſ. vind.

XIIX. 1. Solent & controverſiæ incidere de acceptatione pro altero facta: in qvibus diſtingvendum eſt, inter promiſſionem mihi factam de re danda alteri, & inter promiſſionem in ipſius nomen collatam, cui res danda eſt. Si mihi facta eſt promiſſio, omiſſa inſpectione, an mea privatim interſit, qvam introduxit jus Romanum, naturaliter videtur mihi acceptanti jus dari efficiendi, ut ad alterum jus perveniat, ſi & is acceptet; ita ut medio tempore à promiſſore promiſſio revocari non poſſit, ſed ego, cui facta eſt promiſſio, eam poſſim remittere. Nam is ſenſus juri naturæ non repugnat, & verbis talis promiſſionis maximè congruit. neqve nihil mea intereſt, ſi per me alter beneficium acqvirat. Covarr. c. qvævis. 5. de R. J. p. 2. §. 4. 13. Alex. conſ. 204. l. I. & ibi Car. Mol.

2. Qvod ſi promiſſio in nomen ejus collata eſt, cui danda res eſt, diſtingvendum eſt, an qvi acceptat, aut ſpeciale mandatum habeat acceptandi, aut ita generale, ut talis acceptatio ei incluſa cenſeri debeat: an verò non habeat. Ubi mandatum tale anteceſſit, diſtingvendum ultra non puto, ſitne perſona ſui juris nec ne, qvod Romanæ leges volunt, ſed plane ex tali acceptatione promiſſionem perfici: qvia conſenſus poteſt & per miniſtrum interponi ac ſignificari. Velle enim cenſeor, qvod in alterius voluntate poſui, ſi & ille velit. Deficiente autem mandato, ſi alius, cui promiſſio facta non eſt, acceptet volente promiſſore, tunc is erit effectus, ut promiſſori revocare promiſſionem non liceat, anteqvam is, qvem ſpectat promiſſio, eam ratam habuerit, aut irritam: ſic tamen, ut medio illo tempore is, qvi acceptavit, remittere promiſſum non poſſit, qvia hîc non adhibitus eſt ad jus aliqvod accipiendum, ſed adſtringendam promiſſoris fidem in ſuſtentando beneficio: ita ut promiſſor ipſe, ſi revocet, faciat contra fidem, non contra jus proprium alicujus.

XIX. Ex ſuperioribus intelligi etiam poteſt, qvid ſentiendum ſit & onere adjecto promiſſioni. Id enim fieri poterit, qvamdiu promiſſio completa nondum eſt per acceptationem, nec fide interpoſitâ facta irrevocabilis. Onus autem, in commodum tertii adjectum promiſſioni, revocari poterit, qvamdiu à tertio acceptatum non erit: qvanqvam non deſunt tam in hac, qvam in aliis qvæſtionibus, qvi ſecus ſentiant. Sed rectè rem inſpicienti facile elucet naturalis æqvitas, ut multis probationibus non egeat. l. Perfecta. 4. C. de Donat. qvæ ſub modo. Bartol in l. qvi Romæ. 122. §. Flavius. 2. de Verb. Oblig.

XX. Solet & illud diſputari, qvomodo convaleſcere poſſit promiſſio cui

Navarr. c. 22. n. 31. & 80. lib. III Sanch. lib. II. de Matrim. disp. 32. n. 8.

cui error causam dedit, si re cognita promissor itare vult promisso. Atque idem quæri potest de promissionibus, quibus lex civilis impedimentum injicit ex metu aut causa alia, si ista causa postea cessaverit. Nam ad hæc firmanda quidam solum actum internum requirunt, quem conjunctum cum priore actu externo sufficere putant ad pariendam obligationem. Alii, quibus id displicet, ideo quia actus externus non potest signum esse actus interni sequentis, requirunt novam verbis factam promissionem & acceptationem. Verior est media sententia, actum quidem externum requiri, sed non utique verbis factum, cum retentio rei promissæ ex parte ejus, cui promissa est, & relictio ejus ex parte promittentis, aut similis aliquid, sufficere possint ad significandum consensum.

Sanc. L. II. de Matrim. disp. 32. n. 8. Covarr. c. quamvis. p. 2. § 5. Lib. II. (a) h. L. c. XV. §. 3. n. 3. (b) L. III. c. XX. §. 30.

XXI. Hoc quoque omittendum non est, ne jura civilia cum naturali jure confundantur, neque promissiones, quæ causam expressam non habent naturaliter esse irritas, non magis quam rerum donationes.

XXII. Neque eum, qui factum alienum (a) promisit, ad id, quod interest, teneri, modo facere non miserit, quod ex sua parte ad id factum obtinendum facere poterat; nisi verba aut negotii natura obligationem indicant strictiorem. *Velut perfoluta fide*, inquit Livius, *quia (b) per eum non stetisset, quin præstaretur.*

CAPUT XII.

De Contractibus.

I. Divisio actuum humanorum, qui aliis hominibus utiles sunt: ac primum in simplices ac mixtos.

II. Simplicium, in beneficos meros, aut cum mutua obligatione:

III. Et permutatorios: tum qui dirimunt;

IV. Tum qui communionem adferunt.

V. Mixtos esse principaliter;

VI. Aut per accessionem.

VII. Qui actuum contractus dicantur.

IIX. Æqualitatem in contractibus requiri: Primum, circa actus præcedaneos.

IX. Ad scientiam;

X. Ad libertatem volendi.

XI. Secundo in ipso actu si sit permutatorius.

XII Tertio in eo, de quo agitur: quod explicatur.

XIII. Quæ æqualitas locum habeat in actibus mere aut partim beneficis.

XIV. Quomodo æstimandum rei pretium in venditione & ex quibus causis justæ crescat aut minuatur.

XV. Quando naturaliter perfecta sit venditio: & quando dominium transeat.

XVI. Monopolia, quæ sint contra jus naturæ aut diligendi legem.

XVII. Pecunia functionem quomodo recipiat.

XIIX. De conductionis mercede naturaliter nihil remittendum ob sterilitatem & similes casus: & quid si conductore primo impedito uti, res aliis locata sint

XIX. Justa merces quomodo crescat & minuatur.

XX. Quo-

XX. Quo jure vetitæ sint usuræ.
XXI. Quæ commoda usuræ nomine non veniant.
XXII. Legum civilium, quæ circa hanc rem vis sit.
XXIII. Qualis æstimatio facienda in contractu aversi periculi, sive assecurationis.
XXIV. Qualis in societate, ubi multæ ejus species explicantur.
XXV. De societate navali.
XXVI. Jure gentium inæqualitatem, in quam consensum est, quoad actus exteriores non attendi: & quo sensu id naturale dicatur.

I.

ACtuum humanorum, qvi ad aliorum hominum utilitatem tendunt, alii sunt simplices, alii compositi.

II. *Simplices, alii benefici, alii permutatorii. Benefici, aut meri, aut cum mutua qvadam obligatione. Benefici meri, aut in præsens absolvuntur, aut in futurum prominent. In præsens absolvitur factum utile, de qvo nihil loqvi necesse est, qvando utilitatem qvidem parit, sed nullum juris effectum: item donatio, qva dominium transfertur, qva de re egimus supra (a) cum de dominii acqvisitionibus ageretur. In futurum prominent promissiones tum dandi, tum faciendi, de qvibus jamjam (b) egimus. Benefici actus cum obligatione mutua sunt, qvi aut de re disponunt sine alienatione, aut de facto, ita, ut aliqvis effectus supersit. Talis est circa rem usus concessio, qvi commodatio dicitur: in factis præstatio operæ sumtuosæ, aut obligatoriæ, qvæ dicitur mandatum, cujus species est depositum, (c) præstatio scilicet operæ in re custodienda. His autem actibus similes sunt actuum promissiones, nisi qvod, ut diximus, hæ in futurum prominent: qvod & de actibus jam explicandis intellectum volumus.

(a) h. L. c. III. & seqq.
(b) cap. præced. XI.
(c) h. c. XII. §. 13. n. 1.

***

Simplices alii benefici, alii permutatorii) Aristoteles illa omnia δόσεως, hæc πράσεως nomine comprehendit.

†††

Depositum) Hoc à mandato differre constat, & naturâ, respectu depositarii, nudam passionem involvit, culpâ tamen latâ, qvæ sub dolo in contractibus bonis, (secus in contractibus malis, uti delicta vocantur *l. 52. ff. de Re Jud.* per *l. 7. ff. ad L. Corn. de Sic.*) comprehenditur, *l. 8. ff. de Precar.* vacuam, *add. Grot. h. l. §. 13. n. 1.* Qvamvis non negemus, per conventionem specialem hunc contractum *qvid actionis* recipere aliqvando posse. Mandatum verò semper actionem importat. Cæterum hanc objectionem diu ante tempora Grotii resolvit *Johann. Gædd. de Verb. signif. ad l. 110. n. 3. ferè in fin.* Nihil, subjiciens, facit, qvod qvis fortasse dixerit: imo si custodienda detur res immobilis, potius esse mandatum, qvam depositum: qvo qvæso textu, qvo argumento hoc probabit? Mandatum nullum est, nisi de negotio, *l. 1. de Procurat. l. 1. l. 3. t. t. ff. mandat.* deqve eo principaliter contrahitur: at custodia negotium per se non est, sed negotii subjectum: potest enim ex eâ negotium nasci. Hinc est, ut mandatum qvidem possit esse cum lege custodiæ, h. e. cum pacto de re custodiendâ, *l. 1. §. qvod si rem verb. habens & custodia*

legem ff. deposit. at non contra, mandatum custodiæ est cum lege negotii: illud enim nullibi legitur. &c. Deniqve hæc conventio, qvæ fit custodiæ gratia, nunqvam potest sine re contrahi, neqve ante est contracta, qvam si res tradita sit custodiæ gratiâ, *l. 1. deposit. §. præterea Inst. Qvib. mod. re contrah. oblig.* at mandatum solo consensu, sine rei interventu ac traditione est, statimqve absolvitur ipso consensu, *§. 1 Inst. de Ob. ig. qvæ ex consens. §. 1. Inst. mandat. l. 2. ff. h. t.* Neqvit ergò mandatum esse, sed, ut depositum sit, necesse est: Addo, illud qvoqve finem invicem contractus discernere: & ubi idem contrahendi finis, ibi idem contractus: siqvidem in fine forma inest. *Finis depositi* est custodia: *finis mandati* non est custodia, sed ut qvid geratur. Utrumqve ex utriusqve definitione palam est, &c. Uno verbo, probè debet distingvi rei commissæ custodia & cura; *illa* depositum, *hæc* mandatum efformat: unumqve sæpius alterius fieri adjunctum potest, si cum *Jure civili* loqvaris; sin verò *naturaliter*, mixturam agnoscimus cum *Grotio h. c. §. 5. & seqq.* Sive itaqve nunc res corporalis mobilis sit, sive non, pro diverso conceptu suo, admittere depositum pariter atqve mandatum valet. Nil contra nos faciunt *l. 5. §. 4. de Præscript. Verb. l. 1. §. 2. de Procur.* qvum nullo modo exclusivè loqvantur, aut unum casum ponendo alterum negent.

III. 1. Actus permutatorii aut dirimunt partes, aut communionem adferunt. Actus eos, qvi diremtorii sunt, recte dividunt Jurisconsulti Romani in Do ut des, facio ut facias, facio ut des: de qvibus videri potest Paulus Jurisconsultus in L. Naturalis. V. Digestis, Præscriptis verbis.

†††

Do ut des) Item do ut facias, cujus species esse potest: *do, ut suffragium feras*; nisi fortè pro Grotio dixeris, ipsum eundem voluisse comprehendere sub contractu facio ut des, qvippe cum qvo naturaliter reciprocari poterit. Etiamsi pro defensione Juris civilis allegari qveat, principium cujuslibet contractus inspiciendum esse. Ceterum an contractus do ut des cum permutatione idem sit, ut *Dn. Struv. Ex. 25. Th. 16.* statuit, vel diversus, uti *Ludvvel. Disp. 13. Th. 2. lit. d. D. 11. Th. 2. lit. f. D. 16. Th. 6. lit. f.* asserit, nostrum ex professo non faciemus: mallemus tamen (structâ hypothesi ex jure Romano & salvâ veritate cujusqve rei in abstracto, *vid. Guil. Grot. de Princ. Jur. Natur. c. 16. §. 4. ibiqve notat. p. 280.* inclinare ad Partes *Dn. Struv.* qvas confirmat *Molin. de J. & J. tr. 2. D. 253. n. 9.*

2. Sed Romani ab hac divisione eximunt qvosdam contractus, qvos ipsi nominatos vocant, non tam qvod proprium habeant nomen (habet enim hoc & permutatio, qvam à nominatorum numero excludunt) qvam qvod ob usum freqventiorem * vim qvandam & naturam accepissent talem, qvæ etiamsi nihil esset dictum specialiter ex ipso nomine satis posset intelligi: unde etiam certæ de illis proditæ erant actionum formulæ; cum in ceteris contractibus minus freqventibus hoc tantum inesset, qvod dictum erat, ac proinde non communis aliqva & usitata, sed accommodata ad ipsum factum daretur formula, qvæ ideo præscriptis verbis dicebatur. Ob eandem causam usus freqventioris in conventionibus nominatis, si reqvisita qvædam adessent, ut in venditione * si de pretio convenisset, etiam re integra, id est, anteqvam à partium altera præstitum esset aliqvid, injungebatur implendi necessitas: cum in illis rarioribus re integra daretur pœnitendi libertas, id est impunitas, qvia lex civilis vim coactricem subtrahebat illis conventionibus, ut sola contrahentium fide starent.

Vim

***

Vim qvandam & naturam accepissent talem) Vide Vasq. lib. 1. controv. c. X. in fine.

Si de pretio convenisset.) Apud Hebræos perfecta non censetur venditio ante traditionem veram vel imaginariam. Add. §. 15. h. c. n. 1.

†††

Hic & permutatio) Aliud tamen est nomen genericum, aliud specificum: posterius deest in permutatione & reliqvis contractibus innominatis: utrumqve reperitur in nominatis, *jung. Jul. Pac. Tract. de Contract. 1. c. 1. n. 10. D. Zigl. p. 347. Dn. Hennig. p. 580.*

3. At jus naturæ ignorat hæc discrimina: neqve vero qvi innominati ab illis dicuntur contractus aut minus sunt naturales, aut minus antiqvi. imo permutatio, qvæ innominatis accensetur, emtione & * simplicior est & antiqvior. Et Eustathius ad Iliados X. ubi de certamine publico agitur cui præmium constitutum est, qvod apud Homerum est ἄρνυσθαι, interpretatur ἀντικαταλλάττεσθαι; addens συνάλλαγμα γάρ τι καὶ τὰ τοιαῦτα: nimirum facio ut des. Nos ergo naturam seqventes, contractus omnes diremtorios, nullo nominatorum aut innominatorum discrimine, ad tria, qvæ diximus genera, revocabimus.

***

Simplicior est & antiqvior.) Apparet id ex Homeri versibus productis L. I. D. de contrahenda emptione. Tacitus de Germanis c. 5 §. 6. *Interiores simplicius & antiqvius permutatione mercium utuntur.* Servius ad Eclogam IV. ad illud: *mutabunt merces. qvia antiqvi res rebus mutabant.* Et ad illud: Georg. III. *Vellera mutentur, ingenti pretio comparentur. Nam apud majores omne mercimonium permutatione constabat, qvod & Cajus Homerico confirmavit exemplo.* Plinius libro XXXIII, 2. *qvantum feliciore ævo cùm res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit.* Libro sexto, cap. XXII. de Seribus: *Ulteriore ripa merces propositas juxta venalia tolli ab his, si placeat permutatio.* Mela de iisdem: *Seres intersunt, genus plenum justitiæ ex commercio, qvod rebus in solitudine relictis absens peragit.* de iisdem Ammianus libro XXIII. *Cum ad coemenda fila vel qvædam alia fluvium transierunt advenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis æstimantur.* Mela de Sarmatis: *Vice rerum commercia exercent.* De Colchis vide Busbeqvium epistola exoticarum III. de Lapponibus Olaum Magnum lib. IV. c. 5.

4. Dicemus proinde dari ut detur, statim qvidem rem pro re, ut in ea, qvæ specialiter dicitur permutatio, antiqvissimum haud dubie commercii genus: * pecuniam pro pecunia, qvod collybum Græci vocant, mercatores hodie cambium: aut rem pro pecunia, ut in emptione ac venditione: aut usum rei pro re: aut usum rei pro usu rei: aut usum rei pro pecunia; qvod postremum locatio conductio dicitur. Usus autem nomine hic intelligimus tum nudum usum, tum eum, qvi cum fructu conjunctus est, sive is sit temporarius, sive

Arist. V. Eth. 8. & 1. Pol. 9. D. de Contrahend. Emt. 1. 1.

sive personalis, sive hæreditarius, sive alio qvovis modo circumscriptus, ut apud Hebræos is, qvi durabat ad annum Jubilæum. Datur vero, ut interposito tempore tantundem & genere idem detur, in mutuo, qvod locum habet in his, qvæ pondere, numero, mensura constant. Tam rebus aliis, qvam pecunia.

***

Pecuniam pro pecunia) de qvo vide Procopium arcana historia: Nummus Illyrico advectus qvondam in Italia mercis loco. Plinius lib. XXXII. c. 3.

5. Facti cum facto permutatio innumeras habere potest species pro factorum diversitate. At facio ut des, aut pecuniam; atq; id qvoq; factis qvotidianæ utilitatis locatio conductio dicitur; in facto præstandæ indemnitatis circa casus fortuitos adversio periculi, vulgo assecuratio, † qvi contractus olim vix cognitus nunc est inter receptissimos; aut ut des rem, aut usum rei.

† h. c. §. 23.

IV. Actus autem communicatorii aut facta communicant aut res, aut hinc res inde facta ad utilitatem communem, qvæ omnia veniunt societatis nomine: in qvo genere comprehenditur & bellica societas, qvalis illa apud nos freqvens navium privatarum coitio adversus piratas aut alios invasores, qvam vulgo Admiralitatem † nuncupant, Græci *συμπλοιαν* aut *ὁμόπλοιαν* vocabant.

† h. c. §. 25.

†††

Admiralitatem nuncupant) Eleganter de hac differit *Marqvard. de Jur. Mercator. lib. 2. cap. 11. num. 35.* Admiralitas, inqvit ille, Græcis *Συμπλοια* vel *ὁμόπλοια*, qvod conjunctim una classe navigetur, & societas navium ad diversorum mercatorum defensionem spectans. Hanc apud Batavos & Hollandos diuturni belli Hispano Belgici calamitates, hostiumqve & piratarum excursiones eum in finem introduxere, ne ullæ hisce ex portubus naves solvant, nisi certo, ad aliarum defensionem instructarum, numero stipatæ, nullisqve vel primum vel postremum solventibus, vel armatis vel minus armatis, ab harum armandarum & instruendarum contributione exemtis; qvarum officium est, fideliter sibi invicem necessitatis tempore adsistere, & de futuro periculo certis ad hoc signis constitutis, earumqve una atqve altera Archithalassi & Admiralii vicem sustinente, ceteras in tempore præmonere, suppetias ferre, viamqve per hostium classes aperire. Damnum per hostes aut piratas harum uni atqve alteri extra nautarum culpam illatum, magnæ seu grossæ Avariæ instar à ceteris concomitantibus navibus rependitur: videlicet pulveris nitrati, & ceterorum muniminum bellicorum ob communem defensionem jactura, hominumqve in conflictu, vulneratorum, mutilatorum aut occisorum cura, cumqve plena mercede & vectura, sumtibusqve sepulturæ, reparatio qvælibet navium merciumqve, antequam solvat, prius æstimatione facta. Qvicunqve autem in defendendo aut adsistendo negligentes assistunt, tenentur ad reparationem detrimenti, ceteris ob id illati, nulla ipsis retributione rerum amissarum facta. Qvibus adhuc aliæ statutis & ordinationibus municipalibus adduntur pœnæ.

V. Mixti autem actus sunt aut principaliter aut per accessionem alterius. Sic si sciens rem majoris emam, & qvod plus est in pretio alteri condonem, partim donatio erit, partim emtio: si fabro pecuniam promittam, ut de suo auro mihi annulos faciat, partim emtio erit, partim conductio. Sic

&

& in societate accidit, ut alter factum & pecuniam, alter pecuniam tantum contribuat. Et in feudali contractu rei feudalis concessio beneficium est, pactio autem militaris operæ pro tutela, est facio ut facias. Qvod si onus pensionis accedat, eatenus miscetur cum emphyteusi. Fœnus qvoqve nauticum mixtum qvid est ex contractu mutui & periculi aversi.

†††

Mixti actus) Hos naturaliter *Gentes* negare non possumus: qvoad tamen Jus nostrum civile dicendum est, illud respicere imprimis utile, puta actionem ex his negotiis exortam, qvæ, si ex ejusmodi mixturis in foro institui debeat, multum difficultatis parere posset; hinc meritò aliud docent Dd. *add. Godofred. ad L. 31. Locat. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 24. th. 8.*

VI. Per accessionem ad alterum actum fit mixtio, ut in fidejussione & pignoris datione. Nam fidejussio, si negotium spectes, qvod inter fidejussorem & principalem debitorem geritur, plerumqve mandatum est: sin negotium, qvod inter creditorem & fidejussorem, qvi nihil recipit, geritur, videtur actus mere liberalis: sed qvia contractibus onerosis accedit, inde censeri solet. Pignoris qvoqve datio per se videtur actus liberalis, qva detentio rei concedituꝛ, sed hæc qvoqve naturam trahit ex contractu, cui securitatem præstat.

VII. Omnes autem actus aliis utiles, extra mere beneficos, contractuum nomine appellantur. L. Labeo. 74. D. de Verb. signif.

IIX. In contractibus natura æqvitatem imperat, & ita qvidem, ut ex inæqvalitate jus oriatur min9 habenti. Hæc æqvalitas partim consistit in actib9, partim in eo, de qvo agitur; & in actibus, tum præcedaneis tum principalibus.

IX. 1. Ad præcedaneos actus pertinet, qvod is, qvi cum aliqvo contrahit * vitia sibi nota rei de qva agitur significare debet: qvod non civilibus tantum legibus constitui solet, sed naturæ qvoq; actus congruit. Nam inter contrahentes propior qvædam est societas, qvam qvæ communis est hominum. Atq; hoc modo solvitur, qvod dicebat Diogenes Babylonius, hoc tractans argumentum, non celari omnia, qvæ tacentur: nec qvicqvid tibi audire utile est, idem mihi dicere necesse esse, ut de rebus cœlestibus. nam * contractus natura utilitatis causa reperta propius qviddam exigit. Bene Ambrosius: *In contractibus etiam vitia eorum, qvæ veneunt, prodi jubentur, ac nisi intimaverit venditor, qvamvis in jus emptoris transcripserit, doli actione vacuantur.* Lactanti9 dixerat: *Qvi vendentis errorem non redarguit, ut aurum parvo emat, aut qvi non profitetur fugitivum servum, vel pestilentem se domum vendere, lucro & commodo suo consulens, non est ille sapiens, ut Carneades † videri volebat, sed callidus & astutus.* L. 1. D. de Act. Emt. & venditi. L. 43. pr. & §. 1. D. de Contrah. Empt. Cic. de Off. III. Off. II. c. 10. Libeo. V. † Prolegom. §. 18.

Vitia sibi nota) vide Scholiasten ad illud Horatii l. II. serm. Sat. III. v. 285.

mentem nisi litigiosus
Excipere dominum.

Contractus natura utilitatis causa reperta propius qviddam exigit) Valerius Maximus lib. IIX, c. II. I. *bonæ fidei venditorem, nec commodorum spem augeri nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.* Agitur ibi de ædibus dirui jussis ab auguribus, qvod emtorem venditor celaverat.

Th. 2. 2. 78. art. 3. Bald. L. I. de Ædilit. Edict. Covarr. ad c. peccatum. 5. p. 2. §. 4. n. 6. d. l.

2. At non idem dicendum est de his, qvæ rem non contingunt: ut si qvis sciat multas naves in cursu esse, qvæ frumentum advehunt. Nam tale qvid indicare est qvidem officiosum ac laudabile, sæpe adeò, ut omitti neqveat, nisi ut caritatis regula violetur; non tamen injustum, id est non pugnans cum jure ejus, qvi cum negotium est: ita ut locum hic habere possit illud, qvod idem ille Diogenes non incommodè dicebat, referente M. Tullio: *Advexi, exposui: vendo meum, non pluris qvam ceteri: fortasse etiam minoris cum major est copia, cui sit injuria?* Non ergo generaliter seqvendum illud ejusdem Ciceronis, celare esse, cum tu, qvod scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, qvorum intersit scire: sed tum demum id locum habet, cum de iis agitur, qvæ rem subjectam per se contingunt, ut si domus sit pestilens, si à magistratu dejici jussa, qvæ exempla ibidem videas.

L. I. D. de Contr. Emt. in fine.

2. At vitia ei, qvicum agas, nota, ut servitutem ædium, qvas M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat ab ipso prius emtas dici nihil attinet. *scientia enim utrinqve par pares facit contrahentes. Horatius: l. II. ep. II. v. 17.

Ille feret pretium pœnæ securus, opinor:
Prudens emisti vitiosum.

Qvod notatum & Platoni undecimo de legibus.

* * *

Scientia enim utrinq; par, pares facit contrahentes) Edictum Theuderici, c. 141.

X. Neqve vero tantum in intellectu rerum, sed & in voluntatis usu qvædam contrahentibus inter se æqvalitas debetur: non qvidem, ut si qvis antecessit metus juste incussus, is demi debeat; id enim contractui extrinsecum est: sed ne qvis incutiatur contrahendi causa, aut, si incussus est, ut dematur. Hoc spectantes Lacedæmonii resciderunt emtionem agri, qvam Elei possessoribus metu expresserant, γνόντες μηδὲν δικαιότερον εἶναι βίᾳ πριαμένους, ἢ βίᾳ ἀφελομένους παρὰ τῶν ἡττόνων λαμβάνειν *Arbitrati nihilo justius esse, infirmioribus per emtionis titulum, qvam vi mera rem ertorqvere*, qvæ Xenophontis verba sunt. Qvod tamen, qvam exceptionem ex jure gentium habeat, suo loco † videbimus.

Histor. Gr. III. †h. L. c. 17. §. 17

XI. 1. In ipso actu principali hæc desideratur æqvalitar, ne plus exigatur, qvam par est. Qvod in contractibus beneficis locum vix potest habere. Nam si qvis pro commodato, aut opera in mandato aut deposito exhibenda, aliqvid mercedulæ stipuletur, non injuriam faciet, sed contractum miscebit, id est ex gratuito efficiet semipermutatorium. At in permutatoriis

Inst. de Mandato, §. ult. L. 1. §. 9. Si qvis servum. D. Depositi.

riis omnibus sollicite id observandum est. nec est, qvod dicat qvispiam, id qvod pars altera amplius promittit, donatum censeri. Neqve nim solet hic esse tales contractus ineuntium animus, nec præsumendus est, nisi appareat. Qvod enim promittunt aut dant, credendi sunt promittere aut dare tanqvam æqvale ei, qvod accepturi sunt, utqve ejus æqvalitatis ratione debitum.

2. Joh. Chrysostomus: ὅταν γὰρ ἐν τοῖς συμβολαίοις καὶ ἡνίκα δ' ἂν ἀγοράσαι δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικῶμεν καὶ βιαζώμεθα ἔλαττον τῆς ἀξίας καταλαβεῖν καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιῶμεν, οὐ λῃστεία τὸ πρᾶγμα ἐστίν; *Qvoties enim in contractibus, & qvoties emendum qvid aut dependendum est, contendimus omniqve modo laboramus, ut minus æqvo pretio demus, nonne huic facto qvoddam inest furtum?* Scriptor vitæ Isidori apud Photium, Hermiam narrat, ubi qvod emere vellet justo forte minoris esset indicatum, adjecisse, qvod justo pretio deerat, qvod existimaret aliter agere injustitiæ esse speciem, sed talis, qvæ plurimos lateret. Et in hunc sensum interpretantur Hebræi legem, qvæ est* Levit. XXV, 4. & 7.

***

Levitici XXV, 14. & 17.) Vide Mosem de Kotzi, Præcepto jubente LXXXII.

XII. 1. Restat æqvalitas in eo, de qvo agitur, in hoc consistens, ut etiamsi nec celatum qvicqvam sit, qvod dictum oportuit, nec plus exactum, qvam deberi putabatur, in re tamen deprehendatur inæqvalitas, qvamqvam sine culpa partium, puta, qvod vitium latebat, aut de pretio errabatur, ea qvoq; sit resarcienda, & demendum ei, qvi plus habet, reddendumqve minus habenti: qvia in contractu id utrimqve propositum aut fuit, aut esse debuit, ut uterqve tantundem haberent.

†††

In re tamen deprehendatur inæqvalitas) add. Hahn. ad VVesenbec. ff. de Dol. mal. n. 1. Leonhard. Less. de J. & J. l. 2. c. 17. Dub. 5.

2. Lex Romana hoc constituit non in qvavis inæqvalitate: minima enim non perseqvitur, imò occurrendum censet multitudini litium, sed in satis gravi, ut qvæ dimidium † justi pretii excedit. Nimirum leges, ut ait Cicero, iniqva tollunt qvatenus teneri manu possunt, Philosophi qvatenus ratione & intelligentia. Hi verò, qvi legibus civilibus subjecti non sunt, id seqvi debent, qvod æqvum esse ipsis ratio recta dictat: imo & illi, qvi legibus subjecti sunt, qvoties de eo, qvod fas piumqve est, agitur, si modo leges non jus dant aut tollunt, sed juri duntaxat ob certas causas auxilium suum denegant

† L. 2. C. de Rescind. Vend. d. loco.

XIII. 1 Sed notandum est, qvandam rei æqvalitatem spectari & in contractibus beneficis, non qvidem omnimodam, ut in commutatoriis, sed ex suppositione ejus, qvod agitur, ne qvis scilicet ex beneficio damnum sen-

L. 26. §. 6. D. Mand.

Silvest. in verbo Bellum, p. 1. n. 7. Th. 2. 2. 62. art. 6. †† h. L. c. 10. per tot.

sentiat: ob qvam rationem mandatarius indemnis præstari debet à sumtibus factis, & damno, in qvod ex causa rei mandatæ incidit: & comodatarius rem tenetur resarcire, si periit; qvia non solius rei ratione domino tenetur, id est ex vi dominii, qvomodo qvivis possessor teneretur, ut supra †† didicimus, sed & ratione beneficæ acceptionis: * qvod ita verum est, nisi omnino & apud dominum fuisset peritura. Hoc enim casu nihil per commodatum domino abest. Contra, depositarius præter fidelitatem† nihil recepit: ideò si periit res, non tenebitur: non rei ratione, qvia non exstat, nec locupletior est; nec acceptionis ratione, qvia accipiendo beneficium non accepit, sed dedit. In pignore, ut & in locato, media via seqvenda est, ut qvi rem accepit, nec de casu qvovis teneatur, ut commodatarius, & majorem tamen diligentiam, qvam depositarius, præstare debeat: qvia pignoris acceptio est qvidem gratuita, sed accedere solet contractui oneroso.

†h. c. §. 2.

* * *

Qvod ita verum est, nisi omnino & apud dominum fuisset peritura) Lex Wisigotthorum lib. V, tit. V. c. 1, 2, 3.

†††

Beneficium non accepit, sed dedit) Casus singularis est in *L. 4. D. de Reb. Credit.* prouti de commodatario legi potest *L. 5. §. 10. D. Commodat.*

2. Qvæ omnia Romanis qvidem congruunt legibus, sed non ex illis primitus, sed ex æqvitate naturali veniunt. Qvare eadem apud alias qvoqve gentes reperire est. Inter ceteros apud Hebræum Mosem Maimonidem libro III. Ductoris dubitantium * cap. 42. Spectavit huc Seneca, cum dixit, *alios fidem debere, alios tutelam.* Ad hanc verò formam de ceteris qvoqve contractibus judicium est faciendum. Sed generali tractatione qvantum instituto nostro sufficit absoluta, speciales qvasdam contractuum qvæstiones percurramus.

VII. de Beneficiis. 19.

* * *

Capite 42.) Convenit cum Exodi loco c. XXII, 6, 10, 11, 12, 13. Moses de Kotzi præceptis jubentibus LXXXIIX, & LXXXIX.

Mor. Nic. V. 8.

XIV. 1. Mensura ejus, qvod res qvæqve valeat maxime naturalis est indigentia, ut Aristoteles recte ostendit: qvod in permutationibus rerum apud barbaros populos maximè spectatur. Non tamen hæc unica est mensura. Nam hominum voluntas, qvæ rerum domina est, multas res magis desiderat, qvam sunt necessariæ. *Margaritis*, inqvit Plinius, * *pretia luxuria fecit.* Et Cicero Verrina de Signis: *Qvi modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis.* Et contra evenit, ut res maximè necessariæ minoris sint propter copiam. Qvod Seneca multis exemplis ostendit libro de Beneficiis VI. cap. 15. ubi & hoc addit: *Pretium cujusqve rei pro tempore est, cum bene ista laudaveris, tanti sunt qvanto pluris venire non possunt.* Paulus

X, 35.

I. Pretia rerũ. 63. D. ad L.

Ju-

Jurisconsultus ; *Pretia rerum non ex affectu nec utilitate singulorum, sed* **communiter funguntur* : id est, ut alibi explicat, qvanti omnibus valeret. Hinc fit, ut res tanti æstimetur, qvantum pro ea communiter offerri aut dari solet, †qvod vix est, ut non aliqvam latitudinem habeat, intra qvam plus minusve dari aut exigi possit, nisi ubi lex certum rebus pretium ἐν σημῇ, ut Aristoteles loqvitur, id est, *in puncto* constituit. ††

Falcid. L. Si servum. 33. D. ad Legem Aqvil.

†. 26. h. c. n. 1.

†† L. l. c. II. §. 1. n. 3.

***

Pretia luxuria fecit) idem libro XXXVII. de gemmis : *Singulorum libido singulis modum facit & maximè regum* & libro XXXII. *Qvantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in curalio. Namq; ista persvasione gentium constant.* Augustinus de civitate Dei libro XI. cap. 16. *Sed qvid mirum, cum in ipsorum etiam hominum æstimatione, qvorum certe natura tanto est dignitatis, plerumqve carius comparetur eqvus qvam servus, gemma qvam famula? ita libertate judicandi plurimum distat ratio considerantis à necessitate indigentis, seu voluptate cupientis, cum ista qvid per se ipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem qvid propter qvid expetat, cogitet ; & ista qvid verum luci mentis appareat, voluptas vero qvid jucundum corporis sensibus blandiatur exqviret.*

Communiter funguntur) Plin. lib. XIIX. cap. 31. *Æqvi patrisfamilias modus est, annona cujusq; anni uti.*

2. In communi autem illo pretio *ratio haberi solet laborum & expensarum, qvas mercatores faciunt : soletqve subito qvoqve mutari ex copia & inopia ementium, pecuniæ, mercium. Ceterum possunt & qvædam esse rei accidentia æstimabilia, ob qvæ res licite supra aut infra commune pretium ematur vendaturve, puta ob damnum consequens, lucrum cessans, affectum peculiarem, aut si in gratiam alterius res vendatur, ematurve, alioqvi non emenda aut vendenda; qvæ ipsa accidentia ei, cum qvo agitur, indicanda sunt. Ejus qvoq; damni aut lucri cessantis ratio haberi potest, qvod ex pretii solutione dilata aut anticipata nascitur.

***

Ratio haberi solet laborum & expensarum) Nec improbat id Augustinus ad Ps. LXX. *Sed ait ipse mercator : Affero ex longinqvo merces : mercedem laboris mei unde vivam peto, dignus est enim mercenarius mercede sua, de mendacio & perjurio agitur, non de negotio.*

XV. 1. De venditione & emtione notandum etiam, sine traditione ipso contractus momento transferri dominium posse, atqve id esse simplicissimum. ita * Senecæ venditio *alienatio est, & rei suæ juriqve sui in alium translatio* : nam & ita fit in permutatione. Qvod si actum sit, ne statim dominium transeat, obligabitur venditor ad dandum dominium, atqve interim res erit commodo & periculo venditoris : qvare qvod venditio & emtio constat præstando, ut habere liceat & evictionem, itē qvod res periculo est emtoris,

† L. II. c. 6. §. 1. n. 2. c. 8. §. 25.

ris, & ut fructus ad eum pertineant, antequam dominium transeat, † commenta sunt juris civilis, quod nec ubique observatur: imo plerisque legum conditoribus placuisse, ut ad traditionem usque res commodo & periculo venditoris sit, notavit Theophrastus in loco, qui * apud Stobæum est, ubi & multa alia instituta reperias de solennitate venditionis, de arrhabone, de pœnitentia, multum differentia à jure Romano: sicut & apud Rhodios perfici solitam venditionem & contractus quosdam alios relatione in acta, notavit in Rhodiaca Dion Prusæensis.

***

Seneca) de beneficiis V, 10.

Apud Stobæum est) titulo de legibus.

†††

Commenta sunt Juris civilis) *add. Cujac. Tract. ad African. 8. in l. 33. Locat. Sylveſt. Verb. emt. q. 2. pronunc. 4.* Sic jus Romanum absque traditione dominium transfert in legatis, *Ludov. D. 9. To. 7. lit. b. Dn. Strub. 8. J. C. Ex. 41. Th. 55. in fin. Grot. l. 2. c. 8. §. 25.* Inter vivos tamen communiter, propter utilitatem, traditio requiritur, imprimis in materiâ obligationum atque contractuum, *inog. Lud. Molen. de J. & J. Tract. 2. Diſp. 366. num. 11. p. 489.* Cum enim, quoad idem jus, venditor, perfecto eo contractu, solum constituatur debitor rei determinatæ ac singularis, ad eamque solam jus acquirat emtor pro pretio, merito est sancitum, ut, si illa casu aliquo deterior reddatur, aut omnino pereat, periculum totum sit emptoris, venditorque liber à debito maneat. Sicut autem periculum & damnum ad emtorem tunc spectat, ita est & commodum. *Vid. Dn. Strub. Ex. 23 Th. 98. Johann. de Lugo, de J. & J. Diſp. 26. ſect. 14. §. nunc. num. 216. p. 352. Leſſ. de J. & J. l. 2. c. 22. dub. 12. n. 96. pag. 237.* qui similiter, ante traditionem, inquit, si res determinata in individuo & absolute (secus si indeterminata & in genere ubi periculum venditoris permanet juxta *Molin. l. c. Diſp. 367.*) venditur, perit etiam emptori, & ipse tenetur adhuc pretium solvere venditori, sicut si res periisset; si tamen res sine culpâ venditoris periit, nec aliter inter contrahentes conventum est, *§. cum autem junct. Gloſſ. Inſt. de Emt. & Vendit. l. quod ſæpe §. in iis ff. de Contrab. Empt. &c. & ſeqq. ff. & C. peric. & commod. rei vend.* Ratio autem est, quia licet dominium non transeat in emptorem ante traditionem, & soluto pretio, vel fide de pretio habitâ; leges tamen voluerunt, ut naturali æquitati consonum, quod periculum, sicut & commodum rei venditæ pertineret ad emptorem: quia venditor solum tenetur actione personali ad rem illam tradendam, quare, pereunte re, cessat ejus obligatio: e contra vero emptor actione personali tenetur ad dandum pretium, si illud adhuc non solvit: quare cum illud dare possit, non cessat ejus obligatio. &c. *Cauſer. Eckolt Comment. ad ff. tit. de Peric. & comm. rei vend. §. 1.* Quid? quod ipse *Grot. h. l. §. 3. n. 2. in not.* apud Hebræos scribat non perfectam censeri venditionem ante traditionem veram vel imaginariam.

Arist. Pol. I, c. VII.

2. Illud quoque sciendum, si res bis sit vendita, ex duabus venditionibus eam valituram, quæ in se continuit præsentem dominii translationem, sive per traditionem, sive aliter. Per hanc enim facultas moralis in rem † abiit à venditore: quod non fit per solam promissionem.

† L. I. c. I. §. IV. L. II. c. V. §. X. n. 1.

XVI. Monopolia * non omnia cum jure naturæ (*a*) pugnant, nam possunt interdum à summa potestate permitti justa de causa & pretio constituto: cujus rei exemplum nobis illustre præbet Josephi historia, cum is vice regia

(*a*) L. II. c. II. §. 24.

Ægypto

Ægypto præesset. Sic & sub Romanis Alexandrini Indicarum & Æthiopicarum mercium habebant, * ut Strabo loquitur, μονοπωλείαν. Potest & à privatis institui, æquo duntaxat compendio. At qui, ut in Velabro olearii,* de compacto id agunt, ut res supra pretium id, quod summum nunc est, in communi pretio vendantur, aut vi aut fraude impediunt, ne major copia importetur, aut ideo merces coëmunt, ut vendant pretio, quod tempore venditionis iniquum sit, injuriam faciunt, atque eam reparare tenentur. Quod si alio modo impediunt invectionem mercium, aut ideo coëmunt, ut pluris vendant, pretio tamen pro temporis ratione non iniquo, faciunt quidem adversus caritatis normam, quod multis evincit Ambrosius libro officiorum tertio, sed proprie jus alterius non violant. Cap. 6.

***

Non omnia cum jure naturæ pugnant) Nota Thaletis historia de olivitate. Pythoclis inventum de plumbo Tyrico coëmendo, unde lucrum faceret Athenienſis populus, est apud Aristotelem œconomicôn II. de monopolio erinaceorum, quibus expoliuntur vestes, vide Plinium IIX. 37. de monopolio Serici, Procopium in historia arcana.

Ut Strabo loquitur) Libro XVII. vide & Cassiodorum II, 4. & 26.

De compacto id agunt) Lex æqua & prudens est C. de monopoliis. & locus notabilis apud Lysiam adversus frumenti venditores, qui pretium falsis rumoribus incendebant. Adde Cassiodorum IX. 5. &c. quicumque, causa XIV. quæstione IV.

†††

Monopolia non omnia cum jure naturæ pugnant) *Conf. Johann. de Dicastill. de J. & J. Lib. 2. tr. 9. Disp. 3 dub. 10. n. 144. & seqq. Leonhard. Lessi. de J. & J. l. 2. c. 21. dub 21. n. 144. & seqq. Lud. VV. Mo in. de J. & J. Disp. 345. n. 3. Martin. Bonacin. de Contr. & Restit. D. 3. q. 2. p. 1. prop. 4. Joh. Medin. de Restit. q. 30. & penult.* Si enim Resp. mercibus aliquibus indigeat, nec sit, qui illas asportare velit (quia forte cum labore maximo, & periculo amittendi, ea negotiatio fieret) nisi privilegium concederetur, quod nullus alius eas merces asportare, aut vendere posset, sanè tunc licitum erit concedere ejusmodi privilegium taxato moderato pretio, attentis circumstantiis omnibus concurrentibus, ne, qui eo privilegio uturi sunt, plus justo Remp. gravent. Si autem desit, qui officium aliquod Reip. expediens suscipere velit, ut vendendi merces aliquas, aut asportandi peregrinas, poterit tunc concedi alicui, vel aliquibus, ut ipsi soli tale jus exerceant, constituto eis moderato pretio, si timor sit, nec excedant pretium justum. Quia item communi bono expediens est, libros componi aut cudi, neque facile invenietur, qui eos cudere velit, nisi privilegium concedatur, ne quisquam alius intra certum tempus illos cudat, aut alibi cusos ad vendendum asportet, videmus quotidiè justè concedi ejusmodi privilegium, taxato pretio, ne rationabile & justum, in Reip. detrimentum, excedatur. *Confer. Dn. Frisch. ad L. unic. de Monopol. cap. X. ibique plur. Dd.*

In Velabro) Locus erat Romæ velis tectus, sub quibus olearii & alii res suas vendebant.

XVII. De pecunia sciendum, eam naturaliter functionem recipere, * non

non in materia ſola, nec in ſpeciali appellatione aut forma, ſed in genere magis communi, qva ſcilicet comparatur ad res aut omnes aut maxime neceſſarias: qvæ æſtimatio, ſi aliud non convenerit, facienda erit tempore ac loco ſolutionis. Michaël Epheſius ad qvintum Nicomachiorum: ὡς οὖν τὸ χρείας τοῦτο ὂν ἕνομισματόω· ἴσοι αὖ τις ἡμῶν, ὡς ὁδὲ ἐπ' ἐκείνης οὐκ ἀεὶ ὁμοίως δεόμεθα καὶ ἐν χρείᾳ τὰ ἀλλοτρίων ἐσμὲν, ἵνα μὴδὲ τὸ νόμισμα ἀεὶ ἴσον δύνηται ἀλλὰ μεταπίπτει. καὶ τὸ ποτέρου πλεῖον δυνάμενον ὕστερον ἢ ἔλαττον ἢ μηδὲ ἰσχύειν. ὅμως μᾶλλόν γε ἔστι μένειν καὶ δεῖ ὡς μέτρῳ αὐτὸ τὰ ἀλλαττομένων χρῆσθαι. *Quod de indigentia accidit, idem in nummo videre eſt. Nam ſicut ea non eadem ſemper, nec enim alienis rebus æq; ſemper opus eſt nobis, ſic nec nummus idem ſemper valet, ſed mutatur, & cum prius plus valuerit, poſtea aut minus aut nihil valet: * diutius autem eſt nummi pretium; eoqve ut menſura aliarum qvæ comparantur rerum uti ſolemus.* Cujus loci hic ſenſus eſt: qvicqvid adhibetur in hoc, ut menſura ſit rerum aliarum, debet eſſe tale, ut per ſe minime fluctuetur. talia autem ſunt in genere æſtimabilium, aurum, argentum, æs. per ſe enim ferme tantundem ubiqve, & ſemper valent: ſed prout res aliæ, qvibus indigent homines, copioſæ ſunt aut raræ, ita eadem pecunia ex eadem facta materia, eodem pondere, nunc plus, nunc minus valet.

L. II. D. Locati.

***

Non in materia ſola, nec in ſpeciali appellatione aut forma, ſed in genere magis communi) non tam ex ſubſtantia qvam ex qvantitate L. I. D. de contrah. emtione, non corpora hic cogitanda ſed qvantitas. L. 9ũ. Si is cui. §. I. D. de Solutionibus.

Diuturnius eſt nummi pretium) publica ac perpetua æſtimatio. d. L. I. D. de contr. Emption.

XIIX. Locatio & conductio, ut recte à Cajo dictum eſt, proxima eſt venditioni & emtioni, (a) eisdemqve regulis conſiſtit. Reſpondent enim pretium penſioni ſive mercedi, & rei dominium facultati utendi. Qvare ſicut res domino perit, ita naturaliter ſterilitas & alii caſus, qvi uſum impediunt, damno ſunt conductori: neqve eo minus locator jus habebit ad pecuniam promiſſam, qvia ipſe facultatem utendi tradidit, qvæ eo tempore tantum valebat, qvanqvam & legibus & pactis immutari id poteſt. Si tamen locator, cum conductor primus re uti impeditus eſſet, alii eam locaverit, qvicqvid conſecutus inde fuerit, rependet primo conductori, ne ex re aliena fiat locupletior.

(a) pr. Inſt. Locat.

†††

Jus habebit ad pecuniam promiſſam) Grid. Dn. Strub. ſ. J. C. Ex 24. Th. 14. & ſeq. ubi qvoqve ampliationes & limitationes invenies. Hahn. ad Wes. ſenb. h. t. n. 16.

† h. c. §. XIV. XIX. Et qvod de venditione ſupra † diximus, pluris rem vendi minorisve emi poſſe, ſi in gratiam alterius vendatur ematurve, aliàs non vendenda aut emenda, idem & de re aut opera locata conductave intelligendum eſt. Qvod ſi una opera pluribus utilis eſſe poſſit, ut itineris ſuſceptio, & locator pluri-

pluribus se in solidum singulis obstrinxerit, potent de singulis mercedem paciſci, qvam ab uno exigeret, ubi lex non obstat: qvia qvod illa opera secundo qvoqve utilis est, extrinsecum est contractui, qvi cum primo est initus, neqi respectu primi qvicqvam minuit de æstimatione.

XX. 1. Circa mutuum qværi solet, qvo jure vetitæ sint usuræ: & qvanqvam jure naturali vetitas esse receptior est sententia, contrarium tamen sentit Abulensis. Neqve vero videntur argumenta, qvæ in alteram adferuntur partem talia esse, ut assensum extorqveant. Nam qvod de mutuo dicitur gratuitum esse, * tantundem & de commodato dici potest: cum tamen pro usu rei pretium exigere illicitum non sit, sed efficiat, ut contractus in aliud nomen transeat. Nec magis urget qvod sua pte natura sterilis est pecunia. Nam & domos & res alias natura infœcundas * hominum industria fructuosas fecit. Illud speciosius, qvod hic res pro re reddatur, usus autem rei à re distingvi non possit, cum in abusu consistat, ac proinde pro eo nihil debeat exigi. In cap. 25. Matth. q. 171. & 172.

***

Tantundem & de commodato dici potest) valde enim affinia commodatum & mutuum, ut locatio & feneratio. in L. unica. C. Theod. qvod jussu est, *pecuniam commodat.* Justinianus edidit *mutuum dat.* Nummos autem fœnore sumptos, conductos dixit Horatius l. 1. Sat. 2. ubi Scholiastes *merces, usura.*

Hominum industria fructuosas fecit) Nec enim debet sterilis esse pecunia. L. qvid ergo. 3. §. Usuras. 4. D. de contr. tutela. L. debitor. 7. D. de Usuris.

2. Sed notandum est, cum rerum, qvæ usu pereunt, aut in alterius dominium transeunt, ususfructus Senatusconsulto introductus dicitur, non tamen effectum, ut proprius ususfructus esset, de voce ususfructus agi, qvæ certe secundum suam proprietatem tali juri non congruit; non tamen seqvi inde, jus tale nihil esse, aut non æstimabile, cum contra certum sit, si qvis proprietario tale jus cedat, pecuniam posse exigi eo nomine. Sic & jus illud nonnisi post tempus certum reddendi pecuniam aut vinum, est aliqvid æstimabile: minus enim solvit qvi tempore minus solvit. Atqi ideo ἐν αἰτιᾷσει usus pecuniæ cum fructibus prædii compensatur. Qvæ vero à Catone, Cicerone, Plutarcho, * aliis contra usuras dicuntur, ea respiciunt non tam qvod intrinsecum ei est, qvam qvod plerumqve ei adest, eamqve consequitur. L. II. D. de usufructu ear. rer. qvæ usu consum. L. I. §. 9. si ususfructus. D. ad Legem Falc.

***

Ἐν αἰτιᾷσει) L. cum debitor. §. D. In qvibus causis pignus. L. si ea pactione. 14. C. de Usuris.

Et aliis) Ut Appiano in civilibus.

3. Sed qvicqvid hac de re sentire libeat, sufficere nobis debet lex à DEO Hebræis data, qvæ vetat Hebræos Hebræis pecuniam dare fœnori. Est enim hujus legis materia, si non necessaria, certe * honesta moraliter, unde & Dev. 23. 19. Seld. de J. N. & G. sec. disc. Hebr. 1. 6. c. 9. & 10.

alius maxime moralibus annumeratur Psalmo, qui apud Hebræos est decimus qvintus, apud Latinos * decimus qvartus, & apud Ezechielem capite decimo octavo. qvæ autem hujus generis sunt, Christianos qvoqve obligant, qvippe vocatos ad majora virtutum specimina, & qvæ tunc officia homini Hebræo, aut alioqvi circumciso (nam hujus cum Hebræo par causa erat) præstari jubentur, ea nunc præstanda sunt homini cuivis, * omni populorum discrimine per Evangelium sublato, latiusqve extenso, proximi intellectu: qvod præter cetera ostendit insignis Christi de homine Samaritano apologus. Itaqve Lactantius de officiis tractans hominis Christiani, *Non dabit*, inqvit, *in usuras pecuniam, hoc est enim de alienis malis lucra captare.* Ambrosius: *Subvenire non habenti humanitatis est; duritiæ autem * plus extorqvere qvàm dederis*, ipse Cæsar Augustus notavit aliqvos, qvod pecunias levioribus usuris mutuari, gravioni fœnore collocassent.

Proleg. §. XLIX.

Luc. X, 29. I. Le. II. §. 6. n. 3.

Epit. Inst. c. I.

De Offic. III, c. 2.

Svet. c. 39.

* * *

Honesta moraliter) Hebræi censent voce נֶשֶׁךְ significari usuram in pecunia (qvod Targū interdū vertit חֲבוּל *parere*) voce תַּרְבִּית & מַרְבִּית in qvavis specie. Hieronymus ad XVII. Ezechielis: *Putant qvidam usuram tantum esse in pecunia: qvod providens scriptura divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non capias, qvam dedisti.*

Decimus qvartus) Et Ps. CXI. χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. *Vir bonus est, qvi alterius miseretur, eiq; pecuniam dat mutuam.*

Omni populorum discrimine per Evangelium sublato) Christianos Arnobius libro IV. ait esse *communicatores rei, & cum omnibus, qvos solidet germanitatis necessitudine copulatio.* alibi: *qvi omnes homines pro fratribus diligunt.*

Plus extorqvere qvam dederis) Cyprianus de Lapsis gravia peccata enumerans, addit *usuris multiplicantibus fœnus augere.* Chrysostomus de jejunio V: ἐὰν νηστεύσῃς βλέπε μὴ δανείσῃς τὸ ἀργύριόν σου τόκῳ. νηστεύεις; ἄλυσον βιαίων συναλλαγμάτων χειρόγραφον. *Si jejunes, vide ne pecuniam tuam colloces fenori. jejunas? rumpe violentorum pactorum cautiones.* idem in caput ultimum I. ad Corinthios, pecuniam fœnore partam non magis si in Eleemosynam detur Deo acceptum esse ait, qvam si detur ex qvæstu meretricio. Augustinus epist. LIV. *Qvid dicam de usuris, qvas etiam ipsæ leges & judices reddi jubent. Ita crudelior est, qvi subtrahit aliqvid vel eripit diviti, qvam qvi trucidat pauperem fœnore?* Maximus homilia III. de qvadragesima: *rectè frater frequentabis Ecclesiam, si gressus tuos lethalibus laqveis avida illa non implicet & involvat usura.* His ad de Basilū in Sermones Domini in monte, & qvæ ex Conciliis sanctisq; scriptoribus collegit Gratianus causa XIV, qv. III. & IV.

XXI. Observandum tamen est, esse qvædam, * qvæ ad usuræ speciem accedant, ac vulgo usuræ esse videantur, cum tamen pacta sint generis alterius: ut derepensando damno, qvod facit, qvi pecuniam dat mutuam, eo

qvod

qvod diu pecunia careat: item de lucro ob mutui dationem ceſſante, deducto ſcilicet incerto ſpei, & labore, qvi ſubeundus fuerat. Sic etiam pro impenſis ejus, qvi multis dat mutuam pecuniam, & in hoc paratam habet: & pro periculo amittendæ ſortis, ubi idonee non cavetur, ſiqvid exigitur, uſura vere non eſt. Demoſthenes oratione in Pantænetum, eum, qvi, qvod ex mercatura aut honeſta opera qvæſivit, * ſub modico lucello elocat, partim, ut ſuum ſervet, partim ut gratum faciat alteri, negat feneratorum odio prægravandum.

***

Qvæ ad uſuræ ſpeciem accedant) Et ſi cum juris Romani conſultis loqvi volumus, fœnus odioſum nomen eſt, uſura non item. *Uſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſolventium inſliguntur.* L. cum qvidam. 17. D. de Uſuris. Cujacius in paratitlo de nautico fœnore: *Fœnus eſt, qvod præter ſortem accedit lucri cauſa: uſura qvod accedit, ne in damno verſetur creditor.* Sed qvia pleriqve etiam uſurarum abuſi ſunt nomine, cœpit & hoc in ſeqviorem ſumi partem: in bonum autem ſenſum ſubſtitui vox ejus, qvod intereſt.

Sub modico lucello) Procopius Gotth. III. in laudibus Germani, qvi Juſtiniano propinqvus: *χρήματα τοῖς δεομένοις ἅπασι δεδανεικὼς μεγάλα καὶ πάνυ ὀλίγου τοῦ λόγου κεκομισμένος παρὰ αὐτῶν πώποτε. pecunias omnibus opus habentibus magnas dabat utendas, uſuram autem, qvi qvidem talis dici mereretur, nunqvam ac ipſis ſumebat.*

XXII. Leges vero humanæ, qvæ concedunt aliqvid ſtipulari pro uſu pecuniæ, aut rei alterius; ut apud Hollandos jampridem conceſſum eſt aliis qvidem * octo nummos in centum, mercatoribus autem duodecim pro uſu annali exigere, ſiqvidem vere ſtant intra compenſationem eius, qvod abeſt, aut abeſſe poteſt, non pugnant * cum naturali aut divino jure: ſin eum modum excedunt, † impunitatem præſtare poſſunt, jus dare non poſſunt. †L.I.c.I.§. XVII.n.11.

***

Octo nummos in centum) Idem in Imperio conſtitutum.

Impunitatem præſtare poſſunt) Ideo permiſſas ante ſe uſuras ad normam æqviorem reducere Juſtinianus ſui officii cenſuit: Novellis XXXII, XXXIII, XXXIV.

XXIII. Contractus avertendi periculi, qvem * aſſecurationem vocant, omnino nullus erit, ſi contrahentium alter rem, de qva agitur, aut ſalvam, qvo deſtinabatur, perveniſſe, aut periiſſe ſciverit: non tantum ob paritatem, qvam exigit contractuum permutatoriorum natura, ſed qvia propria materia hujus contractus eſt damnum ſub ratione incerti. Periculi autem hujus pretium ex communi æſtimatione petendum eſt. h.c.§.3.n.5.

***

Aſſecurationem) Id damnum in ſe ſuſcipere, dixit Svetonius Claudio. Sic

Cicero pecuniæ publicæ prædes accepit, ut populo cautum esset sine vecturæ periculo. Epistola XII, 17.

†††

Aut periisse sciverit) *add. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 25. th. 46. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 13. num. 31.* ubi *num. 33.* exceptionem adjicit, videlicet si assecuratus sibi caveri curasset in eventum boni aut mali nuncii, atqve susceptor periculi probare neqveat, ei, cui cautum est, ante cautionem constitisse de damno; & assecuratus ab eâ suspicione se juramento liberare paratus sit, *Ordin. Amstelod. de Assecur. art. 6. 21.*

XXIV. 1. *In societate negotiatoria, ubi confertur pecunia cũ pecunia, si pecuniæ æqvales sint, æqvales esse etiã oportet partes in damno & lucro: sin inæqvales fuerint, partes qvoq; fient pro rata. qvod Aristoteles sine octavi Nicomachiorum sic extulit: ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλείω λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλείω. Atqve idem habebit locum, si operæ aut æqvales aut inæqvales conferantur. Sed & opera cum pecunia, aut cum pecunia & cum opera conferri potest, ut dici solet.

Par pari datum hostimentum est opera pro pecunia.

***

In societate negotiatoria) Exemplum societatis habes in delphinis apud Plinium lib. IX, c. 8. & in pinna ac pinnotere IX, 40. meminit & Cicero de Finibus.

Navarr. 17. n. 250. Covarr. III. var. cap. 2. Less. lib. II. 2. 5. du. 3.

2. Sed hæc collatio non uno modo fit: nam aut opera confertur cum solo pecuniæ usu, qvo casu sors domino perit, & si salva est domino salva est; aut opera confertur cum ipso domino pecuniæ, qvo casu qvi operam impendit particeps fit sortis. In prima specie comparatur cum opera non sors, sed periculum amittendæ sortis & lucrum, qvod probabiliter ex ea sperari poterat. In altera, operæ pretium habetur qvasi sorti adjectum, & pro eo, qvod valet in ipsa sorte partem habet, qvi operam præstat. Qvod de opera diximus, idem & de labore ac periculo navigationis & similibus intelligi debet.

Angelus verb. Societas. I. §. 7 Silv. verbo Societas. I. q. 2. Navar. 17. n. 255 Covarr. & Less. d. l. Liv. l. XXXIX. Arist. III. Polit. c. 6. † L. 29. Si non. D. pro Socio. §. 1. Inst. h. t. †† h. c. §. IV.

3. Ut autem sociorum aliqvis lucri sit particeps, immunis damni, est qvidem præter naturam societatis: potest tamen ita conveniri sine injuria. Fiet enim mixtus contractus ex societate & ex contractu aversi periculi, in qvo ita servabitur æqvalitas, si tanto plus lucri ferat, qvam alioqvi laturus fuerat, qvi in se damnum recepit. Ut autem qvis damnum sentiat sine lucro, ideo admittendum non est, qvia ita naturalis est societati utilitatum communio, ut sine ea neqveat societas consistere. Qvod autem dictum est à Jurisconsulto, † non expressis partibus æqvales intelligi, ita demum pro vero habendum est, si qvæ conferuntur, sint æqvalia. In societate autem universorum bonorum non id, qvod hinc aut illinc obvenit, sed qvod probabiliter sperari poterat, comparandum est.

Xniver

†††

Universorum bonorum) Generali, *arg. l. 7. h. t.* secus si specialis fuerit, *l. 3. §. 1. h. t. add. Dn. Struv. Ex. 22. th. 26.*

XXV. In societate navali adversus piratas utilitas communis est ipsa defensio: interdum & præda. Solent autem æstimari naves, & qvæ in navi sunt, atqve ex his summa confici, ut damna, qvæ eveniunt, in qvibus sunt & vulneratorum impendia, ferantur à dominis navium & mercium * pro parte, qvam habent in ea summa. Et hæc qvidem, qvæ diximus, hactenus ipsi juri naturæ sunt consentanea.

***

Pro parte qvam habent in ea summa) Vide simile in L. Wisigotthorum, libro V, tit. V, c. 5.

XXVI. 1. Nec in his jure gentium voluntario qvicqvam mutatum apparet: uno excepto, qvod inæqvalitas rerum, in qvam consensum est, ubi nec mendacium intercessit, nec ejus, qvod dictum oportuit, reticentia, in actionibus exterioribus pro æqvalitate habetur: ita ut qvomodo jure civili ante constitutionem Diocletiani actio in foro nulla dabatur adversus talem inæqvalitatem, ita nec inter eos, qvi jure gentium solo sociantur exactio aut coactio sit eo nomine. Hoc enim est, qvod ait Pomponius, in pretio venditionis & emtionis naturaliter licere se mutuo circumvenire: ubi licere est, non qvidem fas esse, sed ita permitti, ut nullum contra proditum sit remedium in eum, qvi se pacto velit defendere.

L. 13. in causæ cognitione. D. de Minorib. L. 22. Item si pretio. D. Locati. h. c. §. XIV.

***

Ante Constitutionem Diocletiani) Idem statuit *Arius Pinell. in Comment. ad L. 2. C. de Rescind. Vendit. part. 1. Text. cap. 8. num. 3. & seqq. p. 153.* Dissentit *Dominic. Arum. ad Instit. Ex. 14. th. 8. p. 962.* qvi tamen se rursus sic explicat: beneficium rescissionis propter læsionem ultra dimidium etiam ante (ex æqvo scilicet & bono) inter Jurisconsultos ac in foro receptum; per Imperatores tamen plenius deniqve in *l. c. 2.* confirmatum fuisse. Et hanc limitationem nos qvoqve probamus propter *arg. l. 1. Deposit.*

2. * Naturaliter autem in eo loco, ut & alibi interdum, † positum est pro eo, qvod recepti passim moris est, qvomodo apud Apostolum Paulum ipsa natura docere dicitur viro turpe esse comam alere, cum tamen id neqve repugnet naturæ, & multos apud populos usitatum sit. Sic idolorum cultores, non autem qvosvis homines Φύσει ματαίους, id est, *naturæ vanos* appellat scriptor libri Sapientiæ, & τέκνα φύσει ὀργῆς Paulus Apostolus, non tam ex sua qvam ex Romanorum, apud qvos tum vivebat, persona loqvens. Euenus Poëta vetus:

† L. III. c. VII. §. 5.

I. Cor. XI, 14.

XIII, I.

Eph. II, 3.

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, Φίλε, καὶ δὴ
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι,
Qvod meditare diu durabile fiet, amice,
Atq; id naturam credo mortalibus esse.

L. III. Ejusdem sensus dictum vetus apud Galenum extat: ἐπίκτητοι φύσεις τὰ ἔθη, *consvetudo adscititia est natura.* Apud Thucydidem simili notitione dicitur, τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, *humana natura legum victrix.* Sic πεφυσιωμένα dicunt Græci tum virtutes tum vitia postqvam altas radices egerunt. Apud Diodorum vero Siculum legimus: τῆς φύσεως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἠττωμένης, *cum necessitas naturam, id est robur animi, vinceret.* Sic Pomponius Jurisconsultus cum dixisset jus Romanum non pati eundem in paganis & testato & intestato decedere, addidit earum rerum naturaliter inter se pugnam esse, cum tamen ea regula è solis Romanorum moribus pendeat, neqve apud alios populos locum habeat, ac ne apud ipsos qvidem Romanos * in militum testamento.

L. 7. Jus nostrum. D. de R. I.

***

Naturaliter autem eo in loco) Sic Gellius lib. IX. c. 10. de actu conjugali: *rem naturæ lege operiendam.*

In militum testamento) Imo & in paganorum testamentis sæpe, ubi in officiosi qverela instituitur. L. mater. 19. L. Nam etsi. 15. L. circa. 24. D. de Inoff. Testamento, addita L. cum duobus. 13. C. eodem titulo.

†††

Et intestato decedere) Sic *Cic. l. 2. de Invent.* unius, dicit, pecuniæ plures dissimilibus de causis heredes esse non possunt, nec unqvam factum est, ut ejusdem pecuniæ alius testamento, alius lege heres esset. Defendere qvidem nonnulli conantur Pomponium, eundem voculâ *naturaliter* pro *jure naturæ* usum fuisse, nec diversum esse in milite, qvum ille vice duarum personarum fungatur, *arg. l. 3. §. fin. ad Maced.* & ita dicunt *Bald. Salic. & Modern. in 2. notab. in l. 1. C. de Testam. Milit.* Sed hoc displicet *Dec. ad cit. l. 7. ff. de R. J. n. 7. add. Guil. Grot. c. 2. §. 3. de Pr. J. Nat.* qvi id omne soli subtilitati Juris Romani adscribit. Qvid si dicamus, Romanos Legislatores hereditatem pro toto universali, prouti revera est, accepisse, qvod in plura ejusdem generis naturaliter dividi neqvit? ut proinde non adeò inconvenienter judicetur naturalis pugna, si qvis de hereditate suâ, sive de suo patrimonio (liceat enim hic pro iisdem sumere) tanqvam toto universali & in plura indivisibili, testatus fuerit particulariter seu singulariter. Militem qvod attinet ex privilegio testantem, ille naturaliter ex nostrâ hypothesi non tam per testamentum hoc compositum hereditatem relinqvit, qvam aliqvid circa res individuales in hereditate existentes disponit.

3. Evidens autem fuit utilitas ejus, qvod dixi, juris introducendi ad præcidendas controversias infinitas, & ob incerta rerum pretia inter eos, qvi communem judicem non habent, inexplicabiles, qvæ vitari non poterant, si ob inæqvalitatem à pactis discedere licuisset. *Hæc est emptionis atqve venditionis substantia* (ajunt Imperatores substantiæ nomine morem perpetuum significantes) *qvod emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes adhunc contractum accedant, vixqve * post multas contentiones, paulatim venditore de eo, qvod petierat, detrahente, emptore autem huic, qvod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium.* Seneca ait, hoc jus respiciens: *Qvid interest, qvanti sint, cum de pretio inter ementem & vendentem convenerit?*

L. 8. Si voluntate. C. de Rescind. vend.

L. VI. de benef. 15. Nic. V, 5.

venerit? Nihil venditori debet, qui bene emit. Andronicus Rhodius sensu eodem: τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασι κέρδος οὔτε ἀδικόν ἐστιν, οὔτε ἐνθύνεται. τούτων γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος: *Lucrum, quod voluntate contrahentium percipitur, nec injustum est, nec corrigitur. Ejus enim rei licentiam lex concessit.*

***

Post multas contentiones. Festus: *Conciones dicti (concionem antiqui in masculino genere posuere. idē in concio) videntur à cunctatione, quod in emendis vēdendisq; mercibus tarde perveniant ad justi pretii finem itaq; apud antiquos prima syllaba per V. literā scribebatur.* Qvintilianus declamatione pro civibus *diu concionatus est.*

4. Is, qvem indicavi paulo ante, scriptor vitæ Isidori, minoris justo emere, aut pluris vendere, vocat ἀδικίαν ὑπὸ μὲν τοῦ νόμου ὀφειμένην, τὸ δὲ δίκαιον ἀνατρέπουσαν: *injustitiam * à lege qvidem permissam, sed qvæ reipsa justum pervertat.*

***

A lege qvidem permissam) Sic Andronicus Rhodius ad V. Nicomachiorum c. 5. in fine: τούτων γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. *harum enim rerum licentiam lex dedit.*

CAPUT XIII.

De jurejurando.

I. Jurisjurandi qvanta vis sit etiam ex paganorum opinione.

II. Animum deliberatum requiri, nempe ut qvis jurare voluerit.

III. Verba jurantis obligare in sensu qvo ea creditur accepisse cui juratum est.

IV. Juramentum dolo elicitum qvando obliget.

V. Juramenti verba non extendenda ultra receptum loqvendi morem.

VI. Juramentum non obligare de re illicita factum;

VII. Aut qvod impediat majus bonum morale;

IIX. Aut si factum sit impossibile:

IX. Qvid si impossibile sit ad tempus?

X. Jurari Deo nominato, & qvo sensu.

XI. Sed & nominatis rebus aliis cum respectu ad DEUM.

XII. Juramentum esse, etiamsi per falsos Deos juretur.

XIII. Effectus jurisjurandi: inde obligatio ex jurejurando duplex tempore jurisjurandi, & postea: qvod distincte explicatur.

XIV. Qvando ex jurejurando jus qværatur homini & Deo, qvando DEO tantum.

XV. Refellitur sententia statuens eum, qvi pirata aut tyranno juravit, Deo non teneri.

XVI. Qvi perfido juravit an implere debeat, distinctione explicatur.

XVII. Cum Deo soli qvis obligatus fuit, hæredem ejus ad nihil teneri.

XIIX. Perjurum non esse, qvi non implet nolenti impleri, aut sublata qvalitate ejus, cui sub illa qvalitate juratum est.

XIX. Qvando irritum sit qvod contra juramentum sit.

XX. Superiorum actus qvid possit circa

id

id qvod ſubditus juraverit, aut qvod ſubdito juratum eſt, cum diſtinctionibus exponitur.

XXI. Monita Chriſti de non jurando ad qvale juramentum proprie pertineant.

XXII. Qvæ fides injurata juramenti vim ex more habeat.

I. 1.

APud omnes populos & ab omni ævo circa pollicitationes, promiſſa & contractus, maxima ſemper vis fuit jurisjurandi. Nam ut Sophocles ait Hippodamia:

Mens excitari jurejurando ſolet,
Ut bina diligenter evitet mala,
Culpari amicis, & Deos offendere.

Lib. I. *Nullum vinculum*, inqvit Cicero, *ad adſtringendam fidem majores noſtri jurejurando arctius eſſe voluerunt.*

2. Hinc gravis pœna perjuris imminere nunqvam non credita: ut Heſiodus dixit de juramento.

clades mortalibus unde
Adveniunt, qvoties fallaci pectore jurant.

* Ita ut poſteritas etiam majorum delicta lueret, qvod non niſi de graviſſimis criminibus creditum: & ſine facto voluntas qvoqve pœnam in ſe accerſeret:

Lib. II. qvorum utrumqve Herodotus confirmat narratione de Glauco Epicydide, qvi deliberaverat tantum, an juratam de depoſito fidem falleret: ubi hoc carmen Pythiæ adfert idem Herodotus:

Et juramento qvædam eſt ſine nomine proles
Trunca manus & trunca pedes: tamen impete magno
*Advenit, atq; omnem * vaſtat ſtirpemq; domumqve.*

Et eandem hiſtoriam recitans Juvenalis ita concludit:

Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.

* * *

Ita ut poſteritas etiam majorum delicta lueret) Vide Servium in excerptis Fuldenſibus ad I. Æneidos.

Vaſtat ſtirpemq; domumq;) Vide Zachariam V, t. 2. 3. & interpretem ejus loci Chryſoſtomum de ſtatuis XV.

Off. III. 3. Bene Cicero: *Eſt jurjurandum affirmatio religioſa: qvod autem affirmate qvaſi DEO teſte promiſeris, id tenendum eſt.* Qvod autem addit: *Jam enim non ad iram Deorum qvæ nulla eſt, ſed ad juſtitiam & fidem pertinet*: ſi iræ nomine perturbationem intelligit, non improbandum eſt; ſin qvalemcunqve nocendi affectum aut voluntatem, minime eſt recipiendum, ut recte probat

L. de ira Dei. Lactantius. Nunc, unde vis jurisjurandi oriatur, & qvo pertingat usqve videamus.

II. Primum qvod de promiſſis & contractibus diximus, & hic habet locum,

locum, ut animus rationis compos & deliberatus reqviratur. Qvare si qvis, non putans se jurare, verba protulerit jurantia, * ut de Cydippe narratur, locum habere potest, qvod ei tribuit Ovidius: In Epist. Heroid. 20.

** Qvæ jurat mens est: nil conjuravimus illa.*

ex Euripide desumptum, qvi in Hippolyto dixerat, Soto l. IIX. q. 1. art. 7. Cov. ad c. qvamvis. part. 1. §. 5.

*Jurata lingva est: * mente juravi nihil.*

Qvod si qvis volens jurare obligare se noluerit, non eo minus obligatur, qvia obligatio à juramento est inseparabilis, & effectus ejus necessarius.

* * *

Ut de Cydippe narratur) Extat similis narratio in Metamorphosibus Antonii Liberalis de Ctesylla & Hermochare.

Qvæ jurat mens est) ibidem:

Consilium prudensq; animi sententia jurat,
Et nisi judicii vincula nulla valent.

mox:

Sed si nil dedimus præter sine pectore vocem,
Verba suis frustra viribus orba tenes.
Non ego juravi: legi jurantia verba.

& qvæ seqvuntur.

Mente juravi nihil) qvia de re honesta tacenda, nutricis verba intellexerat Hippolytus, non de adulterio & incestu.

III. 1. At si qvis deliberato protulerit verba jurantia, animo tamen non jurandi, hunc non obligari, sunt qvi tradunt, peccare tamen temere jurando. Sed verius est, teneri eum vera facere dicta, qvorum Deum adhibuit testem. nam is actus, qvi per se est obligatorius, ex animo deliberato processit. Cui conseqvens est, ut qvanqvam plerumqve verum est illud Tullii; *Qvod ex animi tui sententia juraveris, id non facere perjurium est*; qvo & illud pertinet, qvod apud Homerum jurans Ulyssi Calypso ait: h.l. c. 14. §. 3.

ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράζομαι.
Verum animus qvod sentit, idem loqvar.

2. Id tamen hanc exceptionem habeat, nisi qvi jurat sciat, aut probabiliter credat, ab eo, qvi cum negotium est, verba aliter accipi. nam dictis ipsis testem adhibens Deum, debet dicta facere † vera * qvomodo putat intelligi. Et hoc est qvod idem ait Cicero: *Qvod ita juratum est, ut mens deferentis conciperet fieri oportere, id servandum est.* Apud Tacitum legimus, *Trepidis & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, qveis flagitii conscientia inerat.* Augustinus: *Perjuri sunt, qvi servatis verbis exspectationem eorum, qvibus juratum est, deceperunt.* Et * Isidorus: *Qvacunqve arte verborum qvis juret, DEUS tamen, qvi conscientiæ testis est, ita hoc accipit sicut ille, cui juratur, intelligit*: Atqve hoc est, qvod dicitur, * liqvido jurare. † h.c. §. XIII. c. 16. §. 29. n. 2. L. 3. c. 1. §. 19. Epist. CCXXIV. Hist. IV. App. de bello civil. L. I. Pan. in c. Clericus. 35. de Jurejur.

Sil. in verbo Juramentum. 4. q. 23. VI, 17. ibi Thom.

Ideo Metellus recte recusavit jurare in legem Apulejanam, qvanqvam erant, qvi dicerent, legem ob rogationis vitium esse irritam, & juramentum in legem ita intelligendum, si lex rite rogata lataqve esset.

***

Qvomodo putat intelligi) Augustinus epistola CCXXIV. de illo locutus: qvi à Punicis castris egressus in castra redierat, inde Romam venerat: *ita non attenderunt, qvi illum Senatu moverunt, qvid ipse jurando cogitasset, sed qvid ab illo, qvibus juraverat, exspectarent.* Vide & seqventia. vide ad hanc rem pulchre dicta Concilio Troslejano Tomo III. conciliorum editionis Sirmondianæ, & apud Hincmarum in opusculo de divortio Lotharii & Tethbergæ ad interrogationem VI. ubi in hanc sententiam recte de Deo dicitur.

Qvi non ut juras, sed ut is jurasse putavit,
Cui juras, audit: sic es utriq; reus.

In professione jurata Hebræorum per Hispaniam: *Si non ea intentione perfeceris, sicut à nobis me profitente audita atq; intellecta sunt.*

Isidorus) Lib. II. de summo bono c. XXXI, I. citatur causa XXII, qv. V, c. qvacunqve. 9.

Liqvido jurare) Donatus ad illud in Andria Act. IV. Sc. III. v. 14.

Qvia si forte opus ad herum jusjurandum mihi,
Non apposuisse, ut liqvido possim.

Liqvido, pure, & manifeste. χρεὼν μὴ ὑπονοθεύειν ἑτέρᾳ φράσει τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λεξεῶν εἶχον, οὕτωσι καὶ δηλοῦν, ait in Alexio fraudem Andronici Comneni culpans: *Oportuit non qvæsita locutione verba adulterare, sed ut concepta ea fuerant eloqvi:* qvi & alibi, de Alexio contra sensum, verba captante; τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐγκαθίσας, ὡς αἱ μυῖαι τῷ μέλωπι. *ita verbis illis insidebat, ut muscæ vibici.* Graviter in hanc regulam peccavit aula Arcadina, qvæ effecit, ut Chalcedone occideretur is, qvi Constantinopolim salute ipsi per jusjurandum promissa venerat; Zozomenus l. V.

†††

Qvomodo putat intelligi) *Vid. Guilielm. Amesf. de Conscient. 4 c. 22. q. 5. n. 26. Johann. Azor. Instit. Moral. l. 11. c. 4. q. 5.* Clare igitur jurans exprimere debet qvid sentiat, exclusis omnibus dolosis limitationibus mente reservatis, *Dom. de Soto. de J. & J. 51. q. 6. n. 2. add. Grot. §. 13. huj. cap. & c. 16. §. 29 n. 2. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 17. th. 18.*

3. Nam qvanqvam in promissis aliis facile subintelligitur tacita aliqva conditio, qvæ promissorem exsolvat, id tamen in juramento admittendum non est: qvo pertinet egregius ille locus Apostoli ad Hebræos: *Deus volens abundantissimè hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilii sui, fidem fecit jurejurando: ut per duas res immutabiles, in qvibus fieri non potest, ut fallat DEUS* (ita recte verti puto illud ψεύδεσθαι, sicut aperta locutio vocatur veritas, Dan. VII, 16. IIX, 26. X, 1.) *firmum habeamus solatium.*

h. l. c. 14. §. 6.

Qvæ

Qvæ verba, ut intelligantur, sciendum est sanctos scriptores de Deo sæpe loqvi ἀνθρωποπαθῶς, & magis secundum id, qvod videtur nobis, qvam qvod est.

4. Nam DEUS vere decreta sua non mutat. Mutare tamen & * pœnitentia duci dicitur, qvoties aliter agit, qvam verba sonare videbantur, nimirum * ob conditionem tacite intellectam, qvæ cessat, Jerem. XIIX, 8. Exempla videre est Gen. XX, 3. Exod, XXXII, 14, I. Reg. XXI, 29. II. Reg. XX, I. Esaiæ XXXIIX, 1. Jonæ III, 5, 11. Qvo sensu enim nos fallere DEUS improprie dici potest, & solet vox ψεύδεσθαι, qvæ in dicto loco ad Hebræos apparet, significationem habere eventus spem frustrantis, ut videre est tum alibi, tum Levit. VI, 2. Josuæ XXIV, 27. Esai. LIIX, 11. Ose. I, 2. * Abac. III, 17. Facillime autem hoc procedit in comminationibus, qvia illæ jus nemini conferunt. In promissis interdum, ubi scilicet conditio tacite qvædam subest. Jonæ IV, 2.

* * *

Pœnitentia duci dicitur) Concilium Toletanum IIX, cap. 2. *Jurare namq; Dei est a seipso ordinata nullatenus convellere: pœnitere verò, eadem ordinata, cum voluerit immutare.* Retulit Gratianus in causam XXII. qvæst. IV. Explica vero ut in textu nostro.

Ob conditionem tacite intellectam) Senecam vide Naturalium qvæstionum II, 37.

Abac. III, 17.) Adde Jobum XLI, I. Oseam IX, 2.

5. Ideo duas res Apostolus nominat, qvæ immutabilitatem notant, promissionem, qvia jus dat, & juramentum, qvia conditiones tacitas & aliqvo modo latentes repellit: ut videre est etiam Psal. LXXXIX, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36. Nam aliud est, si qvas conditiones ipsa negotii natura aperire indicet. Qvo nonnulli referunt id, qvod legitur Num. XIV, 30. Sed verius est terram promissam jurato dici ipsis, non personis, sed populo, posteris scilicet eorum, qvibus Deus juraverat. com. 23. Talis autem promissio impleri qvovis tempore potest, nec personis certis adstringitur.

IV. 1. Ex his, qvæ diximus, intelligi potest, qvid sentiendum sit de jurejurando, qvod dolo elicitum est. Nam si certum est, eum, qvi juravit aliqvod factum * supposuisse, qvod revera se ita non habeat, ac nisi id credidisset, non fuisse juraturum, non obligabit juramentum. At si dubium sit, an non etiam sine eo idem fuisse juraturus, standum erit verbis, qvia simplicitas qvam maxima juramento convenit. Navar. c. 12, n. 13.

* * *

Supposuisse, qvod revera ita se non habeat) ut Hippolytus, de qvo modo §. 2. diximus. Ad illud Sophoclis in Oedipode coloneo:

ἀπαλὰ δ' ἀπάταις:

ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομένα
πόνον οὐ χάριν ἀντίδοσιν ἔχει.
Fraus ad fraudem superaccedens,
Non benefactis, sed atroce solet
Clade rependi.

Sic ait, καὶ αὐτοὶ οὐ νομίζουσι προσδεδέχθαι αὐτὸν καὶ ἐπηγγέλθαι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ αἰτιώμενοι καὶ οὐ πρότερον ἐπεγνωκότες, ὅτι οἰκείας ἐνάγεται μιάμασι. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

καὶ ἐκεῖνος γὰρ ἀπατηθεὶς ὤμοσε. *Putant Thebani se suscepto Oedipodi promisisse incolumitatem, causa ab ipso data, cum non ante didicissent piaculo eum domestico teneri, tale & illud.*

Jurata lingva est, mente juravi nihil,
Namq; & Hippolytus deceptus juraverat.

Josuæ. IX. 2. Atqve huc refero jusjurandum, qvod Josue & primores populi Israëlitici Gabaonitis dederunt. Decepti qvidem erant à Gabaonitis è regione longinqva se venire fingentibus. At non inde seqvebatur Josuam & primores, si scissent ex vicinis populis eos esse, non fuisse eis parcituros. Nam qvod dixerant Gabaonitis: *Fortassis in medio mei habitas, qvomodo tecum paciscerer?* hunc habere sensum potest, ut interrogentur Gabaonitæ, qvale pactum desiderent, sociale an deditionis; aut etiam, ut ostendant Hebræi, licitum sibi non esse cum qvibusdam populis fœdus inire sociale: non etiam ut negent, Devt. XX, 10. dedentibus se vitam relinqvi posse. Lex enim divina, qvæ eos populos internecioni devovebat, * ex legis alterius comparatione ita erat intelligenda, ut I. Reg. IX, 21. locum haberet, nisi si qvi moniti statim facerent imperata. qvod inter alia probat historia Rahabæ, * cui ob benemerita parcitum est; & Solomonis, qvi Cananæorum reliqvias sub imperium ac tributum accepit.

***

Ex legis alterius comparatione) Imò & ex causa legi de internecione addita Exodi XXIV, 33. Devt. VII, 4. cessat enim ea causa in illis, qvi præcepta filiorum Noæ suscipiunt, & tributa pendunt. Ita Maimonides & Samson Micosi, & Moses de Kotzi, in præcepto jubente XV, & CXIIX,

Cui ob benemerita parcitum est) Et Gazere habitantium in historia Josuæ XVI, 10. Gergesæos ad Christi usqve tempora superstites fuisse ex Evangelio apparet Matth. IIX, 28. nam hi ab initio se dediderant, ideo omittuntur in hostium enumeratione Devt. XX, 17. Jos. IX, I.

†††

Non fuisse eis parcituros) Disputat hæc contra Grotium *Anton. Matth. de Crimin. lib. 47. tit. fin. cap. 1. num. 5. pag. 151.* Dolo, asserens, inducti Israëlitæ fidem dederant Gibeonitis, affirmantibus, ex longinqvâ regione se advenisse, cum in propinqvâ habitarent; non tamen irritum, sed ratum juramentum DEUS habuit; atqve etiam

tam Saulis progenitem ob religionem violatam pene funditus excidit. Ut explicet hunc nodum Grotius, conjectat, juraturos fortè fuisse Israëlitas, etsi sciissent Gibeonitas in propinqvâ regione degere. Qva conjecturâ nihil incertius, aut inanius est, rectiusqve atqve planius *Martyr, Class. 2. c. p. 13. n. 17.* scripsit, potuisse qvidem Josuam id jusjurandum irritum habere, sed maluisse, DEO ita volente, servare. Voluisse verò DEUM idcircò, ut hâc ratione puniret temeritatem Ducum, qvi fidem Gibeonitis dederant, ipso inconsulto; ut memoratur *Jos. IX, 14. &c.* Sanè si ex materiâ rem æstimare velimus cum *Dn. Osiandr. obs. 3. p. m. 967.* omninò certum est, illud juramentum non fuisse illicitum & contra legem divinam; nam DEUS *Deut. 20. Vers. 10.* jubet, ut Ebræi hostibus pacem offerant, ac si illam acceptent, recipiant: unde etiam suppositâ notitiâ censent qviqam, Josuam potuisse pacisci cum Gibeonitis sub his conditionibus, si veram religionem amplecterentur & terras Israëlitis concederent, *add. Id. Osiandr. ad c. 15. p. 1301.*

3. Atqve huc pertinet, qvod in Josuæ libro dicitur, nullam fuisse civitatem ex populis septem, qvæ pacem fecerit; obduratos enim ne gratia illis fieret. Qvare cum credibile esset, si rem ipsam Gabaonitæ indicassent, qvod præ metu non fecerunt, tamen vitam salvam sub parendi conditione impetraturos fuisse, valuit jusjurandum, adeo qvidem, ut & de eo violato postea pœnæ sumtæ sint gravissimæ Deo auctore, * Ambrosius hanc tractans historiam: *Josue tamen pacem, qvam dederat, revocandam non censuit, qvia firmata erat sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret.* Nihilominus doli sui pœnam aliqvam sustinuerunt Gabaonitæ jam sua deditione subditi facti Hebræorum. Addicti enim sunt * personali cuidam servituti, cum, si egissent aperte, potuissent ad tributariam † conditionem recipi. XI, 19, &c. II. Sam. XXI. 6. †L. III. c. 3. §. 6. n. 3. c. XL. §. 27.

***

Ambrosius) de Officiis III, cap. 10.

Personali cuidam servituti) Ut Brutiani olim à Romanis, Gellius X. 3. Festus verbo Brutani.

†††

Ad tributariam conditionem recipi) Dicit tamen *Selden. de J. & J. secund. Disciplin. Hebr. lib. 6. cap. 14. p. m. 773.* Fœderis capita seu conditiones, qvæ deposcebantur, & sine qvibus pacem non imbant Ebræi, cum ad eam hostes invitarentur, trinæ ferè erant: (1) ut septem præceptorum, qvibus obstricti sunt Noachidæ, professione se obligarent, qvoties scilicet Judaismo nomina, uti sub Johanne Hyrcano Idumæi, non darent. (2) Ut ad tributum præstandum se obstringerent. (3) Ut servilem in se suscipererent, erga Imperium Israëliticum, cultum, *add. Schick. de J. Reg. Hebr. c. 5. theorem. 6. n. 138. ibiqve Dn. Carpz. in not. p. 305. Cun. de R. Hebr. l. 2. c. 20. p. 277.*

V. Non tamen ultra receptum loqvendi morem extendenda est juramenti significatio. Ideo perjuri non erant, qvi cum jurassent, non daturos se in matrimonium filias Benjaminitis, raptas cum raptoribus vivere permiserunt. Aliud enim est dare, aliud amissum non repetere. Ambrosius de hoc facto: *Qva indulgentia congruo intemperantiæ supplicio non videtur vaca-* DeOff. II. c. 14

re, quando illis hoc solum permissum est, ut rapta irent conjugia, non connubii sacramento. Non dissimile est qvod Achæi Romanis qvædam non probanti-
Liv. l. XXXIX. bus, qvæ ab ipsis facta & jurejurando firmata erant, rogarunt, ut ipsi Romani qvæ viderentur mutarent: nec Achæos religione obstringerent irrita ea, qvæ jurejurando sanxissent faciendi.

***

Aliud est dare, aliud amissum non repetere) ὅτε προτερεπομένων, ὅτε κωλυόντων, ait in hac historia Josephus. *Nec hortabantur Israëlitæ, nec prohibebant.* Seneca Excerptorum VI, 2. *Lex eum tenet qui juvat exilem, non qui patiatur juvari.* Symmachus: *Inanem metum divino animo cur tentat incutere, si qvis asserit conscientiam vos habere præbentium, nisi detrahentium subteritis invidiam.*

VI. Ut valeat juramentum, * oportet obligatio sit licita. Qvare nullas vires habebit jurata promissio de re illicita, aut naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam humana, de qva mox agemus. Bene * Philo Judæus: ὥσθ' ὁ πᾶς ἐνωμότως ἄδικα δρᾶν, οὐ διορκήσει μᾶλλον ἢ, ἐὰν ὁ πολλῆς φυλακῆς καὶ σπουδείας ἄξιον ὅρκον αἰδεσθείς, ὡς τὰ καλὰ καὶ δίκαια ὑποφεροίζ' ἂν προσέτι) γὰρ ὑπάιθια ὑπαιτίοις, ἐν δὲ θεοῦ νομιμοις ὅρκοις, οἷς πολὺ βέλτιον ἦν ἡσυχάζοντ' ἂν πράξεις ἢ βιασμούς. ἀπιχόμενον δὲ ἀδικοπραγεῖν πεισθῆναι ὑπὸ θεοῦ ἵνα μεταδῶ ὑπ' ἴλεω δωσάμενος αὐτῷ συγγνώμης ἐφ' οἷς αἰσχρὰ χρηάμενον ὤμοσε. διπλάσια γὰρ αἱρεῖσθ' κακὰ, δωσάμενον τῷ ἡμίσειαν αὐτὸν ὑποφορτίζεσθ', μανία καὶ φρενοβλάβεια δυσίατον. *Sciat qvisqvis ob juramentum injusti aliqvid molitur agere, non se jurisjurandi observantem fore, sed potius eversorem jurisjurandi, qvod magna cura ac religione dignum est, & qvo honesta ac recta sanciri solent. Addit enim culpam culpæ, juramento non recte facto, qvo abstinere satius fuerat actum illegitimum. Qvare ab injusta actione abstinens Deum veneretur, ut, qvæ ipsi est maxime propria, misericordiam ei impertiat. Nam dupla eligere mala, cum parte altera exonerari possit, insanabilis est*
I. San. XXV. Lib. II. *furor, & mentis inopia.* Exemplum dari potest in Davide, qvi Nabali pepercit, qvem se occisurum juraverat. Cicero simile ponit exemplum in voto Agamemnonis: Dionysius Halicarnassensis in conjuratione Decemvirorum de republica occupanda. Seneca:

Præstare fateor posse me tacitam fidem,
Si scelere careat: interim scelus est fides.

Ubi *interim* valet *interdum*. Ambrosius: *est enim contra officium, nonnunquam solvere promissum, juramentum custodire* * Augustinus: *Si ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum est, si fides appellatur.* Idem docet secunda ad Amphilochium Basilius. ***

Oportet obligatio sit licita) Tractat hoc bene Ambrosius de Offic. I. & alii relati in causæ XXII. qvæstionem IV. Pertinet huc canon VII. Concilii Hilerdensis

denſis relati in Tomum III. Conciliorum Galliæ; & in Hincmari Opuſculis non pauca.

Philo) de ſpecialibus legibus.

Auguſtinus) de bono conjugali, c. 4. citatur dicta qvæſtione. 4. can. 20. Vide & Gailium, de Pace publica, lib I. c. 4. §. 16. & de Albino hiſtoriam apud Paulum, de Warnefredi lib. II. cap. 26.

VII. 1. Imo etiamſi res, qvæ promittitur, non ſit illicita, ſed * majus bonum morale impediens, ſic qvoqve non valebit jusjurandum: qvia ſcilicet profectum in bono Deo debemus, ita ut ejus libertatem eripere nobis ipſis non valeamus. Huc pertinet inſignis ejus, qvem dixi, Philonis Judæi locus, qvem aſcribere non pigebit: *εἰσὶ δ' οἱ τῷ φύσει ἄμικτοι, καὶ ἀκοινώνητοι δι' ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ ὑπ' ὀργῆς οἵα χαλεπὴς δεσποίνης σκληθέντες, ὅρκῳ τῷ ἀγελάστητα πίστεσι καὶ ἤθεσιν, οἷς φασιν ὁμοτραπέζου ἢ ὁμόσπονδον ἔχειν τὸ δεινὰ, ἢ πάλιν τῷ δεινὶ μὴ ῥέξειν ὠφελειά τινα ἢ πυρ ἐκείνῳ τινὰ λήψεσθε, καὶ μέχρι τελευτῆς.* *Sunt quidam adeo duro atq; inſociabili ingenio, ſive odio humani generis, ſive dura domina iracundia ſubacti, ut morum feritatem jurejurando obſirment, ut ne hunc habeant menſæ aut tecti ſocium, ne illi bene unqvam faciant, ne qvid ab eo ad mortem usq; accipiant.* Qvod ait, juraſſe qvosdã * ne huic vel illi unqvam benefacerent. id Hebræi vocabant נדר הבארה, id eſt *ὄχλῳ ὠφελείας, votum de beneficentia*: שבע להטוב Levit. V, 6. Hujus formula tradentib. Hebræorũ magiſtris erat קרבן כל מה שתהנה ממני, aut ברבן שאתה נהנה לי cui convenit illa Syriaca in veteri verſione Matthæi XV. v. 5. קרבני מרם דהתהנא מני: Græce δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Id eſt, *Donum DEO dicatum ſit*, (id enim eſt קרבן κορβᾶν) *ſi qvid unqvam à me boni acceperis.*

* * *

Majus bonum morale impediens) qvale Honorii de pace nunqvam facienda cum Alarico, Zozimo narrante. Vide c. inter cetera. 22. dicta jam qvæſtione. 4. & Concilium Hilerdenſe in Tomo III. Conciliorum Galliæ canone 7. Hincmarum qvoqve dicto opuſculo ad interrogationem XIV. libro de divortio ad interrogationem VI. & XIV.

Ne huic vel illi unqvam benefacerent) Vide Balba Rama cap. IX. §. II. & ibi notata à doctiſſimo Conſtantino.

†††

Donum Deo dicatum) Qvid Corban fuerit videri poteſt apud *Selden. lib. 7. cap. 2. de Jur. N. & G. add. Grot h. l. §. 11. n. 2.* Th. 2, 2. 89. art. 7. & ibi Cajet. Grat. can. ult. §. ult. 22. q. 4. Soto L. 7. q. 1. art. 3. circa 2.

2. Votum addita conſecrationis pœna validum plane cenſebant Hebræorum magiſtri, peſſimi hac in parte juris divini interpretes, etiamſi adverſus parentes factum eſſet: qvod dicto loco refellit Chriſtus, in cujus verbis τιμᾶν honorare eſt benefacere, ut collato Marci loco apparet, & Pauli I. Tim. 5, 3. 17. &

& Num. XXIII, 11. Sed etiamsi adversus alios conceptum sit, recte dicemus non obligare jusjurandum, qvia, ut diximus, profectui adversum est.

IIX. De impossibilibus dicere nihil attinet. Satis enim manifestum est ad omnino impossibile neminem obligari.

IX. De eo vero, qvod pro tempore aut ex suppositione est impossibile, in pendenti esse obligationem, ita ut is, qvi ex suppositione juravit, operam, qvam potest, dare debeat, ut qvod juravit, possibile reddat.

X. Forma jurisjurandi verbis differt, re convenit. Hunc enim sensum habere debet, ut Deus invocetur, puta hoc modo, *Deus testis sit*, aut *Deus sit vindex*, qvæ duo in idem recidunt. Nam cum superior puniendi jus habens * testis advocatur, simul ab eo perfidiæ ultio poscitur: & qvi scit omnia, ultor est, ideo qvia testis. Plutarchus: πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας. *omne jusjurandum in diras desinit, si qvis pejeraverit.* Huc pertinent fœderum formulæ antiqvæ. qvibus mos erat victimas adhiberi, ut apparet Gen. XV, 9. & seqventibus. Ut illa Romana apud Livium: *Tu Jupiter ita illum ferito, ut ego hunc porcum.* Et alibi: *Deos precatus ita se mactarent qvemadmodum ipse agnum mactasset.* Et apud Polybium ac Festum: *Si sciens fallo, ita me Diespiter ejiciat, ut ego hunc lapidem.*

Qvæst. Rom.

***

Testis advocatur, simul ab eo perfidiæ ultio exposcitur) Ambrosius ad Valentinianum Imperatorem: *Qvid est jurare, nisi ejus qvem testare fidei tuæ præsulem divinam potentiam confiteri?* vide formulam insignem Chagani Avarorum apud Menandrum excerptis legationum.

XI. 1. Sed & nominatis rebus personisve aliis jurari mos est vetus, sive qvod illas sibi noxias imprecabantur, ut solem, terram, cœlum, principem, sive qvod in illis puniri deposcebant, ut in capite, in liberis, in patria, in principe. Neqve profanarum tantum gentium hic mos, sed & Judæorum, ut idem ille * Philo nos docet. Ait enim, non debere juraturos ob rem qvamvis statim, ἐπὶ τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἀνατρέχειν, *ad rerum omnium auctorem ac parentem procurrere*, sed jurare per parentes, cœlum, terram, universum. cui simile est, qvod Homeri interpretes notant. Græcos illos veteres non solitos προπετῶς κατὰ τῶν θεῶν ὀμνύειν, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυγχανόντων, *facile per Deos jurare, sed * per res alias præsentes*, ut per sceptrum: idqve ipsum à justissimo rege Rhadamantho † fuisse constitutum tradit Porphyrius, & ad Aristophanem scholiastes. Sic Josephus per salutem Pharaonis jurasse legitur, eo more apud Ægyptios recepto, qvem ibi notat Abenesdras; * Elisæus per vitam Eliæ. Neqve vero Christus Matthæi V. ut qvidam existimant, hæc juramenta vult minus esse licita, qvam qvæ expresso Dei nomine fiunt: sed cum Hebræi ea minus curarent, opinione qvadam non dissimili illius, qvi dixit, *Sceptrum non putat esse Deos*, ostendit, & hæc esse vera juramenta. Nam &

† h. L. c. XX. §. 1. n. 2.

Gen. XLII, 15. II Reg. 12, 2. L. Qvi per. 33. D. de Jurejur. Matth. XXIII, 21

& Ulpianus optime dixit: *qui per salutem suam jurat, Deum jurare videtur,* * *respectu enim divini Numinis jurat.* Sic Christus ostendit eum qui Templum jurat, Deum jurare, qui templo præsidet; & qui cœlum, DEUM, qui cœlo velut insidet.

***

Philo) de specialibus legibus.

Per res alias) de Socrate Appollonius apud Philostratum VII. ὤμνυ ταῦτα δι' ἃ οὐ θεὸς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεὸς ὤμνυ. *Jurabat per ista, non ut per Deos, sed ne per Deos juraret.*

Elisæus per vitam Eliæ) Adde II. Regum IV, 30. Cant. II, 7.

Respectu enim divini Numinis jurat) ita & Gratianus causa XXII. quæstione I.

†††

Puniri deposcebant) puta per eorum amissionem.

In Principe) Hinc puniebatur etiam graviter & fustigatione Jure Romano is, qui perjeraverat per principem, *l. si duo. 13. §. fin. ff. de Jurej. Cujac. 2. Tom. 19. & 8. Th. 7.* quamvis aliàs perjurium in DEUM commissum eodem Jure foro poli solùm derelictum fuisse verius videatur, *arg. l. 2. C. de Reb. Credit.* ibique *Dn. Schröter. in Resolut p. 157.*

More apud Ægyptios recepto) Communiter hanc formulam ethnicam fuisse sentiunt. Alii verò illam & similes non propriè pro juramento, sed pro asseveratione vehementi vel pro execratione habent, quos recenset *Andr. Rauchbar. QQ. Jur. Civil. part. 2. q. 2. num. 47.* ubi & alia exempla ex sacris producit.

2. At Hebræi magistri istorum temporum existimabant, non obstringi homines juramentis per res conditas factis, nisi adjecta pœna, ut si res, de qua jurabatur, Deo consecraretur. Hoc enim est juramentum κορβᾶν, sive ἐν τῷ δώρῳ, cujus non dicto tantum Matthæi loco, sed in Tyriorum quoque legibus mentio exstabat, ut ex Josephi contra Appionem disputatione discimus: nec aliunde arbitrer Orientis populos dictos Græcis καρβάνας, quæ vox apud Æschylum & Euripidem exstat. καρβάνα δ' ἀνδρὸς, apud eundem Æschylum. Huic errori dicto loco Christus occurrit. Christianos veteres Tertullianus juratse ait per salutem Principis omnibus Geniis augustiorem. Apud Vegetium formula est, cujus & supra meminimus, qua Christiani milites jurant non per Deum tantum, sed & per majestatem Imperatoris, quæ secundum DEUM humano generi diligenda est & colenda. L. I. c. II. §. X. n. 4.

XII. Sed & * si quis per falsos Deos juraverit, obligabitur: quia quanquam sub falsis notis, generali tamen complexione numen intuetur: ideoque DEUS verus, si pejeratum sit, in suam injuriam id factum interpretatur. Et sanctos viros videmus non detulisse quidem unquam sub ea forma jusjurandum, multo minus ita juratse, quod à Duareno permitti miror; sed tamen, si quibuscum negotium erat, adduci non possent, ut aliter jurarent, contraxisse cum eis, ipsos quidem ut oportebat jurantes, ab illis autem juramentum accipientes, quale haberi poterat. Exemplum est in Jacobo & Labane, Augustin. epist. ad Public. 154.

Citatur. can. 16. movet. caus. XXII. q. 1.

Geneſ. XXXI, 53. Hoc eſt, qvod ait Auguſtinus: *Et qvi per lapidem jurat, ſi falſum jurat, perjurus eſt.* Deinde: *Non te audit lapis loqventem, ſed punit Deus fallentem.*

***

Si qvis per falſos Deos juraverit, obligabitur) Liber Sapientiæ cap. XIV. ὁ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυμένων δυνάμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται, ἀεὶ τὸ τῶν ἀδίκων παράβασιν. qvod ita vertit Latinus: *Non enim juratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper injuſtorum prævaricationem.*

Hoc eſt, qvod ait Auguſtinus) Sermone XXIIX. de verbis Apoſtoli. citatur c. Ecce dico. 10. cauſa XXII, qvæſt. V.

†††

Obligabitur) *Dn. Struv. Ex. 17. th. 5.* per Deaſtros & falſos Deos præſtitum juramentum non obligare aſſerit, niſi (ut Autor qvoq; ſupponit) ex conſcientiâ erroneâ, qvæ habet vim obligandi ſub eâ, qvâ concipitur, ratione, nempe qvâ exiſtimat gentilis ſe per verum Deum jurare, *add. l. 5. §. 2. & 3. ff. de Jurejurand.* Interim plus juſto inclementes ſunt in Imperatorem noſtrum Juſtinianum ii, qvi formulam juramenti, qvam præſcribit in *nov. 8. tit. 3.* impiam eſſe, occaſione hujus *§. 12.* volunt. Non enim niſi per Deum jurandum, *Exod. 22. §. 11. Levit. 19. §. 12. Deut. 6. §. 13. Dn. Struv. l. c. th. 8.* Reſponſio ſiqvidem ex præcedente §. 11. conſtat: dum ejusmodi jurans teſtatur, ſe ſi juramentum non ſervaverit, non tantum SS. Trinitatem implorare executorem & perjurii vindicem, *h. l. c. 20. §. 45. n. 2.* ſed etiam omnes Angelos, & Archangelos, qvi coram Omnipotentiſſimi Jehovæ Throno indeſinenter expectant, hominibusq; præſto ſunt, teſtes appetere præſtiti jurisjurandi omni exceptione majores: qvid? qvod ſe non participaturum de pretioſiſſimis Evangelii promiſſionibus & æterno beatis deſtinato gaudio, qvo Sancti fruuntur, ſpondet.

XIII. 1. Effectus juramenti præcipuus eſt præcidere controverſias. Πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος, inqvit divinus ſcriptor ad Hebræos c. 4, 16. *Omnis diſputationis finis eſt juramentum rem ſanciens.* Cui ſimile eſt illud Philoneum: ὅρκος μαρτυρία θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου, *DEI teſtimonium eſt jusjurandum de re, de qva ambigitur.* Et illud non diſſimile Halicarnaſſenſis: τελευταία γὰρ πίστις ἁπασῶν ἐστὶν ἀνθρώποις ἑλληνί τε καὶ βαρβάρῳ, ἣν οὐδεὶς πώποτε ἀναιρήσει χρόνος, ἡ δὲ ὅρκων καὶ σπονδῶν ἐγγυητὰς θεοὺς ποιησαμένη τὸ συμβάσιον. * *Ultima fides inter homines, tum Græcos tum barbaros, qvam nulla delebit ætas, eſt ea, qvæ per jurata pacta ſponſores adhibet Deos.* Sic & Ægyptiis jurandum μεγίστη παρ' ἀνθρώποις πίστις, *Maxima fides hominibus inter ſe.* Diod. Sic.

***

Ultima fides) Procopius Perſicorum II. ὅρκος ὁ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τοῖς ἐς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον. *Jusjurandum qvod ab hominibus habetur omnibus ultimum atq; firmiſſimum fidei mutuæ & veracitatis pignus.*

2. Duo ergo debet jurans, primum, ut verba animo congruant, qvod ἀληθεύειν vocat Chryſippus; alterum, ut factum congruat verbis, qvod idem

dem appellat Ὀμόσειν. Qvi in illud peccat * ψεύδορκεῖν, qvi in hoc ἐπιορκεῖν eidem Chryſippo dicitur ſatis diſtincte, qvanqvam confundi interdum hæc ſolent.

***

ψεύδορκεῖν) Hoc ψεύδομνυν vetatur Exodi XX. ἐπιορκεῖν Levitici XIX. ut Hebræi volunt præceptojubente CCXL.

XIV. Et ſi qvidem materia talis ſit, & verba ita concepta, ut non ad Deum tantum, ſed & ad hominem referantur, jus haud dubie homini ex ipſo juramento qværetur, tanqvam ex promiſſo aut contractu, qvi ſimpliciſſimè intelligi debeat. Si vero aut verba hominem non reſpiciant jus ei conferendo, aut reſpiciant qvidem, ſed aliqvid ſit, qvod ei poſſit opponi, tunc ea vis erit jurisjurandi, ut homo qvidem ille jus nullum conſeqvatur, at nihilominus, qvi juravit, DEO obligetur †† ſtare jurejurando. Hujus rei exemplum eſt * in eo, qvi per metum injuſtum cauſſam promiſſioni juratæ dedit. Nam hic jus nullum † conſeqvitur, aut tale qvod reddere debeat, qvia cauſam damno dedit. Sic videmus Hebræos reges & * à Prophetis increpatos, & punitos à DEO, qvod fidem juratam Babyloniis regibus non ſervaſſent. Laudat Cicero Pomponium tribunum, qvi ſervavit, qvod terrore coactus juraverat: *tantum*, inqvit, *temporibus illis jusjurandum valebat*. Qvare non Regulus tantum redire in carcerem, ut maxime is fuerit injuſtus, debuit, ſed & decem illi, qvorum Cicero meminit, redire ad Annibalem: jusjurandum enim interceſſerat.

†† h. l. c. XIV. §. 3.

† h. c. §. xx. n. 4.

Ezech. XVII, 12, 13, 15. Off. III. Tolet. l. IV. c. 22.

Off. III.

***

In eo, qvi per metum injuſtum cauſſam promiſſioni juratæ dedit) Etiam vi extortum jusjurandum, ob Dei reverentiam, ſervandum docet Auguſtinus epiſtolis CCXXIV, & CCXXV.

A Prophetis increpatos) Vide & Jerem. XXIX, 7.

XV. 1. Neqve hæc tantum inter hoſtes publicos locum habent, ſed inter qvosvis, non enim perſona ſola reſpicitur cui juratur, ſed * is, qvi juratur, DEUS, qvi ad obligationem pariendam ſufficit. Repudiandus ergo Cicero, (a) cum ait, perjurium nullum eſſe, ſi prædonibus pactum pro capite pretium non adferatur: ne ſi juratum qvidem ſit: qvi pirata non ſit ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium, cum qvo nec fides eſſe debeat. nec jusjurandum commune. Qvod & de tyranno dictum ab eodem eſt alibi, & à Bruto apud Appianum: ἀδὲν πιστὸν εἶναι Ῥωμαίοις πρὸς τυράννους ἀδὲ ὅσιον, *cum tyranno Romanis nulla fides, nulla jurisjurandi religio.*

Th. 2. 2. 89. art. 7. & ibi Cajet. Alex. Imol. in c. verum. 15. X. de Jurejur. Soto l. IIX. q. 1. art. 7. Civil. II. (a) L. III. c. 19. §. 2. n. 1.

***

Is, qvi juratur Deus) Gregoras, εἰς θεὸν ἡ ἐπιορκία τὸ ἐξ ἀφροσύνης ἁμάρτημα, *perjurium Deo culpam impingit negligentiæ.*

†††

Ne ſi juratum qvidem ſit) Optimè hic, qvoad forum conſcientiæ, cum Grotio diſtingvit *Balduin. Caſ. Conſc. 12. lib. 2.* Qvod ſi juramentum vi & metu extortum fuerit ſuper re poſſibili & licita (v. g. ſuper pretio pro capite) illud ſervandum eſſe; inprimis ſi cum electione factum, & ſub reſpectu majoris mali evitandi è ſcientibus & non planè invitis, *add. Grot. h. l. c. XI. §. 7. n. 2. Eckolt. ad ff. tit. q. met. cauſ. §. 1.* Qvod ſi verò juramentum ſit de re illicita, juſtitiam impediens, improbos in malitia ſua confirmans, proximo in diſcrimen vitæ incidendi occaſionem præbens, & ſic multis modis in pietatem, juſtitiam & caritatem proximi peccans, illud neutiqvam ſervandum, ſed modis omnibus etiam in foro pœnitentiali reſcindendum & annihilandum venire. Neqve hic contradicit forum conſcientiæ foro civili, qvod in genere hæc juramenta invalida, adeoqve jurantem abſolvendum eſſe pronunciat. Illud enim rationem habet animæ, conſideratq; obligationem non in ſe, ſed per acceſſionem juramenti ſuper re licita validam atq; firmam. Hoc autem ſollicitum eſt tum maximè de exactione talismodi obligationis: nec expreſsè negat hoc juramentum, utut vi extortum, ſi profanatio divini nominis per illud vitari poſſit, & proximi læſio abſit, in Conſcientia ratum haberi debere; ſed tantum denegat exactionem per vim juramentum extorqventibus, dum illis recuſat media, per qvæ promiſſum conſeqvi poſſent, *L. Jurisprudentium. 7. §. & generaliter. 16. de Pact.* Jam verò inter obligationem ipſam & exactionem obligationis multum intereſſe, neqve ab una ſemper ad alteram valide argumentationem fieri, manifeſtum eſt.

(*a*) L. II. §. XIX. c. 17.

2. Atqvi ſicut in jure gentium conſtituto differre hoſtem à pirata verum eſt, & à nobis infra (*a*) oſtendetur; ita hic ea differentia locum habere non poteſt, ubi, etſi perſonæ jus deficiat, cum Deo negotium eſt: qvæ cauſa juramenti voti nomine nuncupatur. Neqve id, qvod ſumit Cicero, verum eſt, nullam eſſe cum prædone juris ſocietatem. Nam depoſitum ex ipſo gentium jure * reddendum latroni, ſi dominus non apparet, rectè à Tryphonino reſponſum eſt.

L. 31. Bona fides. D. depoſiti L. II. §. 1. n. 4. cap. X. item c. XVI. §. 26. n. 2.

***

Ubi etſi perſonæ jus deficiat, cum Deo negotium eſt) Plutarchus Lyſandro: ὁ ὅρκῳ φθαμενόμενος, τὸ μὲν ἐχθρὸν ὑπολογεῖ δεδιέναι, τὸ δὲ θεὸν καταφρονεῖν, *qvi juramento hoſtem circumvenit, is oſtendit à ſe hoſtem metui, Deum contemni.*

Reddendum latroni) & ei, qvi regnum ſine jure invaſit, qvomodo Oroſerni depoſitum redditum à Prienenſibus: Polybius & Diodorus Siculus in excerptis Peireſianis.

Leſſ. de J. & J. l. c. 42. n. 27.

3. Qvare probare non poſſum, qvod à qvibusdam eſt traditum, eum, qvi prædoni qvicqvam promiſerit, momentanea ſolutione poſſe defungi, ita ut liceat ei, qvod ſolvit, recuperare. Verba enim in juramento qvoad DEUM ſimpliciſſimè atqve adeo cum effectu ſunt intelligenda. Atqve ideò, qvi redivit ad hoſtem clam, iterumqve abiit, non ſatisfecit juramento de reditu, & rectè à Senatu Romano judicatum eſt.

XVI. 1. Illud vero Accianum: T. *Fregiſti fidem.*

A. *Quam neq; dedi, neq; do infideli cuipiam:*

ita

ita demum probari potest, si jurata promissio apertè respectum habuerit alterius promissionis, * qvæ ei qvasi conditio fuerit implicita, non si diversi generis sint promissa, & citra respectum mutuum. Tunc enim omnino servandum cuiqve erit, qvod ipse juravit. Atqve hoc nomine Regulum laudans sic compellat Silius:

1. Si qvis. 39. in fine. D. de Jurejurando.

Qvi longum semper fama gliscente per ævum
Infidis † servasse fidem memorabere Pœnis.

L. III. c. 19. §. 13. n. 1.

***

Qvæ ei qvasi conditio fuerit implicita) c. Pervenit, qvod est III. de jurejurando. Adde L. Lege fundo. 5. in fine. D. de Lege commissoria.

2. Inæqvalitatem in contractibus naturaliter locum facere aut rescindendi aut reformandi contractus, supra †† diximus. Et qvanqvam jus gentium aliqvid in hac re mutavit, jure tamen civili, qvod inter ejusdem populi partes valet, rediri sæpe ad illud, qvod natura licebat, itidem supra monuimus. Sed hic qvoqve, si juramentum intercessit, etiamsi personæ nihil aut minus debeatur, Deo fides erit præstanda. Itaqve Psalmorum scriptor, ubi viri boni virtutes enumerat, addit & hanc: *Juratus in damnum suum non tamen mutat.*

†† L. II. c. XII. §. 12. Auth. sacramenta. C. si. adv. vend.

Psal. XV.

XVII. Verum illud notandum est, qvoties non personæ jus nascitur ex tali aliqvo defectu, qvalem diximus, sed DEO obstringitur fides, hæredem ejus, qvi juravit, non teneri. Qvia ad hæredem sicut bona transeunt, id est, qvæ in hominum sunt commercio, ita bonorum onera: non item alia, qvæ qvis ex officio, puta pietatis, gratiæ, fidei debuit. Hæc enim ad illud, qvod strictè jus dicitur inter homines, non † pertinent: ut alibi qvoqve ostendere meminimus.

L. III. c. 1. §. 19. c. 19. §. 5.

† h. l. c. XI. §. 3. c. XIV. §. 6. n. 1. c. XXII. §. 16. c. XXV. §. 3. n. 4. L. I. c. I. §. 9. n. 1.

†††

Non teneri) Rursus adversus *Grotium h. l. & 3. manud. 1. §. hæ vel. insurgit Anton. Matth. de Crimin. l. 47. ff. tit. fin. c. 1. n. 3. p. m. 250. in verb.* Aliter rem componere conatus est Hugo Grotius, qvi distingvit ita, aut soli Deo se obstrinxit defunctus, aut personæ Deo invocato. Illo casu non obligatur hæres, qvia hoc jusjurandum non est bonorum onus: hoc obligatur, tanqvam oneri hæreditatis. Hujus distinctionis membrum alterius non est omnino verum; id demonstrant vota, qvæ licet DEO, non personæ factæ sint, obligant tamen hæredem, ut apertè ac eleganter scripsit Ulpianus *in l. 2. §. 1. de pollicit.* Qvare si ullus distinctioni locus, qvoniam in libris nostris jusjurandum pacto comparari solet, existimaverim potius, distingvi posse, utrum jusjurandum in rem, an in personam conceptum fuerit: id est utrum se tantum obstringere voluerit jurans, an & hæredem, ut hoc casu & hæres obligetur, non illo, *arg. l. 7. §. pactorum D. de pact.* cum autem ea de re dubitatur, præsumatur in rem potius, qvam in personam *arg. l. pactum. 9. ff. de Pact.* Verumenim verò non videtur recte Grotio contradictum; qvum ille intendat tantum jus, ad qvod jurans ratione officii pietatis, gratiæ, fidei, &c. Deo immediatè se obligavit: hoc enim, utut salutem proximi præ se ferat, facit solùm personam defuncti ejusqve hæredis obligatam Deo, non verò proximo, qvippe ad qvem obligatio non fuit terminata. Secus est, si promissio proximo immediatè fiat, Dei nomine in testem obligationis

& vindicem perjurii invocato, ubi heredem obligatum esse ambabus largimur manibus.

XIIX. Sed etiam ubi jus personæ non nascitur, si tamen juramentum utilitatem spectet alicujus, *atq; is eam nolit. non † tenebitur, qvi juravit. * sic. ut nec tenebitur, si cesset qvalitas sub qva alicui juravit: ut si magistratus desinat esse magistratus. Apud Cæsarem libro II. de bello civili c. 32. Curio Domitii qvi fuerant milites sic alloqvitur: *Sacramento qvidem vos tenere qvi potuit, qvum projectis fascibus & deposito imperio privatus & captus ipse in alienam venisset potestatem?* Et mox sacramento ait capitis diminutione sublatum.

† h. l. c. XI. §. 14.

***

Atq; is eam nolit) Plautus Rudente Scen. ult. v. 58. *Jurisjurandi rogo gratiam facias.*

Sicut nec tenebitur, si cesset qvalitas) Similia vide in L. Si duas. 6. §. Gentium. 14. D. de Excusat. tut. & apud Gailium II. Obs. CXLIV. n. 8. & de Arrestis, X, 9. & apud Azorium Institutionibus moralibus V, 22. q. 6. parte I.

XIX. Illud qværitur, an, qvod contra juramentum fit, illicitum sit tantum, an & irritum? qva de re distingvendum arbitror, ut si sola fides sit obstricta, valeat actus contra juramentum factus, puta testamentum, venditio: non valeat autem si ita conceptum sit jusjurandum, ut simul contineat abdicationem plenam potestatis ad actum. Et hæc qvidem naturaliter jusjurandum seqvuntur: ex qvibus faciendum est judicium de Regum juramentis, & his, qvæ exteri exteris jurant, qvando actus ex loco subjectionem non accepit.

c. dilecto. 25. de Præbendis. Covarr. in d. c. qvamvis. 5. de R. J. p. 2. §. 2. n. 10.

XX. * Nunc qvid superiorum, id est Regum, patrum, dominorum, & maritorum in his, qvæ maritalis sunt juris, imperia possint, videamus. Superiorum actus hoc qvidem efficere non potest, ut jusjurandum qvatenus vere fuit obligatorium non sit præstandum: id enim juris est naturalis & divini. Sed qvia actus nostri non plene sunt in nostra potestate, sed ita ut à superioribus dependeant, ideo duplex esse potest actus superiorum circa id qvod juratur, alter directus in personam jurantis, alter in personam cui juratur.

Th. 2, 2. q. 89. art. 9.

***

Nunc qvid superiorum, id est regum, patrum, dominorum, & maritorum in his, qvæ maritalis sunt juris, imperia possint, videamus) Augustinus epistola CCXL. & CCXLI.

2. In personam jurantis dirigi potest, aut anteqvam juretur irritum reddendo juramentum, qvatenus jus inferioris sub potestate superioris continetur, aut postqvam juratum est vetando ne impleatur. Nam inferior, qva inferior, obstringere se non potuit, nisi qvatenus superiori id placiturum esset; ampliorem enim non habebat potestatem: Hoc modo lege Hebræa mariti uxorum, patres liberorum, qvi sui juris nondum erant, juramenta irrita faciebant. Proponit hanc qvæstionem Seneca †: *Si lex lata erit, ne id qvisqvam faciat,*

c. 19. Venientes. de Jurejurando. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F, 55.

† Lib. IV. de

faciat, qvod ego me amico meo facturum promiseram? & solvit: *Eadem lex me defendit, qvæ vetat.* Sed & actus ex utroqve mixtus esse potest, ut si superior constituat qvod inferior juraverit hoc aut illo casu, puta ex metu, aut imbecillitate judicii, ita demum valere si ab ipso approbetur. Atqvi ex hoc fundamento defendi possunt absolutiones juramentorum, qvæ olim * à principibus, nunc ipsorum principum voluntate, qvo magis cautum sit pietati, ab Ecclesiæ præsidibus exercentur.

benef. 35. Lib. ult. D. ad Mun. Molin. disp. 149. c. si vero. 8. de Jurejur.

***

Olim à principibus) Svetonius Tiberio 35. Sic & in Hispania diu usurpatum notat Ferdinandus Vasqvius de success. creat. I. 11. §. 18.

†††

Nam inferior) An, si jurando negotium cum Deo agatur, juramentum possit à superiori potestate infringi, qværitur? Respondemus distingvendo: aut enim hoc est contra leges positivas à suprema potestate latas, & rescindi posse arbitramur per ea, qvæ tradit Grotius h. l. qvum temerarius & Deo resistens judicetur ille, qvi incogitatâ suâ & sæpe destinatò protervâ promissione juratâ magistratui renititur. Aut non est contra ordinationes supremi Principis, sed res adhuc, dum jurat, meræ facultatis, & illud à Potestate superiori rescindi non posse verius est.

Ab Ecclesiæ præsidibus) *Felin. Sand. ad c. 1. ex administrationis. X. de Jurejurand. n. 21. p. m.* 1112. ibiqve citati plures Pontificii hanc absolutionem potestati seculari, propter suam spiritualitatem, qvam in se habet juramentum, *arg. c. cum Lascus. 3. X. de For. Competent. in VI.* denegant. In foro Statuum Augustanæ Confessionis, vigore Transactionis Passavienſis de Anno 1552. insecutæq; Pacis Religiosæ Anno 1555. Status & Principes hanc Jurisdictionem Ecclesiasticam exercent per Consistoria ex Theologis & Juris-Consultis instituta, *Vid. Ordin. Camer. p. 2. cap. 24. Const. Elect. August. p. 2. c. 36. ibiq; Carpz. & Gail 1. Obser. 25.* qvi hoc jus singulari sanctione pragmaticâ Cameræ Imperiali attributum dicit, uti patet ex loco *Ord. Camer. citat.*

3. In personam ejus, cui juratur, actus dirigi potest aut tollendo ab eo jus, qvod ei partum est; aut etiam, si jus desit, vetando ne qvid ex tali juramento accipiat; idqve duobus modis, sive in pœnam, sive ob publicam utilitatem ex vi supereminentis dominii. Atqve hinc intelligi potest, si jurans non ejusdem sit ditionis cum eo, cui juratur, qvid aut hujus aut illius rectores possint circa jusjurandum. Ipse autem qvi juratus aliqvid promisit nocenti, qva talis est, puta piratæ, non potest jus promisso qvæsitum pœnæ nomine ob id ipsum ei auferre: qvia tunc verba nullum haberent effectum, qvod omnino vitandum est. Similiqve de causa compensari non poterit, qvod promissum est cum jure, qvod ante erat controversum, si post motam controversiam inita pactio fuerit.

4. Potest & lex humana impedimentum, qvod certi generis actibus posuerat, tollere, si juramentum aut qvalecunqve, aut certa forma accesserit: qvod Romanæ leges fecerunt in iis impedimentis, qvæ non directe publicam, sed privatam jurantis utilitatem spectant. Qvod si fiat, valebit actus juratus eo modo, qvo naturaliter citra legem humanam fuerat valiturus, aut fidem

dem tantum obstringendo, aut jus etiam dando alteri, pro diversa actuum natura, qvæ alibi † à nobis explicata est.

† h. c. §. XIV.

†††

Privatam jurantis utilitatem) Vid. l. 1. C. si adver. Vendit. Idem reperitur ex Jure Friderici Imperatoris juxta *Auth. Sacramenta puberum C. h.t.* Jure Canonico res adhuc clarior videtur propter *cap. cum contingat. 28. X. de Jurej.*

XXI. 1. Notandum hic est obiter, qvod in Christi præceptis & apud Jacobum de non jurando dicitur, proprie non ad assertorium juramentum * cujus apud Paulum Apostolum exempla exstant aliqvot, sed ad promissorium futuri incerti † pertinere. Ostendit hoc evidenter oppositio illa in verbis Christi: *Audistis dictum antiqvis: Non pejerabis, sed reddes Domino juramentum. Ego vero dico vobis. Ne jurate omnino.* Et ratio qvam Jacobus adjicit μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, id est, *ne fallaces inveniamini.* nam eum sensum voc ὑποκρίσεως apud Hellenistas habet, ut apparet Job. XXXIV, 20. Matth. XXIV, 51. & alibi.

† h. c. §. VI.

***

Cujus apud Paulum Apostolum exempla exstant aliqvot) Rom. I, 9. IX, 1. II. Cor. I, 23. XI, 31. Phil. I, 8. I. Thess. II, 9. I. Tim. II, 7.

†††

Futuri incerti) recte hanc restrictionem, temerarium jurare temperantem, adjicit: alias in genere falsum esset, omne juramentum promissorium esse illicitum; qvia hoc pacto homagia & reliqva fidelitatis juramenta excluderentur cum præsentissimo boni publici damno.

2. Idem evincit illud in Christi verbis ἔστω ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναὶ, οὒ οὔ qvod sic Jacobus explicat, ἤτω ὁ ὑμῶν τὸ ναὶ, καὶ τὸ οὒ οὔ: ubi manifeste est figura qvam ἀπλοῦν Rhetores vocant, ut in illo,

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Et in altero simili: *Ad illum diem Memmius erat Memmius.* Nam prius ναὶ & οὒ promissum significat, posterius ejus implementum. Est enim ναὶ promittentis: unde per ἀμὴν explicatur Apoc. I, 7. eundemqve sensum habet qvod hic in Syriaco est, אין respondens Rabbinico הן qvomodo apud Jurisconsultos Romanos *mάλιστα* & qvidni? notæ sunt respondentis ad stipulationem. Pro implemento promissionis sumitur apud Paulum II. Corinth. I, 20. cum ait omnia DEI promissa in Christo esse ναὶ καὶ ἀμήν. Hinc vetus Hebræorum dictum. *Justi hominis ναὶ est ναὶ. & non est non.*

3. Contra qvorum facta à dictis discrepant, apud eos esse dicitur ναὶ καὶ οὒ, II. Corinth. I, 18. 19. id est, ναὶ eorum esse οὒ, & οὒ esse ναί. Sic Paulus Apostolus ipse exponit, nam cum negasse se ἐλαφρίᾳ χρήσασθαι, *levitate usum*, addit sermonem suum non fuisse ναὶ καὶ οὒ. Festus varias referens sententias de significatione vocis *naucum*, sic scribit: *Quidam* (ajunt) *ex Graco* ναὶ κ᾽ οὐχὶ *levem hominem significari.* Qvod si ναὶ καὶ οὒ levitatem significat, sequitur, ut ναὶ ναὶ, οὒ οὔ, constantiam significet.

Nai

***

Ναὶ καὶ οὐχὶ) Recte in hoc Festi loco scripseris οὐκὶ, ut sæpe apud Homerum: id enim ad vocem nauci propius accedit.

4. Idem ergo dicit Christus, qvod * Philo: κάλλιστον καὶ βιωφελέστατον καὶ ἁρμόττον λογικῇ τὸ ἀνώμοτον, οὕτως ἀληθεύειν ἐφ' ἑκάστου δεδιδαγμένῃ, ὡς τοὺς λόγους ὅρκους εἶναι νομίζεσθαι. *Optimum atq; utilissimum & rationali naturæ convenientissimum est juramento abstinere, atq; ita se veracitati assvefacere, ut verba pro juramento accipiantur.* *Et alibi: ὁ τοῦ σπουδαίου λόγος ὅρκος ἔστω βέβαιος, ἀκλινής, ἀψευδέστατος. *Viri boni oratio pro juramento sit firmo, immutabili, fallere nescio.* & qvod de Essenis Josephus: πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρώτερον ὅρκου, τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περιίσταται: *qvicqvid dixerint validius est jurejurando: ac supervacua res ipsis habetur jurare.*

***

Philo) de decalogo.

Et alibi) de specialibus legibus.

5. Ab Essenis, aut Hebræorum illis, qvos secuti sunt Esseni, videtur hoc sumsisse *Pythagoras, cujus hæc sententia: μὴ ὀμνύναι θεούς. ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν: *non jurandum per Deos: qvemq; enim id curare debere, * ut nec jurato sibi credatur.* Scythæ de se ad Alexandrum Curtio referente. *Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fidem jurant.* Cicero pro Roscio Comœdo: *Qvæ pœna à Diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum, cujus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per qvam insidiæ tenduntur alicui, Dii immortales hominibus irasci & succensere consvêrunt.* Solonis dictum celebratur: καλοκἀγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε: *Ea esto probitate, ut ei magis qvam juramento credatur.* Clemens qvoqve Alexandrinus dixit, viri boni esse, τὸ πιστὸν τῆς ὁμολογίας ἐν ἀμεταπτώτῳ καὶ ἑδραίῳ δεικνύειν βίῳ τε καὶ λόγῳ: *Fidem promissi ostendere in verborum ac vitæ subtilitate & constantia.* Alexis Comicus:

Lib. VII. c. 8. §. 29.

Ὅρκος βέβαιός ἐστιν ἂν νεύσω μόνον.
Nutus mei pro jurejurando valent.

Narrat Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo, Athenis cum qvidam apud eos qvi sancte graviterqve vixisset, & testimonium publice dixisset & jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse, eo qvod nollent religione videri potius, qvam veritate fidem esse constrictam.

***

Pythagoras) nam & Hermippus Pythagoricus Pythagoræ philosophiam ab Hebræis dictam ducebat, teste Origene contra Celsum. Idem & Josephus Hebræis prodidit, & Jamblichus Pythagoricus.

Ut nec jurato sibi credatur) Philo: ἤδη γὰρ ὄχλε ὁμνύς εἰς ἀπιστίαν ἐκκαλούμενος. *Jam enim is, a quo jusjurandum exigitur, perfidiæ est suspectus*) Sophoclis Oedipode Coloneæ dixerat Oedipus:

Ἴστι σ' ὑφ' ὅρκῳ γ' ὡς κακὸν πεισθήσομαι.
Noli te adigere jurejurando, ut malum.

respondet Theseus:

Ἄκυρα πέρα γ' ἂν ἐσθὶν ἢ λόγῳ φέρεις.
Nec plus haberes inde quam vocis sonum.

M. Antoninus in viri boni descriptione: μήτε ὅρκῳ δεόμενον, *nec opus habens jurejurando.* Chrysost. de Statuis XV. εἰ μὲν πιστεύεις ὅτι ἀληθής ἐστιν ὁ αἰτῶν, μὴ ἐπαγάγῃς τὸ ὅρκῳ τὸν ἀνάγκην. εἰ δ' οἶδας, ὅτι ψεύσεται, μὴ ἀναγκάσῃς ἐπιορκεῖν. *Si credis veracem esse eum, qvicum tibi negotium est, noli ei jurejurandi imponere necessitatem, qvod si scis fore ut mentiatur, ne coge eum & pejerare.*

6. A Christi dicto non discrepat Heroclis illud ad aureum carmen: καὶ σέβε ὅρκον ἐν ἀρχῇ θεραγγείας, τὸν δ' ἐπόχην ἔμνυαι φρασάσθαι περὶ τ' ἐνδεχομένων καὶ ἀορίστων τ' ἐκβάσεως ἐχόντων τὸ πέρας. ταῦτα γὰρ τὰ μικρὰ κ' μεταπίπτοντα. διὸ ὅτε ἄξιον ἐστ' αὐτοῖς ὀμνύναι ὅτ' ἀσφαλές. *Qui in principio dixerat, Jusjurandum reverere, eo ipso præceperat abstinere à jurejurando de his, * qvæ possunt fieri & non fieri, & incertum habent casus exitum. Talia enim & parvi ducenda sunt & mutabilia sunt, unde nec dignum de iis jurare, nec tutum.* Et Libanius in Christiani Imperatoris laudibus ponit: ἐπιορκίας τοσοῦτον ἀπεστὶν, ὥστε καὶ περὶ τὰς εὐορκίας ἔχειν εὐλαβῶς: *à perjurio tantum abest, ut etiam vera jurare vereatur.* Eustathius ad illud Odysseæ: ἀλλ' ἤτοι ὅρκοι μὲν ἐάσομεν: sic ait: ἐν χρείᾳ ὅρκῳ ἐν τοῖς ἀδήλοις περὶ βεβαίωσιν, ἀλλ' ἐυχῆς περὶ ἀποτέλεσμα; *In rebus incertis non ad asseverationem juramentum adhibendum, sed preces pro bono exitu.*

* * *

Qvæ possunt fieri & non fieri) Bene hoc animadvertit Chrysostomus de statuis XII. ὅτι κἂν μὴ συναρπασθεὶς, μηδὲ ἄκων, μηδὲ ἀγνοῶν τοῦτο πάθῃ ὑπ' αὐτῆς τῆς πράγματος φύσεως, καὶ ἑκὼν καὶ εἰδὼς ἀναγκασθήσεται ἐπιορκῆσαι πάντως. *Etiamsi non eveniat id tibi, qvod impetu abreptus, aut coactus, aut nec cogitans juraveris, ipsa negotii natura id interdum secum feret, ut & volens & sciens falsum juravisse deprehendaris.* Et mox: σφαλερὸν μὲν οὖν ἐστι περὶ ἑαυτοῦ τινα ὀμνύναι. πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἁρπάζομεθα. *Periculosum igitur etiam de suo actu jurare. Multa enim nobis eripit ipsa rerum natura subjecta casibus.*

Dd. Can. in c. 10. X. qverelã. de jurejur. Diod. l. XVI. Pan. in c. 3. ad aures. De his, qvæ vi vel metus causa. Jas. in L. III. §. 4. jurare. D. de Jurejur. Mynsi. obs. 17. cent. I. III. Pol. XIV.

XXII. Ideo multis in locis vice jurisjurandi repertum est, ut * fides datis dexteris, qvæ erat πίστις βεβαιωτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις, *firmissimum apud Persas fidei vinculum*, aut alio qvo signo obstringatur, ea vi, ut ni impleatur promissio, promissor non minus detestabilis habeatur, qvam si pejerasset.

set. Præcipue de regibus virisqve principibus dictum est usitatissimum, fidem eorum pro jurejurando valere. †† Tales enim esse debent, ut cum Augusto dicere possint, * Bonæ fidei sum : & cum Eumene, vitam se potius posituros, qvam fidem : qvo & illud pertinet Güntheri Ligurini.

nudo jus & reverentia verbo
Regis inesse solet, qvovis juramine major.

Laudat oratione pro Dejotaro Cicero C. Cæsaris dexteram, non in bellis & prælliis, qvam in promissis & fide, firmiorem. Et heroicis temporibus sceptrum erectum pro regum jurejurando valuisse notatum Aristoteli.

†† Recess. Imper. August. de Ann. 1555. §. 30. & 144.

***

Fides datis dextris) meminere Eustathius ad Odysseæ Ω : Aristophanis Scholiastes ad Nubes : Diodorus Siculus libro IIX. Crantzius Saxonicorum XI. 27, In c. Ad aures, de his, qvæ vi metusve causa æqvantur juramentum & fides interposita.

Bonæ fidei sum) Euagora Salaminis rege Isocrates : ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκοις διαφυλάττων. Symmach. X, 19. *nunqvam major spes, qvam in bonorum principum sponsione.* Nicetas de Alexio Isaaci fratre lib. III. βασιλεῦσι παρὰ πᾶν ἕτερον εὐορκεῖν τιθέναι περὶ πλείστου χρεών. *Regibus jurisjurandi fides ante omnia alia ponenda est.* Cicero pro Cornelio Balbo : *Athenis ajunt, cum qvidam apud eos qvi sancte graviterq; jurasset, & testimonium publice dixisset, (ut mos Græcorum est) jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse. Add. §. præced. n. 5.*

CAPUT XIV.

De eorum, qvi summum imperium habent, promissis & contractibus & juramentis.

I. Refellitur sententia statuens restitutiones in integrum ex jure civili venientes ad regum actus, qva tales sunt pertinere : item regem ex juramento non teneri.

II. Ad qvos regum actus leges pertineant, distinctionibus explicatur.

III. Jurejurando rex qvando teneatur, aut non teneatur.

IV. Qvatenus rex teneatur his, qvæ sine causa promisit.

V. Usus ejus, qvod de legum vi circa regum contractus dictum est.

VI. Rex subditis obligari naturaliter tantum, aut & civiliter, qvo sensu recte dicatur.

VII. Jus qvæsitum subditis licitè qvomodo auferatur:

IIX. Rejecta hic distinctio qvæsiti ex jure naturali aut civili.

IX. Contractus regum an leges sint, & qvando.

X. Qvomodo ex regum contractibus teneantur omnium bonorum hæredes.

XI. Qvo-

XI. Qvomodo ex iisdem contractibus obligentur, qvi in regnum succedunt:
XII. Et qvatenus.
XIII. Beneficia regum, qvæ revocabilia sint, qvæ non, distinctione explicatur.
XIV. Contractibus invasorum imperii, an teneatur, cujus erat imperium.

I. 1.

PRomissa, contractus, & juramenta Regum, & qvi alii, iis pares, jus in republica summum obtinent, peculiares habent qvæstiones, tum de eo, qvod ipsis in actus suos licet, tum de eo, qvod in subditos, tum de eo, qvod in successores. Qvod primum caput attinet, qværitur, an ipse rex, ut subditos suos, ita se qvoqve restituere in integrum, aut contractum irritum facere, aut à jurejurando se exsolvere possit? Bodinus censet, iisdem ex causis regem sive aliena fraude ac dolo, sive errore circumventum, sive metu, restitui posse, ex qvibus subditus restitueretur, tum in iis, qvæ ad jura majestatis imminutæ, tum in iis, qvæ ad privata commoda pertinent. Addit, ne jurejurando qvidem teneri regem, si ejusmodi sint pacta conventa, à qvibus discedere lex patiatur, etiamsi pacta honestati sint consentanea: non enim ideo teneri, qvia juraverit, sed qvia justis conventionibus qvisqve teneatur, qvatenus alterius interest.

Lib. I. cap. VII.

† h. l. c. XI. §. 5. n. 3.

2. Nos, ut † alibi distinximus, ita hic qvoqve distingvendum censemus inter actus Regis, qvi regii sunt & actus ejusdem privatos. Nam in regiis actibus, qvæ Rex facit, eo loco habenda sunt qvasi communitas faceret: in tales autem actus sicut leges ab ipsa communitate factæ vim nullam habent, qvia communitas seipsa superior non est, ita nec leges regiæ. Qvare adversus hos contractus restitutio locum non habebit: venit enim illa ex jure civili. Non admittenda igitur exceptio regum adversus contractus, qvos minores fecissent.

h. c. §. 5.

†††

Restitutio locum non habebit) qvatenus scilicet ex jure civili qvoad determinationem oritur, qvo Princeps est omnino superior; secus, si restitutionis origo adscribatur æqvitati naturali, qvæ concedit cuivis dolo ac fraude circumvento & læso, si judex deficiat, semet ipsum restituere. Ceterum de hoc restitutionis puncto *Vid. Molin. Tr. 2. de J. & J. Disp. 574. num. 4. pag. 1498.*

Minores fecissent) cum consensu puta curatorum, qvos regulariter repræsentant proximi agnati.

II. 1. Plane si populus regem fecerit non pleno jure, sed additis legibus, †† poterunt per eas leges contrarii actus irriti fieri, aut omnino, aut ex parte, qvia eatenus populus jus sibi servavit. De iis autem actibus regum, qvi pleno jure regnant, sed regnum non ut proprium possident, qvibus regnum, aut regni pars, aut res fiscales alienantur, egimus supra † & ostendimus, hos actus ipso naturæ jure nullos esse, ut factos de re aliena.

†† l. I. c. 3. §. 10. n. 1. seq. c. 4. §. 13.

† l. I. c. 11. §. 1.

2. At privati actus regis considerandi non ut actus communitatis,

tis, sed & actus partis, ac proinde facti eo animo, ut communem legum regulam sequantur. Unde etiam leges, quæ actus quosdam aut simpliciter, aut si is, qui læsus est, velit, irritos faciunt, locum & hic habebunt, quasi sub ea conditione contractum foret. Sic videmus reges quosdam adversus fœnebre malum sibi consuluisse juris remediis. Poterit tamen rex, ut aliorum, ita suos actus his legibus solvere; quod, an facere voluerit, ex circumstantiis erit æstimandum. Sic fecerit, judicanda res erit ex mero jure naturali. Hoc addendum, si quæ lex actum irritum faciat, non in favorem agentis, sed in pœnam, hanc in regum actibus locum non habituram, ut nec alias leges pœnales, & quicquid vim habet cogendi. Nam punitio & coactio non possunt procedere, nisi à voluntatibus diversis: itaque cogens & coactum requirunt distinctas personas, neque sufficiunt distincti respectus.

III. Juramentum autem Rex irritum reddere antecedenter potest ut privatus, si se ipse potestate tale quid jurandi plane privaverit priore juramento: consequenter non potest, quia hic quoque personarum distinctio requiritur. Nam quæ consequenter irrita redduntur, jam antea exceptionem in se habebant, nisi superior noluerit. at ita jurare, ut tenearis, nisi ipse nolis, per absurdum (a) est, & naturæ jurisjurandi contrarium. Etsi vero ex jurejurando jus quæri alteri non possit, ob aliquod vitium in persona, tamen eum, qui juraverit, Deo obstringi, supra (b) ostendimus: quod ad reges non minp, quam ad alios pertinet, contra quam sentit dicto loco Bodinus.

(a) cap. præced. §. 3. n. 1.

(b) c. 13. §. 14. n. 1.

IV. Promissa quoque plena, & absoluta, atque acceptata, naturaliter jus transferre demonstratum (c) supra est, quod itidem ad reges non minus, quam ad alios pertinet, ita ut improbanda sit, hoc quidem sensu eorum sententia, qui negant regem teneri unquam his, quæ sine causa promisit; quod tamen, quo sensu locum habere possit, mox videbimus.

(c) c. XI. §. 4. & 14. Ang. in L. 11. Lucius. D. de Eviction.

V. Ceterum, quod diximus supra, (d) leges civiles regni locum non habere in Regum pactis & contractibus, id recte vidit & Vasquius. Sed quod infert emtionem & venditionem sine certo pretio, locationem & conductionem non expressa mercede, emphyteusin sine scriptura, si à regibus fiant, valitura non concedendum est: quia hi actus non à rege qua rege, sed ab eo quasi alio quovis fieri solent. In quo actuum genere tantum abest, ut communes regni leges vim nullam habeant, etiam leges oppidi, ubi Rex habitat valere credimus: qui speciali ratione rex ibi se habet, ut illius cœtus membrum. Quæ tamen, ut diximus, ita procedunt, nisi circumstantiæ ostendant placuisse Regi suum actum ab illis legibus immunem facere. Aliud vero exemplum, quod idem adfert Vasquius de promissione quolibet modo facta, bene convenit, & ex his, quæ supra diximus, explicari potest.

(d) c. 11. §. 4. n. 3. Lib. II. Contr. Ill. c. 51. n. 34. Suar. lib. III. c. 35. n. 14.

†††

Emphyteusin sine scriptura) add. Mascard. de Probation. conclus. 603. num. 1. Val.

2. Carpz. P. III. Jurisprud. Forens. p. 2. const. 39. defin. 7. Brunnem. ad §. 3. Inst. Locat. D. 20. urgentes l. 1. C. de Jur. Emphyt. Verb scriptura intervenient. Ab his dissentiunt Harpprecht. ad §. 1st. 3. Inst. Locat. num. 51. & seqq. Dn. Struv. Ex. 24. th. 31. Ludov. Ex. 13. th. 7. lit. d. qvi citatam l. 1. ad speciale contrahentium pactum restringunt. Nos, cum nullam prægnantem rationem dissentiendi vidimus, à Grotio & communi Dd. opinione recedere noluimus.

† Bald. L. 1. D. de Pactis. L. 31. Princeps legibus. D. de Legibus.

VI. 1. Contractibus, qvos rex cum subditis iniit, obligari eum naturaliter tantum, non civiliter, † Jurisconsulti ferme omnes sentiunt, qvod loqvendi genus perobscurum est. Nam naturalis obligatio interdum à juris auctoribus dicitur per abusionem de eo, qvod fieri natura honestum est, qvanqvam non vere debitum, (a) ut legata integra sine detractione Falcidiæ præstare, solvere debitum, qvo qvis in pœnam creditoris erat liberatus, vicem beneficio rependere, qvæ omnia cessare faciunt condictionem indebiti: Interdum vero magis proprie id, qvod vere nos obligat, sive inde jus alteri oriatur, ut in pactis, sive non oriatur, ut in plena & firma pollicitatione. Maimonides Hebræus lib. III. ducis dubitantium capite 54. tria hæc apte distingvit, & qvæ non debentur, ait venire benignitatis nomine, id est חסד qvam alii interpretes ad Prov. XX, 28. explicant פלגרת הטובה * *abundantiam bonitatis;* qvæ debentur ex jure stricte sumto משפט *judicium* Hebræis vocari, qvæ ex honestate *justitiam* צדקה id est æqvitatem, ἔλεον, κρίσιν, πίστιν dixit interpres Matthæi XXIII. 23. ubi πίστιν vocat qvæ Helleniſtis plerumqve est δικαιοσύνη. Nam κρίσιν pro eo qvod stricte debetur reperias etiam Macc. VII, 18. & 32.

(a) h. L. c. XI. §. 3. c. XIII. §. 17. c. XXII. §. 16. c. XXV. §. 3. n. 4. L. ult. C. de transf. L. si aqvam. 2. C. de servit. Dd. in c. 1. de Const. Bald. L. 4. Si cum exiguam pecuniam. C. de condict. ob causam. & in L. Ex. imperfecto. 3. C. de Testamentis. L. 19. Si pœnæ. D. de Cond. ind. L. 1. C. ad L. Falcid. L. Sed & si lege. 25. §. consuluit. 11. D. de Pet. hæred. Jas. lib. V. de Cond. causa dat. Castal. de Imperio. q. III. vers. 81. Vasq. lib. 1. contr. III. c. 3. n. 1. Bod. I. c. 8.

* * *

Abundantiam bonitatis) Huc pertinent ea qvæ non ob aliam causam fiunt qvam ut liberalitas & munificentia exerceantur, ut loqvitur lex I. D. de donationibus, χρηστότης ἐκ πηγῆς πλουσίας ἀποῤῥεῖ ἡ ἡμερότης. *Ex ubere fonte mansvetis ingenii manat beneficentia;* Plutarchus Catone majore.

†††

Pollicitatione) Jus tamen aliqvando Reip. nascitur, Grd. l. 9. l. 14. ff. de Pollicitat.

Interpres Matthæi) Attamen verius est, authenticum textum Matthæi Hebraicum non fuisse, adeoqve nec in Græcam lingvam translatum: videri possunt, qvos citant Dn. Zeger. h. l. pag. 37. Dn. Osiand. pag. 1005. Cum qvibus ferè consentit Selden. de J. & J. secund. discipl. Hebr. l. 4. cap. 4. pag. 505. ubi Hebraicum Matthæi textum vitiositatis arguit.

(b) l. 1. c. 1. §. 3. n. 2. l. 2. c. 13. §. 3. n. 3. & 4.

2. Civiliter qvoqve obligari ex actu suo dici qvis potest, aut eo sensu, ut obligatio procedat non ex mero jure naturali, sed ex jure civili, vel ex utroqve aut eo sensu, ut in foro actio inde detur. Dicimus ergo, ex promisso & contractu Regis, qvem cum subditis iniit, nasci veram ac propriam obligationem, qvæ jus det ipsis subditis: ea enim est, & promissorum & contractuum natura, ut supra ostendimus, etiam (b) inter DEUM & hominem. Qvod si tales sint actus qvi à rege, sed ut à qvovis alio fiant, etiam civiles leges in eo valebunt:

valebunt: sin actus sit regis qva regis, ad eum civiles leges non pertinent, qvod discrimen à Vasqvio non satis observatum est. neqve tamen eo minus ex utrovis actu nascetur actio. nempe ut declaretur jus creditoris, sed coactio sequi non poterit, ob statum eorum qvibuscum negotium est: nam subditis cogere eum, cui sunt subditi, non licet, sed æqvalibus in æqvales, id jus est à natura, superioribus in subditos etiam ex lege.

VII. Sed hoc qvoqve sciendum est, posse subditis jus etiam qvæsitum auferri per regem duplici modo, aut in pœnam, †† aut ex vi supereminentis† dominii. sed ut id fiat ex supereminentis dominii, primum reqviritur utilitas publica; deinde, ut, si fieri potest, compensatio fiat ei, qvi suum amisit, ex communi. Hoc ergo, sicut in rebus aliis locum habet, ita & in jure, qvod expromisso aut contractu qværitur.

†† h.c. §.13. in fin.

† L.I.c.I.§.6. c.III. §.VI. n. 1. L.II.c.III. §.19.n.1.c.IIX. §.X.n.1.L.III. c.XIX. §. 7. c. XX.§.VII. & IX. Vasq. L. 1. contr. III. c. 5. in pr. & L. I. frequ. contr. Castr. lib.1. cons. 229.

†††

Ex vi supereminentis dominii) Multi hoc negant propterea, qvod ambitiosum sit vocabulum dominii, idqve Principi si tribuendum fuerit, verendum, ut in officio suo contineri semper possit ille, qvantumvis optimus & integerrimus, qvod multa secum afferat ejusmodi fortuna, qvæ à recto dimovere soleant. Et qvid verò, pergunt illi, metuendum erit cum, ubi Principi id suggeris rerum imperito, privatis interato commoditatibus, publicarum utilitatum penè hosti, addicto voluptatibus, osori libertatis ac veri, nihil minus, qvam salutem Reip. cogitanti, sed omnia suæ libidine suisqve commodis metienti? Tum verò qvæ subditorum futura sit conditio, facile omnibus constat. Sed videntur nobis dissentientes confundere id, qvod per accidens; cum eo, qvod per se fit. Siqvidem non sequitur: Princeps optimus & integerrimus posset abuti jure sibi competente; Ergo illud non est eidem manifestandum. Princeps rerum imperitus &c. per hanc dominii, qvæ tamen ipsi revera competit, attributionem fieri solet deterior; E. eadem Principi, ut tali, non est manifestanda. Idem judicium esto de reliqvis consequentiis. Alii & alia nectunt, præsertim autem illud, qvod ferè celeberrimum, dum viveret, *Dn. Exterl. in not. ad l. 1. c. §. 6. Grot.* scilicet non opus esse vocabulo dominii supereminentis, cum hæc cuncta principi absoluto vi imperii competant. Sed tamen imperium illi rursus opus habent distinguere in ordinarium, & extraordinarium, qvod tum demum competit, qvando utilitas extrema publica svadet, subditis jus qvæsitum, ad bonum commune conservandum, auferre. Et per consequens res eodem recidit.

Compensatio fiat ei) Negant hoc *Trentler. Vol. 1. Disp. 1. th. 5. Gail. 2. obs. 56. n. 11. & seqq. Harpprecht. ad Inst. de Rer. divis. num. 116. & seqq.* Distinguunt alii, qvos *Gratius* refert *l. 3. cap. 20. § 9.* inter ea, qvæ civium sunt ex jure gentium, & ea, qvæ eorundem sunt ex jure civili: ut in hæc jus laxius regi concedant, etiam sine causâ auferendi & compensatione; in illa non idem. *Vid. Zas. tom. 3. in l. cum heredes, num. 12. tom. 3.* Sed hisce ipse respondet *Gratius l. c.* Illis reponimus effectus dominii, qvos ex jure Gentium habet, & Princeps sine justâ causâ vel compensatione non imminuere multò minus tollere potest, *jung. Petr Anton. de Petra de jur. qvæsit per princip. non tollend. cap. 32. sect. 4. n. 8. & seqq. Scip. Amirat. in not. Polit. ad Tacit. libro. 12. Disc. 1. in fin. p. 166. Gohausen, p. 1. Per. Acad. 4. q. 28. Dian. Tom. VI. Tr. 1. Resol. 54.*

Ex communi) Ita tamen, ut ille qvoqve, qvi omne suum contribuit, omnia rursus recipiat, præterqvam partem, qvam pro virili in publicum, si reliqvi omne suum contulissent, contribuere debebat, *arg. L.* Rhodiæ de Jactu, de qvâ *Dn. Struv. Ex. 20. th. 20. add. Grot. l. 3. c. 20. §. 7.*

IIX. Ne-

cit. lib. 3. c. 20. §. 9.

IIX. Neqve ullo modo hic admittenda est distinctio, qvam adferunt nonnulli, juris qvæsiti ex vi juris naturalis, & ejus, qvod venit ex lege civili. nam in utrumvis par jus est regis, nec hoc magis, qvam illud, sine causa tolli potest. Ubi enim dominium aut jus aliud alicui legitimo modo partum est, id, ne sine causa ei auferatur, juris est naturalis. Contra si rex faciat, haud dubiè tenetur reparare damnum datum: facit enim contra verum jus subditi. Hoc ergo differt jus subditorum & jus exterorum, qvod jus exterorum (hoc est, qvi nulla ratione subditi sunt) supereminenti dominio nullo modo subest: nam de pœna infra † videbimus: subditorum autem jus ei dominio subest qvatenus publica utilitas desiderat.

Bald. in L. 15. Cæsar. D. de Publicanis. Bart. in L. 7. sicut. D. qvod cujusq; universitatis. Jas. cons. 1. col. 4. vol. 1. & alii allegati à Vasq. d. c. 4. n. 5.

† † †

Nullo modo subest) Hinc qvando bona exterorum in territorio reperta in casu necessitatis inevitabilis ad salutem Reip. adhibenda veniunt, hoc provenit ex defensione naturali & jure semetipsum conservandi, qvod facultatem utendi re aliena non Principi tantum, sed privato cuilibet concedit.

† h. l. c. XX.

IX. Ex his, qvæ diximus, & hoc apparet, qvam falsum sit qvod qvidam tradunt, contractus Regum leges esse. Nam ex legibus nemini jus adversus Regem nascitur: ideo si eas revocet nemini facit injuriam. peccat tamen si sine justa causa id faciat. At ex promissis & contractibus jus nascitur. Contractibus ligantur contrahentes tantum; legibus subditi omnes. Possunt tamen qvædam esse mixta ex contractibus & legibus, ut contractus cum vicino rege, aut cum publicano factus, qvi simul pro lege publicatur, qvatenus ei insunt qvæ subditis observanda sunt.

L. I. c. III. §. XII. n. 1. L. II. c. 6. §. 3.

X. * Veniamus ad successores: de qvibus adhibenda distinctio est, sintne omnium simul bonorum hæredes, ut qvi regnum, qvod in patrimonio est, testamento vel ab intestato accipiunt; an successores regni duntaxat, puta ex electione nova, aut ex præscripto; sive imitatione qvadam vulgaris hæreditatis, sive aliter: an vero mixto jure succedentes. Nam qvi bonorum omnium ita, ut regni, hæredes sunt, qvin promissis & contractibus teneantur, dubitandum non est. Pro debitis enim, etiam personalibus, bona defuncti ut obligata sint, † ipsi rerum dominio coævum est.

† L. 2. c. 21. §. 19. L. 3. c. 2. §. 1. n. 1.

* * *

Veniamus ad successores) Vide Scriptores, qvibus utitur Reinkingius lib. I. classe III. cap. 10.

XI. 1. * At qvi in jus regni duntaxat succedunt, aut partim in bona, in jus regni vero in solidum, qvatenus obligentur, tam dignum est qværi, qvam confuse hactenus tractatum est. * Directe, hoc est *ἀμέσως*, hoc successores regni, qva tales, non obligari satis est manifestum, qvia jus non accipiunt ab eo, qvi proxime decessit, sed à populo, sive ea successio propius accedat ad jus hæreditatium vulgarium, sive absit longius: de qvo discrimine supra egimus.

At

***

At qvi in jus regni duntaxat succedunt) Vide Aymonium editum à Frehero p. 373.

Directe, hoc est ἀμέσως, hos successores regni qva tales non obligari satis manifestum est) Sic Solomo obligatus non fuit eo promisso, qvod Semei David fecerat.

2. Sed ἐμμέσως, id est * per interpositam civitatem, obligantur etiam tales successores: qvod sic intelligitur. Cœtus qvilibet non minus, qvam personæ singulares, jus habent se obligandi per se, aut per majorem sui partem. Hoc jus transferre potest tum expresse, tum per consequentiam necessariam, puta imperium transferendo. nam in moralibus, qvi dat finem, dat ea, qvæ ad finem † perducunt.

† h. l. c. V. §. 24. n. 2. L. 3. c. 1. §. 2. n. 1. L. 1. c. 2. §. 7. n. 12.

***

Per interpositam civitatem obligantur) Similia vide c. I. de solutionibus. Propius ad rem facit c. 3. Abbate. de sententiis & Re Judicata. in VI. ubi notanda verba: *Cum tam supradicti avi donatio qvam locorum acqvisitio præmissorum fuerint nomine regni facta.* vide & Treutl. parte I. disp. VI. thesi 7. Syr. de pace religionis concl. 19. L. 1. c. III. §. XI. n. 2.

XII. 1. Non tamen in infinitum hoc abit. neqve enim obligandi infinita potestas ad imperium recte exercendum necessaria est, ut nec ad tutelam aut curationem, sed qvatenus ejus potestatis natura exigit. * *Tutor domini loco habetur*, inqvit Julianus, (*a*) *cum rem administrat, non cum pupillum spoliat.* qvo sensu & illud intelligendum, qvod dixit Ulpianus, (*b*) magistri societatis pactum societati non prodesse tantum sed & obesse. Neqve tamen, ut qvidam existimant, (*c*) lex hæc ad naturam negotiorum gestorum exigenda est, ut tum demum ratus sit habendus actus, si utiliter gestus sit. Nam ad tales angustias reipublicæ imperantem redigere, ipsi reipublicæ esset periculosum. Qvare nec sensisse hoc credendus est populus, cum imperium detulit. Sed qvod à Romanis Imperatoribus in causa civitatis responsum est, valere transactionem, qvam magistratus fecissent in re dubia, non si indubitate id, qvod deberi possit, remissum sit, idem ad nostram de populo toto qvæstionem referri debet ac potest, sed servata proportione.

(*a*) L. 7. qvi fundum §. 3. si tutor. D. pro Emtore. L. ab agnato. 12. D. de Curatoribus. L. 12. Patrum. C. de Pactis. L. Contra. 28 § si curator. 1. D. de Pactis. (*b*) L. Item 14. D. de Pactis. L. Præses 12. C. de Transactionibus. (*c*) Alph. de Castro. l. 1 de leg. pœnalib. 9 c. 5. Vict. Tom. 1 in Relect. 4. de Potest. Papæ & conc. n. 18. Th. 1, 2. q. 95. art. 3. Pan. in c. cum ecclesiarū. n. 14. Felin. n. 60.

***

Tutor domini loco habetur, inqvit Julianus, cum rem administrat, non cum pupillum spoliat) Huc pertinent ea qvæ habet Camdenus parte IV. Elisabethæ, anno cIↃ IↃ XCV. & qvæ Cromerus habet de Georgii Bohemiæ regis ære alieno imprudenter suscepto à Wladislao, lib. XXVII.

2. Sicut ergo leges non qvævis subditos obligant, possunt enim, etiam extra (*d*) eas qvæ jubent, qvod illicitum est, * esse qvædam evidenter stultæ atqve absurdæ; sic & contractus regentium ita obligant subditos, si probabi-

(*d*) L. 1. c. 4. §. 7. n. 2. & 3. L. 3. c. 23. §. 1. n. 3.

lem habeant rationem, * qvod in dubio ob regentium auctoritatem præsumi debet. Qvæ distinctio multo est melior, qvam illa, qvæ à multis afferri solet, de exitu modicæ aut immodicæ læsionis. Non enim exitus in hac re, sed probabilis ratio rei gerendæ sectanda est. qvæ si adsit, & populus ipse obligabitur, si qvo casu sui juris esse inceperit, & successores, ut populi capita. Nam & si qvid populus liber contraxisset, obligaretur is, qvi postea regnum plenissimo jure acciperet.

***

Esse qvædam evidenter stultæ atq; absurdæ) Ut lex Cabadis Persarum regis apud Procopium & Agathiam. Hoc legis argumentum ad alienationes aptat Petrus, Legatus Justini II. ad Chosroen, agens de iis, qvæ Justinianus Saracenis promisisse videbatur: οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔθος, φημὶ δὲ τὸ πλέον καὶ νόμῳ μὴ λυσιτελοῦντι, καὶ εἰ πέφυκε βασιλεὺς ὁ τὸ ἔθος ἰσχυροποιήσας ἤγουν νομοθετήσας, πολιτεία καταδικασθήσεταί ποτε. *Non enim ex unius hominis consvetudine, aut etiam lege non utili, si Imperator sit, qvi morem talem firmaverit, aut lege sanxerit, respublica unqvam condemnabitur.*

Qvod in dubio ob regentium auctoritatem præsumi debet) Sidonius lib. V. epistola XVII. *Qvicqvid spoponderit princeps, semper redhibet principatus.* Vide Ambrosium in laudibus Theodosii, Symmachum lib. IV. epist. 7. & 19. lib. V, 37. Conc. Toletanum V. c. 6. C. ceterum 3. de Donationibus, debita Justiniani, qvi æs magnum reliqverat, à Justino imperii successore persoluta narrat Corippus libro II.

Turrecrem. in c. 1. sententia. XI. q. 3. concl. 6. & 7. n. 8. & 9. Alii in c. 6. Licet de Voto. Aguirre. Apolog. p. 1. n. 70. Hist. III. c. 55.

3. * Laudatur Cæsar Titus hoc nomine, qvod beneficia, à superioribus concessa, à se peti passus non est, cum Tiberius, & eum secuti non aliter rata habuissent superiorum beneficia, nisi eadem iisdem & ipsi dedissent. Titi exemplum secutus Imperator optimus Nerva in edicto, qvod * apud Plinium exstat, sic ait: *Nolo existimet qvisqvam, qvæ alio Principe vel privatim vel publice est consecutus, ideo saltem a me rescindi, ut potius mihi debeat, si illa rata & certa fecero, nec gratulatio ullius instauratis eget precibus.* At vero de Vitellio cum narrasset Tacitus, eum nulla in posterum cura lacerasse imperium, vulgo ad magnitudinem beneficiorum accurrente, qvibusdam & pecunia emercantibus, addit: *Apud sapientes cassa habebantur, * qvæ neq; dari, neqve accipi, salva republica, poterant.*

***

Laudatur Cæsar Titus hoc nomine) Historia apud Svetonium c. 8. apud Xiphilinum ex Dione, & apud Victorem. Simile c. Justitiæ. 15. causæ XXV. qvæst. I. Gail. obs. II. LX. 15. Vide & Radevici historiam, Guilielmus Ligurino lib. V.

Neve secuturi factum subvertere reges
Aut revocare qveant, regali tuta sigillo
Argumenta Duci, monumentaqve certa reliqvit.

Et

Et libro IIX.

Tanta tamen clari fuit indulgentia regis,
Ut qvicunq; bona priscorum munera regum
Hactenus ipse fide possederat, idq; probare
Legitimis poterat vel demonstrare Tabellis.
Principis assensu titulo gavisus eodem
Nunc qvoq; possideat.

Apud Plinium) X. epist. 66.

Qvæ neq; dari, neq; accipi salva republica poterant) Laudat & applicat Mariana ad immensam munificentiam Friderici Regis Neapolitani XXIV, 16. à Nerone donata etiam ab emtoribus repetiit Galba, relictâ decimâ; Tacitus historiar. I. & Plutarchus. Pertinax etiam à libertis ea exegit, qvæ sub specie venditionis Commodo Principe lucrifecerant. Basilius Macedo Imperator reperiit, qvæ Michaël Imperator elargitus fuerat. Zonaras de eo: ἐψήφιστο παρὰ πάντων τοὺς ἐξ οὐδεμιᾶς χρήματα λαβόντας ἐλόγου λαβῆς, ἀναδιδόναι ταῦτα, ἢ τόγε δὴ μετριώτερον ἥμισυ. *Communi consensu placuit, ut qvi pecunias nulla probabili ex causa accepissent, partim dimidium redderent.* Vide eundem Isaacio Comneno de donationibus Ludovici XI. vide Serranum Carolo IIX. de ejusdem donationibus etiam, qvæ Ecclesiis factæ non servatis, Philippum Cominæum lib. IX. Marianam vero de donationibus qvas Arragoniæ rex Ramirus fecerat rescissis, libro X. c. 16. de Isabellæ donationibus rescissis per ipsam XXVII, II. Cromerum de Casimiri regis Poloniæ testamento partim probato, partim improbato, XII.

4. Illud hic addendum est, si qvo casu contractus incipiat vergere non ad damnum modo aliqvod, sed ad perniciem publicam, ita ut ab initio contractus in extensione ad illum casum censendus fuisset injustus & illicitus, tunc non tam revocari eum contractum posse *qvam declarari eum non ultra obligare, qvasi factum sub conditione, sine qva juste fieri non potuit.

***

Qvam declarari eum non ultra obligare) c. Suggestum est de decimis. Exemplum in actis Alfonsi & Sanctii apud Marianam lib. XII. c. ultimo: apud Camdenum dicto anno cIↃ IↃ XCV. & anno cIↃ IↃ XCVII. in controversia Hansiatica.

5. Qvæ de contractibus diximus eadem, intelligenda sunt * de alienatione pecuniæ populi, aut rei alterius, qvam secundum leges rex alienare bono publico possit. Nam hic qvoqve similis adhibenda est distinctio, an probabilis donandi aut aliter alienandi fuerit ratio.

***

De alienatione) Habes huc pertinentia in Conciliis Galliæ Tomo III.

6. At si contractus ad regni ejusve partis aut patrimonii regalis, qvatenus

nus id regi permissum non est, alienationem pertineant non valebunt, ut facti de re aliena. Tantundem erit in regnis restrictis, si qvam materiam aut actuum genus populus à Potestate regia exceperit. Nam ut tales actus valeant, populi per se, aut per eos, qvi populum legitime referunt, consensus reqviritur, ut ex iis, qvæ de alienatione supra diximus, intelligi potest. Qvibus distinctionibus adhibitis facile judicari poterit justæ an injustæ fuerint exceptiones regum, qvi priorum regum nomina exsolvere recusarunt, qvorum hæredes non fuerant: qvarum exemplа apud † Bodinum videre est.

L.I.c.3.§.XI. n.2. L.II.c.VI. §.3.seq.

† Cur. Jun. cons. 138. n.4. cons.157. n.18. Cravetta, de Ant.tem. 2.p. 1.partis princ. n. 28. Bell. in spec. prin. rubr. 26. Ant. Gabr. lib. 1.tit. de Jure qvæs. non tollendo, concl. 6. n. 26. & concl. 7. † h.c §. VII.

XIII. Illud qvoqve * à multis traditum, beneficia Principum, qvæ liberaliter sunt concessa, semper posse revocari, sine distinctione transmittendum non est. Sunt enim qvædam beneficia, qvæ rex de suo facit, & qvæ, nisi adsit præcarii clausula, vim habent perfectæ donationis. * Hæc revocari non possunt, nisi qvod subditos attinet in pœnam, aut ob utilitatem publicam, cum † compensatione, si fieri potest. Sunt alia, qvæ vinculum duntaxat legis demunt sine ullo contractu: Et hæc sunt revocabilia. Qvia sicut lex sublata universaliter, reponi universaliter semper potest, ita & particulariter sublata particulariter reponi. Nullum enim hic jus qvæsitum est adversus legis auctorem.

***

A multis traditum) Vide citatos per Reinkingum libro II. classe II. c. 8. num 26. & seqventibus.

Hæc revocari non possunt) Vide allictum decis. CXXIIX. num. 10.

†††

Revocari non possunt) Huc pertinent etiam privilegia concessa & acquisita (1) titulo oneroso & data pecunia. (2) Ob factum aliqvod gratum servitium, pariter & ob bene merita privilegiari. Unde inferunt, non licuisse Reginæ Angliæ civitatibus Hansæ Teutonicæ concessa privilegia adimere, cum illa, testibus Anglis, ipsæ auro & sanguine suorum ea comparassent, (3) Qvæ in vim contractus transiverunt: uti si magnis privilegiis ad habitandum, vel negotiandum, vel aliud opus agendum Professores, Studiosi, mercatores, opifices, cives invitentur, hæc privilegia revocationi non sunt obnoxia, qvæ de olim inter Hansam Teutonicam, item Flandrenses & Russos in Norwegia & hodierno tempore inter Hansam & Anglos, controversiæ, *Vid. Hermann. Hermes en Fasc. Jur. public. cap. 8. n. 3. p. 38. & cap. 11. n. 78. 148. jung. cum plurib. alleg. Marc. Anton. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 2. tit. 3. num. 28. & seqq. pag. 37. & fusissimè Andr. Rauchbar. Qvæst. Jur. civil. & Saxon. part. 2. q. 15. per tot. p. 136. Sprenger. Inst. Jur. Publ. l. 1. c. 5. p. 30.*

†L.I.c.IV §.15 n.2.

XIV. Contractibus verò eorum, qvi sine jure imperium invaserunt, † non tenebuntur populi aut veri reges. nam hi jus obligandi populum non habuerunt. De in rem verso tamen tenebuntur, id est, qvatenus locupletiores facti sunt.

†††

Non tenebuntur populi) Qvamdiu scilicet durat injusta possidendi causa, non postqvam longâ possessione aut pacto jus nactus est invasor, de qvo ipse Grotius *l. 1. c. 4. §. 15. num. 1. & l. 2. c. 4 §. 14.*

CAPUT

CAPUT XV.

De fœderibus & sponsionibus.

I. Publicæ conventiones qvæ.
II. Dividuntur in fœdera, sponsiones, pactiones alias.
III. Fœderum & sponsionum discrimen, & in qvid sponsiones obligent.
IV. Rejecta divisio fœderum qvam Menippus fecit.
V. Fœderum divisio inter a, qvæ idem statuunt cum jure naturæ: & unde id natum:
VI. Et ea qvæ aliqvid adjiciunt: qvæ sunt æqvalia;
VII. Aut inæqvalia, qvæ rursum dividuntur.
VIII. Fœdera cum his qvi alieni sunt à vera religione licita esse jure naturæ:
IX. Nec universaliter prohiberi lege Hebræa;
X. Nec Christiana.
XI. Cautiones circa talia fœdera.
XII. Christianos omnes obligatos ad fœdus ineundum adversus hostes Christianismi.
XIII. Si plures fœderatorum bellum gerant, cui potius opem ferri oporteat distinctionibus explicatur.
XIV. An tacite renovatum censeatur fœdus. (liberet.
XV. An partis alterius perfidia alteram
XVI. In qvid teneantur sponsores si sponsio improbetur, ubi de Caudina sponsione.
XVII. An sponsio non improbata obliget ex notitia & silentio, distinctionibus explicatur, ubi de sponsione Luctatiana.

I. CONventiones Ulpianus divisit in publicas & privatas: & publicam expositi, non, ut qvidam putant definitione, sed exemplis additis, *qvæ fit per pacem*, qvod primum † exemplum est: *qvoties inter se duces belli qvædam paciscuntur*; †† qvod secundum. Publicas ergo conventiones eas intelligit, qvæ, nisi jure imperii majoris aut minoris, fieri neqveunt, qva nota differunt non tantum à contractibus privatorum, sed & à contractibus regum circa negotia privata. Qvanqvam ex privatis qvoqve belli causa nasci solet, freqventius tamen ex publicis. Ideo, postqvam de conventionibus generaliter à nobis tractata sunt satis multa, qvædam addenda sunt, qvæ ad excellentiorem hanc speciem pertineant. L. 1. Conventionum. §. 1. D. de Pactis. †L. III. c. 20. †† L. III. c. 21.

II. Publicas has conventiones, qvas Græci σωθήκας vocant, dividere possumus in fœdera, sponsiones, pactiones alias.

†††

Fœdera, sponsiones, pactiones alias) Has conventionum species describit M. Varro apud *Bodin. de Rep. Lib. 5. cap. 6. in princ. Fœdus* est publica populorum principumve inter ipsos conventio in perpetuum concepta. *Sponsio* Ducum Legatorumve pactum conventum sine populi jussu, cujus exitus & conditiones à Principibus populisve pendent, ut rata irritave sint promitta. *Pactio* principum populorumve conditio temporaria, qvæ sapius Magistratuum aut Ducum potestate permittitur, qvi ad breve tempus differre, aut pactis aliqvot dierum induciis sustinere bella suo jure possunt. *Add. ipse Grot. in §§. seqq.*

III. 1. De fœderum & sponsionum discrimine aditi potest Livius libro

IX. ubi recte nos docet, fœdera esse, qvæ fiunt jussu summæ potestatis, & in qvibus ipse populus iræ divinæ obstringitur, si minus stetur dictis. Ea apud Romanos peragi per feciales solebant addito patre patrato. Sponsio autem est, ubi hi, qvi à potestate summa mandatum ejus rei non habent, aliqvid promittunt, qvod illam proprie tangit. Apud Sallustium legimus: *Senatus, uti par erat, decrevit, suo suiq; populi injussu nullum potuisse fœdus fieri.* Hieronymus Syracusarum rex cum Annibale, ut narrat Livius, societatem fecerat: at postea Carthaginem misit ad fœdus ex societate faciendum. Qvare * qvod apud Senecam patrem est: *Imperator fœdus percussit, videtur populus percussisse Romanus, & fœdere continetur:* ad antiqvos eos pertinet, qvi speciale ejus rei mandatum acceperant. At * in regnis † regum est fœdus facere. Euripides Supplicibus:

Lib. XXIV.

† L. III. c. 20. §. 2. seqq.

τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν
Ἄδραστον. οὗτος κύριος τύραννος ὢν
πείσης ὑπὲρ γῆς Δαναΐδων ὁρκωτομεῖν.
Adrastum hunc opus
Jurare: namq; is jus habet regni potens
Ut civitatem fœdere obstringat suo.

Legendum enim ibi, ut diximus, ὁρκωτομεῖν, non ὁρκωτομεῖ.

Qvod apud Senecam patrem est) Contr. IV, 29.

In regnis regum est fœdus facere) Servius ad illud II. Æneidos:

Servataq; serves
Troja fidem;

Qvia, qvod rex promittit, videtur respublica promittere. Et ubi Æneas: singulari certamine pugnaturus prius cum Latino fœdus facit: *Turnum,* ait, non *inducit jurantem, qvia præsente rege non habet potestatem.*

Per feciales solebant, addito patre patrato) Formulam fœderis, inter Albanos & Romanos, ratione imperii & subjectionis initi, cujus vetustiorem memoriam non extare *Livius* asserit, videmus apud Eundem *L. 1. A. U. C. cap.* 234. Fecialis Regem Tullum ita rogavit: Jubesne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente Rege, sagmina inqvit te Rex posco, Rex ait, pura tollito, fecialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea Regem interrogavit, Rex, facisne me tu Regium nuntium populiqve Romani Qviritium, vasa, comitesqve meos? Rex respondit, qvod sine fraude mea populiqve Romani Qviritium fiat, facio. Fecialis erat Marcus Valerius, patrem patratum Sp. Fusium fecit. Verbena caput capillosqve tangens pater patratus ad jusjurandum patrandum, id est sanciendum, fit fœdus, multisqve id verbis, qvæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, audi, inqvit, Juppiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima postremave ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, (*add. seq. c. §. 1. n. 2.*) utiqve ea hic hodiè rectissimè intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet, si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die Juppiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodiè feriam, tantoqve magis ferito, qvanto magis potes, pollesqve, ubi id dixit, porcum saxo silice percussit. Aliud exemplum occurrit apud *Liv. lib. 10. secund. bell.*

bell. Punic. cap. 43. Feciales qvum in Africam ad fœdus faciendum ire juberentur, ipſis poſtulantibus S. C. in hæc verba factum eſt, ut privos lapides ſilices, privasqve verbenas ſecum ferrent, uti Prætor Romanus iis imperaret, ut fœdus ferirent, ſibi illi Prætorem ſagmina poſcerent, herbæ id genus ex arce ſumtum dari fecialibus ſolet.

2. Sicut autem magiſtratus populum non obligant, ita nec minor pars populi: qvod pro Romanis eſt adverſus Gallos Senonas: nam major pars populi erat apud Dictatorem Camillum. bifariam autem, ut apud Gellium eſt, cum populo agi non poteſt.

3. Sed ubi, qvi jus populi non habent, de eo, qvod populi eſt, ſpoponderunt, videamus in qvid teneantur. Putet forte aliqvis, hoc caſu ſponſores fidem liberaſſe, ſi operam omnem dediſſent, ut id, qvod ſpoponderunt, fieret, ſecundum ea, qvæ de promiſſo tertii facto ſupra † diximus: ſed negotii hujus, cui contractus ineſt, natura obligationem multo ſtrictiorem deſiderat. Nam qvi contrahendo aliqvid de ſuo dat aut promittit, is viciſſim præſtari reipſa ſibi aliqvid vult: unde & jure civili, qvod facti alieni promiſſiones repudiat, promiſſio tamen ratam rem haberi ad id, qvod intereſt, obſtringit.

† L. II. c. XI. §. XXII.

§. 3. Inſt. de inutil. Stip. L. 2. L. 13. L. 18. L. 19. Rem. rat. hab.

IV. Fœdera Menippus, regis Antiochi ad Romanos Legatus, referente * Livio, magis ex uſu ſuo, qvam ex præſcripto artis, ita diviſit, ut diceret, tria eſſe eorum fœderum, qvæ inter ſe paciſcerentur reges civitatesqve, genera, unum, cum bello victis dicerentur leges, qvo in genere qvid victum habere, qvo mulctari eum vellet, victoris eſſe arbitrium: alterum, cum pares bello æqvo fœdere in pacem atqve amicitiam venirent. tunc repeti reddiqve per conventionem res, & ſi qvarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex formula juris antiqvi, aut ex partis utriusqve commodo componi: tertium eſſe genus, cum, qvi hoſtes nunqvam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëant: qvos nec dicere leges, nec accipere.

* Lib. XXXIV.

***

Livio) Adde Diodorum Siculum Exc. leg. IV.

V. 1. At nobis accuratius inſtituenda partitio eſt, ut primum dicamus, fœdera alia idem conſtituere, qvod juris eſt naturalis, alia aliqvid ei adjicere. Prioris generis fœdera non tantum fieri ſolent inter hoſtes, qvi à bello diſcedunt, ſed olim & fiebant ſæpe, & aliqvo modo erant neceſſaria inter eos, qvi ante nihil contraxiſſent. id inde ortum, qvod regula illa juris †† naturalis, cognationem inter homines qvandam eſſe à natura, ac proinde nefas eſſe alterum ab altero lædi, ut olim ante diluvium, ita rurſus aliqvo poſt diluvium tempore malis moribus eſſet obliterata, * ita ut latrocinari & prædas agere in externos † nullo bello indicto pro licito haberetur: qvod Σκυθισμὸν vocat Epiphanius.

†† L. 3. D. de J. & J.

† L. II. c. III. §. 15. c. VI. §. 14. n. 2. c. X. §. 9. n. 1. L. 3. c. 3. §. 1. c. 9. §. 16.

***

Ita ut latrocinari & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito haberetur) Cæſar de Germanis: *Latrocinia nullam habent infamiam, qvæ extra*

tra fines cujusq; civitatis fiunt. Accedit testis Tacitus de moribus Germaniæ, & Saxo libro XIV. & alibi. Idem de Tyrrhenis scriptum est Servio ad IIX. & X. Æneidos, & de aliis gentibus ad primum Æneidos. Diodoro Siculo de Lusitanis: qvicum Plutarchus consentit Mario: τὸ λῃστεύειν οὔπω τότε τῶν ἰβήρων οὐχὶ κάλλιστον ἡγουμένων. *ad id tempus Hispanis latrocinari inter pulcherrima habebatur.* Simile est qvod Judæi damnum datum ei, qvi nec Judæus sit, nec Judæis fœderatus, sarciendum negant.

L. ult. D. de Collegiis. Lib. XLIII.

2. Hinc illa * apud Homerum, an prædones estis? amica interrogatio, * cujus & Thucydides meminit, & in Solonis lege veteri collegia ἐπὶ λείας ἐρχομένων: qvippe, ut Justinus ait, ad Tarqvinii tempora latrocinium maris gloria habebatur: & illud in Romano jure, ut si cum gente aliqva neqve amicitiam, neqve hospitium, neqve fœdus amicitiæ causa factam habeatur, hi hostes qvidem non sint: qvod autem ex Romano ad eas pervenerat, illorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus servus fiat. idemqve sit, si qvis inde ad Romanos perveniat: & hoc qvoq; casu postliminium † detur. Sic Corcyrenses olim ante belli Peloponnesiaci tempora hostes Atheniensium non erant, sed nec pacem cum illis, nec inducias habebant, ut ex oratione Corinthiorum apud Thucydidem apparet. De Boccho Sallustius: *nobis neq; bello neq; pace cognitus.* Hinc in barbaros prædam exercere laudatum Aristoteli, & ipsa vox hostis veteri Latio nihil, nisi externum significabat.

† L. 5. §. 2. D. de Capt. & postlim. L. 6. h. t.

***

Apud Homerum) Odysseæ γ. ubi Scholiastes οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' εὔδοξον. *Latrocinari apud antiqvos non tantum infamia carebat, sed insuper gloriosum ducebatur.*

Cujus & Thucydides meminit) Libro I. additqve οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τοῦτο τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τε καὶ δόξης μᾶλλον: *nondum infamiam habebat id vitæ genus, qvin potius laudi tribuitur.*

L. 2. §. 2. §. 16. seqq. Liv. l. XLI.

3. Sub hoc genere comprehendo & fœdera, qvibus cavetur, ut utrinqve jus hospitii, ut jus commercii sit, qvatenus ista sub jure naturali veniunt, qva de re egimus alibi. Utitur hoc discrimine Arco in oratione ad Achæos apud Livium, ubi non de societate ait qværi, sed de commercio præbendi repetendiqve juris: nempe ne servis Macedonum apud se perfugium esset. Hoc genus totum conventionum Græci stricte εἰρήνην vocant, & opponunt σπονδαῖς, ut tum alibi videre est, tum in oratione Andocidii de pace cum Lacedæmoniis.

VI. 1. Conventiones, qvæ juri naturæ aliqvid adjiciunt, aut æqvales sunt, aut inæqvales. * Æqvales sunt, qvæ utrimqve eodem modo se habent, ἀρίσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχουσι, ut Isocrates in Panegyrico loqvitur: qvo illud Virgilii pertinet:

Liv. L. 1. A. U. C. cap. 13.

Nec mihi regna peto, paribus sed legibus ambas
Invictas gentes æterna in fœdera mittam.

Græci

Græci istas vocant modo συνθήκας simpliciter, modo συνθήκας ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ ut apud Appianum & Xenophontem videre est: has magis proprie σπονδάς, &, qvatenus minus dignos respiciunt, προστάγματα, aut συνθήκας ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων, qvas Demosthenes in oratione de Rhodiorum libertate fugiendas ait his, qvi libertatem amant, qvia ad servitutem accedant proxime. L.I.c.III.§. XXI. n.10.

* * *

Æqvales sunt) Sic Plinius Parthos ait cum Scythis ex æqvo degere. Pompejus apud Lucanum de eadem Parthorum gente:

---- Solus

Ex æqvo me Parthus adit.

2. Utriusqve modi fœdera aut pacis, aut societatis alicujus fiunt causa. Æqvalia pacis, ut qvæ de restituendis captivis, rebus captis & ad securitatem conveniri solent. qva de re agendum erit infra † in belli effectibus & consectaneis. Æqvalia societatis, aut ad commercia pertinent, aut ad belli communitatem, aut ad res alias. Æqvales de commerciis pactiones variæ esse possunt, puta utrinqve ne vectigal ullum solvatur, qvod in vetere erat fœdere Romanorum a Charthaginensium, excepto eo, qvod scribæ & præconi dabatur, aut ne majus solvatur, qvam in præsens, aut ad certam qvantitatem. † L.III.c.3. seqq.

3. Sic & in bellica societate ut auxilia præstentur paria eqvitum, peditum, navium, sive ad omne bellum, qvod Græci Συμμαχίαν, vocant, & explicat Thucydides τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, *eosdem hostes & amicos habere*: qvod & apud Livium sæpe reperias, sive ad tuendos fines duntaxat, qvod ἐπιμαχίαν, sive ad certum bellum, aut in certos hostes, aut in omnes qvidem, sed exceptis sociis, ut in fœdere inter Pœnos & Macedonas, qvod apud Polybium est: qvomodo & Rhodii Antigono & Demetrio per fœdus auxilia promiserunt in hostes qvosvis, excepto Ptolemæo. Potest, ut diximus, æqvale fœdus & ad res alias pertinere, * ut ne in confinio alterius alter arces habeat, ne subditos alterius alter defendat, ne iter alterius hosti præbeat. Plut. Demetrio.

* * *

Συμμαχίαν vocant) veteres ὁμαιχμίαν. Zosimus L.V.

Ut ne in confinio alterius alter arces habeat) Exemplum vide apud Procopium Persicorum I. † L.III. c. III. §.4.c.XV.§.6.

VII. 1. Ex æqvalibus, qvalia sint inæqvalia, † facile est intelligi. Promittuntur autem inæqvalia aut ex parte digniori, aut ex minus digna. Ex parte digniori, ut si qvis auxilia promittat, nec restipuletur, aut majora promittat: ex parte indigniori inæqvalia, aut, ut Isocrates dicto Panegyrico loqvitur, τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον, sunt ea, qvæ diximus, προστάγματα, aut ἐπιτάγματα vocari. Et hæc ipsa aut cum imminutione sunt imperii, aut sine ejus imminutione.

L.II.c.XVI.§. XIV.

2. Cum imminutione imperii, ut in secundo fœdere Carthaginensium cum Romanis, ne cui Carthaginenses bellum facerent injussu populi Romani. Ab eo tempore, ut Appianus loqvitur, Καρχηδόνιοι Ρωμαίοις ὑπήκοον ἐνεπονδοι, *Carthaginenses Romanis ex fœdere morem gerebant.* Potest addi huic generi deditio conditionata, nisi qvod illa non imminutionem, sed translationem totius imperii continet, qva de re diximus † alibi. Talem autem conventionem fœderis nomine & alibi Livius appellat, ut libro IX. *Teates Apuli impetravérunt ut fœdus daretur, neq; ut æqvo tamen fœdere, sed ut in ditione populi Romani essent.*

† L. III. c. IV. §. 12. c. XI. §. 14. seqq. c. XX. §. 49. seq.

3. Sine imminutione imperii onera aut transitoria sunt aut manentia. Transitoria, de solvendo stipendio, de mœnibus diruendis, ut locis qvibusdam decedatur; ut dentur obsides, elephanti, naves. Manentia, ut de imperio ac majestate comiter colenda, cujus fœderis qvæ sit vis alibi diximus. Huic proximum est ut hostes & amici habeantur qvos velit partium altera: ne cui exercitui, cui cum altero bellum sit, per fines transitus commeatusve detur. Tum illa minora, ne arces certis locis ædificare, ne exercitum ducere, ne naves habere ultra numerum definitum, ne urbem condere, ne navigare, ne militem certis locis conscribere liceat, ne socios oppugnare, ne commeatu hostes juvare, ne recipere eos, qvi aliunde eveniunt, ut fœdera prius facta cum aliis dirimantur: qvorum omnium exempla apud Polybium, Livium, & alios videre est.

L.I. c. III.§. XXI. L.II. c. XIIX. §.2.n.2.

4. Solent autem fœdera inæqvalia contrahi, non tantum inter victores & victos, ut Menippus censebat, sed & inter potentiores & impotentiores, etiam qvi bello inter se experti non sunt.

IIX. De fœderibus freqvens est qvæstio, licitène ineantur cum his, qvi à vera religione alieni sunt: qvæ res in jure naturæ dubitationem non habet. nam id jus ita omnibus hominibus commune est, ut religionis discrimen non admittat. Sed de jure divino qværitur, ex qvo hanc qvæstionem tractant* non Theologi tantum, sed & Jurisconsultorum nonnulli, inter qvos Oldradus & Decianus.

Th.2, 2. q. 10. art. 10. Oldr. cons. 71. Decis. III. cons. 20.

***

Non Theologi tantum) puta Antoninus, Cajetanus, Toletus, Molina, Valdesius, Malderus.

IX. 1. Videamus primum de jure divino veteri, acturi deinde de novo. Fœdus non nocendi causa cum alienis à religione contrahere ante Mosis legem licuit. Exemplum est in fœdere Jacobi cum Labane: ut jam de Abimeleco nihil dicam, qvando non satis constat eum fuisse idololatram. Neqve id lex per Mosem data mutavit. Exemplo sint Ægyptii, haud dubie tunc idololatræ. Hos tamen aversari vetantur Hebræi. Excipiendi sunt populi septem divina sententia damnati, † cujus sententiæ executores erant delegati Israelitæ. nam his, in idololatria perstantibus, & imperium detrectantibus,

Gen. XXXI. 44. Dev. XXIII, 7.

† L.I.c.II.§.2. n.1.

bus, parcere vetantur, qvibus itidem decreto divino additi ſunt Amalecitæ.

2. Fœdera qvoqve commerciorum, & qvæ his ſimilia ad utilitatem communem aut alterius partis pertinent, inire cum profanis licet per legem. nihil enim reperitur qvod obſtet. Et exempla habemus fœderum, qvæ David & Solomo cum Hiromo Tyriorum rege fecerunt: ac notandum, in ſacra hiſtoria dici fœdus hoc à Solomone factum juxta ſapientiam qvam Deus ei dederat. Dev. VII, 1. Dev. XXV, 17. 2. Sam. V, 2. 1. Reg. V, 12.

3. Lex qvidem Moſis ſpecialiter imperat benefacere † popularibus, ἀγαπᾶν τὸ πλησίον: præterea peculiaris victus & morum ratio Judæis præſcripta familiarem cum hominibus ceteris conſvetudinem vix patiebatur. At hinc non ſeqvitur, aut benefacere extraneis non licuiſſe, non etiam laudabile id non eſſe, qvod male inde collegit poſteriorum magiſtrorum prava interpretatio: unde illud Juvenalis de Judæis: L. II. c. XII. §. 20. n. 3. † L. I. c. 2. §. 6. n. 3. Levit. XIX. 8. Devt. XXII, 1.

Non monſtrare viam eadem niſi ſacra colenti.

qvo loco exemplum monſtrandæ viæ minime moleſta neqve ſumtuoſa beneficia indicat, qvæ ignotis etiam tribuenda Cicero dicit & Seneca. Eodem pertinet Taciti illud de iisdem: *Apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promtu, adverſus omnes alios hoſtile odium.* Sic in novi fœderis hiſtoria legimus, ſæpe non ſolitos Judæos convivere συγχεῖσθαι, συνεσθίειν, κολλᾶσθαι, περιέχεσθαι alienigenis. Et Apollonius Molo Judæis objiciebat, οὐ μὴ παρεδέχοντο τοὺς ἄλλοις προκατειλημμένους δόξαις περὶ θεῶν, μηδὲ κοινωνεῖν ἤθελον τοῖς καθ' ἑτέρους συνήθειαν βίου ζῆν προαιρουμένοις: *non admitti ab eis, qui de Deo ſentirent alia, nec qvicqvam ipſis commune eſſe cum his, qvi inſtitutis differrent:* Amici Antiochi apud Diodorum Judæos accuſant: μόνους ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας καὶ πολέμιους ὑπολαμβάνειν πάντας: *ſolos ex omnibus populis inſociabiles eſſe extraneis, ita ut ceteros pro hoſtibus ducant.* Seqvitur de iisdem: μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν τὸ παράπαν, μηδὲ ξυνοῦν, *cum nulla gente alia menſam habere communem, neq; bene eos aliis velle.* Mox eis tribuitur μισανθρωπία *odium humani generis.* Et apud Philoſtratum Tyanenſis de Judæis: οἱ βίον ἄμικτον ζηλοῦντες, οὓς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα: *vitæ genus adeo ſecretum ab humano commercio reperierunt, ut ne menſam qvidam cum aliis communem habeant.* Sicut & paſſim Judæis apud Joſephum objicitur, τὸ ἄμικτον, τὸ ἀσύμφυλον, ἡ ἀλλότριος ἀμιξία, *inſociabilis vivendi ratio.*

†††

Non ſolitos Judæos convivere) Verba *Seldeni* de hâc re ſunt *lib. 2. de J. & J. ſecund. diſcipl. Hebræor. cap. 5. pag.* 175. ſeqventia: Ob ipſam, qvæ in ſacris literis non ſemel affertur, de ſeptem populorum conſortio commerciisqve evitandis rationem (unde & de eis Jus Gentium imperativum ſeu à Numine præſcriptum habetur) aliarum item Gentium, qvarum non diſſimilis ratio, ex jure Gentium ſibi, maxime in ſolo Judaico, qvantum fieri potuit, aliisqve Gentibus interveniente ſeu ab ipſis ſuperinducto conſvetudinem,

dinem, consortium & commercia aliqvot vetabant. Qvod ut facilius effectum sortiretur, etiam Gentiles omnes pro immundis, seu qvi contactu Judæum unqvam non contaminarent, stactuêre habendos. Cum enim sacras haberent leges, tùm de puerperâ, tum de viri seminis, & mulieris sanguinis profluvio laborantis immunditie, qvæ contactu personarum contrahebatur, neqve leges ex, Israelitis nempe peculiares, ad Gentiles attinerent, superinductum est sapientum decretum, qvo unqvam hujusmodi immunditie seu ejus effectu, qvantum ad Judæos, carere Gentiles constitutum est.

4. At, hunc non esse legis sensum, Christus nos docuit exemplo suo, cum à Samaritide femina aqvam accipere non recusavit, legis ubiqve observantissimus. Sed & olim David apud populos irreligiosos perfugium sibi qvæsiverat, nusqvam eo nomine reprehensus. Apud Josephum Solomoni templum dedicanti & oranti, ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tribuitur oratio: *ἡμεῖς γὰρ ἀπανθρώποις τοῖς φύσει ἐσμὲν, οὐδὲ ἀλλοτρίως πρὸς τοὺς οὐκ ὁμοφύλους ἔχομεν non sumus inhumano ingenio neq; male affecti erga extraneos.*

Ant. IIX. 2.

†h. §. n. 1. 5. Excipiendi ab hac regula non illi tantum populi, qvos supra† diximus, sed insuper Ammonitæ & Moabitæ, de qvibus scriptum est Devt. XXIII, 6. *Non qværes prosperitatem eorum* (ita rectius hoc loco verteris שלמם qvam pacem eorum) *nec bonum eorum ullis diebus tuis unqvam.* Qvibus verbis fœdera benefica cum illis populis vetantur, non etiam jus belli conceditur: aut certe, qvæ Hebræorum qvorundam sententia est, vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certe jus belli in Ammonitas Hebræis negatur Deuteron. II, 19. neqve Jephthes arma in eos movit nisi post tentatas † æqvæ pacis vias, neqve David nisi atrocibus injuriis lacessitus. De societate bellica qvæstio supereſt.

Jud. XI, 16. 17. Sam. X. †L. 2. c. 4. §. 2.

6. Ante legem, hanc qvoqve non illicitam fuisse cum profanis gentibus, exemplo apparet * Abrahami impios Sodomitas (*a*) bello adjuvantis. Nec lege Mosis qvicqvam generaliter hac in re mutatum legitur. Atqve ita videmus sensisse * Asmonæos, legis & peritos & reverentes admodum, ut ex (*b*) religiosa Sabbathi observatione, permissa sola sui tutela, non alio armorum usu, apparet. Et hi tamen cum Lacedæmoniis & Romanis fœdus pepigere, approbantibus sacerdotibus & populo: imo & pro eorum salute sacra publice fecerunt. Qvæ vero contra adferuntur, causas habent peculiares.

(*a*) L. I. c. IV. §. 1. n. 1.

(*b*) L. I. c. IV. §. VII. n. 1.

* * *

Abrahami) Idem cum Escole & Anero fœdus fecit. Sic & David cum Achi & Naaso. Solomon cum Ægyptis. Asa cum Benadado.

Asmonæos legis & peritos & reverentes admodum) Laus eorum est in Thargume Caldaico, in libris Maccabaicis, in epistola ad Hebræos. Horum exemplum secuti Imperatores & Reges Christiani & fœdera aut cum non Christianis, aut cum non sane Christianis fecere. Constantinus cum Gothis & Vandalis, Justinianus cum Langobardis: cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Fran-

Francis, Svevis, Vandalis, Theodosius, Honorius, Leo, Heraclius, Basilius, Isaacius, Angelus, Palæologus: cum Nauris reges Hispaniæ Alfonsus Hispalensis, Ramirus, Alfonsus Castus, Sanctius Castellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus: Petrus Legionis Rex: Alfonsus Castellæ rex prudentissimus: cum Tartaris Rudolphus Habspurgensis. Adi Johannem de Carthagena, lib. III. de Jure Belli Romani Pontificis, c. I. Julius II. Pontifex Turcis usus.

7. Nam si qvos reges aut populos, extra eos, qvi in lege expressi erant, exosos sibi & infortunio damnatos per Prophetas Deus significasset, eorum tutelam suscipere aut cum iis arma sociare haud dubie nefas erat. Huc illud pertinet Prophetæ * ad Josaphatum de rege Israëlis: *Tu ne improbo opitulari, & eos diligere, qvi DEUM oderunt? At ob hoc ipsum exarsit in te Dei ira.* Nam infelicem belli exitum Micheas Propheta jam ante prædixerat. Et alterius Prophetæ ad Amasiam: *Ne ito tecum exercitus Israelitarum: nam non adest DEUS Israëlitis, nulli inqvam Ephraimitarum.* Hoc vero non evenire ex natura fœderis, sed ex personæ peculiari qvadam qvalitate, vel hinc evincitur, qvod graviter increpitus est Josaphatus, etiam additis, eo nomine, qvod commercii causa societatem iniisset cum Ochozia rege Israelitarum similem ei, qvam David & Solomo inierant cum Hiramo, qvos eo nomine partim non reprehensos, partim laudatos diximus. Nam qvod additur Ochoziam impie egisse, debet ad totam ejus vitam referri, ob qvam Deus ipsi omnibusqve ejus conatibus infensus fuerit: qvomodo hæc Historia explicatur in libro, cui nomen Constitutiones Clementis VI. cap. XIIX.

II. Paralip. XIX, 2. II. Paralip. XXV, 7. II. Paralip. XX, 37. II. Paralip. XVI, 2. 7. Esa. IIX, 6. L. I. c. II. §. VII. n. 1.

***

Ad Josaphatum) Josephus: ἠτιᾶτο ὁ προφήτης Ἀχαιὸν συμμαχίας ἀθέμιτον ἀσεβῆ: καὶ πονηρόν: *accusabat eum societatis initæ cum Achabo homine impio ac scelerato.*

Qvi Deum oderunt) Gratianus Valenti patruo contra Scytas opem petenti scripsit ὡς δὲ δεῖ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ θεοῦ συμμαχεῖν, *fas non esse, socialia arma jungere cum eo, qvi Dei sit hostis.* Zonaras.

8. Notandum & hoc, pejorem fuisse causam eorum, qvi à Jacobo orti Deum bene cognitum deseruerant, qvam populorum extraneorum. Nam in defectores illos ceteri populares armabantur; * lege qvæ extat Deut. XIII, 13.

***

Lege, qvæ extat Deut. XIII, 13.) Adde exemplum Josuæ c. XXII.

9. Est &, ubi culpantur fœdera ob animi vitium, unde procedebant: ita à Propheta reprehensus Asa, qvod ad societatem Syri se contulisset DEO diffisus: qvod ostenderat, cum res DEO sacratas ad Syrum mitteret. (a) Sed nempe rex idem culpatus, qvod in medicis spem posuisset, non in Deo. Non ergo ex hac historia magis seqvitur, per se aut generaliter malum esse, societatem

(a) II. Paral. XVI, 12. Ambr. ad Rom. c. 1. auctor. imperfect. ad Matth. XVI.

tem contrahere cum talibus, qvales erant Syri, qvam medicos consulere. Multa enim non illicita vitiat animus, ut (b) censum in Davide, (c) thesaurorum ostensionem in Ezechia. Sic (d) alibi fiducia in Ægyptio posita reprehenditur, cum tamen Solomoni (e) cum Ægyptio affinitatem contrahere licuerit.

(b) 2. Sam. XXIV.
(c) 2. Reg. XX. 13.
(d) Esa. XXXI, 1.
(e) 1. Reg. 3. 1.

10. Qvibus & hoc addendum est, (f) Hebræos sub statu legis veteris desertas habuisse promissiones victoriæ, si legem observarent, qvo minus recurrendum habebant ad humana auxilia. Exstant qvidem & apud Solomonem (g) sententiæ non paucæ de vitandis consortiis impiorum. Sed hæc prudentiæ monita sunt, non legis præcepta: & illa ipsa monita, ut moralia plerasqve, plurimas habent exceptiones.

(f) Deut. XIIX, 7.
(g) Prov. 1, 15. XIII, 20. XXII, 24. XXIV, 1.

X. 1. Lex autem Evangelii nihil hac in parte mutavit: imo magis etiam favet fœderibus, qvibus hi, qvi à religione alieni sunt, in causa justa sublevantur, qvia beneficentiam in qvosvis homines, data occasione, non libertam modo reliqvit & laudabilem, sed & sub præcepto posuit. Nam Dei exemplo, qvi solem oriri facit bonis & malis, & pluvia utrosqve humectat, jubemur nullum hominum genus à beneficiis nostris excludere. Bene Tertullianus: *Qvamdiu intra Israelem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat. At ubi Christo dedit gentes hæreditatem & possessionem terminos terræ, & cœpit expungi, qvod dictum est Oseæ: Non populus meus populus meus, & non misericordiam consecuta misericordiam consecuta. Natio scilicet, exinde Christus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in miseratione sicut in vocatione.*

Victoria de Indis relect. l. n. 15. & 17. Franc. Artus de bello n. 192 Cajet. 2. 2. q. 40. art. 1. Molin. tract. II. disp. 112. Matth. V, 45. Gal. VI, 10. l. VII. cap. III.

†††

Magis etiam favet fœderibus) Qværitur hîc: an Princeps Christianus cum Principe infideli fœdus inire possit defensivum adversus æqve infideles, prout fecit Sebastianus Lusitaniæ Rex cum Mauritaniæ Rege, inauspicatum bellum contra Regem Fessæ movente. Simile meditabatur Rudolphus Imperator cum Rege Persarum? Hanc qvæstionem examinat & affirmativè, & negativè, *Herm. Gœhausf. part. 3. Peric. Academ. 2. q. 11. p. 450. & seqq.* tandemqve ita concludit *p. 452.* Dicimus tamen, ex præmissis politico-theologicis exemplis cuivis apparere, cum manifestè impiis dubia & periculosa fœdera esse, & sæpe nocere, qvare admonendos esse Rerum publicarum Principes, ne in ejusmodi contrahendis nimis faciles sint, & ut ab iis, si in ea casu aliqvo fortè inciderint, opportunè recedant. Nos, si jura gentium absolutè spectamus, & ea, qvæ aliqvando per accidens incidere possunt, incommoda segregamus, ejusmodi fœdera salvâ conscientiâ iniri posse arbitramur cum *Nicol. Myler. in not. ad Rumelin. Comment. ad A. B. Carol. IV. p. 2. D. 4. th. 35.* Gravior res est, qvando cogitatur: an Principi Christiano fas sit, pro sui suorumqve defensione cum Principe infideli, contra Principem, & qvidem Christianum, fœdera inire, & si ab eodem Principe Christiano armis prematur, auxilium petere? *Myler. l. c.* itidem in utramqve partem multos Autores citat, rem tamen indecisam relinqvit. Nos & hîc fœdus licitum statuimus *cum Dian. Tom. IX. Tr. 13. p. 471. Resolut. 1. 2. seqq. Dn. Fritsch. in Dissert. inaug. concl. 5. §. 8* (qvi tamen opinionem mutavit in *Princ. pectant. concl. 46.*) si bello petitus in nudis defensionis terminis subsistat: aliud autem pronunciamus, si offensivè ad vindicandam injuriam illatam agere velit, qvippe qvod fœdus, licet causa justissima subsit, qvilibet cordatus Christianus abhorrere debet.

Hoc

Hoc loco examinandum insuper esset fœdus Francisci I. Galliæ Regis cum Imperatore Turcico contra Carolum V. Imperatorem initum, (qvod adeò ægrè tulit Carolus, ut Legatos Gallorum Fregosium & Rinconem ad Turcam missos & per Italiam contendentes captos, tanqvam hostes, trucidari jusserit, *Besold. Class. 2. Diss. 8. th 13. add. not. Grot. l. 2. c. 18. §. 5. n. 1.*) an defensivum saltem, an verò offensivum insimul fuerit? Veruntamen, qvoniam tam in priori, qvam in nostro seculo gravissimos politicorum se in hoc themate exercitasse, & pro affectuum varietate, modò Francisco, modò Carolo causæ justitiam attribuisse novimus, idcircò supersedere prolixiori discursu volumus. Notabilia interim sunt de Francisco, qvæ profert *Georg. Schonborn. 4. Polit. 36. p. m. 484. & seqq.* Franciscus, inqvit ille, Galliarum Rex sic potens, ut cum potentissimo orbis dimicaret de orbe, & una veraqve cura sic complexus universos suos, ut lis fuerit in Galliâ, debeatne illi plus Mars an Minerva: Nobilitas an Plebs: Miles an Mercator: Tantus heros videretur summæ felicitatis apicem attigisse, nisi moriens exclamasset: perii, heu perii, qvod volui esse fœderatus ei, qvi hostis est Christiani nominis! *Sleid. l. 15.* Cardinali Guisio suggerenti consolationem ex sacris literis, omnis, inqvit, misericordia mihi clausa est; qvi, ut æmuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turcâ, & Christianorum capita tanqvam armenta ad Mahometanam servitutem vivus vidensqve passus sum abigi. Non puto has voces esse desperantis, sed extremè potius dolentis. Sanè præter bellum, qvod florentissimam Galliam exercuit, aliis etiam modis ad pœnam tractus est Franciscus. Posteritatem illius videmus extinctam: Heinricus filius in publico spectaculo factus est orbi spectaculum: Nepotes, dolor, bellum, venenum, cultellus, ita brevi absumsit omnes, ut una eademqve ætas Valesiam gentem viderit & summam, & propter fœdus Turcicum nullam. &c. Hactenus *Schonborn. Vid. Hessenthal. Athl. Polit. Class. 5. q. 9.* Ceterum alia fœdera, qvæ cum infidelibus non ad mutua auxilia, sed de non offendendo, de finibus tuendis, de pace colenda, de commerciis eorumqve libertate contrahuntur, jure subsistere possunt, *Vid. Reinking. de Regim. Secul. & Ecclesiast. l. 2. class. 3. c. 3. n. 63. & seqq.*

2. Qvæ accipi oportet salva gradus differentia, ut in omnes simus benefici, præcipue tamen in religionis consortes. In Clementis constitutionibus legimus: πᾶσιν οὖν δίκαιον διδόναι ἐξ οἰκείων πόνων. προτιμητέον δὲ τοὺς ἁγίους. *Omnibus largiendum de nostra opera: sed ita ut sanctorum potior habeatur ratio.* *Perfecta liberalitas*, inqvit Ambrosius, *fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei.* Simile est illud Aristotelis: οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν. *Neq; enim par est æqualem curam subiri pro externis & pro amicis.* Os. I. c. 3. Nic. IV.

3. Convictus etiam familiaris cum hominibus, qvi alieni sunt à religione, non prohibetur: ac ne cum illis qvidem, qvorum pejor causa est, & qvi à disciplinæ Christianæ regula deficiunt, omne interdicitur commercium, sed familiare extra necessitatem, non etiam qvod emendandis ipsis spem præbet. Illud vero, qvod apud Paulum est, *Ne jugum ducite cum alienis à fide: qvod enim consortium est justitiæ cum iniqvitate, aut qvæ commixtio est luci cum tenebris, aut qvæ concordia est Christo cum Satana, aut qvæ pars credenti cum non credente?* ad eos pertinet, qvi in idoliis convivabantur, atqve ita aut idololatriam committebant, aut certe committentium speciem præbebant. Ostendunt seqventia: *Qvæ consensio templo Dei cum idolis?* similia illis, qvæ in priore II. Thess. I, 15. II. Cor. VI, 14. I. Cor. X, 21.

ad

ad Corinthios eosdem: *Non potestis fieri participes mensæ Domini & mensæ dæmoniorum.*

4. Neqve ab eo, qvod subeunda sponte non sunt profanorum imperia, nec conjugia cum eis contrahenda, recte procedet argumentum. Nam in utroqve hoc casu apparet majus periculum, aut certe plus difficultatis injici veræ religionis usui. adde qvod magis perpetua sunt ista vincula: & in matrimonio liberior electio, cum fœdera ex temporum & locorum occasione fumenda sint. Sicut autem benefacere profanis malum non est, ita nec opem eorum implorare, ficut Cæsaris & Tribuni auxilium Paulus invocavit.

Silv. verb. bellum. 1. n. 9. cõcl. 3. Pan. in c. qvod super de voto.

XI. 1. Nulla ergo hîc intrinseca aut universalis est pravitas, sed * ex circumstantiis æstimanda. Cavendum enim, ne nimia commixtio contagium adferat infirmis; qvam ad rem utile erit sedes distingvi, sicut Israëlitæ seorsim ab Ægyptiis habitarunt. Neqve enim ratione caret illud Alexandridæ:

οὐκ ἐθ' ὁμαιμίαν συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
ὅθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ' ὅθ' οἱ νόμοι
ἡμῶν. ἀπ' ἀλλήλων γὰρ διέχασι πολύ.
Ego esse vester non qveam commilito,
Qvando nec leges, nec mores consentiunt,
Sed multis inter se intervallis discrepant.

L. 1. c. 2. Sylv. in verbo bellum, p. 1. n. 9, 3. † L. 1. c. 2. §. 9. n. 3.

Qvo pertinent & ea, qvæ alibi † attulimus, de religione Judæorum & Christianorum in commilitio cum paganis.

***

Libro I.

Ex circumstantiis æstimanda) Vide orationem Phartaxæ ad Lazos apud Agathiam III. Saxo libro IX. in verbis Ludovici regis Francorum ad Huraldum: *Nullam posse animorum intervenire concordiam, dissona sacra complexũ, qvamobrẽ petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neqve magnorum operum consortes existere posse, qvos superna venerationis formula disparasset.*

2. Sed & si ex societate tali profanæ opes magnum sint habituræ incrementum, abstinendum erit extra summam necessitatem: In qva locum habet, qvod in simili re dixit Thucydides: αἰσχρὸν γοῦν ἢ ὅσοι ὧσπερ καὶ ἡμεῖς τῶν Ἀθηναίων ὀφείλομεν, μὴ ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας ζημιοῦσθαι. *His qvi insidiis petuntur, ut nos ab Atheniensibus, invidia fieri non debet, si salutem qverunt non Græcorum modo, sed & Barbarorum auxilio.* Non enim jus qvodvis sufficit ad id committendum, qvod religioni, si non directe, indirecte tamen nociturum putetur. Qværendum enim primo loco est regnum cœleste, id est Evangelii propagatio.

Matth. VI, 33.

3. OPTANDUM esset, ut multi hodie Principes ac populi in animum admitterent liberam & piam vocem Fulconis Archiepiscopi qvondam Remensis, Carolum Simplicem sic admonentis: *Qvis non expaveſcat vos * inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem & ruinam nominis Christiani pagana arma & fœdera*

Fred. l. IV. historiæ Remensis c. 6.

fœdera suscipere detestanda? Nihil enim distat utrum qvis se paganis societ, an abnegato Deo idola colat. Exstat apud Arrianum dictum Alexandri: ἀδικεῖν μεγάλα τοὺς στρατεσυομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι παρὰ τοὺς βαρβάρους, παρὰ τὰ δόγματα πὰ τῶν Ἑλλήνων: *graviter eos delinqvere qvi adversum Græcos Barbaris militarent, contra Græcorum jura.*

***

Inimicorum Dei amicitiam velle) Exemplum in Mancasa apud Nicetam rebus Isaaci Angeli lib. II. prædicatur pietas Emanuelis Ducis Sabaudiæ, qvi Cyprum ope Turcæ recuperare cum posset noluit.

XII. Illud hîc addam, cum omnes Christi unius corporis membra sint, qvæ jubentur alia aliorum dolores ac mala persentiscere, sicut id ad singulos pertinet, ita & ad populos qva populi sunt, & ad reges qva reges pertinere. Neqve enim pro se qvisqve tantum, sed & pro mandata sibi potestate servire Christo debet. Hoc autem præstare reges & populi non possunt grassante armis hoste impio, * nisi alii aliis auxilio sint: qvod commode fieri neqvit, nisi fœdus eo nomine ineatur: qvod fœdus jam olim initum fuit, & princeps ejus creatus consensu communi Romanus Imperator. Debent ergo Christiani omnes ad causam hanc communem, pro virium modo, viros ac pecunias conferre: qvod qvo minus faciant, non video, qvomodo possint excusari, nisi qvi bello inevitabili, aut non dissimili malo domi distinentur. I. Cor. XII. 18. 26.

***

Nisi alii aliis auxilio sint) Ad hanc rem vide Marianam libro XXX. Parutam libro IV. Bizaram VII. & XII.

XIII. 1. Solet sæpe & illa incidere qvæstio, si plures bellum gerant, utri potius opem ferre debeat, qvi utriqve est fœderatus. Hic primum sciendum est, qvod & supra (*a*) diximus, ad injusta bella nullam esse obligationem. (*b*) Qvare * qvi fœderatorum justam habet belli causam præferendus, si cum extraneo res sit. etiam si cum alio fœderato. Sic oratione de Megalopoli ostendit Demosthenes, Messeniis sociis contra Lacedæmonios item socios opem ferri ab Atheniensibus debere, si ab his incipiat injuria. Sed id ita verum; nisi convenerit hoc qvoqve, ne adversus eum auxilia (*c*) mittere liceat. In pactione Hannibalis cum Macedonibus erat: *Hostium hostes erimus, exceptis regibus, civitatibus, & portubus qvibuscum fœdus nobis & amicitia est.*

(*a*) L. I. c. III. §. 23. n. 2. L. II. c. XXIII. §. 2. n. 1. c. XXV. §. 4.
(*b*) h. L. 2. c. XXII. Polyb. l. VI.
(*c*) h. c. 15. §. 6. & 7.

***

Qvi fœderatorum justam habet belli causam præferendus) In fidelitate Feudali dicitur: *Et si scivero velle te aliqvem juste offendere, & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum sicut potero præstabo auxilium.*

(*d*) h. l. 2. c. 22.

2. Qvod si fœderati inter se committantur causis utrinqve (*d*) injustis, qvod accidere potest, utraqve parte abstinendum erit. Sic in Leuctrica Aristi-

dis qvinta dicitur, *εἰ μὴ ἐπ' ἄλλους ἐπάλλοι, ῥᾳδίως ἂν. ἐπ' ἀλλήλους δὲ καλόντων, οὐκ ἐθέλειν παρεῖναι: si qvidem in alios auxilium poscerent, facile esse negotium: sin sociorum alter in alterum, nolle se misceri.*

(e) h. l. 2. c. 23. §. 3. & 13.

3. Qvod si fœderati in alios bellent justa (*e*) qvisqve de causa, si utriq; auxilia mitti possunt, puta in milite aut pecunia, mittenda erunt, ut fit circa creditores personales. At si ipsius, qvi promisit, præsentia reqviritur, qvæ individua est, ratio postulat, * ut præferatur, cum qvo antiqvius est fœdus; qvod Acarnanes Spartanis dicunt apud Polybium: eodemqve pertinet Consulis Romani responsum Campanis datum: *amicitias ita institui par est, * ne qva vetustior amicitia ac societas violetur.*

Lib. IX.

***

Ut præferatur cum qvo antiqvius est fœdus) Vide de Feudis lib. IV. c. 31.

Ne qva vetustior amicitia ac societas violetur) οὐχὴ Φίλοις κατ' ἐχθρῶν συμμαχεῖν, ἀλλ' ἐχθροῖς Φίλων. *amicis auxilia ferenda contra hostes, non contra amicos.*

Sylvest. in verb. bellum. p. 1. n. 7.

4. Sed addenda exceptio, nisi fœdus posterius ultra promissionem aliqvid habet, * qvod qvasi dominii translationem in se contineat, puta, subjectionis aliqvid. * Nam & sic in venditione dicimus priorem præferri, nisi posterior dominium transtulerit. Sic Nepesinis apud Livium deditionis, qvam societatis fides sanctior. Distingvunt hæc alii subtilius; sed qvæ dixi, ut simpliciora, ita veriora arbitror.

Lib. VI. cap. X.

***

Qvod qvasi dominii translationem in se contineat) Vide Radevicum II. 7.

Nam & sic in venditione) Edictio Theodorici c. 138.

nec. conf. 467.

nec. conf. 265.

XIV. Finito tempore fœdus tacite renovatum intelligi non debet, nisi ex actibus, qvi nullam aliam interpretationem recipiunt. non enim facile præsumitur nova obligatio.

Cep 451. 455. 461.

† Libr. I.

XV. Si pars una fœdus violaverit, poterit altera à fœdere discedere: nam capita fœderis singula conditionis vim habent. Exemplo sit illud apud † Thucydidem: *λύσει τὰς σπονδὰς οὐχ' οἱ δι' ἐρημίας ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυμμαχῶσι. Soluti fœderis culpam sustinent, non qvi deserti ad alios se conferunt, sed qvi qvam jurati promiserant opem re non præstant.* Alibi apud eundem: *ὅ, τι δή, αὖ τούτων παραβαίνωσιν ἐκάτεροι καὶ ὁτιοῦν, τότε λελῦσθαι τὰς σπονδάς. Si vel tantillum ex dictis pars alterutra transgrederetur, rupta fore pacta.* Sed hoc ita verum est, ni aliter convenerit: qvod fieri interdum solet, ne ob qvasvis offensas à fœdere discedere liceat.

†††

Ne ob qvasvis offensas) Vid. Instr. Pac. Cas. Suec. Osnabr. 1648. art. 17. §. 5. seq. Cas. Gall. §. 115. seqq.

XVI. 1. Sponsionum tot esse materiæ possunt, qvot fœderum. Distant enim

enim hæc perſonarum facientium poteſtate. Sed duo ſunt, qvæ de ſponſionibus qværi ſolent: primum, ſi improbetur à rege aut civitate ſponſio, in qvid teneantur ſponſores, an ad id, qvod intereſt, an ad reſtituendam rem in eum ſtatum, in qvo erat ante ſponſionem, an ad corpus dedendum. Prima ſententia videtur juri civili Romano congruere: ſecunda æqvitati, qvam in Caudina controverſia (*a*) tribuni plebis L. Livius & Q. Melius urgebant: tertia uſu probata eſt, ut exemplis ſponſionum duarum nobilium Caudinæ & Numantinæ † apparuit. Sed illud ante omnia tenendum, eum, qvi ſummum imperium habet, nullam in partem obligari. Bene enim Romanis Poſthumius: *Hoſti nihil ſpopondiſtis: civem neminem pro vobis ſpondere juſſiſtis. nihil ergo vobis nec nobiscum eſt, qvibus nihil mandaſtis; nec cum Samnitibus, cum qvibus nihil egiſtis.* Bene idem: *Injuſſu populi nego qvicqvam ſanciri poſſe, qvod populum teneat:* & hoc non minus rectè: *ſi qvid eſt, in qvod obligari populus poſſit, in omnia poteſt.*

(*a*) Liv. l. 9. c. 2. ſeqq. it. c. 8. † L. 3. c. 22. §. 7.

†††

Juri Civili Romano congruere) *add. Lud. Vell. D. 12. th. 5. lit. d. Dn. Strauch. D. 14. th. 15.*

2. Ergo nec ad id, qvod intereſt, nec ad reſtitutionem populus tenebatur: cum qvo, ſi negotium ſibi eſſe voluiſſent Samnites, retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant, & Romam legatos mittere, qvi cum Senatu ac populo de pace ac fœdere agerent, ut qvanti ipſis eſſet exercitus incolumitas, id ipſi æſtimarent. Tum demum, ſi pactis ſtatum non eſſet, potuiſſent dicere, qvod & ab ipſis & à Numantinis dictum ait Velleius, publicæ violationem fidei non debere unius lui ſangvine. Lib. II. c. I. §. 5.

2. Majori ſpecie dici poteſt, milites omnes fuiſſe obligatos. Et certe æqvum id eſſet, ſi ipſorum juſſu ac nomine contractum foret à ſponſoribus, ut in pacto, qvo Hannibal fecit cum Macedonibus, factum videmus. Qvod ſi * fide ſponſorum & * ſexcentorum, qvos imperarunt, obſidum fuerunt contenti Samnites, habent qvod ſibi imputent. Rurſum ſi ſponſores præ ſe tulerunt poteſtatem publico nomine contrahendi, ex damno per dolum dato ad reſtitutionem tenebantur. Si id non apparet, tenebantur ad id, qvod intererat ex vi negotii ratum haberi. Et hoc caſu non corpora tantum, ſed & bona ſponſorum fuiſſent obligata Samnitibus, niſi pœnam vice ejus, qvod intereſt, expreſſiſſent. Nam de obſidibus convenerat, ut capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. De ſponſoribus an eadem dicta ſit pœna, in obſcuro eſt. Pœnæ autem ſtipulatio, tali modo facta, efficit, ut ſi factum præſtari neqveat, nihil aliud ſit in obligatione: ſuccedit enim certum loco incerti, qvod intereſt. Erat autem communis iſtorum temporum ſententia, etiam vitam † valide poſſe obligari. † L. III. c. XI. §. 18. n. 1.

* * *

Milites omnes fuisse obligatos) Sic Numantini, si sponsio non probaretur, exercitum sibi dedendum censebant, ea sponsione liberatum.

Fide sponsorum) Ii erant Consules duo, Qvæstores duo, Præfecti IV. Tribuni XII, narrante Appiano. Hi omnes dediti ex Caudino sponsu: ex Numantino Consul solus, ceteris parcitum ob Tiberium Gracchum, ut in Gracchorum vita narrat Plutarchus.

Sexcentorum qvos imperarent obsidium) Pontius filius apud Appianum: τῶν τε ἱππέων ἐπιλέξομαι τοὺς ἐπιφανεστάτους, ὅμηρα τῶν δὲ συνθηκῶν, ἕως ἅπας ὁ δῆμος ἐπιψηφίζῃ, *equitum potissimos deligam, qvi obsides sint, donec populus pacta firmet.* Satis esse obsides tenentis arbitrio relinqvi censuere Lusitani in re simili. Mariana XXI. 12 qvi debitos accipiunt, pœnam remittere censentur. Polybius excerpto CXXII.

Scriptor de virtut. cap. 43. Plut. Fabio maximo. Livius lib. IX. c. 39. L. III. c. III. § c. XXI. § IV. n. 1.

4. Apud nos autem, qvi aliter sentimus, existimo, tali sponsione bona primum ad id, qvod interest, & si ea non sufficiant, corpus ad servitutem ob-

1. * Fabius olim Maximus, cum pactum qvoddam ejus cum hostibus factum Senatus improbasset, fundum suum ducentis millibus vendidit, & fidei satisfecit. Samnites vero* Brutulum Papirium induciarum ruptorem simul cum bonis suis dedendum recte censuerunt.

* * *

Fabius olim maximus) Diodorus Siculus in excerptis Peiresianis, Valerius Maximus IV, c. IIX.

Brutulum Papirium) Dion excerpto legationum V.

XVII. 1. Altera qvæstio est, an sponsio obliget summam potestatem ex notitia & silentio. † Hic distingvendum primum, an pure facta sit sponsio, an sub conditione, si rata haberetur à summa potestate. Nam hæc conditio non impleta (debent autem conditiones diserte impleri) nullam facit sponsionem. Qvod recte convenit in sponsionem Luctatii cum Pœnis: accedebat, qvod ea se populus, qvia suo injussu facta erat, teneri negaverat: itaqve publico consilio aliud de integra fœdus factum erat.

† L. 3. c. 22. § 3.

Liv. l. XXI. Polyb. lib. III.

2. Videndum deinde, an præter silentium res aliqva accesserit. nam sine re aut facto aliqvo silentium non satis probabilem voluntatis conjecturam suppeditat, ut ex his, qvæ de dominii derelictione † supra diximus intelligi potest. Sed si actus aliqvi accesserint, qvi ad aliam causam probabiliter referri neqveant, tum recte intelligitur actus ratus esse habitus: qvomodo probatum id, qvod cum Gaditanis convenerat; notat Cicero pro Balbo.

† h. L. 2. c. 4. § 3

Polyb. & Liv. dictis locis.

3. Silentium adversus Carthaginenses urgebant Romani de pactione cum Asdrubale facta. Sed cum illa pactio verbis concepta esset negantibus, ne Pœni amnem Iberum transirent, vix erat, ut silentium solum ad inducen-

cendam ratihabitionem facti alieni valeret, qvippe eum factum proprium nullum secutum esset, nisi aliqvando Pœnus, Iberum transire volens, prohibitus à Romanis esset, eorumq; dicto Pœni paruissent. talis enim actus vim habet actus positivi, nec manet intra fines nude abnutivos. Qvod si Luctatii pactio plures habuisset partes, & ceteras partes à jure communi abeuntes observatas à Romanis semper appareret, jam satis firma esset conjectura probatæ pactionis.

4. Restabat hîc dicere aliqvid de pactionibus, qvas duces & milites non de eo, qvod summi est imperii, sed de re privata sua aut sibi permissa faciunt: sed de his agendi oportunior erit locus, ubi ad ea, qvæ in bello accidunt, perventum erit. L. III. c. XXII.

CAPUT XVI.

De interpretatione.

I. Qvomodo promissa obligent externa.
II. Verba, si aliæ conjecturæ absint, intelligenda ex proprietate populari:
III. Verba artis ex arte.
IV. Conjecturis usum esse ex ambignitate vocum ex specie repugnantiæ, aut qvia se ingerunt.
V. Ex materia:
VI. Ex effectu: (loco:
VII. Ex conjunctis, origine, aut etiam
IIX. Qvo pertinet conjectura ex ratione movente, qvæ qvando & qvomodo locum habeat.
IX. Distinctio significationum in laxas & strictas.
X. Distinctio promissorum in favorabilia, odiosa, mixta, & media.
XI. Rejecta circa actus populorum aut Regum differentia contractuum bonæ fidei aut stricti juris.
XII. Ex dictis distinctionibus significationum & promissorum regulæ formantur circa interpretationes.
XIII. An sociorum nomine futuri veniant, & qvatenus: ubi de fœdere Romanorum cum Asdrubale, & similibus controversiis.
XIV. Qvomodo interpretandum, Ne alter populus alterius injussu bellum gerat.
XV. De illis verbis, Liberam fore Carthaginem.
XVI. Qvæ pacta personalia habenda, qvæ realia, distinctionibus explicatur.
XVII. Fœdus cum rege initum extendi ad Regem regno pulsum:
XIIX. Non ad regni invasorem.
XIX. Promissum ei qui primus hoc fecerit, si plures simul fecerint, cui debeatur.
XX. Conjectura se ultro offerens: aut extendit, & qvando id fiat:
XXI. Ubi & de mandato per aliud implendo:
XXII. Aut restringit: idq; vel ex defectu originario voluntatis, qvi colligitur ex absurdo.
XXIII. Ex cessatione rationis unicæ.
XXIV. Ex materiæ defectu;
XXV. (Observatio circa conjecturas proxime dictas:)
XXVI. Vel ex casus emergentis repugnantia cum voluntate: qvi sumitur ex illicito;
XXVII. Ex onere nimium gravi, habita ratione actus;

XXIIX. Ex signis aliis, ut ubi partes scripti inter se committuntur.
XXIX. Quæ tum regulæ observandæ sint.
XXX. Scripturam in dubio ad contractus validitatem non requiri.
XXXI. Regum contractus interpretationem ex jure Romano non sumere.
XXXII. Verba conditionem acceptantis an offerentis magis spectanda, per distinctionem explicatur.

I. 1.

IPsum, qvi promisit, solum si spectamus, sponte id præstare obligatur, in qvod obligari voluit. *In fide qvid senseris, non qvid dixeris, †† cogitandum,* inqvit Cicero. Sed qvia interni actus † per se spectabiles non sunt, & certi aliqvid statuendum est, ne nulla sit obligatio, si qvisqve sensum, qvem vellet, sibi affingendo liberare se posset, ipsa dictante naturali ratione, jus est ei, cui qvid promissum est, promissorem (*a*) cogere ad id, qvod recta interpretatio suggerit. nam alioqvi res exitum non reperiret: qvod in moralibus pro impossibili habetur. Hoc forte sensu cum de pactis egisset Isocrates præscriptione adversus Callimachum, τούτῳ, inqvit, νόμῳ κοινῷ πάντες ἄνθρωποι διατελοῦμεν χρώμενοι, ut recte eum locum emendavit vir eminentissimæ eruditionis Petrus Faber, *hac lege communi homines inter nos perpetuo utimur*, nec Græci tantum, sed & Barbari, ut paulo ante idem dixerat.

†† L. II. c. XIII. §. 3. n. 2. De Off. I.
† L. II. c. VI. §. 1. n. 1. c. IV. §. 3. c. XI. §. XI.
(*a*) L. 3. c. 1. §. 18.

2. Huc illud pertinet in antiqva fœderum formula apud Livium: *Sine dolo malo * utiqve ea hic hodie rectissime intellecta sunt.* Rectæ interpretationis mensura est collectio mentis ex signis maxime probabilibus. Ea signa sunt duûm generum, verba & conjecturæ aliæ: qvæ aut seorsim considerantur, aut conjunctim.

Lib. I. c. 24.

* * *

Utiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt) Vota interpretanda ut communiter sumunt notant Hebræi ad Num. XXX.

II. Si nulla sit conjectura, qvæ ducat alio, verba intelligenda sunt ex proprietate, * non Grammatica, qvæ est ex origine, sed populari ex usu.

Qvem penes arbitrium est, & jus, & norma loqvendi.

Stulto ergo perfidiæ effugio usi sunt * Locri, cum polliciti se pactis staturos, qvamdiu terram hanc insisterent & capita humeris gestarent, terram calceamentis injectam, & aliorum capita humeris imposita abjecerunt, qvasi eo modo religione se possent exsolvere, qvæ historia apud Polybium exstat: ac similis perfidiæ exempla aliqvot apud Polyænum, qvæ transscribere nihil opus est, qvia controversiam non habent. Ejusmodi fraudibus recte dixit Cicero adstringi non dissolvi perjurium.

L. 12. c. 4. L. VI. De Officiis III.

* * *

Non Grammatica qvæ est ex origine) Bene Procopius Vandalicorum I. ubi de voce agit fœderatorum: τοῦ χρόνου τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τέθεινται ἥκιστα ἀξιοῦντος τηρεῖν. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων ἢ ταῦτα ἄγειν ἐθέλου-

ἔλαθεν αὐθρωπους τ πρόσθεν ὀνομασμένων ὀλιγωρήσαντες, *longa dies non solet servare voces, in quibus primum datæ sunt. sensu vertuntur enim res ipsæ qva volunt homines, vocabula illa primitus imposita rebus nihil curantes.*

Locri) Polybius lib. XII. c. 4. Simile qvod Bœoti urbem Panactum Spartanis polliciti reddere, non stantem, sed eversam reddidere. Thucyd. V. & qvod Mahumetes Sultanus, Eubœa capta, eum dissecuit cui, caput incolume fore promiserat.

†††

Stulto ergo perfidiæ effugio) Sic Leucippus, cum locum à Tarentinis in usum ad diem noctemqve petitum repetentibus non redderet, interdiu reposcentibus respondebat, si ad sequentem noctem repeterent, se redditurum: at noctu ad diem sequentem referebat, *Strab. lib. 6.*

III. * In artium autem vocabulis, qvæ populus vix capit, adhibenda erit artis cujusqve prudentum definitio, ut qvid sit majestas, qvid patricidium, qvæ ad finitivum statum referunt oratoriæ artis magistri. Vere enim dictum à Cicerone Academicarum primo: *Dialecticorum verba nulla sunt publica: suis utuntur: & id qvidem commune omnium fere est artium.* Sic si in pactis de exercitu dictum fuerit, definiemus exercitum esse eam militum multitudinem, qvæ palam fines hosticos ausit invadere. nam passim opponunt historici id, qvod furtim fit aut latrocinantium more, & qvod justo fit exercitu. Qvare pro viribus hostium æstimandum, qvæ copiæ exercitum faciant. Parad. VI. Cicero exercitum vocat sex legiones & auxilia. Polybius Romanum exercitum plerumqve ait constitisse sexdecim millibus Romanorum, viginti sociorum. at minor qvoqve numerus implere potest ejus nominis mensuram. Lib. VI. Nam Ulpianus exercitui præesse eum ait, qvi vel uni legioni cum auxiliis præest: id est, ut Vegetius exponit, decem millibus peditum, duobus millibus eqvitum. & Livius in octo millibus speciem ponit justi exercitus. Pari modo de classe erit æstimandum. Sic * arx est locus, qvi arcere hostilem exercitum ad tempus possit. L. 2. D. de his qvi not. infamiæ: de Re Milit. Lib. III. cap. I.

***

In artium autem vocabulis) Augustinus in rhetoricis: *Ut multa nova tam à technicis & mathematicis, qvam à Philosophis cognominantur, accipere debemus non tam pro soliti usu consvetudinis, qvam pro conditione præcepti.*

Arx est locus, qvi arcere hostilem exercitum ad tempus possit) Servius ad I. Æneidos: *Arces dictæ ab eo qvod est arceo, qvod inde hostes arcentur, hoc est prohibentur.*

IV. 1. Conjecturis assumtis opus est, ubi verba aut verborum complexio sunt πολύσημα, id est, *plures significationes recipiunt.* Hunc locum Rhetores vocant ἐξ ἀμφιβολίας: Dialectici subtilius, si in una voce sensus esse plures possent, ὁμωνυμίαν, si in complexione ἀμφιβολίαν. Similiter conjecturis opus est, qvoties in pactis est ἐναντιοφάνεια, *species qvædam repugnantiæ.* Tunc enim

enim conjecturæ qværendæ sunt, qvæ partes alias aliis concilient, si fieri potest. nam si certa sit pugna, qvod posterius inter contrahentes placuit, prioribus (a) derogabit: qvia uno tempore nemo contraria potuit voluisse; & ea natura est actuum, qvi à voluntate pendent, ut novo actu voluntatis discedi inde † possit, sive *μονομερῶς ex parte una*, ut in lege & testamento, (b) sive conjunctim, ut in contractibus & pactis. Hunc locum Rhetores vocant *ἐξ ἀντινομίας*. Et his qvidem casibus verborum evidens obscuritas cogit recurrere ad conjecturas.

(a) L. 4. D. de Const. Princ. c. ceterum. 3. de Rescript.
† L. II. c. IV. §. 14. n. 1.
(b) L. I. c. 3. §. 18. n. 2.

2. Interdum vero ipsæ conjecturæ ita evidentes sunt, ut sponte se ingerant, etiam contra receptiorem verborum significatum. Hunc locum Græci Rhetores vocant *περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας*, Latini ex scripto & sententia scripti. Loci autem, ex qvibus voluntatis conjecturæ promuntur, præcipui sunt ex materia, ex effectu, ex conjunctis.

V. * Ex materia, ut vox diei, si triginta dierum pactæ sint induciæ, non debet de diebus naturalibus, sed civilibus intelligi: id enim materiæ congruit. Ita verbum donare sumitur pro transigere ex negotii qvalitate. Sic armorum vox, qvæ modo belli instrumenta, modo milites armatos significat, pro materia aut hunc aut illum in modum erit interpretanda. Ita homines qvi reddere promisit, vivos non mortuos reddere debet, contra qvam cavillati sunt Platæenses. Et ferrum deponere jussi, satis fecerunt, si gladium deponant, non & fibulas, qvod Pericles argutabatur: & exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter tutum sit, contra qvam fecit Alexander. Et pars dimidia navium in divisione, integrarum intelligi debet, non sectarum, contra qvam Romani Antiocho fecerunt. De similibus idem † esto judicium.

L. 15. §. 4. D. Loc. conducti. Everh. in 40. Loco à subjecta materia.
† L. II. c. XXI. §. 5. n. 3. in fin. & L. III. c. XXI. §. 16.

* * *

Ex materia) Tertullianus de pudicitia: *ex materia dicti dirigendus est sermo*, idem habet libro de Resurrectione Christi.

† † †

Sed civilibus intelligi) *Strab. l. 9.* Hinc frivole negavit Cleomenes, cum ei perjurium exprobraretur, se unâ cum diebus noctes complexum esse: pactus enim cum Argivis aliqvot dierum inducias, ubi explorasset, eos tertia nocte dormire induciis fretos, omnes ferè cùm trucidavit, tùm in vincula egit, *Plutarch. in Apopht. Lacon.*

Cavillati sunt Plataeenses) *Thucyd. l. 2.* Alia duo exempla *vid. ap. Hohndorff. in Prompt. Exempl. ad Sext. Præcept. Rubr. Punita libidinis. p. 545. seq.*

Antiocho fecerunt) per Q. Fabium Labeonem *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 3. exempl. 4. ferè in fin.* De dimidia parte sectorum armorum, qvam Campani hostibus obtruserunt *vid. Dn. Pufend. de J. N. & G. l. 5. c. 12. §. 7. cum Polyan. l. 6.*

Idem esto judicium) Sic Pontifex Leo X. præcedente salvo conductu Joannem Paulum Bajonum Ducem ad se vocavit, & caput ei amputari jussit, eiqve fidem salvi conductus violatam conqverenti, respondit: securum iter veniendi, non autem revertendi se concessisse, *Guicciard. lib. 13. Histor. Mattheac. de Via & rat. jur. l. 1. c. 4. n. 21. & seqq.* Aliud recenset *Arum. ad A. B. Disc. 1. th. 20.* de Stephano Poloniæ Rege, qvi fide datâ Potko-

Potkovam, militum Ducem inusitatæ fortitudinis ad se evocatum capitis damnavit. Hûc pertinet, captiosa formula salvi conductus: ibitis, redibitis, non capiemini: ubi comma ante *non* locatum jus revertendi complectitur, post *non* verò positum capturam minitatur. Rhadamistus qvasi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem & patruum expromsit, sed projectos in humum & veste multâ graviqve opertos necavit, *Tacit. lib. 12. annal. cap. 47.* Albertum Francorum Comitem à Ludovico Bavaro Imperatore obsessum Otto Moguntinus Pontifex in fraudem pellexit, cum illum ad Imperatorem deduxisset, datâ fide, nisi Imperatori conciliaretur, se in arcem pro Alberto reversurum. Pontifex egressus limen Arcis, simulavit se, nescio qvid, omisisse, ut in arcem rediret, ac eodem momento exiret: Albertus igitur ad Imperatorem profectus, ab eo jure comprehensus pœnas dedit: & cum fidem imploraret, Pontifex se in arcem revertisse, nec officium deseruisse contendebat. Ludovicus XI. Francorum Rex Ludovico de Luxenburg ad supplicium qvæsito amicè, sed tamen callidè, scripsit: se tanti viri capite plurimum indigere. Plura alia hûc facientia collegit *Bodin. de Rep. l. 5. cap. 6. ferè per tot. jung. Menoch. de Arbitr. Jud. cas. 336. num. 11. Carpzov. Prax. Crim. part. 3. q. 112. n. 8. Bald. cons. 414. vol. 5.* Fraude qvoqve usus fuit Ludovicus Thuringiæ Landgravius, Salius dictus, juxta *Hermes. F. J. P. c. 31. n. 40. in fin. Edit. prior.* in constructione arcis Wareburg prope Isenacum. Mons, in qvo arx sita est, erat Domini de Francostein, ubi cum veneretur Landgravius Ludovicus, arcis ibi struendæ cupiditate accensus, ex suâ ditione finitimâ nocte terram eò deportari fecit, ut in suo ædificare videretur: accusatus autem à Domino soli coram Imperatore, se in suo ædificare dixit, qvod jussus probare invenit 12. Eqvestris ordinis homines, qvi cum eo conscenso monte enses in terram, qvæ illuc congesta fuerat, figebant, jurabantqve, se in Landgravii terrâ condidisse gladios, sicqve arcis ædificationem continuavit, contra *L. cum usumfructum. 24. §. Labeo. 2. D. Qvib. mod. usumfr. amitt.*

VI. Ex effectu, in qvo præcipuum est, si vox ex usu receptiore sumta effectum post se traheret à ratione alienum. In ambigua enim voce ea potius accipienda est interpretatio, qvæ vitio caret. Itaqve non admittenda Brasidæ cavillatio, qvi pollicitus agro Bœoto se decessurum, negabat agrum Bœotum esse, qvem exercitu insideret, qvasi de bellica possessione, non de finibus antiqvis ea vox intelligenda esset: qvo sensu inanis fuerat pactio.

Everh. in Loco ab absurdo. 8. L. In ambigua. 19. D. de Legibus. Thuc. IV.

††† *Negabat agrum Bœotum esse*) Similia causabatur Alexander apud *Curtium lib. 4. cap. 11. num. 19.* Darii legatis respondens: Conditiones pacis, qvas fertis, si accepero, victorem eum (Darium) faciunt. Qvæ post Euphraten sunt, liberaliter donat, ubi igitur me adfamini? nempe ultra Euphraten sum. Summum ergo dotis, qvam promittit, terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, qvod ceditis.

VII. * Conjuncta sunt, aut origine, aut etiam loco. Conjuncta origine sunt, qvæ ex eadem voluntate proficiscuntur, etiam alio loco & occasione dicta, unde conjectura nascitur, qvia in dubio voluntas creditur sibi fuisse consentiens. Sic apud Homerum, qvod dictum erat inter Paridem & Menelaum ut victori Helena cederet, ex posterioribus ita erit exponendum, ut victor is demum intelligatur, qvi alterum occideret. Rationem reddit Plutarchus: οἱ δικασταὶ τῷ μηδὲν ἀμφισβητήσιμον ἔχοντι προστίθενται, τὸ ἀσαφέστερον ἐάσαντες: *judices accedunt ei, qvod minus ambiguum est, omisso eo, qvod est obscurius.*

Everh. in Loco à conjunct. duarum leg. Iliad. γ. & δ. L. III. c. XX. §. 43. n. 1. Plut. symp. IX. q. 13.

***

Conjuncta sunt aut origine aut etiam loco) Bene Augustinus contra Adimantium c. 4. *Particulas qvasdam de scripturis eligunt, qvibus decipiant imperi-*

rentos, non connectentes, quæ supra & infra scripta sunt, ex quibus voluntas & intentio scriptoris possit intelligi.

L. scire. 13. §. alind. 2. D. de Exc. Tutor.

IIX. Inter ea, quæ & loco conjuncta sunt, vim præcipuam habet * ratio legis, quam cum mente multi confundunt, cum unum sit ex indiciis, quibus mentem venamur. Est tamen inter conjecturas hæc validissima, si certo constet, aliqua ratione tanquam causa unica voluntatem fuisse motam. nam sæpe rationes non plures: interdum & præter rationem voluntas semet ex vi libertatis suæ determinat, quod ad obligationem producendam sufficit. Hoc modo donatio ob nuptias facta vim non habebit, si nuptiæ secutæ non sint.

***

Ratio legis) Cicero pro A. Cæcinna: *non alia est ratio juris in hoc genere duntaxat, utrum me tuus procurator dejecerit, qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non sit, absitve reipublicæ causa, quasi quidem pæne dominus, hoc est alieni juris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quivis, qui illam vim dejectionemve tuo rogatu aut tuo nomine fecerit.*

IX. Ceterum sciendum est, voces multas habere significationes plures, alteram strictiorem, alteram laxiorem; quod multis ex causis evenit, aut quia specierum uni nomen generis adhæret, ut in vocibus cognationis & adoptionis, item in nominibus masculinis, quæ etiam pro communibus sumi solent, ubi desunt communia, aut quia usus artis latius patet, quam usus popularis, ut * mors in jure civili ad deportationem producitur, cum apud populum aliud significet.

***

Mors in jure civili ad deportationem producitur) Vide Guicciardinum libro XVI. ubi de pactis Caroli V. ad Mediolanensem Ducatum pertinentibus sermo.

Alc. V. resp. 17.

X. Simul notandum est, eorum, quæ promittuntur, alia esse favorabilia, alia odiosa, alia mixta, aut media. Favorabilia sunt, quæ æqualitatem in se habent, & quæ communem spectant utilitatem, quæ quo major est atque latius patet, eo major est promissi favor, ut eorum, quæ ad pacem faciunt, major quam ad bellum, & belli ob tuitionem suscepti major, quam aliis de causis. Odiosa sunt, quæ partem alteram tantum, aut plus altera onerant, quæ pœnam in se continent, & quæ actus faciunt irritos, & quæ de prioribus aliquid immutant. Quod si mixtum sit aliquid, ut mutans quidem priora, sed pacis causa, id, pro magnitudine boni aut mutationis, modo favorabile, modo odiosum censebitur, ita tamen, ut ceteris paribus favor censeatur potior.

Cl. in l. Non possunt. 12. D. de Legibus.

XI. Discrimen actuum bonæ fidei & stricti juris, quatenus ex jure est

est Romano, ad jus gentium non pertinet. Potest tamen aliqvo sensu huc aptari, ut scilicet, si qvibus in regionibus actus aliqvi formam qvandam habeant communem, ea, qvatenus immutata non est, actui inesse intelligatur: in aliis autem actibus, qvi per se sunt indefiniti, qvalis est donatio, & liberalis promissio, magis stetur dictis.

XII. 1. His positis, hæ tenendæ sunt regulæ. In non odiosis sumenda verba secundum totam proprietatem usus popularis, & si plures sint, eam, qvæ latissima est; qvale est, ut masculinum sumatur pro genere communi, & indefinita locutio pro universali. Sic verba hæc, *unde qvis dejectus est*, etiam ad eum restituendum pertinebunt, qvi vi vetitus est ad suum accedere. nam vox laxius sumta fert eam significationem, ut recte Cicero pro A. Cæcinna disputat. L. 3. §. 8. D. de Vi & Vi armat.

†††

Pro genere communi) Gid. l. 84. l. 201. l. 204. de Verb. signif.

2. In favorabilioribus, si is, qvi loqvitur, jus intelligat, aut peritorum juris consilio utatur, verba laxius sumenda, ut etiam includant significationem artis, aut qvam lex dedit. * Ad significationes autem plane improprias non recurrendum, nisi alioqvi absurdum aliqvid, aut pacti inutilitas seqveretur. Ex contrario verba etiam strictius, qvam fert proprietas, sumenda erunt, si id necessarium erit ad vitandam iniqvitatem vel absurditatem: at si non talis est necessitas, sed manifesta æqvitas vel utilitas in restrictione, subsistendum erit intra arctissimos terminos proprietatis, nisi circumstantiæ aliud svadeant. L. I. c. II. §. 7. n. 6 h. c. XVI. §. 10. n. 1. Bart. in l. Si is, qvi pro emtore. 15. D. de Usucap. Covar. III. Var. c. 3. n. 5. Tiraq. in Legib. connub. Gl. 5. n. 115.

***

* *Ad significationes autem plane improprias non recurrendum, nisi alioqvi absurdum aliqvid aut pacti inutilitas seqveretur*) vide exemplum in L. cum virum. 15. C. de Fideicommissis.

3. In odiosis vero etiam sermo figuratus aliqvantulum admittitur, qvo onus vitetur. Itaqve in donatione & juris sui remissione verba, qvantumvis generalia, restringi solent ad ea, de qvibus verisimiliter est cogitatum. Et in hoc rerum genere occupatum nonnunqvam id demum intelligetur, qvod spes sit posse retineri. Sic auxilia promissa ab una tantum parte intelligentur deberi impendiis ejus, qvi postulabit. Barb. IV. cons. 92.

†††

Ejus qvi postulabit) Hinc regulariter omnis protectio fieri debet sumtibus clientis non protectoris, *Martin. Rumel. in not. ad A. B. Carol. II. p. 2. D. 5. th. 14. litt. e & Mylet. in addit. p.* 525. *& seqq. & fusissimè Mayer. de Advocat. armat. cap.* 14. *num.* 326. *& seqq. conf.* 365. *& seqq.* licet etiam protector valdè pingve habeat honorarium, *id. num.* 431. vel ille in bello pro clientibus suscepto succumbat, *id. num.* 440: Sed tamen præter expensas, damnum in exhibitâ tuitione illatum, clientis protectori refarcire non tenentur, *id. num.* 450.

XIII. 1. Illustris est qvæstio, sociorum nomine veniant tantum, qvi erant fœderis tempore, an & futuri, ut in fœdere facto inter populum Romanum & Carthaginensem post bellum de Sicilia: *utrimq; populi socii ab utroq; populo tuti sunto.* Hinc Romani inferebant, etiamsi fœdus cum Asdrubale ictum de Ibero amne non transeundo nihil ipsis prodesset, qvod Carthaginenses id ratum non habuissent, tamen si Carthaginenses factum Annibalis, oppugnantis Saguntinos, qvos post fœdus Romani socios adsciverant, probarent, bellum indici ipsis posse, tanqvam fœdere violato. Rationes ita Liv. XXI, c. 19. Livius exponit: *Satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumq; exceptis. nam neq; additum erat iisqve, qvi tunc essent, * nec, ne qvi postea assumerentur. & cum assumere novos liceret socios, qvis æqvum censeret, aut ob nulla qvenqvam merita in amicitiam recepi, aut receptos in fidem non defendi, tantum ne Carthaginensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscentes reciperentur?* Hist. l. III. Qvæ ferme ad verbum de Polybio sumta apparet. Qvid dicemus? Qvin verbum sociorum & strictam illam de iis, qvi erant fœderis tempore, & ampliorem alteram significationem, qvæ ad futuros qvoqve porrigitur, recipere possit salva ratione recti sermonis, dubitandum non est. Utra ergo præferenda sit interpretatio, ex regulis ante traditis erit videndum: secundum qvas dicimus, futuros non comprehendi, qvia agitur de fœdere rumpendo, qvæ odiosa est materia, & de adimenda Carthaginiensibus libertate, eos, qvi injuriam ipsis fecisse crederentur armis cogendi; * qvæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur.

***

Nec, ne qvi postea assumerentur) qvod additum in pace Peloponnesiaca inter Lacedæmonios & Athenienses. Thuc. lib. V.

Qvæ libertas est naturalis, nec temere abdicata censetur) Romani Samnitibus Sidicinos bello petere volentibus, petentibusqve, ut id per Romanos fieri liceret, responderunt, *nihil intercedi qvo minus Samniti populo pacis belliqve liberum arbitrium sit.* Livius lib. IIX. In Antiochi fœdere est: *si qvis sociorum populi Romani ultro bellum inferrent Antiocho, vim ei arcendi jus esto: dum ne qvam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat.* Livius XXXIIX. Polypius in excerptis legationum 35.

2. Ergo Romanis adsciscere in societatem Saguntinos, aut adscitos defendere non licuit? Imo vero licuit, non ex vi fœderis, sed ex jure naturali, qvod fœdere non erat abdicatum: ita ut Saguntini apud utrosqve eo essent loco, qvasi nihil de sociis convenisset: qvo casu nec Carthaginienses contra fœdus erant facturi, si in Saguntinos arma moverent, qvæ justa arbitrarentur, nec Romani, si eos defenderent. Planè sicut Pyrrhi tempore inter Polyb. hist. l. III. Carthaginienses & Romanos convenerat, ut si eorum populorum alter cum Pyr-

Pyrrho fœdus faceret, ita faceret, ut jus auxilia mittendi ei, qvem Pyrrhus bello impeteret, salvum maneret. Non dico, justum utrinq; bellum esse potuisse: sed nego, pertinuisse hoc ad fœderis violationem: qvomodo in qvæstione de auxilio Mamertinis misso à Romanis distingvit Polybius, an justum id fuerit, & an per fœdus licuerit. Lib. I.

***

Nego pertinuisse hoc ad fœderis violationem) Procopius Persicorum II. ἔφασκέ τε ὡ αὐτὸς οὐ λύει τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδὰς, ἐπεὶ αὐτὸν εἰς ταύτας οὐδέτεροι ἐσεγράψαντο. *dicebat Alamundarus rex Saracenorum, non violari à se, qvæ inter Persas Romanosq; conventis inscriptus esset.*

3. Et hoc ipsum est, qvod Corcyrenses apud Thucydidem dicunt Atheniensibus, licere ipsis sibi auxilia mittere, nec obstare, qvod Athenienses habebant cum Lacedæmoniis fœdus, qvando per id fœdus novos socios adsciscere liceret. Atq; eam sententiam secuti sunt Athenienses postea, imperato suis, ne in Corinthios pugnarent, nisi ubi ii descendere pararent hostiliter in Corcyram, aut in aliqvod solum ditionis Corcyrensium, ne scilicet fœdus rumperent. Non pugnat autem cum fœdere, ut qvos alii offenderent, hi defenderentur ab aliis,* manente de cetero pace. Justinus de his temporibus agens: *Inducias, qvas proprio nomine condixerant ex sociorum persona rumpebant, qvippe qvasi minus perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia potius, qvam si aperto prælio dimicassent.* Sic & in oratione de Haloneso, qvæ inter Demosthenicas legitur, apparet pace qvadam Atheniensium cum Philippo cautum, ut, qvæ ea pace non comprehenderentur Græciæ civitates liberæ essent: si qvis vim inferret, defendere eas in pace comprehensis liceret. Et hoc qvidem exemplum est in fœdere æqvali. Ibidem. Libro III.

***

Manente de cetero pace) Sic post tempora memorata Corcyrenses decrevere Ἀθηναίοις μὲν ξύμμαχοι εἶναι μετὰ τὰ ξυγκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι. *Velle se Atheniensibus ex pactis societatem armorum præstare, & cum Lacedæmoniis servare amicitiæ jura.*

XIV. 1. In fœdere inæqvali ponemus alterum, si convenerit, ne alter fœderatorum injussu alterius bellum gerere possit; qvod positum fuisse in fœdere Romanorum & Carthaginensium post bellum † Punicum secundum, supra memoravimus, sicut & positum fuit in fœdere Macedonico cum Romanis ante Perseum regem. Cum belli gerendi nomen & ad omne bellum pertinere possit, & ad id, qvod infertur, non qvod repellitur, in dubio arctiorem hic significatum sumemus, ne nimium coarctetur libertas. †L.II.c.XV.§. 7.n.2. Liv.I.42.

XV. Ejusdem generis est illud, qvod Romani promiserant * liberam fore Carthaginem: qvod qvanqvam ex natura actus de plenissima potestate intelligi non poterat, (belli enim suscipiendi jus & alia qvædam pridem

omiserant) aliqvam tamen illis relinqvebat libertatem, & minimum tantam, ut alieno imperio urbem sedibus transferre non tenerentur. Frustra ergo vocem Carthaginis urgebant Romani, dicentes civium multitudinem †† non urbem significari: (qvod qvanqvam improprium concedi potest, ob attributum, qvod civibus magis qvam urbi convenit.) Nam in voce, liberam relinqvi, αὐτόνομον, ut Appianus ait, manifesta erat captio.

h. l. c. 9. §. 7.
†† L. II. c. 3. §. 4.

***

Liberam fore Carthaginem) Diodorus Siculus sic refert excerpto legationum 27. mansura illis νόμους, χώραν, ἱερὰ, τάφους, ἐλευθερίαν, *leges, regionem, sacra, sepulchra, libertatem.*

XVI. 1. Huc & illa freqvens qvæstio referenda est de pactis personalibus ac realibus. Et siqvidem cum populo libero actum sit, dubium non est, qvin qvod ei promittitur sui natura reale sit, qvia subjectum est res permanens. Imo etiamsi status civitatis in regnum mutetur, manebit fœdus, qvia manet idem corpus, etsi mutato capite, & ut supra † diximus, imperium, qvod per regem exercetur, non desinit imperium esse populi. Excipiendum erit, si appareat causam fuisse propriam ei statui, ut si liberæ civitates libertatis tutandæ causa fœdus contrahant.

† L. II. c. 9. §. 8. n. 1.

†††

Ut supra diximus) Addantur ea, qvæ notavimus ad *l.* 1. *c.* 3. §. 7.

2. At si cum rege contractum sit, non statim personale erit censendum fœdus: nam, ut recte dictum est à Pedio & Ulpiano, plerumqve persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur, cum qvo pactum factum est. Qvod si adjectum sit fœderi, ut perpetuum sit, aut factum in bonum regni, aut cum ipso & successoribus: sicut solere adjici in fœderibus, καὶ τοῖς ἐκγόνοις & posteris ait Libanius in defensione Demosthenis, aut ad tempus definitum, jam satis apparebit reale esse. Tale videtur fuisse * fœdus Romanorum cum Philippo Macedonum Rege, qvod cum Perseus ejus filius ad se pertinere negaret, bellum eo nomine exortum est. Sed & alia verba, & ipsa interdum materia conjecturam suppeditabunt non improbabilem.

L. Juris gentium. 7. §. 8. pactorum. D. de Pactis.

***

Fœdus Romanorum cum Philippo Macedonum rege) Livius libro XLII. præsumitur ratio habita prudentiæ & pietatis ejus qvicum agitur. Vide Parut. libro V. & VII.

3. Qvod si pares sint utrumqve conjecturæ, supererit, ut favorabilia credantur esse realia, odiosa vero personalia. Fœdera pacis causa facta aut commerciorum favorabilia sunt. Qvæ belli causa, non odiosa omnia, ut qvidam censent, sed ξυμμαχίαι, id est, fœdera tuendi se causa propius ad favorem accedunt, ξυμμαχίαι magis ad onera. Ad qvæ accedit, qvod in fœdere ad bellum qvodvis præsumitur ratio habita prudentiæ & pietatis ejus, qvicum agitur, ut qvi non modo non injuste, sed nec temere bellum susceperus videretur.

4. Qvod

4. Qvod vero dici solet, societates morte finiri, huc non adhæro: pertinet enim hoc ad societates privatas, & juris est civilis. Jure ergo an injuria *Fidenates, *Latini, Etrusci, Sabini à fœdere discesserint, mortuis Romulo, Tullo, Anco, Prisco, Servio, dijudicari à nobis recte non potest, cum non exstent fœderum verba. Cui non dissimilis est illa apud Justinum controversia, an civitates, qvæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio conditionem mutassent. Spectandum enim, an in conventione fidem Medorum elegissent. Minime vero admittenda est Bodini argumentatio, fœdera ad regum successores non transire, qvia juramenti vis personam non exeat. Potest qvippe juramenti obligatio personam tantum obstringere, & ipsa promissio obligare hæredem. Dec. lib. I. cons. 22. Lib. V. c. ult.

***

Fidenates) Vide Dionysium Halicarnassensem libro III.

Latini) de Appulis & Latinis, idem eodem libro III. de Turno Hordeanio & Latinis, idem libro IV. Ammianus libro XXVI. *Persarum rex manum Armeniis injectabat, eos ad suam ditionem ex integro vocare vi nimia properans, injuste; causando qvod post Joviani excessum, cum qvo fœdus firmaverat, & pacem nihil obstare debeat, qvo minus ea recuperaret, qvæ ante ad majores suos pertinuisse monstrabat.* Similia de Justiniani pactis cum Saracenis vide apud Menandrum Protectorem. Adde qvæ Helvetii caussantur post mortem Henrici III apud Thuanum libro XCVII. in anno cIↃ IↃ LXXXIX. vide & insignem locum apud Camdenum in anno cIↃ Ic LXXII. ubi de fœdere antiqvo Gallorum cum Scotis.

†††

Jure est civili) Rectius ii faciunt, qvi cum *Dn. Johann. à Felden. h. l.* statuunt, contractum societatis, in amicitiâ qvippe fundatum, contrahentes amicos requirere, adeoqve naturaliter morte socii finiri. Amicitia enim cum persona inspecie contracta in hæredes non transfertur, sed cum personâ interit: & qvamvis soleamus aliqvid benevolentiæ etiam liberis amicorum exhibere; non tamen in intimam amicitiam eosdem semper recipimus. Aliter respondet *Hahn. in not. ad Wesenb. P. pro Soc. num.* 11. Notari, inqvit, in iis potest, qvod dicitur morte solvi societas, juxta *Sirot. de J. B. & P. l.* 2. *c.* 16. *§.* 18. nec esse ex jure naturæ, nec gentium, sed civili Romano. Pro qvo est, qvod hæres communiter succedat in jus defuncti, qvodqve idem receptum in societate vectigalium, *l.* 59. *l.* 63. *§.* 8. *pr. soc.* Attamen hoc eodem jure ob publicam utilitatem constitutum fuit, *add. dd. ll.* Alioqvin nec contra jus naturale, sed præter est finitio societatis per mortem: tùm qvia idem in mandato; tùm qvia fides & industria electa in hoc contractu respuit translationem ad hæredes.

5. Neqve enim verum est, qvod sumit, fœdera jurejurando veluti firmamento inniti, cum plerumqve in ipsa promissione satis sit efficaciæ. cui majoris religionis caussa jusjurandum additur. P. Valerio Consule juraverat plebs Romana, conventuros se jussu Consulis. Mortuo illi succedit L. Qvintius Cincinnatus. Cavillantur Tribuni qvidem, qvasi non teneretur religione popu-

populus. Sequitur Livii judicium: *Nondum hæc, quæ nunc tenet seculum, negligentia Deûm venerat: nec interpretando sibi quisq; jusjurandum & leges aptas faciebant, sed suos potius mores ad ea accommodabant.*

XVII. Sane cum rege initum fœdus manet, etiamsi rex idem aut successor regno à subditis sit pulsus. Jus enim regni penes ipsum manet, utcunq; possessionem amiserit: quo pertinet Lucani illud de Senatu Romano:

non unquam perdidit ordo
Mutato sua jura loco.

†††

Utcunqve possessionem amiserit) Vi enim dejectus perinde habetur, ac si possideret, quum improba ac violenta possessio possessori suo prodesse non debeat. Atque hoc ad alios quoque, qui majestatis αὐτάλογον & superioritatem territorialem habent, ut sunt status Imperii Romano-Germanici utiliter applicari potest, non tantum quoad ipsam ditionem, sed etiam quoad jura sessionum & vota respectu ditionis competentia. Sic tenet *Hermann. Herm. Fascic. Jur. Publ. cap. 6. num. 34.* Rudolphus Palatinus Elector, Ludovici Imperatoris offensam metuens, quod suo suffragio Austriacum sublimare voluerit, atque in Angliam fugiens, ideò dignitatem & vocem Electoralem non perdidit. Nec etiam, cum Balduinus Trevirensis vi Episcopatum Trevirensem occupasset, ideò Heinricus Electorali jure destitutus fuit. Hinc totâ die videmus, quemadmodum Principes vi dejecti, aut alias prætensionem in quandam regionem foventes mordicus retinere soleant titulos; quod & olim non infrequens fuisse, exempla passim loquuntur.

L.I.c.IV.§.18. L.II.c.4.§. pen. Liv.l.XXXIV.

XIIX. Contra, si alieni regni invasor, volente vero rege, aut oppressor populi liberi, anteqvam sufficiens populi consensus accedat, bello impetatur, nihil eo fiet contra fœdus: quia * hi possessionem habent, jus non habent. Et hoc est, quod Nabidi dicebat T. Quintius: *Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo facta est.* Qualitates autem istæ in fœderibus regis successoris, & similes, jus proprie significant, & odiosa est invasorum causa.

* * *

Hi possessionem habent, jus non habent) Sic Valens non accepit excusationem Gotthorum regis, qui Procopio purpuræ invasori auxilia se misisse dicebat. excusationum vanissimam dicit Ammianus libro XXVII. Apud Græcos scriptores eadem historia, sed sub Scytharum nomine. ita enim Gotthos vocabant. Sic Justinianus negabat fœdus se rupturum cum Gizericho factum, si Gelimerem bello impeteret, qui justo regi Ildericho cum regno libertatem eripuerat. Vide Cardinalem Tuschum pp. verbo Tyrannus concl. 309. n. 6. Cacheranum decis. LXXIX. num. 35.

XIX. Tractaverat olim Chrysippus hanc qvæstionem, an præmium promissum ei, qui primus ad metam pervenisset, debeatur utriqve si simul pervenerint, an neutri. Et sanè * vox primi ambigua est, nam aut eum significat, qui omnes antecedit, aut qvem nemo. Sed virtutum præmia favorabilia sunt, verius est concursuros ad præmium, qvanqvam liberalius * Scipio,

pio, Cæsar, Julianus his, qvi pariter muros ascenderant, solida præmia tribuerunt. Et hæc qvidem dicta sunto de interpretatione ea, qvæ verborum significationi propriæ vel impropriæ aptatur.

* * *

Vox primi ambigua est) Vide Albericum de Rosate de Statutis, q. 106. & 107.

Scipio) Capta Carthagine Nova in Hispania.

XX. 1. Est & aliud interpretandi genus, ex conjecturis, extra significationem verborum, eorum scilicet, qvibus promissio continetur: idqve duplex; vel extendens, vel coarctans. Sed qvæ extendit interpretatio, difficilius procedit, facilius, qvæ arctat. Nam sicut in rebus omnibus, ut effectus non seqvatur, satis est, unam deesse causarum; ut nascatur, omnes convenire oportet: ita & in obligatione conjectura extendens obligationem non temere admittenda est: multoqve hic difficilius, qvam in casu, de qvo supra† dicebamus, ubi verba largam aliqvam significationem, etsi minus receptam, admittunt. Nam hic, extra verba promittentia, conjecturam qværimus, qvæ valde certa esse debet, ut obligationem inducat, nec ratio similis sufficit, sed oportet eadem sit; nec id semper satis est, ut dicamus, ex ratione faciendam extensionem: qvia, ut modo dicebamus, sæpe ratio ita movet, ut voluntas tamen sit causa per se sufficiens, etiam sine ratione illa.

Everh. in Loco à ratione legis ad restrictionem; & in Loco à ratione legis ad extensionem.

† §. XII. h. c. n. 2.

2. Ut ergo talis extensio recte fiat, opus est, ut constet, rationem, sub qvam venit casus, qvem volumus comprehendere, esse causam unicam & efficacem, qvæ promittentem moverit, eamq; rationem ab eo consideratam in sua generalitate, qvia alioqvi promissio futura fuisset iniqva aut inutilis. Hæc qvoq; pars tractari solet à Rhetoribus in loco ἀφ' ἑνὸς καὶ ὁμοίας, *cujus speciem unam ponunt*, qvoties semper eandem sententiam dicimus: sed & alter locus κατὰ συλλογισμὸν *per ratiocinationem* huc pertinet: nimirum ubi ex scripto ducimus, qvod scriptum non est, ut loqvitur Qvintilianus. Et qvæ à Jurisconsultis traduntur * de his, qvæ in fraudem fiunt.

L. 7. §. 7. D. Ad L. Aqvil.

* * *

De his, qvæ in fraudem fiunt) Bene Seneca excerptis controversiarum VI. 3. *Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit, qvod apparet in illa, legitimum est: qvod latet, insidiosum.* Qvintilianus controversia CCCXLIII. *Nec, enim unqvam decurritur ad hanc legem* (nempe de circumscriptione) *nisi cum rectum jus nequitia exclusum est.* Exemplum habes apud Plinium, historiæ naturalis libro XIIX. c. 3. *qvippe etiam lege Stolonis Licinii incluso modo Ib jugerum & ipso sua lege damnato, cum substituta filii persona amplius possideret.* est eadem historia apud Valerium Maximum IIX. c. VI. 3. vide aliud exemplum apud Tacitum Annalium XV. c. 19. de fictis adoptionibus. Aliud in Novella Emanuelis Comneni qvæ est in jure Græco-Romano.

3. Exemplum sit * in pactione, ne qvis locus muris cingatur, facta eo tempore, cum non aliud esset muniendi genus. Is locus ne aggere qvidem

cingi poterit, si satis constet, prohibendi muros unicam fuisse causam, ne muniretur is locus. Vulgo solet exemplum adferri de conditione, si posthumus sit mortuus, ab eo scripta, qvi posthumum omnino exspectabat, ut sententia dispositionis producatur ad eum casum, si is posthumus natus non esset, qvia constet voluntatem loqventis motam fuisse consideratione non extituræ prolis: qvod ipsum non apud Jurisconsultos tantum, sed &* apud Ciceronem, & Valerium Maximum invenire est.

Lib. I. & II. de Orat. Bruto. & pro Cæc.

***

In pactione ne qvis locus muris cingatur, facta eo tempore eum non aliud esset muniendi genus) Fuscus Arellius in Controversia, qvæ est apud Senecam decima libro II. *hunc enim animum fuisse sine dubio juramentum, ut vi non didicerentur, cum illud qvoq; caverint, ne morte dividerentur.*

Apud Ciceronem) Etiam de Inventione II.

4 Cicero causam hanc adfert oratione pro Cæcinna: *Qvid? verbis satis hoc cautum erat? minime, qvæ res igitur valuit? voluntas: qvæ si tacita nobis intelligi posset verbis omnino non uteremur: qvia non potest, verba reperta sunt, non qvæ impedirent, sed qvæ indicarent voluntatem.* Mox in eadem oratione dicit idem jus esse, ubi perspicitur * una atqve eadem causa æqvitatis, id est rationis, qvæ sola moverat: Ita interdictum, *unde tu me vi dejeceris hominibus coactis armatisve*, locum habere adversus omnem vim, qvæ ad caput & vitam pertineat. *Ea enim*, inqvit, *plerumq; fit per homines coactos armatosque: qvæ si alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem jure esse voluerunt.* In declamatione patris Qvintiliani exemplum hoc est: *Cædes videtur significare sanguinem & ferrum: si qvis alio genere homo fuerit occisus, ad illam legem revertemur. Si inciderit in latrones, aut in aqvas præcipitatus, si in aliqvam immensam altitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qva ille, qvi ferro percussus sit.* Similis est argumentatio Isæi oratione de Pyrrhi hæreditate, cum ex eo, qvod testamentum Attica lege vetitum esset fieri filia invita, infert, ne adoptionem qvidem ea invita permitti.

***

Una atq; eadem causa æqvitatis) Sic in sponsam alterius adulterium committi probat Philo de specialibus legibus, addita causa: *αἱ γὰρ ὁμολογίαι τῶν γάμων ἰσοδυναμοῦσι. Idem valent sponsalia qvod nuptiæ.* Sic in lege per Mosem data sub bovis nomine intelliguntur omnia animantia mansveta: sub nomine putei fossa qvævis, Exodi XXI, 28, & 35. Chassaneus Catalogo Gloriæ mundi V. parte consid. 49.

Lib. I. c. XIII.

XXI. Atqve hinc solvenda est celebris illa qvæstio, qvæ & apud Gellium est de mandato, an impleri possit non per idem, sed per aliud æqve utile aut utilius, qvam erat id, qvod mandator præscripserat. Id enim ita demum

mum licet, si constet, qvod præscriptum erat, non præscriptum fuisse sub speciali sua forma,*sed sub consideratione generaliore, qvæ aliter qvoq; obtineri possit: qvomodo eum, qvi fidejubere erat jussus, mandare posse creditori, ut tertio pecuniam numeret, à Scævola responsum est. Ceterum ubi de eo non satis constat, retinendum est, qvod apud Gellium eo loco legitur, dissolvi imperantis officium, si qvis ad id, qvod facere jussus est, non obseqvio debito, sed consilio non desiderato, respondeat. L. ult. D. Mandati.

***

Sed sub consideratione generaliore) Qvintilianus controvers. CLVII. *Servi qvedam liberius sub bona mente faciunt, & aliqvando indicium fidei putant pretio emta mancipia non paruisse.* Exemplum habes in excerptis legationum in illa parte, qvomodo legationes obeundæ accipiendæqve sint; & in iis, qvæ Johannes Justinianeorum ducum unus fecit contra Belisarii verba, Gotthicorum II, & IV.

†††

Apud Gellium est) Exemplum apud *Gellium l. c.* ita se habet: Crassus, qvum in Consulatu obtineret Asiam provinciam, & circumsidere oppugnareqve Leucas oppidum pararet, opusqve esset firmâ atqve procerâ trabe, qvâ arietem faceret, qva muros ejus oppidi qvateret: scripsit ad magistrum ἀρχιτέκτονα Moleatensium sociorum amicorumqve populi Romani, ut ex malis duobus, qvos apud eos vidisset, uter major esset eum mittendum curaret, tum magister ἀρχιτέκτων comperto, qvamobrem malum desideraret, non, uti jussus erat. Majorem, sed qvem esse magis idoneum aptioremqve faciendo arieti, facilioremqve portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari jussit; & qvum interrogasset, cur non qvem jusserat misisset, causis rationibusqve, qvas dictitabat, spretis, vestimenta detrahi imperavit, virgisqve multum cæcidit; corrumpi atqve dissolvi officium omne imperantis ratus, si qvis ad id, qvod facere jussus est, non obseqvio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

Sub speciali suâ formâ) Specialis enim mandati forma si non, præsertim in bello observaretur, de facili, ut ipse Grotius confitetur, dissolveretur imperantis officium. Laudantur igitur à *Valer. Maxim. lib. 2. capit. 7. exempl. 6.* Posthumius Tubertus Dictator & Manlius Torqvatus Consul; qvorum ille filium, injussu suo præsidio progressum, hostibusqve fusis victorem securi feriri jussit: hic vero filium qvod provocatus à Geminio Metio Duce Tusculanorum ad dimicandum se ignaro descenderat, gloriosam victoriam & speciosa spolia referentem abripi à lictore, in & modum hostiæ mactari voluit: fatius esse judicans, patrem forti filio, qvam patriam militari disciplina carere. De Q. Fabio, Magistro eqvitum *Vid. Grot. l. 1. c. 3. §. 11. n. 2. in not.* Consentit cum hoc jus nostrum Justinianeum in *l. 3 §. 15. ff. de Re Milit.* ubi ille, qvi in bello rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, etiamsi res benè gesserit. Parcendum tamen Capitaneo, si pro re natâ & ex novâ superveniente causâ mandato Ducis non obtemperavit, qvæ causa ipsam Ducem tempore belli latebat, per textum singularem & juxta *Gail. de Pac. Publ. l. 1. c. 4. n. 29.* mente tenendum, in *l. si homin. 30. ff. Mandat.*

Sed sub consideratione generaliore) Maximè si mandato, vel instructioni ut vocant, generalis illa clausula inserta sit: Reliqva tuæ prudentiæ & discretioni committimus: Atqve hoc in specie *Gail. l. c. n. 30. & seqq.* diligenter pro Legatis, Oratoribus & Commissariis Principum observandum vult, qvod ex causâ novâ, qvæ committentem

latebat, qvandoqve ex tempore pro re natâ, limites mandati sui pro utilitate & in rem Domini excedere possint. Qvamvis tutius sit, si tempus & occasio ferant, super novâ & incidenti causâ committentem consulere, ne, si res aliter opinione cadat, ipsi Oratores in vitæ, honoris & bonorum periculum ob non arctè servatam mandatum adducantur, cum mandati fines, præsertim in negotiis principalibus, diligenter custodiendi sint, *l. 5. princ. ff. Mandat.*

XXII. Restringens interpretatio extra significationem verborum, qvæ promissionem continent, aut ex defectu petitur originario voluntatis, aut ex casus emergentis repugnantia cum voluntate. Defectus voluntatis originarius intelligitur ex absurdo, qvod alioqvi evidenter sequeretur; ex cessatione rationis, * qvæ sola plene & efficaciter movit voluntatem; & ex materiæ defectu. Primum in eo fundamentum habet, qvod nemo credendus est velle absurda.

Gell. N. A. l. 5. c. 10.

***

Qvæ sola plene & efficaciter movit voluntatem) Exemplum in L. 6. Adigere. §. 2. qvamvis D. de Jure Patronatus.

XXIII. Secundum ex eo, qvod contentum in promissione, ubi ratio talis additur, aut de ea constat, non consideratur unde, sed qvatenus sub ea ratione venit.

XXIV. Tertium, in eo qvod materia, de qva agitur, semper intelligenda est observari animo loqventis, etiamsi verba latius pateant. Hæc qvoqve interpretandi ratio à Rhetoribus tractatur in loco περὶ ῥητῶν καὶ διανοίας, & titulum habet, cum dicitur non semper eadem sententia.

XXV. 1. Sed de ratione notandum est, sub ea comprehendi sæpe qvasdam res non secundum existentiam, sed secundum potentiam moraliter consideratam, qvæ ubi locum habet restrictio facienda non est. Sic si cautum sit, ne exercitus aut classis aliqvo ducatur, non poterit duci, etiam animo non nocendi. Qvia in pactione non certum damnum, sed periculum qvalecunqve spectatum est.

Paschal. Legat. 140.

2. Solet & hoc disputari, an promissa in se habeant tacitam conditionem, si res maneant, qvo sunt loco: qvod negandum est, nisi apertissime pateat, statum rerum præsentem in unica illa, qvam diximus, ratione inclusum esse. Sic passim in historiis legimus, legatos à suscepto itinere domum rediisse deserta legatione, qvod res ita mutatas intelligerent, ut tota legationis materia aut causa cessaret.

XXVI. 1. Repugnantia casus emergentis cum voluntate solet & ipsa ab oratoriæ artis magistris referri ad eum, qvem dixi, locum περὶ ῥητῶν καὶ διανοίας. Est autem duplex: nam aut voluntas colligitur ex naturali ratione, aut ex alio signo voluntatis. Dijudicandæ voluntati ex naturali ratione Aristoteles, qvi hanc partem accuratissimè tractavit, propriam virtutem tribuit in intellectu γνώμην, sive εὐγνωμοσύνην, id est, *æqviprudentiam*, in volun-

juntate verò ἐπιείκειαν, id est, *æquitatem*, qvam sapienter definit, correctionem ejus, in qvo lex deficit ob universalitatem: qvod ad testamenta qvoqve & pacta suo modo referri debet. Nam qvia casus nec prævideri omnes possunt, nec exprimi, ideo libertate qvadam opus est eximendi casus, qvos qvi locutus est, si adesset, eximeret: non tamen temere; id enim esset dominum se facere actus alieni; sed ex sufficientibus indiciis.

***

In qvo lex deficit ob universalitatem) Seneca IV. controversia 27. *in lege, inqvit, nihil excipitur, sed multa, qvamvis non excipiantur, intelliguntur, scriptum legis angustum est. interpretatio diffusa. qvædam vero tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent.*

2. Certissimum indicium est, si qvo casu sequi verba illicitum esset, id est pugnans cum naturalibus aut divinis præceptis. Talia enim, cum obligationis capacia non sint, eximenda sunt necessario. *Qvædam*, ait Qvintilianus pater, *etiamsi nulla significatione legis comprehensa sint, natura tamen excipiuntur.* Ita, qvi promisit depositum gladium reddere, non reddet furenti, †† ne aut ipsi periculum creet, aut aliis innocentibus. Sic nec reddetur res deposita ei, qvi deposuit, si dominus eam repetat. *Probo*, inqvit Triphonius, † *hanc esse justitiam, qvæ suum cuiq; ita tribuat, ut non distrahatur ab illius personæ justiore repetitione.* Ratio est, qvia ut alibi notavimus, introducti semel dominii ea vis est, ut rem domino cognito non reddere omnino injustum sit.

†† L. III. c. XII. §. 1. n. 1.

† L. 31. Bona fides. D. Depositi. h. l. 2. c. XIII. §. XV. n. 2. c. X. §. 1. n. 4.

XXVII. 1. Secundum erit indicium, si verba sequi, non qvidem per se & omnino illicitum sit, sed æqve rem æstimanti nimis grave atqve intolerabile: sive absolute spectata conditione humanæ naturæ, sive comparando personam & rem, de qva agitur, cum ipso fine actus. Sic, qvi rem ad dies aliqvot commodavit, intra eos dies repetere eam poterit, si ipse valde egeat: qvia actus tam benefici ea est natura, ut non credendus sit qvisqvam ad magnum suum incommodum se voluisse obligare. Sic qvi auxilium fœderato promisit, excusabitur, qvamdiu ipse domi periclitatur, in qvantum copiis opus habet. Et *concessio immunitatis vectigalium & tributorum intelligetur de qvotidianis & anniversariis, non de iis, qvæ summa necessitas exigit, & qvibus carere respublica non potest.

Molin. disp. 294. Silv. verb. comodatum. n. 4. Less. L. II. c. 27. dub 5.

Ang. ad L. 7. ad L. Rhod. Vasq. Contr. Ill. c. 31.

***

Concessio immunitatis) Vide Rosenthalium de Feudis, cap. V. concluſ. LXXIIX, n. 2. Heig. illustrium XIIX, n. 26. part. I. Cothmannum cons. XI. 32. Clarum, §. Feudum XXIX, n. 2. L. 4. Andream Knich. de Vestitis pactis, part. II. c. 5. num. 20. Henricum Bocer. de collectis, cap. IV, 12.

†††

Ad magnum suum incommodum) Huc faciunt verba Antonini in *L. Æde.* 3. C. *Locat.* ad qvæ *vid. Brunnem. in Comment. & ad inst. §. fin. h. t. Ex.* 20.

2. Ex qvibus apparet, nimis laxe dictum à Cicerone, non servanda promissa, qvæ sint iis, qvibus promiseris, inutilia, nec si plus tibi noceant, qvam illi prosint, cui promiseris. Nam an res utilis sit futura ei, cui promissa est, judicare promissor non debet, nisi forte in casu furoris, de qvo supra † diximus: & ut promissum promissorem non obliget, non satis est qvodlibet nocumentum in promissorem, sed tale oportet sit, * qvod pro natura actus credi debeat exceptum. Sic qvi operas vicino ad dies aliqvot promisit, non tenebitur, si eum morbus sonticus patris aut filii detineat. Et hoc recte Cicero de Officiis primo: *Si constitueris te cuipiam advocatum in rem præsentem esse venturum, atqve interim graviter ægrotare filium cœperit, non sit contra officium non facere qvod dixeris.*

† §. 26. h. c. num. 2.

***

Qvod pro natura actus credi debeat exceptum) Vide Carolum Molinæum ad consvetudines Parisienses tit. I. §. 2. gl. IV. n. 3. Ferd. Vasqvium de successionum creatione libro II. §. XIIX. n. 80. Antonium Fabrum rerum in Sabaudia judicatarum libro IV. tit. 30. Zazium in L. stipulatio hoc modo. 61. n. 3. de Verborum obligationibus. Adde c. 25. qvemadmodum. de Jurejurando, & Alciatum ad c. 28. cum contingat. Eodem titulo.

3. In eundem sensum accipiendum, nec ultra trahendum est, * qvod apud Senecam legimus: *Tunc fidem fallam, tunc inconstantiæ crimen audiam, si cum omnia eadem sint, qvæ erant promittente me, non præstitero promissum, aliqvi qvicqvid mutatur, libertatem facit de integro consulendi, & meam fidem liberat. Promisi advocationem: postea apparuit per illam causam præjudicium in patrem meum qværi. promisi me peregre una iturum: sed iter infestari latrociniis nuntiatur. In rem præsentem venturus fui: sed æger filius, sed puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem qvæ fuerint cum promitterem, ut promittentis fidem teneas.* Omnia intellige pro actus ejus, de qvo qværitur, natura, ut jam modo exposuimus.

De Benef. l. IV, c. 35.

***

Qvod apud Senecam legimus) ejusdem hæc sunt, capite XXXIX. lib. IV. de beneficiis: *Ad cœnam, qvia promisi, ibo, etiamsi frigus erit. surgam ad sponsalia, qvia promisi, qvamvis non concoxerim. sed non si febricitavero sponsum descendam, qvia promisi: sed non si spondere in incertum jubebis, si fisco obligabis. Subest inqvam tacita exceptio, si potero, si debebo. si hæc ita erunt. Effice ut idem status sit cum exigitur, qvi fuit cum promitterem. desistuere levitas non erit si aliqvid intervenit novi. qvid miraris, cum conditio promittentis mutata sit mutatum esse consilium: eadem mihi omnia præsta & idem sum. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio, deserentem vis major excusat.* Usi sæpe hoc effugio Angli, vide Camdenum in anno CIↃ IↃ XCV. tum in controversia cum Batavis, tum in altera cum Ansiaticis.

XXIIX.

XXIIX. Diximus, alia qvoqve esse posse signa voluntatis, qvæ ostendant casum eximendum. Inter ea signa nihil validius est, qvam verba alio loco posita, non ubi directe pugnant, qvæ est αἰτιωμία, cujus supra meminimus, sed cum velut insperato ex ipso rerum eventu inter se committuntur, qvam Rhetores Græci vocant, τὴν ἐκ περιστάσεως μάχην. h.c.§.4.n.1.

XXIX. 1. In hac disceptatione, utra pars scripti, cum ex casu fit collisio, prævalere debeat, regulas qvasdam ex antiqvis auctoribus * Cicero posuit; qvæ, ut spernendæ neutiqvam sunt, ita mihi non suo ordine videntur collocatæ. Nos eas hunc in modum digeremus: * Ut qvod permittit, cedat ei, qvod jubet: qvia, qvi permittit aliqvid, ita permittere videtur, nisi aliud qvid obstet, qvam de qvo ibi agitur: ideoqve, ut ait Scriptor ad Herennium, plus valet sanctio permissione. Ut qvod faciendum est certo tempore, ei præferatur, qvod qvovis tempore fieri potest: unde seqvitur, ut plerumqve pactio vetans vincat jubentem, qvia pactio vetans obligat ad qvodvis tempus, jubens non item, nisi aut tempus sit expressum, aut jussio tacitam prohibitionem contineat. Inter eas pactiones, qvæ supradictis qvalitatibus pares sunt, ut præferatur, qvod magis est peculiare, & ad rem propius accedit: nam solent specialia efficaciora esse generalibus. & in prohibitionibus, ut qvæ pœnam adjunctam habet, ei, qvæ pœnavacat, & qvæ majorem pœnam minatur, ei, qvæ minorem, præferatur. Tumvero, ut superet qvod causas habet aut magis honestas, aut magis utiles. Extremo loco, ut, qvod postremo dictum est, vincat. Libro 13.

***

Cicero posuit) de Inventione secundo, & ibi Marius Victorinus.

Ut qvod permittit, cedat ei, qvod jubet) Qvintilianus declamatione CCCLXXIV. *Semper potentior lex est, qvæ vetat, qvam qvæ permittit.* Donatus Phormione Actu I. Scen. 2. *Bene jubet, minorem enim vim habet ea lex, qvæ aliqvid permittit, qvam illa, qvæ aliqvid jubet.* vide Ciceronem Verrina II. & qvæ habet Connanus libro I. c. 9.

2. Illud ex superioribus hic repetendum est; pactorum juratorum eam esse vim, ut intelligi debeant secundum receptissimam proprietatem, & ut omnes restrictiones tacitas, † & ex natura rei non omnino necessarias, qvam maxime repudient. Qvare & si juratum pactum cum non jurato pugnet certo eventu, * præferendum erit cui adest jurisjurandi religio. † L.II.c. XIII. §. 3. n.2.& 5.

***

Præferendum erit cui adest jurisjurandi religio) Acontius apud Ovidium:

Promisit pater hanc: hæc & juravit amanti:
Ille homines, hæc est testificata Deam:
Hic metuit mendax, hæc & perjura vocari.
Num dubitas, hic sit major an ille metus?

XXX.

XXX. Solet & hoc qværi, an in dubio contractus perfectus censeri debeat, anteqvam scriptura confecta sit, & tradita. Nam id Murena causabatur adversus ea, qvæ inter Syllam & Mithridatem convenerant. Mihi apertum videtur, ni aliud convenerit, * credendum, scripturam adhiberi, ut monumentum contractus, non ut substantiæ ejus partem. Alioqvi exprimi id solet, ut in induciis cum Nabide: *Ex qva die descriptæ conditiones edita Nabidi forent.*

Ap Mithr.

Liv. l. XXXIV. cap. 34.

***

Credendum scripturam adhiberi ut monumentum contractus, non ut substantiæ ejus partem) L. in re. 4. & L. si res gesta. 5. D. de Fide Instrumentorum. L. 17. pactum qvod bona fide. C. de Pactis. Sic Legem 17. Contractus. C. de Fide instrumentorum interpretantur Bartolus, Johannes Faber, & Salicetus, qvorum sententia in judiciis contra Baldum & Castrensem prævaluit. Mynsingerus Decade X. Cons. XCI. Neostadius de Pactis antenuptialibus, observatione XIIX. qvare non satis probabile est, qvod Ligniacus adfert de instrumento à rege subscripto, sed nondum addito sigillo & Secretarii manu, libro II. rerum Italicarum Guicciardini.

XXXI. Illud vero non admittam, qvod qvibusdam placuit, contractus regum & populorum, qvantum fieri potest, interpretandos ex jure Romano: nisi appareat, inter qvosdam populos jus istud civile in his, qvæ juris gentium sunt, etiam pro jure gentium receptum esse: qvod temere præsumendum non est.

Alc. V. cons. 17.

XXXII. De eo vero, qvod Plutarchus in Symposiacis movet, conditionem offerentis, an accipientis verba attendi magis debeant, ita videtur, cum accipiens hic sit, qvi promittit, ejus verba formam dare negotio, si absoluta & in se perfecta sunt. Nam si per affirmationem respiciant verba offerentis, tunc ea ipsa ex natura vocum ralativarum repetita in promissione videbuntur. Anteqvam vero accepta sit conditio, ne eum qvidem teneri, qvi obtulit, certum est, nullum enim adhuc jus qvæsitum est, ut ex his, qvæ de promissione supra † diximus, apparet. Et hæc oblatio conditionis minus est promissione.

IX. Symp. 13.

† h. l. c. XI. §. 4. & seqq.

CAPUT XVII.

De damno per injuriam dato, & obligatione, qvæ inde oritur.

I. Culpam obligare ad restitutionem damni.
II. Damnum intelligi, qvod pugnat cum jure stricte dicto.
III. Accurate distinguendam aptitudinē à jure stricte dicto, ubi concurrunt.
IV. Damnum & ad fructus pertinere.
V. Ad lucrum cessans qvomodo?
VI. Damnum dare facientes primario:
VII. Et secundario;

IIX. Item

VIII. Item non facientes qvod debent: primario,
IX. Et secundario:
X. Qvalis efficacia circa actum ad hoc requiratur.
XI. Qvo ordine teneantur.
XII. Obligationem extendi etiam ad damnum consequens.
XIII. Exemplum in homicida:
XIV. In eo qvi aliter vim intulit:
XV. In adultero & stupratore:
XVI. In fure, raptore, & aliis:
XVII. In eo qvi causam promissioni dedit per dolum aut metum injustum.
XVIII. Qvid si metu justo naturaliter?
XIX. Qvid de metu, qvem jus gentium pro justo habet?
XX. Potestates civiles qvatenus teneantur ex damno per subditos dato: ubi qvæstio de prædis in mari actis in socios contra imperium publicum.
XXI. Naturaliter ex animalis sui aut navis suæ facto sine culpa neminem teneri.
XXII. Damnum dari, & adversus famam & honorem, & qvomodo reparetur.

I.

SUpra diximus, ejus, qvod nobis debetur, fontes esse tres, pactionem, maleficium, legem. De pactionibus satis tractatum. Veniamus ad id, qvod ex maleficio naturaliter debetur. Maleficium hic appellamus culpam omnem, sive in faciendo, sive in non faciendo, pugnantem cum eo, qvod aut homines communiter aut pro ratione certæ qvalitatis facere debent. *Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur si damnum datum est, nempe ut id resarciatur. L. II. c. I. §. 1.

***

Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur) Ἐμελὶς δίκη Græcis. Vide sis in decretalibus titulum de injuria & damno dato, & Digestis ad L. Aqviliam & vicinas rubricas.

†††

Maleficium) Generaliter acceptum, prouti in jure qvoqve nostro qvasi maleficium, ex culpâ scilicet latissimâ ortum, post se trahit.

Sive in non faciendo) nimirum qva contumacem qvis se exhibet in iis peragendis, ad qvæ jure adstrictus est peragere; ubi etiam revera & formaliter peccat, atqve maleficium committit.

Pro ratione certa qualitatis facere debent) Et per consequens, si hoc omittunt, culpam committunt. Agit enim hic Grotius de damno injuriâ dato, adeoqve secundum Leges Romanorum, de Lege (vel potius plebiscito) Aqvilii, in qvâ culpa qvoqve levissima præstanda venit, *l. 44. pr. ad L. Aqvil.*

II. 1. Damnum forte à demendo †† dictum, est τὸ ἔλαττον, cum qvis minus habet suo, sive illud suum ipsi competit ex mera natura, sive accedente facto humano, puta dominio, aut pacto, sive ex lege. Natura homini suum est vita (non qvidem † ad perdendum, sed ad custodiendum) corpus, membra, fama, honor, actiones propriæ. Dominio & pactis qvomodo suum qvid cuiqve sit, superior tractatio docuit, tum qvoad res, tum qvoad jus in actiones alie-

†† L. 3. D. de Damn. Infect.

† L. 2. c. 1. §. 3. c. 15. §. 16. n. 3. c. 21. §. XI. n. 2. L. 3. c. XI. §. 18. c. XX. §. 43. n. 2.

alias. Simili modo ex lege jus suum cuiqve oritur, qvia idem aut plus lex potest, qvam in se ac sua singuli. Sic pupillus jus habet exactam qvandam diligentiam exigendi à tutore, respublica à magistratu, nec respublica tantum, sed & cives singuli, qvoties lex id expresse aut per sufficientem consequentiam significat.

***

Damnum forte à demendo dictum) Ita Varro libro V. *damnum à demtione, eum minus re factum, qvam qvanti constat.* Alii magis probant derivari à Graco δαπάνη, ut sic dapnum, deinde damnum, ut ὕπνος, sopnus, somnus. Nec absurde deducas à Graco δάμνω, qvod est βιάζω, aut ex ζημία damia, damnum, ut regia, regnum.

†††

Exactam qvandam diligentiam exigendi) non verò ut præstet culpam regulariter leviſſimam, prouti statuit *Pomeresii. ad tit. Inst. Qvib. mod. re contr. oblig. §. 2. arg. l. 24. C. de usur.* qvamvis aliqvando ad leviſſimam qvoqve culpam præstandam tutor aut curator obstringatur, si numarum sese obtulerit, *arg. l. 53 §. 3. de Furt.* Videtur enim tam exactiſſimam diligentiam polliceri, *Dn. Struv. Ex. 31. th. 38.*

†L.I.c.I.§.IV. 2. At ex sola aptitudine, qvod jus minus proprie dicitur † & ab assignatrice justitia spectatur, non oritur verum dominium, ac proinde restitutionis obligatio: qvia non id alicui suum est, ad qvod aptus †† est: πλεονεκτεῖν δὲ δοκεῖ, ait, Aristoteles: ὁ ἐφ' ἑαυτῷ ποιούμενος ἀγαθά δι' αἰσχρότητος. *Contra proprie dictam justitiam nihil committit, qvi pecunia sua alteri non succurrit præ tenacitate.* Cicero pro Cn. Plancio: *Est hæc conditio liberorum populorum, posse suffragiis vel dare vel detrahere qvo velit cuique.* & tamen mox subdit, accidere, ut populus faciat, qvod velit, non qvod debeat, voce debendi sumta in laxiore significatu.

††L.II.c.XXII. §.10.c.XXV. §.3. n.4. Nic.V.c.4.

†††

Ab assignatrice justitia spectatur) Qværitur hic: an, ut conducatur miles, professor, medicus, &c. qvi qvam rectiſſimè officio suo fungi possint, adscribendum sit justitiæ commutativæ, an distributivæ? Attigimus distinctionem *l. I c. 1. §. 8. n. 2. pag. 6.* prolatam inter medium inveniendi habilitatem harum personarum ad officium destinatum & inventum applicandi. Prius rectiſſime distributivæ adscribitur; posterius ad commutativam pertinet.

Th. & Cajet. 2. 2. q. 62. art. 2. Soto l. IV. q. 6. Lessius, lib. II. c. 12. dub. 18. Covar. ad c. peccatum. 5. p. 2. §. 7. de Reg. Jur. in 6.

III. Sed cavendum hic ne confundantur, qvæ diversi generis sunt. Nam cui magistratus collatio mandata est, is reipublicæ tenetur ad eligendum eum, qvi dignus sit, & ad hoc exigendum respublica jus habet proprium, qvare si ex indigni electione damnum fecerit respublica, ille resarcire tenebitur. Sic etiam civis aliqvis non indignus, etsi jus proprium ad officium aliqvod non habeat, habet tamen verum jus petendi juxta alios: in qvo jure, si per vim aut dolum impediatur, jam non totius rei expetitæ, sed incerti illius damni æstimationem exigere poterit. Simile erit in eo, cui ne qvid legaret testator, vi vel dolo fuit impeditus. nam capacitas legati jus qvoddam est,

cui

cui id est conseqvens, ut libertatem testatoris in eo impedire injuria sit.

IV. Minus autem qvis habere, ac proinde damnum fecisse intelligetur, non in re tantum, sed & in fructibus, qvi proprie (a) rei fructus sunt, sive illi percepti sunt, sive non, si tamen ipse eos percepturus fuerat, deductis impensis, qvibus res melior facta est, aut qvæ ad fructus percipiendos fuerunt necessariæ, ex regula, qvæ nos vetat locupletiores fieri cum aliena jactura.

Soto l. IV, q. 7. Less. l. II. c. 12. dub. 16. n. 3.

(a) L. 2. c. X. §. 4. L. in qvantitate. 73. §. 1. magna. D. Ad Legem Falc. Th. 2. 2. 62. art. 4.

V. Sed & spes lucri ex nostro æstimabitur, non ut illud ipsum, sed secundum propinqvitatem ad actum, ut in semente spes messis.

VI. Tenentur autem, præter ipsum, qvi per se, & ἀμέσως damnum dat, alii qvoqve faciendo aut non faciendo: Faciendo alii primario, alii secundario: primario, qvi jubet, qvi consensum reqvisitum adhibet, qvi adjuvat, qvi receptum præstat, aut qvi alio modo in ipso crimine participat.

Soto l. IV, q. 6. art. 5.

VII. Secundario, qvi consilium dat, * laudat, assentatur. *Qvid enim interest * inter svasorem facti & probatorem?* ait Cicero Philippica secunda.

***

Laudat) Totilas in oratione ad Gotthos apud Procopium Gotthicorum III. ὁ γὰρ ἐπαινέσας τὸν δεδρακότα, οὐδέν τι ἧσσον τῶν πεπραγμένων αὐτουργὸς γίνεται. *Nam qvi facientem aliqvid laudat, & ipse rei factæ auctor habendus est.* Ulpianus in L. I. D. de servo corrupto. *Et si erit servus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic verò laudator ejus propositi fuerit, tenetur, non enim oportet laudando augeri malum.*

Inter svasorem facti & probatorem) Applicat hoc dictum Probo præfecto Ammianus libro XXVII. Lege Langobardica lib. IV. tit. IV. etiam consulens ad compositionem vocatur. vide Rom. I. in fine, & ibi veteres Scriptores.

IIX. Non faciendo, item primario aut secundario: primario, qvi cum ex jure proprie dicto debeat vetare præcepto, * aut opem ferre ei, cui fit injuria, id non facit: Is Chaldæo Paraphrastæ Levitic. XX, 5. סער obfirmator dicitur.

***

Aut opem ferre ei, cui fit injuria, id non facit) Nicetas Choniates Michaële Comneno: ὁ ἐμπρησμὸς οὐ μόνον τοῦ ἀνάψαντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατασβέσαι δυναμένου, δράσαι δέ τι τοιοῦτον ὅλος μὴ βουληθέντος. *Incendium non ei tantum imputatur, qvi facem intulit, sed & ei, qvi prohibere cum posset, omnino noluit.*

IX. Secundario, qvi aut non dissvadet, cum debeat, aut factum reticet, qvod notum facere debebat. Illud autem debere in his omnibus referimus ad jus proprium, qvod justitia expletrix respicit, sive illud ex lege, sive ex qvalitate exoritur. nam si debeat ex caritatis norma, peccabit qvidem

Less. lib. II. c. 13. dub. 10.

omittendo, non tamen ad reparationem tenebitur, cujus origo eſt jus alicvod
† h. c. § 2. n. 2. proprium, ut ante † diximus.

X. Sciendum qvoqve, hoc omnes, qvos diximus, ita teneri, ſi verè cauſa fuerint damni, id eſt momentum attulerint, aut ad totum damnum, aut ad
Th. 2, 2, 62. art. 6. Soto lib. IV. q. 7. art. 3. partem damni. Nam ſæpe accidit in agentibus vel negligentibus ſecundarii ordinis, interdum etiam in qvibusdam, qvi ſunt ordinis primarii, ut etiam ſine eorum actu aut neglectu is, qvi damnum dedit, certus fuerit id ipſum dare: qvo caſu illi, qvos dixi, non tenebuntur. Qvod tamen non ita intelligendum eſt, ut ſi alii defuturi non fuerint, puta qvi ſvaderent, aut juvarent, non
Cajet. ad q. 62, art. 6. Med. in q. 7. teneantur qvi ſvaſerint, aut juverint, ſi absq; ope, conſilio, qvi dedit damnum, daturus id non fuiſſet. Nam & illi alii, ſi ſvaſiſſent aut adjuviſſent, tenerentur.

†††

Non tenebuntur) Puta qvoad damni dati reparationem, ſed propter factum ſuum juxta *cap. 21. l. 1.* pœna arbitraria puniuntur. Licet contrarium ſtatuat *Jul. Clar. Pract. Crimin. lib. 5. ſ. fin. qvæſt. 89. num. 1. vers. plurib. ibid. allegat. p.* 390. & ita etiam teſtetur ſe vidiſſe ſervari in qvodam Auguſtino Marentio 3. April. 1558. P. N. qvi mandaverat filio ſuo, ut uxorem ſuam interficeret, prout ille interfecit, & fuit patri mandanti caput amputatum. Quare in foro electorali Saxonico ita demum mandantem a pœna ordinaria homicidii excuſari vult *Bened. Carpz. in prax. Crimin. p. 1. q. 4. num. 29. ſeq.* 23. qvando certo credidit, mandatarium etiam ſine mandato omnimodo occiſurum eſſe: ſi verò mandans ignoravit, aut credidit, qvod mandatarius hoc facturus non eſſet, tunc indifferenter mandans tenebitur pœnâ ordinariâ, qvia qvoad ipſum factis eſt, qvod putavit verè mandare ei, qvi alias non eſſet facturus. Non enim poteſt iſtud mandatum tranſire in conſilium, ut qvod datur gratiâ ejus, qvi conſilium petit, qvod non ſit, qvando mandans ignorat, mandatarium occidere velle, *add. Gust. Grot. de Pr. J. N. cap. 11. ſ. 3. ibiqve not.*

Reſſ. lib. II. c. 3. dub 5. lb. ub. 4. XI. Tenentur autem primo loco ii, qvi imperio aut alio modo aliqvem impulerunt ad factum; his deficientibus patrator facinoris: & poſt cum ceteris in ſolidum ſinguli, qvi ad actum cauſam dederunt, * ſi totus actus ab ipſis qvanqvam non ſolis proceſſit.

***

Si totus actus ab ipſis, qvanqvam non ſolis, proceſſit) Lex Longobardica lib. I, tit. IX, 5.

XII. Qvi vero de actu tenetur, ſimul tenetur de his, qvæ illum ex actus vi ſunt conſecuta. *In Senecæ controverſia qvadam hoc tractatur in ſpecie
Strab. XII. platani incenſæ ex qva domus arſerat, ubi hanc ponit ſententiam. *Etiamſi partem damni dare noluiſti, in totum qvaſi prudens dederis tenendus es. ex toto enim noluiſſe debet, qvi imprudentia defenditur.* Ariarahtes Cappadocum Rex eo, qvod Melani amni exitum per laſcivjam obſtruxerat, cum ejus perrumpentis impetu elatus Euphrates rapta parte Cappadocum terræ, magna & Galatis & Phrygibus damna intuliſſet, permiſſo Romanis judicio talentis trecentis diſpendium ſarcivit.

Simul

* * *

Simul tenetur de his, quæ illum ex actus vi sunt consecuta) Vide Thomam prima secundæ, qvæst. XX, art. 5. & L. Si servus servum. 27. §. Si qvis insulam 8. D. ad L. Aqviliam.

In Senecæ controversia) Excerptis V, 5.

XIII. Exemplo hæc sint. Homicida injustus tenetur solvere impensas, si qvæ factæ sunt in Medicos, & iis qvos occisus alere ex officio solebat, puta parentibus, uxoribus, liberis dare tantum, qvantum illa spes alimentorum, ratione habita ætatis occisi, valebat: sicuti Hercules legitur Iphiti à se occisi liberis mulctam pependisse, qvo facilius expiaretur. Michaël Ephesius ad qvintum Nicomachiorum Aristotelis : ἀλλὰ καὶ ὁ φονευθεὶς ἔλαβε τρόπον τινά. ὃ γὰρ ἡ γυνὴ ἢ οἱ παῖδες, ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ φονευθέντος ἔλαβον τρόπον τινὰ ἐκείνῳ δέδοται. *Sed & qvi occisus est, accipit aliqvo modo. Qvæ enim uxor ejus & liberi & cognati accipiunt, ipse qvodammodo accipit.* Loqvitur de homicida injusto, id est, qvi non habuit jus id faciendi unde mors seqvitur. Qvare si qvis jus habuerit, sed in caritatem peccaverit, ut qvi fugere noluit, † non tenebitur. Vitæ autem in libero homine æstimatio non fit. secus in servo, qvi vendi potuit.

Less. lib. II. c. 9. dub. 19. L. 68. D. ad L. Falcid. Dod. l. IV.

Less. dub. 21.

† L. II. c. I. §. X. n. 3. Navarr. c. 15. n. 21. L. cũ liberi. ult. D. de his qvi effuder. vel dejecer.

†††

Tenetur solvere) Qvamvis mortem rursus sustinere cogatur. Idqve etiam verum est in furc, incendiario, venefico, aliisqve, qvi ultimo supplicio afficiuntur, (qvicqvid in contrarium dicant cum Scabinatu Lipsiensi *Carpzov. prax. Crimin. p. 2. q. 80. num. 110. Phi ipp. ad Decis. Elect. 86. observ. 1.*) prouti de Facultatibus Juridicis Lipsiensi & Wittebergensi attestantur *Rauchbar. p. 2. q. 10. num. 17. Finckelthaus. obs. 59.* & de Scabinatu Jenensi *Dn. Richter. p. 2. decis. 96 num. 114. Dn. Sternv. Dissert. Crimin. 2. th. 16.* in qvo ita pronunciatum mense August. Anno 1666. *add. Grot. §. 16. h. t. ibiqve Dn. Zigler.* qvi itidem de observantiâ Scabinatus Saxonici cum Carpzovio testatur.

Qvi fugere noluit) diximus de hoc ad *L. 2. c. 1. §. 10. num. 3. pag. 169.*

XIV. * Qvi mutilavit similiter tenebitur ad impensas & ad æstimationem ejus, qvod jam, qvi mutilatus est, minus poterit lucrari. Sed sicut ibi vitæ, ita & hic cicatricis in libero homine æstimatio non fit. de conjectione in carcerem idem dicendum.

L. 3. D. si qvadr.

* * *

Qvi mutilavit similiter tenebitur ad impensas & ad æstimationem ejus, qvod jam, qvi mutilatus est, minus poterit lucrari) Idem apud Hebræos servatum, Baba Kama cap. IIX, §. I. & apud Anglos & Danos, qvorum fœdus vide apud doctissimum Pontanum dissertatione de mari.

†††

Minus poterit lucrari) *Vid. Speidel. sub verb.* Abtrag. *Carpzov. Prax. Crim. p. 2. q. 99. n. 28. & 45. & Not. ad Guil. Grot. c. 7. §. 2.*

XV. Sic adulter & adultera tenentur non tantum indemnem præstare ma-

Less. lib. II. c. 10. dub. 6.

maritum ab alenda prole, ſed & legitimis liberis rependere, ſi qvod damnum patiuntur ex concurſu ita ſuſceptæ ſobolis ad hæreditatem. Qvi virginem imminuit vi, aut fraude, tenetur ei rependere qvanti minoris ipſi valet ſpes nuptiarum: imo & ducere tenetur, ſi ea promiſſione corporis uſuram impetraverit.

†††

Ab alendâ prole) Ad qvæſtionem, qvam hic formare ſolent: utrum planè omnem excedat humanitatem ſancitum juris civilis de non alendis liberis inceſtuoſis & ex damnato coitu natis? reſpondimus *L. 2. c. 7. §. 4. n. 3.*

Leſſ. lib. II. c. 10. dub. 2. & 3. Ib. c. 12. dub. 17. Leſſ. Lib. II. c. 33. dub. 8. Covarr. c. peccatum. p. 2.

XVI. Fur & raptor tenentur rem ſubtractam reddere cum ſuo incremento naturali, & cum ſeqvente damno aut ceſſante lucro: & ſi res perierit, æſtimationem non ſummam, non infimam, ſed mediam. In hac claſſe ponendi & illi, qvi legitima vectigalia fraudant. Similiter tenentur qvi judicio injuſto, accuſatione injuſta, teſtimonio injuſto damnum dederunt.

(*a*) h. L. c. XI. §. 6. n. 1. §. 7. n. 2. L. 3. c. 19. §. 4. Covarr. c. peccatum. §. 3. n. 5. Leſſ. Lib. II. c. 17. dub. 6.

XVII. Sed & qvi contractui aut promiſſioni cauſam dedit (*a*) dolo, vi aut metu injuſto, tenetur eum, qvicum actum eſt, in integrum reſtituere, qvia ille jus habuit, tum ne deciperetur, tum ne cogeretur; illud ex natura contractus, hoc ex naturali etiam †† libertate. His annumerandi ſunt, qvi id, qvod ex officio facere † tenebantur, facere noluerunt, niſi pecunia accepta.

†††

Facere noluerunt, niſi pecunia accepta) De horum pœnis *Gud. mer. ad Guil. Grot. c. 14. §. 3.* qvibus *jung. Ludov. Diſſ. fin. Th. 7. Int. b. Schnob. D. 8. Th. 27. & Dd. ad Conſtit. Crim. Carol. V. art. 64. Rubr.* von belohnten Zeugen.

†† L. II. c. XII. §. X. † L. II. c. X. §. XII.

XIIX. At qvi cauſam dedit, cur vim pati, aut metu cogi debeat, habet, qvod ſibi imputet. nam involuntarium ex voluntario ortum habens moraliter pro voluntario habetur.

(*b*) L. III. c. 3. per tot L. 2. c. 23. §. fin. n. 5. De offic. III. Bod. l. V. de Rep. c. 6. †† L. II. c. 15. §. 5. † L. II. c. XIII. §. 15. num. 2. (*c*) L. 3. cap. 6. & 13. it. cap. 9. & 16. (*d*) L. II. c. 22. §. 1. n. 2. † add. c. 20. §. 14. h. l.

XIX. At gentium conſenſu ſicut introductum eſt, ut bella omnia ſummæ poteſtatis auctoritate utrinqve geſta & indicta (*b*) pro juſtis habeantur, qvoad effectus externos, qva de re infra dicemus; ita & hoc, ut talis belli metus hactenus pro juſto habeatur, ne qvod ita obtentum eſt repeti poſſit. Atqve hoc ſenſu admitti poteſt diſtinctio Ciceronis inter hoſtem qvicum multa jura habemus, ut ait, communia, ex gentium conſenſu ſcilicet, & piratas ac latrones. †† Nam hi ſi qvid metu expreſſerunt, repeti poteſt, niſi jusjurandum † interceſſerit: qvod illi, (*c*) non item. Qvare qvod Polybio videtur, juſtam fuiſſe Carthaginenſibus cauſam belli Punici ſecundi, qvod Romani ab ipſis mercenariorum ſeditione occupatis bello denuntiato Sardiniam inſulam & pecuniam expreſſiſſent, habet naturalis æqvitatis aliqvam ſpeciem, ſed à jure gentium abit, ut alibi (*d*) explicabitur.

XX. 1. Ex neglectu tenentur reges ac magiſtratus, qvi, ad inhibenda latrocinia & piraticam, non adhibent ea, qvæ poſſunt † ac debent, remedia: qvo nomine damnati olim ab Amphictyonibus Scyrii. Qvæſitum memini ex

ex facto, cum patriæ nostræ rectores potestatem prædarum in mari ex hoste agendarum per codicillos plurimis dedissent, & eorum nonnulli res amicorum rapuissent, desertaqve patria mari vagarentur, ac ne revocati qvidem redirent, an rectores eo nomine tenerentur, aut qvod malorum hominum usi essent opera, aut qvod cautionem non exegissent. Dixi, eos in nihil amplius teneri, qvam ut noxios, si reperiri possent, punirent aut dederent: prætea in bona raptorum jus reddi curarent. Nam ipsos injustæ prædationis causam non fuisse, nec qvicqvam de ea participasse: prohibuisse etiam legibus, ne amicis noceretur: cautionem ut exigerent nullo jure fuisse obligatos, cum possent, etiam sine codicillis, omnibus subditis hostem spoliandi potestatem facere, qvod & factum olim esset: neqve talem permissionem causam esse cur damnum datum esset sociis, cum possent privati etiam sine permissu tali naves armare & in mare progredi. Mali vero an futuri illi essent, providere non potuisse: neqve vero vitari posse, qvo minus & malorum opera utamur, alioqvi nullum colligi posse exercitum.

2. Neqve vero, si qvid milites aut terrestres aut nautici contra imperium amicis nocu ssent, reges teneri: qvod * Galliæ & Angliæ testimoniis probatum. Ut vero sine culpa sua ex ministrorum facto qvisqvam teneatur, non esse juris gentium, ex qvo dijudicanda esset hæc controversia, sed juris civilis, nec generalis, sed adversus nautas & alios qvosdam ex rationibus peculiaribus introductum. Atqve in eam partem à suprema auditorii judicibus contra Pomeranos qvosdam pronuntiatum est, idqve ad exemplum rerum incausa non dispari ante duo secula judicatarum.

Const. Galliæ Tom. III. Tit. 3. constitutione ann. 1583. c. 44.

***

Galliæ) Vide etiam tomo constitutionum III. tit. II. constitutione anni clɔIɔ XLIII. c. 44.

XXI. Illud qvoqve notandum est, ut mancipium, aut animal, qvod damnum aut pauperiem † fecit, noxæ dedatur, itidem ex jure civili esse. nam dominus, qvi in culpa non est, natura ad nihil tenetur. ut nec is, cujus navis sine ipsius culpa navi alterius damnum dedit; qvamqvam multorum populorum legibus, ut & nostra, damnum tale dividi solet ob culpæ probandæ difficultatem.

† L. I. c. II. §. 3. n. 2.

†††

Itidem ex jure civili esse) Vid. Molin. de J. & J. Tract. 2. Disp. 713. num. 6. Martin. Benacin. Theolog. Moral. tom. 2. tract. de Restit. Disp. 1. qvæst. 3. punct. 8. num. 2. & seq. Cardinal. de Lug. de J. & J. Disp. 8. sect. 3. Johann. de Dicastill. de J. & J. lib. 2. tr. 2. Disp. 3. dub. 1. Contra hos disputat Dn. Struv. Synt. J. C. Exerc. 14. Th. 8. cum Gabriel. Vasqvez. Op. Moral. de Restit. c. 2. §. 2. dub. 1. num. 5. Nam ipsum animal, licet ratione careat, itaqve injuriam fecisse dici neqveat, ex ipsâ re, seu damno dato & ex facto qvasi obligatur, afficitur & fit obnoxium, Hahn. ad Wesenbec. ff. Si qvadrup. pauper. fecisse dicat. n. 1. Ultima namqve & unica damni causa est compensatio, facienda illius ipsiusmet animalis, qvod

qvod causâ delicti fuit, deditione: qvia dominus, si isto carere nolit, luere æstimationem damni tenetur: qvò, ut domini est utilitas & fructus, ita ejus sit inutilitas & damnum. Et hoc, qvamvis ipsum jus naturæ non ita præcisè dictitet, tamen ab eo non est alienum, sed æqvitati maximè congruum.

Sine ipsius culpâ alterius noxi damnum dedit) Secus si culpa qvædam præcesserit, videri poterit de utroqve casu *Marqvard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 5. n. 33. cap. 11. n. 37. in fin. ibiqve plur. cit. Dd.*

XXII. Sed damnum, ut diximus, etiam adversus honorem & famam datur, puta verberibus, contumeliis, maledictis, calumniis, irrisu, aliisqve similibus modis. In qvibus non minus, qvam in furto atqve aliis criminibus, vitiositas actus ab effectu discernenda est. nam illi pœna respondet, huic damni reparatio, qvæ fit culpæ confessione, * exhibitione honoris, testimonio innocentiæ, & per ea, qvæ his similia sunt: qvanqvam & pecunia tale damnum rependi poterit, si læsus velit, qvia pecunia communis est rerum utilium mensura.

Lefl. l. II. c. 11. dub. 19, 25. 27.

Soto l. IV. q. 6. art. 3.

***

Exhibitione honoris, testimonio innocentiæ) Vide exemplum Viviani, qvi accusationis injustæ pœnitentia ductus est, apud Cassiodorum IV. 41.

CAPUT XIIX.

De legationum jure.

I. Obligationes qvasdam ex jure gentium nasci, ut jus legationum.
II. Inter qvos locum habeat.
III. An semper admittenda legatio.
IV. Adversus legatos periculosa molientes defensionem licitam, non exactionem pœnæ.
V. Legationis jure non teneri eum, ad qvem legatus missus non est.
VI. Hostem, ad qvem missus est legatus teneri.
VII. Nec opponi posse jus talionis.
IIX. Jus hoc & ad comites legatorum porrigi, si legati voluerint.
IX. Et ad bona mobilia.
X. Exempla obligationis sine cogendi jure.
X. Qvanti sit hoc jus legationis.

I.

HActenus ea memoravimus, qvæ ex jure naturæ debentur nobis, paucis duntaxat additis de gentium jure voluntario, qvatenus ab eo aliqvid erat juri naturæ superadditum. Restat veniamus ad obligationes, qvas ipsum per se jus illud gentium, qvod voluntarium dicimus, induxit. qvorum genere præcipuum est caput de jure legationum. Passim enim legimus sacra legationum, * sanctimoniam legatorum, jus gentium illis debitum, jus divinum humanumqve: sanctum inter gentes jus legationum, fœdera sancta gentibus, fœdus humanum: sancta corpora legatorum: Papinio:

Sanctum populis per secula nomen.

Cicero de Haruspicum responsis: *Sic enim sentio, jus legatorum cum hominum pre-*

præsidio munitum, tum etiam divino jure esse vallatum. Itaqve hoc violare non injustum tantum esse, * sed & impium, omnium confessione ait Philippo in epistola ad Athenienses.

***

Sanctimoniam legatorum) Pomponius L. si qvis 17. D. de Legationibus: *si qvis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, qvia sancti habentur legati: & ideò, si cum legati apud nos essent gentis alicujus, bellum cum eis indictum sit, liberos eos manere, id enim juri gentium convenire esse.* Itaq; *cum qvi legatum pulsasset Qvintus Mucius dedi hostibus qvorum erant legati solitus est respondere.* Lege Julia de vi publica tenetur, qvod ad legatos, oratores, comitesvè attinebit, si qvis eorum qvem pulsasse, sive injuriam fecisse arguetur, Ulpiano respondente in L. 7. lege Julia. D. ad legem Juliam de Vi publica. Josephus Antiqvæ historiæ lib. XV. multum prædicat legatorum sanctimoniam, qvibus ait commune cum Angelis Dei nuntiis nomen. Varro lib. III. de lingva Latina: *Sancta sunt corpora legatorum.* Cicero Verrina III. *Legatorum jus divino humanoq; vallatum præsidio, cujus tam sanctum & venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum jura, sed & hostium tela incolume versetur.* Scriptor vitæ Epaminondæ: *cum legationis jure se tectum arbitraretur, qvod apud omnes gentes sanctum esse consvesset.* Diodorus Siculus in Excerptis Peiresianis n. 248. τὸ ἄδεικτον vocat τῆς τῶν πρεσβέων ἀσυλίας, *securitatem à legatorum sanctimonia.* Apud Papinium lib. II.

tutique regressus
Legato.

item: *& sanctum populis per sæcula nomen*
Legatum.

Chrysostomus: καὶ δεῖ τὸ κοινὸν νόμον φοβεῖσθαι, ὃν ὁ πρεσβεύων ἀδέσποτον πάσχει τι κακόν: *ne commune qvidem fas hominum reveriti sunt qvod tutos præstat legatos ab omni malo.* Servius ad X. Æneidos: *ab omni injuria tectis jure gentium.* Ne omnia loca eodem, adde Livium lib. I. de Laurentibus, Dionem Chrysostomum de lege & consvetudine, Vellejum Paterculum initio lib. II. Menandrum Protectorem, Epistolam Felicis ad Zenonem in appendice Codicis Theodosiani data à Sirmundo. Totilas apud Procopium Gothicorum III. πᾶσι μὲν, ὡς ὅτι πλεῖστα εἰπεῖν νόμῳ βαρβάρῳ, τὸ χρῆμα τῶν πρεσβέων σέβειν: *omnibus, ut generatim loqvar, barbaris mos Legatos venerari.* idem de barbaris dixit Scalnaburgensis. Aimonius regi Clodovæo hæc dicta tribuit: *Ad extremum pro divinis simul humanisq; legibus, qvæ injuriarum immunes sanctum debere esse eos, qvi mediatores hostilium efficiuntur armorum. Inter arma namq; sola legatio pacis sequestra est. Exuit hostem, qvi legatione fungitur.* Vide & Radevicum in appendice. de Polonis vide Cromerum libro XX. de Turcis Leunclavium libro IIX. & lib. XVII. de Mauris Marianam lib. XII.

Sed & impium) ἔργον ἀσεβὲς ait Plutarchus in vita Æmilii, narrans Gentu factum, Josephus libro XV. hiſtoriæ antiqvæ: τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ πολεμίοις πολεμίοις διαλλάττειν δύναται. ποῖον δὲ μεῖζον ἂν γένοιτο ἀσέβημα ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι τοὺς ὑπὲρ δικαίων διαλεγομένους: *Hoc nomen & hoſtes hoſtibus valet reconciliare, qvid ergo fieri magis impium poteſt, qvam legatos occidere pro æqvitate loqventes?*

H. 1. Sed primum ſciendum eſt, qvalecunqve eſt hoc jus gentium, de qvo videbimus, ad eos legatos pertinere, qvos mittunt, qvi ſummi imperii ſunt compotes inter ſe. Nam qvi extra hos legati ſunt provinciales, municipales, atqve alii, non jure gentium, qvod inter gentes eſt diverſas, ſed jure civili reguntur. Legatus apud Livium publicum ſe nuncium Populi Romani vocat. Apud eundem Livium alibi Senatus Romanus jus legationis externo, non civi, comparatum ait: & Cicero, ut oſtendat non eſſe legatos mittendos ad Antonium; *Non enim*, inqvit, *cum Annibale res eſt, hoſte Reipublicæ, ſed cum cive.* Qvi autem externi habendi ſint, ita clare expoſuit Virgilius, ut nemo Jurisconſultorum poſſit clarius:

Lib. I.

Lib. VI.

Lib. VII. Æn. v. 370.

Omnem equidem ſcepteris terram, qvæ libera noſtris
Diſſidet, externam reor.

†††

Compotes inter ſe) In Imperio noſtro Romano-Germanico hoc rectè etiam ad Status Imperii, qvatenus ſuperioritate territoriali & jure αὐτοκεφαλείας gaudent, extenditur, *Brandlacht. in Epitom. Jurispr. Publ. l. 4. c. 3. §. 6. Knipſchild. de Civit. Imp. Jur. & Privil. lib. 2. cap. 25.* Sed qvid dicendum primò de Nobilibus Imperii immediatis? Iis itidem jura legationis tribuit *Wurmſer. Exerc. 4. th. 7.* non qvidem ut ſingulis, ſed ut Collegiis, den Viertheilen. *add. Eckolt. ad Tit. D. de Legation §. 4. Beſold. de Legat. c. 3. §. 3. Ruſch. de Legat. them. 26.* Rationem addunt, qvia regalia & ſuperioritatis jura Nobilibus hiſce ſunt communicata. Sed qvamvis concedamus, regalia Nobilibus immediatis competere; interim illa multis paraſangis à ſuperioritate territoriali diſcrepant, qvippe qvæ ſolùm & unicè Statibus imperii competit, & cum iisdem reciprocatur, *Vid. Dn. Stranch. Ex. Exot. Jur. Publ. 4. th. 22.* Jam verò (exceptis paucis, de qvibus *Limn. de J. P. lib. 6. cap. 3. n. 32.*) Nobiles Imperii Status non ſunt, uti patet ex declaratione Electorum & Statuum Catholicorum Ann. 1631. Dieweil die Fränckiſche Ritterſchafft weder ein Stand des Reichs iſt/ noch in einigen völligen Reichs-Deputation oder andern conventibus Seſſionem noch votum hergebracht. *add. Myler. ad Rumel. in Comment. ad A. B. Carol. IV. D. 1. th. 2. Hug. de Stat. Reg. Germ. cap. 5. §. 5. & 6. Dn. Stranch. l. c. Lamp. de Rep. Rom. Germ. p. 3. cap. 3. §. 21.* Ergo nec iisdem ſuperioritas hæc eſt attribuenda, adeoqve nec ex hoc fundamento verum Legationis jus: idqve etiam inter alia movere potuit *Kirchner. c. 3. lib. 1. de Legat.* Porrò hic disqvirunt: An ſæpius dictum jus etiam competat Civitatibus Anſeaticis, qvæ Imperiales non ſunt? Affirmant hoc *Brandlacht. l. c. Matth. Bort. in Jur. Publ. Arnum. Vol. 1. diſc. 14. concluſ. 8. lit. a.* contrà *Kirchner. de Legat. l. 1. c. 3. num. 56.* Veruntamen de his, ſi per ſe ſpectentur, negativa verior videtur, per ea, qvæ de Nobilibus propoſuimus: niſi forte integrum earum Collegium, & per conſeqvens initam cum reliqvis Imperialibus ſocietatem, attendamus, ab Imperio qvippe & aliis Principibus exteris approbatam; reſpectu cujus affirmativam *Bortii* admittimus.

Municipales) *Vid. l. 1. ff. de Legationib.*

2. Qvid

2. *Qvi ergo impari junguntur fœdere, † cum sui juris esse non desinant, jus habebunt legationis: imo & hi, qvi ex parte subditi sunt, ex parte non sunt, pro ea parte, qva non †† sunt subditi. At reges, qvi bello solenni victi regnoqve exuti sunt, cum aliis regni bonis & jus legandi perdiderunt. Ideo Persei à se victi caduceatores retinuit P. Æmilius.

† L. I. c. III. §. XXI. L. II. c. XV. § VII n. 3.
†† L. I. c. IV. §. 13.

***

Qvi ergo impari junguntur fœdere) Cromerus XXX.

†††

Regnoqve exuti sunt) in totum, *Vid. Grot. l. 1. c. 4. § 19. lib. 2. c. 16. § 6.* ita ut etiamnus qvoqve dederint victas: alioqvin ubi spes restitutionis supereſt, jus omne Legati mittendi neqvicqvam amiserunt. Hinc lis adhuc est sub judice, an recte fecerit Æmilius Persei à se victi caduceatores retinendo; qvamvis eosdem ut Legatos admittere & venerari adstrictus non fuerit ex relatione victoris & victi, æqvalitatem exitingvente, uti optimè hic monent Dn. *Zigler. p. 411. Dn. Osiand. p. 1081.*

3. In bellis vero civilibus necessitas interdum locum huic juri facit extra regulam, * puta, cum ita divisus est populus in partes qvasi æqvales, ut dubium sit, ab utra parte stet jus imperii; aut cum jure admodum controverso de regni successione duo decertant. nam hoc eventu gens una pro tempore qvasi duæ gentes habetur. ita * Flavianos accusat Tacitus, qvod sacrum etiam inter exteras gentes legatorum jus in Vitellianis civili rabie temerassent. Piratæ & latrones, qvi civitatem non faciunt, jure gentium niti non possunt. Tiberius cum ad eum Tacfarinas legatos misisset indoluit, qvod desertor & prædo hostium more ageret; qvæ verba sunt Taciti. Sed interdum tales qvi sunt, jus legationis nanciscuntur fide data, ut olim fugitivi in saltu Pyrenæo.

Hist. III. c. 80.
An. III. c. 73. Cas. l. III. de bello civili.

***

Puta cum ita divisus est populus) vide de legatis civitatis Toleti ad regem, Johannem Marianam libro XXII, 8. de Flandris, Crantzium Saxonicis XII. 33.

Flavianos accusat Tacitus) Et Magnentium Zosimus libro II. Μαγνέντιος δὲ ἡκαθ' ἑαυτὸν ἔχειν ὑπώλιθ, πότερον χρὴ Φιλιππον ἀπρακτον ἀποπέμψαι, ἢ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον πατοῦντα θεσμόν. *Magnentius apud animum suum volebat, deberet ne Philippum irritum dimittere, an apud se retinere calcato jure legationum.* Is Philippus à Constantio venerat.

†††

Piratæ & latrones, qvi civitatem non faciunt) Secus dicendum de Latrunculis exteræ sive barbaræ gentis, de qvibus *l. 5. §. 2. l. 8. ff. de Captiv. & Postlim. Grot. l. 2. c. 15. §. 5. l. 3. c. 3. § 2. n. 2. c. 9. § 18 n. 1. & passim. Franz. lib. 2. Resolut. 9. n. 2. & seqq. it. n. 47. & seqq. ubi elegant.*

III. 1. Duo autem sunt de legatis, qvæ ad jus gentium referri passim videmus, prius * ut admittantur, deinde ne violentur. De priore locus est Livii ubi Hanno Senator Carthaginensis in Annibalem sic invehitur: *Lega-*

Lib. XXI.

tos ab ſociis & pro ſociis venientes bonus imperator noſter in caſtra non admiſit: jus gentium ſuſtulit. Qvod tamen non ita crude intelligendum eſt: * non enim
Thuc. l. II. omnes admitti præcipit gentium jus: ſed vetat ſine cauſa rejici. Cauſa eſſe poteſt ex eo, qvi mittit; ex eo, qvi mittitur; ex eo, ob qvod mittitur.

* * *

Ut admittantur) Donatus ad prologum Hecyræ: *Oratorem audire oportere jus gentium eſt.*

Non omnes admitti præcipit Gentium jus) Vide Cambdenum in anno cIↃ ↃLXXI. qvæſtionum ibi propoſitarum qvarta.

Thuc. l. II. Zonaras. 2. Meleſippus Lacedæmoniorum legatus auctore Pericle dimiſſus eſt extra fines agri Attici, qvod ab hoſte armato veniret. Sic * Senatus Romanus negavit ſe Carthaginenſium legationem admittere poſſe, qvorum exer-
Liv. l. XLI. citus eſſet in Italia. Perſei adverſus Romanos bellum molientis legatos non
Procop. l. II. & III. admiſerunt Achæi. Sic Totilæ legationem rejecit Juſtinianus & Gothi, qvi Urbini erant Beliſarii oratores. Cynethenſium qvoqve, ut gentis ſceleratæ,
Libro IV. legatos undiqve pulſos narrat Polybius. Secundi exemplum eſt in Theodoro,
l. c. §. V. n. 1. qvi ἄθεος vocabatur, qvem à Ptolemæo ad ſe miſſum audire Lyſimachus noluit: demqve aliis evenit peculiaris odii cauſa. Tertium qvod diximus locum
II. Reg. XIIX. habet, * ubi cauſa mittendi, aut ſuſpecta eſt, ut Rhabſacis Aſſyrii legatio ad
Liv. l. XXVII. populum concitandum meritò ſuſpecta erat Ezechiæ, aut non ex dignitate, aut temporibus conveniens. Sic Ætolis denuntiarunt Romani, ne
Lib. XXXII. qvam legationem mitterent, niſi permiſſu Imperatoris: Perſeo, ne Romam mitteret, ſed ad Licinium: & Jugurthæ legatis edictum, & intra decem dies
Sall. Jug. Italia excederent, ni regnum & regem deditum veniſſent. Optimo autem jure rejici poſſunt, qvæ nunc in uſu ſunt legationes aſſiduæ, qvibus qvam non ſit opus, docet mos antiqvus, cui illæ ignoratæ.

* * *

Senatus Romanus negavit ſe Carthaginenſium legationem admittere poſſe, qvorum exercitus eſſet in Italia) de hoc Romanorum more vide Servium ad VII. Æneidos.

Ubi cauſa mittendi aut ſuſpecta eſt) Sic Andreas Burgus Cæſaris Legatus in Hiſpaniam non admiſſus, Mariana libro XXIX. Simile apud Cromerum libro XX.

Intra decem dies Italia excederent) Carolus Qvintus Imperator Legatos Galliæ, Venetorum, & Florentinorum ad bellum ſibi indicendum miſſos deduci juſſit in locum, qvi à comitatu ſuo abeſſet triginta milliaria. Guicciardinus libro XIIX. Bellajus libro III.

†††

Aut non ex dignitate) Teſtatur hoc *Salomon Schweigger Itinerar. Conſtantinopol. lib. 2. cap. 19. p. 87.* de Legato Hiſpanico ad Portam Ottomanicam, qvem propter varias ſuſpiciones ultra biennium fruſtra ſpe lactatum tandem re infectâ dimiſit Primo Veſirius,

sirius, sub hoc prætextu, qvasi ipse non ita multo ante vilissimum apud Turcas mancipium extiterit, cum è contrario Romanorum Imperator viros maximè illustres ablegare soleat.

IV. 1. De non violandis legatis difficilior est qvæstio, & varie à claris hujus seculi ingeniis tractata. Videndum autem habemus de legatorum personis, deinde de comitibus eorum ac bonis. De personis alii ita sentiunt, jure gentium vim duntaxat injustam à Legatorum corporibus arceri. censent enim privilegia ex jure communi interpretanda. Alii non omnibus de causis putant legato vim inferri posse, sed ita, demum, si jus gentium ab eo læsum sit, qvod satis late patet: nam in jure gentium jus naturæ includitur, ita, ut ex omnibus delictis puniri jam legatus possit, nisi qvæ ex mero jure civili oriuntur. Restringunt hoc alii ad ea, qvæ contra statum Reipublicæ, aut dignitatem ejus, ad qvem legatus mittitur, fiunt: qvod ipsum sunt, qvi periculosum putant, & qverelas exponendas ei, qvi misit, ejusqve arbitrio permittendum legatum. Sunt & qvi putant, consulendos reges aut gentes, qvarum nihil interest: qvod prudentiæ esse potest, juris non potest.

***

De non violandis legatis) Menander Protector de Justino II. Imperatore: ὁ δὲ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν πρεσβυτέρων θεσμὸν, εἶχεν ἐν δεσμοῖς. *Ille Avarorum legatos contra jus legationum in vinculis habuit.* Vide Ern. Cothmannum responso XXXII, num. 29, & seqventibus, volumine V.

†††

De non violandis legatis) *Vide Arum. ad A. B. Carol. IV. D. 1. th. 21. & in J. P. Vol. 1. disc. 12. per tot.* satis eleganter *Becht. de Securit. class. 2. num. 173. & seqq. Fred. de Marselaer. Legat. lib. 2. Dissert. 13. p. 347. Rich. Zoucheum de Legati delinqventis judice competente ibiqve Henel. in not. Horn. de Civit. lib. 2. c. 8. th. 6. seqq.*

Aut dignitatem ejus, ad qvem legatus mittitur) Conferatur prolixior & per argumenta pro & contra examinatus discursus apud *Dn. Gerh. Feltmann. de Tit. Honor. lib. 2. cap. 8. per tot.* cum Stephanus Razin, Ottomannus, superatis Regnis Astracano & Cusano Moschorum Imperatoris legatos ad se missos cum Epistolis Fiduciæ (in qvibus titulis, qvos Razin jure sibi deberi contendebat, omissi erant) tanqvam canes in aqvam, saxis eorum collis alligatis, projici mergiqve jussisset.

2. Rationes, qvas pro se qvisqve afferunt, nihil definite concludunt: qvia jus hoc non, ut jus naturale, ex certis rationibus certo oritur, sed ex voluntate gentium modum accipit. Potuerunt autem gentes aut omnino cavere legatis, aut cum certis exceptionibus. nam & hinc utilitas stat pœnæ in gravia delinqventes, & inde utilitas legationum, qvarum mittendarum facilitas securitate, qvanta potest esse maxima, optime promovetur. Spectandum ergo, qvousqve gentes consenserint: qvod ex solis exemplis evinci non potest. Exstant enim satis multa in partem utramqve. Recurrendum igitur tum ad sapientum judicia, tum ad conjecturas.

3. Judicia duo habeo maxime illustria; Livii alterum, alterum Sallustii. Livii hoc est de legatis Tarqvinii, qvi proditionem concitaverant Ro- L. II. c. 5.

mæ: *Quanquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.* Videmus hic, etiam ad eos, qvi hostilia patrant, jus gentium extendi. Sallustii dictum ad comites legationis, de qvibus mox † dicemus, non ad legatos ipsos pertinet: sed recte *à majori*, id est minus credibili, *ad minus*, id est magis credibile procedet argumentatio. Is ita ait: *Fit reus magis ex æqvo bonoq; qvam ex jure gentium Bomilcar comes ejus, qvi Romam fide publica venerat.* Bonum & æqvum, id est merum naturæ jus patitur pœnas †† exigi, ubi reperitur, qvi deliqvit: at jus gentium legatos & qvi his similes fide publica veniunt excipit. Qvare ut rei fiant legati contra jus est gentium, qvo vetari multa solent, qvæ jus naturæ permittit.

† h.c. §. IIX.

Bello Jug.

†† L. II. c. XX. §. 1. n. 2.

†††

Ad minus, id est magis credibile) Qvidam hic ordinem potius invertendum contendunt. Nos pro *Grotio* defendendo dicere possumus, Ipsum forte argumentari voluisse à majori dubitatione ad minorem. Magis qvippe dubitatur, an legationis comes sit inviolabilis pariliqve securitate gaudere debeat, qvam an ipse legatus.

4. Conjectura qvoqve hinc stat. Verius enim est, privilegia ita intelligenda, ut aliqvid tribuant ultra jus commune. Qvod si legati ab injusta tantum vi tuti essent, nihil in eo magni esset, nihil præcipui. Adde, qvod securitas legatorum utilitati, qvæ ex pœna est, præponderat. Nam pœna haberi potest per eum, qvi legatum misit volentem: & si nolit, ab ipso exigi bello, tanqvam criminis approbatore. Objiciunt aliqvi satius unum plecti qvam bello multos involui. atqvi si is, qvi legatum misit, factum ejus probet, legati pœna bello nos non eximet. Parte vero altera valde in lubrico locatur salus legatorum, si actuum suorum rationem alii reddere debeant, qvam à qvo mittantur. Nam cum plerumqve diversa, sæpe & adversa sint consilia eorum, qvi mittunt legatos, & qvi accipiunt, vix est ut non semper aliqvid in legatum dici possit, qvod criminis accipiat speciem. Et qvanqvam qvædam sunt ita manifesta, ut dubitationem non habeant, sufficit tamen ad æqvitatem & utilitatem legis universalis periculum universale.

5. Qvare omnino ita censeo, placuisse gentibus ut communis mos, qvi qvemvis in alieno territorio existentem ejus loci territorio subjicit, exceptionem pateretur in legatis, ut qvi ficut fictione qvadam habentur pro personis mittentium (*Senatus faciem secum attulerat, auctoritatem Reipublicæ*, ait de legato qvodam M. Tullius) ita etiam fictione simili constituerentur qvasi extra territorium. unde & civili jure populi, apud qvem vivunt non tenentur. Qvare si tale sit delictum, qvod contemni posse videatur, aut dissimulandum erit, * aut è finibus jubendus excedere legatus. qvod Polybius ei factum narrat, qvi Romæ obsidibus fugiendi causam præbuerat. Unde obiter datur intelligi, qvod alio tempore legatus Tarentinorum qvi idem deliqverat virgis cæsus est, id eo evenisse * qvod Tarentini victi sub Romanis esse cœpissent. Si crimen sit atrocius, & ad publicum malum spectans, * mittendus erit legatus

Phil. VIII.

gatus ad eum qvi misit, cum postulato, ut eum puniat aut dedat, qvomodo Gallos postulasse legimus, ut sibi dederentur Fabii. L.I.c.III.§.V. n.4. L.II.c. XXI.§.4. n.2.

***

Aut è finibus jubendus excedere Legatus) Fecit id Stephanus Poloniæ Rex Moscis; Thuanus libro LXXIII. in anno cIↃ IↃ LXXXI. Elisabetha Scoto, & Hispano. Utrumqve habes apud Camdenum in anno cIↃ IↃ LXXI. & cIↃ IↃ LXXXIV. L.III. c.III. §.X.

Qvod Tarentini victi sub Romanis esse cœpissent) Sic Carolus V. Legato Ducis Mediolanensis, ut subditi sui, imperavit, ne a comitatu suo abscederet. Guicciardinus indicato jam loco.

Mittendus erit legatus ad eum, qvi misit) Dion in excerptis Legationum: ὅτι νεανίσκοι τινὲς καρχηδονίων πρέσβεις τε εἰς τὴν ῥώμην ἐλθόντες, ὑβρίσαντες ἐπεμέθησαν μὲν εἰς τὴν καρχηδόνα καὶ ἐξεδόθησαν σφίσιν, οὐκ ἐπαθον δ' ὑπ' αὐτῶν δεινὸν οὐδέν, ἀλλ' ἀφείθησαν. *Cum juvenes quidam legati à Carthagine Romam venissent, ibiq, contumeliose quædam fecissent, missi sunt Carthaginem, traditiq; Carthaginensibus, ab his vero nihil illis nocitum est, sed dimissi sunt incolumes.*

6. Sed qvod supra diximus aliqvoties, humana jura omnia ita esse comparata, ut non obligent in summa necessitate, id de hoc qvoqve præcepto sanctimoniæ legatorum obtinebit. Verum is apex necessitatis non est in sumtione pœnæ, qvam & aliis in casibus tolli jure gentium infra apparebit, cum de solennis belli effectibus †† agemus: multo minus in loco, tempore, ac modo sumendæ pœnæ, sed in præcautione gravis mali, præsertim publici. Qvare ut obviam eatur imminenti periculo, si alia nulla est ratio idonea, & retineri & interrogari legati poterunt. Ita Consules Romani Tarqvinii * legatos deprehenderunt, * literarum in primis habita cura, ut Livius loqvitur, ne interciderent. L. II. c. 2. §. 6. seqq. †† L.III.c.IV. seqq.

***

Legatos deprehenderunt) Pelopidas in vincula conjectus ab Alexandro Pheræo, qvod legatus cum esset, Thessalos ad libertatem concitaret; Plutarchus, & Latinus scriptor vitæ Pelopidæ.

Literarum in primis habita cura) vide Serranum in Henrico IV.

7. Qvod si vim armatam intentet legatus, sane occidi poterit, non per modum pœnæ, sed per modum naturalis defensionis. Sic Fabios qvos violatores juris humani Livius vocat, Galli occidere potuerunt. Itaqve apud Euripidem Heraclidis Demophon fecialem ab Eurystheo missum & vi supplices abripere conantem vi prohibuit, & cum ille diceret: L.V.c.35.

Tun' fecialem cædere hunc missum audeas?

respondet,

Ni fecialis dexteram à vi temperet.

Huic

Huic feciali nomen fuisse * Copreo, * & qvia vi ageret, à populo Athenienſi interfectum narrat Philoſtratus vita Herodis. Diſtinctione non diſſimili ſolvit Cicero qvæſitum illud, an patrem patriæ proditorem filius accuſare debeat. Vult enim debere ad avertendum periculum imminens, non autem vitato jam periculo in facti pœnam. Off. III.

***

Copreo) vide Iliados O.

Et qvia vi ageret) Sic interpretandum, qvod Theodahatus Gotthus Juſtiniani legatis dicit apud Procopium Gotthicorum I. σεμνὸν μὲν τὸ ξένων τῶν πρέσβεων καὶ ἄλλως ἔνιμον καθέστηκεν εἰς πάντας ἀνθρώπους. τοῦτο δὲ τὸ γέρας οἱ τόδε οἱ πρέσβεις ἐν σοφίσιν αὐτοῖς ἀμφιζήσιν, ἑαυτοῖς σφίσιν ἀπεικότα φυλάξαι τὸ τῆς πρεσβείας ἀξίωμα. ἡδέως γὰρ ἄνδρα πρεσβύτην ἰδίᾳ νενομίκασιν ἀνθρωποι, ὅπου ἢ εἰς βασιλέα ὑβρίσαι φαίνηται, ἢ γυναικὸς ἄλλῳ ξυνοικούσης εἰς λύπην ἐλθοι. *Sanctum apud homines legatorum nomen, plenumqve honoris. Sed hos ipſi legati ſibi interdum ſervant, qvamdiu ſua modeſtia legationis dignitatem tueatur. ita enim exiſtimant homines, fas eſſe vel interficere legatum, ſi is in principem, ad qvem mittitur, ſit injurioſus, aut alienum matrimonium violet.* Legati vero, cum oſtendiſſent longiſſime ſe abeſſe ab adulterii ſuſpicione, qvorum ne exitus qvidem ſine cuſtode eſſent, addunt prudenter: τοὺς λόγους ἢ ὅσους ἄν τις ἐκ πέμψαντος ἀκηκοὼς εἴπῃ σὺν αὐτοῖς τῶν ἐντεῦθεν αἰτίαν, ἦν γε σὺν ἀγαθοῖ τύχωσιν ὄντες, εἰκότως ἂν λάβοι. ἀλλ' ὁ μὲν κελεύσας φέρεσθαι δικαίως τὸ ἔγκλημα τοῦτο. τῷ δὲ πρεσβύτῃ τὸ τῶν ὑπουργίαν ἐκτελέσαι ἀβλαβῆ μόνον. *Si legatus ea dixerit, qvæ audivit à principe qvi ipſum miſit, ea ſi non ſint commoda, præſtare non ipſe debet culpam, ſed qvi eum miſit. ipſi qvippe nihil aliud conceſſum eſt, qvam miniſterio mandato fungi.* Vide & Camdenum indicato jam loco anni CIↃ IↃ LXXI.

†††

Non autem vitato periculo) Cod. L. 35. D. de Religioſ. & Sumpt. Funer. Amad. Eckolt. Comment. ad L. Jul. Majeſt. §. 16. in fin.

V. 1. Ea vero, qvam dixi, lex de vi legatis non inferenda, intelligenda eſt, eum obligare ad qvem miſſa eſt legatio, atqi ita demum, ſi admiſit, qvaſi ſcilicèt ab eo tempore tacita pactio interceſſerit. Ceterum denunciari & poteſt & ſolet, ne mittantur legati; alioqvi pro hoſtibus fore: ut Ætolis à Romanis eſt denuntiatum, & olim à Romanis Vejentibus edictum, ni faceſſerent urbe, daturos qvod Lars Tolumnius dediſſent: & Romanis à Samnitibus, ſi qvod adiiſſent in Samnio concilium, haud inviolatos † abituros. Non pertinet ergo hæc lex ad eos, per qvorum fines non accepta venia tranſeunt legati. nam * ſiqvidem ad hoſtes eorum eunt, aut ab hoſtibus veniunt, aut alioqvi hoſtilia moliuntur, interfici etiam poterunt, qvod Athenienſes fecerunt legatis inter Perſas & Spartanos, Illyrii legatis inter Eſſios & Romanos: multoqve magis vinciri, qvod conſtituit Xenophon in qvosdam, Alexander in eos

Liv. l. xxvii. Idem. L. IV. libro X. † l. 6. §. 3. n. 2.

Thuc. L. II. App. de Bello Ill. Lib. VI. de

eos, qvi Thebis & Lacedæmone ad Darium missi erant, Romani in legatos * Philippi ad Annibalem, & Latini in legatos Volscorum. Exp. Cyri. Ar. lib. II. Liv. l. XXIII.

***

Siqvidem ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt) Siculi Atheniensium socii legatos Syracusanorum missos ad civitates alias cepere; Thucydides lib. VII. Sic & Argivi cepere legatos Athenis à factione paucorum missos & Argos perduxere; idem Thucydides libro VII. Legatos Ætolorum ad Romanos intercepere & pretium eis extorsere Epirotæ. horum unus literis Romanorum liberatus; Polybius in excerptis legationum num. 27. De Gallorum ad Turcam legatis *Fregosio & Rincone*, qvos in Pado Hispani ceperunt & occiderunt, vide judicia Besoldi Class. 2. Disp. 8. §. 13. Parutæ libro XI. Bezari libro XXI. de Flandriæ civitatum legatis ad Gallum captis à Maximiliano Cranzium Saxonicorum XII, 33. Laudatur Belisarii clementia, qvod Gelimeris legatis in Hispaniam missis & ab Hispania reversis Carthaginem, qvæ jam facta erat Romanorum, pepercerit; Procopius Vandalicorum I.

Philippi ad Annibalem) Vide Appianum in excerptis Legationum n. 19.

†††

Denunciari) Franciscus Rex Galliæ, ne qvid à feciali Caroli V. Imp. audire cogeretur, qvod suo nomini majestatique labem ullam inureret, ut adventare audiit, crucem pro palatio figi imandavit, ac feciali denunciari, certum sibi crucis exitium impendere, si mandata exposuisset, *Bodin. l. 1. de Rep. cap. 6. num. 620. Schonborn. l. 3. c. 27.*

2. Tale si nihil sit, & male tractentur legati, * non illud jus gentium, de qvo agimus, sed amicitia & dignitas, aut eius, qvi misit, aut ejus, ad qvem eunt, violata censebitur. Justinus de Philippo, posteriore Macedonum rege: *Legatum deinde ad Annibalem jungendæ societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehensus & ad Senatum* (Romanum) *perductus incolumis dimissus est, non in honorem Regis, sed ne, dubius adhuc, inimicitias hostis redderetur.* Lib. XXIX.

***

Non illud jus gentium, de qvo agimus) Aliud fit, si qvis extra fines suos insidias ponat legatis alienis: eo enim jus gentium violaretur. Et hoc continetur in Thessalorum oratione contra Philippum apud Livium.

VI. Ceterum admissa legatio * etiam apud hostes, tanto magis apud inimicos, præsidium habet juris gentium. Caduceatoribus in bello pacem esse dixit Diodorus Siculus. Lacedæmonii, qvi Persarum feciales interfecerant, eo dicuntur συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, *confudisse omnium hominum jura. Si qvis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur, qvia sancti habentur legati*, inqvit Pomponius. Et Tacitus hoc jus, de qvo agimus, vocat *hostium jus & sacra legationis & fas gentium*. Cicero prima Verrina: *Nonne legati inter hostes incolumes esse debent?* Seneca Her. Pol. Lult. D. de Legatis. Ann. I. Lib. III. c. II.

Lib.IV. neca de ira : *Violavit legationes rupto gentium jure.* Livio cædes ruptura jus gentium, scelus, causa nefanda, cædes impia dicitur, in historia legatorum, qvos Fidenates occiderant. Et alibi : *Legatis in periculum additis: ne belli qvidem jura relicta erant.* Curtius : *Caduceatores, qvi ad pacem eos compellerent, misit, qvos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in alvum.* Merito sane : nam & in bello plurima incidunt negotia, qvæ nisi per legatos transigi non possunt, & ipsa pax vix est, ut aliter coëat.

Lib.XXIV. Lib.IV. l.IV.c.II.§.15.

***

Etiam apud hostes) vide loca modo producta ad §. I. Donatos ad illud Eunuchi: *Convenire & colloqvi. Sic pronunciandum est, ut qvasi dicat, liceat per te, miles, qvod etiam inter hostes & bello licet.*

VII. Solet & illud qværi, an jure talionis interfici, aut male tractari legatus possit ab eo veniens, qvi tale qvid patraverat. Et sunt qvidem ultionis talis exempla in historiis satis multa. sed nimirum historiæ non tantum qvæ juste, sed & qvæ iniqve, iracunde, impotenter facta sunt memorant. Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati, sed & ejus, qvi mittitur, secu-
App. de Bello Pun. ritati. qvare cum hoc qvoqve tacite contrahitur. Huic ergo fit injuria, etiam si ei, qvi misit, nulla fiat. Non igitur magnanime tantum, sed & ex jure gentium Scipio, qvi, postqvam legati Romanorum à Carthaginensibus male essent habiti, ductis ad se Carthaginensium legatis, &, qvid fieri deberet, interrogatus, respondit, * nihil tale, qvale factum esset à Carthaginensibus. Addit
Lib.XXX. Lib.VI, c.6. Livius, dixisse eum, nihil se facturum institutis Populi Romani indignum. Valerius Maximus Consulibus Romanis in facto simili, sed antiqviore, hanc tribuit vocem: *Isto te metu, Hanno, fides civitatis nostræ liberat.* Nam tunc qvoqve Cornelio Asinæ contra jus legationis injectæ à Pœnis catenæ fecerant.

***

Nihil tale qvale factum esse à Carthaginensibus) Diodorus Siculus in excerptis Peiresianis: Σκιπίων οὐκ ἔφη δεῖν ποιεῖν, ὃ τοῖς καρχηδονίοις ἐγκαλοῦσιν. *dixit Scipio, non esse id faciendum, qvod ipsi in Carthaginensibus accusarent.* & Romani ipsi legatos jam comperto Carthaginensium facto dimiserunt; Vide Appianum. Constantius Titianum à Magnentio ad se missum remisit, qvamqvam Philippum, à Constantio missum ad se, retinebat Magnentius; Zosimus libro II. Vide & historias apud Cromerum libris XIX. & XXI. & Parutam de Legatis Venetis in itinere in Galliam retentis lib. VII.

†††

Iniqve, iracundè) Pessimè profectò audiunt ij, qvi non tantum propter injuriam legato, sed etiam sibimetipsis factam alterius legatos occidunt. Exemplum horribile recenset *Martelaer. l. c. p. m.* 352. de Helenâ Russorum Reginâ, qvo nihil truculentius fama audiit, aut vidit Sol ab ortu in occasum. Etenim qvia à Prutenorum Præside arte & Marte victa, primò carceris, deinceps tributi contumeliam sustinuit, mirificè effe-

effetata est, & qvam viribus non potuit, extremo & propè incredibili scelere vindictam qvæsivit. Qvippe dum irrita & irrisa jacerent qvæcunqve ejus conamina, stetit crevitque illa animo plus qvàm virili, & Legatos a Præside missos, ut amicitiam fœdusqve æternum per nuptiarum vincula offerrent, vivos & valentes omnes sepulchro condidit; atqve ut diutius, imò sæpius morerentur, inedià confecit. Eo autem flagitio nondum divulgato, nondum ipsa satiata, significavit, priores qvidem hospites apud se adhuc hæsuros; velle tamen se per plures potentioresqve super re tanti ponderis conveniri. Dumqve eo qvinqvaginta insuper illustres prima è classe viri advenissent; facibus imperatoriis calidius accensa, omnes una cum assclis clam cremari jussit. Et erant hæ scilicet faces nuptiales. Mox firmatis sponsalibus matrimonioqve decreto, eorundem hostium qvinqve millia pronubis velut eduliis in tristissimam hilaritatem pellexit, jamqve vino occupatos immeritæ neci dedit.

Hunc ergo fit injuria) Si talio reddatur, *Besold. Claff. 2. Diss. polit. 8. th. 11. Paschal. Legat. c. 28. Gentil. de Legat. 2. cap. 6.* qvamvis dissentire videatur *Schonborn. 3. Polit. 7.* nisi legatus ejus, ad qvem mittitur, adhuc detineatur; tunc enim obsidis loco, & ut tessera sit legati missi salutis, detineri potest, *Besold. l. c.* Exempla habemus in Belisario Gothorum; Francisco I. Caroli V. Imperatoris; Maximiliano II. Stephani, Transylvaniæ Dynastæ, legatos detinentium, *Procop. bell. Goth. l. 2. Guicciard. histor. lib. 18. Varsevic. in libell. de Legat.*

Non igitur magnanimè tantum, sed & ex jure gentium) Dissentit *Arum. ad A. B. Disc. 1. th. 21. pag. 41. in Resp. ad obj. 5.* Exemplum dicens, Scipionis Africani ad magnanimitatem, non jus, qvod nos inqvirimus, pertinet, qvod *Polyb. l. 15. Histor.* disertè innuit, non tàm, ait, spectandum esse, qvid meritò patiendum esse Carthaginensibus, scilicet ex jure, qvam qvid Romanos, magnanimitate scilicet, facere qvadam decet. Etsi nullo non jure Scipionem Legatis parcere debuisse *Ayala l. 1. c. 6. n. 19. de Jur. & off. bell.* existimet. Malè, qvia generalis est conventionis regula: ut nemo illis stare teneatur, nisi ex adverso, qvæ convenerunt, præstentur, qvam tradit *Ayala D. c. 6. n. 17.* Carthaginenses autem sua ex parte legatis Rom. fidem non servarant, sed contra jus Gentium dimissos in mari oppugnarant, *Polyb. d. l. 15.* & ideò nec illorum legatis fides præstari ex jure debuit. &c. Hæc *Arum.* Verius tamen videtur Grotii assertum, si injuriam, qvæ legato fieret, spectes, licet mittenti nulla fiat.

IIX. 1. Comites qvoqve & vasa legatorum sui generis sanctimoniam habent. unde in antiqvo fecialium carmine erat: *Rex, facisne me tu regium nuncium Populi Romani Qviritium? vasa comitesq; meos?* Et lege Julia de vi publica teneri pronunciantur non modo qvi legatos, sed & qvi comites eorum injuria affecerunt. Sed hæc * sancta sunt accessorie & proinde qvatenus legato videtur. Itaqve si qvid comites gravius deliqverint, postulari a legato poterit, ut eos dedat. * Vi enim abstrahendi non sunt: qvod cum factum esset ab Achæis in Lacedæmonios qvosdam, qvi cum legatis Romanis erant, vociferati sunt Romani, jus gentium lædi. qvo referri etiam potest Sallustii judicium de Bomilcare, qvo supra † usi sumus. Qvod si dedere eos nolit legatus, eadem scilicet facienda erunt, qvæ modo de legato diximus.

L. 7. Lege Julia. D. ad L. Jul. de vi publ.

Paul. lib. V. tit. c. §. IV. n. 3.

† h. c. §. IV. n. 3.

* * *

Sancta sunt accessorie, & proinde qvatenus legato videtur) vide Fraxini Canæi epistolas paginis 75. & 279.

Vi enim abstrahendi non sunt) Serranus Henrico IV.

†††

Comites qvoqve) etiam viliores, ut famuli, lixæ, scoparii, rhedarii, stabularii &c. *arg. l. 41. §. 2. ff. de Excusat.* modò intra numerum sint, *vid. Becht. de Securit. & Salv. conduct. n. 187. Dan. Ott. de Jur. Pub. c. 14. ibiqve plur. cit.*

2. Ipse autem legatus, an jurisdictionem habeat in familiam suam, & * an jus asyli in domo sua pro qvibusvis eo confugientibus, ex concessione pendet ejus, apud qvem agit. Istud enim juris gentium non est.

***

An jus Asyli in domo) Distingvi ferme hac in re solent crimina. Vide Parutam libro X. ubi rex Galliæ hanc ob causam iratus pacatur; vide eundem libro XI.

IX. Bona qvoqve legati mobilia, & qvæ proinde habentur personæ accessio, pignoris causa, aut ad solutionem debiti capi non posse, nec per judiciorum ordinem, nec, qvod qvidam volunt, manu regia, verius est. nam omnis coactio abesse à legato debet, tam qvæ res ei necessarias, qvam qvæ personam tangit, qvo plena ei fiat securitas. Si qvid ergo debiti contraxit, &, ut fit, res soli eo loco nullas possideat, ipse compellandus erit amice, &, si detrectet, is, qvi misit, ita, ut ad postremum usurpentur ea, qvæ adversus debitores extra territorium positos usurpari solent.

X. 1. Nec metuendum est, qvod qvidam putant, ne, si id juris sit nemo inveniatur, qvi cum legato contrahere velit. Nam & regibus, qvi cogi neqveunt non desunt creditores, & apud qvosdam populos moris fuisse, docet Nicolaus Damascenus, ut de contractibus, qvi in creditum iissent, jus nullum redderetur, non magis scilicet qvam adversus ingratos: ita ut cogerentur homines, aut pariter implere contractum, aut contenti esse nuda fide debitoris. Et optat hunc rerum statum * Seneca: *Utinam qvidem persvadere possemus, ut pecunias creditas tantum à volentibus acciperent: utinam nulla stipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conventaqve impressis signis custodirentur. Fides potius illa servaret, & æqvum colens animus.* Persis qvoqve Appianus ait displicuisse: * τὸ κιχρᾶσθαι ὡς ἀπατηλόν τε καὶ φιλοψευδὲς, *pecuniam creditam sumere, ut qvæ res fraudibus & mendaciis esset obnoxia.*

Civil. I.

***

Seneca) de Beneficiis III, 15.

Τὸ κιχρᾶσθαι) τὸ ὀφείλειν χρέος. pro eodem dixit Herodotus Clio.

†††

Persis qvoqve) *Gothofred. in Archontol. Cosmic. lib. 2. de Regn. Persar. num. 30.* Ære alieno obrui turpe judicabant, multo verò turpius, dicere mendacium. Cum qvo concordat *Plutarchus*: Apud Persas delictum primum habebatur debere, alterum mentiri; qvia, qvi debitores sint, ut plurimum mentiri cogantur.

2. De

2. De Indis idem narrat Ælianus: cui consentit Strabo his verbis: Δίκην δὲ μὴ εἶναι πλὴν φόνου καὶ ὕβρεως· οὐκ ἐπ' αὐτοῦ γὰρ τὸ μὴ παθεῖν ταῦτα. τὰ δὲ ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐπ' αὐτῷ ἑκάστῳ, ὥς τε ἀνέχεσθαι δεῖ ἐάν τις παραβῇ τὴν πίστιν. ἀλλὰ καὶ προσέχειν ὅτῳ πιστευτέον καὶ μὴ δικῶν πληροῦν τὴν πόλιν. *Judicia non esse, nisi de cæde & injuria: quia homo præstare non possit, ne in ea incidat: At contractus in cujusq; esse potestate: ideo ferendum, si quis fidem violet: & ante videndum, cui quisque credat, non autem litibus implendam civitatem.* A Charonda quoque constitutum fuit, ne quis actionem haberet, qui de pretio habuisset fidem: quod & * Platoni placuit. Notatum & Aristoteli: παρ' ἐνίοις δὲ τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν κατὰ πίστιν συναλλάξαντας, *apud quosdam de his rebus judicia non sunt; existimant enim, homines contentos esse debere fide, quam sunt secuti*: Et alibi: ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶν νόμοι, τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, ὡς δέον ᾧ ἐπίστευσε, διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον καθάπερ ἐκοινώνησεν. *Est ubi leges de credito jus reddi vetant, quasi privatim tantum cum eo agendum sit, cum quo quis contraxit, & cujus fidem secutus est.* Quæ contra hanc sententiam adferuntur ex jure Romano, non ad nostros legatos, sed provinciales aut municipales pertinent.

Lib. IV. c. I. Lib. XV. Stob. de leg. Mor. Nic. IIX. 15. Mor. IX. 1.

***

Platoni) IIX. de Legibus.

XI. Bellorum, quæ ob male habitos legatos suscepta sunt, plenæ sunt * profanæ historiæ. Exstat & * in sacris libris memoria belli, quod eo nomine David gessit adversus Ammonitas. Nec aliam causam justiorem existimat Cicero adversus Mithridatem.

II. Sam. X. L. I. c. II. §. 2. n. 2. §. VII. n. 15.

***

Profanæ historiæ) Romani ob id bellum suscepere in Senonas, Appianus excerpto legationum 4. & 10. in Illyrios & Ligures, Polybius excerpto Legationum 125. & 134. In Issios, Dion. exc. Legationum II. In Corinthios, Livius libro II. In Tarentinos, Dionysius Halicarnassensis excerpto legationem 4. Francorum & Germanorum exempla habes apud Aimonium libro III, c. LXI, & LXXXIIX. & Withikindum libro II.

In sacris literis) vide Chrysostomum ad Stagirium libro III.

CAPUT XIX.

De jure sepulturæ.

I. Ex eodem jure gentium nasci jus humandi mortuos.
II. Unde ortum?
III. Deberi & hostibus.
IV. An & insigniter facinorosis?
V. An & his, qui se interfecerint?
VI. Quæ alia ex jure gentium debeantur.

I. 1.

περὶ ἔθους. EX jure gentium, qvod ex voluntate ortum habet, debetur & corporum mortuorum sepultura. Dion Chrysostomus inter mores, sive ἔθη, qvæ τοῖς ἐγγράφοις, id est *scripto juri* opponit, post legatorum jura commemorat μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, *non prohibere, qvo minus sepeliantur mortui*: Et Seneca pater inter jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora, ponit humum porrigere cadaveri. Naturæ id jus appellant Hebræi Philo ac Josephus; & Φύσεως θεσμοὺς, Isidorus Pelusiota: ut solere sub naturæ nomine comprehendi mores communes naturali rationi consentaneos alibi † diximus. Apud Ælianum est: τὴν Φύσεως τὴν κοινῆς ἀπαιτούσης μηκέτι ζῶντα καταχρύψαι: *cum mortuum condi ipsa imperet communis natura.* Idem alibi: τὰ κοινὰ καὶ ἴσα πᾶσιν ἀνθρώποις vocat γῆν καὶ ταφὴν, *terram ac sepulturam hominibus cunctis communia & ex æqvo debita.* * Leges hominum, νόμους βροτῶν, dixit Euripides Supplicibus, κοινὸν νόμον Aristides, Lucanus hominum ritus, terrarum leges & mundi fœdera Papinius, sortis humanæ commercium Tacitus, spem communem orator Lysias. Qvi impedit, hominem exuere Claudiano dicitur; naturæ dedecus facere, Leoni Imperatori: τὴν ὁσίαν ὑβρίζειν, *fas violare* Isidoro Pelusiotæ.

Lib. I. Contr. I.

† L. I. c. I. §. XII. n. 1. add. h. c. 19. §. fin. Epist. ult. edit. 491.

Lib. XII. Lib. XIII.

Tac. Ann. VI. Bello Gild. Nov. L. III. d. loco.

***

Leges hominum) Φύσεως θεσμοὺς, naturæ leges. Eusebius Hist. IIX, 19.

2. Et qvia veteres jura hæc, hominibus bene moratis communia, qvo sanctiora viderentur, ad Deos referebant auctores, ut legationis, ita & hoc jus Diis ascribi passim videmus. Itaqve in dicta Tragœdia Supplicibus * νόμον δαιμόνων Deorum legem dictam invenies, & apud Sophoclem Antigone Creonti, qvi Polynicem humari vetuerat, ita respondit:

Decreta qvippe hæc nec supremus Jupiter
Nec fas Deorum Manium dictaverat,
Qveis alia jura debet humanum genus,
Nec id valere credidi jussus tuos,
Ut jura non conscripta, sed nutu Deûm
Concessa, sempiterna, mortalis satus,
Violare posses. non enim nuper vigent,
Sed ævo ab omni: initia in occulto latent,
Nonne ergo forti corde, seposito metu
Mortalis iræ, par Deis magnis fuit
Me gerere morem?

***

Νόμον δαιμόνων) Sophocles Ajace idem θεῶν νόμους dixit in Antigone.

3. Isocrates, de bello agens Theseos adversus Creontem, ita loqvitur: *Qvis nescit, qvis non didicit, vel in Dionysiis ex tragœdiarum auctoribus, qvæ*

Adrasto

Adrasto mala circa Thebas contigerint, cum reducere volens Oedipodis filium, generum autem suum, Argivorum plurimos perdidit, ipsosq; ductores vidit interemtos: ipse vero cum dedecore superstes, cum inducias ad humandos mortuos obtinere non potuisset, supplex Athenas venit, quam tunc civitatem Theseus regebat, eumq; oravit, ne viros tales insepultos jacere pro nihilo duceret, neve pateretur proculcari antiquum morem, & jus patrium, quo omnes homines inter se utuntur, non quasi ab humana natura condito, sed tanquam imperato a divina potentia: quæ cum ille audisset sine mora legationum Thebas decernit. Idem mox * Thebanos reprehendit, quod civitatis suæ decreta legibus divinis antehabuissent: ejusdemq; historiæ & alibi meminit, Panegyrico, Helenæ Encomio, Plataica oratione: Herodotus quoque Calliope, Diodorus Siculus historiarum quarto, Xenophon historiæ Græcæ sexto, & Lysias ea, quæ est in honorem sepultorum: postremo Aristides in Panathenaico: qui bellum hoc susceptum ait pro communi natura hominum.

***

Thebanos reprehendit) Pacto, non prælio obtensum à Thebanis jus sepeliendi vult Plutarchus Theseo. At prælio, Pausanias Atticis.

4. Et passim apud laudatos auctores videmus egregia virtutum nomina huic officio tribui. Nam humanitatem vocant † Cicero (*a*) & * Lactantius, humanitatem ac mansvetudinem (*b*) Valerius Maximus, misericordiam & religionem (*c*) Quintilianus, misericordiam & humanitatem (*d*) Seneca, οἰκτον τ̃ κοινῆς φύσεως *miserationem communis naturæ* Philo, sortis humanæ commercium Tacitus, misericordiam & pietatem (*e*) Ulpianus, (*f*) Modestinus memoriam humanæ conditionis, clementiam (*g*) Capitolinus, δίκλω, sive justitiam Euripides & Lactantius, opus benignum Prudentius. Contra, Donatistas, qui Catholicorum corpora sepeliri vetabant, impietatis accusat (*h*) Optatus Milevitanus. Apud Papinium.

bello cogendus & armis
In mores hominemq; Creon.

(*i*) Spartianus talis ait esse sine humanitatis reverentia: (*k*) Livius sævitiam vocat ultra humanarum irarum fidem. * Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα. Eorum, qui supervacaneam facerent sepulturam, (*l*) Lactantius impiam vocat sapientiam. Eandem ob causam impius Eteocles (*m*) Papinio.

† Cic. Orat. pro Quintio.
(*a*) Lact. l. VI. inst. c. II. & 12.
(*b*) Val. Max. l. V. c. 1.
(*c*) Quint. Lib. XII. c. ult. Inst. orat.
(*d*) Sen. de Benef. l. V. c. 20.
(*e*) Ulp. L. 14. Et si quis. §. sed interdum. 7. D. de Relig. & sumpt. funer.
(*f*) Modestinus L. 27. quidam in fine. De Cond. Inst.
(*g*) Capitol. in M. Anton. Philosoph.
(*h*) Opt. l. VI.
(*i*) Spart. vitæ Caracallæ.
(*k*) Lib. VIII.
(*l*) Lib. VI.
(*m*) Theb. III.

***

Lactantius) Cujus & hoc est lib. VI. c. 12. *Ultimum illud & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum sepultura.*

Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα) Idem Iliados Ω Jovem & Deos Achillii ratos fuisse dicit, ob male tractatum corpus Hectoris.

II. 1. Quæ primum causa moris hujus introducendi fuerit, ut corpora humo tegerentur, sive condita prius, ut apud Ægyptios, sive cremata, ut apud Gen. L. II. Tit. Hist. cit. V.

apud Græcos plerosqve, sive ita, uti sunt, qvem morem esse antiqvissimum notavit Cicero, & post eum * Plinius, de eo non idem omnibus videtur. Nam Moschion existimat, occasionem datam ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ signum sepulturam: ita enim ait:

Tunc morte raptos imperatum legibus
Mandare terræ, pulveremve inspargere
Nec dum sepultis, ne darentur conspici
Abominanda signa pastus pristini.

***

Plinius) Historiæ naturalis VII, 54. ubi & hoc: *Sepultus intelligitur qvoqvo modo conditus: humatus vero, humo contectus.*

†††

Qvæ primum causa moris hujus) Videatur eleganter *Dn. Qvenstad. speciali Tractatu de Sepultur. Peter. ibiqve plur. allegg. Autt.*

2. Aliis videntur, hoc modo homines velut sponte solvisse debitum, qvod alioqvi vel ab invitis repetit natura. Nam hominis corpus * ex terra ortum terræ deberi, non Deus tantum † Adamo edixit, sed & Græci Latiniqve passim agnoscunt. Cicero ex Euripidis Hypsipyle;

† Genes. 3, 19.

Reddenda terræ terra.

Eccl. XII. 7.

Et, qvod apud Solomonem legimus, pulverem qvidem ad terram redire, qvale fuerat, spiritum autem ad Deum, qvi dederat; Euripides, hoc ipsum argumentum ex persona Thesei in Supplicibus tractans, sic ait:

Jam sinite terræ mortuos gremio tegi:
Res unde qvæq; sumpserat primordium,
Eo recipitur: spiritus cœlo redit,
Corpusq; terræ: jure nec enim mancupi,
Sed brevis ad ævi tempus, ut endum datur:
Mox terra repetit ipsa qvod nutriverat.

Lucretius similiter de terra:

Omniparens eadem rerum est commune sepulchrum.

Cicero de legibus II ex Xenophonte: *redditur terræ corpus, & ita locatum ac situm, qvasi operimento matris, obducitur.* Plinius qvoqve scripsit, terram nos nascentes excipere, natos alere, semelqve editos sustinere semper, novissime complexam gremio jam à reliqva natura abdicatos ut matrem operire.

***

Ex terra ortum terræ deberi) Job. X, 9. Philo in Flaccum: ἀνθρώποις ἡ φύσις οἰκειότερον χωρίον ἀπένειμε γῆν, οὐ μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανοῦσιν, ἵν' ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ βίου τελευταίαν ἀνάλυσιν. *Proprium hominibus locum natura terram tribuit, nec vivis tantum, sed & mortuis, ut eadem qvæ primos suscepit natales, suscipiat & ex hac vita exitum.* Attamen, sicut nullum est in homine factum laudabile, cujus non vestigium

gium in alio aliqvo animantium genere Deus posuerit, ita & in hac re evenit: de formicis Plinius libro XI, 30. *Sepeliuntur inter se viventium solæ, præter hominum.* At is ipse de Delphinis lib. IX, 8. *conspectiq; jam defunctum portantes ne laceraretur à belluis.* Et de apibus Virgilius:

Tum corpora luce carentum,
Exportant tectis & tristia funera ducunt,

Servius: *cum exsequiali scilicet pompa.*

3. Sunt, qvi resurrectionis spem à primis humani generis parentibus hoc veluti monumento posteris consignatam putant. Nam &, ob reviviscendi promissum, adservanda corpora docuisse Democritum, Plinius testis est, libro septimo, capite qvinqvagesimo qvinto. Christiani autem sæpe morem honeste condendi corpora ad hanc spem referunt. Prudentius:

Qvidnam sibi saxa cavata,
Qvid pulchra volunt monumenta,
Nisi qvod res creditur illis
Non mortua sed data somno?

4. Simplicius est, cum homo ceteris animantibus præstat, indignum visum, si ejus corpore alia animantia pascerentur: qvare inventam sepulturam, ut id, qvantum posset, caveretur. Miseratione hominum custodiri corpora * ab incursu avium ferarumqve dixit Qvintilianus. Apud Ciceronem de Inventione primo: *à feris vexatus, communi honore in morte caruit.* Decl. VI.
Et apud Virgilium legimus:

non te optima mater
Condet humo, patriove onerabit membra sepulchro:
Alitibus linqvere feris.

Et DEUS invisis sibi regibus minatur apud Prophetas, futurum, ut asini sepulturam habeant, ut canes eorum sangvinem lingant. Nec aliud in sepultura considerat Lactantius cum ait: *Non enim patiemur figuram † & figmentum Dei feris ac volucribus in prædam jacere.* & Ambrosius, cujus hæc verba sunt: *Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qvi jam tibi non potest reddere: vindicare à volatilibus, vindicare à bestiis consortem naturæ.* Jer. XXII, 19. Lib. VI. De Tob. †h.c.§.IV.n.1.

***

Ab incursu avium ferarumq;) Vide vaticinium de Jeroboami posteritate in pœnam peccatorum ejus I. Regum XIV. II. Et Tertullianum de resurrectione. de Ægisto Homerus Odyssea Γ.

Τῷ καὶ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευον,
Ἀλλ' ἄρα τόγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.
Ergo nec leviter glebam injecere peremto,
Illius ut volucres lacerarent ossa canesq;.

De Ægistho loqvitur, qvem, ut adulterum & regni invasorem, Argivi insepultum

pultum abjecerant, cujus tamen reliqvias humanior terræ dedit Orestes, ut mox dicetur. Menelaus de Ajace in Sophocle:

Ἀλλ' ἀμφὶ χλωρᾶν ψάμαθον ἐκβεβλημένος
Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσετ'.
Sed ille arenis jactus in pallentibus,
Gratum marinis pabulum alitibus dabit.

Sed hoc qvoqve ibi prohibet Ulysses, prudentiæ exemplar. Sophocles Antigone in ipsius Antigones laudem:

ἥτις τ' ἀντάδελφον ἐν φοναῖς
πεπτῶτ' ἄθαπτον, μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.
Illa obsitum cruore germanum suum
Non insepultum sivit, alitibus feris
Canibusq; fieri pabulum mordacibus.

Appianus Civilium I. de interfectis jussu Marii: ταφήν τε οὐδενὶ ἐξὴν ἐπιτηρεῖν εἰς οὐδένα τῶν ἀναιρουμένων, ἀλλ' οἰωνοὶ καὶ κύνες ἄνδρας τοιούσδε διεσπάσαντο. *Nec cuiqvam licebat qvenqvam interfectorum sepelire, sed viros tam egregios lacerabant aves & canes.* Ammianus Marcellinus principio libri XVII. de Juliano: *Sollicitusq; ne diræ volucres consumerent corpora peremtorum, sine discretione cunctos humari mandavit.*

†††

Asini sepulturam) Vid. Qvenstad. l. 1. cap. 3. p. 48. cap. 4. p. 61. & Plurimum Reverend. Dn. Carpz. in not. ad Schickard. de Jur. Reg Hebr. cap. 4. Theorem. 14. n. 99. p. 251.

5. Sed etsi tales abessent injuriæ, proteri tamen ac lancinari corpus humanum, alienum merito videtur ab istius naturæ dignitate. Unde non abit illud in Sopatri controversiis: ὅτι τὸ θάπτειν καλὸν, καὶ ὅτι τοιοῦτον ἡ φύσις ἐξεῦρε τοῖς σώμασιν, ἵνα μὴ διαλυόμενα μετὰ θάνατον γυμνὰ, καθάπερ αἰσχύνητ'. ἔστι τὸ φύσει καλὸν, ἔστι φιλάνθρωπον. ἔστι τοῖς ὅλοις δοκεῖ, εἴτε θεοὶ εἴτε τινὲς ἥρωες, ταύτην μετὰ θάνατον τοῖς ἀνθρώποις τὴν τιμὴν κατεστήσαντο. ἐπειδὰν καὶ οὐκ εὔλογον τὰ τῆς φύσεως ἀπόρρητα μετὰ τὴν τελευτὴν ἅπασι δείκνυσθαι, γῇ κρύπτειν τὸν ἄνθρωπον νενομίκαμεν ἄνωθεν, ἵνα τῷ καλύπτεσθαι μνήματι ἐλάνθανε τὸ σῶμα διαλυόμενον. *Honestum esse humare mortuos & ab ipsa natura qvasi concessum corporibus, ne velut probro afficiantur post mortem, si nuda diffluant. Placere id omnibus, sive Dei fuerint sive semidei, qvi hunc functis vita corporibus honorem indulserunt. Qvia enim à ratione alienum est, naturæ humanæ arcana post mortem omnibus conspicua exponi, morem inde ab antiqvo accepimus humana corpora sepeliendi, ut monumento condita clam & procul à conspectu tabescant.* qvo & illud pertinet Gregorii Nysseni in epistola ad Letoium: ὡς μὴ ἀναδειχθῆναι τῷ ἡλίῳ * τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως, *ne Soli ostendatur id, qvod dedecori est humanæ naturæ.*

Τὴν

***

τὴν αἰσχυνοσωίλιν τ Φύσεως) Simili modo Agathias dicit moris esse τὰ αἰσχυντηλὰ τ ὠδίνων ἐπικαλύπτειν. *Obtegere puerperii pudorem.* Ita qvam nihil natura simus, apparet in ortu & interitu. Qvod ut significarent Sapientes Hebræi vetuere, ne plebejæ aut summæ fortunæ qvi essent, aliusmodi fasciis involverentur aut modo nati aut mortui.

2. Hinc est, qvod officium sepeliendi, non tam homini, id est personæ, qvã humanitati, id est naturæ humanæ præstari dicitur: unde publicam hanc humanitatem dixerunt Seneca & Qvintilianus, tralatitiam Petronius. Cui consequens est, ut nec inimicis, nec hostibus invideri sepultura debeat. De inimicis egregia est apud Sophoclem dissertatio Ulyssis pro humando Ajace, ubi hoc est inter cetera: De Benefic. lib. V, c. 20. Qvint. Decl. VI.

Menelae, post tot dicta sapienter, cave,
Injuriosus sis in hominem mortuum.

Rationem reddit Euripides Antigone:

Mors jurgiorum finis est mortalibus:
Num majus aliud qvid potest letho dari?

Idem Supplicibus:

Fecere vobis si qvid Argivi male,
Cecidere; in hostes ista vindicta est satis.

Et Virgilius:

Nullum cum victis certamen & æthere cassis.

Qvam sententiam citans scriptor ad Herennium addit: *Nam qvod malorum est extremum, accidit illis jam.* Papinius:

bellavimus: esto:
Sed cecidere odia, & tristes mors obruit iras.

Et eandem causam reddit Optatus Milevitanus: *Si inter viventes fuerat certamen, odia vestra vel mors aliena compescat. jam tacet, cum qvo ante litigabas.*

***

Humanitati, id est naturæ humanæ præstari dicitur) Servius ad XI. Æneidos: *Sepulturæ enim beneficium generaliter debetur universis.*

III. 1. Qvare & hostibus publicis deberi sepulturam omnes sentiunt. Belli hoc jus καινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat Appianus; belli commercia Philo: Tacitus: *Ne hostes qvidem sepulturam invident.* Dio Chrysostomus servari hoc jus ait etiam ἐν τοῖς πολεμίοις, apud hostes: addit: κἂν εἰς ἐσχάτων ἔχθραν προέλθωσι: *etiamsi ad summum odia processerint.* De eadem re agens Lucanus hominum ritus in hoste servandos dixit. Sopater idem, qvi supra: τὸν πολεμίων τοιαύτης τιμῆς τὸ τ ἀνθρώπων ἦθος ἐστέρησε, τὸν ἔχθρα συνοικειώσασα πρὸς τὰ πλημμελήματα, ὥσθ' ἕκαστον τ ἴσον ἐπανέχειν: *Qvod bellum* lib. I. Ann. cap. 2.

bellum hoc ultimo honore humanum privavit genus ? qvæ inimicitia eo usque extendit malefactorum memoriam, ut hanc legem violare auderet ? Is, qvem dixi, Dio Chrysostomus oratione de lege: Διὰ ταῦτ' οὖν τοὺς ἀποθανόντας οὐδεὶς ἔτι πολέμιος, οὐδὲ ἡ ὀργὴ καὶ ἡ ὕβρις εἰς τὰ σώματα αὐτῶν ἐπιδίκως: *propter hanc mortuos nemo hostes judicat, neq; ira & contumelia in eorum corpora extenditur.*

***

Qvare & hostibus publicis deberi sepulturam omnes sentiunt) Philo in Flaccum: ἤδη δὲ καὶ τοὺς προδόντας ἐν τῷ πολέμῳ τῶν ἐχθρῶν ταφῆς ἀξιοῦσι, οἱ μὲν ἐπιεικεῖς καὶ φιλανθρωποι τοῖς οἰκοθεν δαπάναις, οἱ δὲ τὴν ἐχθραν καὶ τοὺς νεκροὺς ἀποτεθνεῶτας, ὑποδαπανῶντα τὰ σώματα διδύντες ὑπὸ τὰ μὴ ἐπιτελῶ- ταῖς χλαίναις ἐξαιρῆσαι τῶν νομιζομένων. *Etiam, qui in bello occubuerunt, eos homines solent ad sepulturam dare, illi quidem, quibus bonitatis & humanitatis plus est, suopte impendio, alii verò, qui odia & in mortuos extendunt, sub pallis dantes corpora, ne careant eorum, qvæ mos imperat honore ultimo.*

2. * Et passim exstant exempla. Sic Hercules suos hostes, Alexander victos ad Issum, Hannibal C. Flaminium, P. Æmilium, Tiberium Gracchum, *Marcellum Romanos qvæsivit ad sepulturam. *Credas*, inqvit Silius Italicus, *Sidonium cecidisse ducem.* Idem Hannoni à Romanis præstitum, Mithridati à Pompejo, à Demetrio multis, Archelao regi ab Antonio. In Græcorum adversus Persas militantium juramento erat: *Socios omnes sepeliam: bello victor etiam barbaros*: & passim in historiis legas, impetratam νεκρῶν ἀναίρεσιν **facultatem tollendi mortuos.* † Apud Pausaniam in Atticis exemplum est: τοὺς δὲ Μήδους Κθωνιοὺς μὲν θάψαι λέγουσιν, ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπῳ νεκρὸν γῆ κρύψαι; *Medos Athenienses à se sepultos ajunt, quia qvalemcunq; mortuum terra condi fas sit.*

Ælian. l. XII. var. histor. Diod. lib. XVII.

† L. III. c. XX. §. 41. n. 3.

***

Et passim extant exempla) Josephus in legibus Ἐπιτάφιοι δὲ καὶ οἱ πολέμιοι. *Sepeliantur & mortui.* Agamemnon Trojanos sepelit Iliados H. Antigonus Pyrrhum apud Plutarchum. Vide eundem in vita Thesei.

Marcellum) Plutarchus Marcello.

3. Qvare Hebræorum veterum interpretatione Pontifex Maximus, cum alioqvi rei ulli funebri interesse vetaretur, repertum tamen hominem * insepultum sepelire etiam jubebatur. Christiani verò tanti fecerunt sepulturam, ut ejus causa sicut ad pauperes alendos, aut ad captivos redimendos vasa Ecclesiæ etiam initiata conflari aut vendi licite existimaverint.

Ambr. II. Off. c. 28.

***

Insepultum sepelire etiam jubebatur) Idem ex jure Pontificio Romano Servius notat.

4. Sunt qvidem & exempla in contrarium, sed communi judicio damnata.

Hunc

*Hunc oro * defende furorem;*

est apud Virgilium.

hominemq́ cruentus

Exuit, & tenuem cæsis invidit arenam:

apud Claudianum. Diodorus Siculus: τὸ πολεμεῖν τῶν ὁμοφύλων τοῖς τεθνηκόσι θηριῶδες: *ferinum est bellum gerere cum mortuis, qvi ejusdem naturæ fuerint.*

***

Defende furorem) Interpretatur Servius, *Inimicorum iram & post fata sævire cupientem.*

IV. 1. De insigniter tamen facinorosis video esse dubitandi causas. Lex divina Hebræis data, ut omnis virtutis, ita & humanitatis magistra, illos ipsos, qvi suspensi patibulo erant (qvod valde ignominiosum censebatur, Num. XXV, 4. Devt. XXI, 23. II. Sam. XXI, 26.) eodem die sepelire jubet. Hinc Josephus tantam Judæis ait esse curam sepulturæ, ut eos etiam, qvorum corpora ad publicum supplicium damnata sunt, ante Solis occasum tollant & humo mandent: & alii Hebræorum interpretes addunt exhibitam hanc reverentiam †† divinæ imagini, ad qvam homo sit conditus. Ægisthum, qvi adulterium cæde regis cumulaverat, à regis interfecti filio Oreste humo mandatum, Homerus memorat Odysseæ tertio. Sed & apud Romanos † Ulpianus corpora eorum, qvi capitis damnantur cognatis ait neganda non esse: imo & qvibuslibet petentibus danda censuit Paulus (a) Jurisconsultus. Et (b) Diocletianus ac Maximianus Imperatores ita responderunt: *Obnoxios criminum, digno supplicio affectos, * sepulturæ tradi non vetamus.*

†† L. 1. c. 1. §. 5. n. 1. h. c. XIX. § 2. n. 4. L. 17. C. de Pœn.

† Leg. I. D. de Cad. punit.

(a) L. III. ibid.

(b) L. XI. C. de Religios.

***

Sepulturæ tradi non vetamus) Hujus Romanorum moris mentio est apud Philonem contra Flaccum.

†††

Exhibitam hanc reverentiam divinæ imagini ad qvam homo sit conditus) Consentit in *l. 17. C. de Pœn.* tametsi fortè qvoad aliud thema (stigmatis sc. inustionis) Imperator Constantinus, cujus rationem optimè se habere dicit *Brunnemann. ad h. l. n. 2.* Qvia & corpus hominis suo modo & analogicè ad imaginem Dei conditum est, & præcipua pulchritudo hominis in facie consistit, ex qvâ sancti viri collegerunt sæpius, qvanta sit pulchritudo Dei conditoris, si facies humana in statu corrupto nos sæpe in admirationem pulchritudinis & stuporem rapiat. Nos qvi imaginem divinam, ad qvam primus homo conditus erat, in perfectâ sanctitate & justitiâ constitisse certi sumus, malumus hic seorsim ire cum *Dn. Zigl. ad h. l. Grot. p. 420. Anton. Matth. tit. 18. c. 1. num. 11.* Ut proinde Imperatorem secundum captum istius seculi vulgarem locutum fuisse probabile sit: qvum & inter nos ut plurimum plebeji Deum, in se incomprehensibilem, ut hominem, qvoad formam externam, sibi imaginentur.

2. Legimus qvidem in historiis exempla eorum, * qvi insepulti abjecti sunt, freqventiora civilibus, qvam externis bellis: & hodie videmus qvorundam

Rochus de Consvetud. f. 12. Abb. Panormit.

dam damnatorum corpora diu in publico conſpectu relinqvi : qvi tamen mos, an laudandus ſit, diſputant non politici tantum, ſed & Theologi.

in c. 11. ex parte X. de Sepult. Sylveſt. in verb. ſepultura, qvæſt. 13.

***

Qvi inſepulti abjecti ſunt) Id ἀταφίαν ὑβρίζειν ϑ νεκρὸν dixit Joſephus in morte Judæorum regis Alexandri. Adde Qvintilianum declamatione qvarta.

†††

An laudandus ſit diſputant) Grotius hic nil certi determinat, interim *Vid. Zepper. lib. 5. de L. L. Moſ. cap. 7. & Clar. 5. ſentent. q. 100.* hunc morem cum legibus Moſis *Deut. 21. ℣. 23.* pugnare cenſentes; qvibus addi poteſt *Brunnem. ad ff. tit. de Cadaver. punitor.* qvi putat conſvetudinem Germaniæ, qvâ cadavera punitorum in furcâ vel rotâ relinqvuntur inſepulta, tolerabilem qvidem ob dandum exemplum, per *l. 28. §. pen. ff. de Pœn.* rationabilem tamen non eſſe: *Jung. Herg. part. 2. q. 37. n. 18.* Nos eo ipſo, qvo paradigma aliis, ne ſimile committant, exhibere punitus, lege jubente, debet, rationem manifeſtam adeſſe arbitramur. Zeppero & Claro reſpondet *Dn. Calov. in Comment. ad Geneſ. cap. 40. part. 3. ℣. 21. p. 1249.* qvia lex illa Moſis merè forenſis fuit, ad Politiam Judaicam ſpectans, qvæ etiam Riveto judice, peculiares habuit rationes, qvæ terram promiſſam ſpectarunt, ſed eam præſertim, ut ita via pararetur ad Chriſti venturi Sepulturam, qvam eadem die fieri oportebat, qva fuit ſuſpenſus, ut tertia die reſurgeret. Ideoqve lex illa non obligat Chriſtianos: neqve hodie ſuſpenſi præ reliqvis maleficis maledicti ſunt, prout olim erant; & concedit Calvinus ipſe, ad naturæ legem pertinere, ut qvi publico judicio pœnas luunt, in aliorum exemplum exponantur, qvæ cauſa eſt, qvod hodiè cadavera in publico relinqvantur. Ceterum, qvoad hoc vexatiſſimum thema, conferantur *Ungepaur. ad Tit. X. de Sepult. n. 7. Ex. Juſt. 13. q. 4. Dn. Struv. Ex. Crim. 2. th. 13. Schickard. l. c. p. 251. ibiqve Dn. Carpzov. ubi plur. alleg. Dd.*

3. Contra, laudatos videmus, qvi ſepeliri juſſerunt corpora eorum, qvi id ipſum aliis non permiſerant, ut Pauſaniam Lacedæmoniorum regem, qvi incitatus ab Æginetis ut Perſarum factum in Leonidem ſimili facto ulciſceretur, conſilium ut ſe ac Græco nomine indignum rejecit. Apud Papinium Theſeus Creontem ſic alloqvitur:

Vade atra daturus
Supplicia, extremiq́, tamen ſecure ſepulchri.

Alexandrum qvoqve Jannæum regem, qvi in mortuos populares valde contumelioſus fuerat, ſepelierunt Phariſæi. Qvod ſi Deus interdum ſepulturæ jactura qvosdam puniit, fecit hoc ſuo jure ſupra leges conſtitutus. Et qvod Goliathi caput David ſervavit oſtentui, factum ſcilicet in alienigenam, Dei contemtorem, & ſub ea lege, qvæ proximi nomen ad ſolos Hebræos †† porrigebat.

†† L. I. c. II. §. 6. n. 3. Joſ. Antiq. Jud. XIII. c. 13. & Corion.

V. 1. Unum tamen notatu non indignum, de ſepeliendis mortuis regulam apud ipſos Hebræos habuiſſe exceptionem eorum, qvi ipſi ſibi mortem conſciverant; qvod Joſephus † nos docet. Nec id mirum, cum in hos aliud ſupplicium conſtitui non poſſit, qvi mortem pro ſupplicio non habent. Sic (a) Mileſiæ virgines à voluntaria morte abſterritæ, & * plebs olim Romana, qvan-

† L. 3. de Bello Jud. c. 25. Hegeſ. l. 3. c. 17

(a) Gel. l. 15. c. 20. Plutarch. de Mulr. Virt.

qvanqvam improbante (*b*) Plinio. Sic & Cleomenis corpus, qvi se interfecerat, Ptolemæus suspendi jussit. Et * passim receptum, ait Aristoteles, (*c*) ut ignominia aliqva afficiantur, qvi sibi mortem consciverunt: ubi Andronicus Rhodius id exponens ait, sepulturâ eorum corpora prohiberi. qvod inter alia Demonassæ Cypri reginæ scita laudat Dion Chrysostomus. Neqve huic mori obstat, qvod Homerus, Æschylus, Sophocles, Moschio, & alii monent nihil sentire mortuos: qvare nec damno nec pudore affici. Satis enim est id, qvod mortuis accidit à vivis metui, ut hoc pacto à peccato retrahantur.

(*b*) Plin. lib. XXXVI. c. 25.
(*c*) Nic. V. 5. Orat. LXIV. Vide Stob. tit. 126. & Soph. Ajace.

***

Plebs olim Romana) Servius ad 12. Æneidos: *Sane sciendum qvod cautum fuerat in Pontificalibus libris, ut qvi laqveo vitam finisset insepultus abjiceretur. Unde merito ait informis Lethi, qvasi mortis infamissimæ. Ergo cum nihil sit hac morte deformius, Poëtam etiam pro reginæ dignitate dixisse accipiamus. Cassius autem Hemina ait Tarqvinium Superbum cum cloacas facere populum coëgisset, & ob hanc injuriam multi se suspendio necarent, jussisse corpora eorum cruci affigi. Tunc primum turpe habitum est mortem sibi consciscere.*

Passim receptum) Athenis Æschinis tempore ejus, qvi se interfecisset manus seorsim à corpore sepeliebatur. Æschines in Ctesiphontem. Adde Hegesippum lib. III. cap. 17.

†††

Habuisse exceptionem eorum) De Ægyptiis, qvi Regibus malè regnantibus sepulturam recusabant, *vid.* Ipse *Grot. l. 1. c. 3. §. 16. n. 3.* & fusius *Limn. de Jur. Publ. l. 2. c. 12. §. 7.*

Ignominiâ aliqvâ afficiantur) qvi sibi mortem consciverunt ex metu fortè subituræ pœnæ, adeoqve ex terrore malæ conscientiæ. Nam moribus qvoqve nostris eorum cadaver in terrorem aliorum à carnifice per fenestram dejectum, vel sub domus limine extractum in locum infamem & cadaveribus destinatum projicitur & humatur, *Carpz. Prax. crim. p. 1. q. 2. num. 30. & Ipr. Consist. lib. 2. defin. 376. n. 11. seqq.* Secus est, si ex aliâ qvâdam animi impotentiâ, puta furore, melancholicâ doloris impatientiâ &c. sibi manus intulerunt, *L. 3. §. 6 ff. de Bon. eor. qvi ant. sentent.* hi qvippe in foro soli honestâ non videntur privari debere sepulturâ, qvamvis de ceremoniis consvetis ut plurimum aliqvid remitti soleat, *Carpz. in Jurispr. Consist. l. 2. defin. 377.* Interim, qvoad forum poli, tam hi, qvam illi, insontes judicari non possunt, sed committendi sunt justissimæ justitiæ divinæ, qvæ in novissimo tandem die conveniens ipsorum factis prolatura est judicium, *Thom. 2. 2. q. 64 art. 5. Alciat. l. 4. parerg. 4. in fin.*

2. Optime enim Platonici contra Stoicos, & si qvi alii servitutis & morbi fugam, imo & spem gloriæ, pro justa causa mortis voluntariæ admittebant, sentiunt, retinendum animum in custodia corporis, nec injussu ejus, à qvo ille nobis est datus, ex hac vita demigrandum. qvam in rem multa videre est apud Plotinum, Olympiodorum, & Macrobium ad somnium Scipionis. Hanc sententiam secutus Brutus olim Catonis factum, qvod imitatus postea est, * damnaverat, ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' ἀνδρὸς ἔργον ἐπιχειρεῖν τῷ δαίμονι, καὶ μὴ δέχεσθαι τὸ συμπίπτον ἀδεῶς, ἀλλ' ἐποδιδράσκειν. qvippe nec pium censens, nec viri-

virile, cedere fortunæ, & imminentia adversa, quæ ferenda fortiter erant, subterfugere. Et Megasthenes notabat, ab Indorum sapientibus reprehensum Calani factum, neqve enim eorum placitis probari * talem exitum hominum vitæ impatientium. Nec aliena Persarum, ut videtur, sententia, qvorum Rex Darius apud Curtium: *alieno scelere, qvam meo mori malo.*

Strab. XV.

Lib. V.

* * *

Damnaverat) Et Philosophorum non pauci extra Stoicos. Seneca epist. LXX. *Invenies etiam professos sapientiam, qvi vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas judicent ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum qvem natura decrevit.* Procopius Gotthicorum IV. βίαιον καὶ ἀκρατῆ καὶ ἄϊσια πεφυκότος, τὸ ἦ ἐς θάνατον θρασύν, δύνοιτο τι ἂν ἀφροσύνης πεῖγμα εἶναι; ὄκνος δὲ ἐπιεικὴς τοῖσι σώφροσιν εἶναι δοκεῖ. καί τοι ἢ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι χρὴ, μή τι δίκης ἐς τὸ θεῖον ἀγνωμονεῖν, &c. *Violentus vitæ exitus res inutilis & plena insipientis impetus, & illa in mortem ferens audacia, consilio cum careat, prudentibus judicatur immerito sibi fortitudinis nomen usurpare. Tum vero & illud cogitandum, ne in Deum sitis ingrati.*

Talem exitum hominum vitæ impatientium) Idem Arabibus visum non minus, qvam Indis & Persis, ex Jobo discas III, 21.

3. Ideo Hebræi mori vocabant ἀπολύεσθαι, id est *dimitti*, ut videre est non tantum Luc. II, 29. sed & in Græca versione, Gen. XV, 2. & Num. XX. in fine; qvod genus loqvendi & Græcis usitatum. Themistius de anima: ἀπολύεσθαι τ' ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσι: *eum qvi moritur ajunt dimitti, & mortem dimissionem vocant.* Apud Plutarchum in consolatione legimus hoc sensu: ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς: *donec DEUS ipse nos dimittat.*

4. * Nonnulli tamen Hebræorum de lege se non interficiendi unam causam excipiunt, tanqvam εὐλογον ἐξαγωγήν, si qvis videat, se deinceps victurum in probrum ipsius Dei. Nam qvia non nobis, sed Deo, in vitam nostram jus esse statuunt, (ut recte Josephus suos edocet) existimant, præsumtam Dei voluntatem solam esse, qvæ mortis anticipandæ consilium absolvat. Atqj huc referunt Sampsonis exemplum, qvi in suo corpore veram religionē videbat esse derisui, & Saulis, qvi gladio incubuit, ne à Dei suisqve hostibus illuderetur. nam hunc respuisse volunt, postqvam Samuelis umbra mortem ipsi prædixerat, qvam gnarus sibi imminere si pugnaret, prælium pro patria & Dei lege non detrectavit, æternam inde laudem meritus Davidis etiam præconio: à qvo & ii, qvi Saulem cum honore sepelierant, recte facti testimonium retulerunt. Tertium est exemplum Razis Hierosolymitani senatoris in historia Maccabaica. Sed & in Christiana historia exempla legimus similia eorum, qvi mortem sibi intulerunt * ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent, & virginum, qvæ, * ne pudicitiam amitterent, in flumen se jecerunt,

I. Samuel. 31, 4.

II. Macc. 14, 37.

L. 1. de civit. Dei, c. 26. Ep. 61. ad Dulc. & L. 2. c. 23. contra Iecundam Caud. Ep.

qvas & in martyrum censum Ecclesia retulit. Sed de his tamen, * qvid Augustinus sentiat, videre est operæ pretium.

* * *

Nonnulli tamen Hebræorum) Variasse Hebræorum super hac qvæstione sententias, cognoscas ex Josepho, ubi de morte Phasaëlis & de deliberatione Herodis agitur. Judæi ad Petronium, Philone recitante: αὐτανερασόμεθα τὸ ἴδιον αἷμα καθαφάξαντες ἑαυτούς. ἀποθανέιτων τὸ ἐπίταγμα ἡμέτερον. μέμψαιτ' ἂν θεὸς ἡμᾶς, ἀμφοτέρων ἐγκαλούμενος, καὶ τὴν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐλλάβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς καθωσιωμένους νόμους ἀποδοχήν. γένοιτο δὲ τοῦτο ἐαὺ ὑπεκφύγωμεν ἀδίκως βίου καταφρονήσαντες. *Miscebimus inter nos sanguinem mortis propriæ sumta, tum mortuis ista imperentur. Ne Deus quidem nos culpet in duo intentos, ut & Imperatorem revereamur, & Sacratas leges custodiamus. Id autem ita demum efficere dabitur, si habeamus hinc contemta vita minime vitali.*

Ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent) Vide Eusebium.

Ne pudicitiam amitterent) Narrat Cicero, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, & morte voluntaria nefariam turpitudinem depulisse, oratione de Provinciis consularibus. Tale est & qvod de Milesiis virginibus memorat Hieronymus adversus Jovinianum; & epigramma vetus Anthologiæ lib. III. Tit. de Juvenibus, incipiens: ὦ χόμεθ' ὦ Μίλητε. Narrant & Judæi, feminam in navi ad stuprum expetitam, cum à marito qvæsiisset, an & mari mersa corpora essent resurrectura, isqve id affirmasset, jecisse se in mare. Christianarum autem mulierum plurima sane habemus exempla. Feminarum Antiochenarum sub Diocletiano, Sophroniæ sub Maxentio, in martyrologiis, Zonara, Sexto Aurelio. Alias Antiochenas sub Chosroe addit Procopius Persicorum II. Laudat virgines, qvæ morte pudorem servarant, Ambrosius. Hieronymus in Commentariis ad finem capitis primi Jonæ: *Unde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu, absq; eo, ubi castitas periclitatur.*

Qvid Augustinus sentiat) Cui addere licet Chrysostomum Gal. I. 4. & Concilium Aurelianense III. *Oblationes defunctorum, qvi in aliqvo crimine fuerint inventi recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse*) Et tamen is ipse Augustinus lib. I. de Civitate Dei c. 16. *Ac per hoc & qvæ se occiderunt, ne qvicqvam hujusmodi paterentur, qvis humanis affectus eis nollet ignoscere?* Capitulare autem Francicum libro VI, 70. *De eo, qvi semetipsum occidit, aut laqveo se suspendit, consideratum est, ut si qvis compatiens velit eleemosynam dare, tribuat, & orationes in Psalmodiis faciat: oblationibus tamen & Missis ipsi caveant: qvia incomprehensibilia sunt judicia Dei, & profunditatem consilii ejus nemo potest investigare.* Vide & ibidem VII, 443.

†††

Unam causam excipiunt) Qvid si huic ingenere adjiciamus alium: qvando magistratus alicui ob scelus patratum mandet, ut semetipsum occidat, qvemadmodum olim

apud Romanos fiebat, & nunc apud Japanenſes? Uſitatum fuit (inqvit *Auguſt. Viſch. de Duell. improbiſ. pag.* 601.) ſub Nerone, Tiberio, Domitiano mittere Tribunum aut Centurionem, qvi extremam neceſſitatem denunciaret, *Cornel. Tacit. lib. 6. Annal. Sueton. in Tiber. Phipp. Camerar. cent. 1. Hor. ſucciſiv. c.* 87. ſi qvis pareret & mortem occuparet, minebant teſtamenta; pretium feſtinandi, humabantur corpora. *Petr. Heig. part.* 2. *q.* 36. *num.* 14. fin minus, ecce carcer, carnifex, laqveus, Gemoniæ, fiſcus. De Japanenſibus ſeqventia leguntur in *Epiſtola Caſparis Vitela*, qvæ exſtat *in lib.* 2. *Epiſt. Soc. Jeſ. de Reb. Japon. pag.* 231. De perduellibus, qvi qvidem principes & dynaſtæ ſunt, hoc maximè modo ſupplicium ſumitur. Qvo die Rex noxium ſententiâ capitali condemnat, eo ipſo die ad illum, ubicunqve ſit, vel tota urbe liberè vagantem, mittit, qui nuntiet, eſſe illi certo die moriendum. Qværit ex viatore noxius, liceatne per Regem ultrò ſibi manus inferre? qvod ſi à Rege permittitur, magnum id ſibi decus æſtimat, optimisqve veſtimentis ornatus ſicâ ſibimet ſpacii, qvod eſt à ſummo pectore ad imum ventrem in crucis figuram ſecat atqve ita animam efflat.

In Chriſtianâ hiſtoriâ exempla legimus.) Imò in profanâ qvoqve Gentium hiſtoriâ reperimus, Sabinam, Ælii Adriani uxorem, ad mortem voluntariam compulſam eſſe, qvæ palam jactabat, qvam immane ingenium pertuliſſet & elaboraſſet, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur, *Dionyſ. Godofred. Hiſt. Antiq. lib.* 4. *in Vit. Hadrian. p.* 119.

In flumen ſe jecerunt) Idem experti ſumus in laniená Magdeburgenſi Anno 1631. à Cæſarianis peractâ; in Mulieribus Rigenſibus Anno 1656. dum Moſcovitæ obſidionem urgerent.

Qvid Auguſtinus ſentiat.) Iterată vice hunc allegavit *Guil. Grot. cap.* 7. *§.* 4. *& cap.* 11. *§.* 10 *add. Dn. Oſiand. pag.* 1109. *& Diſſertat. de Juſtit. homin. circ. membr. cap.* 2. *§.* 1. *ſeqq.* ubi plura hunc *§. V. Grotii.* illuſtrantia invenies. Nemo enim ſponteneam mortem inferre ſibi debet, veluti fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas. His jungas generaliter, qvod nemo membrorum, adeoqve multo minus vitæ, dominus exiſtat, ſed hoc omne Deo acceptum ferre obligatus ſit pariter ac à nutu ipſius totaliter dependere; qvapropter in ejus poteſtate non erit, aqvis ſe, niſi cum elabendi enatandiqve fiducià, committere.

Narrant & Judæi) Hiſtoriam paulo amplioribus circumſtantiis recenſet ex *Cabal. R. Abrah. Levit. p.* 13. *Schickard. cit. Tract. cap.* 6. *theorem. n.* 169. *pag.* 429. E Corduba Hiſpaniæ ſolvebat gubernator qvidam Claſſis, nomine Demachin, qvem præfecerat Rex Saracenicus Ebedalrachman alnazar, & pertingens ad littus Palæſtinæ, offendebat navem, in qvâ qvatuor eruditi Judæi, Sebaſten proficiſcentes; eam ſubegit, & ligavit inter ceteros etiam R. Moſen, patrem R. Chanochi, unà cum uxore ſuâ. Cum ea valdè pulchra eſſet, conabatur ille Admiralius, ut vocant, eam vitiare per vim, clamabat ergo ad maritum, & ſciſcitabatur Hebraicè an etiam ſubmerſi olim in extremo die, æqve ac in terrâ ſepulti, ſint reſurrecturi? Reſpondit ille ex *Pſalmo* 68. *v.* 23. dixit Dominus, è Baſan reducam, reducam è profunditatibus maris. Itaqve, hoc verſu audito, præceps exiliit in mare, ſubmerſa eſt, & morte caſtitatem redemit.

Diod. lib. xvi.

5. Alteram qvoqve exceptionem apud Græcos obtinuiſſe video, qvam Locri opponebant Phocenſibus, ὅτι πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀλάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους, *communem Græcis omnibus morem eſſe, ut ſacrilegi inſepulti abjiciantur.* Sic & Dion Pruſæenſis Rhodiaca τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίους ait ſepultura orbari. Idem Athenis * in proditores conſtitutum nar-

L. I. c. III. §. 16. n. 3.

narrat Plutarchus Antiphonte. Sed, ut ad institutum me recipiam, ob negatam sepulturam bellum juste suscipi censuerunt veteres consensu magno, ut ex illa Thesei historia apparet, qvam tractant Euripides dicta tragœdia Supplicibus, & Isocrates eo, qvem adduximus, loco.

***

In proditores) At Nicetas libro III. vitæ Alexii fratris Isaaci, cum narraflet mortem Johannis Comneni Crassi, qvi per seditionem imperium affectaverat, sic loqvitur: μετ' δὲ τὸ σῶμα ἐκεῖθεν ἀρθὲν, κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰ παρατίθεται. ὃ καὶ θηριῶδες μικροῦ καὶ ἀπάνθρωπον ἅπασιν ἐδόκει. *Post corpus, inde ablatum, canibus & avibus esca ponitur: qvod ab humanitate alienum ac pene ferinum omnibus videbatur.*

VI. Sunt & alia qvædam, qvæ ex jure gentium voluntario debentur, ut longo tempore (*a*) possessa, successiones (*b*) ab intestato, & qvæ ex contractu, qvantumvis (*c*) inæqvali, veniunt. Nam hæc omnia, qvanqvam ex jure naturæ ortum aliqvatenus habeant, accipiunt tamen ex humana lege firmitatem qvandam, sive adversus conjecturæ incerta, sive adversus exceptiones qvasdam, qvas alioqvi ratio naturalis videtur suggerere: ut supra † obiter à nobis de jure naturæ agentibus ostensum est.

(*a*) L.II.c.IV.
(*b*) c.VII.
(*c*) c.XII. §. XII.
† h. c. §..1.n.1.

CAPUT XX.

De pœnis.

I. Pœnæ definitio & origo,

II. Spectare pœnam ad justitiam expletricem, qvomodo.

III. Pœnam certæ personæ naturaliter non deberi, sed exigi pœnam licitè qvoad jus naturæ ab eo, qvi paria non deliqverit.

IV. Pœnam utilitatis alicujus causa exigendam inter homines aliter qvam apud Deum & qvare.

V. Qvo sensu ultio naturaliter sit illicita.

VI. Utilitas pœnæ triplex.

VII. Pœna ad utilitatem ejus, qvi deliqvit: eamq; à qvolibet exigi naturaliter, cum distinctione tamen:

IIX. Item ad utilitatem ejus, in qvem peccatum est: ubi de ultione licita jure gentium:

XIX. Item ad utilitatem qvorumlibet.

X. Qvid lex Evangelica circa hanc materiam constituerit.

XI. Solvitur argumentum sumtum à Dei misericordia in Evangelio patefacta:

XII. Et à præcisione pœnitentiæ.

XIII. Rejiciuntur imperfectæ divisiones pœnarum.

XIV. Christianis privatis non esse tutum pœnam exigere, etiam ubi jure Gentium id licet:

XV. Aut sponte ad accusationem prosilire.

XVI. Aut judicia capitalia affectare.

XVII. Leges humanæ, qvæ interfectionem ad pœnam permittunt, an jus dent, an impunitatem solam distinctione explicatur.

XIIX. Actus internos non esse punibiles inter homines:

XIX. *Nec actus externos, quos fragilitas humana nequit vitare.*

XX. *Nec actus, quibus societas humana nec directe nec indirecte laditur: cujus rei causa redditur.*

XXI. *Rejicitur sententia statuens ignoscere nunquam licere.*

XXII. *Ostenditur id licere ante legem pœnalem:*

XXIII. *Non tamen semper:*

XXIV. *Etiam post legem pœnalem.*

XXV. *Quæ ad id faciendum probabiles causæ intrinsecæ.*

XXVII. *Refellitur sententia statuens nullam esse justam causam dispensandi, nisi quæ per modum exceptionis tacitæ insit legi.*

XXIIX. *Pœnæ taxatio ex merito.*

XXIX. *Spectari hic causas impellentes, quæ inter se comparantur:*

XXX. *Item causas, quæ à peccando abstrahere debuerant, ubi de gradibus præceptorum Decalogi, quæ proximum tangunt, & alia quædam:*

XXXI. *Item aptitudinem peccantis ad utrumque, quæ variè spectatur.*

XXXII. *Meritum pœnæ extendi posse majus nocumentum, quam quod peccans intulit: & quare.*

XXXIII. *Rejicitur sententia de proportione harmonica in pœnis.*

XXXIV. *Minui pœnam ex caritate, nisi major caritas obstet.*

XXXV. *Facultas peccandi quomodo ad pœnam incitet: item consuetudo peccandi quomodo ad pœnam incitet, aut ab ea retrahat.*

XXXVI. *Clementiæ usus ad pœnas minuendas.*

XXXVII. *Ad superiores locos referuntur, quæ Hebræi & Romani in pœnis spectari volunt.*

XXXIIX. *De bello ad pœnam.*

XXXIX. *An justum sit bellum ob delicta inchoata, distinctione explicatur.*

XL. *An reges & populi bellum recte inferant ob ea, quæ contra jus naturæ sunt, non tamen adversus ipsos ipsorumve subditos, explicatur; rejecta sententia statuente naturaliter ad pœnam exigendam requiri jurisdictionem.*

XLI. *Discernendum jus naturæ à moribus civilibus late receptis:*

XLII. *Et à jure divino voluntario non omnibus cognito.*

XLIII. *In jure naturæ discernenda manifesta à non manifestis.*

XLIV. *An ob delicta in Deum bellum suscipi possit.*

XLV. *Notitiæ de Deo maxime communes quæ, & quomodo primis Decalogi præceptis indicentur.*

XLVI. *Qui has primi violant puniri posse.*

XLVII. *Non item alios, quod ostenditur argumento legis Hebrææ.*

XLIIX. *Bella justa non inferri iis, qui Christianam religionem amplecti nolunt.*

XLIX. *Justè inferri iis, qui Christianos ob solam religionem crudeliter tractant.*

L. *Non etiam his, qui circa legis divinæ interpretationem hallucinantur: quod auctoritatibus & exemplis illustratur.*

LI. *At illis justè qui in Deos, quos putant impii sunt.*

I. 1.

SUpra cum de causis, ex qvibus bella suscipiuntur, agere cœpimus, facta diximus duplici modo considerari, aut ut reparari possunt, aut ut puniri. Priorem partem jam absolvimus. Superest posterior, qvæ est de pœnis: qvæ res eo diligentius tractanda est nobis, qvod origo ejus & natura minus intellecta multis errationibus causam dedit. Est autem pœna generali significatu *Malum passionis, qvod infligitur ob malum actionis.* Nam qvanqvam pro pœna qvibusdam injungi opera qvædam solent, ea tamen opera spectantur tantum, qva molesta sunt, atqve ideo ad passiones sunt referenda: Qvæ verò incommoda patiuntur aliqvi ob morbum contagiosum, aut corpus mutilum, aut alias impuritates, qvales multæ exstant in lege Hebræa, puta arceri cœtibꝰ aut functionibus, proprie pœnæ non sunt, qvanqvam ob similitudinem qvandam & per abusionem eo vocabulo appellantur. L.II.c.1. §.2. n.1.

†††

Actionis) Sive enim qvis agat contra legem negantem, sive resistat legi affirmanti, & omittat præfractariè ea, qvæ facere debet, utrinqve dicitur agere moraliter. Lex qvippe affirmans insimul prohibet contrarium, v. g. qvando vult Deum esse colendum, negat per conseqvens justum esse, si Deus non colatur: ergo si contra hanc justitiam qvis nitatur, agere utiqve censetur.

2. Inter ea verò, qvæ natura ipsa dictat licita † esse & non iniqva, est & hoc, ut, qvi male fecit, malum ferat, qvod antiqvissimum & Rhadamantheum †† jus vocant Philosophi, ut alibi diximus. Spectat eodem dictum Plutarchi libro de Exsilio: τῷ Θεῷ ἕπεται δίκη τὸν ἀπολιπομένον τοῦ θείου νόμου τιμωρὸς, ᾗ χρώμεθα πάντες ἄνθρωποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὥσπερ πολίτας. *Justitia Deum comitatur, ultrix in eos, qvi adversus legem divinam delinqvunt: qvæ omnes homines natura utitur adversus omnes homines, ut cives.* * Plato dixit, ἐκεῖνο οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτ' ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν ὡς οὐ τῷ γε ἀδικοῦντι δοτέον δίκην, *nec Deorum, nec hominum qvisqvam hoc dixerit, injuste agenti non luendam pœnam.* Et Hierax justitiam ex parte hac, tanqvam nobilissima, definiebat τιμωρίας ἀπάντησιν παρὰ τῶν προηδικηκότων, *pœnæ exactionem ab iis, qvi priores læsere,* & Hierocles ἰατρικὴν πονηρίας *malitiæ medicatricem.* * Lactantii dictum est: *Non exiguo falluntur errore, qvi censuram sive humanam sive divinam acerbitatis & malitiæ nomine infamant, putantes nocentem dici oportere, qvi nocentes afficit pœna.* †L.II.c.XIIX. §.4. n.4. ††§.XXXII.n. 1.h.c.L.I.c.II. §.5.n.3.L.II.c. 13.§.XI.n. 1. De Ira Dei c.17.

***

Plato) Verba ejus sic posuit Irenæi Interpres libro III, c. XIV. *Et Deus qvidem, qvemadmodum & vetus sermo est; initium & medietates omnium, qvæ sunt, habens recte perficit, secundum naturam circumiens: hunc autem semper consequitur Justitia, ultrix in eos, qvi deficiunt à lege divina.*

Lactantii dictum est) Convenit huc & illud Belisarii apud Procopium Vandal. I. πρῶτον δ' ἂν τοῦ δικαίου γένοιτο γνώρισμα, ἡ τῶν ἀδίκως ἀνῃρηκότων ποινή. *Primum justitia documentum erit, pœna exacta de injustis interfectoribus.* Adde Agathiam lib. V. ubi de Anatolio.

 ††† *Qvæ*

†††

Qua natura ipsa dictat licita esse) an velit hic Grotius, uti arbitratur *Anton. Matth. de Crimin. l. 48. t. 19. c. 5. p. 844. §. 3.* naturam non præcipere, ut delinqventes puniantur, sed qvo minus id fiat, non vetare: ex contextu hoc præcisè colligere non valemus. Qvin potius agit ille de Jure Rhadamantheo sive talionis, (qvod prolixius explicat *Rosin. lib. 9. Antiqvit. Roman. in Paralip. pag. 1520.*) de eoqve dicit, inter ea, qvæ natura ipsa dictat, illud licitum esse & non iniqvum; qvod nemo, uti reor, facilè negabit. Melius intentionem (cum *cit. Ant. Matth.*) dissentientium explicare potest §. 4. *n. num.* 1. qvam & nos ibidem lubentes sequimur, *add. h. l. c. 18. §. 4. n. 3.*

3. Qvod vero diximus, pœnæ, qvæ proprie ita nominatur, omnino hoc inesse, ut delicto reddatur, notatum & Augustino est, qvi dixit: *omnis pœna, si justa est, peccati pœna est:* qvod ad pœnas etiam, qvæ à Deo irrogantur, pertinet, qvanqvam in illis interdum, ob humanam ignorantiam, ut idem scriptor loqvitur, *latet culpa, ubi non latet pœna.*

II. 1. Sed an ad assignatricem, an vero ad expletricem justitiam pœna pertineat, diversi diversum sentiunt. Qvidam enim, qvia, qvi plus peccavit, gravius, qvi minus, levius punitur, & qvia pœna qvasi à toto partiditur, ideo ad assignatricem justitiam pœnas referunt.

†††

Ad assignatricem justitiam pœnas referunt) Nos ita statuimus: omnem pœnæ applicationem fieri debere secundum justitiam expletricem sive commutatricem, qvo respectus personarum eliminetur, neve alter altero gravius puniatur: qvamvis aliqvando applicationis inventio ad justitiam assignatricem spectet: v. g. nobilis & rusticus aliqvam personam pari convicio prosciderunt, qværitur qvomodo puniendi? sanè si unâ eâdemqve pœnâ civili utrumqve afficere vellemus, leges justitiæ transiliremus; qvocirca justitia assignatrix nobis medium inveniendi dictitat, forte qvod rusticus sit puniendus relegatione, nobilis carcere vel mulctâ pecuniariâ; hujus igitur inventionis applicatio demum commutativè, per justitiam nimirum expletricem, perficitur. Qvoniam hoc in casu diversitas qvidem est pœnarum, si nudè & in abstracto ipsum illud, qvod sustinetur, spectes; sed est eadem pœna ratione æstimationis, in qvam in concreto venit consideratio conditionis hujus vel alterius personæ, *junq. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 1. Th. 32.*

Sed qvod primum illi ponunt, assignatricem justitiam toties locum habere, qvoties inter terminos, plures duobus, instituitur æqvalitas, verum non esse, in principio † operis hujus ostendimus: deinde, qvod magis nocentes gravius, minus nocentes levius puniuntur, id per consequentiam duntaxat evenit, non qvod hoc primò ac per se spectetur. Nam primò ac per se spectatur * æqvalitas †† inter culpam & pœnam: de qva Horatius:

† L. I. c. I. §. 8. n. 2. & 3.

†† h. c. 20. §. 28. & 32. L. 3. c. 11. §. 1.

I. Sat. III.

Cur non
Ponderibus modulisque suis ratio utitur, ac res,
Ut qvæqve est, ita supplicüs delicta coercet?

Et alibi: *Adsit*
Regula peccatis, qvæ pœnas irroget æqvas,
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

c. V. Eodem spectat lex divina Deuteron. XXV, 2. & Novella Leonis.

Æqva-

***

Æqualitas inter culpam & pœnam) Seneca de Ira II, 6. *Iniqvus erit, si æqualiter irascetur inæqualibus.* Tacitus Annalium III. *Sin flagitia & facinora sine modo sunt, supplicijs & remedijs, principis moderatio, majorumq; & vestra exempla temperant; & vana à sceleſtis, dicta à maleficijs differunt: est locus sententiæ, per qvam neq; huic delictum impune sit, & nos clementiæ simul ac severitatis non pœniteat.* Ammianus libro XXIIX. *Oraturi ne delictis supplicia sint grandiora.* Scholiastes ad Horatium: *Si in minimis peccatis etiam maximæ pœnæ consumuntur, restat ut maxima peccata aut maneant impunita, aut nova supplicia inveniantur.* Lex Wisigotthorum libro XII. tit. III. c. I. *Nam quædam leges sicut culparum habent diversitates, non ita discretas in se continet ultiones, sed permixta scelera transgressorum ad unius permittuntur legis pœnale judicium. Nec secundum modum culpæ modus est adhibitus pœnæ, cum major minorq; transgressio non unius debeat mulctationis prædemnari supplicio; præsertim cum dominus in lege sua præcipiat, pro mensura peccati erit & plagarum modus.*

2. Sed nec alterum, qvod illi ponunt, magis verum est, pœnas omnes venire ex toto ad partem, qvod ex his, qvæ dicenda sunt, apparebit. Tum vero ostensum à nobis supra † est, veram justitiæ assignatricis rationem nec in tali æqvalitate, nec in processu à toto ad partem proprie consistere, sed in habenda ratione ejus aptitudinis, qvæ jus stricte dictum in se non contineat, sed occasionem ei det. Qvanqvam vero is, qvi punitur, aptus aut dignus esse debet puniri, non eo tamen id spectat, ut ipsi accedat aliqvid, qvod assignatrix justitia postulat. Nec tamen, qvi expletricem justitiam, qvam vulgo commutatricem vocant, in pœnis exerceri volunt, magis se explicant. Ita enim negotium hoc considerant, qvasi nocenti aliqvid reddatur, sicut in contractibus fieri solet. Decepit eos vulgaris locutio, qva dicimus, pœnam deberi ei, qvi deliqvit, qvod plane est ἄνοιγον; Nam cui proprie debetur aliqvid, is in alterum jus habet. Sed cum deberi alicui pœnam dicimus, nihil volumus aliud qvam æqvum esse ut puniatur.

† L. c. c. 1. §. 8. n. 2.

†††

Cui proprie qvid debetur, is in alterum jus habet) Subsumimus itaqve: Reip. læsæ (tanqvam corpori morali vulnerato) qvid debetur, satisfactio sc. sive reparatio & curatio vulneris politici, qvæ fit per pœnam; Ergo Resp. qvippe Dei in terris ministra, justitiæ administrationem urget. Qvis itaqve hic justitiæ expletricis requisita animadvertere neqvit? ut pauci simus, Resp. non debet delinqventi pœnam, sed ipse delinqvens eandem debet Reip. prouti, intuitu Satisfactionis, qvæ fit parti læsæ, Ipsemet *Grotius* docuit in *b. l. 2. cap. 17. per tot.*

3. Verum tamen est in pœnis primo ac per se exerceri expletricem justitiam, qvia scilicet qvi punit, ut recte puniat, jus habere debet ad puniendum, qvod jus ex delicto nocentis nascitur. Atqve hac in re est aliqvid, * qvod ad contractuum naturam accedit: qvia sicut, qvi vendit, etiamsi nihil peculiariter

L. 32. Imperatores. D. de Jure fisci. L. ult. C. ad L. Jul. Maj. Ann. XII. §. 1. Inſt. de Succeſſ. Sublat. L. un. C. de Sæt. Claud. toll.

liariter dicat, obligaſſe ſe cenſetur ad ea omnia, qvæ venditionis ſunt naturalia, ita, qvi deliqvit, ſua voluntate ſe videtur obligaſſe pœnæ, qvia crimen grave, non poteſt non eſſe punibile, ita ut qvi directe vult peccare, per conſeqventiam & pœnam mereri voluerit: qvo ſenſu Imperatores cuidam ajunt, *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti, & qvi ſceleratum capiunt conſilium, ſuo merito jam tum puniri, id eſt, ſua voluntate pœnæ meritum contraxiſſe dicuntur: & Tacito mulier, qvæ ſe ſervo conjunxiſſet, in ſervitutem ſui conſenſiſſe dicitur, qvia id pœnæ in tales erat conſtitutum.

* * *

Qvod ad contractuum naturam accedit) Sæpe hoc notat Servius ad IV. Æneidos: *Nam qvi excedunt delinqvendi modum, ipſi ſibi pœnam ſanciunt.* ibidem: *Damnare eſt debito liberare, unde damnabis tu qvoqve votis.* ad X. Æneidos: *Luant peccata, luant id eſt abſolvant. Diximus autem & luo pœnam, ſed minus eſt hic peccatum. nam peccatum ſolvitur pœna. qvi enim crimini tenetur obnoxius, pœna eum à priſtina liberat obligatione. Contra, luo pœnam non procedit qvaſi pœna ſolvatur: Auctoritas tamen iſta confundit licenter, more qvo ſolet poni vel à ſeqventi, qvod præcedit, vel à præcedenti, qvod ſeqvitur.* Idem locutio ſacræ Scripturæ freqvens indicat: nam, ut Tertullianus ait de oratione, *Debitum in ſcripturis delicti figura eſt, qvod perinde judicio debeatur, & ab eo exigatur.* Chryſoſtomus oratione de Terræ motu, qvæ eſt Tomo V. de divite illo agens, qvi Lazaro opponitur, & explicans vocem ἀπέλαβε, qvæ eſt in illo Evangelii loco, ἐχρεωστοῦς αὐτῷ πυρέξαι, ἐχρεωστοῦς αὐτῷ ὀδύνας: *debebantur ipſi pœnæ, debebantur ipſi dolores.* Idem II. de pœnitentia: τὰ ἁμαρτήματα εἰς ὀφλήματα ἀναχωρεῖται, *peccata ad debiti genus referuntur.* Auguſtinus III. de libero Arbitrio, *Itaq; ſi non reddit faciendo juſtitiam, reddet patiendo miſeriam: qvia in utroq; verbum illud debiti ſonat. Hoc enim etiam modo dici potuit: ſi non reddis faciendo qvod debet, reddet patiendo qvod debet.*

Ipſe huic pœnæ ſubdidiſti) Philo fine libri primi de vita Moſis: ἀυτοὶ γάρ τοι σπεύδοντες ἁμαρτάνειν, σπεύδετε καὶ πρὸς τιμωρίας: *peccare dum feſtinatis, ad pœnas ferendas feſtinatis.*

†††

Suo merito) *Suâ mente*, juxta *alleg. l. ult. C. ad L. Jul. Majeſt.*

4. Michaël Epheſius ad qvintum Nicomachiorum Ariſtotelis: χρήσεως τρόπον τινὰ δόσις ἐ λῆψις ὅ ἐστι τὸ συναλλάσσειν λαβὼν γὰ χρήματα ἢ ἄλλο τι πλείονας δεδωκὼς αὐτ' ἐκείνων ὧν ἔνεκα. *Eſt hic qvodammodo datio & acceptio, in qvibus conſiſtit natura contractuum: nam qvi res aut aliud qvid furatus eſt, præ dat pœnas.* Idem poſterius: Συναλλάγματα δὲ πωλικὰ ἐκάλουν ἃ μόνον ἀ ἐκόντες συνετίθεντο πρὸς ἀλλήλους πιστὰ, ἀλλὰ καὶ ἃ ὑπὸ τῶν νόμων δίκης ἔμελλον. *Contractus à veteribus appellabantur non tantum, qvæ mutuis conventionibus conſtant, ſed & qvæ legibus ſunt* † *vetita.*

† L. 52. D. de Re Jud.

III. 1. Sed

III. 1. Sed hujus juris ſubjectum, id eſt cui jus debetur, per †† naturam ipſam determinatum non eſt. dictat enim ratio, maleficum poſſe puniri, non autem, qvis punire debeat: niſi, qvod ſatis indicat natura, convenientiſſimum eſſe, ut id fiat ab eo, qvi ſuperior eſt: non tamen, ut omnino hoc demonſtret eſſe neceſſarium, niſi vox ſuperioris eo ſumatur ſenſu, ut is, qvi malè egit, eo ipſo ſe qvovis alio inferiorem cenſeatur feciſſe, & qvaſi ex hominum cenſu detruſiſſe * in cenſum beſtiarum, qvæ homini ſubjacent, qvod à Theologis qvibusdam eſt proditum. Democritus: *Φύσει τὸ ἄρχεσθαι εἰκὸν τῷ χείρονι, natura evenit, ut melior ſeqvioris imperet.* Et Ariſtoteles ait, deteriora comparata eſſe in uſum meliorum, tam in his, qvæ à natura ſunt, qvam qvæ ab arte.

†† h.c. §. VII. n. 2. §. X. n. 1. 6. 7. L. II. c. V. §. XXXII. L. III. c. XIIX. §. 1. n. 3.

Th. 2. 2. qv. 64. art. 2. in Reſp. ad arg. 3. ibiq; Cajet. VII. Pol. XIV.

***

In cenſum beſtiarum) Sic & Moſes Maimonides ad Devt. XXXIII.

†††

Per Naturam ipſam determinatum non eſt) Cum homo, ipſo *Grotio* fatente in *Prolegom. §. 6. & ſeqq.* utpote animal rationale cum appetitu ſocietatis, id eſt communitatis non qvalicunqve, ſed tranqvillæ & pro ſui intellectus modo ordinatæ cum his, qvi ſui ſunt generis, naſcatur; nulla autem ſocietas ſine ordine eſſe aut conſervari qveat, *l. c. §. 23.* ordo præterea neceſſariò reſpectum imperantium & parentium ſecum importet, *Ut. §. 15.* imperantes deniqve per modum potentiæ activæ ſive formæ, parentes verò ut potentia paſſiva ſive materia in Rep. ſeſe habeant, *l. 1. c. 3. §. 8. n. 13. l. 2. c. 4. §. 14. n. 1.* indubitatè ſeqvitur, ſi illum appetitum homo in actum deduxerit, eidè per naturam determinatum eſſe certum ſubjectum, qvod ipſam ſocietatem non ſolùm ad boni ſibi convenientis promotionem dirigat; ſed & ſi illa in hoc indigentiæ ſtatu à recti tramite declinet, aut lapſu qvodam morali damnum capiat, iterum per punctum imprimis pœnale reparet. Et hoc uno vocabulo Magiſtratus indigitatur. Inde qvoqve fit, ut in ſocietatibus qvoqve naturalibus, maritali ac paternâ, patritio uxori & liberis, imperio marito atqve patri attribuantur. Videtur itaqve hoc aſſertum Grotio peperiſſe confuſio vindictæ atqve pœnæ, (de qvarum differentiâ *confer. not. ad h. l. c. 21. §. 3. n. 1.*) adeò qvidem, ut niſi probè caveas, & in omnibus ferè paragraphis hujus & ſeqventium capitum utramqve accuratè diſtingvas, de facili fucum pro vero obtinere poſſis. Qod Te L. B. in initio hujus capitis alioqvin non contemnendi admonere voluimus.

2. Cui conſeqvens eſt, ut ſaltem ab æqve nocente æqve nocens puniri non debeat: qvo Chriſti ſententia perinet: *Qvi veſtrum ſine peccato eſt* (tali ſcilicet) *primum lapidem mittat*, Joh. IIX, 7. Qvod ideo dixit, qvia eo ſeculo corruptiſſimi erant Judæorum mores, adeo, ut qvi ſanctiſſimi videri volebant, in adulteriis & ſimilibus flagitiis volutarentur, ut videre eſt Rom. II, 22. Idem ergo, qvod Chriſtus dixerat, dixit & Apoſtolus: *Qvapropter inexcuſabilis es, ô homo, qvisqvis alium damnas: nam hoc ipſo, qvod damnas alterum, te ipſum condemnas, qvando eadem facis tu, qvi alterum damnas.* Illud Senecæ huc pertinet: *non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi, qvi damnandus eſt, damnat.* Et alibi: *faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos, * nunqvid & ipſi aliqvid tale commiſimus?*

misimus? Ambrosius Apologia Davidis : *unusquisq; de alio judicaturus de se ipso primum judicet, nec minora in alio errata condemnet, cum ipse graviora commiserit.*

***

Nunquid & ipsi tale aliquid commisimus?) Pertinet huc & Ambrosii locus sermone XX. in Psalmum. Beati immaculati, ad versiculum : Miserationes tuæ Domine, citatus in can. 4. judicet. causa III. qvæstione VII. Cassiodori VI, 21.

IV. 1. Altera qvæstio est de fine pœnis proposito. nam, qvæ diximus hactenus, id duntaxat ostendunt, nocentibus injuriam non fieri, si puniantur. Inde vero non seqvitur, omnino puniendos, neqve id verum est: multis enim nocentibus multa & Deus & homines condonant, eoq; nomine laudari solent. Celebre est Platonis dictum, οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ δίκη γίνεται οὐδεμία· & alibi: οὐχ ἕνεκα τοῦ κακουργῆσαι δίδοται δίκη, (οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς ἀγένητον ἔσται ποτὲ) τοῦ δὲ εἰς τὸν αὖθις ἕνεκα χρόνον. Qvod ita vertit Seneca : *Nemo prudens punit, qvia peccatum est, sed ne peccetur, revocari enim præterita non possunt : futura prohibentur.* Idem alibi : *Ne homini qvidem nocebimus, qvia peccavit, sed ne peccet, nec unqvam ad præteritum, sed ad futurum pœna referetur : non enim irascitur, sed cavet.* Apud Thucydidem Diodorus de Mitilenæis ad Athenienses verba faciens : ἦν τε γὰρ ἀποφήνω, πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς, οὐ διὰ τοῦτο ἐς ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον. *ut maximè illos injuste egisse pronunciem, non & interficiendos censebo, nisi id expediat.*

De Leg. LIX. 2. XI.

I. de Clem. c. 6.

†††

Non seqvitur omnino puniendos) Non videtur procedere, si hoc ex naturali ratione æstimare velimus cum *Anton. Matth. l. 1. pag.* 845. qvandoqvidem illa dictitat, honesta facienda, turpia fugienda esse : omnisqve lex facienda præcipit, fugienda prohibet: non solum illæ civiles, sed & naturæ leges. At frustra lex naturæ prohibeat fugienda, nisi & gladium, furcam, virgas tradat Judici, qvi puniri transgressores jubeat : est enim imperfecta lex omnis, qvæ sanctione (*executione pœnali, si violenter*) caret. Et ut fortasse levius à naturâ hoc tractatum sit, sceleratos homines è medio tollendos esse, neqvaqvam tamen propterea totum inficiari debemus, sed potius ad literas sacras recurrere, qvæ, cum vetant parci malefico, non solum judices inferiores, sed & principem ipsum constringunt.

Multa & Deus & homines condonant) Sed inde non seqvitur, actum non esse puniendum ; fluit qvippe hæc condonatio non tam ex fonte justitiæ, qvam clementiæ : qvo referas inter homines magistratu supremo præditos jus aggratiandi, de qvo *Carpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 150. per tot.* Sic sæpe ab homine privato condonatur vindicta, ut tamen magistratui nil præjudicetur in pœnâ.

2. Sed hæc in hominibus punientibus vera sunt : nam homo ita homini alteri ipsa consangvinitate alligatur, *ut noceri ei non debeat, nisi boni alicujus conseqvendi causa. In Deo alia res est, ad qvem Plato dictas sententias male extendit. Dei enim actiones niti possunt ipso summi dominii jure, † præsertim ubi

Gorgia. †h. c. XX. §. 24. n. 2. L. 1. c. 1. §.

ubi meritum hominis speciale accedit, etiam si finem ullũ sibi proponant extra ipsas: & ita Hebræi qvidem explicant illud Solomonis, qvod ad hanc materiam pertinet. כל פעל יהוה למענהו וגם רשע ליום רעה. Ut sensus sit, *res singulas Deus facit propter ipsas etiam impium ad diem malum.* Id est, etiam tum, cum impium punit, non alio fine hoc facit, qvam ut puniat. Qvanqvam, etiamsi receptiorem seqvamur interpretationem, eodem res recidet: ut dicatur, DEUS fecisse omnia propter se, id est jure summæ libertatis, & perfectionis, nihil extra se qværens aut respiciens: sicut DEUS dicitur αὐτοφυής, qvia non est natus ex aliqvo. Certè pœnas qvorundam valde perditorum à Deo non ob aliud exigi, sacra verba testantur, cum dicunt, eum voluptatem capere ex ipsorum malo, subsannari atqve irrideri impios à Deo. Tum vero & extremum judicium, post qvod nulla exspectatur emendatio, imo & in hac vita pœnæ qvædam inconspicuæ, ut obduratio, verum esse, qvod contra Platonem dicimus, evincunt.

10.n.6.c.3.§.3. n.1. Moses Maimonides, in Directore dubitantium L. II.c.13.& Rab. Imm. ad Prov. Prov.XVI, 4. nevt.xxiix,63. Esa.I, 24. Prov.I, 26.

***

Ut nocere ei non debeat, nisi boni alicujus consequendi causa) Cassiodorus de Amicitia: *Qvod si manus una casu aliqvo fortè lædat alteram, illa, qvæ læsa est, non repercutit, nec se erigit in vindictam.*

3. At homo, cum hominem, sibi natura parem, punit, aliqvid sibi debet habere propositum. Et hoc est, qvod ajunt Scholastici, non debere in malo cujusqvam acqviescere ulciscentis animum. Sed & ante ipsos Plato in Gorgia, eos, qvi qvemqvam morte puniunt, aut exsilio, aut multa, non hoc βούλεσθαι ἁπλῶς, *simpliciter velle*, sed *boni alicujus causa*, ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ: Et * Seneca: ad vindictam veniendum, *non qvasi dulce sit vindicare, sed qvasi utile.* Etiam Aristoteles septimi de republica capite XIII. ait, qvædam esse honesta simpliciter, † qvædam ob aliqvam necessitatem, & posterioris exemplum ponit in pœnarum exactione.

Th. 2,2.q. 108. Silv. in verbo vindicta. Lib. II. de Ira, cap. XXXII.

† L.I.c.II.§.1. n.3.§.8.n.4.L. III.c.1.§.2.n.1.

***

Seneca) Ejusdem est libro eodem de ira secundo capite XII. *Exseqvar, qvia oportet, non qvia dolet.*

V. 1. Qvod ergo à Mimo dictum est:

Læso doloris remedium inimici dolor:

& à Cicerone dolorem pœna mitigari: Plutarcho ex Simonide, γλυκὺ καὶ οὐ σκληρὸν ὥσπερ ἀλγοῦντι θυμῷ καὶ φλεγμαίνοντι θεραπείαν καὶ ἀναπλήρωσιν προσφέρειν, congruit qvidem ei naturæ, * qvam homo cum bestiis habet communem: est enim ira, ut in bestiis, ita in homine ζέσις περικαρδίου αἵματος δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. ut recte definit Eustratius, * *fervor sanguinis circa cor ob appetitum reponendi doloris*, qvi appetitus adeo per se caret ratione, ut sæpe feratur in ea, qvæ non læserunt, ut in fœtus feræ, qvæ læsit; * aut in sensu carentia, ut in lapidem, qvo ictꝰ est canis. At talis appetitus, in se spectatus, *

 non

††b.§.n.3.§. 10.n. 2. † L.1.c.1.§.10. n.1.

non †† convenit parti rationali, cujus eſt imperare affectibus; ac proinde nec juri naturæ, qvia id eſt dictatum † naturæ rationalis ac ſocialis, qva talis eſt. Dictat autem ratio homini nihil agendum, qvo noceatur homini alteri, niſi id bonum aliqvod habeat propoſitum. In ſolo autem inimici dolore, ita nude ſpectato, nullum eſt bonum, niſi falſum & imaginarium: ut in divitiis ſupervacuis, multisqve aliis rebus ejusmodi.

***

Qvam homo cum beſtiis habet communem) Inde iſta Homercia: χόλος δέ μιν ἄγριος ἥρπε, *illum fera prenderat ira.*

item: ἄγερον ἐν στήθεσι ἧπτο μεγαλήτορα θυμόν. *Efferat ipſe animum magnum ſibi pectore in alto.*

item:

Κλῦθι Ἀχιλλεῦ δάμασον θυμὸν μέγαν. *Magnum animum, ſed Achille doma.*

Fervor) inde σβέσαι χόλον, *bilem extinguere*, apud Homerum.

Aut in ſenſu carentia) Seneca de Ira libro II. c. 26. *His iraſci qvam ſtultum eſt, qvæ iram noſtram nec meruerunt, nec ſentiunt.* Braſiliani, feri homines, de ferro ita, ut de homine, ſe vindicant.

Lib.II. de Ira, c.31.

Non convenit parti rationali, cujus eſt imperare affectibus) vide qvæ in hanc rem Seneca de Ira libro I. c. 5.

2. Atqve hoc ſenſu ultionem improbant in hominibus non Chriſtiani modo doctores, * ſed & Philoſophi, ut Seneca: *Inhumanum verbum eſt, & qvidem pro juſto receptum, Ultio, & à contumelia non differt, niſi ordine. Qvi dolorem regerit tantum excuſatius peccat.* Imo, ſi Maximo Tyrio credimus, ὁ τιμωρῶν ἅμα πάσχει ἀδικώτερος, *iniqvior eſt, qvi ſe ulciſcitur, eo, qvi prior nocuit.* Muſonius, *id*, ait, *cogitare, qvomodo qvis remordeat mordentem. & nocenti noceat, feræ eſt, non hominis.* Apud Plutarchum Dion is, qvi ſapientiam Platonicam in actus civiles convertit: τὸ ἀπλημμελεῖσθαι τοῦ ἀμύνασθαι νόμῳ δικαιότερον ᾠήθη, φύσει γινόμενον ἐκ μιᾶς ἀσθενείας: *ultionem legis arbitrio juſtiorem cenſeri illata injuria: at, ſi natura ſpectetur, ex eodem animi morbo naſci.*

***

Sed & Philoſophi) Plato Gorgia. Vide de eo Theodoretum libro XX. curationis.

3. Pugnat ergo cum natura hominis in hominem agentis, alieno dolore, qva dolor eſt, fatiari. Atqve adeo, qvo hominum qvisqve minus valet rationis uſu, eo ad vindictam eſt pronior.

II.§.n.1.§.10. n.2.

At vindicta bonum vita jucundius ipſa.

* *Nempe hoc indocti, qvorum præcordia nullis*
Interdum, aut levibus, videas flagrantia cauſis:

Qvan-

Qvantulacunq; adeo est occasio, sufficit iræ.
Chrysippus non dicet item, nec mite Thaletis
Ingenium, dulciq; senex vicinus Hymetto,
Qvi partem acceptæ sæva inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare. Plurima felix
Paulatim vitia atqve errores exuit omnes,
Prima docet rectum sapientia, qvippe minuti
Semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas,
Ultio: continuo sic collige, qvod vindicta
** Nemo magis gaudet, qvam fœmina.*

Eodem sensu Lactantius: *imperiti & insipientes, si qvando accipiunt injuriam, cæco & irrationabili furore ducuntur, & iis, qvi sibi nocent, vicem contribuere conantur.* Lib. VI.

***

Nempe hoc indocti) Sencca de Ira I. 13. *Atqvi iracundissimi infantes senesq; & ægri sunt, & invalidum omni naturâ qverulum est.*

Nemo magis gaudet, qvam fœmina) Terentius Hecyra:

Pueri inter se qvam pro levibus noxiis irascuntur.
Qvapropter? qvia enim, qvi eos gubernat animus,
Infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt forme ut pueri, levi sententia.

Ammianus Marcellinus libro XXVII. de ira sic loqvitur: *Hanc esse ulcus animi diuturnum, interdumq; perpetuum prudentes definiunt, nasci ex mentis mollitie consvetum, id asserentes argumento probabili, qvod iracundiores sunt incolumibus languidi, & fœminæ maribus, & juvenibus senes, & felicibus ærumnosi.*

4. Liqvet ergo, ab homine hominem non recte puniri tantum puniendi causa. qvæ ergo utilitates rectam faciant pœnam, videamus.

VI. 1. Pertinet autem huc pœnarum partitio, qvæ est apud Platonem Gorgia, & Taurum philosophum ad eum locum, cujus verba Gellius recitat libro V. cap. XIV. nam partitiones istæ ex fine desumtæ sunt, nisi qvod, cum duos fines Plato posuisset, emendationem & exemplum, tertium addidit Taurus *τιμωρίαν, qvam Clemens Alexandrinus definit: κακῶν ἀνταπόδοσιν ἐπὶ τὸ ἐξ τιμωρῆντ@ συμφέρον ἀναφερομένην: *mali retributionem, qvæ ad exigentis utilitatem refertur.* Aristoteles, qvi, omissa pœna exemplari, hanc solum speciem cum emendatione ponit, adhiberi eam dedit, ἕ τινὸ@ ἕνεκα ἵνα ἀποπληρωθῆ *exigentis causa ut ei satisfiat*: Plutarchus qvoqve eam non omisit, cum dixit: ἀ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι τιμωρίαι κ τῶν μελλόντων εἶσιν ὀπτήρσεις ἀδικημάτων μάλιστα τὸ παρηγορῶν τὰς πεπονθόσας ὕβρεσιν ἀνίας. *Qvæ facimus statim subsequuntur pœnæ, non modo in posterum inhibent delinqvendi audaciam, sed & injuria affectos maxime consolantur.* Et hæc Rhet. I. cap. 10.

proprie eſt, qvam idem Ariſtoteles refert ad δικαιοσυνην συναλλακτικην, *juſtitiam, qvam ipſe commutatricem vocat.*

***

Τιμωριαν) tria hæc νουθεσιαν, τιμωριαν, κολασιν, emendationem, ſatisfactionem, exemplum, etiam Chryſoſtomus ponit in I. ad Corinth. XI, 32.

2. Sed ſubtilius iſta examinanda ſunt. Dicemus ergo, in pœnis reſpici aut utilitatem ejus, qvi peccarit, aut ejus, cujus intererat, non peccatum eſſe, aut indiſtincte qvorumlibet.

VII. 1. Ad horum trium finium primum pertinet pœna, qvi philoſophis modo νουθεσια, modo κολασις, modo παραινεσις dicitur; Paulo Juriſconſulto pœna, qvæ conſtituitur in emendationem, σωφρονισμου ἑνεκα Platoni, Plutarcho ἰατρεια ψυχης, *animi medicatrix*, qvæ hoc agit, ut eum, qvi peccavit, reddat meliorem medendi modo, qvi eſt per contraria. Nam qvia omnis actio, præſertim vero deliberata ac freqvens, qvandam gignit ſui proclivitatem, qvæ adulta habitus dicitur, ideo vitiis, qvam primum fieri poteſt, adimenda eſt illecebra, qvod fieri rectius neqvit, qvam ſi * dolore qvodam ſubſeqvente ſaporem amittant dulcedinis. Platonici, recitante Apulejo:

Ann. III. *gravius & acerbius eſt omni ſupplicio, ſi noxio impunitas differatur, nec hominum interim animadverſione plectatur.* Apud Tacitum eſt: *corruptus ſimul & corruptor, æger & flagrans animus haud levioribus remediis reſtingvendus eſt, qvam libidinibus ardeſcit.*

***

Dolore qvodam ſubſeqvente) Seneca de ira L. V. *qvemadmodum qvædam haſtilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non ut frangamus, ſed ut explicemus, elidimus; ſic ingentia vitia prava dolore corporis animiq; corrigimus.* Idem de ira II, 27. *In his erunt boni magiſtratus, parentes q. & judices, qvorum caſtigatio ſic accipienda eſt, qvomodo ſcalpellum & abſtinentia, & alia, qvæ profutura torqvent.*

†††

Trium finium) Addit qvartum, contra Grotium diſputans *Anton. Matth. pag. 746.* nempe ut malus è medio tollatur; ut ne terra inqvinetur flagitiis, neve vindictam abſit, qvi neglexere ſcelera vindicare, ſupremus judex ſumat. Exempla autem ſubjicit. Ille ex ſacris petita: etenim inqviens, cædes duorum virorum fortium à Joabo jam olim facta erat: erat prope longi temporis oblivione ſepulta: David tamen jam moriturus, non obſtante temporis præſcriptione, pœnas de Joabo ſumi juſſit. Inceſtus à Thamare admiſſus clam & nemine conſcio erat: tumor duntaxat ventris arguebat domi flagitium, ita, ut ſcandalo publico non eſſet: tamen flammis rea ſubjici jubetur. Qvid Paulus Apoſtolos vi tempeſtatis Meliten delatus, qvi ſcandalo erat? tamen ſecundum Melitenſium conjecturas, vindicta divina eum vivere non patiebatur. Qvanta porro ejusdem Joabi atqve fratrum, non ſolum erga Davidem, ſeder univerſum regnum merita? Nonne Joabus multa bella feliciter confecerat? nonne pro rege ceciderat in acie frater ejus Aſahel? nonne alter frater Abiſai regem præſenti mortis periculo exemerat, cum immineret ei gigas, cui Jesbi nomen, filius Raphæ, num idcirco parcendum Rex cenſuit? Apparet igitur neqve con-

conscientiam paucorum, neqve merita rei justam esse indulgentiæ causam, dariqve qvartum pœnæ finem, nempe ut malus è medio tollatur. Sed nos, si Grotium cum suâ hypothesi inspiciamus idqve juxta §. 9. n. 1. adopinamur, qvarto fine opus non esse: nam ibi Grotius vult, malum inter alias causas etiam propterea puniendum esse, ne aliis qvibusvis molesti sint alii impunitate illecti. Jam vero molestus dicitur non tantum ille, qvi proprio corpore alteri ægrè facit; sed ille insuper, cujus intuitu nobis ægrè fit ab alio: prouti hic dicitur provincia puniri à Deo propter neglectam scelerum vindictam. Interim tutius acturos credimus eos, qvi, relictis assertis Grotianis, multum qvippe (ut supra ad §. 3. n. 1. h. c. monitum) de confusione vindictæ & pœnæ propriè sic dictæ participantibus, *ultimum* & genuinum pœnarum *finem* in reparatione Reip. læsæ constituunt, ejusqve *causam efficientem* majestati pariter & ab eadem dependenti magistratui, assignant. Optimè namqve Resp. corpori mystico, ad modum corporis vivi veriqve se habenti, comparatur à *Plutarcho* (ad Trajanum perorante, cujus etiam pluribus mentionem fuerunt *Guevarr. in Horolog. Princip. cap. 36. pag. 134. & seqq. Limn. de Jur. Pub. lib. 1. cap. 7. n. 53. pag. 81. add. Hermes Fasc. J. Publ. cap. 5. num. 1. pag. 46.*) ita qvidem, ut ejus caput majestas, manus, brachia, pedes, &c. Subditi repræsentent. Qvemadmodum igitur in corpore physico reliqva membra capitis directorio subjecta sunt adeò, ut non tantum hujus voluntati & nutibus sese lubenter conforment, sed etiam, vulnerata atqve læsa, curationem ab eo unicè expetant, aut, qvando res, intuitu reconvalescentiæ, planè desperata est, totalem sui abscissionem ejusdem dispositioni, ad corpus reliqvum salvandum, concedant; Etenim, juxta Poëtam, immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur: Sic qvoqve in corpore politico principis regimini cives adeò subjacent, ut tanqvam membra moralia ad status publici conservationem accommodari qveant, qvam si suis malefactis læserint, perinde reparatione opus erit ad vulneri huic civili medendum, qvod vel corporis pœnali coërcitione, vel absolutâ destructione, prouti nimirum necessitas ac talio moralis efflagitant, peragitur. Alioqvin largimur, illos à Grotio adductos fines nonnunqvam *intermediorum* locum sustinere valere.

2. Punitionem qvæ huic fini inservit natura cuivis esse licitam, qvi judicio valeat, & ejusmodi generis aut paribus vitiis non teneatur, ex ea, qvæ verbis fit, castigatione apparet. Th. 2. 2. q. 33 3.

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immune est facinus, verum in ætate utile. Plaut. Trinum.

In verberibus vero & aliis, qvæ coactionis aliqvid continent, discrimen * inter personas, qvibus id liceat aut non liceat, non est factum †† à natura (neq; enim potuit, nisi qvod ratio parentibus in liberos † ejus juris usurpationem pro affectus necessitudine peculiariter commendat) sed à legibus, qvæ communem illam generis humani propinqvitatem, vitandarum rixarum ergo, ad proximos affectus restrinxerunt, ut videre est tum alibi, tum Codice Justinianeo titulo de emendatione propinqvorum: qvo & illud pertinet Xenophontis ad milites: εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασά τινα, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. *Si qvem, ut prodessem, verberavi, pœnam debere me profiteor, qvalem parentes filiis, & magistri discipulis. Nam & medici ægrotum suo ipsius bono urunt ac secant.* Lactantius l. VI. *Jubet Deus, ut manus nostras super minores semper habeamus, hoc est,*

†† h. c. §. 3. n. 1. c. 21. § 3. n. 1.
† §. 8. n. 4. & 6. §. 40. n. 4. L. I. c. III. §. 2. n. 1. c. IV. §. 7. n. 3. L. II. c. V. §. 1. seqq.

Cap. 19. *est, ut peccantes eos assiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum, & ad vitia nutriantur.*

***

Inter personas qvibus id liceat) Vide Augustinum Enchiridio cap. 72.

†††

Natura cuivis esse licitam) Imò non, si nobiscum pensitaveris tradita in *not. ad h. c. §. 3. n. 1.* Hic porrò confunditur, benè monente *Dn. Osiandr. p. 1126.* correctionis actus, qvi ex charitate oritur, cum eo, qvi fit à justitiâ: illum ad qvemvis pertinere posse largimur; hunc verò alii, qvam magistratui, competere negamus. Explicari de cetero per hoc, qvod de juris puniendi usurpatione, à ratione parentibus in liberos, pro affectus necessitudine, peculiariter commendatâ, proponit, melius possunt ea, qvæ protulit *Grot. l. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* ubi tempus aliqvod ponit ante constituta judicia: qvod tamen communiter ferè interpretes negant. Nam Grotius distingvit tempus, in qvo homines secundum jura naturæ vivebant sub regimine suæ cujusq; familiæ & gentis communi capite, *Causin. de Regn. Dei. Dissert. 2. pag. 2.* ita ut animadversio in sontes cuilibet, qvatenus familiæ caput, concederetur; ab eo tempore, ubi demum magistratus politicus ex conventionibus inter gentes fuit constitutus, *arg. §. singulorum. II. Instit. de Rer. Divis.* & qvo ad hoc posterius verum videtur, discrimen in verberibus & aliis, qvæ coactionis aliqvid continent, inter personas (politice scilicet & ratione magistratus ac subjectionis jure gentium introductæ consideratas) qvibus id liceat, aut non liceat, esse factum à naturâ.

3. Hoc vero puniendi genus ad mortem pertingere non potest, nisi eo modo, qvem reductivum vocant, qvo negationes reducuntur ad rerum oppositarum genera. Nam sicut Christus dixit, melius qvibusdam futurum fuisse, id est non tam male, si nati nunqvam essent; ita ingeniis insanabilibus melius est, id est minus est malum, † emori, qvam vivere, qvando certum est, vivendo pejores evasuros. De talibus Seneca loqvitur, cum ait, interdum, ut pereant, interesse pereuntium. Jamblichus: καθάπερ τῷ ὑποπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν. *Quomodo suppurato melius est uri, qvam sic manere; ita improbo mori, qvam vivere.* Talem vocat Plutarchus ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, αὐτῷ τε βλαβερώτατον, *ceteris noxium qvidem, at sibi maxime.* Et Galenus, cum morte puniri homines dixisset, primum, ne vivi noceant; deinde, ut alii pœnæ metu deterreantur, addit: καὶ τρίτον ἐστὶ καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἄμεινον τεθνάναι διεφθαρμένοις, οὕτω τὴν ψυχὴν ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν. *Tertio, & ipsis expedit mori, ita corruptis animo, ut ad sanitatem perduci neqveant.*

Marc. XIV, 21.

† h. c. §. XIII. n. 1.

De ira c. 5.

4. Sunt, qvi hos ipsos esse putant, qvos Johannes Apostolus ait * ad mortem peccare. Sed qvia fallacia sunt ejus rei argumenta, dictat caritas, neminem temere habendum pro deplorato, ita ut hoc qvidem sine animadversio non, nisi raro admodum, locum habere possit.

I. Joh. V, 16.

Ad mortem peccare) τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας: morbo tentos insanabili hos vocat Chrysostomus II. Corinth. XIII, 9. Julianus secundo libro de Constantio: διττῶν δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν μὲν ἀποφαινόντων ἐλπίδας ἀμείνους, καὶ οὐ πάντῃ τὴν θεραπείαν ἀπεστραμμένων, τῶν δὲ ἀνίατα πλημμε-

μελόντων. τούτοις δὲ οἱ νόμοι θάνατον λύσιν τῶν κακῶν ἐπενόησαν, οὐκ εἰς τὸ ἐκείνων μᾶλλον εἰς τὸ τῶν ἄλλων ὠφέλειαν. *Cum duo sint delictorum genera, alia quidem, quæ spem præbent rerum meliorum, neque curationem penitus repudiant, alia vero hominum insanabiliter peccantium, huic generi leges mortem malorum exitium reperêre, non tam ipsorum, quam omnium aliorum bono.*

IIX. 2. * Utilitas ejus, cujus intererat non peccatum esse, in eo sita est, ne posthac tale qvid patiatur, aut ab eodem, aut ab aliis. Gellius ex Tauro hanc speciem sic describit, *cum dignitas auctoritasve ejus, in quem est peccatum, emenda est, ne prætermissa animadversio contemtum ejus pariat & honorem levet.* Sed qvod de auctoritate læsa dicit, idem de libertate cujusqve, aut alio jure læso, intelligendum est. Apud Tacitum legimus: *consuleret securitati justa ultione.* Ne, qvi læsus est, ab eodem malum patiatur, tribus modis curari potest: *primum*, si tollatur, qvi deliqvit; *deinde*, si vires nocendi ei adimantur; *postremo*, si malo suo dedoceatur delinqvere, qvod cum emendatione, de qva jam egimus, conjunctum est. Ne ab aliis lædatur, qvi læsus est, punitione non qvavis, sed aperta atq; conspicua, qvæ ad exemplum pertinet, obtinetur. Lib. 6. c. 14. Lib. 14. Ann. c. 61.

* * *

Utilitas ejus, cujus intererat non peccatum esse) Etiam hujus rei in feris imago qvædam. *Leo in adulteræ pœnam consurgit*, Plinius historiæ naturalis IIX, 16.

2. Ad hos ergo fines, & intra æqvi terminos si dirigatur vindicatio, etiam privata, si jus nudum naturæ, id est abductum à legibus divinis humanisqve, & ab his, qvæ non necessario rei accidunt, respicimus, non est illicita: sive fiat ab ipso, qvi læsus est, sive ab alio, qvando hominem ab homine adjuvari naturæ est consentaneum. Atq; hoc sensu admitti potest, qvod Cicero, cum jus naturæ esse dixisset id, qvod nobis non opinio, sed innata vis affert, inter ejus exempla collocat vindicationem, qvam gratiæ opponit: ac ne qvis ambigeret, qvantum eo nomine vellet intelligi, vindicationem definit, *per qvam vim ac contumeliam defendendo aut ulciscendo propulsamus à nobis ac nostris, qvi nobis cari esse debent, & per qvam peccata punimus.* Mithridates in oratione, qvam ex Trogo exscripsit Justinus: *adversus latronem si negveant pro salute, pro ultione tamen sua, omnes ferrum stringere.* Hoc ipsum αἰτίνης νόμον vocat in vita Arati Plutarchus. L. I. c. II. §. 2. n. 17. De invent. II. Lib. XXXIIX.

3. * Hoc naturali jure defendens se Samson adversus Palæstinos insontem se testatur fore, si Palæstinos, qvi se male affecerant, malo vicissim afficeret: Et post peractam ultionem eadem se tuetur ratione dicens, se ipsis fecisse, qvod ipsi sibi fecissent priores. Platænses apud Thucydidem: ἐφ' ἡμᾶς ἐπιμωρησόμεθα καὶ ἐπὶ πάσι νόμου κατηγοῦμεν τὸν ἀμυνόμενον πολέμιον ὅσον ἐναι ἀμύνεσθαι, *merito eos ulti sumus, jure apud omnes ut hostilia patrantem ulcisci liceat.* Demosthenes oration adversus Aristocratem communem ait esse legem in-

ter homines, ut eum, qvi nostra vi rapiat, ulcisci nobis sss sit. Et Jugurtha apud Sallustium, cum dixisset Adherbalem vitæ suæ esse insidiatum, addit, Populum Romanum *neq; pro bono neq; pro recto facturum, si ab jure gentium se prohibuerit:* id est ab ultione. Aristides orator & à Poëtis, & à Legum auctoribus, & à proverbiis, & ab oratoribus, & omnibus deniqve hoc ait, probari ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, *ultionem sumi de his, qvi injuriam facere aggressi sunt.* Maccabæos laudat * Ambrosius, qvod etiam Sabbato * ulti sunt innocentium necem fratrum suorum. Idem adversus Judæos, incensam à Christianis basilicam graviter qverentes, disputans sic ait: *Ac certe si jure gentium agerem, dicerem qvantas basilicas Judæi tempore imperii Juliani incenderint:* ubi * jus gentium vocat par pari referre. Nec aliter apud Tacitum civilis: *Egregium pretium laboris cepi, necem fratris, & vinculæ meæ, & sævissimas hujus exercitus voces, qvibus ad supplicium petitus jure gentium pœnas reposco.*

Orat. pro qvatuor.

De Off. L. I, c. 40.

Ep. 29.

Hist. IV.

* * *

Hoc naturaliter jure) Φόνον φόνῳ λελῦσθαι: Romulus de Tatio occiso à Laurentibus, *cædem cæde pensatam*, apud Plutarchum. Idem Plutarchus de Mantineensibus male tractatis ab Achæis: καὶ ταῦτα μὲν ἔχε τὴν τοῦ ἀμύνης νόμον: *& hæc qvidem ultionis æqvitatem in se habeant.* Belisarius apud Procopium Vandalicorum I: Φύσει γὰρ πρόσεστι τοῖς ἀδικουμένοις ἡ πρὸς τοὺς βιαζομένους ἔχθρα: *naturalis enim est læsi hominis in eum, qvi vim intulit, inimicitia.*

Ambrosius) Eundem vide oratione contra Symmachum.

Ulti sunt innocentium necem fratrum suorum) Vide Josephum Antiqvæ historiæ XIII, I. de vindicata Johannis morte.

Jus gentium vocat par pari referre) Sic & Livius libro I, *cum Laurentes jure gentium agerent.*

4. Sed qvia in rebus nostris & nostrorum affectu corrumpimur, ideo simul † multæ familiæ in unum locum convenerunt, judices constituti, & his solis data potestas vindicandi læsos, ademta ceteris, qvam natura indulserat, libertate. Lucretius:

† h. §. n. 6. §. VII. n. 2. §. XL. n. 4.

Acrius ex ira, qvod enim se qvisq; parabat
Ulcisci, qvam nunc, concessum est legibus æqvis,
Hanc ob rem est homines pertæsum vi colere ævum.

Demosthenes in Cononem: προεώρα) ἐν τοῖς νόμοις εἶναι τούτων ἑκάστου τὴν δίκην, μὴ τῇ τοῦ προστυχόντος ὁρμῇ, μηδὲ βουλήσει ταῦτα κρίνεσθαι: *placuit, de omnibus his injuriis * ex legibus judicium exerceri, non autem ex cujusqve impetu atqve arbitrio.* Qvintilianus: *injuriæ compensatio non solum juri inimica, sed paci: est enim lex, forum, judex, nisi qvem jure vindicari pudet.* Imperatores Honorius & Theodosius: *idcirco judiciorum vigor jurisq; publici tutela in medio constituta, ne qvisqvam sibi ipsi permittere valeat ultionem.* Rex Theodoricus: *hinc est, qvod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu.*

L. 14. Nullus. C. de Judæis.

Cassiod. Ep. 10. lib. IV.

Ex

***

Ex legibus judicium exerceri, non autem ex cujusque impetu atq; arbitrio)
Tyndareus adversus Orestem sic declamat in Euripidis Oreste à vers. 492.

πρὸς τόνδ' ἀγών τις σοφίας ἧκε πέρι;
εἰ τὰ καλὰ πᾶσι φανερὰ, καὶ τὰ μὴ καλὰ,
τοῦτ' τίς ἀνδρῶν γίνετ' ἀσυνετώτερος;
ὅστις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο,
οὐδ' ἦλθεν ἐπὶ τὸ κοινὸν ἑλλήνων νόμον.
ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον
πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα
(αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω ποτὲ)
χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματος δίκην
ὁσίαν, διώκοντ' ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
μητέρα, τὸ σῶφρόν τ' ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς,
καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἴχετ' εὐσεβής τ' ἂν ἦν.
νῦν δ' εἰς τὸν αὐτὸν δαίμον' ἦλθε μητέρι,
κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος,
αὐτὸς κακίων γίνετο μητέρα κτανών.
ἐρήσομαι δὲ Μενέλαως τοσόνδε σε.
εἰ τόν δ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνὴ,
χ' ὁ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτανεῖ,
κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνον φόνῳ
λύσει, πέρας δὲ ποῖ κακῶν προβήσεται;

Huic me jubes certare de sapientia?
Quæ pulchra, quæq; fœda, si cunctis patent,
Isto homine tandem quis fuit dementior?
Qui nec, quod æquum est, mente pervidit sua,
Nec quod per omnem Græciam leges jubent?
Namq; ubi Agamemnon spiritum efflarat suum,
Transverberatus à mea nata caput,
(Quod turpe facinus absit, ut dicto probem)
Tunc ille rite debuit matrem ream
Peragere cædis è lare ejectam suo.
Ita temperate pertulisset miseriam,
Pœnas petisset jure, servasset pium.
Nunc subiit illum, quod prius matrem nefas,
Illam malam vocat ille, non injuria:
Sed pejor illa est ipse, dum matrem necat.
Menelaë, si permittis, hoc te interrogo:

Irata si uxor conjugem occidet suum,
Hanc ultor ipse filius tradet neci,
Et rursus illo genitus hanc cædem nova
Cæde expiabit, sine quo stabunt mala?

Qvæ postrema, plena prudentiæ, materiam disserendi & philosophis & oratoribus præbuerunt. Maximus Tyrius in dissertatione, an referenda injuria: εἰ γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, ἀεὶ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλον, καὶ μεταπηδᾷ καὶ διαδέξεται ἀδικία ἀδικίαν, εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία. τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. ὦ ζεῦ καὶ οἷον πεπόιηκας, δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων, καὶ ποῖ βαδιεῖται τὸ κακὸν, καὶ ποῦ στήσεται; *Nam si is, qui passus est injuriam, ultionem sumet, transibit malum ab hoc ad illum velut saltu quodam, & injustitiæ injustitia succedet. quippe si hoc jure posito concedis ei, qui malum pertulit vindicare in eum, qui fecit, sequitur, ut rursus ab hoc ad illum se referat ultio. Est enim justum, par utriq; parti. Si id ita est, quid nobis fecisti Jupiter, Justitiam, ex injuriis conflatam? & quo procedet, ubi verò stabit hoc malum?* Aristides oratione de Pace: τίς γὰρ τῶν ἑλλήνων λειφθήσεται, εἰ διὰ τοὺς προτέρους ἀπολωλοκότας, οἱ μετ' αὐτοὺς ἀεὶ ταὐτὸ τοῦτο πείσονται; *quis enim Græcorum erit reliquus, si propter eos, qui jam periere superstites alii perpetuo idem malorum ferent?* Habet idem Aristides sensum similem in Leuctrica secunda.

L. I. c. III. §. 2. n. 1.

5. Manet tamen vetus naturalis libertas, primum in locis ubi judicia sunt nulla, ut in mari. Qvod forte referri potest, qvod Cajus Cæsar privatus adhuc piratas, à qvibus captus fuerat, classe tumultuaria persecutus est, ipsorumqve naves partim fugavit, partim mersit, & cum proconsul negligeret animadvertere in captos piratas, ipse eos, in mare reversus, cruci suffixit. Idem locum habebit in locis desertis, aut ubi Nomadum † more vivitur. * Sic apud Umbricos narrat Nicolaus Damascenus sibi qvemq; fuisse ultorem: qvod & apud Moschos hodie impune fit post tempus aliqvod aditi judicis. Nec aliunde origo singularium certaminum, qvæ antę Christianismum * Germanicis nationibus usitata, alicubi necdum satis desveta sunt. ideo apud Vellejum Paterculum mirantur Germani cum Romanæ jurisdictionis formam conspicerent, qvod injurias justitia finiret, qvod solita armis discerni jure terminarentur.

† L. III. c. 9. §. 18. n. 1.

Vell. Pat. L. II. & Plut. in Cæs. Apud Stob. de Legibus. Lib. II.

***

Sic apud Umbricos) An Umbros in Italia significatos voluit? Apud Afrorum multos idem moris fuisse, testis est Leo Afer lib. II. C. de Tefechis, & capite de Teijuta, & alibi.

Germanicis nationibus) Gotthos suos corrigens Rex Theudericus apud Cassiodorum III, 23. *Remove consvetudines abominanter inolitas, verbis ibi potius non armis res tractetur.* & 24. *Cur ad monomachiam recurritis? qvid opus est*

est homini lingva, si causam manus agit armata? Trachonitis in oriente, νόμος πάντα τρόπον ἐπεξιέναι τοὺς τῶν οἰκείων φονεῖς. *Mos omnibus modis ultionem sumere de propinqvorum homicidis.*

6. Lex Hebræa propinqvo occisi permittit, ut extra asyli loca homicidam interficiat: rectеqve notant interpretes Hebræi, talionem pro mortuo manu exigi posse; pro se, ut puta in vulnere, non (a) nisi per judicem, qvia scilicet difficilior est moderatio, ubi proprius dolor accedit. Parem morem privatim vindicandæ cædis apud vetustissimos Græcos fuisse apparet ex Theoclymeni verbis, qvæ apud Homerum sunt Odysseæ O. Sed maxime freqventia sunt hujus moris exempla inter eos, qvi communem judicem non habent: hinc *justa bella definiri solent*, Augustino teste, *qvæ ulciscuntur injurias*: Et Plato bellicum certamen probat, μέχρις οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην, *donec qvi in culpa fuerint cogantur innocentibus dolore affectis pœnas pendere.* Num. 35, 19. (a) h. c. §. 10. n. 2. Sen. I. de Clem. 203. L. II, q. 10. super Joh. L. de Rep. XII.

†††

Exempla (inter eos) Sed hæc concessa facultas privatim vindicandæ cædis non est *formaliter* pœna, licet cum eâdem conveniat in materialibus. Porrò hic vindex, sangvinis inter Judæos non *proprie* erat, qvoad illum actum, *persona privata*; sed *publica per consequentiam*: faciebat qvippe hanc in homicidam executionem concedente Deo atqve magistratu populi. Notabis aliàs, qvod dubium idem moveat *Molin. de Just. & Jur. Tract. 2. diss. 100. num. 6. pag. 411.* utrum si tam barbara sit aliqva natio, ut superiorem non habeat, sed singulæ duæ familiæ, aut duo pagi ita ab invicem sint divisi, ut communem non habeant superiorem, qvd in Brasilicâ regione evenire videtur, *Vid. l. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* fas sit uni familiæ aut pago, propriâ authoritate sumere justam vindictam & satisfactionem de injuriis ac damnis ab alterâ familiâ aut pago illatis? Respondet autem affirmativè cum *Navarr. cap. novit. de Judic. cor. 25. num. 94. & seqq. Gabr. 4. diss. 15. q. 4. art. 1. Angel. verb. bellum. §. 6.* propterea, qvod positâ eâ barbarie sane in unaqvaqve familiâ aut pago militent rationes, propter qvas dicimus autoritatem esse in unaqvaqve Rep. ad vindicandas injurias suis ab externis illatas: qvare concedenda erit in eo eventu in unaqvaqve familiâ aut pago ea autoritas, comparatione malefactorum alterius pagi aut familiæ. Licet ergò nullus privatus etiam tunc sumere possit vindictam de injuriâ sibi illatâ, eò qvod facilè unusqvisqve in propriâ causâ posset obcæcari, ideoqve scriptum sit, mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus: nihilominus petere illam potest autoritate capitis, qvale in eâ familiâ aut pago reperitur: qvod, tanqvam Dei minister, publicâ adeoqve proinde autoritate derivatâ, illam exeqvatur.

IX. 1. Utilitas indistincte qvorumlibet, qvi finis erat tertius, easdem habet partes, qvas illa, qvæ ad læsum pertinet. Nam aut hoc agitur, ne, qvi uni nocuit, aliis noceat, qvod fit, eum tollendo aut debilitando, sive constringendo ita, ut nocere neqveat, aut emendando: aut * ne alii, impunitate illecti, aliis qvibusvis molesti sint, qvod ex suppliciis conspicuis obtinetur. qvæ Græci παραδείγματα. Latini exempla vocant: qvæ ideo adhibentur, ut unius pœna metus sit multorum, ut pœnæ genere deterreri ceteri possint, ut leges loqvuntur, ἵνα ἄλλοι πρόνοιαν ποιῶνται καὶ φοβῶνται, ut Demosthenes. L. 7. qvoniam. C. ad L. Faviã. de Plag. L. I. C. ad L. Jul. Repetund.

***

Ne alii impunitate illecti aliis qvibusvis molesti sint) Polybius leones ob homi-

minum appetitum crucifixos vidit, quia ceteri metu pœnæ similis abſterrerentur eadem noxa. Plinius lib. IIX. c. 16.

2. Hujus qvoqve juris poteſtas naturaliter penes unumqvemqve eſt. Prac. Pol. Sic * Plutarchus virum bonum ait natura magiſtratum deſignari, & qvidem perpetuum: nam ipſa naturæ lege ei principatum deferri, qvi agat juſta. Sic ſapientem nunqvam eſſe privatum Naſicæ exemplo probat Tullius; & Lollium non unius anni conſulem Horatius vocat: & Euripides Iphigeniam Aulide:

Mente qvi prudente pollet, is magiſtratum gerit.

Qvæ tamen in republica intelligenda ſunt, qvatenus ejus leges id ferunt.

***

Plutarchus) idem Pelopida: ὁ γὰρ πρῶτος, ὡς ἔοικε, κυριώτατος νόμος τοῦ πόλεσι δεσμεύειν τὸ σώζειν δυνάμενον ἄρχοντα καὶ φύσιν ἀποδίδωσι. *Prima eademq; antiquiſſima lex eum, qvi ſervare poteſt, ei, qvi ſalute opus habet, naturaliter magiſtratum deſignat.* & Philopœmene: τὰς ἑαυτοῦ πολίτας οὐκ ἀλλάξειν ἤτε νόμον, ἤτε χειροτονίαν ἀφιμένους, ἀλλ' ὡς ἀεὶ πάντως ἄρχοντι τοῦ κρείττονος καὶ φύσιν ἑπομένους. *Suſcepit cives ſuos, qvi neq; legum neq; ſuffragiorum tempus expectaverunt, ſed ipſum ſeqvebantur naturæ lege, qvæ ſemper potiorem vult imperare deterioribus.* Similia apud eum habes fine vitæ T. Flaminii. Scriptor de cauſis corruptæ eloqventiæ, de oratoribus agens: *Hi ne privati qvidem ſine poteſtate erant, cum & populum & ſenatum conſilio & auctoritate regerent.* Chryſoſtomus II. ad Corinthios VII, 13. de Moſe: καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας δημαγωγὸς ἦν ἀπὸ τῶν ἔργων, διὸ καὶ σφόδρα αὐτοῦτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ ἐβραῖος ἐκεῖνος, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς. τί λέγεις; τὰ ἱερὰ ὁρᾷς, καὶ περὶ τῆς ἱερουργείας ἀμφισβήτεις, ὥσπερ αὖ εἴ τις ἴδοι τέμνοντα πυθαγόρου ἄρτι, καὶ τὸ πεπυνηκότι μέλει ἢ σώματος βοηθῆναι, λέγοι, τίς σε κατέστησεν ἰατρὸν καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε καὶ ἡ νόσος ἡ σή. ὅτω καὶ θεῖον ἡ ὀπτασία τοιοῦτον ἐπέπηγε. καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἄρχειν ἐστίν, οὐκ ἀξίωμα μόνον καὶ τέχνη τεχνῶν πασῶν αἰωτέρα. *Etiam antequam mann populum educeret, dixerat ipſis factis. Valde igitur ſtulte Hebræus ille ei dixit: Qvis te conſtituit nobis principem ac judicem? qvid dicis? Facta vides, & de nomine facis controverſiam; velut ſi qvis medicum videat optime ſecantem ac ſic opitulantem ægro corporis membro, deinde ei dicat, qvis te conſtituit medicum, qvis ſecare præcepit? Ars, mi bone vir, & morbus tuus. ſic & Moſem ſua peritia talem fecit. nam & imperare non dignitas tantum eſt, ſed & ars, & qvidem artium omnium ſublimiſſima.* tractat idem ſcriptor hoc ipſum argumentum ad Eph. III. in fine: ἡ ἀδικία, φησὶ καὶ ἡ ὠμότης φησὶν, αὕτη με κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν. *Tua, inqvit, injuſtitia, tua feritas me conſtituit principem & judicem.*

3. De hoc naturali jure ita loqvitur Democritus: ipſius enim verba, qvia notabilia ſunt, adferam. Primum de jure beſtias interficiendi ſic illi videtur:

detur: κατὰ δὲ ζώων φόνου καὶ μὴ φόνου ὧδε ἔχει. τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῶος ὁ κτείνων. καὶ πρὸς εὖ ἔστ' οὖν οὕτω ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή. *De occidendis aut non occidendis animantibus ita se res habet: quæ injuriam faciunt, aut facere volunt, quisquis occiderit purus est, adeo quidem ut hoc fecisse, quam non fecisse sit rectius.* Et mox: κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα πρὶ παντός. *ea quæ injuste nobis nocent omnino & omnia fas occidere.* Et certe non improbabile est, hoc more vixisse viros probos * ante diluvium, anteqvam Deus suam voluntatem de vertendis in hominum alimenta animantibus ceteris prodidisset. Rursus: ὅκως πρὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, οὕτω καὶ κατ' ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι σκοπεῖν. *Quæ vero de vulpibus & de inimicis serpentibus scripsimus, eadem in hominibus facienda videntur.* Tum vero subjungit: κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῶος ἂν εἴη καὶ αὐτοχειρίᾳ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ. *Furem & latronem, qui quocumq; modo occiderit; sive manu, sive jussu, sive suffragio, innocens est.* ad qvos locos respexisse mihi videtur Seneca, cum ait: *cum cervices noxio præcidi imperabo, eo vultu animoq; ero,* * *quo serpentes & animalia venenata percutio.* Et alibi: *ne viperas quidem & natrices, & si qva morsu aut ictu nocent, affligeremus, si ut reliqva mansvefacere possemus, aut efficere, ne nobis aliisq; periculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus, qvia peccavit, sed ne peccet.*

h.c. §. XVII. n. 2.

Lib. II. de Ira.

***

Ante diluvium) Aliqvos & postea moris primævi memores. ita Dicæarchus & alii, qvos testes citat Hieronymus, contra Jovinianum.

Quo serpentes & animalia venenata percutio) καθάπερ οὖν ἔχεις καὶ σκορπίους ὅσα ἰοβόλα πρὶν δακεῖν ἢ τρῶσαι καὶ συνόλως ὁρμῆσαι θεασάμενοι μόνον χωρὶς ὑπερθέσεως κτείνομεν, προφυλαττόμενοι διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν ἐν αὐτοῖς κακίαν, τὸ μηδὲν παθεῖν τρόπον καὶ ἀνθρώπους ἄξιον τιμωρεῖσθαι, οἱ φύσεως ἐπιλαχόντες ἡμέρου διὰ τὴν κοινωνίας αἰτίαν λογικὴν πηγὴν, ἐπιτηδεύσει πρὸς θηρίων ἀτιθάσσων ἀγριότητας μεταβάλλουσιν, ἐν ἡδονῇ καὶ ὠφελείᾳ τιθέμενοι τὸ κακῶς ποιεῖν ὅσους ἂν δύνωνται. *Sicut ergo viperas & scorpios, & qvæ alia veneno nocent, priusqvam aut mordeant, aut vulnerent, aut ullum in nos impetum faciant, statim sine mora occidimus, præcaventes, ne qvid patiamur mali ab ea, qvæ in ipsis est, malitate, eundem ad modum & homines puniri par est, qvi naturam nacti mansvetam, propter fontem rationis, qvæ ad societatem trahit, institutis in ferarum sævitiam transeunt, utilitatiq; ac voluptati habent, nocere qvam possunt plurimis.* Hæc Philo de specialibus legibus II. Claudius Neapolitanus apud Porphyrium Lib. I. de non esu animalium: οὐκ ἔστι γὰρ ὅστις ἰδὼν ὄφιν οὐκ ἔκτεινε δυνάμενος, ὡς μήτ' αὐτὸς δηχθείη μήτ' ἄλλος ἁπλῶς ἄνθρωπος. *nemo est, qvi serpentem sibi conspectum, si possit, non occidat, ne aut ipse ab eo vulneretur, aut alius.* Vide, si vacat, & seqventia. ibidem non multo post: ὄφιν καὶ σκορπίον, κἂν μὴ ἐπίωσιν ἡμῖν, κτείνομεν, ἵνα μηδ' ἄλλος

λος πρὸς αὐτῶν τι παθῇ, τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀμυνόμενοι. *Serpentem & scorpium etiam ipsi ab iis non impetamur, occidimus, ne cui noceant alii, & vindictam hanc præstamus humano generi.* Porphyrius ipso libro II. ὥσπερ γὰρ οἰκειότητος οὔσης ἡμῖν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς κακοποιοὺς, καὶ καθάπερ ὑπό τινος πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένους πρὸς τὸ βλάπτειν τὴν ἐκτυγχάνοντα, ἀναιρεῖν ἡγούμεθα δεῖν καὶ κολάζειν ἅπαντας, οὕτως καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἄδικα τὴν φύσιν καὶ κακοποιὰ, πρός τε τὸ βλάπτειν ὡρμημένα τῇ φύσει τοὺς ἐμπελάζοντας, ἀναιρεῖν ἴσως προσήκει: *Sicut enim, quanquam societas nobis quædam est cum hominibus malis, etiamsi qui suopte ingenio ac malitia veluti vento vehemente aguntur, ut cuivis sine discrimine noceant, tamen eos omnes recte à nobis puniri censemus; ita & mutorum animantium ea, quæ sui natura sunt injusta & nocere amantia, quæq; impetu ingenii sui feruntur in obvii cujusq; perniciem, occidere ratione non caret.* Et hoc est, qvod vult Pythagoras apud Ovidium Metam. XV. *Nostrumq; petentia lethum Corpora missa neci salva pietate fatemur.*

4. Sed cum & facti inqvisitio sæpe magnam diligentiam, & pœnæ æstimatio multum prudentiæ & æqvitatis desideret, ne, dum qvisqve de se nimium præsumeret, aliis non cedentibus, rixæ orirentur, eo placuit hominum justis communitatibus, eos diligere, qvos optimos ac prudentissimos putarent, aut fore sperarent. Idem Democritus: οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο. Φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζετο. *Non prohibuissent utiq; leges suo qvemqve arbitrio vivere, nisi alter alterum offensum iisset. Invidia enim seditioni molitur exordium.*

5. Sed sicut in ultione factum modo diximus, ita & in hac ad exemplum punitione manent vestigia ac reliqviæ prisci juris, in iis locis atqve inter eas personas, qvæ certis judiciis non subsunt: ac præterea in qvibusdam casibus exceptis. Sic Hebræorum moribus Hebræus à Deo & Dei lege deficiens, aut ducem se ad falsos cultus præbens, *illico à qvovis homine poterat interfici.* Judicium zeli id vocant Hebræi, qvod à Phinea primo exercitum ajunt, & inde abiisse in morem. Sic Judæum qvendam Græcis se ritibus polluentem occidit Mathatias. Sic trecenti alii Judæi à popularibus suis occisi referuntur libro, qvi vulgo dicitur Maccabæorum tertius. Nec alio obtentu instituta lapidatio in Stephanum, & conjuratio in Paulum: multaqve alia exempla ejuscemodi exstant * & apud Philonem, & apud Josephum.

Deuter. XIII, 9. Num. XXV.

Macc. IV. Act. VII, 57. Actorum 23, 13.

* * *

Illico à qvovis homine poterat interfici) Adde locum Josephi XII, 8. Mosem Maimonidem ad XIII. articulos & Directoris libro III. c. 41.

Judicium zeli) Vide I. Maccab. II, 24.26. Selden. de J. N. & G. Sec Disc. Hebr. L. 4. c. 4.

Apud Philonem) Cujus & hoc in libro de sacrificantibus: κολαστέον ὡς δήμιον

μιον ἢ κοινὸν ἐχθρὸν ὄντα, ὀλίγα φροντίσαντας οἰκειότητος, ἢ τὰς παραινέσεις αὐτοῦ διαγγελτέον πᾶσι τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς, ὃι ἀνυπερθέτῳ τάχει ταῖς κατ' ἀνδρὸς ἀνοσίου ἐπιδραμοῦνται τιμωρίαις, κρίνοντες εὐαγὲς τὸ κατ' αὐτοῦ φονᾶν. *Puniendus talis ut hostis publicus omnium, spreta qualicunq; cum eo necessitudine, ejusq; suasiones vulgandæ omnibus pietatem amantibus, ut sine mora accurrant undiq; ad expetendum de viro impio supplicium, firme credentes sanctam esse rem ejusmodi hominis interficiendi appetitum.* Et alter locus, non minus insignis, circa finem de Monarchia.

6. Tum vero apud multos populos & dominis in servos & parentibus in liberos mansit jus puniendi plenum, etiam ad mortem usqve. Sic Spartæ Ephoris licuit civem occidere extra judicium. Et ex his qvidem qvæ diximus qvale sit circa pœnas jus naturæ, & qvo usqve manserit, intelligi potest. L.II.c.V.§.4. & 7.

X.1. Nunc illud videndum est, num lex Evangelica libertatem illam arctius circumscripserit. Certe, ut alibi † diximus, non mirum est, qvæ natura & per leges civiles licent, vetari lege divina, eaqve perfectissima, & præmium promittente †† natura humana majus: ad qvod conseqvendum non immerito virtutes reqviruntur, qvæ sola naturæ præcepta excedant.* Castigationes, qvæ neqve infamiam, neqve damnum permanens relinqvunt, & pro ætatis aut alterius qvalitatis ratione sunt necessariæ, si ab iis fiant, qvibus leges humanæ id permittunt, puta parentibus, tutoribus, & dominis, magistris, nihil habere, qvod cum præceptis Evangelicis repugnet, ex ipsa rei natura satis intelligi datur. Sunt enim hæc remedia animorum non minus innocentia, qvam pharmaca sensui ingrata. † L.1.c.1.§.15. seq. c.2.§.5. n.3. †† Prolegom. §. XI.

* * *

Castigationes) servorum filiorumq; peccata non coërcere, peccatum est. Lactantius de Ira Dei, c.18. ubi plura ad hanc rem.

2. De ultione aliter sentiendum est. Nam qvatenus duntaxat animum dolentis exsatiat, illicitam esse, etiam naturaliter, tantum abest, ut Evangelio conveniat, supra ostendimus. Lex vero Hebræa non modo vetat odium asservari in proximum, id est popularem, Levit. XIX, 17. sed & communia qvædam beneficia talibus inimicis impendi præcipit, Exod. XXIII, 4,5. Qvare, proximi nomine ad omnes homines prolato per Evangelium, patet, à nobis reqviri, non modo ne noceamus inimicis, verum etiam ut benefaciamus, qvod & diserte imperatur Matthæi V, 44. Lex tamen Hebræis graviores injurias permittebat ulcisci, non manu, sed (a) adito judice. At Christus idem nobis non permittit, qvod apparet ex illa oppositione, *Audistis dictum fuisse, oculum pro oculo:* & mox: *Ego vero dico vobis.* Qvanqvam enim, qvæ seqvuntur, de arcenda injuria proprie agunt, & hanc qvoqve licentiam aliqvatenus saltem restringunt, multo tamen magis ultionem improbare L.I.c.II.§.8. n.13. L.II.h.c. 20.§.5.n.3. L.I.c.II.§.6. n.3.§.8.n.7. (a) h.c.§.IIX. n.6.

censenda sunt, qvia veterem permissionem, * ut imperfectiori tempori congruentem, rejiciunt: οὐκ ἀδίκου τῆς δικαίας ἀμύνης οὔσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξεκακίας, *non quod iniqua sit justa ultio, sed quod ei præstet patientiæ*, ut est in constitutionibus Clementis lib. VII. cap. XXXIII.

***

Ut imperfectiori tempori congruentem) *Oculum pro oculo, quæ, si dici potest, injustorum justitia est.* Augustinus in expositione Psalmi CIIX. citatus C. 1. sed differentiæ 23. qvæst. 3.

L.I.c. II.§.8. n.4.§.9.n.2. 3. Qva de re sic loqvitur * Tertullianus: *Novam plane patientiam docet Christus etiam vicem injuriæ prohibens, permissam à Creatore oculum exigente pro oculo & dentem pro dente, contra ipse alteram amplius maxillam offerri jubens, & super tunicā pallio qvoq; cedi. Plane hæc Christus adjecerit ut supplementa consentanea disciplinæ Creatoris. Atq; adeo hoc statim renunciandū est, an disciplinæ patientia prædicetur penes Creatorem. Sic per Zachariam præcipit, ne unusqvisq; malitiā fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus: Malitiam, inquit, proximi sui unusqvisq; ne recogitet. Multo magis patientiā indixit injuriæ, qvi indixit oblivionem. Sed & qvum dicit, mihi vindictam & ego vindicabo, proinde patientiam docet vindictæ exspectatricem. In qvantum ergo non capit, ut idem videatur & dentem pro dente, oculum pro oculo in vicem injuriæ exigere, qvi non modo vicem, sed etiam ultionem, etiam recordationem & recogitationem injuriæ prohibet, in tantum aperitur nobis, qvomodo oculum pro oculo & dentem pro dente censuerit non ad secundam injuriam talionis permittendam, qvam prohibuerat interdicta ultione, sed ad primam coërcendam, qvam prohibuerat opposita talione, ut unusqvisq;, respiciens licentiam secundæ injuriæ, à prima semetipsum contineret. Facilius enim vim comprimi scit repræsentatione talionis, qvam repromissione ultionis. Utrumq; autem constituendum fuit pro natura & fide hominum, ut qvi Deo crederet, ultionem à Deo exspectaret: qvi minus fideret, leges talionis timeret.*

4. *Hanc legis voluntatem de intellectu laborantem, dominus & sabbati, & legis, & omnium paternarum dispositionum Christus & revelavit & compotem fecit, mandans alterius qvoq; maxillæ oblationem, ut tanto magis vicem injuriæ extingueret, qvam & lex per talionem voluerat impedisse, certe qvam Prophetia manifestè coërcuerat, & memoriam injuriæ prohibens & ultionem ad Deum redigens. Ita si qvid Christus intulit non adversario, sed adjutore præcepto, non destruxit disciplinas Creatoris. Deniq; si ipsam rationem patientiæ præcipiendæ, & qvidem tam plenæ atq; perfectæ consideramus, non consistet, si non est Creatoris, qvi vindictam repromittit, qvi judicem præstat. Alioqvi, si tantum patientiæ pondus non modo non repercutiendi, sed & aliam maxillam præbendi, & non modo non remaledicendi, sed etiam benedicendi, & non modo non retinendi tunicam, sed amplius & pallium concedendi, is mihi imponit, qvi non sit me defensurus, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti patientiæ dico fructum, qvod est ultio, qvam mihi permisisse*

Prolegomen. §.IV L.I.c.II. §.9.n.2.L.II. c.XXIII.§.8. n.3.

se debuerat, si ipse non præstat, aut si mihi non permittebat, ipse præstaret, qvoniam & disciplinæ interest, injuriam vindicari. Metu enim ultionis omnis iniqvitas refrenatur. Ceterum passim emissa libertate dominabitur utrumq; oculum effossura, & omnem dentem excitatura præ impunitatis securitate.

***

Tertullianus) Adversus Marcionem IV. idem libro de patientia: *Christus gratiam legi superducens ampliandæ adimplendæq; legi adjutricem suam patientiam præfecit, qvod ea sola ad justitiæ doctrinam retro defuisset.* Chrysostomus ad Ephesios cap. IV, 13. διὰ τοῦτο ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, ἵνα τὰς ἐκείνου δήσῃ χεῖρας, οὐχ ἵνα τὰς σὰς ἀντεξαγάγῃ, οὐχ ἵνα τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀπείρξῃ τὴν βλάβην μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἐκείνου διατηρήσῃ σώους. ἀλλ' ὅπερ ἐζήτουν, τίνος ἕνεκεν συγκεχωρημένης ἀμύνης, ἐνηκαλοῦντο οἱ τῷ πράγματι κεχρημένοι; mox: συγγινώσκει ὁ θεὸς τοῖς ἀπὸ τῆς ἐπηρείας ἴσως συναρπασθεῖσι καὶ ἐπὶ τὴν ἄμυναν ὡρμηκόσι, διὸ λέγει ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ. καὶ πάλιν. ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον. εἰ δὲ ἔνθα ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ πηροῦν ἐξῆν, τοσαύτη κεῖται τιμωρία τοῖς μνησικάκοις, πόσῳ μᾶλλον τοῖς καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς κελευσθεῖσι; *Ea de re dicit, oculum pro oculo, dentem pro dente, ut illius manus cohibeat, non ut tuas excitet contra, ut non tuis tantum oculis noxam arceat, sed & illius oculos salvos præstet, sed qvod qværebam hoc erat, cur ultione permissa culpantur ii, qvi ad eum decurrunt?* mox: *Ignoscit Deus iis, qvos si forte contumeliæ sensus abripuit, & ad ultionem tulit impetus; ob id dicit, oculum pro oculo: at alibi: viæ iracundorum ad mortem, qvod si ubi oculum vice oculi eruere permissum est, tanta est iracundi pœna, qvanto magis apud eos, qvi mala passi præbere se ulterioribus injuriis jubentur?*

5. Censet, ut videmus, Tertullianus, non modo Christianis postulationem talionis esse vetitam, sed ne Hebræis qvidem permissam, tanqvam qvæ vitio careret, sed majoris mali vitandi causa. Qvod qvin verum sit de tali postulatione, qvæ ex odio venit, non est dubitandum, ut ex superioribus † apparet. Nam hanc improbatam etiam illis, qvi inter Hebræos sapientia excellebant, nec legis verba tantum, sed & propositum intuebantur, ex Philone apparet, apud qvem Judæi Alexandrini in Flacci, Judæorum vexatoris, calamitate ita loqvuntur: οὐκ ἐφηδόμεθα ὦ δέσποτα τιμωρίαις ἐχθροῦ. δεδιδαγμένοι πρὸς τῶν ἱερῶν νόμων ἀνθρωποπαθεῖν; *non delectamur, ô domine, ultione de inimico: nam * ex sacris legibus didicimus hominum misereri.* Et huc pertinet, qvod Christus à nobis indistincte exigit, ut omnibus remittamus, qvi in nos deliqverunt, Matth. VI, 14, 15. id est, ob sensum mali nostri malum illis nec procuremus, nec optemus: nam id qvi facit, ut cum Claudiano loqvar, *ferus est, legumqve videtur Vindictam præstare sibi.* Qvam ob causam Lactantius dictum illud Ciceronis commemorans: *Justi-*

† Ib. § num. 2.

Lib. VI, cap. 18. De Off. 28.

tia primum munus est, ne cui noceat, nisi lacessitus injuria, ait simplicem veramqve sententiam duorum verborum adjectione corruptam : & Ambrosius idem illud Ciceronis dictum vacare ait Evangelii auctoritate.

***

Ex sacris legibus didicimus hominum misereri) Vide originem adversus Celsum.

6. Qvid autem de ultione dicemus, non qvatenus præteritum respicit, sed qvatenus in futurum cavet ? Sane & hanc condonari vult Christus, primum * si, qvi nos læsit, testimonia probabilia det pœnitentis animi, Lucæ XVII, 3. qvibus locis de pleniore qvadam remissione agitur, id est, qvæ etiam in jus veteris amicitiæ restituat eum, qvi peccavit ; unde seqvitur, ut nihil ab eo pœnæ nomine exigi debeat. Præterea etiamsi absint talis pœnitentiæ signa, damnum haut nimium grave insuper habendum Christus præcepto dimittendæ † tunicæ docet. Qvin & Plato dixit, non referendum malum *εἴ τε δεῖ ἡμᾶς τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν, etiamsi qvid gravius patiendum nobis immineat*, qvi sensus & apud Maximum Tyrium exstat. Ἕβρεως δίκην, id est actionem ob acceptam contumeliam aliqvam (qvalem Christus alapæ †† nomine indicat) negabat Musonius aut se instituturum, aut cuiqvam, ut institueret, auctorem fore : multo enim rectius condonari talia.

Eph. IV, 32. Col. 3, 13.

† L. 1. c. 2. §. 8. n. 4.

†† L. c. n. 3.

***

Si, qvi nos læsit, testimonia probabilia det pœnitentis animi) Vide Mosem Maimoniden, citatum ab eruditissimo Constantino libro de damno dato cap. IIX, §. VII.

7. Qvod si dissimulatio magnum secum periculum ferat, ea cautione contenti esse debemus, qvæ qvam minimum noceat. Nam ne apud Hebræos qvidem in usu erat, talio, (*a*) ut Josephus & alii Hebræorum doctores notant, sed solebat, qvi læsus erat, ultra impendia à se facta, de qvibus seorsim lex exstat Exod. XXI, 19. (* hæc enim est simpli restitutio nihil pœnale continens) pro talione * pecuniariam mulctam accipere : qvod & Romæ (*b*) factum docet apud Gellium Favorinus. Sic Josephus domini nostri Jesu educator, cum uxorem suam adulterii compertam crederet, * divortio se liberare maluit, qvam committere, ut traduceretur : atqve id fecisse dicitur, qvia justus erat, id est, vir probus ac facilis : ad qvem locum Ambrosius ait, non tantum ab ultionis atrocitate, sed etiam * ab accusationis severitate alienam esse justi personam ; sicut & ante Lactantius dixerat, *neq; accusare qvemqvam crimine capitali justo licebit.* * Justinus, de Christianorum † accusatoribus agens, *Nolumus*, ait, *eos puniri, qvi in nos calumniantur. Sufficit illis sua pravitas & rerum bonarum ignorantia.*

(*a*) L. I. c. II. §. IIX. n. 7.

(*b*) §. 7. Inst. de Injur. Lib. XX. c. 1.

Lib. VI. c. 10.

† h. c. §. XV.

***

Hæc enim est simpli restitutio, nihil pœnale continens) Lex Wisigotthorum VI, 13.

Pe-

Pecuniariam multam) Vide eundem Constantinum. d. cap. IIX. §. 1.

Divortio se liberare maluit) Augustinus libro II. de adulterinis conjugiis, *Si autem (quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram conjugem occidere, sed tantum dimittere.*

Ab accusationis severitate) Vide Hincmarum de Divortio ad interrogationem V, in fine. C. Laicos. 5. 2. qvæst. 7. & ibi Panormitanum. Gail. de Pace publica IIX, 3. Adde C. 8. accusasti. de Accusationibus, ita, ut est apud Brocardum.

Justinus) Ejusdem est: *μηδὲ μικρὸν ἀμύνεσθαι μηδένα βουλόμενοι, ὡς ὁ νομοθέτης ἐκέλευσε*: *ne minimum quidem ulcisci quenquam volentes, ut novus legis conditor præcepit.* Adde L. un. C. si qvis Imper. maled.

§. Restant pœnæ, qvæ non privato, sed publico bono consulunt: partim tollendo aut coërcendo nocentem, ne cui noceat; partim deterrendo alios severitate exempli, qvas non sublatas à Christo certissimo argumento alibi †probavimus, qvod cum sua daret præcepta simul testabatur, se nihil legis tollere. Lex autem Mosis, qvæ in his rebus, qvamdiu stabat respublica, stare debebat, magistratibus rigide imperabat, ut homicidia & alia qvædam crimina punirent: Exod. XXI, 14. Num. XXXIII, 14. 37. Devt. XXIX, 13. Qvod si Christi præcepta consistere potuerunt cum lege Mosis, * qvatenus supplicia etiam capitalia irrogabat, *possunt & cum humanis legibus, divinam hac in parte imitantibus, consistere. †L. 1. c. 2. §. 7.

***

Qvatenus supplicia, etiam capitalia, irrogabat) Pharisæorum circa pœnas ἀκρίβειαν prædicat Josephus. Hinc tot legum ad publicas pœnas pertinentium exceptiones; & illud, ut, ubi omnino mors inferenda est, inferatur qvam lenissimè; qvod est in Thalmude, titulo Ketuboth.

Possunt & cum humanis legibus, divinam hac in parte imitantibus, consistere) Augustinus qvæstionum Evangelicarum libro I. qvæstione X.

XI. 1. Sunt qvi, ut contrariam sententiam tueantur, adferunt summam Dei lenitatem in novo fœdere, qvæ proinde hominibus, etiam magistratibus ut Dei vicariis, sequenda sit: qvod aliqvatenus verum esse non negamus, sed non tam late patet, qvam illi volunt. Nam Dei ingens misericordia, in novo fœdere patefacta, præcipue spectat peccata contra primævam legem, aut etiam contra legem Mosis commissa ante acceptam Evangelii notitiam. Actor. XVII, 30. Rom. II. 25. Actor. XIII, 38. Hebr. IX, 15. Nam qvæ postea committuntur, præsertim si absit contumacia, comminationem habent * judicii multo severioris, qvam illud fuit, qvod per Mosem est institutum. Hebr. II, 23. IV, X, 29. Matth. V. 21, 22, 28. neqve verò in altera tantum vita, sed & in hac ipsa in tales culpas Deus non raro animadvertit, I. Cor. XI, 30. At talium facinorum indulgentia non solet impetrari, * nisi ipse homo de se

qvasi pœnas exegerit, I. Corinth. XI. 3. gravi qvodam mœrore, II. Cor. II. 27.

***

Judicii multo severioris, qvam illud fuit, qvod per Mosem est institutum) Chrysostomus idem dicit, tum in oratione ad Patrem fidelem, tum secunda de Jejunio.

Nisi ipse homo de se qvasi pœnas exegerit) *Peccator ante veniam deflere se debet.* Tertullianus de Pœnitentia. Ambrosius in Psalmum XXXVII. Chrysostomus in I. ad Corinthios Hom. XXIIX. & in Matthæum Hom. XLII. Adde II. Cor. VII. 9. & 10.

2. Urgent iidem, saltem pœnitentia ductis dandam impunitatem. Sed, ut omittam, de vera pœnitentia hominibus vix esse, ut constet, nec qvemqvam non impune sua malefacta laturum, si eam qvovis modo profiteri sufficiat, DEUS ipse non semper pœnitentia ductis omnem remittit pœnam, qvod vel Davidis exemplo apparet. Sicut ergo pœnam legis, id est mortem violentam aut alioqvi immaturam, remittere potuit Deus, ita ut non levibus malis afficeret eum, qvi deliqverat, * sic nunc qvoqve potest pœnam remittere mortis æternæ, atqve interim peccatorem aut morte immatura ipse punire, aut velle etiam, ut sic per magistratum puniatur. Synes. Ep. 44.

***

Sic nunc qvoq; potest pœnam remittere mortis æternæ atq; interim peccatorem aut morte immatura ipse punire) Hieronymus in c. I. in Naum, qvi locus relatus est in c. 6. causæ XXIII. qvæstionem V. Agathias lib. V. ex Platone.

XII. 1. Rursum alii hoc accusant, qvod cum vita simul spatium ad pœnitendum præciditur. Sed sciant, hujus rei à piis magistratibus summam haberi rationem, nec qvenqvam ad supplicium rapi nisi dato tempore, qvo peccata sua agnoscere ac serio detestari possit; * qvalem pœnitentiam, etiamsi opera morte intercluſa non sequantur, acceptam Deo esse posse, latronis cum Christo crucifixi exemplum probat. Qvod si dicatur, vitam longiorem ad magis seriam resipiscentiam prodesse potuisse, responderi poterit, inveniri interdum, qvibus merito dici possit * illud Senecæ: *Qvod unum † bonum tibi supereſt, repræsentabimus, mortem*: ut & illud ejusdem: *qvo uno modo peſſunt desinant mali esse*; qvod Eusebius Philosophus dixerat: ἐπειδὰν δὲ οἷόν τε ἄλλως καὶ τούτοις ἐν τῷ τρόπῳ διαλυθῆναι τὸ σῶμα δεσμὸν ἡ κακίας περισωθῆναι φυγεῖν. L. I. de Ira c. 16. c. 15. † h. c. §. 7. in fin. n. 3.

***

Qvalem pœnitentiam, etiamsi opera morte intercluſa non sequantur) Hieronymus ad Damasum, citatus in C. 58. importuna. de Pœnitentia, Dist. I.

Illud Senecæ) Cujus & hoc est de Beneficiis VII. 10. *Ingeniis talibus vita exitus remedium est, optimumq; est abire ei, qvi ad se nunqvam rediturus est.* item:

Eadem

Eadem manu beneficium omnibus dabo: illi reddam, qvando ingeniis talibus vitæ exitus remedium est.

†††

Dato tempore) qvi publico & pœnali capitis supplicio plectendus & puniendus est, ei ante triduum id nuncietur, qvo in tempore pœnitentiam agere & se ad mortem præparare qveat, *Vid. Const. Crim. Car. V. art. 79. tit.* Dem Beklagten den Recht-Tag zu verkunden *in verb.* Dem/ so man auf Bitt des Anklägers mit endlicher peinlicher Rechtfertigung straffen wil / soll das zuvor drey Tage angesaget werden / damit er zu rechter Zeit seine Sünde bedencken / beklagen und beichten möge / und so er des Heiligen Sacraments zu empfangen begehret/ des soll man ihme ohne Weigerung zu reichen schuldig seyn. Hoc etiam specialiter de veneficis & sagis tradit *Joh. Georg. Gedelman. de Mag. & Venef. l. 3. cap. 11. n. 4. p. m.* 133. & singularem modum in consolando adhibendum præscribit *Jodoc. Damhouder. in prax. Crim. c. 152. n. 3. p. m.* 377. sacerdotibus: Receptum siqvidem laudabiliter est in multis locis, ut sententia condemnationis capitalis intimetur condemnato per virum religiosum, *Clar. l. 5. sent. q. 99.* qvi accommodatis verbis reo mortem denunciat, illumqve hortatur ad patientiam & pœnitentiam suorum peccatorum. Qvamvis juxta eundem *Clar. l. c. n. 3. p. m.* 411. alibi etiam hæc executionis intimatio fieri soleat per ipsum judicem extra locum tamen carceris in Cameræ seu Prætorio, ubi judicium habetur, *add. Anton. Gomez. tom. 3. Var. Resol. c. 14. n. 6.* Brevis qvoqve dilatio bidui aut tridui concedenda est reo damnato ob rationes domino suo prius reddendas, qvibus nisi redditis, dominus irreparabile incurreret damnum, *l. 1. ibiqve Bartol. ad Bald. C. de Bon. Prosc. Cyn. notab. 2. h. t.* qvod tamen nemo ex culpâ alienâ pati debet, *Carpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 137. n. 17. Capell. caut. 5.* modo appareat, qvod ipsemet Dominus non fuerit in morâ exigendi rationes, cùm benè potuerit; nec per fraudem rationes exigat, animo scilicet differendæ executionis, ac nisi subsit timor evasionis è carcere aut alterius scandali, *Petr. Theod. Coll. Crim. Dist. 10. th. 5. lit. E. clar. l. c. q. 97. n. 1.* ubi etiam qvosdam dissentientes refert. Ideum tridum observanduũ, qvando denunciatâ executione cibo potuqve svaviori pascendus est, ne tristitiâ prorsus supprimatur. Moderatè tamen agendum juxta *Carpz. l. c. n. 42. p. m.* 308. & cavendum est, ne reus mortis cogitationibus occupatus cibo potuve se oneret; qvibus ratio obruta piis meditationibus vacare neqvit. Et maximè improbanda videtur *Jodoc. Damhouder. l. c. n. 5. p. m.* 378. consvetudo illorum, qvi reum longo vini potu ad ebrietatem penè afficiunt, qvo minus sentiat mortis imminentis pavorem & memoriam, *iung.* P. H. G. O. *artic. cit. 79. in verb.* man soll auch nach solcher Beichte pfleglich solche Personen zu den Beklagten in die Gefängnüß verordnen / die ihn zu guten seeligen Dingen vermahnen / und ihme in den ausführen und sonst nicht zu viel Trincken geben / dardurch seine Vernunfft gemindert werde / *ibiqve Matth. Stephan. & Bernhard. Pieritz.* qvi etiam ex *Deus. 1. præterit. in 27. Matth.* taxat vetustum illum morem, qvo ad supplicium exeuntibus reis vinum cum grano thuris exhibebant, qvo epoto, reus sibi non constabat mente.

2. Hæc ergo supra ea, qvæ operis initio diximus, † responsa sunt illis, qvi supplicia, aut omnia, aut capitalia, sine ulla exceptione Christianis prohibita volunt, contra qvam nos Apostolus docet, qvi, cum regio officio usum gladii inclusisset, ut exercitium divinæ ultionis, alibi orandum ait, ut reges Christiani fiant, & qva reges sunt innocentibus sint præsidio: qvod, qvæ etiam post Evangelium propagatum magnæ partis hominum est improbitas, obtineri non potest, nisi qvorundam morte reprimatur aliorum audacia, qvippe

† L. 1. c. 2. §. 7.

qvippe cum ne sic qvidem inter tot cruces & supplicia fontium satis tuta sit innocentia.

3. Neqve tamen abs re erit Christianis rectoribus, saltem ex parte aliqva, imitandum proponere * exemplum Sabaconis Ægyptii Regis, pietatis nomine laudatissimi, à qvo capitales pœnas in damnationem ad opus mutatas felicissimo successu narrat Diodorus: etiam ad Caucasum gentes qvasdam ait Strabo: μηδένα ἀποκτείνειν τῶν ἐξαμαρτόντων ἐπὶ μέγεθει: *nemini mortem irrogasse, qvamvis pessima merito.* Neqve spernendum illud Qvintiliani: *Nemo dubitabit, qvin si nocentes mutari in bonam mentem aliqvo modo possint, sicut posse interdum conceditur, salvos esse eos magis è Republica sit, qvam puniri.* Notat Balsamo, leges Romanas, qvæ mortis pœnam irrogabant, * à posterioribus Imperatoribus † Christianis mutatas plerasqve * in alia supplicia, qvo & acrius damnatis inureretur pœnitentia, & magis ad exemplum proficeret pœna diuturnior,

Lib. I. Lib. XI. Lib. XII. I.

† L. II. c. XXIV. §. 2. n. 2. in not.

* * *

Exemplum Sabaconis Ægyptii regis) Imo & Romanorum magna ex parte, qvorum nemo post legem Porciam mortis aut verberum supplicio affici potuit, nisi perduellis aut ab ipso populo damnatus.

A posterioribus Imperatoribus Christianis) Vide apud Nicetam libro I. juramentum Isaaci Angeli. Idem Johannis Comneni imperium sine morte cujusqvam fuisse ait. Vide de Zenone Malchum. & Augustini epistolam CLIIX. & CLIX. ad Marcellinum Comitem, citatum C. 1. circumcelliones. causa XXIII. qvæst. V. & capitulis seqventibus & Chrysostomum V. adversus Judæos, ubi de Caini pœna.

In alia supplicia) Ad opera maxime. Augustinus epistola CLX. *alicui utili operi integra eorum membra deserviant.* Vide & Nectarii epistolam ad Augustinum, qvæ est CCI.

XIII. 1. Ex ea autem, qvam nos fecimus, enumeratione finium pœnæ apparet nonnihil prætervisum à Tauro Philosopho, ex qvo ita Gellius: *Quando igitur aut spes magna est, ut is, qui peccavit citra pœnam ipse sese ultra corrigat, aut spes contra nulla est emendari eum posse & corrigi, aut jacturam dignitatis in qvam peccatum est metui non necessum est, aut non id peccatum est cujus exemplo necessario metu succurrendum sit, tum qvicqvid ita delictum est, non sane dignum esse imponendæ pœnæ studium visum est.* Nam ita loqvitur qvasi uno fine sublato tollatur pœna, cum contra omnes cessare oporteat ut pœnæ locus non sit: Deinde illum finem omittit, cum homo inemendabilis vitæ eximitur ne plura aut † graviora peccet: & qvod de jactura dignitatis dixit, etiam ad alia damna, qvæ metuuntur, extendendum fuit.

† §. VII. h. c. n. 3.

DeCl. l. I. c. 21. 2. Melius Seneca cum dixit, *In vindicandis injuriis hæc tria lex sequuta est,*

est, quæ princeps quoque sequi debet: * *ut aut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant.* Nam hîc si per ceteros intelligas non minus, qvi læsi jam sunt, qvam qvi lædi adhuc possunt, plenam habebis partitionem, nisi qvod ad illud *sublatis* addendum fuit aut repressis. Nam & vincula, & qvæcunqve est virium deminutio, eo pertinet. Minus perfecta est illa alio loco ejusdem Senecæ distributio: *Hoc semper in omni animadversione servabit, ut sciat, alteram adhiberi ut emendet malos, alteram ut tollat.* Illud Qvintiliani dictum aliqvanto etiam imperfectius: *Omnis pœna non tam ad delictum pertinet, qvam ad exemplum.* L.I. de Ira, c. ult.

***

Ut aut eum, qvem punit, emendet, aut ut pœna ejus ceteros meliores reddat) Hæc duo etiam Philo posuit in legatione: ὅτι καὶ ἡ κόλασις νουθετεῖ καὶ σωφρονίζει, πολλάκις μὲν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας· εἰ δὲ μὴ, πάντως γοῦν τοὺς πλησιάζοντας· αἱ γὰρ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς φόβῳ μὴ παραπλήσια παθεῖν. *Pœna sæpe corrigit & emendat etiam eum, qvi peccavit: qvod si id non eveniat, certe alios, qvorum ad notitiam pervenit. Multos enim meliores faciunt aliena supplicia paris mali formidine.*

XIV. Ex his, qvæ dicta sunt, hactenus colligi potest, qvam nõn tutum sit Christiano homini privato, sive sui sive publici boni causa * pœnam sumere de improbo † qvoqvam, præsertim capitalem, * qvanqvam id jure gentium nonnunqvam permitti diximus: †† unde laudandus est mos eorum populorum, apud qvos navigaturi instruuntur mandatis à publica potestate, ad perseqvendos ††† piratas, si qvos in mari repererint: ut data occasione uti possint, non qvasi ausu suopte, sed ut publice jussi. † L.I. c.3. §. 3. †† h. c.20. §.8. ††† add. h.L.c. 17. §. 20.

XV. Cui non dissimile est, qvod multis in locis receptum est, * ut ad accusationes criminum non admittantur, qvibus id libet, sed certi homines, qvibus id muneris publica potestate impositum est: ut nihil qvisqvam faciat ad alienum sangvinem fundendum, nisi officii necessitate. Huc spectat Eliberinæ Synodi canon: *Delator si qvis exstiterit fidelis, & per delationem ejus aliqvis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem.* h.c.§.X.n.7.

***

Ut ad accusationes criminum non admittantur) Chrysostomus de Pœnitentia IIX. καλὸν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει τὸν δίκης κυβερνήσῃς τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν: *optimum itaqve, ut dixi, etiam privatas lites antevertere benignis transactionibus, ut amicum dirigas ad id, qvod lites sibi propositum habent: publicorum autem judiciorum accusationes non dicam transigendo abrumpere, sed nunqvam eas incipere.*

XVI. Sed & illud simul ex antedictis intelligitur, minime consultum esse homini vere Christiano, ac ne ipsum qvidem decere, *ut ad munera publica, qvæ de sangvine judicium habent, sua sponte se ingerat, jusqve vitæ ac necis in cives sibi, tanqvam omnium excellentissimo & Deo cuidam inter homines, deferri æqvum existimet ac profiteatur. Nam certe, qvod Christus monet, periculosum esse de aliis judicare, qvia, qvale judicium in alios ferimus, tale nobis in paribus causis à Deo sit exspectandum, omnino huc etiam pertinet.

Matth. VII, 1.

***

Ut ad munera publica, qvæ de sangvine judicium habent, sua sponte se ingerat) An sapienti capessenda sit Respublica, vide Senecam de otio sapientis.

XVII. 1. Qvæstio est non ignobilis, an leges humanæ, qvæ interfectionem qvorundam hominum permittunt, interfectoribus jus verum præstent etiam apud DEUM, an tantum inter homines impunitatem? Posterius hoc Covarruviæ & Fortunio placet, qvorum sententia adeo displicet Ferdinando Vasqvio ut nefandam vocet. Dubium non est, ut alibi † qvoq; diximus, utrumvis legem facere posse in certis casibus, utrum autem voluerit, partim ex verbis legis, partim ex verbis legis, partim ex materia intelligendum est. Nam si dolori lex indulget, pœnam humanam tollit, non vitium, ut in marito, qvi adulteram uxorem *aut adulterum occidit.

Covar. 4. decr. 2. c. 7. n. 8. Forr. tractatu de ulc. fine legum, illat. II. Vasq. L. IV. Contr. III c 8. † L. II. c. I. §. 14.

***

Aut adulterum occidit) Vide Augustinum de Civitate Dei citatum C. 33. qvicunqve causa XXIII. qvæstione IIX. Et C. inter. 6. cum seqvente causa XXXIII. qvæst. II.

†††

In marito, qVi adulteram uxorem) Possent hic repeti, qvæ annotavimus ad *l.* 2. *c.* 1. *§.* 7.

2. Si verò periculum respicit futuri mali ex dilatione pœnæ, censenda est jus ac potestatem publicam privato concedere ita, ut jam privatus non fit.

(a) L. 1. Hujus generis est lex illa in Codice Justinianeo, sub rubrica, qvando liceat unicuiq; sine judice se vindicare vel publicam devotionem, ubi (a) cuicunqve licentia datur supplicio subjugandi milites populatores, hac additâ ratione: *melius enim est occurrere in tempore, qvam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, & qvod serum est punire judicio, subjugamus edicto, ut nullus parcat militi, cui obviare telo oporteat ut latroni.* (b) L. 2. Et lex subseqvens (b) de opprimendis desertoribus: *cuncti*, inqviens, *adversus latrones publicos desertoresq; militiæ jus sibi sciant pro qviete communi exercendæ publicæ ultionis indultum.* L. 35. D. de Relig. & sumpt. funer. L. h. c. XX. §. IX. n. 3. Huc & illud pertinet Tertulliani: **Inreos Majestatis & publicos hostes omnis homo miles est.*

In

***

In reos majestatis & publicos hostes omnis homo miles est) Agathias lib. IV. ἐ γὰ ςρατηγοῖς μόνοις ἢ τοῖς ἄλλως δυναστικωτάτοις ὁ τῆς δίκης ἐφίλει σκοπὸς ἐμφύεσθαι, καὶ περισπᾶσθαι, ἀλλ' ἁπαξ τῷ βελομένῳ βατὸν δέπω ἢ περσπέκειν τῆς ἐν ἢ τέτακται πολιτείας ὑπερασπίζειν, & τὸ κοινὴ συνοῖσον εἰς δύναμιν καθέρθαι. *Non solis ducibus aliisve potentibus innasci solet atq; immorari bene agendi propositum, sed cuiq; volenti, & licet & honestum est, ejus, in qua vivit, reipublicæ malis commoveri, & publicas utilitates pro suis viribus promovere.* vide quæ supra hoc capite §. IX. not. n. 2.

3. Atqve in hoc differt jus occidendi exsules, qvos bannitos vocant, ab istarum legum specie, qvod ibi præcedit specialis sententia; hic generale edictum, * accedente facti evidentia, vim latæ sententiæ obtinet.

***

Accedente facti evidentia) Qvintilianus declamatione CCLX. *quædam sunt Reipublicæ læsæ, ad qvorum pronunciationem oculi sufficiunt.*

XIIX 1. Nunc illud videamus, sintne omnes actus vitiosi tales, ut puniri ab hominibus possint. Pro certo habendum est, non omnes esse tales. Primum enim actus mere interni, (*a*) etiamsi casu aliqvo, puta per confessionem subsecutam, ad notitiam aliorum perveniant, puniri ab hominibus non possunt, qvia, ut alibi diximus, naturæ humanæ congruum non est, ut ex actibus mere internis jus aut obligatio inter homines nascatur. Et hoc sensu accipiendum est, qvod dictant leges Romanæ: *Cogitationes pœnam neminem merent.* Id tamen non obstat, qvo minus actus interni, * qvatenus in externos influunt, in æstimationem veniant, non sui proprie, sed actuum externorum, qvi inde meriti sui accipiunt qvalitatem.

(*a*) L. II. c. IV. §. 3. h. c. §. 39. n. 1. c. VI. §. 1. n. 1.

L. 18. D. de Pœn.

***

Qvatenus in externos influunt) Ita Sayrus lib. III. Thesauri, cap. 6.

†††

Qvatenus in externos influunt) Notandum ex doctrinâ Moralistarum, actus primo-primos, primo-secundos & purè secundos (v. g. visum, delectationem & concupiscentiam) in foro soli, Romano imprimis, (secus de foro conscientiæ dicendum) non puniri, *vid. not. ad h. l. 2. c. 4. §. 3.* nisi accedat conatus, qvem hoc loco per actum externum indigitare conatur Grotius. Dubiis, qvæ contra *l. 18. ff. de Pœn.* proferri solent, respondet *Dn. Strvv. S. J. C. Ex. 48. th. 4.*

XIX. 1. Secundo, puniri ab hominibus neqveunt actus inevitabiles naturæ humanæ. Qvanqvam enim peccatum esse non potest, nisi qvod libere fit, ab omni tamen omnino peccato & semper abstinere, supra humanam est conditionem, unde cognatum homini esse peccare, inter Philosophos Sopater, Hierocles, * Seneca, * inter Judæos Philo, inter historicos Thucydides, inter Christianos plurimi prodiderunt. *Si puniendus est*, inqvit Seneca, *cuicunq; pravum maleficumq; ingenium est, pœna neminem excipiet.* Sopater

De Ira, lib. II. c. 31.

ter verò, ἕως ἅ τις ὡς ἀναμαρτήτους κολάζῃ· τὸ μέτρον ὑπερβαίνει τῆς κατὰ φύσιν ἐπανορθώσεως· *Si qvis homines puniat, tanqvam qvi ab omni peccato vacare possint, mensuram excedit ejus, qvæ secundum naturam est, correctionis*, qvod * Diodorus Siculus vocat συναδικεῖν τὴν κοινὴν ἀνθρώπων ἀσθένειαν *injurium esse adversus communem hominum imbecillitatem*: alibi, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ὑπιλανθάνεσθαι, *oblivisci infirmitatis ejus, qvæ communis est humano generi*. Is, qvemdixi, Sopater dissimulanda ait τὰ μικρὰ καὶ συνήθη τῶν ἁμαρτημάτων, *culpas minores & qvasi qvotidianas*.

Lib. XI.

Lib. XVII.

***

Seneca) Ejusdem est eodem de Ira libro c. 14. *Nemo invenitur, qvi se possit absolvere*. capite 9. dixerat: *Inter cetera mortalitatis incommoda & hæc est, caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor*. Postea cap. 27. *qvis iste est, qvi se profitetur omnibus legibus innocentem*? & libro III, cap. 20. *Omnes mali sumus*. de Clementia I. 8. *Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii fortè impulsi, aut aliena neqvitia ablati: alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus, & innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. Non delinqvimus tantum, sed usq; ad extremum ævi delinqvemus. Etiam si qvis tam bene purgavit animum, ut nihil obturare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit*. Procopius Gotthicorum III. in oratione Belisarii: τὸ μὲν οὖν μηδ' ὁπωσοῦν ἁμαρτάνειν οὔτε ἀνθρώπινον καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔξω. *Nihil plane delinqvere neq; hominis est, neq; id rerum fert natura*. Adde Basilium Imperatorem cap. 50.

Inter Judæos Philo) de Mose libro III, addi potest Abenesdras ad Jobum V, 7. & Rabbinus Israël c. 8.

Diodorus Siculus) Idem in fragmentis: μὴ συκοφαντεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν: *non oportet per calumniam traducere infirmitatem humanæ naturæ*.

2. Imò dubitari potest, an hæc rectè & propriè peccata dicantur, cum libertatem, qvam in specie habere videntur, in sua generalitate considerata non habeant. Plutarchus Solone: δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμως ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν: *oportet legem scribi secundum id, qvod obtineri potest, si qvis velit paucos utiliter, non multos inutiliter punire*. Sunt & qvædam non humanæ simpliciter naturæ, sed hic & nunc inevitabilia, * ob corporis concretionem in animum transeuntem, aut adultam consvetudinem, qvæ tamen puniri solent, non tam in se, qvam * ob culpam præcedentem, qvia aut neglecta sunt remedia, aut ultro attracti in animum morbi.

***

Ob corporis concretionem in animum transeuntem) Seneca de Ira libr. II, cap. 18. *morum varietates mixtura elementorum facit, & proinde in aliqvos magis*

gis incumbunt ingenia, prout alicujus elementi major vis abundavit. Alibi hæc ea vocat, qvæ attribuit conditio naſcendi & corporis temperatura. Ep. XI.

Ob culpam præcedentem) Vide c. 9. inebriaverunt, cauſa XV. qvæſt. I.

XX. 1. Tertio, punienda non ſunt peccata, qvæ nec directè nec indirectè ſpectant ad ſocietatem humanam, aut ad hominem alterum. Ratio eſt, qvianulla eſt cauſa, cur non talia peccata relinqvantur Deo punienda, qvi & ad ea noſcenda eſt ſapientiſſimus, & ad expendenda æqviſſimus, & ad vindicanda potentiſſimus. Qvare ab hominibus punitio talis inſtitueretur plane ſine utilitate, ac proinde mendoſe. Excipiendæ hinc ſunt pœnæ emendatoriæ, qvæ cauſam habent, ut, qvi peccavit, melior fiat, id etiamſi forte aliorum non interſit. Puniendi qvoqve non ſunt actus oppoſiti virtutibus, qvarum natura coactionem omnem repudiat, in qvo genere ſunt miſericordia, liberalitas, gratiæ relatio. L. III. de ben. c. 6.

†††

Aut ad hominem alterum) Imò verò hæc non ſufficiunt: licet enim homo injurius ſit in ſeipſum, v. g. in naſtrupatione, ebrietate, aliisqve intemperantiæ generibus; nihilominus ille ſcandalum præbet Reip. cui expedit, cives habere virtuoſos, rerumqve itidem ſuarum ſatagentes. Conſentit Magnificus *Dn. Zigler. h. l. p. 450. Carpz. prax. Crim. p. 3. q. 146. per tot.*

Relinqvantur Deo punienda) Ex hoc fonte defendit *Schröter in Reſolut. LL. Difficil. Codic. p. 157. L. 2. C. de R. l. Credit.* ubi dicitur, qvod juris jurandi contemta religio (Jure Civili) Deum ſatis ultorem habeat. Tametſi illi, propter ſcandalum aliasqve jam allegatas rationes, moribus noſtratium pœnam qvoq; conſtitutam videas apud allegatum *Carpz. p. 1. q. 46. per tot.*

2. Tractat hanc qvæſtionem Seneca, an ingrati vitium impunitum eſſe debeat; & cur debeat, aſſert multa, ſed hoc præcipuum, qvod & ad alia ſimilia extendi poteſt: *Cum res honeſtiſſima ſit referre gratiam, deſinit honeſta eſſe ſi neceſſaria eſt*, id eſt, honeſtatis gradum excellentem amittit, qvod ſeqventia indicant: *non enim magis laudabit qvisqvam gratum hominem, qvam eum, qvi depoſitum reddidit, aut, qvod debebat, citra judicium ſolvit.* Mox: *non eſt gloriosa res gratum eſſe, * niſi tutum eſt, ingratum fuiſſe.* Aptari ad hujus generis vitia poteſt illud Senecæ patris in controverſiis: * *Ego reum non laudari deſidero, ſed abſolvi.* Idem eod. Lib. c. 7.

***

Niſi tutum eſt, ingratum fuiſſe) Idem Seneca de Beneficiis I. c. I. *Ita demum turpe eſt, non reddere* (beneficia nempe) *ſi & licet.* Pater Seneca controverſiarum V. 34. *Dicis mihi, hoc facere non oportet: huic rei æſtimatio immenſa eſt, itaq; nulla vindicta eſt.* Auguſtinus lib. II. c. 83. contra Petilianum: *Sic igitur, qvod adverſus vos leges conſtitutæ ſunt, non eis benefacere cogimini, ſed malefacere prohibimini.*

Ego reum non laudari deſidero, ſed abſolvi) Eſt hoc IV. contr. 23. ſimile eodem libro controverſia 24. *Non ſperamus ut probet, ſed ut dimittat.* Et in ex-

excerptis VI,8. *multum interest objurges an punias.* Sunt enim qvædam ut Cimone ait Plutarchus ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος ἢ κακίας πονηρεύματα: *deliqvia magis virtutis alicujus, qvam ex vitio crimina.*

XXI. Seqvitur illud tractemus, an ignoscere aut veniam dare liceat interdum. * Negant enim Stoici, ut videre est in fragmento apud Stobæum titulo de Magistratu, in oratione Tullii pro Murena, & in fine librorum Senecæ de Clementia, sed levi argumento. *Venia*, ajunt, *debitæ pœnæ remissio est: Sapiens autem, qvod facere debet, facit.* Hic fraus latet in illa voce *debitæ.* Nam si intelligas, eum, qvi peccavit, pœnam debere, id est sine injuria puniri posse, jam non seqvetur, si qvis non puniat, facere, qvod facere non debet. Si vero ita accipias, debitam esse pœnam à sapiente, id est omnino oportuisse exigi, dicemus, id non semper accidere, ac propterea hoc sensu pœnam posse esse non debitam, sed licitam tantum. Atqve id verum esse potest tum ante legem pœnalem, tum post eam positam.

* **

Negant enim Stoici) Contra eos bene Diodorus Siculus in fragmentis: συγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα, *venia melior pœnæ exactione.* Pro Christianis sententiam dicet Cyprianus epistola LII. *Alia est Philosophorum & Stoicorum ratio, qvi dicunt, omnia peccata paria esse, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Christianos autem & Philosophos plurimum distat.*

XXII. 1. Ante legem pœnalem constitutam dubium tamen non est, qvin pœnæ locus esse possit, qvia naturaliter, qvi deliqvit, in eo statu est, ut puniri licite possit: sed * non ideo seqvitur, debere eam exigi: qvia hoc pendet ex connexione finium, ob qvos pœna instituta est, cum ipsa pœna. Qvare si fines illi per se morali æstimatione necessarii non sint, aut alii fines ex opposito occurrant, non minus utiles aut necessarii, aut fines pœnæ propositi alia via obtineri possint, jam apparet, nihil esse, qvod ad pœnam exigendam præcise obliget. Sit primi exemplum in peccato paucissimis cognito, cujus proinde publica traductio non necessaria sit, aut damnosa etiam: qvo illud pertinet Ciceronis de Zeuxi qvodam: *Adductum in judicium fortasse dimitti non oportuerit: conqviri vero ad judicium necesse non fuit.* Secundi in eo, qvi benemerita, aut sua, aut parentum repensari digna, culpæ opponit: nam, ut ait Seneca, *beneficium superveniens injuriam apparere non patitur.* Tertii in eo, qvi verbis emendatus est, aut læso verbis satisfecit, ut ad eos fines pœna jam opus non sit.

AdQ. Fr. I, 21.

* * *

Non ideo seqvitur debere eam exigi) Julianus de Eusebia: οὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιτήδειοί τινές εἰσι πάσχειν κακοὺς καὶ κολάζεσθαι, τούτους ἐκ παντὸς ἀπολέσθαι χρεών. *Non enim, si qvi sunt meriti male tractari puniriq́, hos perire utiq́ necesse est.*

2. Et

2. Et hæc pars una est clementiæ à pœna liberans: qvam respiciens Hebræus sapiens dixit: δεῖ τὸ δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον: *justum decet clementia.* XII,19. Nam qvia pœna omnis, præcipue gravior, aliqvid habet, qvod, per se spectatum, non qvidem justitiæ, sed caritati † repugnet, facile patitur ratio, ea abstineri, nisi major ac justior caritas qvasi irrefragabiliter obstet. Appositq est ad hanc rem Sopatri locus, cum ait: τὸ μὲν τὰ σωμαλλάγματα τὸ δίκης ἐπανορθωτικὸν ἐκφεύγει πάντως τὸ τῶν χαρίτων γένος. τὸ δὲ ὅπη τοῖς ἐγκλήμασι κεῖμθρωποι σύκ αἰσχύνεται τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῶν χαρίτων προσωπον. *Justitiæ pars illa, qvæ contractus ad æqvalitatem reducit, omnino respuit omne gratiæ genus: at ea pars, qvæ circa delicta occupatur, nō recusat svavem & blandam gratiarum faciem.* cujus sensus partem priorem sic expressit Cicero: *Via juris ejusmodi est qvibusdam in rebus, ut nihil sit loci gratiæ:* posteriorem sic Dion Prusæensis oratione ad Alexandrinos: χρηστὸ ἡγεμόνος συγγνώμη: *boni præsidis est, ignoscere.* Ad Q. Fr. I, 1. Favorino: ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἔστιν ὕφεσις ἐκ εἰκότος: *ea, qvæ dicitur clementia apud homines, est tempestiva relaxatio de summo jure.*

XXIII. Possunt autem tria hæc occurrere, aut ut pœna omnino sit exigenda *, ut in pessimi exempli sceleribus; aut ut omnino non exigenda, ut si bonum publicum omitti eam exigat; aut ut liceat utrumvis: qvo pertinet, qvod ait Seneca, clementiam liberum habere arbitrium. Parcit tunc, inqviunt Stoici, sapiens, non ignoscit. Qvasi vero nobis non liceat, cum vulgo, loqvendi domino, IGNOSCERE vocare, qvod PARCERE illi vocant. Nimirum & hic & alibi, ut Cicero, Galenus atq; alii notarunt, magna pars Stoicarum disputationum * circa voces consumitur, qvod Philosopho apprime cavendum est. Nam ut verissime dixit scriptor ad Herennium: *vitiosum est, controversiam intendere propter nominum mutationem:* qvod Aristoteles dixerat, Διαλεκτέον τὸ περὶς τὸνομα διαλέγεσθαι. Lib. II. Top. lib. 24.

* * *

Ut in pessimi exempli sceleribus) Josephus: πατροκτονία κοινὸν ἀδίκημα κ τὴ Φύσεως καὶ τοῦ βίου, καὶ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν Φύσιν. *Parricidium & naturam & vitam humanam violat, ita ut, qvi id non puniat, & ipse in naturam peccet.*

Circa voces consumitur) Extra usum, ut ait Scholiastes Horatii. Augustinus contra Academicos: *Turpe disputationibus in verborum qvæstione immorari, cum certamen nullum de rebus remanserit.*

XXIV. 1. Major esse difficultas videtur post legem pœnalem, qvia legis auctor aliqvo modo legibus suis obligatur, sed hoc † diximus verum esse, qvatenus auctor legis ut pars civitatis spectatur, non qva civitatis ipsius persōnam atq; auctoritatem sustinet. Nam, qva talis est, potest legem etiam totam tollere, qvia legis humanæ natura est, ut à voluntate humana pendeat, † L. II. c. XVII. §. 9. † L. II. c. IV. §. 12. n. 1.

non

non in origine tantum, sed & in duratione. Non debet tamen legis auctor legem tollere, nisi probabili de causa, peccaturus alioqvi in regulas justitiæ gubernatricis.

†††

Ut pars æqvitatis spectatur) ex æqvitate naturali, qvæ partes vult componi ad rationem integri; hocqve à Saule in regni sui initio observatum notat sacra historia, 1. *Sam.* 14. 42. *& seqq. Vid. Hahn. ad Wesenbec. ff. de Legib. num.* 7. *Verb. principe excepto.*

2. Sicut autem totam legem tollere potest, ita & vinculum ejus circa personam aut factum singulare, manente de cetero lege, DEI ipsius exemplo, qvi, Lactantio teste, *legem cum poneret, non utiqve ademit sibi omnem potestatem, sed habet ignoscendi licentiam.* * *Imperatori*, inqvit Augustinus, *licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere:* causam explicat, *qvia non est subjectus legibus, qvi habet in potestate leges ferre.* Seneca Neronem hoc vult cogitare: *Occidere contra legem nemo potest: servare nemo præter me.*

L. 1. c. 1. §. 10. n. 6.

De Clem. lib. I. 5. 1.

***

Imperatori licet revocare sententiam) Symmachus libro III. epistola 65. *Alia enim est conditio* magistratuum, *qvorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores: alia divorum* principum *potestas, qvos decet acrimoniam severi juris inflectere.* Idem discrimen inter *regem* & *judicem* est apud Themistium oratione V.

†††

Manente de cetero lege, Dei ipsius exemplo) *Vid. Guil. Grot. de Princ. Jur. Natur. cap.* 13. *§.* 9. *& cap.* 3. *§.* 10. *ibiqve not.*

Nisi causa subsit probabilis) Qværitur hic: an pœnam mortis, Jure divino constitutam, v. g. in homicidâ, Princeps remittere possit? *Thom.* 2. 2. *q.* 63. *a.* 1. tradit, id sine causâ non posse, sed per hanc remissionem mortaliter peccare; nisi causâ utilitatis vel necessitatis Reip. aut exigente bono pacis; ita ut tunc hæc gratia principis sit limitatio juris divini. Atqve idem nos multo magis verum cum *Grot. h. c. §.* 12. *n.* 3. credimus, si hanc mortis pœnam in perpetui carceris vel ergastuli, tametsi tolerabilioris, commutet. Perinde qvippe tunc de mundo tollitur injustus, tametsi civili saltem tollendi modo; qvod nec Juri Canonico adeo adversum, dum iterum atqve sæpius perpetuam pœnitentiam, in pane & aqvâ solitariè peragendam in monasterio, injungit.

3. Sed hoc qvoqve faciendum non est, nisi causa subsit probabilis. qvæ autem sint causæ probabiles, qvanqvam non potest præcise definiri, tenendum tamen est, majores esse debere post legem, qvam qvæ ante legem spectabantur, qvia legis auctoritas, qvam servari utile est, ad causas puniendi accessit.

XXV. Causæ autem liberandi aliqvem à pœna legis solent esse aut intrinsecæ, aut extrinsecæ. Intrinseca, cum, si non injusta, dura tamen est pœna ad factum comparata.

XXVI. Extrinseca, ex merito aliqvo aut alia re commendante, aut etiam spe magna imposterum: qvod causæ genus tunc maxime sufficiet, si ratio legis saltem particulariter cesset in facto, de qvo agitur. Nam qvanqvam,

qvam, ad sustinendam legis efficaciam, satis est ratio universalis, sine repugnantia contrariæ rationis, * tamen cessatio rationis, etiam qvæ particularis est, efficit, ut lex facilius & minore cum damno auctoritatis solvi possit. Id autem maxime usu venit in iis delictis, qvæ per ignorantiam, qvamvis culpa omni non carentem, aut per animi infirmitatem, superabilem qvidem, sed difficulter superabilem, committuntur: ad qvæ Christianus hominum rector maxime respicere debet, ut Deum imitetur, qvi in veteri qvidem federe multa talia hostiis qvibusdam expiari voluit: Levit. IV. & V. at in novo federe verbis & exemplis testatus est, se ad talia resipiscentibus condonanda esse facilem. Lucæ XXIII, 34. Hebr. IV, 15. V, 2. I. Timoth. I, 13. Et qvidem illis Christi apud Lucam verbis, *condona illis, Pater, qvia nesciunt, qvid faciant*, * adductum Theodosium, ut Antiochenis ignosceret, notat Johannes Chrysostomus.

***

Tamen cessatio rationis, etiam qvæ particularis est, efficit, ut lex facilius & minore cum damno auctoritatis solvi possit) Multa ad hanc rem utilia congessit Gratianus causa I. qvæstione VII.

Adductum Theodosium) Historiam vide apud Zonaram.

XXVII. Atqve hinc apparet, qvam male Ferdinandus Vasqvius dixerit, justam causam dispensandi, id est lege solvendi, esse eam tantum, de qva legis auctor consultus dixisset, extra mentem suam esse eam observari. Non distinxit enim inter ἐπιείκειαν, qvæ legem interpretatur, & inter relaxationem. Unde & alibi Thomam & Sotum reprehendit, qvod dicant legem obligare, etiamsi causa particulariter cesset, qvasi legem esse putassent solam scripturam, qvod illis nunqvam in mentem venit. Tantum vero abest, ut omnis legis relaxatio, qvæ sæpe libere & dari & omitti potest, referenda sit ad ἐπιείκειαν proprie dictam: ne illa qvidem relaxatio, qvæ aut ex caritate aut ex justitia rectrice debetur, eo referri potest. Aliud enim est, legem aut probabili, aut etiam urgente causa tollere; aliud declarare, factum ab initio mente legis non fuisse comprehensum. De tollendis pœnis vidimus, de taxatione earum videamus.

Lib. I. c. 46.

Lib. I. c. 26. & & c. 46.

111

Et inter relaxationem) De hâc distinctione sequentia eleganter profert *Paul. Laymann Theolog. Moral. lib. 1. Tract. 4. de Legib. cap. 22. num. 1. pag. 86.* Distingvitur dispensatio ab interpretatione secundum epiekian, qvia per hanc obligatio legis non tollitur aut relaxatur, sed declaratur per ipsam cessare: dispensatione autem relaxatur lex alioqvin obligatura, sicut notavit *Cajet. in 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 9. n. 2. Suarez. lib. 6. de Pœn. c. 9. n. 2.* Ex qvo sequitur 1. qvod ad dispensandum minore causâ opus est, ad epiekiam: qvia per epiekian declaratur tantum causam adesse, ut aliqvis per se legis obligatione eximatur: ad dispensandum autem requiritur causa, ob qvam aliqvis per auctori-

tem ſuperioris eximi poſſit. II. Qvod in legem divinam non cadat diſpenſatio; qvia inferior, videlicet homo, non poteſt tollere, vel relaxare legem ſuperioris, Dei, teſte *Thom. 2. 2. q. 97. a. 4. ad 3.* Interdum tamen locum habet interpretatio, legem divinam ob certas circumſtantias per ſe ipſam ceſſare, qva de re *Covar. cit. §. 9. n. 11. Svarez. ib. 10. de Leg. c. 6.* Ceterum *συγνώμης*, qvæ legem pœnalem interpretatur, plurimas cauſas recenſet *Bened. Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 142. & plurib. ſeqq.* relaxationem vero tractat *q. 150.*

XXIIX. Ex ſupra dictis apparet, in pœnis duo ſpectari, id ob qvod, & cujus ergo. Ob qvod, eſt meritum; cujus ergo, eſt utilitas ex pœna. *Puniendus nemo eſt ultra † meritum, qvo ea pertinent, qvæ ex Horatio jam ante protulimus; & Ciceronis illud, *Eſt pœnæ modus, ſicut rerum reliqvarum, & qvædam mediocritas.* Ideo pœnam æſtimationis nomine appellat Papinianus. Et Ariſtides Leuctrica ſecunda humanæ naturæ conveniens eſſe ait, ut in qvoqve crimine ſit aliqvid ultra, qvod vindicta procedere non debeat. Demoſthenes verò, in epiſtola pro Lycurgi liberis, æqvalitatem in pœna non ita nude ſpectandam ait, ut in ponderibus & menſuris, ſed expenſo propoſito ac voto ejus, qvi deliqvit. Intra meriti vero modum magis aut minus peccata puniuntur pro utilitate.

† h. c. §. 2. n. 1. §. 32. n. 1. L. 3. C. XI. §. 1. n. 1. Ep. xv. ad Brut. L. 41. Sanctio. D. de Pœnis.

***

Puniendus nemo eſt ultra meritum) Bene hac de re diſſerunt Mediolanenſes in oratione, qvæ apud Guicciardinum eſt libro XVII.

XXIX. 1. In merito examinanda veniunt * cauſa, qvæ impulit, cauſa, qvæ retrahere debuit, & perſonæ idoneitas ad utrumqve. Vix qvisqvam gratis malus eſt, aut ſi qvem malitia propter ſeipſam delectat, is ultra modum †† humanum proceſſit. Pars maxima ad peccandum ducuntur affectibus: *ἡ ὁρμὴ συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν: Appetitus concipiens parit peccatum.* Appetitus nomine jam & declinandi mali impetum comprehendo, qvi maxime eſt naturalis, ideoqve inter appetitus honeſtiſſimus. unde, qvæ mortis, (a) carceris, (b) doloris, aut ſummæ egeſtatis † vitandæ cauſa injuſtæ fiunt, maximè excuſabilia videri ſolent.

†† h. L. c. XXII. §. 2. Jac. I, 15.

(a) L. 2. c. 1. §. 4 (b) L. 13. D. de Cuſtod. Reor. L. II. c. 2. §. VI. n. 2.

***

Cauſa qvæ impulit) Chryſoſtomus X. de ſtatuis: *ἐ γὰρ δὴ πᾶν ἁμάρτημα τιμὴ ἀξίαν φέρει κόλασιν, ἀλλὰ τὸ εὐκατόρθωτον μείζονα ἡμῖν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν. Non enim omnis culpa eandem pœnam meretur, ſed graviorem illa, qvæ facile corrigi potuit.* Et in ſecunda oratione, cur obſcurum ſit vetus teſtamentum, hinc probat calumniatorem pejorem eſſe ſcortatore, fure, homicida.

L. 2. c. 2. §. 6. ſeq.

***

2. Et huc illud Demoſthenis pertinet: *Æqvum eſt, his, qvi cum divites ſint, mali ſunt, magis iraſci, qvam his, qvos egeſtas impellit: nam apud humanitate utentes judices neceſſitas aliqvid adfert veniæ, † cum ſi qvi in rerum affluentia injuſti ſunt, nihil habeant prætexti probabilis.* Sic Acarnanas excuſat Poly-

† L. 3. c. XI. §. 3. n. 2. §. 4. n. 7.

Polybius, qvod, impendentis periculi respectu, federis cum Græcis in Ætolos initi leges non implessent. Aristoteles: ἑκουσίῳ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δοιλίας. ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονὴν, ἡ δὲ διὰ λύπην. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι, καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν. ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ, μᾶλλόν τε ἑκούσιον. *Magis voluntaria est incontinentia qvam timiditas: nam illa voluptatis ergo, hæc propter dolorem.* * *Dolor autem hominem qvasi extra se rapit, naturæ exitium adferens: Voluptas nihil tale,* * *ideo plus habet voluntarii.* In eundem sensum insignis est * locus apud Porphyrium de non esu animalium libro tertio. Lib. IV.

* * *

Dolor autem hominem qvasi extra se rapit) Vide egregiam comparationem furis & adulteri Proverbiorum VI, 30.

Ideo plus habet voluntarii) Philo ad Decalogum: πάντα μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς πάθη χαλεπὰ, κινοῦντα καὶ σείοντα αὐτὴν παρὰ φύσιν καὶ ὑγιαίνειν οὐκ ἐῶντα. χαλεπώτατον δ' ἐπιθυμία, διὸ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον θύραθεν ἐπεισιὸν καὶ προσπίπτον ἔξωθεν, ἀκούσιον εἶναι δοκεῖ. μόνη δ' αὐτὴ ἐπιθυμία τὴν ἀρχὴν ἐξ ἡμῶν λαμβάνει καί ἐστιν ἑκούσιος. *Omnes qvidem animi perturbationes graves, ut qvæ animum extra naturalem statum moveant atq; concutiant, sed omnium harum gravissima est cupido, nam cetera, qvia extrinsecus ad nos impetum faciunt nosq; pulsant, videntur velut invitis evenire: at sola cupido, utpote ex nobis intus ortum habens, magis spontis esse nostræ videtur.*

Locus apud Porphyrium) Et similis apud M. Antonium de vita sua libro II. ubi iram & cupiditatem inter se confert. Plutarchus Romulo: ἡ δὲ κινήσατα τὸν θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραιτεῖται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλεπωτέρας ἀνατραπέντα. *Commovens animum causa plus excusationis ei præstat, qvi ex graviore causa, velut ictu validiore, evertitur.*

3. Ceteri appetitus ad bonum aliqvod tendunt aut verum, aut imaginabile. Vera bona extra virtutes & earum actiones, qvæ ad peccatum non ducunt (ἀντακολουθοῦσι γὰρ αἱ ἀρεταί, *consentiunt enim virtutes inter se*) sunt aut delectantia, aut delectantiū causa, qvæ utilia vocantur, ut possessionū abundantia. *Imaginabilia, non autem verè bona sunt, excellentia supra alios, qvatenus à virtute & utilitate sejungitur, & vindicta: qvæ qvo magis à natura abeunt, eo sunt fœdiora. Et hos tres appetitus Johannes his vocibus exprimit: ἐπιθυμία σαρκὸς, ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλαζονεία τοῦ βίου. Primum enim membrum voluptatum desideria, secundum habendi cupiditatem, tertium vanæ gloriæ consectationem & iracundiam complectitur. Philo in Decalogi explicatione omnia mala esse dicit, ἐξ ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς. Lactantius l. 6: *Virtus est iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. Nam fere omnia, qvæ fiunt injuste atq; improbe, ab his oriuntur affectibus.* qvod & alibi repetit. I. Joh. II, 16.

***

Imaginabilia non autem vere bona sunt) Seneca Epist. XVI. *Naturalia desiderata finita sunt. ex falsa opinione nascentia ubi desinant, non habent.* vide Chrysostomum in tractationibus moralibus ad Rom. VI. ad II. Cor. XI, 12. ad Ephes. I, 14.

XXX. 1. Causa, qvæ à delinqvendo abstrahere debet, generalis est injustitia. Versamur enim nō in qvibusvis peccatis, sed in iis, qvæ respectum habent extra peccantem. Injustitia eo est major, qvo majus alteri damnum infertur. Ideo primum locum obtinent delicta consumāta, postremum, qvæ ad actū aliqvos, sed non ad ultimum processerunt: in qvibus tanto qvidqve est gravius, qvo ulterius processit. In utrovis genere ea injustitia eminet, qvæ communem ordinem perturbat, ac proinde plurimis nocet. Seqvitur ea, qvæ singulos tangit. Maxima hic est, qvæ vitam; proxima, qvæ familiam, cujus fundamentum est matrimonium; postrema, qvæ res singulas expetibiles spectat, sive directe subtrahendo, sive dolo malo causam dando damni.

2. Possunt hæc ipsa subtilius dividi, sed qvem indicavimus ordinem Deus in Decalogo secutus est. Nam parentum nomine, qvi naturales sunt, magistratus, etiam alios rectores par est intelligi, qvorum auctoritas societatem humanam continet: seqvitur interdictio homicidii: deinde matrimonii sanctio, inhibitis adulteriis: tum furta, & falsimoniæ: loco ultimo delicta inconsummata. Inter causas autem abstrahentes non debet poni tantum qvalitas ejus, qvod directe fit, sed & ejus, qvod secuturum probabile est, ut in incendio & profosto aggere multorum summæ calamitates & mortes etiam spectandæ sunt.

3. Ad injustitiam, qvam generalem causam posuimus, * interdum & aliud accedit vitium, puta impietas in parentes, inhumanitas in propinqvos, ingratus animus in beneficos, qvæ augent delictum. Apparet qvoq; major pravitas, * si qvis sæpius deliqvit: qvia *habitus mali actibus sunt pejores.* Et hinc intelligi potest, qvatenus natura æqvum sit, qvod apud Persas fiebat, * ut vita anterior simul cum delicto in æstimationem veniret. Id enim locum habere debet in his, qvibus alioqvi non malis subito aliqva peccandi dulcedo subrepsit: non in his, qvi totum vitæ genus immutarunt, in qvibus ipse Deus apud Ezechielem nullam se habere ait prioris vitæ rationem, qvibusqve adeo Thucydideum illud aptari potest: *Διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν ὅτι καὶ ἀγαθῶν κακοὶ γεγόνασι: Dupliciter pœnas merentur eo, qvod ex bonis mali facti sunt.* qvod & alibi dixit: *ὅτι σὰν ἐκ προηκόντων ἁμαρτάνουσι, qvia ipsos peccare minime decebat.*

c. XIIX, 24. Lib. I. Lib. III.

***

Interdum & aliud accedit vitium) Vide locum insignem in Lucæ verbis apud Xiphilinum ex Dione.

Si

Si quis sæpius deliquit) Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε τὰ κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἀνθρώπου τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν, τέλεον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς, ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν. *Aliquando ignorasse, quid vita exigat, hominis est: at in iisdem rebus sæpius aberrare, emotæ est mentis: quo enim plura sunt, in quæ incidimus, delicta, hoc majorem pœnam commeremur.*

Ut vita anterior simul cum delicto in æstimationem veniret) Asinius Pollio: *qua major pars vitæ atq; ingenii stetit, ea judicandum de homine est.* Cicero in Sul. *Omnibus in rebus, Judices, quæ graviores majoresq; sunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum.*

4. Itaqve optime Christiani veteres in pœnis canonum æstimandis* non nudum delictum voluerunt aspici, sed simul vitæ, qvod præcessit, & qvod sequitur, ut ex Ancyrana & aliis Synodis videre est. Sed & lex posita adversus vitium specialem qvandam malitiam veteri superaddit: qvod ita docet Augustinus: * *Lex prohibens omnia delicta congeminat: non enim simplex peccatum est, non solum malum, sed etiam vetitum committere.* Tacitus: *Si velis, qvod nondum vetitum est, timeas ne vetêre: at si prohibita impune transcenderis, neqve metus ultra, neq; pudor est.*

Rom. VII, 13. De Vera Relig. c. 6. Ann. III. c. 54.

***

Non nudum delictum voluerunt aspici) Canon Ancyranus XXV. Chrysostomus ad II. ad Corinthios cap. II. ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐ δεῖ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἕξιν τῶν ἁμαρτανόντων τὴν μετάνοιαν ὁρίζειν. *Unde discimus pœnitentiæ fines determinandos non sola delictorum natura inspecta, sed & propositi & moris eorum, qui peccarunt.* Idem III. de Sacerdotio: οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως. *Non enim ad solam mensuram delictorum pœna imponenda est, sed & inquirendum, qui fuerit ejus, qui peccavit animus.*

Lex prohibens omnia delicta congeminat) Bene Chrysostomus: ἐνταῦθα οὐ μόνον ἰσοτιμίαν δείκνυσι ἰουδαίου καὶ ἕλληνος, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὴν ἰουδαῖον βαρούμενον ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου δόσεως, *Hic non tantum par jus dignitatemq; ostendit Judæi & Græci, sed & Judæum hoc ipso prægravari, quod legem acceperit.* deinde: ὁ γὰρ πλείονος ἀπολαύσας τῆς διδασκαλίας, μείζονα ἂν εἴη καὶ τιμωρίαν ἄξιος ὑπομεῖναι παρανομῶν. *Nam qui plus institutionis accepit, is majores etiam contemtæ legis pœnas meretur.*

XXXI. 1. Personæ aptitudo, aut ad considerandas causas avertentes, aut ad suscipiendos affectus incitantes, considerari solet in corporis mixtura, ætate, sexu, educatione, circumstantiis actus. Nam & pueri, & fœminæ, & crassi ingenii homines, maleqve educati, & justi injusti, liciti & illiciti discrimina

mina minus habent cognita: & in qvibus bilis prævalet iracundi sunt in qvibus sangvis ad venerem proni, tum vero huc juventus, illuc senectus propendet. Andronicus Rhodius: Φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογίαν τινὰ δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς, τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτὰ, καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἔγκλημα: *Videtur factis turpibus excusationis aliqvid adferre natura, & delictum efficere tolerabilius.* Metum accendit mali imminentis cogitatio, & iracundiam recens ac necdum sedatus dolor, ita ut rationem audiri vix sinant: suntqve illorum affectuum deilcta merito minus odiosa, qvam qvæ ex voluptatis nascuntur desiderio, qvod & minus efficaciter movet, & differri * & aliam sibi materiam
Nic. VII, 10. sine injuria qværere facilius potest. Aristoteles Nicomachiorum septimo ὁ θυμὸς φυσικώτερον καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων: *Magis naturale ira & acerbitas qvam cupiditas eorum, qvæ modum excedunt minimeq; sunt necessaria.*

***

Et aliam sibi materiam sine injuria qværere facilius potest) Chrysostomus ad Galatas: ἡ ἐπιθυμία μίξιν ἐπιζητεῖ μόνον, οὐ τοιάνδε μίξιν. *Cupido concubitum tantum qværit, non hujus aut illius concubitum.* Tertullianus libro II. ad Uxorem: *Non qvanto grandis est continentia carnis, qvæ viduitati ministrat, tanto, si non sustineatur, ignoscibile videri potest. difficilium enim facilis est venia. Qvanto autem habere in Domino perpetrabile est uti nostræ potestatis, tanto culpabilius est, non observare, qvod possis*: & mox, *qvanto potestas vitandi fuit, tanto contumaciæ crimine oneratur.* Adde M. Antonium loco modo indicato, ubi Theophrasto auctore utitur.

†††

In corporis mixturâi ætate, sexu &c. (videatur de his uberrimè *Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 142. & seqq.* ubi plures allegat *Dd.*

Qvæ ex voluptatis nascuntur desiderio) Inde eum, qvi ex amoris æstu aliqvem occidit, pœna ordinariâ afficiendum dicit *Ludvvell. Disp. 18. th. 5. lit. d.* etiamsi praxis qvotidiè contrarium observet, prouti testantur *Jacob. Menoch. arbitr. judic Qq. lib. 2. cas. 328. n. 1. seqq. Bened. Carpzov. l. c. p. 2. q. 61. n. 58. seqq. Jul. Clar. Sent. lib. 5. §. fin. q. 60. num. 7.*

2. Omnino enim illud tenendum est, qvo animi eligentis judicium magis impeditur, qvoqve magis naturalibus causis, eo, qvod delinqvitur, mi-
Cap. 6. noris esse. Aristoteles dicto libro: μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοιοῦτον ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα. τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιεν εἰ προσγένοντο ἐπιθυμία νεανική, καὶ περὶ τὰς ἀναγκαίων ἐνδείας λύπη ἰσχυρά; *Minus temperantem dicimus hunc, qvi à motu concupiscente aut non tentatus, aut leviter tentatus qværit enormes voluptates, aut mediocria incommoda defugit, eo, qvi vehementi affectu percellitur. Nam qvid idem ille facturus fuisse putandus est, si adfuisset juvenilis qvædam perturbatio animi, aut gravis dolor ex penuria eorum, qvibus negatis natura doleat?* Qvicum convenit illud Antiphanis:

* Qvi

** Qui cum sit opulens nequiter quicquam facit,*
Hunc, si esset pauper, quid non facturum putas?

Et qvæ in senum amores passim in comœdiis legimus. Ex his igitur causis æstimandum meritum, intra qvod pœna consistere debeat.

***

Qui, cum sit opulens, nequiter quicquam facit) Chrysostomus de Providentia IV. ὥστε ὅταν ἴδῃς τὸν πλούσιον, ἀδικοῦντα, πλεονεκτοῦντα, ἁρπάζοντα, μᾶλλον αὐτὸν ἐλέησον, ἐπειδὰν πλούσιος ὢν ταῦτα ποιῇ. μείζονα γὰρ δίδωσι τιμωρίαν. *Quare ubi divitem videris injustum, avarum, rapacem, hoc magis eum miserere, quod talia dives faciat. Ob id ipsum enim punietur gravius.*

XXXII. Tenendum autem est, qvod Pythagorici dicebant, justitiam esse * τὸ ἀντιπεπονθός, id est, parem (*a*) passionem in pœnis, id non ita accipi debere, qvasi, qvi alteri nocuit deliberato & sine causis culpam valde minuentibus, tantundem nocumenti, (*b*) nec amplius, ferre debeat. Id non enim ita esse, ipsa lex, qvæ legum omnium perfectissimum exemplar est, ostendit, cum furta qvadruplo aut qvintuplo vult lui. Et lege Attica fur,* ultra dupli condemnationem, per dies aliqvot vinctus habebatur, ut Demosthenes in Timocratem nos docet. *Leges*, inqvit Ambrosius, *ea, qvæ detracta sunt alicui cum injuria personæ aut rei ipsius cumulo restitui imperant, qvo furem à detrahendo aut pœna deterreant, aut mulcta revocent.* Aristides Leuctrica secunda: τοῖς ἐν δικαστηρίοις ἐπεξιοῦσι τοῖς ἀδικήσασι μείζονα, ἢ καθ' ἃ πεπόνθασι δέδοται παρὰ τῶν νόμων εἰς τιμωρίας λόγον. *His, qvi judicio illatas sibi injurias persequuntur, majora leges permittunt pro vindicta exigere, qvam qvæ ipsis acciderant.* Seneca de judicio post hanc vitam:

scelera taxantur modo
Majore nostra.

(*a*) §. I. n. 2. §. 28. h. c. L. 3. c. XI. §. 1. n. 1.
(*b*) L. 1. c. 2. §. 5. n. 3.
De Offic. III, 5.

***

Τὸ ἀντιπεπονθός) ταυτοπάθεια Harmenopulo.

Ultra dupli condemnationem) Alludit huc locus Apoc. XIIX, 6. *Reddite duplum.* Hercules Minyas, qvi à Thebanis sine jure tributum extorserant, duplum coëgit ejus tributi pendere Thebanis, Apollodorus libro II.

†††

Qvadruplo aut qvintuplo vult lui) Novies, si redimere vitam velit, reddere cogitur apud Tartaros; fortè propter facilitatem auferendi, *Gothofred. Archontolog. Cosmic. lib. 2. de Regn. Tartar. num. 20. vid. h. c. §. 35.*

2. * Apud Indos, ut Strabo notat, qvi qvem mutilasset, supra talionem manu truncabatur. Et in Magnis Moralibus, qvæ Aristotelis nomen præferunt, legimus: δίκαιον εἰ τις τὸν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψέ τινος, αὐτὸκκοπῆναι μόνον ἀλλὰ πλείονα παθεῖν: *Justum est, si qvis oculum alteri effoderit, non tantundem modo, sed & amplius patiatur.* Nec enim æqvum est, ut par sit periculum innocentis & nocentis, ut rectè ostendit * Philo, qvo loco de homicidii pœna

Lib. XV, 1. c. XXXIV.
Bodin. de Rep. L. 4. c. 3.

Deut. XIX, 19. pœna tractat. Atqve hoc inde qvoqve æstimari potest, qvod delicta qvædam * non consummata, & ideo consummatis minora, nocumentum insigant par cogitato, qvod in lege Hebræa * de falso teste proditum, & in lege † L. 1. pr. D. ad L. Corn. de Sicar. L. 7. C. h. t. Romana de † eo, qvi hominis occidendi causa cum telo ambulavit. Cui consequens est, ut perfectis criminibus major respondeat pœna, sed qvia morte nihil est gravius, eaqve iterari non potest, ut Philo notat dicto loco, ideo intra eam necessario consistitur, additis tamen interdum pro merito cruciatibus.

* * *

Apud Indos) Apud Indorum alios furtum morte punitum notavit Nicolaus Damascenus.

Philo) Secundo de legibus specialibus.

Lib. VIII. cap. XVI. *Non consummata, & ideo consummatis minora*) Plinius de Leone: *Valuratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. Dum vero, qvi telum qvidem miserit, sed tamen non vulneravit, correptum rapatumq; sternit, nec vulnerat.*

De falso teste proditum) Et de eo, qvi uxorem stupri insimulavit, ut dotem lucraretur. Devt. XXII, 19. Et de eo, qvi ceteroqvin ex causa injusta aliqvem in judicium deduxerit, alienum sibi vindicans. Exod. XXII, 9.

†††

Cum telo ambulavit) Hodiè propositum & conatus occidendi, non secuto homicidio, in Praxi qvotidianâ extra ordinem mitius puniuntur, *Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 2. n. 51. seqq. Dn. Struv. s. J. C. Ex. 48. th. 6. Ex. 49. th. 50.*

XXXIII. Pœnæ autem magnitudo non tantum nude spectatur, sed cum respectu † ad patientem. Nam mulcta eadem pauperem onerabit, divitem non onerabit: & vili ignominia leve erit malum, honorato grave: qvo genere diversitatis sæpe utitur lex Romana: unde harmonicam proportionem extruxit Eodinus, cum tamen revera simplex hic sit, & qvalis in numeris, & qvalitas meriti ad pœnam, sicut in contractibus mercis ad nummos, qvanqvam alibi merx eadem plus, alibi minus valet, itemqve †† nummi. At fatendum, sæpe in lege Romana id non fieri ἀνὲυ προσωπολημψίας, id est sine nimio personarum & qvalitatum ad factum non pertinentium respectu, à qvo vitio longissime semper abest lex Mosis. Et hæc qvidem, ut diximus, intrinseca est pœnæ taxatio.

† h. c. §. 3. n. 1. seqq. Lib. VI. de Rep. c. ult.

†† h. l. c. 12. §. 24. n. 2.

†††

Non fieri ἀνὲυ προσωπολημψίας) Doceat *Grotius* modò loca ex jure Romano, ubi nimius personarum & qvalitatum ad factum non pertinentium respectus habetur; sed qvoniam hæc ab ipso omissa sunt, ejusmodi incautam Legum nostrarum reprehensionem vento committimus, libenter interim confitentes, sæpe qvædam injusta videri, si homo, qvi patitur, absolutè & in *abstracto*, qvæ *sc. homo est*, consideretur; qvæ tamen revera injusta non sunt, si certa hominis qvalitas, in qvâ vivit & sub qva in concreto versatur, civis, servus, miles, &c. dicitur, attendatur. Qvod in jure nostro Justinianeo frequentissimè contingit.

XXXIV.

XXXIV. Sed intra concessum modum ad minimum ducit caritas ejus, qvi punitur, nisi plurium justior caritas aliud svadeat ob causam extrinsecam, qvæ interdum est ingens periculum ab eo, qvi deliqvit, plerumqve autem necessitas exempli. Ea autem nasci solet ex generalibus invitamentis ad peccandum, qvæ reprimi, nisi acribus remediis neqveunt. Invitamenta autem præcipua sunt, consvetudo & facilitas.

XXXV. Ob facilitatem lex divina Hebræis data gravius punit furtum * de pascuo, qvam de domo, Exod. XXII, 1. & 9. Justinus de Scythis: *Nullum scelus apud eos furto gravius, qvippe sine tecto munimentoq; pecora & armenta habentibus, qvid salvum esset, si furari liceret?* Simile illud in Aristotelis problematis sectione XXIX. ὁ νομοθέτης οὐχ ἱκανοὺς ὄντας ἡγησάμενος εἶναι φύλακας τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέστησεν. *Legis auctor cum sciret * illis in locis dominos res suas custodire non posse, custodem legem addidit.* Consvetudo facti, etsi aliqvid detrahit de culpa (*non sine ratione veniam dedit*, inqvit Plinius, *facto vetito qvidem, non tamen inusitato*) pœnæ tamen acrimoniam ex aliqva parte flagitat: qvoniam, ut Saturninus loqvitur, *nimium multis grassantibus opus exemplo est.* Sed in judiciis magis illud, in legibus hoc seqvendum est, ratione habita temporis, qvo leges aut judicia feruntur: qvia pœnæ utilitas magis in universalitate spectatur, circa qvam sunt leges: culpa autem major aut minor est in singulis.

L. II. c. II. §. 6.

L. Aut facta. 16. D. de Pœnis.

***

De pascuo, qvam de domo) Vide Maimonidem Directore III. 41. Cicero pro Sexto Roscio Amerino: *Atq; ea sunt animadvertenda peccata maxime, qvæ difficillime præcaventur.* Add. §. 32. n. 1. h. c.

Illis in locis) In balneis. Morte plectebantur Athenis fures balnearii, si æstimatio esset major decem Drachmis; Demosthenes contra Timocratem. Adde L. I. D. de Furibus Balnearibus.

†††

Ex aliqvâ parte flagitat) Non enim ille excusationem meretur, vel sibi impunitatem polliceri debet, qvi ex consvetudine in Repub. usitatâ, legi tamen morali & sanæ rationi repugnante, qvid committit. Consvetudo enim detestabilis, etiamsi totus mundus illa uteretur, simpliciter & in totum non excusat, c. 13. *flagitia.* 32. q. 7. c. 7. *objiciuntur.* 32. q. 4. *Farinac. Prax. Crimin. l. 2. t. 3. q. 20. n. 46. Carpzov. pr. crim. p. 1. q. 45. n. 76.*

XXXVI. 1. Qvod autem diximus, ubi magnæ urgentesqve causæ cessant, adminuendam potius pœnam promptos nos esse debere, in eo clementiæ pars altera sita est; nam priorem in tollenda pœna collocavimus. *Qvia difficile est temperamentum*, inqvit Seneca, *qvidqvid æqvo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet.* Alibi: *Pœnam si tuto poterit, donet; sin minus, temperet.* Et apud Diodorum Siculum laudatur Rex Ægyptius, qvod imponeret τιμωρίας ἐλάττους τῆς ἀξίας, * *supplicia meritis minora*: D. M. Antonio Capitolinus: *Erat mos iste Antonio, ut omnia crimina mino-*

L. I. de Cl. c. I. Cap. XX.

re ſupplicio, qvam legibus plecti ſolerent, puniret. Iſæus qvoqve orator dixit, oportere leges qvidem conſtitui rigidas, ſed * pœnas exigi legibus mitiores. Et Iſocratis eſt monitum: *τὰς ἡμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθ τ ἁμαρτανομένων, ut pœnæ infligantur infra peccati modum.*

***

Supplicia meritis minora) Juſtinus II. Hunnis ſcribens: *ῥωμαίοις ἔθος μὴ ἀντιδίδοναι τὰς τιμωρίας ἰσοῤῥόπους τοῖς πλημμελήμασι. Romanis mos hic eſt non irrogare pœnas pares peccantium merito.*

Pœnas exigi legibus mitiores) Hoc ſibi volebat Henricus Imperator Symbolo mali Punici, cum dicto *Subacre.* Rex apud Caſſiodorum XI, 40. *Qui periculoſe juſſi ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus.*

†††

Promtos nos eſſe) ſi ſumma poteſtate pollemus. Nam jure ſaltem magiſtratus adminiſtrans adſtrictus eſt ad formulam præſcriptam: non tamen iniqve, imò laudabiliter facit, ſi ante condemnationem, circumſtantiis ita ſingulariter ſvadentibus, rem ſuo ſuperiori prius referat, ejusdemqve deciſionem expectet.

2, * Auguſtinus comitem Marcellinum ſic admonet ſui officii: *Mihi ſollicitudo maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legum ſevritate eſſe plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur, ideoq; his literis obteſtor fidem tuam, qvam habes in Chriſto, per ipſius Domini noſtri miſericordiam, ut hoc non facias, nec omnino fieri permittas.* Cujus eſt & hoc: *Sic etiam ipſos criminum ultores, atq; in hoc officio non iræ propria concitatos, ſed legum miniſtros, nec ſuarum, ſed alienarum examinatarum injuriarum vindices, qvales judices eſſe debent, terret divina cenſura, ut cogitarent propter ſua peccata miſericordiam Dei neceſſariam, nec putarent ad culpam officii ſui pertinere, ſi qvid erga eos miſericorditer agerent, qvorum vitæ neciq; haberent legitimam poteſtatem.*

***

Auguſtinus) Epiſtola CLIX. qvæ citatur c. 1. Circumcelliones, cauſa XXIII, qvæſt. V. Vide, ſi placet, ad Auguſtinum eundem epiſtolam Macedonii, & eam, qva reſpondet Auguſtinus, numeris LIII, & LIV. Adde de Theodoſio juniore, qvæ ſunt in excerptis Johannis Antiocheni ex Manuſcripto Peireſii. Macedonius ad Auguſtinum: *Officium ſacerdotis eſt, intervenire protu-*

XXXVII. Speramus, nihil à nobis prætermiſſum, qvod ad hujus argumenti ſatis difficilis & obſcuri cognitionem magnopere faciat: nam qvatuor illa, qvæ * Maimonides maxime ait ſpectari in pœnis, magnitudinem peccati, id eſt damni, freqventiam talium peccatorum, qvantitatem concupiſcentiæ, & operis facilitatem, ad ſua loca retulimus, nec minus illa ſeptem, qvæ confuſe ſatis in pœnis conſiderat Saturninus. Nam perſona ejus, qvi fecit, ad aptitudinem illam judicandi maximè pertinet, & perſona ejus, qvi patitur, interdum aliqvid confert ad æſtimandam culpæ magnitudinem. * Locus injuſtitiæ culpam aliqvam addere ſolet peculia-

1. aut fac. 16. Dide Pœnis.

liarem, aut etiam ad facilitatem operis pertinere. Tempus, ut diuturnum est aut breve, ita libertatem judicandi auget aut minuit, interdum & pravitatem animi ostendit. Qvalitas partim ad genera appetituum refertur, partim ad causas, qvæ abstrahere à peccando debebant. Qvantitas qvoqve ad appetitum referenda est. Eventus ad causas abstrahentes.

***

Maimonides) Lib. III. directoris, c. 41. Confer c. Sicut dignum 6. de Homicidio voluntario vel causali.

Locum injustitiæ culpam aliqvam addere solet peculiarem) Philo lib. I. de legibus specialibus : ὁ γὰρ ταυτὸν πατρὶ καὶ ἀλλοτρίῳ πληγὰς ἐμφορῆσαι, οὐδ' ἄρχοντ' ἢ ἰδιώτην κακῶς εἰπεῖν, οὐδ' ἐργάζεσθαί τι τῶν μὴ θεμιτῶν ἐν βεβήλοις ἢ ἱεροῖς χωρίοις, οὐδ' ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι ἢ δημοτελέσι θυσίαις. *Non idem est, patri & extraneo inferre violentas manus : nec idem, magistratui & privato maledicere : nec idem illicitum, aliqvid patrare in loco profano & sacro, in die festo, in conventu, in sacris publicis.* Cum his convenit, qvod ex Labeone adfert Ulpianus L. Prætor edixit. 7. in fine. §. 8. D. de Injuriis. *Persona atrocior injuria fit, ut cum magistratui, cum parenti patrono fiat ; tempore si ludis & in conspectu : nam populi Romani in conspectu, an in solitudine injuria facta sit, multum interesse ait.*

XXXIIX. Solere pœnæ expetendæ causa bella suscipi & supra † ostendimus & passim docent historiæ : ac plerumqve hæc causa cum altera de damno reparando conjuncta est, qvando idem actus & vitiosus fuit & damnum reipsa intulit, ex qvibus duabus qvalitatibus duæ diversæ nascuntur obligationes : Non esse autem bella suscipienda ob delicta qvævis, satis constat. nam ne leges qvidem suam illam ultionem, qvæ tuto nec nisi nocentibus nocet, omnibus culpis impendunt. Recte, ut modo diximus, Sopater oportere ait, ea, qvæ minora & vulgaria sunt, delicta dissimulari, non vindicari. † L. 1. c. 2. §. 7. n. 13.

†††

Supra ostendimus) Et nos refutavimus ad *h. c. §. 3. n. 1.* Bellum namqve *formaliter tale* utrinqve majestatem ac superioritatem desiderat, ita qvidem, ut illa agat *vel immediatè*, qvando principes ipsimet bello inter se concertant ; *vel mediatè*, qvando inferiores magistratus, sub fiduciâ ratihabitionis à suis principalibus obtinendâ, per vim invicem offensivè aut defensivè agunt. Jam verò constat, qvamvis pœnam reqvirere superiorem ; ubiqve pares solummodò dantur, superiorem non esse. Qvapropter datur inter ipsos coactio & vindicta, neutiqvam pœna, *add. Grot. §. 40. h. c. n. 4. & h. l. c. 25. §. 3. n. 4. & annot. ad c. 21. §. 3. n. 1.* De cetero, qvando majestas coërcitionem suscipit coërcitionem subditorum rebellium, *materiale* belli adest, violenta sc. actio, bellum *formaliter* non est.

XXXIX. 1. Illud autem, qvod in oratione pro Rhodiensibus à Catone dictum fuit, non esse æqvum, pœnas qvenqvam dare ob eam rem, qvod arguatur male facere voluisse, suo qvidem loco non male erat positum, qvia nullum Gel. L. VII. c. 3. N. A.

nullum populi Rhodiensis decretum adferri poterat, sed animi fluctuantis conjecturæ: universaliter autem hoc recipiendum non est. Nam voluntas, qvæ ad externos actus processit (internos enim ab hominibus non puniri supra † diximus) pœnis solet esse obnoxia. * Seneca pater in Controversiis: *Scelera qvoqve, qvamvis citra exitum subsederunt, puniuntur. Injuriam, qvi facturus est, jam facit*, * ait alter Seneca. non exitus rerum, sed * consilia legibus vindicari Cicero dixit pro Milone. Periandri dictum erat: μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κόλαζε. Sic Romani censent, bellum ineundum cum Rege Perseo, nisi satisfaciat de consiliis belli parandi adversus populum Romanum initis, qvia scilicet arma, milites, classem, jam comperaverat. Atqve hoc ipsum in Rhodiensium oratione apud Livium recte notatur: neqve moribus, neq; legibus ullius civitatis ita comparatum esse, ut si qvis vellet inimicum perire, si nihil fecerit, qvo id fiat, capitis damnetur.

† h. c. §. XIIX. n. 1.

De Ira, L. III.

Liv. lib. XLII.

***

Seneca pater) Excerptorum IV, 7.

Ait alter Seneca) Et de beneficiis libro V, c. 14. *Latro est, etiam antequam manus inqvinet: qvia ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi atqve interficiendi voluntatem.* Philo in primo de specialibus legibus: ἀνδροφόνους χρὴ νομίζειν οὐ τοὺς κτείνοντας αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάντα δρῶντας εἰς τ' ἀνελεῖν, ἢ φανερῶς, ἢ λάθρα, κἂν μὴ τὸ ἀδίκημα ὦσιν εἰργασμένοι. *Homicidas existimari oportet non eos solum, qvi vitam adimunt, sed & eos, qvi omnia faciunt palam aut clam, ut qvenqvam interimant, etiamsi facinus ipsum nondum commiserint.*

Consilia legibus vindicari) Valerius Maximus de Cn. Sergio Silo, damnato ob nummos matrifamiliæ promissos: *Non factum tunc, sed animus in qvæstionem deductus est, plusq; voluisse peccare nocuit, qvam non peccasse profuit.*

Lib. VI. cap. I. § 8.

2. Sed nec omnis perversa voluntas, facto jam aliqvo indicata, pœnæ facit locum. Nam si ne perpetrata qvidem peccata omnia vindicantur, multo minus cogitata ac cœpta. In multis locum habet, qvod Cicero dicit: *haud scio, an satis sit, eum, qvi lacesserit, injuriæ suæ pœnitere.* Lex Hebræis data adversum pleraqve delicta inchoata contra pietatem, aut etiam contra hominis vitam extra judicium, nihil speciale constituit: qvia & circa res divinas, utpote nobis inconspicuas, facilis est error, & iracundiæ impetus non indignus est, cui ignoscatur.

I. Off.

3. Ceterum in tanta matrimoniorum copia alienas nuptias attentare, aut in tam æqvabili possessionum divisione fraudem struere, qva cum aliena jactura se qvis locupletet, minime erat ferendum. Nam illud, non concupisces, qvod in Decalogo est, qvanqvam si scopum spectes legis, id est τὸ πνευματικὸν, latius patet, * (vellet enim lex omnes etiam mente esse purissi-

riſſimos) tamen ipſum præceptum externum, ἐντολὴν σαρκικὴν qvod attinet, ad motus animi pertinet, qvi facto produntur, qvod aperte liqvet ex Marco Evangeliſta, qvi idem illud præceptum extulit, μὴ διαχειρήσῃς: idqve cum jam ante poſuiſſet μὴ κλέψῃς, Atqve eo ſenſu vox Hebræa & ei reſpondens Græca reperiuntur tum Mich. II, 2. tum alibi. Cap. X, 19.

***

Vellet enim lex omnes etiam mente eſſe qvam puriſſimos) Chryſoſtomus ad Rom. III, 13. & ad caput VII, multa habet in hanc rem.

4. Inchoata ergo delicta armis vindicanda non ſunt, niſi & res ſit gravis, & eo proceſſum ſit, ut ex tali actu certum malum, etſi nondum illud, qvod intendebatur, ſecutum jam ſit, aut certe ingens periculum, ita ut vindicatio aut conjuncta ſit cum cautione futuræ noxæ, (de qva ſupra † egimus in capite de defenſione) aut dignitatem læſam tueatur, aut pernitioſo exemplo occurrat. † h. l. c. 1.

XL. 1. Sciendum qvoqve eſt, reges, & qvi par regibus jus obtinent, jus habere pœnas poſcendi, non tantum †† ob injurias in ſe aut ſubditos ſuos commiſſas, ſed & ob eas, qvæ ipſos peculiariter non tangunt, ſed in qvibusvis perſonis jus naturæ aut gentium immaniter violantibus. Nam libertas humanæ ſocietati per pœnas conſulendi, qvæ initio, ut diximus, penes ſingulos fuerat, civitatibus ac ††† judiciis inſtitutis penes ſummas poteſtates reſedit, non proprie qva aliis imperant, ſed qva nemini parent. Nam ſubjectio aliis id jus abſtulit. Imo tanto honeſtius eſt, alienas injurias, qvam ſuas, vindicare, qvanto in ſuis magis metuendum eſt, ne qvis doloris ſui ſenſu aut modum excedat, aut certe animum inficiat. †† L. 2. c. 25. §. 6

†††

Qvæ ipſos peculiariter non tangunt) Non aliter hoc admittimus cum Cto noſtri ſeculi celeberrimo *Dn. Zigler. h. l. p.* 468. qvam ſi in auxilium ab aliis vocati fuerint, adeoqve in bello defenſivo, non offenſivo. Militat enim tunc defenſio, ad qvam qvilibet, licet privatus, jure naturæ proximo periclitanti eſt obſtrictus. Alii contradicunt propterea, qvod violatio juris gentium ad omnium gentium injuriam pertineat, & ejus actio perſecutioqve popularis ſive publica ſit. Tenentur ſiqvidem gentes, qvæ gens ſunt, jura ſua ſarta tectaqve ſervare non ſecus ac in civitate cuilibet è populo actio albi corrupti, ſepulchri violati, itemqve criminum publicorum datur, non expectato donec ab iis, qvibus directò injuria facta eſt, animentur. Nos hic plura deſideramus. Nam in qvæſtione eſt, utrum ſtatim omnium gentium jus violatim dici qveat, ſi gens cum gente ex ſingulari cauſa litiget? arbitramur qvod non; rationem decidendi ſumentes ex Rep. politicâ, qvam reſpective ſocietas gentium repræſentat. Exempla actionum juris civilis hâc non qvadrant. Qvandoqvidem non ſeqvitur: In politiâ (præſupponimus terminos convenientes) actio ſepulchri violati omnibus competit. E. ab omnibus executio ejusdem fieri poteſt. Multo magis hic reqviretur commune ſocietatis decretum, qvod, qvam inter gentes planè deſperandum ſit, nemo non videt. Interim qvælibet gens adverſus gentem regulariter jure privati utitur, qvippe qvi poteſt id, qvod ad ſe non pertinet, neqvi-qvam vindicare, multo minus, tanqvam par in parem, ſibi nocentem punire; *add. not. ad*

§. 39. n. 1. h. c. Dicimus proinde exempla, qvæ in seqventibus allegavit *Grotius*, facti potius esse, qvam juris; adeoqve parum, imò nihil probare.

2. Et hoc nomine ab antiqvis prædicatus est Hercules, qvod Antæo, Busyride, Diomede, & similibus * tyrannis liberarit terras, qvas, ut Seneca de eo loqvitur, transiit non concupiscendo, sed vindicando; maximorum, bonorum auctor hominibus, ut Lysias indicat, injustos puniendo. Diodorus Siculus de eo sic loqvitur: τοὺς παρανομοῦντας ἀνθρώπους ἢ δυνάστας ὑπερηφάνους ἀποκτείνας τὰς πόλεις ἐποίησεν εὐδαίμονας: *homines injustos & reges insolentes tollendo beatas reddebat civitates.* Alibi dixit: ἐπῆλθε τὴν οἰκουμένην κολάζων τοὺς ἀδίκους: *orbem obiit pœnas de iniqvis expetens.* Dio Prusæensis de eodem: τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους ἐκόλαζε, καὶ τὴν ὑπερηφανῶν ἀνθρώπων κατέλυε, καὶ ἀφῃρεῖτο τὴν ἐξουσίαν: *Homines malos puniebat, & superborum regna destruebat, aut in alios transferebat.* Aristides in Panathenaico ait, eum, suscepta communi humani generis cura, meruisse in Deos referri. Laudatur similiter Theseus, qvod latrones Scirona, Sinin, & Procusten sustulerit, qvem sic de se loqventem Supplicibus inducit Euripides:

Pridem facinora nomen hoc per Græciam
*Mihi dederunt, * ultor ut scelerum vocer.*

Lib. V. c. 3. Valerius Maximus de eodem: *qvicqvid ubiq; monstri aut sceleris fuit, virtute animi ac robore dextræ comminuit.*

***

Tyrannis liberarit terras) Et maria. Philo de legatione: ἡρακλῆς ἐκάθηρε γὴν καὶ θάλατταν, ἄθλους ἀναγκαιοτάτους καὶ ὠφελιμωτάτους ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποστάς, ἕνεκα τοῦ τὰ βλαβερὰ καὶ κακωτικὰ φύσεως ἑκατέρας ἀνελεῖν *Hercules purgavit terras ac maria, certamina subiens hominibus omnibus partim necessaria, partim perutilia, ut tolleret hominum animantiumq; aliorum ea, qvæ exitialia aut noxia essent.*

Ultor ut scelerum vocer) Ibidem dicenti Feciali:

ἢ πᾶσιν οὖν σ' ἔφυσεν ἀρκήσειν πατήρ;
Ten' ergo sevit omnibus genitor parem?

Respondet Theseus:

ὅσοι γ' ὑβρισταί· δ' οὐ κολάζομεν.
Injuriosis. Nam bonos non tangimus.

Plutarchus in ejus vita: ἀπήλλαττε τὴν Ἑλλάδα δεινῶν τυράννων. *Pessimis tyrannis Græciam liberavit.* Item: οὐδὲν αὐτὸς ἀδικούμενος ὥρμησεν ὑπὲρ ἄλλων ἐπὶ τοὺς πονηρούς. *Nihil ipse passus injuriæ, pro aliis in homines malos impetum sumebat.*

Plutarch. de Fort. Alex. 3. Sic non dubitamus, qvin justa sint bella in eos, qvi in parentes impii sunt, qvales Sogdiani, anteqvam eos Alexander hanc feritatem dedoceret: in eos, * qvi humanam carnem epulantur, * à qvo more absistere Gallos veteres

teres Hercules coëgit, narrante Diodoro: in eos, qvi piraticam † exercent, Seneca; *Si non patriam meam impugnat, sed suæ gravis est, & sepositus à mea gente suam exagitat, abscidit nihilominus illum tanta pravitas animi.* Augustinus, *Opinantur scelera facienda decerni, qvalia si aliqva terrena civitas decerneret, decrevisse ve, genere humano decernente fuerat evertenda.* De talibus enim barbaris, & feris †† magis, qvam hominibus, dici recte potest, qvod de Persis, qvi Græcis nihilo deteriores erant, perversè dixit Aristoteles, naturale in eos esse bellum; & qvod Isocrates Panathenaico dixit, justissimum esse bellum in belluas, proximum in homines belluis similes.

† L. 2. c. 13. §. 15. L. 3. c. 19. §. 2. n. 1. VII. de Benef. L. V. de Civ. Dei.

†† h. c. §. 47. n. 5.

***

Qvi humanam carnem epulantur) Hoc qvoqve Scythas Alexander docuit.

A qvo more absistere Gallos veteres Hercules coëgit) Vide Dionysium Halicarnassensem, narrantem, ut Hercules hunc morem aliaqve multa abstulerit, in beneficiis suis Græcos à barbaris non distingvens. Romanorum non minora in genus humanum merita prædicat Plinius XXX. I. *Non satis æstimari potest, qvantum Romanis debeatur, qvi sustulere monstra, in qvibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.* Sic Justinianus principibus Abasgorum edixit ne subditorum pueros castrarent. Procopius meminit Gotthicorum IV. & Zonaras Leone Isauro. Et Inchæ, in Peruana reges vicinos populos, qvi moniti non parerent, vi coëgere absistere ab incestis, à marium cum maribus concubitu, à commestione hominum, aliisqve id genus facinoribus, atqve eo modo imperium sibi pararunt omnium, qvæ usqvam legimus, excepta religione, justissimum.

4. Et eatenus sententiam seqvimur Innocentii, & aliorum, qvi bello ajunt peti posse eos, * qvi in naturam delinqvunt: contra qvam sentiunt Victoria, Vasqvius, Azorius, Molina, alii, qvi ad justitiam belli reqvirere videntur, ut, qvi suscipit, aut læsus sit in se aut republica sua, aut ut in eum, qvi bello impetitur, jurisdictionem habeat. Ponunt enim illi, puniendi potestatem esse effectum †† proprium jurisdictionis civilis, cum nos eam sentiamus venire etiam ex jure naturali, qva de re aliqvid diximus libri (*a*) primi initio. Et sane, si illorum à qvibus dissentimus, admittatur sententia, jam hostis in hostem puniendi jus non habebit, etiam post susceptum bellum ex causa non punitiva: qvod tamen jus plerique concedunt, & usus omnium gentium confirmat, non tantum postqvam debellatum est, sed & manente bello; non ex ulla jurisdictione civili, sed ex illo jure naturali, qvod & ante institutas civitates fuit, & nunc etiam viget qvibus in locis homines vivunt in familias, non in civitates distributi.

Innoc. c. 8. qvod super his. de Voto. Arch. Flor. 3. part. tit. 21. §. 5. Sylv. in verbo Papa. §. 7. Vict. Reh. 1. de Indis, num. 40. Vasq. Coner. Ill. L. 1. c. 25.

†† h. c. §. 44. n. 1.

(*a*) c. 2.

***

Qvi in naturam delinqvunt) Vide Josephum Acostam de procuranda Indorum salute lib. II. c. 4.

L. 1. c. 4. §. 7. n. 3.

Puni-

†††

Puniendi jus habebit) Rectissimè: hoc ipsum igitur, qvod *Grotius* absurdum putat, genuinis principiis politicis & rectæ rationi est maximè conforme, *vid. not. ad h. c. §. 39. num. 1.*

XLI. Sed cautiones hîc nonnullæ adhibendæ sunt; prima, ne mores civiles, qvamvis inter multos populos non sine ratione recepti, sumantur pro jure naturæ: qvalia ferme erant illa, qvæ Persas à Græcis disparabant, ad qvæ recte Plutarchi illud referas: πρόφασιν † πλεονεξίας ἡμερῶσαι τὸ βαρβαρικὸν, *barbaras gentes ad mores cultiores reducere velle obtentum esse, qvo veletur alieni cupiditas.*

† h. L. c. XXII. §. 1.

XLII. Secunda, ne temere annumeremus à natura vetitis ea, de qvibus id non satis constat, & qvæ lege potius divinæ voluntatis interdicta sunt, in qva classe forte ponere liceat * innuptos concubitus, & qvosdam eorum, qvi incesti dicuntur, & fœnus.

***

Innuptos concubitus) Asterius Amaseæ episcopus: οἱ τοῖς τοῦ βίου τούτου νομοθέταις προσέχοντες ἀνεύθυνον καταλείπουσι τὴν πορνείας τὴν ἐξουσίαν. *Qvi hujus tantum seculi leges condentibus obtemperant, impunitam relinqvunt meretricii licentiam.* Adde locum Hieronymi ad Oceanum productum à nobis ad cap. V. §. 9. Jung. cap. XI. §. 9.

L. 38. Si adulterium § 4. fratres. D. ad L. Jul. de Adulter.

XLIII. 1. Tertia, ut diligenter distingvamus *inter principia generalia*, qvale est honeste vivendum, id est secundum rationem, & qvædam his proxima, sed ita manifesta, ut dubitationem non admittant, qvale est, alteri suum non rapiendum; & *inter illationes*, qvarum aliæ facilem habent cognitionem, ut, posito matrimonio, * non admittendum adulterium, aliæ vero difficiliorem, ut ultionem, qvæ in dolore alterius acqviescit, esse vitiosam. Ferme idem hic evenit, qvod in mathematicis, ubi qvædam sunt notitiæ primæ, aut primis proximæ; qvædam demonstrationes, qvæ statim & intelliguntur & assensum obtinent, qvædam veræ qvidem, sed non omnibus patentes.

***

Non admittendum adulterium) Adulteria ubiqve puniri testatur Philo vita Josephi: Adulterium natura turpe esse Ulpianus L. Probrum. 42. D. de Verborum significatione. I. Lactantius in Epitome; *Corrumpere alienum matrimonium etiam communi gentium jure damnatur.*

Matth. X, 15. Luc. XII, 47. 48.

2. Sicut ergo circa leges civiles eos excusamus, qvi legum notitiam aut intellectum non habuerunt, ita & * circa naturæ leges par est, eos excusari, qvibus aut ratiocinationis imbecillitas, aut prava educatio obstant. Nam ignorantia legis, sicut inevitabilis si sit, tollit peccatum; ita etiam cum aliqva negligentia conjuncta delictum minuit. Atqve ideo Aristoteles barbaros, qvi prave educati circa talia delinqvunt, iis comparat, qvi morbo corruptos habent appetitus. Plutarchus ait esse qvædam νοσήματα καὶ πάθη

Nicom. VII.

ἡ ψυχῆς τὰ κατὰ φύσιν ἐξιστάντα ἀνθρώπου: *morbos animi, qui hominem de naturali statu dejiciant.*

***

Circa naturæ leges par est eos excusari, quibus aut ratiocinationis imbecillitas, aut prava educatio obstant) Hieronymus II. adversus Jovinianum: *Unaquæque gens hoc legem naturæ putat, quod didicit.*

3. Postremo illud addendum, qvod semel dico, ne sæpe repetam, qvæ ad pœnam exigendam suscipiuntur bella, suspecta esse injustitiæ, nisi scelera sint atrocissima & manifestissima, aut alia simul aliqva causa concurrat. De Romanis Mithridates forte non extra verum ajebat: *non delicta regum illos, sed vires ac majestatem insequi.* Justinus 38.

XLIV. 1. Perduxit nos ordo ad delicta, qvæ in Deum committuntur; qværitur enim, an ad ea vindicanda bellum suscipi possit, qvod late satis tractat Covarruvias. Sed ille alios secutus existimat, punitivam potestatem non esse sine proprie dicta jurisdictione: qvam sententiam nos jam ante † rejecimus. Unde seqvitur, sicut in rebus Ecclesiæ dicuntur Episcopi aliqvo modo τὴν καθολικὴν πεπιστεῦθαι, id est * *universalis Ecclesiæ curam accepisse*, ita & regibus, præter peculiarem suæ civitatis, etiam generalem pro humana societate curam incumbere. Potior ratio pro sententia negante, justa esse bella talia, hæc est, qvod Deus sufficiat vindicandis, qvæ in se committuntur: unde dici solet, *Deorum injurias dis curæ, & perjurium satis Deum habere ultorem.* C. peccatum. p. II. §. 10. † h.c. §. 40. n. 4. L. 2. C. de Reb. Cred.

***

Universalis Ecclesiæ curam accepisse) Est id in constitutionibus præferentibus nomen Clementis. Cyprianus epist. XXX. *Omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cujus per varias qvasq; provincias membra digesta sunt, excubare.* Et de unitate Ecclesiæ: *Episcopatus unus est, cujus à singulis in solidum pars tenetur.* Exempla hujus curæ universalis passim apud Cyprianum, illustri imprimis epistola LXVII. Adde Chrysostomum in laudibus S. Eustathii.

2. Verum sciendum est, idem & de aliis delictis dici posse: nam illis qvoqve puniendis Deus haud dubie sufficit, & tamen ea ab hominibus recte puniuntur, nemine dissentiente. Instabunt qvidam & dicent, alia delicta ab hominibus puniri, qvatenus homines alii inde læduntur aut periclitantur. Sed notandum contra, non tantum ab hominibus puniri delicta, qvæ directe alios lædant, sed & qvæ per consequentiam, qvalis est sui occisio, concubitus cum bestiis, & alia qvædam.

3. Religio autem, qvanqvam per se ad conciliandam Dei gratiam valet, habet tamen & suos in societate humana effectus maximos. Neqve enim immerito Plato religionem propugnaculum potestatis ac legum & honestæ disciplinæ

ſciplinæ vinculum vocat. Plutarchus ſimiliter συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα, *coagulum omnis ſocietatis & fundamentum legislationis.* Philoni qvoqve eſt φίλτρον ἀνυσιμώτατον καὶ δεσμὸς ἄλυτος εὐνοίας ἐρωτικῆς, ἡ τοῦ ἑνὸς θεοῦ τιμή: *efficaciſſimum amatorium, & vinculum indiſſolubile benevolæ amicitiæ,* * *unius DEI cultus.* Contraria omnia ab impietate:

Sil. Italicus.

Heu primæ ſcelerum cauſæ mortalibus ægris
* *Naturam neſcire Dei.*

Omnis falſa, inqvit Plutarchus, de rebus divinis perſvaſio pernicioſa, accedente animi perturbatione pernicioſiſſima. Exſtat apud Jamblichum ſententia Pythagorica: ἡ γνῶσις τῶν θεῶν ἀρετή τε ἐστὶ καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία: *Dei cognitio & virtus eſt, & ſapientia, & perfecta felicitas.* Hinc Chryſippus legem dixit reginam divinarum humanarumqve rerum, & Ariſtoteli * inter curas publicas prima de rebus divinis, & Romanis Juriſprudentia divinarum humanarumqve rerum notitia. Philoni ars regia πραγμάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλεια, *rerum privatarum, publicarum, & ſacrarum curatio.*

VII. Pol. L. 10. §. 1. D. de J. & J. §. 1. Inſtit. ibid. De Creat. magiſtr.

* * *

Unius Dei cultus) Idem de fortitudine: αἴτιον τῆς ὁμονοίας τὸ ἀνώτατον καὶ μέγιστον ἡ περὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ δόξα, ἀφ' ἧς οἷα πηγῆς ἑνωτικῇ καὶ ἀλλαλύτῳ φιλία κέχρηνται πρὸς ἀλλήλους. *Summa ac maxima concordiæ cauſa, de uno Deo ſenſus, ex qvo velut fonte procedit inſolubilis & animos inter ſe vinciens amicitia.* Joſephus autem contra Appionem libro: τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ τῷ βίῳ τε καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἐπιτελεῖ. *Eandem de Deo habere ſententiam, nihilq; vita & inſtitutis inter ſe diſcrepare, pulcherrimam in animis hominum concordiam excitat.*

Naturam neſcire Dei) Sic & Joſephus adverſus Appionem libro altero cauſas, cur multæ civitates conſtitutæ fuerint, has reddit: τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τοὺς νομοθέτας, μήθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν, ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας πρὸς τοῦτο ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τάξιν τοῦ πολιτεύματος. Vide & qvæ ſeqvuntur ibidem optime.

Inter curas publicas prima de rebus divinis) Ad qvarum cognitionem Imperatores vocans Juſtinus Martyr addit: βασιλικὸν ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. *Erit hoc opus ſane regium.* Adde, qvæ habet Covarruvias in c. poſſeſſor. §. 10.

4. Hæc verò omnia non tantum in una aliqva civitate conſideranda ſunt, ut cum apud Xenophontem Cyrus ait, ſubditos hoc ſibi addictiores fore, qvo Dei eſſent metuentiores, ſed & in communi ſocietate generis humani. *Pietate ſublata,* inqvit Cicero, *fides etiam & ſocietas humani generis, & unà excellentiſſima virtus juſtitia tollitur.* Idem alibi: *Juſtitiam adfert, cum cognitum habeas, qvod ſit ſummi rectoris & domini numen, qvod conſilium,*

Cyri Inſt. Lib. IIX. Lib. I. de Nat. Deor. De Fin. IV.

qvæ

qvæ voluntas. Atqve hujus rei evidens argumentum est, qvod Epicurus, cum divinam providentiam sustulisset, * justitiæ qvoqve nihil reliqvit, nisi nomen † inane, utqvam nasci diceret ex sola conventiooe, neq; durare ulterius, qvam communis duraret utilitas, abstinendum autem ab his, qvæ alteri nocitura essent, solo pœnæ metu. Verba ipsius ad hanc rem sane insignia exstant apud Diogenem Laërtium.

†Prolegom. §. 5. seq. §. 16. seqq.

***

Justitiæ qvoq; nihil reliqvit, nisi nomen inane) Seneca epistola XCVII. *Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit, nihil justum esse natura, & crimina vitanda esse, qvia vitari metus non possit.*

5. Vidit hunc nexum & Aristoteles, qvi V. de Repub. cap. XI. sic ait de rege: ἧ τῆτον φοβοῦνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα: *minus enim populus timebit injuste tractari a Principe, qvem religiosum credat.* Et Galenus libro IX. de placitis Hippocratis & Platonis, cum multa de Mundo divinaqve natura qværi dixisset, nullo ad mores usu, qvæstionem de providentia agnoscit usus esse maximi, tum ad privatas, tum ad publicas virtutes. Vidit hoc & Homerus, qvi Odysseæ sexto & nono hominibus ὑβρισταῖς καὶ ἀγρίοις, *feris & injustis*, opponit eos, qvibus νόος ἐστὶ θεουδὴς *mens religiosa.* Sic Judæorum veterum * justitiam religione permixtam laudat ex Trogo Justinus; sicut eosdem Judæos Strabo δικαιοπραγοῦντας καὶ εὐσεβεῖς ὡς ἀληθῶς ὄντας. Lactantius: *Si ergo pietas est cognoscere Deum, cujus cognitionis hæc summa est, ut eum colas; ignorat utiq; justitiam, qvi religionem Dei non tenet. Qvomodo enim potest eam nosse, qvi, unde oriatur, ignorat?* Idem alibi: *Religioni est propria justitia.*

Lib. XXVI. cap. II. §. 16. Inst. lib. V.

De Ira Dei.

***

Justitiam religione permixtam) Philo vita Abrahami: τὴν αὐτῆς φύσεώς ἐστιν εὐσεβῆ τε εἶναι καὶ φιλάνθρωπον, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν ἑκάτερον ὁσιότης μὲν πρὸς θεὸν δικαιοσύνη δὲ πρὸς ἄνθρωπον θεωρεῖται. *Ejusdem est naturæ, religiosum esse & hominum amantem: apud eundem spectantur pietas in Deum, & in homines justitia.*

6. Jam vero majorem etiam usum habet religio in majori illa, qvam in civili societate, qvia in civili partem ejus supplent leges & facilis legum exsecutio: cum contra in magna illa communitate juris exsecutio sit difficillima, ut qvæ, nisi armis, expleri neqveat; & leges paucissimæ, qvæ ipsæ insuper sanctimoniam suam habent præcipue à metu numinis; unde qvi in jus gentium peccant, divinum jus violare † passim dicuntur. Non male ergo religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam dixere Imperatores.

†L. 3. c. 4. §. 16. n. 2. L. 4. §. 1. C. de Hæreticis.

XLV. 1. Ut rem totam penitius introspiciamus, notandum est, religionem veram, qvæ omnium ætatum communis est, qvatuor præcipue pronuntiatis niti; qvorum primum est, Deum esse, & esse unum: Secundum,

Deum nihil eſſe eorum, qvæ videntur, ſed his aliqvid ſublimius: Tertium, à Deo curari res humanas, & æqviſſimis arbitriis dijudicari: Qvartum, eundem Deum opificem eſſe rerum omnium extra ſe. Hæc qvatuor totidem decalogi præceptis explicantur.

†††

Qvatuor præcipuè pronunciatu nitet) Conferantur ea, qvæ notavimus ad *Guil. Grot. de Jur. Nat. cap. 5. pag. 87. & ſeqq.* ubi pluribus autoritatibus & teſtimoniis hanc rem egit, omiſſis interim, qvæ tamen maximè neceſſariæ erant, legitimis ac ſufficientibus demonſtrationibus.

2. Nam primo aperte traditur Dei unitas; ſecundo natura ejus inconſpicua; nam propter eam imago ejus exſtrui vetatur Devt. IV, 12. Qvomodo & * Antiſthenes dicebat: *ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται θεοῦ ἔοικεν, διόπερ οὐκ ἔστιν ὅτου ἐκ τῶν ὁρωμένων ἐξ εἰκόνος δυνατὸν ἐστὶ λαβεῖν ἔννοιαν*; *oculis non conſpicitur, rei nulli eſt ſimilis,* Excerpt. *inde nec qvisqvam eum poteſt ex effigie cognoſcere.* Philo autem: *τὸ ἀόρατον εἰκονογραφεῖν ἢ ζωγραφεῖν οὐκ ὅσιον*; *Profanum eſt ejus, qvi inconſpicuum eſt, pingendo aut fingendo imaginem exhibere.* Diodorus Siculus de Moſe: *ἄγαλμα δὲ κατασκευάσαι διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεόν.* * *ſimulacrum non conſtituit, eo qvod Deum non crederet humana forma eſſe.* Tacitus: *Judæi mente ſola unumqve numen intelligunt: profanos, qvi DEUM imagines mortalibus materiis in ſpeciem hominum effingunt.* Plutarchus verò, cur * Numa de templis ſimulacra ſuſtulerit, cauſam hanc reddit: *ὡς οὐκ ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει*; *Qvod DEUS concipi, niſi ſola mente, non poſſit.* Tertio præcepto intelligitur cognitio & cura rerum humanarum, etiam cogitationum: nam id jurisjurandi fundamentum eſt. Deus † L. 2. c. 13. §. 3. n. 2. & ſeq. enim teſtis etiam † cordis, &, ſi qvis fallat, vindex invocatur; qvo ipſo ſimul & juſtitia DEI ſignificatur & potentia. Qvarto, origo mundi totius auctore Deo, * in cujus rei memoriam inſtitutum fuit olim ſabbatum, & qvidem ſingulari qvadam ſanctimonia ſupra ritus alios. Nam ſi qvis in alios ritus peccaſſet, pœna legis erat arbitraria, ut de cibis vetitis; ſi in hunc, pœna capitis: qvia ſabbati violatio ex inſtituto continebat abnegationem mundi à Deo creati. Mundus autem à Deo creatus & bonitatem ejus, & ſapientiam, & æternitatem, & potentiam tacite indicat.

***

Antiſthenes) Laudatus Clementi Alexandrino: ex illo videtur hoc promſiſſe Seneca lib. VII. c. 30. Naturalium qvæſtionum: *ipſe, qvi ea tractat, qvi condidit, qvi totum hoc fundavit, dedit qve circa ſe, majorqve eſt pars operis ſui ac melior, effingit oculos, cogitatione viſendus eſt.*

Philo autem) Dicit hæc apud Philonem Rex Agrippa.

Simulacrum non conſtituit) Dion libro XXXVI: *θεὸν ἄγαλμα θεὸν οὐδεὶς ποτὲ τοῖς ἱεροσολύμοις ἔσχεν. ἄῤῥητον γὰρ καὶ ἀσεβὲς αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, &c. Nec ullum Hieroſolymis ſimulacrum habebant, qvod Deum crederent neq; conſpici, neq; verbis explicari poſſe.* Vide & Strabonem Libro XVI. Nu-

Numa) De hoc Numæ instituto vide & Dionysium Halicarnassensem.

In cujus rei memoriam institutum fuit olim Sabbatum) Scriptor responsorum ad orthodoxos, ad qvæstionem LXIX. ἵνα οὖν φυλαχθῇ ἡ μνήμη τ᾽ τοῦ κόσμου ποιήσεως ἐν τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο τιμιώτερον τῶν ἄλλων εὑρίσκειν ἔταξε τὴν ἑπτὰ ἀριθμὸν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. *Ut erga memoria Mundi conditi inter homines servaretur, ideo voluit Deus septenarium numerum in Sacris Literis eminere ceteris honoratiorem.* Vide & qvæ præcedunt.

†††

Continebat abnegationem mundi) *Vid. Guil. Grot. l. c. §. 7. ibiqve not. p. 91.* ubi contrarium sustinuimus: jungi his possunt *Hug. Grot. l. 1. c. 1. §. fin. n. 4. Selden. de J. N. & G. sec. disc. Hebr. lib. 3. c. 10. pag. 331. seqq. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. Lib. 3. Class. 1. cap. 2. n. 8. seqq. Soto, de J. & J. lib. 2. q. 3. art. 3. Azor. Inst. Moral. lib. 1. c. 1. p. 2. Thom. 1. 2. qv. 100. art. 3. ad 2. Covarruv. 4. Resolut. 19. num. 2.* ubi plura in utramqve partem invenies.

3. Ex his autem notionibus contemplativis seqvuntur activæ, ut Deum honorandum, amandum, colendum, eiq; obtemperandum. Itaqve Aristoteles eum, qvi Deum honorandum, aut parentes amandos neget, non argumentis, sed pœna edomandum dixit. Et alibi, alia qvædam esse honesta, Deum honore proseqvi ubiqve. Istarum autem, qvas contemplativas diximus, notionum veritas haud dubie etiam petitis ex rerum natura argumentis demonstrari potest, inter qvæ illud validissimum est, qvod res aliqvas esse factas ostendat sensus, res autem factæ omnino nos ad aliqvid non factum deducant. Sed qvia hanc rationem & similes alias non omnes capiunt, sufficit, qvod ab omni ævo per omnes terras, paucissimis exceptis, in has notiones consenserunt, & hi, qvi crassiores erant, qvam ut vellent fallere, & alii sapientiores, qvam ut fallerentur: * qvæ consensio in tanta & legum & opinionum aliarum varietate satis ostendit traditionem, à primis hominibus ad nos propagatam, ac nunqvam solide refutatam, qvod vel solum ad fidem faciendam satis est.

Top. I, 9.
Top. II, 4.

***

Qvæ consensio) Tertullianus adversus Marcionem: *Animæ à primordio conscientia Dei dos est.* Φυσικὴ εὐλάβεια, *pietas naturalis*, Diodoro Siculo in Fragmentis. Philo de Unius Imperio: οὐδὲν τεχνικῶν ἔργων ἀντοματίζεται. τεκνικώτατος δὲ ὁ κόσμος, ὡς ὑπό τινος τὴν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ τελειοτάτου πάντων δεδημιουργῆσθαι. τοῦτο τὸν τρόπον ἔννοιαν ἐλάβομεν ὑπάρξεως θεοῦ. *Nihil artem præferens casu oritur. Maximam autem artem mundus præfert, testaturq́, à summe perito summeq́, perfecto se fabricatum. Notitia, qva Deum esse credimus, hinc ortum habet.* Tertullianus adversus Marcionem I: *Nos defendimus, Deum primum natura cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum: natura ex operibus; doctrina ex prædicationibus.* Cyprianus de Idolorum vanitate: *Hæc est summa delicti, nolle agnoscere, qvem ignorare non possis.* Julianus

nus ad Heraclitum: πάντες ἀδιδάκτως εἶναι θεῖόν τι πεπείσμεθα, καὶ πρὸς τοῦτο ἀφορᾶν ἐπ' αὐτό τε οἶμαι σπεύδειν: οὕτω διατιθέμενοι τὰς ψυχὰς πρὸς αὐτὸ, ὥσπερ οἶμαι πρὸς τὸ φῶς βλέποντα. *Omnes ante doctrinam numen aliquod esse persvasi sumus, eo respiciendum, ad eum properandum: credoq; sic animos nostros se habere ad Deum, uti visu prædita ad lucem.*

4. Conjunxit ea, qvæ memorata nobis jam sunt de Deo, Dion Prusæensis cum dixit, ὑπόληψιν, id est persvasionem de Deo, aliam esse nobis connatam, ex argumentis scilicet petitam, aliam ἐπίκτητον acqvisitam ex traditione. Plutarchus eandem vocat παλαιὰν πίστιν, ἣν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἀναργέστερον, ἕδραν καὶ βάσιν ὑφεστῶσαν κοινὴν πρὸς εὐσέβειαν: *antiqvam persvasionem, qva nullum haberi possit aut dici argumentum certius, fundamentum in commune pietate positum.* Aristoteles: πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν. Idem sensus apud Platonem de legibus decimo.

De Cœlo, L. 3.

XLVI. 1. Qvare non vacant culpa, qvi, etiamsi hebetioris sint ingenii, qvam ut certa ad illas notiones argumenta aut reperire possint, aut comprehendere, eas repudiant, cum & ad honestum sint duces, & diversa sententia nullis argumentis nitatur. Sed qvia de pœnis, & qvidem humanis, agimus, discrimen hic adhibendum est inter notiones ipsas, & inter modum ab iis discedendi. Hæ notiones, numen aliqvod esse (unum, an plura, sepono) & curari ab eo res hominum, maxime sunt universales, & ad religionem, sive veram, sive falsam, constituendam omnino necessariæ; τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ (id est, *qvi religionem habeat:* nam religio Hebræis accessus ad Deum vocatur) πιστεῦσαι δεῖ ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται: *eum credere oportet, & esse Deum, & ab eo præmia dari se † colentibus.*

Hebr. XI. 6.

† Prolegom. §. XI.

2. Similiter Cicero: *Sunt Philosophi, & fuerunt, qvi nullum habere censerent humanarum rerum procurationem Deos, qvorum si vera sententia est, qvæ potest esse pietas, qvæ sanctitas, qvæ religio? Hæc enim omnia pure ac caste tribuenda Deorum ita numini sunt, si animadvertuntur ab his, & si est aliqvid à Diis immortalibus humano generi tributum.* Epictetus: τὸ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. *Pietatis hoc præcipuum, bene sentire de Diis, ut qvi & sint, & res omnes juste ac recte administrent.* Ælianus ait, barbarorum neminem delapsum ad ἀθεότητα, sed ab omnibus affimari * & esse numen, & nostri curam gerere. Plutarchus libro de communibus notitiis ait, eam, qvæ de Deo est, notitiam tolli sublata providentia: οὐ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικὸν καὶ ὠφέλιμον, προλαμβάνεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν. *Non enim immortalem tantum & beatum, sed & hominum amantem, ita ut & curet eos & prosit ipsis, concipi atq; intelligi Deum.* Lactantius: *Neqve honor ullus deberi potest Deo, si nihil præstat colenti, nec ullus metus, si non irascitur non colenti.* Et revera negare Deum esse, aut

De Nat. Deor. I.

Lib. II. c. 31.

aut negare à Deo curari actiones humanas, si moralem effectum respicimus, tantundem valet.

***

Et esse numen & nostri curam gerere) Seneca epistola XCV. *Primus est deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qva nulla majestas est.*

†††

Et esse numen, & nostri curam gerere) Testatur tamen *Johann. Ludovic. Gothofred. in Archontolog. Cosm. Lib. 1. de Potent. Hispan. in nov. orb. n. 18. pag.* 319. Brasiliensium incolas sine literis, sine religione, sine legibus, sine magistratibus vixisse, *add. id. pag.* 336. *in fin. & not. Grot. ad h. §. n. 4.*

3. Qvare ipsa qvasi necessitate auctore hæ duæ notiones * apud omnes ferme, qvos novimus, populos per tot jam secula conservatæ sunt. Hinc Pomponius erga DEUM religionem juri asscribit gentium: & apud Xenophontem, Socrates τοὺς θεοὺς σέβειν, *Deos colere legem esse* ait, qvæ apud omnes homines valeat: qvod & Cicero tum de natura Deorum libro primo, tum secundo de Inventione affirmat. Dion Prusæensis oratione XLI. vocat δόξαν καὶ ἐπίνοιαν κοινῇ τοῦ ξύμπαντος ἀνθρωπίνου γένους, ὁμοίως μὲν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ βαρβάρων ἀναγκαίαν καὶ ἔμφυτον ἐν παντὶ τῷ λογικῷ γινομένην κατὰ φύσιν. *persvasionem, qvæ insit hominibus communiter omnibus, non minus barbaris, qvam Græcis, necessariam ac naturalem cunctis ratione utentibus.* Et paulo post: πάνυ ἰσχυρὰν καὶ ἀέναον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀρξαμένην τε καὶ διαμένουσαν. *persvasionem valde robustam ac sempiternam apud omnes gentes & cœptam & permanentem.* Xenophon in convivio & Græcos & Barbaros ita ait existimare, nota esse Diis & præsentia & futura.

L. Veluti. 2. de Just. & Jure.

***

Apud omnes ferme, qvos novimus, populos) Seneca Epist. CXVII. *Tanqvam Deos esse inter alia sic colligimus, qvod omnibus de Diis opinio insita est: nec ulla gens usqvam est adeo contra leges moresq; projecta, ut non aliqvos deos credat.* Idem de beneficiis IV, 4. *Nec in hunc furorem omnes mortales consensissent alloqvendi surda numina & inefficaces Deos, &c.* Adde Platonem Protagora, & decimo de legibus, & pulchra qvæ habet Jamblichus post principium de mysteriis Ægyptiorum, ubi Deum nosse ita homini ait proprium, ut hinnitum eqvo.

4. Has igitur notitias, qvi primi incipiunt tollere, sicut in bene constitutis civitatibus coërceri solent, ut Diagoræ Melio accidisse legimus, & Epicureis, qvi ex bene moratis urbibus ejecti sunt, * ita & coërceri posse arbitror nomine humanæ societatis, qvam sine ratione probabili violant. Himerius Sophista actione in Epicurum: δόγματος οὖν ἀπαιτεῖς δίκας; οὐκ, ἀλλ' ἀσεβείας. δογματίζειν μὲν γὰρ ἐξὸν, ἀσεβεῖν δὲ οὐκ ἐπιτέτραπτ): *Placiti igitur pœnam exigis? Neutiqvam: sed impietatis placita tradere permittitur, non & pietatem oppugnare.*

Ita

***

Ita & coërceri posse arbitror nomine humanæ societatis) Moxus Lydus Crambi urbis inhabitatores obsidione captos mersit omnes, οἷον ἀθέους, ut qvi Deum nullum nossent, colerentve. Nicolaus Damascenus in excerptis Peiresianis.

XLVII. 1. Ceteræ notiones non æqve sunt evidentes, ut Deos plures uno non esse: nihil eorum, qvæ videmus, Deum esse, non mundum, non cœlum, non solem, non aërem: mundum non esse ab omni æternitate, ac ne ejus qvidem materiam, sed à Deo facta. Itaq; harum cognitionem temporum lapsu apud multos populos obliteratam, & qvasi extinctam, videmus, eoq; facilius, qvia leges hanc partem minus curabant, ut sine qva aliqva saltem consistere religio posset.

2. Ipsa lex Dei illi populo data qvem Prophetæ & prodigia partim conspecta, partim non dubitandæ auctoritatis fama ad ipsos perlata cognitione harum rerum nec obscura nec incerta imbuerant, qvanqvam falsorum deorum cultus maxime detestatur, non tamen omnes ejus culpæ convictos morte punit, sed eos demum, qvorum facta circumstantiam habent singularem, ut eum, qvi princeps alios seduxerit, Devt. XIII, 16. civitatem, qvæ incepit colere deos ante ignotos, Devt. XII, 23. eum, qvi astra colit, ut legem totam, ac proinde Dei veri cultum deserat, Devt. XVII, 2. (qvod Paulo est λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, * *opificio servire, non opifici*: nam παρὰ ibi & alibi sæpe vim habet exclusivam) qvæ res etiam apud Esavi posteros aliqvo tempore pœnis fuit subdita, ut videre est Jobi XXXI, 26. 27. eum qvoqve, qvi liberos suos Molocho id est Saturno dederit, Lev. XX, 2.

***

Opificio servire, non opifici) Philo ad Decalogum de talibus: εἰσὶ δ' οἱ καὶ προσυπερβάλλουσιν ἀσεβείᾳ, μηδὲν τῆς ἴσων μεταδιδόντες, ἀλλ' ἀ τοῖς μὲν τὰ πάντα τῶν ἐπὶ τιμῇ χαριζόμενοι, τῷ δ' οὐδὲν νέμοντες, ἀλλ' οὐδὲ μνήμης τὸ κοινότατον ἀξιοῦνται, ἐπιλήθονται γὰρ οὐ μόνον προσῆκον ἦν μεμνῆσθαι, ἐπιτηδεύοντες οἱ βαρυδαίμονες ἑκούσιον λήθην, &c. *Sunt autem alii qvorum ulterius impietas procedit, qvi ne paria qvidem Deo & operibus ejus tribuant, sed qvicqvid honoris excogitari potest his exhibent, illud communissimum bonum nulla memoratione dignantes. id prætereunt qvod solum meminisse debuerant, sponte miseri sibi accersentes qvæsitam oblivionem.* Sic locum Devteronomii interpretatur Maimonides Directore III, 41.

†††

Qvi liberos suos Molocho) *Vid.* latissimè de hujus idoli cultu, & an parentes liberos suos, in ejusdem honorem, per ignem modò traduxerint, an verò totaliter combuserint, *Selden. de Diis Syris, Syntagm. 1. cap. 6. p. 166. & seqq. ibiqve Dn. Beyer. in Additament. p. 242. & seqq.* ad qvos, cum plurimos alios allegent, brevitatis causa nos remittimus.

3. Cananæos vero & vicinos illis populos, pridem delapsos ad pravas

vas superstitiones, non statim Deos puniendos judicavit, sed tum demum, cum hanc culpam magnis sceleribus cumulassent, Gen. XV, 16. Sic & in aliis populis dissimulavit ignorantiæ tempora circa falsorum numinum cultus, Actor. XVII, 38. Nimirum recte à Philone dictum est, religionem suam cuiq; videri optimam, ut qvæ plerumqve non ratione, sed affectu dijudicetur: unde non longe abit dictum Ciceronis, nemini ullam disciplinam philosophiæ probari, præter eam, qvam ipse seqvatur. Addit, plerosq; teneri adstrictos, anteqvam, qvid esset optimum, judicare possent. Leg. ad Cijum. Acad. IV.

4. Sicut autem excusabiles sunt & ab hominibus certe non puniendi, qvi, cum legem à Deo proditam nullam acceperint, aut astrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes, aut spiritus, sive in imaginibus, sive in animantibus, sive in rebus aliis colunt, aut etiam animas eorum, qvi virtute & beneficiis in humanum genus excelluerunt, aut mentes qvasdam incorporeas, præsertim si nec ipsi tales cultus commenti fuerint, * nec summi Dei cultum ideo deserant: ita impiis magis, qvam errantibus, annumerandi sunt, qvi aut cacodæmonas, qvos tales esse norunt, aut vitiorum nomina, aut homines, qvorum vita fuit flagitiis plena, divinis honoribus colere instituunt.

***

Nec summi Dei cultum ideo deserant) Sic victimas ab Ægypti regibus, ab Augusto, à Tiberio in Templum admisere Judæi. Docent id & Josephus & Philo.

5. Nec minus illi, qvi deos colunt hominum innocentum sangvine, à qvo more, qvod Carthaginenses abstinere coëgerit, laudatur * Darius Persarum rex, & Gelo Syracusarum tyrannus. Narrat & Plutarchus, barbaros qvosdam, qvi humanis victimis deos colebant, pœnas daturos Romanis fuisse: sed cum antiqvitate moris se excusarent, nihil mali passos: vetitos tantum, ne qvid in posterum tale facerent. Just. L. XIX. Plut. Apopheth. & de Sera Num. Vind. Plut. qvæst. Rom. 12.

***

Darius) Hystaspis filius, Xerxis pater. Confer, qvæ supra §. XL. h. c.

†††

Pœnas daturos Romanis fuisse) Sed tamen apud ipsos Romanos, legitur, bello Punico secundo ex fatalibus libris sacrificia aliqvot extraordinaria facta, inter qvæ Gallus & Galla Græcus & Græca in foro boario sub terrâ vivi demissi sunt, *Liv. l. 22 Plin. l. 28 c. 2.* ubi addit: aliarum Gentium (sacrificia) cum qvibus tum res esset, etiam nostra ætas vidit.

XLIIX. 1. Qvid de illis armis dicemus, qvæ inferuntur populis aliqvibus eam ob causam, qvod illi Christianam religionem, sibi propositam, amplecti nolunt? Non jam qværam, an talis proponatur, qvalis debet, & qvomodo debet. Demus ita fieri: duo notanda dicimus. Prius est, veritatem Christianæ religionis, qvatenus scilicet naturali ac primævæ religioni non pauca superaddit, argumentis mere naturalibus persvaderi non posse, sed niti historia, tum resurrectionis Christi, tum miraculorum ab ipso L. 2. c. 22. §. 3.

& Apoſtolis editorum: qvæ res eſt facti, olim qvidem irrefragibilibus teſtimoniis probata, ſed olim, ita ut & hæc qvæſtio facta ſit, & jam perantiqvi. Qvo magis fit, ut doctrina hæc ab his, qvi nunc primum eam audiunt, penitus in animum admitti neqveat, niſi ſecretis DEI auxiliis accedentibus, qvæ, ſicut, qvibus dantur, non dantur in operis alicujus mercedem, ita ſi qvibus negantur, aut minus large conceduntur, id fit ob cauſas non iniqvas illas qvidem, ſed plerumqve nobis incognitas, ac proinde humano judicio non puniCap. de Judæis. 5. diſt. 45. biles. Huc reſpicit Canon Concilii Toletani: *Præcipit ſancta Synodus, * nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult, Deus miſeretur, & quem vult, indurat.* Mos enim eſt ſacrorum librorum, qvarum rerum cauſæ nos latent, eis cauſam aſſignare divinam voluntatem.

* * *

Nemini deinceps ad credendum vim inferre) Joſephus ita cenſet, δεῖν ἕκαστον κῇ τῷ ἑαυτοῦ προαίρεσιν θεὸν σέβειν, ἀλλὰ μὴ κῇ βίας: *Debere qvemq; libero animi propoſito Deum colere, non vi coactum.*

Qvarum rerum cauſæ nos latent, eis cauſam aſſignare divinam voluntatem) Servius ad initium III. Æneidos: *Qvotiescunq; ratio vel judicium non apparet, ſic viſum interponitur.* Sic & Donatus ad Actum V. Scena II. Evnuchi. Atqve in eum ſenſum poni Hebræum הפץ notat Abarbaniel.

†††

Qvid de illis armis dicemus) Loqvuntur hæc crebræ expeditiones ſuſceptæ in Orientem & Africam adverſus Saracenos & Turcas, amplificandæ religionis ergo, atqve ut mortis Domini noſtri JESU CHRISTI pœnas ab infidelibus expeterent; qvo fortè intendit *Grotius* (qvamvis liberum cuiqve relinqvamus judicium) in *b. l. c.* 15. §. 12. ubi fœderis caput & princeps electus dicitur Imperator Romanus: alias ſibi nihil de fœdere qvodam, præſertim perpetuo, conſtare dicit, *Limn. ad Capit. Carol. art. 1. pag.* 129. Interim de Religione armis propagandâ vide pro & contra diſputantem *Magn. Heſenthal. Athlet. Polit. Claſſ.* 5. *q.* 6. *p.* 311. *& ſeqq. Innocent. Gentiett. in Anti-Machiavell. Lib.* 3. *Theorem.* 1. *p.* 268. *& ſeqq. Franc. à Vill. Relect.* 5. *ſect.* 1. *p.* 210. *n.* 8. *ſeqq.*

2. Alterum hoc eſt, Chriſto, novæ legis auctori, omnino hoc placuiſſe, ut ad legem ſuam recipiendam nemo hujus vitæ pœnis, aut earum metu, pertraheretur, Rom. IIX, 15. Hebr. II, 15. Joh. VI, 67. Luc, IX, 54. Matth. XIII, 24. qvo ſenſu veriſſimum illud Tertulliani: *Lex nova non ſe vindicat ultore gladio.* In libro antiqvo, cui nomen conſtitutiones Clementis, de Chriſto dicitur, τὸ ἀυτεξούσιον τ ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐλεύθερον, ὁ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογιζόμενος αὐτό. *Liberam reliqvit hominibus arbitrii poteſtatem non morte temporali eos puniens, ſed in altero ſeculo ad reddendam rationem vocans.* * Athanaſius: *Dominus non cogens, ſed libertatem ſuam voluntati permittens dicebat qvidem vulgo omnibus; Si qvis vult venire poſt me; Apoſtolis vero, * nunqvid & vos abire vultis?* Chryſoſtomus ad eundem Johannis locum: ἐρωτᾷ λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ἀπάγειν, ὅπως πᾶσαν ἡν ἀφαι-

ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην: interrogat, an & ipsi velint discedere, qvod omnem est amoventis vim ac necessitatem.

***

Christo novæ legis auctori omnino hoc placuisse, ut ad legem suam recipiendam nemo hujus vitæ pœnis, aut earum metu pertraheretur) Tractat hoc Gregorius Nazianzenus oratione, cum assumtus est è Patre: & Beda lib. 26. Isidorus de Sisebuto rege: *Qvi in initio regni sui Judæos ad fidem Christianam permovens æmulationem qvidem Dei habuit, sed non secundum scientiam: potestate enim compulit, qvos provocare oportuit fidei ratione.* Transscripsit hoc in historiam Rodericus II. 13. Posteriores in Hispania reges eodem nomine culpant Osorius, & Mariana, qvem vide XXVI, 14. XXVII, 5.

Athanasius) Epistola ad solitarios.

Nunqvid & vos abire vultis?) Cyprianus epistola LV. *Conversus ad Apostolos suos dixit: Numqvid & vos vultis ire? servans scilicet legem, qva homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem.*

3. Nec obstat illud in fabula de nuptiis, qvod qvidem jubentur cogi intrare, Luc. XIV, 23. nam sicut in ipsa fabella illud cogere * instantiam vocatoris significat, ita & in affabulatione, qvo sensu vox ejusdem significationis accipitur Luc. XXIV, 29. nec aliter Matth. XIV, 23. Marc. VI. 45. Gal II, 14. Procopius in Arcanæ historiæ parte docet, à sapientibus culpatum fuisse * Justiniani consilium, qvod Samaritas vi ac minis ad Christianam religionem compulerit: addit & incommoda inde secuta, qvæ apud ipsum legas.

***

Instantiam vocatoris significat) Cyprianus de Idolorum vanitate hunc locum respiciens: *Per urbem vero discipuli magistro & Deo monente diffusi, præcepta Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac, ne esset probatio minus solida, & de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur.*

Justiniani consilium) Ad eundem Justinianum epistolam Theodahadi vide in Cassiodoro X, 26.

XLIX. 1. Qvi vero Christianismum docentes aut profitentes eam ob causam pœnis subdunt, haud dubie faciunt contra ipsam rationem, nihil enim est in disciplina Christiana (ipsam hic per se considero, non qvatenus ei insincerum aliqvid admiscetur) qvod humanæ societati noceat, imo nihil, qvod non prosit. Res ipsa loqvitur, & extranei coguntur agnoscere. Plinius Christianos sacramento inter se obstringi ait, ne furta, ne latrocinia committant, ne fidem fallant.* Ammianus ea religione nihil ait doceri, nisi justum & le-

& lene. Et vulgi verbum, *Bonus vir Cajus Sejus, tantum qvod Christianus.* Nec admittendo excusationes, nova omnia metuenda, præsertim cœtus: nam neqve metuenda sunt dogmata, qvamvis nova, si modo ad honesta omnia atqve ad exhibendam superioribus obedientiam ducant, nec suspecti esse debent cœtus proborum hominum, & qvi latere non qværunt, nisi cogantur. Recte huc aptem, qvod Augustum de Judæorum conventibus dixisse * Philo commemorat: non eos bacchanalia esse aut cœtus turbandæ paci, sed virtutum scholas.

Tertul. Apol. c. 3. & 1. adversus Nat. c. 4.

***

Ammianus) idem vere. Christianam religionem absolutam & simplicem vocat: Zosimus & ipse paganus: *χρισιανῶν πίστως ἐπαγγελία πανὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή: Christianæ fidei hæc est pollicitatio, libertas ab omni crimine atqve impietate.* Secta nemini molesta passim à paganis dicebatur: Tertullianus Scorpiaco. Justinus Apologetico II. *ἡμῶν δὲ ὑμῖν τὰ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, ὅτι ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακέργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ σπείρων, ἢ ἁρπαγῆ, ἀδικαῖον εἶναι, ἕκαστον εἰς αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι. Nos vobis ad imperii tranquillitatem maxime adjutores & collaboratores sumus, ut qvi doceamus, fieri non posse, ut Deo qvis lateat, sive sit maleficus, raptor, insidiator, sive æqvi amans, tum vero ad æternam aut salutem aut pœnam qvemqve mitti pro factorum suorum dignitate.* Arnobius, de conventionibus Christianorum loqvens, libro II. *In qvibus aliud auditur nihil, nisi qvod humanos faciat, nisi qvod mites, verecundos, pudicos, castos, familiaris communicatores rei cum omnibus, qvos solidet germanitatis necessitudine copulatio.*

Philo commemorat) In legatione. Similiter & libro de Sacrificantibus facunde ostendit, qvantum Synagogæ distent à paganicis mysteriis. Locus utrqve dignus inspici. Simile habet libro altero contra Appionem Josephus.

2. Qvi in tales sæviunt, ipsi in ea causa sunt, ut puniri juste possint, qvod & Thomæ videtur. Atqve eam ob causam * Constantinus Licinio, Imperatores * alii Persis bellum intulerunt, qvanqvam hæc bella magis ad innocentum defensionem, de qva & infra † agemus, qvam ad pœnæ exactionem pertinent.

† l. 1. c. 25.

***

Constantinus Licinio) Vide Zonaram. Simile illud apud Augustinum epist. L. *Maximianus episcopus Vagiensis auxilium petiit ab Imperatore Christiano contra hostes Ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa, qvam tuendæ Ecclesiæ sibi creditæ.* Relatum est in causam XXIII. qvæst. III. c. 2.

Alii Persis) Vide Menandrum Protectorem.

L. 1. In eos vero, qvi Christi legem pro vera habent, sed de qvibusdam, qvæ

qvæ aut extra legem sunt, aut in lege sensum videntur habere ambiguum, & ab antiqvis Christianis non eundem in modum sunt exposita, dubitant aut errant, suppliciis qvi grassantur, periniqvè faciunt: qvod ostendunt & ea, qvæ ante diximus, & Judæorum exemplum vetus. Nam hi, cum legem haberent, qvæ suppliciis hujus vitæ sanciebatur, nunqvam tamen pœnis subdiderunt Sadducæos, qvi rejiciebant dogma resurrectionis verissimum qvidem, sed in ea lege non nisi †† obscure & sub verborum aut rerum involucris traditum. †† Prolog. §. XI.

2. Qvid si verò gravior sit error, & qvi apud æqvos judices facile possit sacra autoritate aut veterum consensu revinci? cogitandum hic qvoq; qvanta sit vis inolitæ opinionis, & qvantum libertatem judicii minuet in suam, cujusqve sectam studium, malum, ut Galenus ait, qvavis scabie insanabilius. Appositè ad hanc rem Origines, Δυσχερέστερον γε ἀνθρώπῳ τὰς περὶ ἄλλα συνηθείας, πᾶν δυσπαραίτητον αὐτὸν ἔχῃ καταλείψαι ἀν, ἢ τὰς περὶ τὰ δόγματα. *Facilius qvis alia sibi consveta exuat, qvantumvis illis affixus sit, * qvam ea, qvæ dogmatum sunt.* Adde qvod, qvanta hæc sit culpa, pendet ex modo illuminationis & aliis animi dispositionibus, qvas hominibus pernoscere non est datum.

***

Qvam ea, qvæ dogmatum sunt) Seqvitur hoc Chrysostomus in I. Cor. II. ὅταν δὲ καὶ ἐν δόγμασιν ἡ συνήθεια ἡ βεβαιοτέρα γίνεται. πάντα γάρ πως εὐκολώτερον ἀμείψειε, ἢ τὰ περὶ τὰς θρησκείας. *Ubi vero consvetudo in dogmata incíderit, multo sit immobilior. Nihil enim est, qvod non facilius homo mutet, qvam ea, qvæ religionis sunt.*

3. * Hæreticus Augustino is demum, qvi alicujus * temporalis commodi & maximè gloriæ principatusqve sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit, vel seqvitur. Audiamus de Arianis Salvianum: *Hæretici sunt, sed non scientes: denique apud nos sunt hæretici, apud se non sunt: nam in tantum se Catholicos esse judicant, ut nos ipsos titulo hæreticæ pravitatis infament. Qvod ergo illi nobis sunt, & hoc nos illis. Nos illos injuriam divinæ generationi facere certi sumus, qvod minorem Patre Filium dicant: Illi nos injuriosos Patri existimant, qvod æqvales esse credamus. Veritas apud nos est, sed illi apud nos est, sed illi apud se esse præsumunt. Honos Dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis, qvod credunt. Inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium. Impii sunt, sed hoc putant, veram esse pietatem. Errant ergo, sed * bono animo errant, non odio, sed affectu Dei, honorare se dominum atq; amare credentes. Qvamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æstimant caritatem; & qvalitercunq; pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sint, * nemo potest scire, nisi judex. Interim ideirco eis, ut reor, patientiam Deus commodat, qvia videt, eos, etsi non rectè credere, affectu tamen piè opinionis errare.*

***

Hæreticus Augustino) Libro de utilitate credendi; locus refertur in can. 28. causam XXIV. qvæstione 3. Addit Augustinus, non idem sibi videri hærecum & hæreticis credentem hominem. Vide eundem epistola CLXII. Hæresis obstinatioris animi dementia, L. 2. C. de Summa Trinitate. I.

Temporalis commodi & maxime gloriæ principatusq; sui gratia) Scriptor responsorum ad orthodoxos qvæstione IV. δηλοῖ εἰσὶν ὅτι ἐκ φιλοδοξίας ἢ ἀντιπαθείας τῶν αἱρεσιαρχῶν πᾶσαι αἱ αἱρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἐσχήκασι τῆς συστάσεως αὐτῶν. *Apertum est, ex cupiditate gloriæ aut ex æmulatu, qvi primos repertores agitaverit, sectas omnes existendi originem cepisse.* Chrysostomus ad Gal. V. ἡ γὰρ τῶν αἱρέσεων μήτηρ, ἡ τῆς φιλαρχίας ἐστὶν ἐπιθυμία. *Mater hæresium, cupiditas principatus.*

Bono animo errant) Agathias ubi de Alemannorum absurdis superstitionibus egerat Historiarum I. ἐλεεῖσθαι μὲν οὖν ἢ χαλεπαίνεσθαι δίκαιοι ἂν εἶεν καὶ πλείστης μεταλαγχάνειν συγγνώμης, ἅπαντες ὅσοι τοῦ ἀληθοῦς ἁμαρτάνουσιν. οὐ γὰρ δήπου ἑκόντες ἀλῶνται καὶ ὀλισθαίνουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφιέμενοι, ἔπειτα σφαλέντες τῇ κρίσει τὸ λοιπὸν ἔχονται τῶν δοκηθέντων ἀπρίξ, ὁποῖα ἄττα καὶ τύχοιεν ὄντα. *miseratione, qvam odio, digniores sunt, ac tales, qvibus ignosci par sit, qvicunq; à vero aberrant. Neq; enim volentes palantur & cespitant, sed cum bonum appetant, in judicando decepti, qvæ semel visa sunt, retinent mordicus, qvaliacunq; ea fuerint.*

Nemo potest scire, nisi judex) Chrysostomus homilia contra Anathematizantes: τὸ κεκρυμμένον τῷ τῶν αἰώνων κριτῇ ἀνεπισφαλὲς ἀποφαίνεσθαι, μόνῳ εἰδότι καὶ μέτρα γνώσεως καὶ ποσότητα πίστεως. πόθεν γὰρ ἴσμεν, εἰπέ μοι, παρακαλῶ, ποίοις ῥήμασι κατηγορήσῃ ἑαυτοῦ ἢ ἐν ἀπολογήσεται ἐν ἡμέρᾳ ὅτε μέλλει ὁ θεὸς κρίνειν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, ὄντως ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. *Id qvod absconditum, solus sine periculo dijudicet seculorum judex, cui soli patet & scientiæ mensura, & fidei qvantitas. Unde enim nos sciamus, dic mihi qvæso, qvibus verbis ille se accusaturus aut excusaturus est, in die illa, qva Deus dijudicabit arcana hominum? Vere inscrutabilia sunt judicia ejus, & viæ ejus impervestigabiles.*

4. De Manichæis audiamus eum, qvi in illorum crassis sordibus diu hæsit, Augustinum: *Illi sæviant in vos, qvi nesciunt, qvo cum labore verum inveniatur: & qvam difficile caveantur errores. Illi in vos sæviant, qvi nesciunt, qvam rarum & arduum sit, carnalia phantasmata piæ mentis serenitate superare. Illi in vos sæviant, qvi nesciunt, qvanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solem suum. Illi in vos sæviant, qvi nesciunt, qvantis gemitibus & suspiriis fiat, ut ex qvantulacumqve parte possit intelligi Deus. Postremo illi in vos sæviant, qvi nullo tali errore decepti sunt, qvali vos deceptos vident. Ego autem sævire in vos omnino non possum, qvos, sicut me ipsum illo tempore, ita nunc debeo*

beo sustinere, & tanta patientia vobiscum agere, qvanta mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus & cæcus errarem.

5. * In Arianam hæresin acriter invehitur Athanasius epistola ad solitarios, qvod prima in contradicentes usa esset judicum potestate, & qvos non potuisset verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusqve ad se pertrahere anniteretur: *Atqve ita*, inqvit, *seipsam, qvam non sit pia, nec Dei cultrix, manifestat*, respiciens, ni fallor, ad illud, qvod legitur * Gal. IV, 29. Similia habet Hilarius oratione ad Constantium. * In Gallia jam olim damnati sunt Ecclesiæ judicio Episcopi, qvi, ut in Priscillianistas gladio animadverteretur, curaverant; & in Oriente damnata Synodus, qvæ in Bogomili exustionem consenserat. Sapienter dixit Plato, * errantis pœnam esse, doceri.

***

5. *In Arianam hæresin*) Non immerito odimus tam mali exempli inter Christianos repertores. Vide eorum sæva facta apud Eusebium de vita Constantini libro 1, 5. 38. Socratem libro IV, 29. Procopium Vandalicorum 1. ubi de Honoricho; & Gotthicorum 1. de Amalaricho. & Victorem Utunensem: de Semiarianis Epiphanius: τοὺς τὴν ἀλήθειαν διδάσκοντας διώκουσιν· οὐκέτι λόγοις βουλόμενοι ἀνατρέπειν, ἀλλὰ καὶ ἐχθρίαις καὶ πολέμοις καὶ μαχαίραις παραδιδόντες τοὺς ὀρθῶς πιστεύοντας. λύμην γὰρ οὐ μιᾷ πόλει καὶ χώρᾳ εἰργάσαντο, ἀλλὰ πολλαῖς. *Veritatem docentes vexant, neqve verbis evertunt, sed odiis, bellis, gladiis tradunt recte sentientes; exitium qvippe jam non uni, sed multis urbibus religionibusqve attulere.* De talibus Gregorius Episcopus Romanus ad Constantinopolitanum Episcopum: *Nova & inaudita est ista prædicatio, qvæ verberibus exigit fidem.*

Gal. IV, 29.) Ad qvem locum vide Hieronymum, citatum c. 13. qvi secundum. causa XXIII. qvæst. IV.

In Gallia jam olim damnati sunt) Sulpitius Severus: *Tum vero Idacius atqve Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi, sed parum sanis consiliis seculares judices adeunt, ut eorum decretis atqve executionibus hæretici urbibus pellentur.* mox: *Secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius Episcopi, qvorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus, qvam oportuisset, certassent. Ac mea qvidem sententia est, mihi tam reos, qvam accusatores displicere.* Postea: *Martinus apud Treviros constitutus non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desisteret: Maximum orare, ut sangvine infidelium abstineret. Satis superqve sufficere, ut Episcopali sententia hæretici judicati Ecclesiis pellerentur.* Vide & seqventia.

Errantis pœnam esse doceri) Seneca in Tragœdia:

Qvis nomen unqvam sceleris errori dedit?

Et de Ira l. 14. *Non est prudentis, errantes odisse. Alioqvin ipse sibi odio erit.* M. Antoninus libro IX. εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ μὴ, μέμνησο, ὅτι πρὸς

πρὸς τοῦτο ἡ εὐμενεία σοι δέδοται, καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσί. *Si potes, meliora doce; si non potes, memento in hoc tibi lenitatem datam. Ipsi Dei lenes sunt talibus.* Chrysostomus Eph. IV, 17. τὸν γὰρ ἀγνοοῦντα, οὐ κακῶς πάσχειν, οὐδὲ ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ μανθάνειν δίκαιόν ἐστιν, ὅπερ ἀγνοεῖ. *Eum, qui ignorat, neq; malo affici, neq; accusari oportet, sed æquum est, ut discat, quæ ignorat.* Valentinianus, laudante Ammiano Marcellino libro XXX. *nec quemquam inquietavit, neq;, ut hoc coleretur, imperavit, aut illud: nec interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, ut reperit.*

Thuc. 1. Diod. libro XVI. LI. 1. * Justius illi punientur, qvi in eos, qvos Deos putant, irreverentes atqve irreligiosi sunt. Atqve hæc causa inter ceteras allata belli Peloponnesiaci inter Athenienses & Lacedæmonios, & à Philippo Macedone in Phocenses: de qvorum sacrilegio sic Justinus: *qvod Orbis viribus expiari debuit.* Hieronymus ad Danielis VI. *Qvamdiu vasa fuerunt in idolio Babylonis, non est iratus Dominus (videbantur enim rem Dei, secundum pravam qvidem opinionem, tamen divino cultui consecrasse) postqvam autem humanis usibus divina contaminant, statim pœna sequitur post sacrilegium.* Nimirum & Augustinus existimat, auctum à Deo Imperium Romanorum, qvod cordi illis fuisset, qvamvis falsa, religio: &, ut Lactantius loqvitur, summum hominis officium, etsi non reipsa, tamen proposito tenerent.

Lib. VIII.

* * *

1. *Justius illi punientur qvi in eos, qvos Deos putant irreverentes atq; irreligiosi sunt*) Vide de hac re egregia apud Cyrillum libro contra Julianum V. & VI. Solone auctore Amphictyones bello persecuti sunt Cirrhæos, qvod ii templo Delphico vim intulissent; Plutarchus Solone. Sic & qvi falso sibi vatum nomen induunt, recte puniuntur; Consule Agathiam libr. V.

†1. 2. c. 13. §. 12. VII. de Ben. cap. 7. III. de Ben. 6. De legib. X. 2. Et supra † diximus, qvaliacunqve, qvæ putantur numina pejerata, à vero numine vindicari: *Punitur, qvia tanqvam Deo fecit*, ait Seneca: *opinio illum sua obligat pœnæ.* Sic accipio & illud Senecæ: *Violatarum religionum aliubi atqve aliubi diversa pœna est: sed ubique aliqva.* & qvod Plato capitis damnat religionis temeratores.

CAPUT XXI.

De Pœnarum communione.

I. Pœna qvomodo transeat ad eos, qvi delicti sunt participes.

II. Communitas aut rectores tenentur ex subditi delicto, si adsit scientia & non prohibitio cum prohibere possint & debeant;

III. Item ex receptu eorum, qvi alibi deliqverunt.

IV. Nisi aut puniant aut dedant: qvod exemplis illustratur.

V. Jura supplicii ad infortunatos non ad nocentes pertinere: cum exceptionibus:

VI. De

VI. Defendi tamen supplices, dum de causa cognoscatur; & ex quo jure facienda cognitio.

VII. Quomodo delicti rectorum participes sint subditi, aut communitatis hi qui ejus membra sunt: & quomodo differant pœna communitatis & pœna singulorum.

VIII. Pœna jus in universitatem quamdiu duret.

IX. An sine delicti communicatione pœna transeat.

X. Distinctio ejus, quod directe infertur & in consequentiam venit.

XI. Distinctio ejus, quod fit occasione peccati & quod ex causa peccati.

XII. Proprie loquendo neminem juste puniri ob delictum alienum, & cur?

XIII. Non filios ob parentum delicta:

XIV. Respondetur ad Dei facta circa filios nocentum.

XV. Multo minus cognatos alios.

XVI. Posse tamen liberis & cognatis nocentum aliquid negari, quod aliosqui habere poterant: cum exemplis.

XVII. Nec subditos proprie puniri posse ob regis delictum:

XVIII. Nec singulos, qui non consenserunt ob delictum universitatis.

XIX. Hæredes ad pœnam, qua pœna est, non teneri: & cur?

XX. Teneri tamen, si pœna in aliud debiti genus transierit.

I. 1.

QUoties de pœna communicanda qværitur, aut de iis qværitur, * qvi delicti sunt participes, aut de aliis. Qvi delicti participes sunt, non tam ex alieno, qvam ex suo delicto puniuntur. Hi, qvi sint, ex his, qvæ supra † de damno injuria dato dicta sunt, intelligi potest. Ferme enim iisdem modis in delicti partem qvis venit, qvo in damni dati: non tamen semper ubi damni obligatio est, etiam delictum est, sed tum demum, si qva malitia notabilior accesserit, cum ad damni dati obligationem sæpe qvaliscumqve †† culpa sufficiat.

† h. l. c. 17. §. 6. & seqq.

†† L. 44. pr. ad L. Aqvil.

* * *

1. *Qvi delicti sunt participes*) Tertullianus de Resurrectione carnis: *Dicent enim ministros & socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi, & potestatem suæ voluntatis in utrumq;, homines scilicet & ipsos. idcirco cum auctoribus merita communicare, qvibus operam sponte accommodant.*

†††

Qvalicunqve culpa) Vid. Gmil. Grot. de Princ. Jur. Natur. cap. 13. §. 13. ibiqve limitationem in notis.

2. Ergo * qvi factum vitiosum jubent, qvi consensum ††† requisitum adhibent, * qvi adjuvant, * qvi receptum præstant, aliove modo in ipso crimine participant: * qvi consilium dant, * laudant, assentantur: qvi cum ex jure proprie dicto teneantur vetare * non † vetant, aut cum teneantur ex simili jure opem (a) ferre injuriam patienti non ferunt, qvi non dissvadent cum dissvadere debeant, (b) qvi factum reticent, qvod notū facere ex jure aliqvo tenebantur,

††† L. 2. c. 17. §. 6. & 7.

† h. c. 21. §. 2. n. 2.

(a) L. 2. c. 1. §. 8. c. 17. §. 3.

(b) cit. c. 17. §. 9

bantur, hi omnes puniri possunt, si in ipsis talis sit malitia, qvæ ad meritum pœnæ sufficiat, secundum ea, qvæ proxime tractata sunt.

***

2. Qvi factum vitiosum jubent, qvi consensum requisitum adhibent) *Saulus manibus omnium lapidabat.* Augustinus Sermone V. de Sanctis, cap. 4. simili a sermone ejusdem argumenti primo, c. 3. & sermone XIV.

Qvi adjuvant) ope. Institutionibus de Furtis. §. interdum. XL. Edicto Theuderici, c. 120.

Qvi receptum præstant) Hieronymus super parabolas: *Non fur solum, sed ille reus tenetur, qvi furti conscius, qværente possessore, non indicat.* Chrysostomus de statuis XIV. ὁ γὰρ οἱ ἐπιορκοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ συνειδότες μὴ, προλέγοντες, κοινωνοῦσι τῶν ἐγκλημάτων. *non enim perjuri soli, sed & qvi conscii cum sint, cælant perjuria, criminis tenentur.*

Qvi consilium dant) Vide institutiones l. c. & Edictum Theuderici dictis locis. Androcides ex lege Attica, τὸν βουλεύσαντα ἐν τῇ αὐτῇ ἐνέχεσθαι καὶ τῇ χειρὶ ἐργασαμένῳ. *qvi consilium dedit, eum non minus pœna teneri, qvam qvi manu rem effecerit.* ὁ γὰρ ἂν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένῳ, *neq; enim sine consilio res facta fuisset,* ait Aristoteles de Poëtica c. 17.

Laudant, assentantur) Chrysostomus I. ad Romanos circa finem: καὶ γὰρ τὸν πλημμελοῦντα ὁ τῷ ἁμαρτάνειν ἐπαινῶν χαλεπώτερος, *pejor peccante, qvi peccatum laudat.* Qvi facinorosum adstans hortatur, pro faciente habetur, lege Langobardica, Lib. I. tit. IX. §. 25. vide qvæ ex Philone & Josepho mox proferemus ad §. 17.

Non vetant) Chrysostomus I. adversus Judæos: ὥσπερ οὖν οὐχ οἱ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι μὴ ὄντες κωλῦσαι, μὴ κωλύοντες ὅ τῷ αὐτῷ ἐκείνοις διδόασι δίκην. *Sic non ii modo, qvi furtum fecere, sed & qvi prohibere cum possent, non prohibuere, puniuntur, & qvidem pari utercq; pœna.* Sic eum, qvi sanari ægrotum prohibet, teneri qvasi vulnerasset, ait idem Chrysostomus 2. ad Cor. c. VII.

†††

Qvod notum facere ex jure aliqvo tenebantur) Vid. arg. L. 1. §. 6. C. ad l. Jul. Majest. Exod. 7. Rer. Judicat. tit. 2. c. 28. & plures, qvos denso agmine allegant Rumelin. ad A. B. part. 3. D. 4. th. 19. ibiqve Myler. in annotat.

II. 1. Exemplis res fiet illustrior. Communitas, ut alia, ita & civilis non tenetur ex facto singulorum sine facto suo aut omissione. bene enim Augustinus: *Aliud est, qvod in populo qvisqve habet peccatum proprium, aliud, qvod commune, qvod uno animo fit & una voluntate ad aliqvid multitudine comparata committitur.* Hinc in formula fœderum est: * *Si defexit publico consilio.* Locri apud Livium ostendunt Senatui Romano, culpam defectionis procul à consilio publico abfuisse. Narrante eodem Zeno, pro Magnetibus deprecator, apud T. Qvintium & Legatos, qvi ei aderant, flens petebat, ait

Li-

Livius, *ne unius amentiam civitati assignarent; suo qvemqve periculo facere.* Liv.L.XIV.
Et Rhodii apud Senatum publicam causam à privatorum causa segregant, dicentes, *nullam esse civitatem, qvæ non improbos cives aliqvando, & imperitam multitudinem semper habeat.* Sic nec pater ex delicto liberorum tenetur, nec dominus ex servi, nec alii, qvi præsunt, nisi aliqvid in ipsis vitiosum hæreat.

***

1. *Si defexit publico consilio*) Chrysostomus de statuis III. ὅτι οὐ κοινὸν τῆς πόλεως τὸ ἁμάρτημα γέγονεν, ἀλλὰ ἀνθρώπων τινων ξένων καὶ ἐπηλύδων, οὐδὲν λόγισμῷ ποιούντων, ἢ τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ πάσῃ. καὶ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ὑπὲρ τῆς ὀλίγων ἀπαιδευσίας πόλιν τοσαύτην ἀναρπάζεσθαι, καὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας διδόναι δίκην. *Non commune fuisse delictum civitatis, sed extraneorum & advenarum, qvi cuncta temeritate ac legum ignorantia, qvam ratione, facerent. Neq; vero æqvum, ut ob paucorum imperitiam tanta urbs everteretur, & pœnam ferrent culpæ exsortes.* Ammianus libro XXX. de Qvadis: *nihil ex communi mente procerum gentis delictum asseverantes in nostros.*

2. Ex his autem modis, qvibus rectores aliorum in crimen veniunt, duo sunt, qvi maximum usum habent, & diligenti consideratione indigent: patientia & receptus. De patientia ita habendum est, qvi scit delinqvi, qvi prohibere potest & tenetur, nec prohibet, † eum ipsum delinqvere. † h. c. §.1.n.2. L.3.c.20.§.30.
Cicero in Pisonem: *Neqve vero multum interest, præsertim in consule, utrum ipse perniciosis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.* Brutus ad Ciceronem: *Alienæ igitur, inqvies, culpæ me reum facies? Prorsus alienæ, si provideri potuit, ne existeret:* ἴσον τῷ πλημμελεῖν τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας, ait Agapetus ad Justinianum: *par est, delinqvere, & delinqventes non prohibere.* *Qvisqvis patitur peccare peccantem, is vires subministrat audaciæ,* ait Arnobius. *In cujus manu est, ut prohibeat, jubet agi, si non prohibet admitti,* ait Salvianus. Augustinus vere: *Qvi desinit obviare, cum potest, consentit.* Adv.gent. c. IV. L. Imperator. 7. D. qvi sine manumiss. L.2.ad Noxal. Act. Paul. l. 5. Sent.

3. Sic qvi mancipium, cum possit eximere, prostitutum esse patitur, pro prostituente habetur Romanis legibus. Si servus sciente domino occidit, in solidum dominum obligat: ipse enim videtur dominus occidisse. Et lege Fabia in dominum animadvertitur, si servus, domino sciente, alienum servum subduxerit.

†††

In solidum dominum obligat) Qvidam hoc cum *Franzk. tit. de Noxal. Act. n. 3.* solùm verum putant, si ex L. Aqviliâ agatur, non verò, si ex L. Corneliâ. Sed nos hic nullam firmam rationem differentiæ animadvertere possumus: incumbit, qvippe scienti domino prohibere manifestum illud, qvod servus sibi proposuit, scelus; qvod ubi non facit, cum valeat, qvemadmodum præsupponit Grotius, omninò causa moralis homicidii evadit, adeoqve ex L. Cornelia puniendus venit, *add. arg. L. 3. §. 4. ad L. c. de Sicar. Verb. cujus familia sciente eo, item Grot. §. seq.*

4. Sed, ut diximus, præter scientiam, reqviritur facultas prohibendi. Et hoc est, qvod ajunt leges, * scientiam (a) cum puniri jubetur, accipi pro patientia, ut, qvi prohibere potuit, teneatur, si non fecerit; & scientiam hic spectari, qvæ habeat & voluntatem: scientiam accipi cum consilio: ideoqve non teneri dominum, si servus in libertatem proclamaverit, si dominum contemserit: qvia scilicet culpa vacat, qvi scit qvidem, sed prohibere non potest. Sic patentes tenentur ex delictis filiorum, sed eorum demum, qvos habent in potestate. Vicissim, etiamsi in potestate habeant, & alioqvi prohibere potuerint, non tenebuntur, nisi & sciverint. Pariter enim concurrere hæc debent, scientia & non prohibitio, ut qvis ex facto alieno teneatur, qvæ omnia ad subditos pari ratione sunt referenda: Veniunt enim ex naturali æqvitate.

(a) l. Scientiã. 45. pr. D. ad L. Aqvil. L. 1. §. 1. Hæc autem. D. Si fam. furt. feciss. dicat. L. 4. in delictis. de Nox. Act. L. Culpa. 50. D. de a. I. L. 103. nullum crimen. eod. tit. L. 1. v. qvi eã in med. L. Qvid ergo 13. §. 1. L. 19. Non alia. D. qvi not. inf. L. 7. Furtim. §. 5. Qvod si. D. Actio furt. cæsar.

***

4. *Scientiam, cum puniri jubetur, accipi pro patientia*) Lege Wisigotthorum libro IIX. tit. IV. cap. 11. cap. 26. & alibi. Libro IX. tit. I. c. 1.

5. Egregie Proclus ad illud Hesiodi: ἔργ. v. 238.

πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ

Sæpe luit populus pœnas unius iniqvi.

ait, *ὡς ἐξὸν κωλύειν, μὴ κωλύουσα τοῦ ἑνὸς πονηρίαν, ut qvi, cum prohibere possit, non prohibet, unius malitiam.* Sic in exercitu Græcorum, ubi Agamemnon ipse & alii concilio communi suberant, non immerito

Qvicqvid delirant reges, plectuntur Achivi:

* Ipsorum enim erat, cogere Agamemnonem, ut sacerdoti filiam redderet. Sic post eorundem classis exusta narratur

* *Unius ob culpam & furias Ajacis Oilei,*

Qva de re Ovidius Metam. XIV.

Virgine rapta,

Qvam meruit pœnam solus, digessit in omnes,

qvia ceteri non impedierant, ne virgo sacerdos raperetur. Apud Livium est: *Propinqvi regis Tatii legatos Laurentium pulsant. Cumqve Laurentes jure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum & preces plus potuerunt. Igitur illorum pœnam in se vertit.* Huc proprie pertinet illud Salviani de regibus: * *Potestas magna & potentissima, qvæ prohibere scelus maximum potest, qvasi probat debere fieri, si sciens patiatur perpetrari.* Et apud Thucydidem est: *ὁ δυνάμενος παῦσαι, ἀληθέστερον δρᾷ. Magis ille facit, qvi potest prohibere.* Sic apud Livium Vejentes & Latini Romanis se excusant, qvod hostes eorum à subditis suis adjuti essent se insciis. Contra Teucæ reginæ Illyriorum non accipitur excusatio, qvod diceret, non à se, sed à subditis piraticam exerceri, neqve enim prohibebat. * Olim ab Amphictyonibus damnati Scyrii, qvod suorum qvosdam piraticam exercere patiebantur.

Liv. Lib. I. cap. XIV.

Lib. I.

Lib. I. & VI.

5. *Ipso-*

***

5. *Ipsorum erat cogere Agamemnonem*) ita hanc rem explicat Cyrillus libro V. contra Julianum.

Unius ob culpam & furias Ajacis Oilei) Euripides Troadibus sic loqventem Neptunum facit:

οἵδ' ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασσάνδραν βίᾳ.
Cum Phœbadem vi traxit Ajacis manus.

Et Minervam respondentem

κ' οὐδέν γ' Ἀχαιῶν ἔπαθεν, οὐδ' ἤκουσ' ὕπο.
Nihilq; audiit, nil passus à Græcis mali est.

Pari jure omnes Antiochenos statuarum crimine involvit Chrysostomus, prima ejus argumenti oratione, ἰδοὺ τὸ ἁμάρτημα γέγονεν ὀλίγων, καὶ τὸ ἔγκλημα γίνεται κοινόν. ἰδοὺ δι' ἐκείνους ἅπαντες δεδόκαμεν νῦν καὶ τῶν ἐκείνοις τετολμημένων αὐτοὶ τὰς τιμωρίας ἀναμένομεν. εἰ δὲ προλαβόντες αὐτοὺς ἐξεβάλομεν τῆς πόλεως καὶ τὸ νεοσηκὸς διωρθώσαμεν μέλος. οὐκ ἂν τὸν παρόντα ἐφοβούμεθα φόβον. *Ecce facinus paucorum fuit, accusatio in omnes fertur. Ecce propter illos nunc in metu omnes sumus, & eorum, quæ illi ausi sunt, pœnam nos ipsi exspectamus. Quod si antevertissemus eam, illos de urbe pellendo, & partem morbidam, sicut oportet, tractassemus, abesset jam à nobis hic timor.* Deinde: δι' αὐτὸ οὐ τοῦτο κολάζου, φησὶ, δίδου δίκην τὴν ἐσχάτην, ὅτι μὴ παρῆς, μηδὲ ἐκώλυες, μηδὲ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατεῖχες, μηδὲ ἐκινδύνευες ὑπὲρ τὸν εἰς τὴν βασιλέα τιμῆς. οὐ μετέσχες τῶν τετολμημένων; ἐπαινῶ τοῦτο καὶ ἀποδέχομαι. ἀλλ' οὐδ' ἐπέσχες τὰ γενόμενα, τοῦτο κατηγορίας ἄξιον. *Ob hoc ipsum, inquit, fer pœnas, & ultima lue supplicia, quod non adfuisti, quod non prohibuisti, quod insanientes non retinuisti, quod pericula non subiisti pro honore Imperatoris. Particeps non fuisti facinorum? Laudo hoc, & boni accipio. Sed nec, quæ fiebant, impediisti. Hoc verò jam dignum accusari.*

Potestas magna & potentissima, quæ prohibere scelus maximum potest) Philo in Flaccum: ὁ γὰρ ἐπιπλήττειν ἢ τὸ πανύστατον ἐπέχειν ἂν δυνηθεὶς. εἰ μὴ κεκώλυκε, δῆλος ἦν ἐφιεὶς καὶ ἐπιτρέπων αὐτός. *Nam qui castigare, certe inhibere potuit; si non impediit, habendus est permisisse, aut etiam probasse, quod agebatur.* Dion. Galba: τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπέρχη μηδὲν ἀδικεῖν. τοῖς δὲ ἐν τῆς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προνοεῖν ὅπως μηδ' ἄλλος κακουργῇ. *Privatis sufficit non delinquere. In imperio agentibus incumbit & hoc, curare, ne delinquat alius.* in c. 4. Synodi Pistensis positæ inter capitula Caroli Calvi habemus: *Non est liber à consensu, qui, quod emendare potest, emendare negligit, quapropter sine dubio peccati se participem facit.* Vide Nicetam Choniatem libro II. de Andronico.

Olim ab Amphictyonibus damnati Scyrii) Plutarchus Cimone.

6. Sciri autem facile est, ut præsumantur, qvæ conspicua sunt, qvæ freqven-

qventia, τὸ ἐκ πολλῶν συμβαῖνον, ἀνάγκη μηδένα ἀγνοεῖν id, *qvod a multis fit, necesse est a nemine ignoretur*, ait Dion Prusæensis Rhodiaca. Ætolos graviter reprehendit Polybius, qvod cum hostes Philippi videri nollent, suos tamen palam paterentur agere hostilia, & eorum, qvi talia facerent, principes honoribus ornarent. Polyb. L. II.

III. 1. Veniamus ad qvæstionem alteram de receptu adversus pœnas. Pœnas, ut ante diximus, † *naturaliter cuivis*, cui nihil simile objici potest, exigere licet. institutis civitatibus id qvidem convenit, ut singulorum delicta, qvæ ipsorum cœtum proprie spectant, ipsis ipsarumq; rectoribus pro arbitrio punienda aut dissimulanda relinqverentur. † h. l. c. 20. §. 3. n. 1. §. 7. n. 2.

†††

Naturaliter cuivis, cui nihil simile) Propriè loqvendo par à pari, adeoqve homo ab homine in qvem Imperium non habet, pœnam non exigit, (uti ipsemet *Grotius* differi neqvit *h. l. c.* 25. §. 3. *n.* 4. probè tamen, officio judicis cessante, vindicat ab altero id, qvod sibi debetur. Hinc putamus constare, qvid sit exigere pœnam & vindictam: illud magistratui competit, tendens ad unum trium finium, qvos Grotius proposuit *cap. præced. §. 6.* Hoc etiam par in parem exercere valet, à qvo reparationem qværit damni illati, vel restitutionem rei suæ absqve jure detentæ.

2. At non etiam jus tam plenum illis concessum est in delictis, qvæ ad societatem humanam aliqvo modo pertinent, qvæ persequi ita civitatibus aliis earumve rectoribus jus est, qvomodo in civitatibus singulis de qvibusdam delictis actio datur popularis: multoqve minus illud plenum arbitrium habent in delictis, qvibus alia civitas, aut ejus rector, peculiariter læsus est, & qvo proinde nomine ille illave ob dignitatem aut securitatem suam jus habent pœnæ exigendæ, secundum ea, qvæ ante diximus. Hoc ergo jus civitas, apud qvem nocens degit, ejusve rector impedire non debet.

IV. 1. Cum vero non soleant civitates permittere, ut civitas altera armata in fines suos, pœnæ expetendæ nomine, veniat, neqve id expediat, sequitur, ut civitas, apud qvem degit, *qvi culpæ est compertus, alterum facere debeat, aut ut ipsa interpellata pro merito puniat nocentem, aut ut eum permittat arbitrio † interpellantis. * hoc enim illud est debere, qvod in historiis sæpissime occurrit. † h. c. §. 5. n. 4. L. 1. c. 3. §. 21. n. 4.

***

1. *Qvi culpæ est compertus*) deditionem enim præcedere debet causæ cognitio. Non decet ἀκρίτους ἐκδιδόναι, *homines dedere causa non cognita*, Plutarchus Romulo. Rex Scotiæ apud Camdenum in anno LXXXV. ait Elisabetæ, transmissurum se in Angliam Fernihurstium, imo & Cancellarium, si præcogitate securitatem violasse, vel cædem conscisse liqvidis & legitimis probationibus convincerentur.

Hoc illud est debere, qvod in historiis sæpissime occurrit) Mithridatem à Tigrane popoſcit Lucullus, & non dedenti bellum intulit; Appianus Mithridatico,

tico, & Plutarchus Lucullo. Romani Salgas ab Allobrogibus dedi sibi postularunt; Appianus excerptis legationum XI. de Episcopo, qvem Romani dedere Scythis volebant, vide Priscum excerpto legationum 21. Dux Beneventanus à rege Vascone deditus Ferdinando Castellam regenti; Mariana XX, 1.

2. Sic Israëlitæ alii à Benjamenitis postulant, ut dedant facinorosos, Jud. XX. Philistæi ab Hebræis, ut Samsonem, qvasi maleficum, sibi dedant. Jud. XV. Sic Lacedæmonii Messeniis bellum intulerunt, qvod interfectorem qvendam Lacedæmoniorum non dederent: & alio tempore ob non deditos eos, qvi missis ad sacrum virginibus vim intulerant. Sic Cæsarem Germanis ob bellum injuste illatum dedi voluit Cato. *Sic Fabios sibi dedi Galli postulabant qvod in se pugnassent. Ab Hernicis agri sui populatores dedi sibi postularunt Romani; & à Pœnis Amilcarem, non illum nobilem ducem, sed alium, qvi Gallos concitabat: * postularunt & postea Annibalem: item Jugurtham à Bocchо his apud Sallustium verbis: *simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantem & illum sceleratissimum persequi.* Ab ipsis Romanis dediti, qvi Carthaginensium, qviqve Apolloniatarum legatis manus intulerant. Achæi à Lacedæmoniis dedi sibi postularunt eos, qvi Lanvicum oppugnassent, addito, ni derentur, violatum videri fedus. Sic Atheniensis per præconem pronunciarunt, si qvis Philippo insidias struxisset, & Athenas confugisset, ἀδόσιμον εἶναι *in eo statu esse, ut dedi deberet.* Bœoti ab Hippotensibus exegerunt, ut, qvi Phocum interfecerant, derentur.

Pauf. L. XIV. Strabo Libro VIII. L. I. c. III. §. 6. num. 4. L. II. c. XV. §. 16. n. 4. c. XIIX. §. 4. n. 5. L. III. c. III. §. X. §. V. h. c. n. 4. Liv. Libro XXXVIII. Liv. Libro XXVIII. Diod. L. XVI.

***

2. Sic Fabios sibi dedi Galli postulabant) Plutarchus Camillo. Appianus excerpto legationum 9.

Postularunt & postea Annibalem) Diodorus Siculus in fragmentis. Livius.

3. Qvæ omnia tamen sic intelligenda sunt, ut non stricte populus aut rex ad dedendum teneatur, sed, ut diximus, ad dedendum aut puniendum. Nam ita legimus, Eleos bellum intulisse Lacedæmoniis, qvod illi in eos, qvi Eleis injuriam fecissent, non animadverterent: id est, nec animadverterent, nec reos dederent. est enim disjunctiva obligatio.

Plut. Narr. amat. Val. Max. Lib. VI. cap. 6.

4. * Interdum sontes deposcentibus optio datur, qvo cumulatius satisfiat. Cærites apud Livium Romanis significant: *transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarqvinenses, cum præter viam nihil petissent, traxisse qvosdam agrestium populationis ejus, qvæ sibi crimini detur, comites: Eos seu dedi placeat, dedere se paratos esse, seu supplicio affici, daturos pœnas.*

Liv. L. VII. Cap. XX.

***

4. Interdum sontes deposcentibus optio datur) Vide fœdus inter reges Angliæ & Daniæ, memoratum Pontano de Mari.

5. In-

5. In fœdere Carthaginensium & Romanorum secundo, qvod apud Polybium, exstat locus male vulgo & distinctus & versus: εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ μεταπορευέσθω, ἐὰν δέ τις τοῦτο ποιήσῃ δημόσιον, γινέσθω τὸ ἀδίκημα. *Ni id fiat* (qvid id sit, incertum est: nam qvæ præcedunt, sunt mutila) *privatim qvisq; jus suum persequitor. Id ubi fecerit* (nimirum ni jus reddatur) *publicum delictum habetor.* Æschines in responso adversus accusationem Demosthenis de male obita legatione, narrat, se, cum apud Philippum Macedonem ageret de pace Græciæ, dixisse inter alia, æqvum esse, ut pœnas luerent commissorum criminum, non civitates, sed qvi peccassent: nec qvicqvam nocendū civitatibus, qvæ accusatos judicio sisterent. Qvintilianꝰ declamatione CCLV. *Proximos existimo eos transfugis, * à qvibus transfugæ recipiuntur.*

* * *

5. *A qvibus transfugæ recipiuntur*) Zonaras Basilio Porphyrogenneto: ἔπεμψε πρὸς Χοσρόην ἀξιῶν μὴ παραδέξασθαι, τὸν τυραννήσαντα καὶ κατὰ οἰκείου δεσπότου γενόμενον, ἵνα μὴ καὶ καθ' ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα εἴη σοὺκ ἀγαθόν. *Misit ad Chosroem postulatum, ut dederetur sibi regni affectator, qvi domino contraria cepisset arma, neve in semetipsum perniciosum exemplum statueret Chosroës.* Vide de piratis Lesbi mendose receptis Chalcocondylam libro IX.

6. Inter mala, qvæ ex discordiis civitatum nascuntur, & hoc ponit Dion Chrysostomus oratione ad Nicomedienses: ἔστι τοῖς ἀδικήσασι τὴν ἑτέραν πρὸς τὴν ἑτέραν καταφυγεῖν: *Licet his, qvi alteram injuria affecerunt, ad alteram confugere.*

L. ult. D. de Legat.

7. Hic de deditis occurrit qvæstio, an, si à sua civitate dediti, nec recepti sint ab aliis, cives maneant? Non manere censebat Pub. Mutius Scævola, qvia, qvem populus dedidisset, expulisse ex civitate sua videretur, sicut faceret, cum aqva & igni interdiceret. Contrariam sententiam defendit Brutus, & post eum Cicero: qvæ & verior est, non tamen proprie ob id argumentum, qvod Cicero affert, qvia, ut donatio, ita deditio sine acceptione non possit intelligi. Nam actus donationis perfectionem non habet, nisi ex duorum consensu. At dedere, de qvo hic agimus, nihil est aliud, qvam civem alterius populi potestati permittere, ita ut de eo statuat, qvod voluerit. Hæc autem permissio jus nullum dat aut adimit; exsecutionis tantum impedimentum tollit. Qvare si alter populus concesso jure non utatur, erit is, qvi deditus est, eo loco, ut à suo populo possit puniri (qvod in Clodio Corsis dedito, nec ab iis accepto, evenit) aut non puniri, ut multa sunt delicta, in qvibus utrumvis fieri potest. Jus autem civitatis, ut & jura & bona alia, non amittitur ipso facto, sed decreto aliqvo aut judicio, nisi lex aliqva factum velit haberi pro re judicata, qvod hic dici non potest. Hoc deniqve modo & bona, si dedita nec accepta sint, manebunt, cujus fuerant. At si deditio accepta sit, & postea casu aliqvo reversus sit is, qvi fuerat dedi-

L. I. & II. de Or. Top. & pro A. Cæcina.

Val. lib. 6. c. 3.

deditus, is civis non erit, nisi ex novo beneficio: qvo sensu verum est, qvod Modestinus de dedito respondit.

†††

Perfectionem non habet) Interim tamen, si nudum donantem respexeris, is revera, donatione peractâ, rem ex parte sui alienat; licet ante, qvam acceptetur à donatario, ipsi locus pœnitendi detur. Intelligit igitur potius per *perfectionem* Grotius jus donatario qvæsitum, vel, si mavis, actum per utrumqve correlatorum corroboratum adeoqve integrum in tantum, ut ab eo, qvod semel placuit, recedere alteri, salvâ actione, nefas sit. De Donatione conditionatâ qvædam diximus ad *L. 2. c. 6. §. 14. n. 1.*

8. Qvæ autem diximus de nocentibus dedendis aut puniendis, non tantum ad eos pertinent, qvi subditi semper fuerunt ejus, apud qvem nunc reperiuntur, verum etiam ad eos, qvi post crimen commissum aliqvo confugerunt. L. eos qvi 4. D. de captivis & postl.

V. 1. Neqve obstant illa adeo prædicata * supplicium jura & asylorum exempla. Hæc enim illis prosunt, qvi immerito odio laborant, non qvi commiserunt, qvod societati humænæ aut hominibus aliis sit injuriosum. †† Gylippus Laco apud Diodorum Siculum agens de illo supplicum jure sic ait: *qvi initio jura ista introduxerunt, infelicibus qvidem misericordiam, at his, qvi malo animo injuriam intulerunt, pœnam exspectandam voluerunt.* Postea: *Hi vero, si dolo malo, si injusta alieni cupiditate in mala hæc inciderunt, ne accusent fortunam, ne supplicum sibi nomen imponant. Id enim jure hominum illis debetur, * qvibus innocens est animus, irata fortuna. Horum vero vita plena factis injustis, nullum ipsis locum reliqvit, qvi ad miserationem & perfugium pateret.* Duo illa, fortunam & injuriam, † Menander optime distinxit: Lib XIII. bibl. L. 2. c. 6. §. 14. n. 1. †† L. 3. c. 2. §. 3 num. 3. L. 2. c. 2. §. 16. seq. † L. 3. c. XI. §. 3. n. 1.

***

1. *Supplicum jura*) κοινοὶ ἱκεσίας νόμοι Polybio, & Malcho in excerptis legationum.

Qvibus innocens est animus, irata fortuna.) Oraculum vetus.

ἔκτεινας τὴν ἑταῖρον ἀμύνων· οὐ σ' ἐμίανεν
αἷμα. πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος, ἢ πάρος ἦσθα.
Carum occidisti, dum vis succurrere, nullum
Crimen habes, manus est tibi purior ac fuit ante.

†††

Asylorum exempla) *Add. Dn. Osiand. p. 1186. & t. 1. X. de Immunit. Eccles. it. tit. C. de his, qvi ad Eccles. confug. ibiqve Dd. & Cc.* qvibus combinandi *Myler. & Georg. Rittershus. specialib. Tract.* de hac materiâ. Allegat insuper Paulum Venetum *Grotius in not. ad h. §. n. 3.*

* Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαφορὰν ἔχει.
Τὸ γὰρ διὰ τύχην γίγνεται. τὸ δὲ αἱρέσει.
Injuria illud distat infortunio,
Hoc casus, illam qvod voluntas efficit.

Non abit hinc Demosthenis dictum: δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν, οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυστυχοῦντας. qvod Cicero ita vertit de Inventione In Aphorum 1.

tione secundo: *Misereri oportet, qvi propter fortunam, non propter malitiam, in miseriis sunt.* Et Antiphanis illud, τὸ ἀκούσιον ἁμάρτημα τῆς τύχης ἐστὶ, τὸ δὲ ἑκούσιον τῆς γνώμης: *Quod non sponte fit, fortunæ est; quod sponte, consilii.* Et hoc Lysiæ: οὐδενὶ οὐδὲν ἑκούσιον δυστύχημα γίνεται: *nemini infortunium sponte sua accidit.* Sic in sapientissima lege, qvibus telum manu fugisset, qvo interfectus esset homo, asyla patebant: servis qvoqve perfugium dabatur: at qvi deliberato hominem innocentem occidissent, qvi civitatis turbassent statum, his ne ipsum sanctissimum Dei altare patrocinabatur. Hanc legem Philo explicans ait, ἀσυλίαν ἀνιέροις τὸ ἱερὸν μὴ παρέχεσθαι: *profanis in fano nullum esse receptum.* Nec aliter Græci antiqviores. Nauplium narrantur Chalcidenses Achivis* dedere noluisse, sed causa additur, qvia satis se purgaverat de his, qvæ ab Achivis objiciebantur.

Devt. XIX, 1. XXIII, 15. Ex. XXI, 14. 1. Reg. II, 29. 2. Reg. XI, 13. & seq. De spec. legib. Plut. qvæst. Gr. 25.

***

Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα) Philo de Judice: ἔλεος ἐπ' ἀτυχήμασιν. ὁδ' ἑκουσία γνώμῃ πονυρευόμενος οὐκ ἀτυχὴς ἀλλ' ἄδικος. *Misericordia infortuniis debetur, at qvi deliberata sententia malè agit, non infelix est sed injustus.* Sic M. Antoninus mentem vult inspici: ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἄγνοια ἢ γνώμη καὶ ἅμα λογίσῃ ὅ, τι συγγενές, *ut noris, ignorantia in aliqvo, an consilium fuerit, & simul ea consideres, qvæ his cohærent.* Sic τὰ ἐξ ἀγνοίας ἢ λήθης, *qvæ ab ignorantia, aut oblivione veniunt;* & τὰ ἐκ προνοίας, *qvæ ex consulto fiunt,* distingvit Totilas apud Procopium Gotthicorum III.

Dedere noluisse.) Recepit, nec dedidit, Pipinus ex Neustria ob tyrannidem ad se confugientes: Est id apud Fredegarium in rebus Pipini ad annum Ɔc. LXXXIIX. Etiam ab Ecclesia Romana ad se confugientes recepit Ludovicus Pius Imperator, ut apparet ex ejus decreto facto anno Ɔ cccxvii. inserto in Tomum II. Conciliorum Galliæ: Et Carolus Calvus, qvi ex parte fratris sui Ludovici ad se profugerant, Aymonius lib. V. cap. 34. de Cegena Patzinaca non dedito postulanti Tyracho vide in Constantini Monomachi rebus Zonaram. Sic & Osmanes ab Inungino præfecto non deditus Eskisari; Leunclavius libro II. Historiæ Turcicæ. Albuqvertium Lusitani non dedidere, ut memorat Mariana XVI, 18.

†††

Asyla patebant) *Vid. Seld. de J. & J. sec. disc. Hebr. lib. 4. c. 2. p. 485. seqq. Schickard. de Jur. Reg. Hebr. cap. 2. Theorem. 7. pag. 149. n. 59.*

His ne ipsum sanctissimum Dei altare patrocinabatur) His jungas latrones, depopulatores agrorum nocturnos, & qvi spe immunitatis in Ecclesiis obtinendæ, vel in ipsis Ecclesiis earumqve cœmiteriis peccant, *arg. c. fin. X. de immun. Eccles. ibiqve Vallens. n. 5.*

2. Erat apud Athenienses Ara Misericordiæ, cujus meminerunt Cicero, Pausanias,* Servius, etiam Theophilus in Institutionibus, & qvam late describit Papinius duodecimo Thebaidos. At qvibus patebat illa? Audi Poëtam,

Et

Et miseri fecere sacram;

mox convenisse eo ait,

victos bellis patriaq́, à sede fugatos,
Regnorumq́, inopes.

Aristides * propriam Atheniensium laudem esse ait τὴν τῶν πανταχόθεν δυστυχούντων ὑποδοχὴν καὶ παραμυθίαν, *quod omnibus undiq́, infelicibus perfugio ac solatio esset.* Et alibi: τοῖς καθ' ἑκάστους ἀτυχοῦσι κοινὴ πᾶσιν ὕπεστιν εὐτυχία, τὸ τῆς πόλεως ταύτης ἦθος ὑφ' οὗ σώζονται: *His, qui ubivis locorum infelices sunt, communis eis una est felicitas, bonitas civitatis Atheniensis, per quam salutis compotes fiunt.* Apud Xenophontem Patrocles Phliasius in oratione, quam Athenis habebat: ἐζήλουν τὴν δὲ τὴν πόλιν, ὅτι πάντας καὶ τοὺς ἀδικουμένους ἐνθάδε καταφεύγοντας ἐπικουρίας δεομένους ἤκουον τυγχάνειν, *laudabam hanc urbem, quod omnes aut injuria affectos, aut sibi præmetuentes, si huc perfugissent, auxilii compotes fieri intellexeram.* Idem sensus est in epistola Demosthenis pro Lycurgi liberis. Itaqve Oedipus ad Colonum confugiens in ejus nominis tragœdia * apud Sophoclem ita testatur:

Panathæn.

De pace II.

Heu, Cecropidæ, mala multa tuli:
Sed nempe tuli: Deus est testis,
Nihil horum sponte patratum.

Respondet Theseus:

Non me pigebat hospitem, qualem Oedipe
Tu tueor, omni sospitare in tempore;
Homo esse memini.

Similiter Thesei filius Demophon, cum Herculis posteri Athenas confugissent, sic ait:

Hæc patria nostra semper invalidos solet,
Sed jure fretos, ope sua defendere.
Antehac amicis mille relevandis tulit
Discrimina: & nunc aliud in promtu imminet.

Et hoc illud factum est, ob qvod Athenienses præcipue prædicabat Callisthenes: τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τοῦ Ἡρακλέους τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος: *hos enim & in Eurysthea bellum suscepisse * pro Herculis liberis, cum Græciam Eurystheus tyrannide premeret.*

***

2. *Servius*) ad IIX. Æneidos.

Propriam Atheniensium laudem) qvam Arragoniis tribuit Mariana XX. 13. Gepidæ perire omnes malunt, qvam Ildigisalem Romanis aut Langobardis dedere; Procopius Gotthicorum IV.

Apud Sophoclem) Vide totum locum, est enim lectu dignus.

Pro Herculis liberis) Vide Euripidem Heraclidis & Apollodorum.

3. Contra de maleficis hoc habes in eadem tragœdia:

Hunc, qvi facinorum conscius, nec legibus
Fidens ad aras volvitur supplex Deum,
Trahere ad tribunal nulla relligio mihi:
Male semper æquum ferre, qvi fecit †† male.

†† h. L. c. 20. §. 1. n. 2.

Idem Jone:

Non enim tangi decet
Manu nocente numina, at justum fuit,
Piis patere templa contra injurias.

Advers. Leocr. Narrat orator Lycurgus Callistratum qvendam, qui capital commiserat, consulto oraculo responsum accepisse, si Athenas iisset. τοῦ ξεσθαι τῶν νόμων, * *consecuturum, qvod jus † esset*: illum vero confugisse * ad id, qvod Athenis sanctissimum esse altare, impunitatis fiducia. at nihilominus occisum eum ab observantissima suarum religionum civitate, atqve ita impletam oraculi fidem. Et Tacitus improbat receptum suo seculo morem, per Græcas urbes flagitia hominum, ut ceremonias Deûm, protegendi. Apud eundem est: *Principes qvidem instar Deorum esse: Sed neq; à Diis, nisi justas supplicum preces, audiri.*

† L. II. c. XVI. §. V.

Ann. III.

Ibidem.

***

Ad id, qvod Athenis sanctissimum esset altare) in Lusitania Ferdinandum, cubiculi præfectum, è templo, ad qvod confugerat, raptum, & igne combustum, ob vitium nobili virgini illatum, narrat Mariana libro XXI. Vide & de Asylis librum viri magni Pauli Veneti Societatis Servorum, qvæ dicitur.

4. Tales ergo aut puniendi, aut dedendi, (a) aut certe amovendi. Sic narrante Herodoto, Cymæi Pactyen Persam, cum nec dedere vellent, nec retinere auderent, permiserunt abire Mitylenen. Demetrium Pharium, qvi bello victus ad Philippum Macedonum regem fugerat, à rege depoposcerunt Romani. * Perseus rex Macedonum in purgatione ad Martium de his agens, qvi Eumeni insidiati dicebantur: *Ego istos, ut primum in Macedonia esse admonitus à vobis comperi, requisitos abire ex regno jussi, & in perpetuum interdixi finibus meis.* Samothraces Evandro, qvi Eumeni insidias struxerat, denunciant, liberaret religione templum.

(a) §. IV. n. 1. & 2. h. c. L. I. c. III. §. XXI. n. 4. & 5.

Lib. I. Livius libro XXII.

Liv. lib. XLII. 41. XLV. 5.

***

4. *Perseus Rex Macedonum*) Narrat & Appianus excerpto legationum num. 20. Simile illud in Latina vita Themistoclis: *cum ab Atheniensibus & Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit,* (Admetus rex Molossorum) *monuitqve, ut consuleret sibi. Itaqve Pydnam eum deduci jussit, & qvod satis esset præsidii, dedit.* Sic & Ildigim Langobardum dimittunt Gepidæ apud Procopium Gotthicorum III. Adde Epistolam Theuderici ad Trasamundum regem Vandalorum de Giselico suscepto, v. 43. & 44. & ea, qvæ in

in vita regis Ludovici. Sic Christophorum Sborovium à se amovit Imperator Rudolphus II. teste Thuano lib. LXXXIIX. in anno cIↃ IↃ LXXXV. Elisabetha Scotis respondet, se Bothvvellum aut reddituram, aut ex Anglia exterminaturam: Camdenus id habet circa annum cIↃ IↃ xcIII. de Alphonso Gegionis Comite à Rege Galliæ damnato, ac negato ei in Hispaniam receptu, vide Marianam XIX. 6.

5. Ceterum, jus hoc, qvod diximus, deposcendi ad pœnas eos, qvi extra territorium profugerunt, hoc & proxime actis seculis in plerisqve Europæ partibus circa ea demum crimina usurpatur, qvæ statum publicum tangunt, aut qvæ eximiam habent facinoris atrocitatem. Minora mutuâ dissimulatione transmitti invaluit, * nisi fœderis legibus propius qviddam convenerit. Sed & hoc sciendum est, latrones ac piratas, qvi ita invaluerunt, ut formidabiles se fecerint, recte recipi ac defendi, pœnam qvod attinet, qvia interest humani generis, ut, si aliter non possunt, impunitatis fiducia à maleficiis devocentur, ejusqve negotium gerere qvivis populus, aut populi rector, potest.

***

5. *Nisi fœderis legibus propius qviddam convenerit*) Ut in fœdere Helveticorum cum Mediolanensibus Simlerus recitat. Fœdera Anglorum cum Gallis dedi rebelles & profugos volunt, cum Burgundis expelli Camdenus in anno cIↃ IↃ c.

VI. Notandum & hoc, interim, dum de causæ justitia cognoscitur, defendi supplices. Sic Demophon ad Legatum Eurystheos:

Si crimen istis aliqvod hospitibus struis,
Jus impetrabis: vi qvidem hinc non abstrahes.

Et in altera tragœdia Thesevs ad Creontem:

Es facinus ausus temet indignum, Creo,
Tuisq, Thebis ac tuis majoribus:
Ingressus urbem, qvæ colit fas ac pium,
Qvæ cuncta vitæ legis ex norma facit,
Nostris omissis moribus, qvicqvid lubet,
Moliris, & vi cuncta te altarum putas.
Adeone hominibus vidua vel patiens jugi
Urbs illa visa est, & ego nullius rei?
Non te ista docuit civitas Amphionis,
Qvippe educare haud solida mortales feros:
Nec approbabit illa, cum te audiverit,
Qvæ sint Deorum, qvæq, mea, pervadere,
Et rapere ab alma sede miseros supplices.

Ego, Labdacea si urbe posuissem pedem,
Qvamvis fuissent justa mihi certissima,
Indubia, nulli injicere tentassem manum,
Nisi annuente, qvi soli regnum tenet,
Qvid in urbe deceat hospitem externa, memor.
Tu nec merentem patriam aspergis tuam
Probro atq; maculis, & senem certe tua
Te fecit ætas, sed parum mentis potem.

2. Qvod si id, cujus accusantur supplices non sit vetitum jure naturæ aut gentium, res dijudicanda erit ex jure civili Populi, unde veniunt; qvod optime ostendit Æschylus Supplicibus, ubi Rex Argivus Danaidum gregem ex Ægypto venientem sic affatur:

Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατοι γένος
Εἶναι, τίς ἂν τοῖς δ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοί σε φαίνειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
Ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.
Manum tibi si immittat Ægypti genus,
Qvod lege patria proximos se sangvine
Dicant, qvis hæc objicere se contra velit?
Qvare tuum est, docere natalis soli
Ex lege, nullo jure te illis subjici.

VII. 1. Vidimus, qvomodo à subditis, aut veteribus aut advenis, culpa in rectores transeat: vicissim à summa potestate in subditos culpa transibit, si in crimen subditi consenserint, aut si qvid fecerint summæ potestatis imperio aut svasu, qvod facere sine facinore non poterant: qva de re rectius erit infra † agere, ubi qvæ partes sint subditorum examinabitur. Etiam inter universos & singulos communicatur delictum: qvia, ut Augustinus ait loco supra adducto, *ubi universi, ibi & singuli: universi non possunt, nisi ex singulis qvibusqve, constare: Nam singuli qviq; congregati, vel in summam reputati, faciunt universos.*

† h.c. §. XVII. num. 1. seq. L. 1. c. III. §. IIX. n. 16.

†††

Etiam inter universos) *Vid. elegant. Jul. Clar. Pr. crim. lib. 5. qvæst. 16. n. 8. p. 132. Andr. Gail. de P. P. lib. 2. cap. 9. n. 4. seqq. p. 101.*

2. Pertinet autem culpa ad singulos qvi consenserunt, non ad eos; qvi aliorum sententiis victi sunt. Distinctæ enim sunt pœnæ singulorum & universitatis. Sicut singulorum pœna interdum est mors, ita πόλεως θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι, *mors civitatis everti*: qvod fit cum corpus civile dissolvitur; qva de re diximus †† alibi. Atqve hoc modo si civitas esse desinat, usumfructum velut morte finiri recte dixit Modestinus. Singuli in servitutem pœnæ nomi-

Lycurg. Orator.

†† Supra cap. IX. §. 4. L. 21. Si Ususfructus D. Qvib. Modo ususfruct. amitt. Plut. Alex.

nomine rediguntur, ut Thebani sub † Alexandro Macedone: exceptis his qvi decreto exuendæ societatis contradixerant. Sic & civitas subit servitutem civilem in provinciam redacta. Singuli bona sua amittunt confiscatione. Sic civitati adimi solent qvæ habent communia, muri, navalia, naves bellicæ, arma, elephanti, ærarium, agri publici. † L. II. c. 9. §. 6. c. 24. §. 6. n. 3.

3. At ut singuli ob delictum universitatis citra consensum suum ea amittant, qvæ ipsorum sunt propria, injustum est, ut recte ostendit Libanius in ea, qvæ est de seditione Antiochena. Idem * Theodosii probat factum, qvi commune delictum punierat interdictione theatri, balneorum, nominis Metropolitani.

***

3. Theodosii probat factum) Eadem qvæ Libanius de hac re dicit & Chrysostomus in XVII. de statuis, in eosdem Antiochenos paria olim constituerat Marcus Antoninus Philosophus, ut testis est Capitolinus: & in Byzantinos Severus, demto Theatro, thermis, honore, ornamentisqve omnibus. Sed & ipsa urbs Perinthiis data; Vide Herodianum II. Zonaram, & qvæ supra dicta nobis. L. II. c. 9. §. 6.

VIII. 1. Egregia hic occurrit qvæstio: an pœna ob delictum universitatis semper exigi possit? Qvamdiu durat universitas, videtur posse, qvia idem corpus manet, qvanqvam particulis succedentibus, ut alibi † ostensum est. Sed ex adverso notandum est, qvædam de universitate dici primo ac per se, ut habere ærarium, leges, & similia: qvædam non nisi derivatione à singulis. Sic namq; doctam dicimus universitatem & fortem, qvæ plurimos habet tales. De hoc genere est meritum: primo enim convenit singulis, ut animum habentibus, qvem universitas per se non habet. Extinctis ergo illis, per qvos ad universitatem meritum deducebatur, ipsum qvoqve meritum extingvitur, ac proinde & pœnæ debitum, qvod sine merito diximus non consistere. Libanius in dicta oratione: ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖς ἀρκεῖν ἡγούμενος τὸ μηκέτ' εἶναι μηδένα τῶν ταῦτ' ἠδικηκότων: *Ita enim existimo, sufficere tibi ad pœnam, qvod nemo supersit eorum, qvi deliqverunt.* † L. 2. c. 9. §. 3. n. 1. Arist. VII. Pol. XIII.

2. Probanda igitur Arriani sententia, damnantis vindictam * Alexandri in Persas, cum pridem interiissent, qvi in Græcos peccaverant. De excidio Branchidarum, facto per eundem Alexandrum, hoc est Curtii judicium: *Qvæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent, justa ultio esse non crudelitas videretur. Nunc culpam majorum posteri luêre; qvi ne viderant qvidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere.* Simile est alio loco Arriani judicium de Persepoli incensa in ultionem eorum, qvæ Athenis Persæ fecerant: ἀλλ' οὐ δ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, οὐδὲ εἶναί τις αὕτη Περσῶν τῶν πάλαι τιμωρία: *At mihi non videtur hoc prudenter fecisse Alexander, † neqve vero hæc vera est vindicta in eos Persas, qvi pridem esse desierant.* † L. 2. c. 22. § 1. n. 2.

2. Alexan-

***

2. *Alexandri in Persas*) Propterea aliam ei bello causam attribuit Julianus in Constantii Laudatione: καὶ ὅτι μὲν ἀδεὲς πω συνέζη πρότερον, δῆλον ὅτι Τροίαν τοῖς Ἕλλησιν, ἀδ' ὅτι τοὺς Πέρσας Μακεδόσιν, ὅτως δὴ δοκεῖσιν ἐνδίκημέ ἔχειν τοσούτῳ ἔχων ἐπιόντες καὶ παιδί πω δῆλον. ἀ τὸ μὲν γε λίαν ἀρχαίων ἀδικημάτων τιμωρίας σφόδρα νεωτέρας, ὅτ' εἰ παῖδας ὄντ' εἰς ἐκγόνους ἡμυρίσης, ἀλλ' εἰς τὰ ἀφελόμενον καὶ ἀποστερήσαντα τὴν ἀρχὴν τῆς τῶ Διὸς κοσμοῦντων (male legitur ἀδικησάντων) ἀπογόνους. *Nullum unquam bellum, quod quidem justum censeretur, tali ex causa gestum, non à Græcis in Trojanos, non à Macedonibus in Persas, vel puero liqueat. Non enim illi obsita vetustate crimina seris pœnis, ne in nepotes quidem aut liberos, persequebantur, sed illos impetebant, qui virorum bene meritorum posteris vim inferebant, regna extorquebant.*

3. Nam Agathoclis illud nemo non rudet; qvi ad Ithacensium qverelas de damnis illatis respondit, plus mali Siculos ab Ulyxe olim pertulisse. Et Plutarchus libro contra Herodotum minime, ait, vero esse simile, Corinthios ulciscì voluisse acceptam à Samiis injuriam μὴ τρεῖς ἡλικίας *post tres hominum ætates.* Nec procedit hujus & similium factorum defensio, qvam apud Plutarchum legere est de sera numinis vindicta: Aliud enim est jus Dei, aliud hominum, ut † mox apertius fiet. Neqve, si æqvum est, posteros honores & præmia accipere ob merita majorum, ideo & puniri eos ob eorum æqvum est. Beneficii enim talis est materia, ut in qvemvis conferri sine injuria possit; pœnæ non item.

† h. c. §. 14. n. 2. seqq.

IX. Diximus de modis, per qvos communitas pœnæ accidit ex culpæ communitate. Restat spectemus an &, culpa non communicata, communicetur pœnæ qvæ res, ut recte intelligatur, & ne, qvæ re ipsa diversa sunt, ob vocum similitudinem, confundantur, monenda sunt qvædam.

X. 1. Primum, aliud esse damnum directe datum, aliud, qvod in consequentiam venit. Directe datum voco, qvo cuiqvam aufertur, ad qvod jus proprium habet. Per consequentiam, qvod fit, ut qvis non habeat, qvod habiturus alioqvi fuisset, cessante scilicet conditione, sine qva jus non habebat. Exemplum est apud Ulpianum: Si in meo puteum aperui, qvo factum est, ut venæ ad te perventuræ præciderentur: negat operis mei vitio damnum datum in ea re, in qva jure meo usus sum. Et alibi multum ait interesse, utrum damnum qvis faciat, an lucro, qvod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Et Paulus Jurisconsultus, *præposterum esse* ait, *ante nos locupletes dici, qvam acqvisierimus.*

L. Fluminum. 24. §. ult. de Dam. infect. L. Proculus 26. d. t. L. Pretia. 63. D. ad L. Falc.

2. Sic, *parentum bonis* confiscatis, sentiunt qvidem incommodum liberi, sed proprie ea pœna non est, qvia bona illa illorum futura non erant, nisi à parentibus ad ultimum, spiritum essent conservata. Qvod recte ab Alpheno notatum est, cum ait, patris pœna amittere liberos id qvod ab ipso perventurum esset ad eos: qvæ vero non à patre, sed à rerum natura, aut aliunde, tribuerent.

I. Eum. 3. D. de Interdict. & relegat.

buerentur, ea manere incolumia. Sic Themistoclis liberos eguisse scribit Cicero, nec iniqvum putat, ut eandem calamitatem ferant liberi Lepidi. Idq; ait antiqvum esse, & omnium civitatum: cui tamen mori leges posteriores Romanæ multum temperamenti adjecerunt. Sic cum ex delicto majoris partis, qvæ, ut alibi diximus, † personam universitatis sustinet, universitas in culpa est, eoq; nomine amittit ea, qvæ diximus libertatem civilem, muros, & alia commoda, sentiunt damnum & singuli innocentes; sed ea in re, qvæ ad ipsos non pertinebat, nisi per universitatem.

L. 11. Ep. 11. & 19.

L. 7. Cum ratio. D. de Bonis damn.

† L. 2. c. 5. §. 17.

†††

Parentum bonis confiscatis) etiam feudalibus, 2. *F. II. Dn. Struv. S. J. F. cap. 9. aph. 5. num. 8. & cap. 15. aph. 13. per tot.* ita tamen, ut agnati non tantum qvarto gradu sed & ulteriori minimè excludantur, secus qvam statuit *Berlich. 3. conclus. 37. num. 19.* cui respondet *Dn. Struv. cit. cap. 15. aph. 14. n. 1. & seqq.* De Jure Saxonico idem testatur *Carpz. p. 1. c. 27. def. 1.*

XI. 1. Præterea notandum, interdum imponi alicui aliqvid mali, aut boni aliqvid auferri, occasione qvidem alicujus peccati, sed non ita ut id peccatum causa sit proxima ejus actionis, qvod jus ipsum agendi attinet. Sic qvi occasione alieni debiti aliqvid promisit malum patitur, ex veteri verbo, ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτα. *Sponde, noxa præsto est*: at proxima causa obligationis est ipsa promisso. Nam ut qvi pro emtore fidejussit non proprie ex emto tenetur sed ex promissio: ita & qvi pro delinqvente, non ex delicto sed ex sua sponsione. Atqve hinc fit qvod malum illi ferendum mensuram accepit non ex delicto alterius, sed ex potestate qvam ipse in promittendo habuit.

2. Cui conseqvens est, ut ex sententia, qvam veriorem credimus, occidi nemo possit ex fidejussione, qvia statuimus, neminem † jus tale habere in vitam, ut eam sibi ipse adimere, aut adimendam obligare possit: cum veteres Romani Græciqve aliter ea de re senserint: ideoqve & * vades capitali judicio crediderint obligari, ut in Ausonii est versu, & ex notissima Damonis & Pythiæ historia apparet: & obsides sæpe capite plexerint, ut alibi memorabimus. †† Qvod de vita diximus, idem & de membris intelligi debet: nam & in illa jus homini datum non est, nisi corporis servandi causa.

† L. 2. c. 1 §. 3. c. 15. §. 16. n. 3. c. 17. §. 2. n. 1. L. 3. c. XI §. 18. n. 1. c. 20. §. 43. n. 2.

†† L. 3. c. 2. §. 6. c. 4. §. 14. c. 20. §. 52.

***

2. *Vades capitali judicio crediderint obligari*) Apertum id in verbis Rubenis ad patrem Jacobum Gen. XLII, 37. & apud Josephum II. Antiqvæ historiæ cap. 3. Hos vades ἀντιψύχους animæ vicarios vocant Eutropius Caligula; ἐγγυητὰς θανάτου mortis sponsores Diodorus Siculus in excerptis Peiresianis. Chrysostomus ad Gal. 11. καθάπερ τινὸς καταδικασθέντος ἀποθανεῖν, ἕτερος ἀνεύθυνος ἑλόμενος θανεῖν ὑπὲρ ἐκείνου ἐξαρπάζει τὴν τιμωρίας αὐτὸν: *Sicut, homi-*

homine aliqvo ad mortem damnato, innocens alter pro illo se morti devovens illum supplicio liberat. Augustinus epistola LIV. ad Macedonium: *& aliqvando, qvi causa fuit mortis, potius in culpa est, qvam ille, qvi occidit. Velut si qvispiam decipiat fidejussorem suum, atq; ille pro isto legitimum supplicium luat.*

3. Qvod si exsilium, si pecuniarum damnum in promissione fuerit, & alterius delicto impleta sit conditio, damnum feret fidejussor, qvæ tamen in ipso, si exacte loqvimur, pœna non erit. Simile qvid occurrit in eo jure, qvod qvis habet sic, ut ab alterius voluntate pendeat, qvale est jus precarii, respectu habito ad rei dominium; & jus privatorum, respectu habito ad eminens dominium, qvod utilitatis publicæ causa civitas habet. Nam, si qvid tale alicui auferatur, occasione delicti alieni, pœna in illis proprie non est, sed exsecutio juris antecedentis, qvod erat penes auferentem. Sic qvia in bestias propriè delictum non cadit, ubi bestia occiditur,* ut lege Mosis ob concubitum cum homine, non ea vere pœna est, sed usus dominii humani in bestiam.

***

3. Ut lege Mosis) de qva vide Maimonidem ductore dubitantium III. 46.

†††

Dominii humani in bestiam) vid. de Leonibus suspensis *Grotium in c. 20. §. 1. n. 1. in not. h. l.* & qvoad concubitum cum bestiis *Const. Carol. V. Crimin. art. 116. Verb.* **So ein Mensch mit einem Viehe** *&c. add. Georg. Remum, Matth. Steph. J. Bernh. Zwitz. & Nic. Vigel. c. 6. crim. 11. p. 225. Jac. Speid. Notab. Jurid. histor. polit. Verb.* **Feuer.** *14. p. m. 345.* qvod qvondam qvoqve Monspessuli factum refert *Conr. Rittersh. Com. ad Tit. Inst. de Qvadrup. pauper. in fin.* ubi mulus calcitrosus, cum qvo homo coierat, præcisis 4. pedibus unà cum maleficio flammis immissus fuit: rationem instituti hujus venustam suppeditat *Benedict. Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 76. n. 33. ex can. 4. mulier. 15. q. 1.* credendum esse, pecora inde jussa interfici, ut ne tali flagitio contaminata indignam refricent facti memoriam, add. *Gail. l. 2. obs. Cam. c. 110. n. 22. Conr. Rittersh. l. c. Prosp. Farinac. Part. 5. Oper. Crimin. qu. 147. n. 46. Joach. à Beust. de Matrim. c. 6. Ant. Gomez. in L. Tauri. 80. n. 35. Jul. Clar. l. 5. sent. §. fornicatio. Vers. cum animali. 27. p. m. 27. a. Matth. Coler. P. 1. Dec. 187. in fin. Jodoc. Damhouder. Pr. Crim. c. 98. n. 15. p. m. 290* qvamvis occisionem pecorum in delictis, excepto unico hoc casu, nunqvam sibi placuisse affirmet *Jul. Clar. d. l. 5. §. final. qu. 99. n. 8.* Qvid tamen dicendum, si fortè ex hoc concubitu cum bestiis partus nasci qveat, qvem pro homine aliqvando habendum putarunt Theologi Jenenses, adeoqve baptizandum, in *Verb.* **wann eber** ex concubitu cum bestiis **die Mißgeburt herrühret** / &c. **halten wir dafür** / **wofern das Haupt eines Menschlichen Haupts Gestalt hätte** / **daß** &c. **die Tauffe einer solchen Mißgeburt mitzutheilen** / **in Ansehung** / **daß das Haupt ist** sedes animæ rationalis, **und weil dasselbe eine** formam menschliches **Haupts hat** / **ist daher abzunehmen** / **daß in demselben** parte monstroso **eine menschliche vernünfftige Seele verhanden** / *vid. Dedekenn. Consil. Theolog. Vol. 1. part. 2. lib. 1. sect. 3. num. 7. p. 429.* qvi etiam citatæ Facultatis cautelam qvandam restrictivam in puncto baptismi monstris hisce tribuendi (si scilicet solum caput humanum corpori per totum ferino impositum reperiatur) *in fine* cum distinctis exemplis adjecit, *Paul. Zach. Qq. Medic. Legal. lib. 7. tit. 1. q. 4. per tot. p. 54.* Stante itaqve hâc hypothesi, cautè cum occisione

bestiæ,

bestiæ, grávidæ ab homine, procedendum erit. Tametsi integrum hoc Responsum refutaverit *Konig. Cas. Conse. de Baptism.* 11. *p.* 258. ad veram hominis formationem concursum tam masculini, qvam fœminini subjecti humani requirens, qvod cuilibet porrò cogitandum relinqvimus.

XII. His distinctionibus positis, dicemus, neminem delicti immunem ob delictum alienum puniri posse. Cujus rei ratio vera non est ea, qvam adfert Paulus Jurisconsultus, qvod pœnæ constituantur in emendationem hominum: nam exemplum videtur statui posse etiam extra personam delinqventis, in ea tamen persona, qvæ ipsum tangat, ut mox † dicemus; sed qvia obligatio ad pœnam ex merito oritur: meritum autem est personale, qvippe ex voluntate ortum habens, qva nihil est magis nobis proprium, unde αὐτεξούσιον vocatur. L. 20. D. de Pœn. † §§. seqq.

XIII. 1. *Neqve virtutes, neqve vitia parentum*, inqvit Hieronymus, *liberis imputantur.* Augustinus † vero, *Deus*, ait, *ipse foret injustus, si qvenqvam damnaret innoxium.* Dion Chrysostomus oratione ultima, cum, sanctione Athenienſium adjecta, Solonis legibus devoveri posteros dixisset, de DEI lege hæc subjicit: *πλὴν παῖδας καὶ γόνους οὐκ ἐπέξεισιν, ὡς ἐκεῖ, τὰ ἁμαρτανόντων, ἀλλ' ἕκαστος αὐτὸς γίνεται τῆς ἀτυχίας αἴτιος: verum haec non, ut illa, liberos & posteros peccantium punit: sed sibi qvisqve sit infortunii causa.* & huc illud vulgatum pertinet: *Noxa caput sequitur. Sancimus*, ajunt Imperatores Christiani, *ibi esse pœnam, ubi & noxa est.* Deinde: *Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, qvam reperiatur delictum.* epist. 3. de morte Nepotiani. † Epist. 105. l. 22. Sancim. C. de Pœnis. Lib. II. de Leg. spec.

2. Justum est, * ait Philo, eorum esse pœnas, qvorum sunt peccata; reprehendens moram qvarundam gentium, qvæ tyrannorum aut proditorum insontes liberos morte puniebant. qvem reprehendit & Dionysius Halicarnassensis, ostenditqve iniqvam esse rationem, qvæ obtenditur, qvod parentibus similes futuri putantur, cum id incertum sit, nec incertus metus ad mortem cujusqvam sufficere debeat. Nescio, qvis Christiano Imperatori Arcadio ausus est hoc dictare, debuisse paterno perire supplicio, in qvibus paterni criminis exempla metuuntur: & Ammianus narrat interemtam sobolem, parvam etiam tum, *ne ad parentum exempla succresceret.* Nec magis justa causa metus ultionis, unde natum est Græcum proverbium: L. Qvisqvis. 5. C. ad L. Jul. Majest. libro XXIIX. Victoria de Jure Bell. n. 38.

Despit occidens patrem, qvi pignora servat.

* * *

2. *Ait Philo*) idem libro de pietate: *ἧς οὐκ ἂν οἶδ' ὅπως βλακευτέον εἶναι· αἰσχύνεσθαι, εἰ μήτε τοῖς ἐξ ἀγαθῶν πονηροῖς ἐπακολουθήσει πωποτε δίκη, ἔτε τοῖς ἐκ πονηρῶν ἀγαθοῖς ἔρχεται ποτὲ, τὸν νόμον δικάζοντος ἕκαστον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτῷ μὴ συγγενῶν ἁμαρτίαις ἐπαινοῦντος ἢ* (addendum hic *κακίαις*) *καλῶ-*

κολάζοντος. *Haut scio, an possit ullum pejus induci institutum, qvam si nec malos è bonis genitos sequetur pœna, nec bonos habebitur bonis, qvi ex malis parentibus nati sunt. Aliter lex, qvæ de suis actionibus qvemq; judicat, non ex cognatorum virtutibus laudat, aut ex eorundem vitiis punit.* Josephus contrarium factum in rege Judæorum Alexandro vocat ὑπὲρ ἀνθρώπων δίκην, *ex actionem pœnæ, qvæ humanum excedit modum.* Ovidius:

Illic immeritam maternæ pendere lingvæ
Andromedam pœnas injustus jusserat Ammon.

†††

Qvis Christiano Imperatori Arcadio) Diximus de hoc qvædam in *annotat. ad Goil. Grot. cap. 8. §. 12. p. 143.* Qvo referas judicium *ad tit. D. ad L. Jul. Majest. §. 12. Eccl.* Constitutio, inqvit Ille, *L. 5. qvisqvis.* Etsi sit canonisata in can. pen. 6. q. 1. attamen cum summa iniqvitate conjuncta videtur, cum à lege divinâ & æqvitate naturali planè abhorreat, qvæ jubet, ut filius justus non luat peccata patris injusti, *Deuteron. 14, 16. Ezech. 17, 20.* Et ne filius pro patre puniatur, in *l. 26. D. de Pœn. 1. t. C. ne fil. pro Patr.* constitutum est: cum crimen & reatus mortalitate extingvantur, *L. fin. D. h. t. add. L. 1. 2. 3. & fin. C. si rem vel accus. mort. fuer.* Rationes interim pro defensione Arcadii *vid. ap. Rumelin. ad A. B. p. 3. D. 4. th. ibiqve Myler. in not.* qvæ, an satis stringant, nos non dixerimus.

3. At Seneca: *Nihil est iniqvius, qvam aliqvem hæredem paterni odii fieri.* Attagini, qvi Thebanis ad Medos deficiendi auctor fuerat, liberos nullo malo affecit Pausanias Græcorum Imperator, φὰς τοῦ Μηδισμοῦ παῖδας οὐκ εἶναι μεταιτίους: *dicens, illos extra culpam esse partium Medicarum.* Marcus Antonius in epistola ad Senatum: * *Qvare filiis Avidii Cassii,* (is in eum conjuraverat) *& genero & uxori veniam dabitis. Et qvid dico veniam, cum illi nihil fecerint?*

***

3. *Qvare filiis Avidii Cassii*) Vide & Vulcatium vita Avidii. Laudat parem Constantii humanitatem Julianus, ostenditqve sæpe ex malis parentibus bonos venisse liberos, sicut è saxis apes evolant, è ligno amaro nascuntur ficus, è spinis prodit pomum Punicum. Ejusdem hæc sunt: ἀλλὰ καὶ τὸ παῖδα τοῦ τετελευτηκότος νήπιον κομιδῇ τὸ πατρῴας οὐδὲν εἴασας μεταχεῖν ζημίας. οὕτω σοι πρὸς ἐπιείκειαν ἡ πρᾶξις ῥέπουσα τελείας ἀρετῆς ὑπάρχει γνώρισμα. *Etiam mortui filium infantem admodum non sivisti pœna paterna implicari. Ita tua agendi ratio ad lenitatem semper vergens perfectæ virtutis est testimonium.*

XIV. 1. Deus † qvidem in Lege Hebræis data paternam impietatem in posteros se vindicaturum minatur: sed ipse jus †† dominii plenissimum habet, ut in res nostras, ita in vitam nostram, ut munus suum, qvod sine ulla causa & qvovis tempore auferre cuivis qvando vult potest. Igitur, si morte immatura ac violenta rapit liberos Acanis, Saulis Jeroboami, Achabi, * in ipsos jure dominii, non pœnæ, utitur, sed eodem facto gravius punit

† h. c. §. 8. n. 3.
†† L. 3. c. 1. §. 4. n. 3. & h. c. 21. §. 14. n. 3.
Joh. VII.
2. Sam. XXI.
1. Reg. XIV.
2. Reg. IIX. I, 10.

punit parentes. Nam sive superstites sunt, qvod maxime spectavit Lex divina, atqve ideo lex minas istas * ultra abnepotes non extendit. Exod. XXV. qvia ad eorum conspectum pertingere potest humana ætas; certum est, parentes puniri tali spectaculo: gravius enim id illis, qvam qvod ipsi ferunt, ut à Chrysostomo recte dicitur, qvicum consentit Plutarchus: ὀλυποῦσα μᾶλλον ἑτέρα κόλασις ἢ τοὺς ἐξ ἑαυτῶν κακὰ πάσχοντας δι' αὐτοὺς ὁρᾶν. *Nullum durius supplicium, qvam eos, qvi ex se sunt, ob se miseros spectare:* sive non eo usqve provivunt, tamen, cum eo metu occidere, magnum est supplicium: *Duritia populi,* inqvit Tertullianus, *ad talia remedia compulerat,* * *ut, vel posteritatibus suis prospicientes, legi divinæ obedirent.* Homil. 29. in 9.

* * *

1. in ipsos jure dominii, non pœnæ utitur) Hæc est sententia Rabini Simeonis Bersema, longe verissima.

Ultra abnepotes non extendit) exempla habes in Zimri & Jehu.

Ut vel posteritatibus suis prospicientes divinæ legi obedirent) Alexander apud Curtium libro VII. *Non oportebat vos scire, qvid de his statuissem, qvo tristiores periretis.*

†††

Ob se miseros spectare) Immoderata fecit iracundia (verba sunt *Josephi de Bell. Jud. lib. 1. c. 3. in fin.* de Alexandro, cujus qvoqve meminit *Grot. in not. ad § præced. n. 2.*) ut crudelitas ejus ad impietatem usqve procederet. Octingentis enim captivorum, in mediâ civitate crucifixis mulieres, earumqve filios in conspectu matrum necavit: atqve hæc potans & cum suis concubinis recubans prospectabat.

2. Sed simul notandum est, hac graviore vindicta non uti Deum, nisi adversus scelera proprie in suam contumeliam perpetrata, ut falsos cultus, perjurium, sacrilegia. Nec aliter Græci existimarunt: Nam qvæ crimina credita sunt posteritatem obstringere, * qvæ ἄγη ipsi vocant, omnia istius sunt generis: qvo de argumento facunde disserit Plutarchus libro de sera Numinis vindicta. Exstat * apud Ælianum oraculum tale Delphicum:

At scelerum fontes divinum persequitur jus,
Nec pote vitari; non si genus ab Jove ducant:
Sed capiti ipsorum, qviq; enascuntur ab ipsis,
Imminet; inq; domo cladem subit altera clades.

* Agebatur autem ibi de Sacrilegio: qvod & historia comprobat auri Tolosani apud Strabonem & Gellium. De perjurio similes sententias supra † adduximus. Deinde vero, etsi id comminatus est Deus, non tamen semper eo jure utitur, maxime si * insignis qvædam virtus in liberis eluceat, ut videre est Ezech. cap. XIIX. & exemplis qvibusdam à Plutarcho dicto loco probatur. † h. l. c. XX. §. 44. n. 1. c. 13. §. 1

* * *

2. Qvæ ἄγη ipsi vocant) Vide Plutarchum Pericle: & qvæ supra dicta hoc libro XIII. §. 1.

Apud Ælianum) Libro III, 43.

Agebatur autem ibi de sacrilegio) ut & Libanius, ὧν οἱ μὲν ἔδοσαν ἤδη δίκην. οἱ δὲ οὔπω μέν. οὐκ ἔστι δὲ ὅτε αὐτοὺς ἐξαιρήσεται. λέγω δὲ αὐτοὺς καὶ ταῖδας λέγω καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων. *Qvorum alii jam pœnas dedere, alii nondum qvidem, sed nemo eos pœnæ eximet: nec ipsos tantum dico, sed & liberos & ex iis nascituros.* Similia habet idem Libanius oratione, qvam edidit Gothofredus.

Insignis qvædam virtus & publica paterni criminis detestatio, qvalem fecit Andronicus Palæologus Imperator apud Gregoram libro v. c. 81.

3. Et cum in novo federe apertius, qvam olim, declarata sint supplicia, qvæ impios post hanc vitam manent, * ideo in eo federe nulla exstat comminatio personas peccantium egrediens; qvo præcipue, qvanqvam minus aperte, ut mos est vatibus, spectat dicta jam †† Ezechielis oratio. Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet: neqve par ratio est, qvia, ut jam diximus, Deus sine culpæ intuitu jus † habet in vitam; homines non nisi ex gravi culpa, & qvidem, qvæ personæ sit propria.

†† n. præced.

† h. §. n. 1.

* * *

3. Ideo in eo federe nulla exstat comminatio personas peccantium egrediens) Tertullianus de Monogamia: *desivit uva acerba à patribus manducata dentes filiorum obstupefacere; unusqvisq; enim in suo delicto morietur.*

4. Qvare eadem illa divina lex, ut parentes pro liberis, ita ob parentum facta liberos mortis pœna affici vetat: qvam legem * pii reges etiam in perduellibus secuti leguntur: eamqve legem valde laudant Josephus & Philo, ut & similem Ægyptiam Isocrates, & Romanam * Dionysius Halicarnassensis. Platonis est: πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων οὐδενὶ ξυνέπεσθαι. Qvod Latine ita exprimit Calistratus Jurisconsultus: *Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest.* Addita causa: *Namq; unusqvisq; ex suo admisso sorti subjicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Ferretne*, inqvit Cicero, *ulla civitas latorem istiusmodi legis, ut condemnetur filius aut nepos, si pater aut avus deliqvissent?* Hinc factum, ut * prægnantem mulierem mortis supplicio afficere nefas habitum sit Ægyptiorum, Græcorum, & * Romanorum legibus.

Devt. XXIV, 16.
Jos. lib. II Philo de Leg. sp. lib. I.
Isoc. Busiride.
Dionys. l. VIII.
L. Crimen 26. D. de Pœnis
L. IV. de Nat. Deor.

* * *

4. Pii reges) ut Amasias.

Dionysius Halicarnassensis) qvi sic ait: τὸ ἔθος τοῦτο ῥωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν, ἀφεῖσθαι τὴν τιμωρίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ὧν αὖ οἱ πατέρες ἀδικήσωσι. *Mos ille Romanis proprius, à pœna omni liberos eximere, qvorum parentes deliqverunt.* Habet idem lex Wisigotthica libro VI. tit. 1. cap. 8.

Prægnantem mulierem mortis supplicio afficere nefas habitum) Laudat Philo libro de Humanitate.

Roma-

Romanorum) L Imperator Adrianus. 18. D. de Statu hominum. L. 3. Prægnantis. D. de Pœnis.

XV. Qvod si injustæ leges humanæ, qvæ liberos occidunt ob parentum delicta, injustior sane lex Persarum & Macedonum * devovens & propinqvorum capita, qvo, qvi in regem peccarant, tristiores perirent, ut Curtius loqvitur: cujus legis diritate exsuperari leges omnes scripsit * Ammianus Marcellinus. Dan. VII, 12. Just. lib. X. Lib. XXIII.

***

Devovens & propinqvorum capita) Philo morem esse tyrannis dixit, cum damnatis una tollere qvinqve familias eis proximas. Vide Herodianum libro III. & exemplum Mediolanense occiso Galeatio apud Bezarum libr. XIV.

Ammianus Marcellinus) abominandas leges vocat. Vide & Concilium Toletanum IV.

†††

Romanorum legibus) Gid. Carpzov. Prax. Crimin. p. 3. q. 137. n. 22. q. 144. n. 55. L. Brisson. lib. 2. Antiqvit. Roman. cap. 20. pag. 74. ubi plura, ad qvæ nos remittimus.

XVI. Illud tamen est notandum, si qvid habeant aut exspectare possint perduellium liberi, in qvod jus proprium sit non ipsis, sed populo aut regi, id auferri ipsis posse jure qvodam dominii, cujus tamen usus simul in pœnam redundet eorum, qvi peccaverint. Huc refert, qvod Antiphanis, ut proditoris, posteri ἄτιμοι ἐκγεγόνασιν, narrante Plutarcho, id est * *honoribus prohibiti sunt*, ut Romæ liberi à Sulla proscriptorum. Sic in dicta Arcadii lege illud tolerabile in liberos: *Ad nullos honores, ad nulla sacramenta perveniant.* Servitus autem qvomodo & qvatenus in liberos sine injuria transeat alibi †† à nobis est explicatum. †† L. 2. c. 5. §. 29. n. 1. L. 3. c. 14. §. 8. n. 1.

***

Honoribus prohibiti sunt) Simile reperies in C. in qvibusdam. 12. de Pœnis.

XVII. 1. Qvod de liberis malo afficiendis ob parentum delicta diximus, † idem aptari potest & ad populum vere subditum: (nam qvi subditus non est, ex sua culpa, id est ex negligentia, puniri potest, ut diximus) si qværatur, an is populus malo possit affici ob regis aut rectorum facinora. Non jam qværimus, * si ipsius populi consensus accesserit, aut factum aliud, qvod per se sit pœna dignum, sed agimus de eo contractu, qvi ex natura oritur ejus corporis, cujus caput est rex, membra ceteri. Deus qvidem ob Davidis peccatum populum pestilentia confecit, & qvidem, ut David censet, innocentem, sed Deus, qvi in vitam ipsorum jus habebat plenissimum. † §. VII. n. 1. h. c.

1. Si

***

1. *Si ipsum populi consensus accesserit*) Philo de Ægyptii regis subditis Abrahami tempore: ὥστε παλαιστὴ ἡ τῆς πωμοσίας σύμπασαν αὐτὴν ὁ δικαστὴς, μηδενὸς ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ δυσχεραίνοντος, ἀλλὰ μᾶλλον ἕνεκα τοῦ συναινεῖν μοιρᾶν συγχειρουργησάντων τὸ ἀδίκημα. *Sensit & pœnam omnis cum eo similia, quod nemo indignatus esset super injuste facto, sed omnes laudando pene & ipsi illud fecissent.* Josephus, ubi vaticinium contra Jerobeamum prolatum narrat: μεθέξει ἡ τῆς πωμοσίας καὶ τὸ πλῆθος ἐκπεσὸν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τοὺς πέραν Εὐφράτου τόπους, ὅτι τοῖς τοῦ βασιλέως ἀσεβήμασι κατηκολούθησε. *Particeps pœnæ & populus erit, excidet quippe felice terra, sparsusque per loca trans Euphratensia exsulabit, quod impietati regis socium se fecerit.*

2. Interim hæc pœna erat non populi, sed Davidis: nam, ut ait scriptor Christianus, πικροτάτη πωμοσία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ πωμοσία τοῦ λαοῦ. *Acerbissimum est delinquentibus regibus supplicium id, quod populis infligitur.* Perinde enim hoc est, ait idem scriptor, ac si qvis qvi manu peccavit, in tergo feriatur: qvomodo in simili argumento Plutarchus non aliter id ait accipiendum, qvam si medicus, ad curandam coxam, urat pollicem. Hominibus cur id non liceat, jam † antea diximus.

Qvæst. ad orth. 132.

† §. XIV. h. c. n. 1. L. III. c. XI. §. XVI. n. 2.

XVIII. Idem dicendum de singulis, qvi non consenserunt, malo afficiendis circa ea, qvæ ipsorum sunt, ob delictum universitatis.

XIX. Hæres vero, cur de ceteris debitis teneatur, * de pœna non teneatur, sicut à Paulo Jurisconsulto scriptum est. *si pœna alicui irrogatur, receptum est commentitio jure, ne ad hæredes transeat*, vera causa hæc est, qvod hæres personam defuncti refert, non in meritis, qvæ sunt mere † personalia, * sed in bonis, qvibus ut cohærerent ea, qvæ alicui debentur, ex ipsa rerum æqvalitate, simul cum dominio fuit introductum. Dion Prusæensis Rhodiaca: ἅπαντα ὀφείλουσι τοῖς τῶν προγόνων οὐχ ἥττον αὐτοῖς ἐκείνων εἰς οὓς ἂν τοῦτο καθήκοι γίγνεσθαι. οὐ γὰρ ἀπόσπαστον φήσετε τὴν παράδοσιν: *Qvæ debuerunt majores, ea non minus debent posteri, neque enim dicere poteritis repudiatam à nobis hæreditatem.*

L. Si pœna. 20. D. de Pœnis.

† L. 2. c. 14. §. X.

***

De pœna non teneatur) Maimonides titulo נזקי ממון, c. VII. sectione 6. Gemara Baba Cama cap. IX. §. 11.

Sed in bonis) Vide Concilium Toletanum VIII. in causa Recesvvinthi. Nulla est persona, qvæ ad vicem ejus, qvi è vita emigraverit, propius accedat, qvam hæres, ut Cicero ait secundo de Legibus.

XX. Et hinc sequitur, ut si ultra meritum nova qvædam causa obligationis exstiterit, deberi jam possit id, qvod in pœna erat, qvanqvam non proprie ut pœna. Sic alibi post sententiam, alibi post litem contestatam, qvibus rebus vis contractus datur, pœna pecuniaria ab hærede debebitur,

bitur, ut & ea, qvæ in conventionem deducta est. Jam enim nova accessit debendi causa.

CAPUT XXII.

De Causis injustis.

I. Explicatur discrimen inter causas justificas & suasorias.
II. Bella, qvæ utroque causarum genere carent, ferina esse.
III. Bella, qvæ suasorias causas habent, non justificas, esse prædonum.
IV. Quædam esse causas, qvæ falsam habeant justi speciem:
V. Ut metum incertum:
VI. Utilitatem sine necessitate:
VII. Negatum matrimonium in magna feminarum copia:
VIII. Cupiditatem melioris soli:
IX. Inventionum rerum occupatarum ab aliis.
X. Quid si priores occupatores amentes sint?
XI. Injustam causam esse & libertatis desiderium in populo subdito:
XII. Et voluntatem regendi alios invitos qvasi ad ipsorum bonum.
XIII. Item titulum universalis imperii qvem qvidam asscribunt Imperatori, qvi refellitur:
XIV. Alii Ecclesiæ, qvi item refellitur.
XV. Item voluntatem implendi vaticinia sine Dei mandato.
XVI. Item id qvod debetur non ex jure stricte dicto, sed aliunde.
XVII. Distinctio belli cujus causa injusta, & ejus cui aliunde vitium accedit: & diversi utriusqve effectus.

I. I.

DIximus supra, cum de causis agere institueremus, causas alias esse justificas, alias svasorias. Polybius, qvi id discrimen primus notavit, * illas vocat προφάσεις, qvia palam proferri solent, (titulum dixit aliqvoties Livius) has generis nomine αἰτίας. Lib. II. c. 1. §. 1. n. 1. c. 20. §. 41.

***

1. *Illas vocat προφάσεις qvia palam proferri solent (titulum dixit aliqvoties Livius) has generis nomine αἰτίας*) Sic & Plutarchus distingvit in Galba, & Dion in rebus Cæsaris & Pompeji: Et Polybius, ubi de Romanorum bello in Illyrios agit, excerpto legationum 126. Cum Svetonio recte illas prætextum, has causas dixeris. Ita enim ille de Julio Cæsare: *Et prætextum qvidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur.* Thucydides alibi distingvit πρόφασιν & τὸ ἀληθές, ut in Athenienſium motu adversus Siciliam, prætextus fuit opitulari Egestanis, res ipsa, cupiditas Siciliæ sibi acqvirendæ. Hermocrates in oratione de Athenienſibus loqvens illud πρόφασιν prætextum vocat, hoc πρόθεσιν propositum. Utrumq; est in libro Thucydidis VI. Appianus etiam πρόφασιν vocem usurpat in Mithridatico. Idem Civium vero, ubi de ruptâ pace inter Octavium & Sextum Pompejum agit, dicit αἰτίας causas alias intus fuisse, alias qvæ præferebantur. A-

gathias libro qvinto id, qvod alii προφάσιν, vocat σκῆψιν καὶ προκάλυμμα, figmentum & obtentum; cui opponit αἰτίας in hiſtoria Hunni Zanurganis. Procopius Perſicorum II. dicit, ſtultum eſſe non libere loqvi, ubi dux eſt juſtitia, comes utilitas.

2. Sic in bello Alexandri adverſus Darium προφάσις fuit ultio injuriarum, qvas Perſæ †† Græcis intulerant. αἰτία cupido gloriæ, imperii & divitiarum, cui accedebat ſpes magna facilitatis, concepta ex Xenophontis & Ageſilai expeditionibus. Sic προφάσις belli Punici ſecundi controverſia de Sagunto, cauſa indignatio Carthaginenſium ob pactiones, qvas Romani iniqvis temporibus ipſis † expreſſerant, & aucti ſpiritus ex ſecundis per Hiſpaniam rebus, qvæ Polybio notata. Similiter Thucydides belli Peloponneſiaci veram cauſam cenſet fuiſſe vires Athenienſium augeſcentes & Lacedæmoniis ſuſpectas, obtentum vero controverſiam Corcyrenſium, Potidæenſium, & alia; * ubi tamen ille αἰτίας & προφάσεως nomina permiſcet. Eſt idem diſcrimen in oratione Campanorum ad Romanos, cum adverſus Samnites pugnaſſe ſe ajunt verbo pro Sidicinis, re pro ſe ipſis: qvod viderent, ubi conflagraſſent Sidicini, ad ſe trajecturum eſſe incendium. Antiochum qvoqve, Livius memorat, in Romanos bella ſuſcepiſſe, in ſpeciem cauſas habentem Barcillæ necem & alia qvædam, revera, qvod ex labente Romanorum diſciplina ſpem magnam concepiſſet. Sic Plutarchus notat, non ex vero objectum Antonio à Cicerone, qvod cauſa eſſet belli civilis, cum Cæſar, bellandi certus, * prætextum tantum ab Antonio cepiſſet.

†† L. 2. c. 21. §. 8. n. 2.

† L. 2. c. 17. §. 19. Lib. I.

Liv. Lib. VII. Cap. XXX.

Lib. XXXVI.

* * *

2. *Ubi tamen ille αἰτίας & προφάσεως nomina permiſcet*) ſic & libro V. de Argivis contra Epidaurios agens, qvam prius vocaverat προφάσιν, mox vocat αἰτίαν, qvomodo & Græcum ἀρχῶν, Latinum principiorum vocem, aliasq; ejus generis, eſſe ſenſus ambigui notavimus d. c. 1. §. 1. hujus libri. Scriptores Conſtantinopolitani Imperii id, qvod alii προφάσιν ſæpe πάτροκλον vocant, nimirum ex Achillis hiſtoria, qvi ad reſumenda arma ex Patroclo ſumſit materiam.

Prætextum tantum ab Antonio cepiſſet) ταῦτα πάλαι δεομένῳ προφάσεως χῆμα καὶ λόγον εὐπρεπῆ τὸ πολέμιον περίχειν, *Hæc pridem prætexto opus habenti ſpeciem aliqvam & decorum titulum bellandi dedere.* Verba ſunt in hac hiſtoria Plutarchi. Lucani autem:

——*Cunctas q; pudoris*
Rumpunt fata moras. Juſtos Fortuna laborat
Eſſe ducis motus & cauſas invenit armis.

Lib. II. de Clem. c. 7.

II. Sunt, qvi neutro cauſarum genere feruntur in bella, * periculorum, ut Tacitus loqvitur, propter ipſa avidi. Horum vitium humanum † excedit modum, ὑπερβολὴν Ariſtoteles vocat. De his Seneca: *Poſſum dicere, non eſſe hanc*

† h. l. c. XX. §. 29. n. 1.

hanc crudelitatem, * *sed feritatem*, *cui voluptati sævitia est: possumus insaniam vocare: nam varia sunt genera ejus*, *& nullum certius, qvam qvod in cædes hominum & laniationes pervenit.* Cui sententiæ perqvam similis est illa Aristotelis ultimo Nicomachiorum: δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνος γίγνοιντο. *Omnino enim crudelis habendus sit, qvi ex amicis hostes faciat pugnandi & fundendi sangvinis cupiditate.* Dion Prusæensis: τὸ δὲ καὶ χωρὶς ὑποθέσεως πολεμεῖν καὶ μάχεσθαι, τί ἄλλο ἢ μανία παντελής ἐστι καὶ διὰ ταύτην κακῶν ἐπιθυμία; *Nam sine causa in bella ac pugnas ferri, mera est insania malum sibi qværens.* Idem ille Seneca epistola IV. *Nemo ad humanum sangvinem propter ipsum venit, aut admodum pauci.* Orat. XXXVII.

***

Periculorum, ut Tacitus loqvitur, propter ipsa avidi) De Alanis Ammianus libro XXXI. *Ut hominibus qvietis & placidis etiam est voluptabile, ita illos pericula juvant & bella.*

Sed feritatem) Idem libro II. de Ira c. 5. de Apollodoro locutus & Phalaride: *Hæc non est ira, feritas est.*

III. 1. Pleriqve verò bellantium causas svasorias habent, aut sine justificis, aut cum justificis. Sunt, qvi justificos plane non curant, de qvibus dici potest illud, qvod à Romanis Jurisconsultis est proditum, prædonem esse eum, *qvi, rogatus de possidendi causa, nullam aliam † adfert, nisi qvod possideat. Aristoteles de belli svasoribus: ὡς οὐκ ἄδικον τοὺς ἀσυγείτονας καταδουλοῦσθαι καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσι; *qvi justum sit, vicinos innoxios in servitutem redigere, & eos, qvi nullam faciunt injuriam, sæpe nihil curant?* † L. XI. §. 1. L. XII. D. de Hered. Petit. 1. Rhet. III.

***

1. *Qvi rogatus de possidendi causa, nullam aliam adfert, nisi qvod possideat*) Talis Herulorum in Longobardos πόλεμος ἀπροφάσιστος, bellum sine prætextu. Galli apud Livium V. c. 36. *in armis se jus ferre, & omnia fortium virorum esse.* Proleg. §. 3.

2. Talis Brennus, qvi omnia dicebat validiorum. Talis Silio Annibal, cui

pro fœdere, proqve
Justitia est ensis.

Talis Attila, & qvibus illud in ore est,

Qværitur belli exitus,
Non causa.

Et:

Hæc acies victum factura nocentem est:

Et,

Id in summa fortuna æqvius, qvod validius.

Nec male his aptes illud Augustini: *Inferre bella finitimis, & inde in cetera procedere, ac populos sibi non molestos, sola regni cupiditate, conterere, qvid* Lib. IV. de Civit. Dei. c. VI.

aliud quam grande latrocinium nominandum est? De talibus bellis Vellejus; *Bella non causis inita, sed prout eorum merces fuit.* Apud Ciceronem legimus de Officiis primo: *Ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, si justitia vacat, non modo virtutis non est, sed potius * immanitatis omnem humanitatem repellentis.* Andronicus Rhodius: οἱ μεγάλων ἕνεκα κερδῶν λαμβάνοντες ὅθεν οὐ δεῖ, πονηροὶ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄδικοι καλοῦνται. οἷοί εἰσιν οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς πόλεις πορθοῦντες. *Qui magni compendii sua causa accipiunt, unde non oportet, hi pravi, impii, injusti appellantur, * quales sunt tyranni & urbium vastatores.*

***

2. *Immanitas omnem humanitatem repellentis*) Agathias libro II. ὅσοι δὲ κέρδους ἕκατι ἢ δυσμενείας ἀλόγου, μηδὲν ἔγκλημα εὔδικον ἔχοντες, εἴπειτα φοιτοῦσιν ἀνὰ τὴν ὀθνείαν τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας σινόμενοι, οὗτοι δὲ ἀλάζονές εἰσι καὶ ἀτάσθαλοι. *Quis vero aut lucri causa, aut cæco odio, nullam habentes justam querelam, alienas terras invadunt innoxiis noxii, hi homines sunt & superbi & improbi.* Exemplum nobis dat illustre Menander Protector: ὅτι Βαιᾶνος ὁ τῶν Ἀβάρων γάγανος οὐδεμιᾶς ἀφορμῆς ἢ σκήψεως λαβόμενος, οὐδὲ ψευδῆ γοῦν κατὰ ῥωμαίαν αἰτίαν ἀξιώσας τινὰ συνδεῖναι, ἀναισχυντώτατα καὶ βαρβαρικώτατα παρέλυσε τὰς συνθήκας. *Bajanus Avarorum chaganus, nulla occasione aut obtentu, ne conatus quidem causam vel falsam contra Romanos comminisci, inverecunde plane barbarum in morem exuit pacta.*

Quales sunt tyranni) Bene Philo ad Decalogum: ὅσοι τοίνυν τῶν κλεπτῶν ἰσχὺν προσέλαβον, ὅλας συλῶσι πόλεις, ἀλογοῦντες τιμωριῶν, διὰ τὸ ἐπικυδέστεροι τῶν νόμων εἶναι δοκεῖν. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ὀλογαρχικοὶ τὰς φύσεις, οἱ τυραννίδος καὶ δυναστείων ἐπιθυμοῦντες, οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, σεμνοῖς ὀνόμασι τὴν ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικρύπτοντες λυστείαν τ' ἀληθέστερον. *Qui vero furum vires nacti sunt, hi totas prædantur urbes, pœnarum securi, quod supra leges eminere videantur. Tales sunt homines ingenio minime civili, dominatuum & potentatus avidi, magna furta committentes, qui pulchris nominibus magistratuum & imperiorum id obtegunt, quod verius latrocinium appelletur.* Optime conveniunt hæc cum iis, quæ ex Curtio, Justino, Seneca & Augustino producta sunt ad dictum cap. 1. §. 1. libri hujus.

Pyrrho. IV. Alii causas quasi justificas adferunt, quæ, expensæ ad rectam rationem, injustæ reperiuntur: &, ut Livius loquitur, non certamen juris, sed vim quæri apparet. Reges plerosque, ait Plutarchus, duobus nominibus, pacis & belli, tanquam nummis uti, non ad id, quod justum est, sed ad id, quod expedit. Quæ autem sint causæ injustæ, cognosci aliquatenus potest ex justis causis, quas hactenus explicavimus. Rectum enim obliqui est index. Sed perspicuitatis causa summa genera annotabimus.

L. II. c. I. §. 16. & seq. c. 2. §. 13. n. 4. V. 1. Metum ergo ex vicina potentia non sufficere supra diximus. Ut enim

enim justa sit defensio, necessariam esse oportet, qvalis non est, nisi constet, non tantum de potentia, sed & de animo, & qvidem ita constet, ut certum id sit ea certitudine, qvæ in morali materia locum habet.

2. Qvare minime est probanda eorum sententia, qvi justam belli causam statuunt, si vicinus, nulla pactione impeditus, in suo arcem faciat, aut munitionem aliam, qvæ damnum aliqvando dare possit. Nam adversus tales metus contrariæ in suo munitiones, & si qva sunt similia remedia, qværenda sunt, non vis bellica. Injusta igitur bella Romanorum in Philippum Macedonem, Lysimachi in Demetrium, ni alia causa adfuit. Valde mihi placet Taciti illud de Chaucis: *Populus inter Germanos nobilissimus, qviq; magnitudinem suam malo justitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia: qvieti, secretiq;: nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur: idq; præcipuum virtutis ac virium argumentum est, qvod, ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma, ac, si res poscat, exercitus: plurimum virorum equorumq;, & qviescentibus eadem fama.* L. III. c. III. §. X. de mor. Ger. c. 35. Zonaras Paus. L. I.

†††

Minime est probanda eorum sententia) Vid. Dn. Strauch. Ex. Exot. Jur. Pub. 9. n. 35. Gail. 2. Obsero. 69. num 18. ibiqve plur. cit. sed de his qvædam diximus ad L. 2. c. 2. §. 10. Conferatur obiter de alia belli Romani injustitia h. c. §. 16. & L. 2. c. 3. §. 5. n. 4. L. 2. c. 1. §. 1. n. 1. ibiqve annot.

VI. Nec utilitas per jus facit cum necessitate.

VII. Ita ubi laxa est† matrimoniorum copia, negatum aliqvod matrimonium causam bello præbere non potest: qvalem olim Hercules arripuit in Eurytum, * Darius in Scythas. † L. 1. c. 2. §. 21.

***

Darius in Scythas) Antoninus Caracalla in Artabanum Parthorum regem: Vide Xiphilinum.

IIX. Nec magis mutandæ sedis amor, ut, paludibus & solitudinibus relictis, solum fœcundius possideatur: qvam Germanis veteribus bellandi causam fuisse ait Tacitus. Hist. IV. Vict. de Ind. Rel. 1. n. 31.

IX. Æqve est improbum, inventionis titulo sibi vindicare ea, qvæ ab alio tenentur, etiamsi is, qvi tenet, sit improbus, †† de Deo male sentiens, aut hebetis ingenii. Nam inventio est eorum, qvæ nullius sunt. †† L. 2. c. 20. §. 44. seqq. §. 48.

X. 1. Neqve ad dominium reqviritur aut virtus moralis, aut religiosa, aut intellectus perfectio: nisi qvod hoc videtur posse defendi, si qvi sint populi omnino destituti à rationis usu, eos dominium non habere, sed ex caritate tantum iis deberi, qvæ ad vitam sunt necessaria. Nam qvæ alibi diximus de sustentatione dominii, qvam pro (a) infantibus & amentibus facit jus gentium, ad eos populos pertinet, cum qvibus est pactorum commercium: tales autem non sunt populi, si qvi reperiuntur toti amentes, de qvo merito dubito. (a) L. II. c. III. §. VI. Vict. de bello, n. 5, 6, 7, 8. Id. L. II. n. 18. Plato de Repub. L. II. c. 3. Eurip. Hecuba.

Liv. lib. XXXI. Iso. Panath.

2. Male ergo Græci Barbaros, ob morum diversitatem, forte & qvod ingenio cedere viderentur, hostes sibi qvasi naturaliter dicebant. Qvatenus autem ob peccata gravia, & naturam aut societatem humanam impugnantia, auferri dominium possit, alia est qvæstio, & modo, cum de pœnarum jure † ageremus, nobis tractata.

† h. L. c. XX. §. 40.

XI. Sed * nec libertas, sive singulorum, sive civitatum, id est αὐτονομία, qvasi naturaliter, & semper qvibusvis competat, jus bello præstare potest. Nam libertas cum natura competere hominibus aut populis dicitur, id intelligendum est de jure naturæ (a) præcedente factum omne humanum, & de libertate κατ' στέρησιν, non de ea, qvæ est κατ' ἐναντιότητα, hoc est, ut natura (b) qvis servus non sit, non ut jus habeat, ne unqvam serviat: nam hoc sensu nemo liber est. qvo pertinet illud Albutii: *Neminem natum liberum esse, neminem servum; hæc postea nomina singulis imposuisse fortunam.* Et Aristotelis illud: νόμῳ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον: *è lege venisse, ut alius esset liber, alius servus.* Qvare qvi legitima (c) causa in servitutem, sive personalem sive civilem, devenerunt, contenti sua (d) conditione esse debent, ut & Paulus Apostolus docet, δοῦλος ἐκλήθης, μή σοι μελέτω. *Vocatus es ad servitutem, ne id te torqveat.*

(a) L. 1. c. 2. §. 1. n. 3.
(b) L. 3. c. 7. §. 1. n. 1. Senec. III. contr. 21. I Pol.
(c) L. 2. c. 5. §. 27. n. 1. seq.
(d) h. c. §. XIII. n. 2. L. II. c. IV. §. 14. n. 1. I. Cor. VII. 21.

* * *

Nec libertas sive singulorum sive civitatum, id est αὐτονομία, qvasi naturaliter & semper qvibusvis competat, jus bello præstare potest) Vide Concilium IV. Toletanum, & qvæ nos supra c. IV. hujus Lib. §. 14.

XII. Neq; minus iniqvum, armis subigere aliqvos velle, qvasi †† dignos, qvi serviant, qvos naturaliter servos interdum Philosophi vocant. Non enim, si qvid alicui est utile, id statim mihi licet ei per vim imponere. Nam his, qvi rationis habent usum, libera esse debet utilium † & inutilium electio, nisi alteri jus qvoddam in eos qvæsitum sit. Infantium plane alia est ratio, qvorum regimen, cum ipsi jus exercendæ αὐτοπραγίας actionumq; suarum moderandarum non habeant, occupanti & idoneo natura concedit.

†† L. 1. c. 3. §. 8. n. 4.
† L. 2. c. 5. §. 27. n. 2. Vict. de Ind. n. 24. Rel. 5. s. 2. Ayala de Jure belli, L. I. c. 2. n. 29. Covar. c peccatum. p. 2. §. 9. n. 5. & seq.

†††

Natura concedit) Eligendo tamen inter hos idoneos primario sangvine conjunctos, qvibus deficientibus, ex condigna commiseratione jubet qvoslibet occupantes idoneos pupilli bona administrare: qvamvis inter eos postmodum is, qvi in possessione vel qvasi bonæ administrationis est constitutus, reliqvis præferatur.

XIII. 1. Vix adderem, stultum esse titulum, qvem qvideam tribuunt Imperatori Romano, qvasi ipse etiam in remotissimos & incognitos hactenus populos jus imperandi habeat, nisi Jurisconsultorum diu princeps habitus Bartolus hæreticum ausus ††† esset pronuntiare, qvi id negat; nimirum qvia & Imperator (a) interdum se * mundi dominum vocet, & in Sacris literis imperium illud, * qvod Romaniam posteriores scriptores vocant, appelletur * τῆς οἰκουμένης nomine: qvalia sunt & illa:

Orbem jam totum victor Romanus habebat,

††† Ad L. Hostes. 19. D. de Captivis, Lib. ἀξίωσις. 9. ad L. Rhod.
(a) Vict. l. c. n. 1.

multa-

multaqve similia per complexionem, aut excessum, aut excellentiam dicta: qvippe cũ & in iisdẽ Sacris literis sola* Judæa sæpe veniat nomine τῆς οἰκουμένης. qvo sensu accipiendum dictum vetus Judæorum, medio telluris sitam urbem Hierosolyma, * id est in medio Judææ, sicut in medio Græciæ Delphi similiter dicti urbis umbilicus. Neqve est, qvod qvemqvam moveant Dantis argumenta, qvibus probare nititur, Imperatori jus tale competere, qvia id humano generi expediat. Nam commoda, qvæ adfert, suis compensantur incommodis. Ut enim navis aliqva ad eam magnitudinem pervenire potest, qvæ regi neqveat, sic & hominum numerus & locorum distantia tanta esse, ut unum regimen non ferat.

Luc. II, 1.

Arist. VII. Pol. IV. Silv. verb. Bellum. p. 1. n. 21. Covar. loco citato, n. 9.

***

Mundi Dominum vocet) Ut in Concilio Calcedonensi Actione XI. & XII.

Romaniam posteriores Scriptores vocant) Ut & Athanasius ad Solitarios: id vix sexta pars erat mundi tunc cogniti.

Τῆς οἰκουμένης *nomine*) Philo de legatione: τῶν πλείστων καὶ ἀναγκαιοτάτων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ἃ δὴ καὶ κυρίως ἄν τις οἰκουμένην εἴποι, δυσὶ ποτάμοις ὁριζομένην Εὐφράτῃ τε καὶ Ῥήνῳ. *De pluribus utilissimisq; orbis partibus loqvor, qvas & eminenter aliqvis orbem appellet, definitum amnibus duobus Euphrate & Rheno.*

Judæa sæpe veniat nomine τῆς οἰκουμένης) Hieronymus: *Nomen terræ, etiam cum additur particula omnis, restringi debet ad eam regionem, de qva sermo est.*

Id est in medio Judææ) Discas hoc ex Josephi Lib. III. Belli Judaici.

†††

Qvidam tribuunt Imperatori Romano) *Vid. Ayal. de J. B. lib. 1. c. 2. §. 29.* item *Vasq. Controv. Illustr. l. 1. c. 20. p. 88. n. 10. & seqq.* hæc discutientem elegantissimè. Imò in propatulo est, ne trigesimam qvidem orbis partem Romanis patuisse, ac adeò longè jam latius dominari Hispanos, qvam olim Trajanum, cujus temporibus Imperium qvam maximè patuisse commemorant, *Lampad. de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 9. §. 1.* Longitudo qvippe ejusdem tum fuit graduum 90. laticudo gradum 45. *Marqvard. Freher. ad Petr. de Andl. lib. 2. cap. 18.* Hodie vix decem gradus (adeoqve vix qvadragesima pars) supersunt, *Limn. de J. P. l. 1. c. 9. n. 2.*

2. Deinde vero, concesso hoc expedire, jus imperii non seqvitur, ut qvod, nisi ex consensu aut pœna, nasci neqvit. Ne in omnia qvidem, qvæ olim fuere populi Romani, Imperator Romanus jus nunc habet. multa enim, ut bello qvæsita, ita bello amissa sunt; alia pactionibus, alia derelictione * in aliarum gentium aut regum jus transierunt. Qvædam etiam civitates olim plane subditæ, postea tantum ex parte subditæ, aut tantum inæqvaliter fœderatæ esse cœperunt. Nam omnes modi, aut amittendi aut mutandi juris, non minus adversus Rom. Imperatorem, qvam adversus alios, valent.

* h. c. §. XI. L. V. c. III. §. 8. n. 13. §. 21. n. 11. c. IV. §. 19. n. 1. L. II. c. IV. §. 14. n. 1.

***

In aliarum gentium aut regum jus transierunt) Exemplum sume in Hispania,

nia, de qva vide Gomezium in §. fuerat. num. 5. de Actionibus. Panormitanum in c. Venerabilem. 34. col. 9. de Electione. Jaſonem in L. 1. Cunctos populos. col. 2. C. de ſumma Trinitate. Menochium, conſ. II. num. 102. Cardinalem Tuſchum, Practicarum concluſionum 345. §. Rex Hiſpaniæ. Molinæum in conſ Pariſ. in pr. num. 20. Chaſſanæum de Gloria Mundi, parte V. conſid. 28. Azorium Inſtitutionum moralium lib. II. c. 5. p. 2.

Vict. de Ind. Relect. 10. n. 9. & ſeq. Ayala L. 1. c. 2. n. 29. de Jure Bell.

XIV. 1. Sed & Eccleſiæ jus fuerunt, qvi adſererent, etiam in populos ignotæ hactenus partis terrarum, cum tamen ipſe Paulus Apoſtolus aperte dixerit, eos, qvi extra Chriſtianiſmum ſunt, judicandi ſibi jus non eſſe: τί γὰρ μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; I. Cor. V, 12. Et qvod jus Apoſtolis judicandi competiit, qvanqvam enim ad res terrenas ſuo modo pertinebat, erat tamen cœleſtis, ut ita dicam, non terreſtris ingenii, exercendum ſcilicet non per arma & flagra, ſed per verbum Dei generaliter propoſitum, & ad circumſtantias peculiares aptatum, per ſigillorum divinæ gratiæ exhibitionem aut negationem, prout cuiq; conduceret: poſtremo loco etiam per vindictam, non naturalem, ſed natura ipſa ſuperiorem, ac proinde à Deo procedentem: qvalis in Anania, Elyma, Hymenæo, & aliis apparuit.

Joh. XIIX. 36. Vid. Petr. Dam. L. IV. epiſt. 9. & Bern. Epiſt. 221.

2. Chriſtus ipſe, à qvo omnis poteſtas eccleſiaſtica fluxit, & cujus vita exemplar eſt Eccleſiæ, qva talis eſt, propoſitum, negavit regnum ſuum eſſe de hoc mundo, hoc eſt, ejus naturæ cujus ſunt cetera regna: addens, alioqvi futurum fuiſſe, ut, more aliorum regum, opera militum uteretur. Nunc vero, etiamſi legiones voluiſſet poſcere, popoſciſſet non hominum, ſed Angelorum, Matth: XXVI, 53. Et qvicqvid fecit pro jure ſuæ poteſtatis, id fecit non humana, ſed divina virtute, etiam tum, cum nundinatores è templo ejecit. Flagrum enim tum qvoq; divinæ iræ erat ſignum, non inſtrumentum; ut alias ſputum & oleum * ſignum medendi, non remedium. Auguſtinus ad indicatum Johannis locum: *Audite ergo Judæi & gentes: audi circumciſio: audi præputium: audite omnia regna terrena: * non impedio dominationem veſtram in hoc mundo: regnum meum non eſt de hoc mundo. Nolite metuere metu vaniſſimo, qvo Herodes ille major, cum Chriſtus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, qvam iraſcendo crudelior. Regnum, inqvit, meum non eſt de hoc mundo. qvid vultis amplius? Venite ad regnum, qvod non eſt de hoc mundo: Venite credendo, & nolite ſevire metuendo.*

* * *

Signum medendi) Bene hoc explicat Abulenſis ad Matth. IX.

Non impedio dominationem veſtram in hoc mundo) Hilarius Arelatenſis: *Non enim ad hoc venerat Chriſtus ut alienam invaderet gloriam, ſed ut ſuam donaret, non ut regnum terreſtre præriperet, ſed ut cœleſte conſerret.*

Joh. IX, 6.

† † †

Nundinatores è templo ejecit) Vide reſolutionem qvæſtionis: utrum Zelotarum jus, in negotiatoribus & nummulariis flagello à Domino noſtro Jeſu Chriſto è templo ejiciendis,

ficiendis, locum habuerit? apud *Selden. de J. & J. secund. Disciplin. Hebr. L. 4. cap. 5. pag. 507. & seqq.*

3. Episcopo inter cetera interdicit Paulus, ne percussor sit, I. Tim. III, 2. ἀνάγκῃ κρατεῖν, *imperare imposita necessitate*, ea scilicet, qvæ ex humana vi proficiscitur, regum esse, non Episcoporum, * dixit Chrysostomus. Et alibi: *Non est nobis data potestas, ut auctoritate sententiæ* (talis scilicet, qvæ jus exsequendi per manum regiam, aut militarem, * aut juris qvaliscunqve humani ademtionem in se contineat) *cohibeamus homines à delictis*: Et Episcopum officio suo fungi ait οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα, *non cogendo, sed svadendo*. Et ex his qvidem satis apparet, Episcopos, qva tales sunt, jus regnandi in homines humano more nullum habere. * Hieronymus regem & Episcopum comparans: *Ille nolentibus præest, hic volentibus.*

L. 1. c. 2. §. 10. n. 9. seqq. Act. Ap. hom. III. epist. ad Tit. hom. I. ep. 1 ad Thess. hom. IV. de Sacerd. Lib. II.

***

Dixit Chrysostomus) Verba ejus sunt de Sacerdotio libro II. μάλιστα μὲν οὖν τοῖς χριστιανοῖς οὐκ ἀφεῖται πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτανόντων παίσματα. ἀλλ' οἱ μὲν ἔξωθεν δικασταὶ τοὺς κακούργους, ὅταν ὑπὸ τοῖς νόμοις λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄκοντας τοῖς τρόποις κωλύουσι χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν, ἐνταῦτα δὲ οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν τοιοῦτον. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοιαύτη, παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας. οὔτε, εἰ καὶ ἐδέδοτο, ἔχομεν ὅπου καὶ χρησώμεθα τῇ δυνάμει, οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει ταύτης ἀπεχομένους στεφανοῦντος τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς μηχανῆς ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες. *Omnium maxime Christianis non licet vi castigare sontium delicta. Seculi qvidem judices, ubi maleficos sub legum potestatem nacti sunt, multum potestatis jus exercent, &, invitos qvamvis, prohibent ex suopte ingenio vivere. At apud nos non cogendo, sed svadendo, id agendum est, ut, qvi ejusmodi sit, melior evadat. Neq; enim nobis à legibus ad coërcendos peccatores potestatis jus datum est, &, si datum maxime esset, locus non esset juris ejus exercendi, cum Deus coronet non eos, qvi necessitate, sed qvi voluntate libera à malo abstinent: qvare multo labore opus, ut persvadeantur morbidi sponte sua se præbere sacerdotali curationi.* Et mox: οὐ γὰρ ἑλκύσαι πρὸς βίαν ἐστὶν, οὐδὲ ἀναγκάσαι φόβῳ. *Neq; enim, qvi à fide aberrat, vi pertrahi, imo nec metu compelli potest.* Idem ad Ephes. IV. εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειρίσθημεν οὐκ εἰς ἀρχὴν, οὐδὲ εἰς αὐθεντίαν, συμβούλων τάξιν ἐπέχομεν παραινοῦντων. ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ περὶ ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν λεγομένων αἱρέσεως κύριον. *Ad docendos vero homines constituti sumus, non ad imperium, non ad exercitium potestatis. Consiliariorum locum obtinemus svadentium, qvi consilium dat, de suo dicit: auditorem non cogit, sed liberam ei relinqvit electionem circa ea, qvæ dicuntur.* Ambrosius libro II. de Cain & Abel. cap. 4. *Sacerdos qvidem*

officium ſuum exhibet, at nullius poteſtatis jura exercet. Citatur c. verbum. 51. de pœnitentia, diſtinct. I.

Aut juris qualiscunq; humani ademtionem) Ad reges enim, non ad Eccleſiam pertinet judicare de feudis, *c. 13. novit. de judiciis:* de poſſeſſionibus, c. cauſam qvæ inter 7. *Qui filii ſint legitimi.* Reges enim ſuperiorem in temporalibus minime recognoſcunt, c. per venerabilem. 13. eod. tit. *Chriſtus voluit, ut Chriſtiani Imperatores pro vita æterna Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium rerum Imperialibus legibus uterentur, qvatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minime ſecularibus negotiis ſe implicaret,* c. qvoniam. 8. diſtinct X. & c. cum ad verum. 6. diſtinct. XCVI. unde aliena non ſunt, qvæ libro primo ſunt poſita, c. II. §. ultimo, n. 10. ex ſexto & octuageſimo canone eorum, qvi Apoſtolici dicuntur, & qvæ in eam rem ibi plura in textu notisqve afferuntur.

Hieronymus) Idem in Epitaphio Nepotiani: *Minus licet Epiſcopo, qvam Regi. Illa enim nolentibus præeſt: hic volentibus. Ille terrori ſubjicit, hic ſervituti donatur.* Caſſiodorus lib. XI. in epiſtola ad Epiſcopos: *Epiſcopus doceat, ne judex poſſit invenire, qvod puniat.* Fredericus Primus Imperator apud Guntherum Ligurino de Pontifice:

Eccleſiam regat ille ſuam, divinaqve jura
Temperet: imperium nobis faſcesq; relinqvat.

Suenonem Daniæ regem excommunicatum, cum Roſchildenſis Epiſcopus Wilhelmus ab ingreſſu Eccleſiæ oppoſitu baculi paſtoralis arceret, & regii capulis admoverent manum, fecit qvod Epiſcopi erat, & cervicem porrexit. Adde qvæ ſupra habuimus libro I. c. 2. §. 5. it. cap. 4. §. 5. n. 2.

†††

Qui tales ſunt) Secus ſi duplicem perſonam repræſentent; prout hoc à tempore Brunonis, Fratris Ottonis Magni & Epiſcopi Colonienſis, poſtqvam Ille Lotharingiæ ducatum acceperat, in Imperio noſtro Romano-Germanico obſervatum conſtat, *add. Dn. Strvv. Synt. Jur. E. cap. 1. aph. 4. n. 6. cap. 3. aph. 7. n. 3.*

4. An vero reges ipſi iis, qvi Chriſtianam religionem rejiciunt, arma
h. l. c. 20. §. 48. qvaſi pœnæ nomine inferri poſſint, ſupra capite de † pœnis à nobis diſqviſi-
ſeqq. Ayal. l. c. tum eſt, qvantum inſtituto ſufficit.
n. 30.

XV. Hoc qvoqve monebo non fruſtra, ſed qvia, veteribus recentia conferens, magnum malum, ni caveatur, prævideo, juſtam belli cauſam non dare * ſpem conceptam ex aliqva divinorum vaticiniorum explicatione. Nam, præterqvam qvod, * qvæ nondum impleta ſunt, oracula interpretari certo vix contingit ſine prophetico ſpiritu, etiam rerum certarum latere nos poſſunt tempora. Ac poſtremo, prædictio, niſi expreſſum adſit Dei mandatum, jus nullum dat, cum Deus, qvæ prædixit, ſæpe per improbos homines, aut pravas actiones, ad exitum ire permittat.

Spem

***

Spem conceptam ex aliqua divinorum vaticiniorum explicatione) Vide de Theodoro qvodam, Gratiani tempore, Zosimum & Ammianum Marcellinum: de Joanne Cappadoce Procopium Persicorum II. & Leunclavium historiæ Turcicæ libro XIIX.

Qvæ nondum impleta sunt oracula interpretari certo vix contingit sine prophetico spiritu) Clausi enim obsignatiqve sunt libri Prophetici ad præfinitum usq; tempus, ita ut intelligi neqveant, Danielis XII,4,8,9. Hieronymus ad Danielem: *Si Propheta audivit & non intellexit, qvid facient hi, qvi signatum librum & usq; ad tempus consummationis multis obscuritatibus involutum præsumtione mentis edisserunt?* Procopius Gotthicorum II. τῶν γὰρ Σιβύλλης λόγων τὴν διάνοιαν πρὸ τοῦ ἔργου ἐξευρεῖν ἀνθρώπῳ οἶμαι ἀδύνατα εἶναι. *Sibyllinorum oraculorum sensum ante rei eventum invenire existimo supra hominem esse.* Mox: ταύτη τε ἀδύνατά ἐστιν ἀνθρώπῳ ὁτῳοῦν πρὸ τοῦ ἔργου τῶν Σιβύλλης λόγων ξυνεῖναι ἢν μὴ καὶ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐκβάντος ἤδη τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ λόγου εἰς πεῖραν ἐλθόντος, ἀκριβὴς τοῦ ἔπους ἑρμηνευτὴς γένηται. *Fieri neqvit, ut homo qvaliscunqve ante exitum Sibyllina oracula intelligat, sed exspectandum, donec ipsa dies, re jam consummata & verbis experiendo comprobatis, certa fiat carminum interpres.* Gregoras libro V. ἀλλ' ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα τῶν χρησμωδουμένων δυσείκαστά ἐστι καὶ δυσξύμβολα καὶ πλείστας δεχόμενα τὰς ἀνελίξεις καὶ ἀναπτύξεις μέχρι αὐτῆς ἐκβάσεως, οὕτως καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς ἐπλάνα τοὺς πλείστους. καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον μέχρις αὐτῆς τελευτῆς, ὡς εἰρήσεται. ἐξ ἀνθρώπων δὲ αὐτοῦ γενομένου αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρησμὸς διεσάφησεν. *Sicut & prædictiones aliæ difficillimæ conjectu interpretatuq; sunt, qvod & multa habeant involucra, & explicationes recipiant multas: ita & hoc oraculum decepit omnes, ipsumq; Imperatorem, qvamdiu ei vita mansit. Eo autem erepto rebus humanis ipsum semet oraculum hominibus aperuit.* Cavete vobis nimis audaces Theologi: cavete vobis à nimis audacibus Theologis Politici. Dignùs, qvi inspiciatur, locus apud Thuanum libro LXXIX. in anno cIↃ IↃ LXXXIII. de Jacobo Brocardo.

XVI. Illud qvoq; sciendum est, si qvis qvid debet non ex justitia propria, sed ex virtute alia, puta liberalitate, gratia, misericordia, dilectione, id, sicut in foro exigi non potest, ita nec armis deposci. Nam ad utrunqve horum non sufficit, ut id, qvod postulatur, sit ex morali ratione faciendum, sed præterea opus est, in nobis jus † qvoddam sit ad illud, qvale jus interdum leges divinæ & humanæ dant etiam circa debita aliarum virtutum. qvod cum fit, nova tunc debendi ratio accedit, qvæ jam ad justitiam pertinet. Id cum deest, injustum ex hac causa bellum est, ut Romanorum †† in regem Cypri, tanqvam ingratum. Nam qvi beneficium dedit, nullum habet jus ad reposcendam gratiam: alioqvi contractus esset, non beneficium.

† h. L. c. XI. §. 3. c. XIII. §. 17. c. XIV. §. 6. n. 1. c. XVII. §. 2. n. 2. c. XXV. §. 3. n. 4.

†† h. c. §. 5. n. 2.

Franſc. Vict. de Jure bell. Rel.6.n.1. ſeqq.

XVII. 1. Notandum & hoc, ſæpe accidere, ut bello cauſa qvidem juſta ſubſit, ſed vitium actioni accidat ex animo agentis: ſive qvod aliud qviddam, non illicitum per ſe, magis & principalius animum movet, qvam jus ipſum, puta * honoris ſtudium, aut utilitas aliqva, ſive privata ſive publica, qvæ ex bello ipſo ſeorſim à cauſa ſua juſtifica conſiderato exſpectatur. ſive qvod adeſt affectus plane illicitus, ut gaudium acqviescentis in malo alieno ſine boni reſpectu. Sic Ariſtides de Societate ſecunda Phocenſes, ait, merito periiſſe, at non bene feciſſe Philippum, cum eos perderet; qvippe non religioni ſtudentem, qvod præferebat, ſed augendo imperio.

***

Honoris ſtudium) Qvod vitium maxime nobis virtutis qvadam imagine blanditur. Sed recte monet Auguſtinus libro III. de civitate Dei, cap.14. *Satius eſt, cujulibet inertiæ pœnas luere, qvam illorum armorum gloriam qværere.* Repete qvæ ex Agathia ſupra poſuimus hic ad §. 3.

2. *Una & ea vetus cauſa bellandi eſt*, inqvit Salluſtius, *profunda cupido imperii & divitiarum. Aurum & opes præcipuæ bellorum cauſæ*, apud Tacitum. & in Tragœdia:

† Sen. Hipp. contra Fauſtū, lib. XII. c. 74. Covar. d. §. 1. n. 2. Cajet. 2, 2. q. 40. art. 1. Silv. in verb. Bellum. n. 2. Summa Ang. in verbo bellum. n. 5. Sum. noſtrib n. 3. & 8. Th. 2, 2, 66, 8.

† *Rupere fœdus impius lucri furor*
Et ira præceps.

Qvo & Auguſtini illud recte referas. *Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qvæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, qvæ in bellis jure culpantur.*

3. Sed hæc, ubi cauſa juſtifica non deeſt, peccatum qvidem arguunt, ipſum tamen bellum proprie injuſtum non faciunt, unde nec ex tali bello reſtitutio debetur.

CAPUT XXIII.
De cauſis dubiis.

I. Dubitandi cauſæ in moralibus unde.
II. Nihil faciendum contra animi dictamen qvamvis errans.
III. Judicium in alteram partem duci argumentis rerum.
IV. Aut auctoritate.
V. Si utrinq; dubitetur in re gravi, & alterum ſit eligendum, ſumendum qvod eſt tutius:
VI. Unde ſeqvi, tali caſu à bello abſtinendum.
VII. Id autem vetari poſſe colloqvio.
VIII. Aut arbitrio: ubi de Chriſtianorum regum officio circa partes bellantes:
IX. Aut etiam ſorte.
X. Certamen ſingulare ad vitandum bellum an permitti poſſit.
XI. Meliorem eſſe conditionem poſſidentis in pari dubio.
XII. Si neuter poſſideat, in pari dubio rem dividendam.
XIII. An bellum utraq; ex parte juſtum detur multis diſtinctionibus explicatur.

Ve-

I. Eth. Nic. I.

I.

VEriſſimum eſt, qvod ſcripſit Ariſtoteles, in moralibus non æqve, ut in mathematicis diſciplinis, certitudinem inveniri, qvod eo evenit, qvia mathematicæ diſciplinæ à materia, omni formas ſeparant, †† & qvia formæ ipſe tales plerumq; ſunt, * ut nihil habeant interjectum, ſicut inter rectum & curvum nihil eſt medii. At in moralibus circumſtantiæ etiam minimæ variant (a) materiam, & formæ, de qvibus agitur, * ſolent habere interjectum aliqvid ea latitudine, ut modo ad hoc, modo ad illud extremum propius accedatur. Ita enim inter id, qvod fieri oportet, & inter id, qvod fieri nefas eſt, medium eſt, qvod licet; ſed modo huic, modo illi parti propinqvius: † unde ambiguas ſæpe incidit, ut in crepuſculo, aut in aqva frigida calefcente. Et hoc eſt, qvod ait Ariſtoteles, ἔστι χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρίνειν ποῖον αὐτὶ ποίᾳ αἱρετέον, *qvid cui anteponendum ſit, difficilis ſæpe eſt judicatio.* Andronicus autem Rhodius: τὸ κατ' ἀλήθειαν δίκαιον δυσχερές ἐστι & δοκοῦν διελεῖν: *difficile eſt, id, qvod vere juſtum eſt, ab eo, qvod tale videtur, diſcernere.*

†† Proleg. §. LIIX.

(a) L. II. c. 1. §. 1. n. 1. L. 3. c. 1. §. 2.

† L. I. c. I. §. XVII. n. 2. L. III. c. IV. §. 2. n. 2.

III. Nic.

***

Ut nihil habeant interjectum) in his mutatio fit εἰς τὸ ἀντικείμενον, in aliis εἰς τὸ μεταξύ.

Solent habere interjectum aliqvid) Vide Chryſoſtomum ad IV. Epheſiorum II. Moral.

II. 1. Primum autem illud eſt tenendum, etiamſi qvid juſtum re ipſa eſt, ſed ab eo fit, qvi, omnibꝰ expenſis, injuſtum id exiſtimat, actum eſſe vitioſum. Hoc enim eſt, qvod dicit Paulus Apoſtolus, qvicqvid non fit ex fide, peccatum eſſe: * qvo in loco fides animi judicium de re ſignificat. Nam vim judicatricem humanis actionibus ducem Deus addidit, qva contemta, obbruteſcit animus.

Rom. XIV, 23.

***

Qvo in loco fides animi judicium de re ſignificat) Eodem tendunt in eadem Pauli epiſtola eodem capite iſta: ἕκας & ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω; *unuſqviſque ſui ſenſus ſibi certus ſit.* &: μακάριος & ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει; *beatus ille, qvi, qvod præfert, in eo ſui damnator non eſt.* Ambroſius: *Peccatum eſt, qvod aliter ſit, qvam probatum eſt.* Seqvitur Auguſtinus, citati ambo à Gratiano poſt cap. 14. cauſa 28. qvæſt. 1. Non longe hinc abit illud Plutarchi in Timoleonte: δεῖ δὲ μάλιστα τὴν πρᾶξιν εἶναι καλὴν & δικαίαν. ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀφ' ἧς πράττεται μόνιμον καὶ ἀμεταπτωτον, ἵνα πράττωμεν δοκιμάσαντες; *Requiritur non modo, ut qvod agitur, ſit honeſtum juſtumqve, ſed ut firma ac conſtans adſit perſvaſio, unde fiat actio, ut, qvod fit, fiat ideo, qvod animus ita faciendum judicaverit.*

†††

Actum eſſe vitioſum) Exemplum habemus in *l.* 46. *ſ.* 8. *de Furt.* contra qvem nil facit *l.* 43. *ſ.* 1. *h. t.* Probè namqve diſtingvendum inter furtum morale & civile, qvod poſterius pœnam reſpicit politicam.

De Off. L. 1. Covarr. tom. I. de matr. p. 2. c. 7. §. 2. n. 9.

2. Sæpe autem accidit, ut judicium nihil certi monstret, sed hæsitet: qvæ hæsitatio, si attenta consideratione expediri neqveat, seqvendum erit illud Ciceronis: *Bene præcipiunt, * qvi vetant qvicqvam agere, qvod dubites, æqvum sit an iniqvum.* Hebræi magistri dicunt: זם קלתסה הספק *abstine te à re dubia.* Sed locum habere non potest, ubi alicui omnino alterutrum est faciendum, & de utroq;, an æqvum sit, dubitatur: tunc enim licebit ei eligere, qvod minus iniqvum ei videtur. Semper enim, ubi electio evadi non potest, minus malum rationem induit boni: τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν, ait Aristoteles: Cicero, *de malis minima.* Qvintilianus, *In comparatione malorum, boni locum obtinet levius.*

Nic. II. c. 9. Cic. Off. III.

***

Qvi vetant qvicqvam agere qvod dubites) Plinius lib. I. epist. 19. *Qvod dubitas non feceris.*

Vasq. 1. 2. disp. 62. c. 1. num. 1. Med. 1. 2. q. 14.

III. Plerumq; vero in rebus dubiis post examen aliqvod animus non in medio hæret, sed huc aut illuc ducitur * argumentis ex re petitis, aut ex opinione, qvam habet de aliis hominibus, sententiam super ea re pronunciantibus. Nam & hic verum est * illud Hesiodi, præstantissimum esse per se sapere; proximum, duci aliena ope. Argumenta ex re petuntur, è causis, effectis, & adjunctis aliis.

***

Argumentis ex re petitis, aut ex opinione, qvam habet, de aliis hominibus) Augustinus lib. III. de ordine: *Duplex est via, qvam seqvimur, cum rerum nos obscuritas movet, aut rationem, aut certe auctoritatem.* Explicat hoc Gabriel Vasqvez. disput. LXII. cap. 3. num. 10.

Illud Hesiodi) Usus est Minutius post malam pugnam apud Livium libr. XXII. *Eum primum esse virum, qvi consulat, qvid in rem sit: secundum eum, qvi monenti obediat: qvi nec ipse consulere nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse.* Et pro A. Cluentio Tullius: *Sapientissimum esse dicunt eum, cui qvod opus sit ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qvi alterius bene inventis obtemperet.* Hesiodi versus, unde hæc fluxere, sic habent:

οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πιθηται.
ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέην, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖ ἀχρήϊος αἰήρ.
Ille qvidem ante omnes, per se ipse qvid utile, qvid non,
Qvi videt, & longe fines prospectat agendi:
Qvi bene consultis didicit parere, secundus:
At qvi consiliis pollet nihil ipse, nec audit
Suadentes alios, nullos homo vivit ad usus.

IV. 1. Sed

IV. 1. Sed ad hæc recte noscenda usu qvodam & peritia opus est; qvam qvi non habent, ut activum judicium recte conforment, tenentur audire sapientum consilia. Nam ἔνδοξα, sive probabilia sunt, Aristotele teste, qvæ omnibus videntur, aut plurimis, aut certe sapientibus; iisqve rursum aut omnibus, aut pluribus, aut præstantioribus. Et hac via judicandi maxime utuntur reges, qvibus artium momenta ediscere aut expendere vix vacat. Vict. de Ind. rel. 1. n. 12. & de Jure bell. 21. & 24. Arist. I. Top. cap. 1.

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Dat sapere regi turba sapientum comes.

Aristides de concordia ad Rhodios ait, sicut in facti qvæstionibus id pro vero habetur, unde plures maximeqve idonei stant testes, ita sententiarum eas seqvendas, qvæ plurimis præstantissimisqve nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non nisi consulto collegio fecialium ad id instituto, Imperatores Christiani vix nisi auditis Episcopis, bella suscipiebant, ut, si qvid esset, qvod religionem posset injicere, ejus monerentur.

V. 1. Accidere autem in multis controversiis potest, ut ab utraq; parte probabilia se ostendant argumenta, sive intrinseca, sive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, si res mediocres sunt, de qvibus agitur, videtur vitio carere posse electio, in utramvis partem ceciderit. At si de re magni momenti, ut supplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum discrimen, qvod est inter eligenda, * præferenda est pars tutior, ut dici solet:

In istam partem potius peccato tamen,

Ideo satius est, nocentem absolvere, qvam innocentem condemnare.

* * *

Præferenda est pars tutior) Ammianus Marcellinus libro XXIIX. *Si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa lenitas: qvæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est.* Et hoc explicat Vasqvez dicto libro, c. 4. num. 21.

† † †

Satius est nocentem absolvere) *l. 5. pr. ff. de Pœn.* Debent enim in criminalibus probationes luce meridianâ esse clariores, *l. 25. C. de probation. Jul. Clar. 5. sentent. §. fin. q. 63. num. 9. & seqq.*

2. Scriptor problematum, qvæ Aristotelis nomen præferunt: ἕκαστος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τοῦ ἀδικοῦντος ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἢ τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς ἀδικεῖ (qvibus in verbis vulgo pro ἀδικοῦντος, legitur μὴ ἀδικοῦντος, & contra.) *Nemo est nostrum*, ait, *qvi non malit absolvere, qvamvis nocentem, qvam damnare innocentem.* Et mox addit rationem, qvam jam dedimus: ἔστι γὰρ ὅταν τις ἀμφιδοξῇ, ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον. *Nam ubi qvis dubitat, eligendum, in qvo minus delinqvitur:* Antiphon: εἰ δέον τι ἁμαρτεῖν τὸ ἀδίκως ἀπολύσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι τοιμὴν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι, ἀσέβημα. *Si errandum est, sine jure absolvere, qvam per injuriam condemnare est sanctius. Nam in illo error est, in damnatione insontis facinus.* Sect. 29.

VI. Ma-

VI. Maximi autem momenti est bellum, ut ex qvo mala plurima, etiam in innocentes, seqvi soleant: Ideo inter sententias alternantes vergendum ad pacem. Laudatur Silio Italico Fabius:

Lib. I.

cauta speculator mente futuri,
Nec lætus dubiis parvisq́; lacessere Martem.

Tres autem sunt modi, qvibus vitari potest, ne controversiæ in bellum erumpant.

VII. 1. Primum est, (a) colloqvium: *Cum † duo sint genera disceptandi,* ait Cicero, *unum per disceptationem, alterum per vim, cumq́; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet priore.* Et Terentius:

(a) L. 3. c. 1. §. 18. c. 24. §. 3. † L. 1. c. 2. §. 1. n. 7. De off. I. Vict. de jure bell. n. 28.

** Omnia prius experiri, qvam armis, sapientem decet:*
Qvi scis, an, qvæ jubeam, sine vi faciat?

Apollonius Rhodius dixit: Μηδ' αὔτως ἀλκῇ πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι. Et Euripides:

Λόγοισι πείσων. εἰ δὲ μὴ βίᾳ δορός.
Verbis impetrabo; sin neqveo, manu.

Idem reprehendit Supplicibus civitates, qvæ hanc viam omitterent:

Et vos qvoq́; urbes, qvæ qvod est verbis natum
Transigere, potius fertis ad cædem arbitram.

Achilles Iphigenia in Aulide:

Si paret æqvo, nil mea vobis ope
Opus est. salutis est in hoc uno satis.
Ego simul amici gratiam servaverim.
Minusq́; vitio vertet omne agmen mihi,
Ratione si rem gesserim, non viribus.

Qvod in Phœnissis apud Euripidem legimus:

πᾶν γὰρ ἐξαίρει λόγος
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν;

id auctum sic extulit apud Livium Phaneas: ** multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittere, qvæ bello & armis cogi non possint.* Mardonius apud Herodotum Polymnia Græcos culpat hac in parte: τοὺς χρεὼν ἐόντας ὁμογλώσσους, κήριξί τε διαχρωμένους καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι. *qvos oportuit, cum ejusdem essent lingvæ, caduceatorum & legatorum opera, non præliis, controversias tractare.*

* * *

Omnia prius experiri, qvam armis,) Dionysius Halicarnassensis in excerptis legationum: μὴ πρότερον ἄρξαι τῶν ἔργων πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων, *non ante ad res veniendum est qvam tentata sit verborum via.* Menelaus apud Libanium: πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ

τοῖς

τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾷν ἀνθρωπινώτερον θήπουθεν. *Homini convenientius, prius verborum experimentum facere, quam statim ad arma prosilire.* Non abeunt hinc illa chori dicta in Euripidis Helena: à v. 1165.

τὸ θεῶν
ἔπος ἀληθὲς εὗρον
ἄφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ
κτᾶσθε, δορὸς ἀλκαίου
λόγχαισι καταπαυόμενοι
πόνους θνατῶν ἀπαθῶς.
εἰ γὰρ ἅμιλλα κρίνειν νιν
αἵματος, οὔ ποτ' ἔρις
λείψει κατ' ἀνθρώπων πόλεις.
Deorum verbum verum esse reperi.
Stulti nimium, queis virtutis
Mensura placet unica, ferrum;
Quibus humani pausa laboris
Non nisi sævo quæritur ense:
Nam si virtus sangvine tantum
Spectanda venit, nunquam discors
Furor infestas deseret urbes.

Multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non possint) Donatus ad Evnuchum: *Pervulgatum est enim, quod summa vi defenderis, quum extorquetur, hoc idem postmodum remitti remittenti.*

†††

Primum est colloquium) Cautelas vide in *annot. ad L. 3. c. 24. §. 3.*

2. Coriolanus apud Halicarnassensem: τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τούτου πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογοῦσιν εἶναι καλόν. *Si quis non aliena cupiat, sed sua postulet, atq; iis non impetratis bellum moveat, id omnium confessione æquum est.* Apud eundem Halicarnassensem rex Tullus, *quæ verbis componi nequeunt, ea armis* ait *decerni.* Apud Tacitum Vologeses: *æquitate quam sangvine, causa quam armis retinere parta majoribus malueram.* Et rex Theodoricus: *Tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud adversarios justitia non potest invenire.* Lib. XV. Arm. cap. II. Cass. III. Var. I.

IIX. 1. Alterum est inter eos, qvi communem judicem nullum habent, * compromissum: ἐπὶ τὴν δίκας διδόντα οὐ νόμιμον ὡς ἐς ἀδικοῦντα ἰέναι, ait Thucydides: *In eum, qvi arbitrum accipere paratus est, nefas, ut in injuriosum ire.* Sic de regno Argivo Adrastus & Amphiaraus Eriphylæ judicium permiserunt narrante Diodoro. De Salamine inter Athenienses & Megarenses lecti judices tres Lacedæmonii. Apud dictum modo Thucydidem Corcyrenses Corinthiis significant, paratos se disceptare controversias apud Peloponnesi civitates, de qvibus inter ipsos convenisset. Et Periclem laudat Aristides, L. III. c. XX. §. 46. n. 1. L. II. c. VII. §. 27. num. 2.

qvod, ut bellum vitaretur, voluerit δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων, *de controversiis arbitros sumere.* Et Isocrates oratione adversus Ctesiphontem laudat Philippum Macedonem, qvod, qvas habebat cum Atheniensibus controversias, de iis paratus esset ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, *arbitrium permittere alicui civitati æqvæ utriq; parti.*

***

Compromissum) Spreta plerumqve potentioribus via. Vide Connestagium de conjunctione regnorum Castellæ & Portugalliæ. Digna tamen, qvam insistant æqvi & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi, qvorum in textu memoria. Addamus alios: Arbitri sumti inter Magnum Norvvagiæ & Canutum Daniæ reges de regno utroqve certantes. Nempe qvomodo Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. Magnus rex Svediæ arbiter sumtus inter Ericos duos Daniæ & Norvvagiæ reges. de Salamine inter Athenienses & Megarenses judices capti Spartiatæ qvinqve, Critolaidas, Amompharetus, Hypsechidas, Anaxilas, Cleomenes, Plutarchus Solone. In federe Lacedæmoniorum & Archivorum apud Thucydidem V. δίκας διδόντας κατὰ πάτρια, *qvi stare arbitris volent more avito.* Et mox: εἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσι δοκοίη. *Si qva sociarum civitatum cum socia civitate controversiam habeat, rem deferant ad civitatem, qvæ utrisq; æqva videbitur.* Est utrumq; apud Thucydidem libro V. M. Antoninum multi extra Romanum Imperium populi controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumsere; meminit Victor & alii. Apud Procopium Gotthic. III. Gepidæ Langobardis dicunt: δίκῃ γὰρ διαλύειν τὰ διάφορα ἐν παρδῇ ἔχομεν. δικάζεσθαι δὲ οἷς ἂν παρδάζεται, βιάζεσθαι οὐδεμῇ πρόσεστιν. *Arbitro sumto dirimere controversa parati sumus. at, qvi stare judicio volunt, eos vi impetere iniqvum est.* Apud eundem Gotthicorum IV, Theidibaldus Franc. rex paratum se ostendit judicem accipere de iis, qvæ Romani disputabant. Vide & qvid olim Romani Philippo significaverint apud Polybium excerpto legationum n. 4. & qvod est in federe Antiochi ex eodem Polybio itidem in excerptis n. 35. Rex Angliæ judex de Scotiæ successione: Comes Holsatus inter Regem Daniæ & fratres, Pontano memorante historiæ Danicæ libro VII. Adde exempla apud Marianam libro XXIV, cap. 20. XXIX, cap. 23. Parutam libris XII, & XI. Bizarum libro XII. Cranzium libro VI. Saxonicorum c. 15. & nostra infra libro III, cap. XX, §. XLVI.

Liv. Lib. IIX. 2. Sic olim Ardeates & Aricini, postea Neapolitani & Nolani, controversias suas arbitrio populi Romani permiserunt. Et Samnites in controversia cum Romanis ad communes amicos provocant. Cyrus sibi & Assyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controversiis cum Masinissa, ut bellum vitent, ad judicia provocant. Romani ipsi de controversia cum Samnitibus

Xen. Cyr. Lib. II.

apud

apud Livium ad communes socios. Et Philippus Macedo in controversia cum Græcis ait, se arbitrio usurum populorum, cum qvibus pax utrisq; fuisset. Parthis & Armeniis postulantibus Pompejus finibus regendis arbitros dedit. Fecialium Romanorum hoc præcipuum ait officium fuisse Plutarchus: *οὐκ ἐᾶν στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι, ne sinerent prius ad bellum veniri, qvam spes omnes judicii obtinendi periisset.* De Gallorum Druidibus Strabo: *ὥστε καὶ πολέμους διήτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, olim & inter bellantes erant arbitri, ac sæpe jam acie congressuros diremerunt.* Eodem officio functos in Iberia sacerdotes idem testis est.

Lib. IIX. Plutarch. Pomp. Lib. XXXII. Lib. IV. Lib. XI.

3. Maxime autem Christiani reges & civitates tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam si, ut judicia alienorum à vera religione judicum vitarentur, & à Judæis & à Christianis arbitri †† qvidam sunt constituti, & id à Paulo præceptum, qvanto magis id faciendum est, ut majus multo vitetur incommodum, id est bellum? Sic alicubi Tertullianus argumentatur, † non militandum Christiano, ut cui ne litigare qvidem liceat: qvod tamen, secundum ea, qvæ alibi diximus, cum temperamento qvodam est intelligendum.

Vict. de Jure belli, n. 18. †† L. 2. c. 7. §. 27. n. 2. L. 3. c. 20. §. 46. seqq. Mol. disp. 103. §. Qvando inter. † L. I. c. 2. §. 9. n. 2.

* * *

Maxime autem Christiani reges & civitates tenentur hanc inire viam) Gregoras libro X. de Alexandro Bulgaro: *οὐκ ἄξιον εἶναι λόγων Χριστιανοῖς ἀπηνῶς οὑτωσὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξεῖν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρατάττεσθαι. Indecorum esse Christianis tanta cum acerbitate inter se armis certare, cum rationes sint conveniendi ad pacem, & communes vires in impios vertendi.*

Ægid. Reg. de Actib9 supern. disp. 31. du. 4. n. 72. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. & ibi Cajet.

4. Et tum ob hanc, tum ob alias causas utile esset, imo qvodammodo factu necessarium, conventus qvosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos, qvorum res non interest, aliorum controversiæ definiantur: imo & rationes ineantur * cogendi partes, ut æqvis legibus pacem accipiant: qvem & ipsum olim apud Gallos * Druidum fuisse usum Diodoro ac Straboni proditum. Etiam proceribus suis de regni divisione judicium permisisse Francos reges legimus.

* * *

Cogendi partes, ut æqvis legibus pacem accipiant) Vide exemplum apud Cassiodorum III, 1, 2, 3, 4. & Gailium de Pace Publica II, capite XIIX, numero 12.

Druidum fuisse usum) Druidibus hac in parte meliori cum jure, Episcopi successere: vide epistolam Episcoporum ad Ludovicum regem in capitulis Caroli Calvi, & de Episcopis Hispaniæ Rodericum Toletanum libro VII, c. 3.

L. 3. c. 20. §. 42.

IX. Tertia ratio est * per sortem: qvam in hoc commendat Dion Chrysostomus oratione in Fortunam altera: & multo ante Solomo Prov. XIIX. 18.

***

Per ſortem) Vide Auguſtinum de Doctrina Chriſtiana lib. I. cap. 28.

X. 1. Sortis autem affine qvid eſt certamen ſingulare,† cujus uſus non videtur omnino repudiandus, ſi duo,* qvorum controverſiæ alioqvi totos populos graviſſimis malis ſint implicituræ, inter ſe parati ſint armis decernere, ut olim de Peloponneſo Hyllus & Echemus, de regione ad Inachum Hyperochus & Phemius, de Elide Pyræchma Ætolus & Degmenus Epeus, de Iba Corbis & Orſua. Videtur enim id, ſi non ab ipſis recte fieri, certe à civitatibus poſſe acceptari, ut minꝰ malum. Apud Liv. l. I. c. 23. Metius Tullum ſic alloqvitur: *Ineamus aliqvam viam, qva, utri utris imperent, ſine magna clade, ſive multo ſanguine utrimꝰ, populi decerni poſſit.* Strabo vetuſtam hanc fuiſſe ait Græcorum conſvetudinem :*& apud Virgilium Æneas æqvum fuiſſe ait, ut inter ſe & Turnum eo modo res definiretur.

Herod. Pol. Plut. qvæſt. Gr. Strab. IIX. Liv. Libr. xxxix † L. 2. c. 1. §. 15. L. 3. c. 20. §. 43. Lib. V.

D. loco.

***

Qvorum controverſiæ alioqvi totos populos graviſſimis malis ſint impliciturve) Scriptor tragœdiæ Thebaidos:

rex ſit è vobis uter,
Manente regno qværite.

Dion Othone: πολὺ γὰρ ἄμεινον καὶ κρείττονος καὶ δικαιοτέρου ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. *multo enim ſatius juſtiuꝰ eſt, unus pro omnibus, qvam multos unius cauſa perire.*

Et apud Virgilium) Æneidos XI. v. 115.

Æqvius huic Turno fuerat ſe opponere morti.

Pari de cauſa Antonius Octavium ad ſingulare certamen provocabat. Plutarchus Antonio.

†††

Fuiſſe ait Græcorum conſvetudinem) De Danis idem prodit *Meurſii* hiſtorica Diatriba: Scioldus cum Scato Saxoniæ ditionis principe, pro obtinendâ Avildâ, qvam Scatus occupabat, armis concertavit, ipſoqve victo & cæſo Saxones item tributum pendere juſſit, *Lib. I. p. 2.*

2. Certe* inter ceteros Francorum veterum mores hunc impenſe laudat Agathias libro primo, cujus ipſa verba (ſunt enim inſignia) apponam: ἀλλ' ἔνιοι ἄρα καὶ πυθέσθαι τοῖς βασιλεῦσιν ἐγχρήσαντες συνεχθεῖεν, ἐπιβοῶντα μὴν ἅπαντες ὡς πολεμήσοντες καὶ τοῖς ὅπλοις διακεκοσμημένοι, καὶ εἶτα ὁμόσε χωρεῖν. ἰδόντες δὲ ἀλλήλους ἑκατέρωθεν ἡ πληθὺς, αὐτίκα τὸ χαλεπαῖνον ἐπιβαλλόντες εἰς ὁμοφροσύνην μεταχωρεῖν, καὶ τὰς ἠγεμόνας κελεύειν δίκῃ μᾶλλον τὰ ἀμφίβολα διακρίνεσθαι. εἰ δὲ μή, μόνους ἐκείνους ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς διακινδυνεύειν, ὡς μηδὲν ὅσον ἐν μέσῳ πάτριον, ἰδίας αὐτοὺς ἕνεκα δυσμενείας, τὰ κοινὰ πημαίνεσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι. ἐνθὺς τε δὴ τὰς τε φάλαγγας διαλύσαι, καὶ τὰ ὅπλα τίθενται, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνη αὐτοῖς καὶ ἡμέρας, φοιτήσεις τε παρ' ἀλλήλους ἀφύλακτοι, καὶ ἐπιμιξίαι, καὶ φιλότητες οἷαι δεινά.

δεινά. οὕτως ἄρα αὐτοῖς τὸ μὲν ὑπήκοον δίκαιον καὶ φιλόπατρι. τὸ δέ γε ἄρχων εὐμενὲς ἐν δέοντι καὶ πειθήνιον. *Si qvæ forte inter reges oriantur controversiæ, aciem qvidem omnes instruunt, tanqvam bellaturi ad rem armis decernendam: & obviam alii aliis procedunt. At ubi conspicati sunt se invicem exercitus, abjecta ira ad concordiam redeunt, & Regibus auctores sunt, ut jure potius certent: aut si id nolint, ipsi inter se singulari dimicent certamine, & suo duntaxat ipsorum periculo rem transigant: Neq; enim aut æqvo & bono, aut patriis institutis convenire, ut ipsi ob propria odia bonum publicum labefactent aut evertant. Ergo confestim solvunt exercitus, & restituta pace tuto inter se commeant, sublatis malorum causis. Tanta in subditis cura justitiæ & patriæ amor: in regibus verò animus placidus & suis obseqvens.*

***

Inter ceteros Francorum veterum mores) Vide Caroli Calvi capitulum apud S. Arnulfum & pactionem Aqvisgranensem. Æqvitas eadem apud Langobardos. Vide Paulum Warnafredi libro I, cap. 12. IV. cap. 15. V. cap. 40.

XI. Qvanqvam vero in casu dubia pars utraqve tenetur qværere conditiones, qvibus bellum vitetur, * magis tamen id tenetur, qvi petit, qvam qvi possidet. Ut enim in pari causa melior † sit possidentis conditio, non civili tantum juri, sed & naturali convenit. cujus rei causam alibi etiam ex Aristotelis, qvæ dicuntur, Problematibus attulimus. Atqve hic & illud addendum est, ab eo, qvi justam causam habere scit, sed documenta non habet sufficientia, qvibus possessorem de injustitia suæ possessionis convincat, bellum licite non sumi: qvia non habet jus cogendi alterum, ut de possessione decedat.

L. in pari. 128. D. de R. I. Vict. de Jure bell. n. 27. & 30. Less. de Just. c. 29. dub. 10. Mol. disp. 103. in secundo vero. Lorca, 2, 2. sect. 3. disp. 53. n. 4. Lorca, 2. 2. qvæst. 40. disp. 53. Soto V. de Justit. & Jur. 41. art. 7. Covar. c. 5. peccatum. §. 10. num. 6. Alc. 2. Parad. 21 Fulgos. L. 5. de Just. Piccolom. lib. VI. Civ. Phil. c. 21. Alb. Gent. l. 1. c. 6.

***

Magis tamen id tenetur, qvi petit, qvam qvi possidet) Vide Herreram Tomo II.

XII. Ubi vero & jus ambiguum est, & neuter possidet, aut ex æqvo uterqve, ibi iniqvus censendus erit, qvi oblatam rei controversæ divisionem repudiat.

† † †

Iniqvus censendus erit) Latiùs hoc prosequitur *Molin. Tr. 2. Disp. 103. num. 10. pag. 421.* qvando, inqvit ille, neuter est in possessione rei, de qva est controversia, vel alter ingressus est possessionem, altero contradicente, aut in dubio, an nec ad se pertineret, dicendum est, si re diligenter discussâ adhuc manet dubium, ad qvem duorum pertineat, dividendam esse inter utrumqve pro qvantitate dubii, aut faciendam esse compensationem in aliqvâ aliâ re si res commodè dividi neqveat. Qvod si alter eorum renunciat, erit injustus, poteritqve eo ipso moveri bellum adversus eum. Probatur, qvoniam in eo eventu neutrius illorum est melior conditio, eo, qvod neuter cœperit bonâ fide possidere: cum ergo constet rem ad alterum pertinere, & dubium sit, ad qvem eorum pertineat, dividenda erit inter utrumqve pro qvantitate dubii, idqve sanè docet recta ratio, pronunciaretqve qvicunqve æqvus ac justus judex, si eâ de re contenderent, qvæ communem aliqvem habe-

† L. II. c. 2. §. 8.

rent judicem: qvo fit, ut idem federe teneantur principes, qvi judicem communem non habent. Præterea ſi in eo eventu fas eſſet, cuiqve eorum occupare ſibi eam rem totam, daretur bellum juſtum formaliter & materialiter ex utraqve parte; qvod eſt abſurdum, *add. Dn. Oſiand. p.* 1255.

XIII. 1. Ex his, qvæ diximus, definiri poteſt illa à multis agitata qvæſtio, an bellum, ratione habita eorum, qvi principales belli motores ſunt, utrinqve juſtum † eſſe poſſit? * Diſtingvendæ enim ſunt variæ acceptiones vocis juſti. Juſtum enim aliqvid dicitur aut ex cauſa aut ſecundum effectus. Ex cauſa rurſum, aut ſpecial. acceptione juſtitiæ, aut illa generali, qva omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur in eam, qvæ ad *opus* pertinet, & eam, qvæ pertinet ad *operantem*: nam ipſe operans juſte agere interdum dicitur, qvoties injuſte non agit, etiamſi id, qvod agit juſtum non ſit: qvomodo recte diſtingvit (*a*) Ariſtoteles, τὸ ἀδικεῖν, & τὸ ἄδικα πράττειν, *injuſte agere*, & *agere qvod injuſtum eſt*.

† add. L. 1. c. 1. §. 3. ſeq. L. 2. c. 15. §. 13. n. 2.

(*a*) L. V. Ethic. 10. & 11. Rhet. 1. c. 13. Aug. lib. XV. de civit. Dei. c. 5 & l. XIX. c. 15. Covarr. c. peccatum. §. 10. num. 2. Vict. n. 32. Suares de Legibus, lib. III, c. 18. Alph. de Caſtro, de Poteſt. Leg pœnal. II. c. 1. & 3.

* * *

Diſtingvenda ſunt variæ acceptiones vocis juſti) Sic Gratianus cauſa XI. qvæſtione III. poſt C. 65. Epiſcopus. diſtingvit juſtitiam cauſæ, ordinis, animi.

2. Speciali & ad rem ipſam relata acceptione bellum utrumqve juſtum eſſe non poteſt, ut nec lis; qvia facultas moralis ad contraria, puta ad agendum & ad impediendum, non datur per rei ipſius naturam. At vero, ut neuter bellantium injuſte agat, fieri ſane poteſt: injuſte enim agit nemo, niſi qvi & ſcit ſe rem injuſtam agere: multi autem id neſciunt. Sic juſte, id eſt bona fide ligitari poteſt utrimqve. Multa enim & in jure & in facto, unde jus oritur, fugere homines ſolent.

3. Generali acceptione juſtum dici ſolet, qvod omni culpa agentis vacat. Multa enim etiam ſine jure fiunt absqve culpa, ob ignorantiam inevitabilem: cujus rei exemplum eſt in his, qvi legem non obſervant, qvam ſine culpa ſua ignorant, poſtqvam lex ipſa promulgata eſt, & tempus per ſe ad ſcientiam ſufficiens tranſiit. Sic & in litibus accidere poterit, ut pars utraqve non modo injuſtitiæ, ſed & omni alio vitio careat, præſertim ubi pars utraq; aut altera litigat non ſuo, ſed alieno nomine, puta ex tutoris officio, cui congruit, jus, etiam incertum, non deſerere. Sic (*b*) Ariſtoteles in litibus juris controverſi, ait, neutrum eſſe improbum, qvod ipſe dicit πονηρόν. Cui conſentiens Qvintilianus, poſſe accidere, ait, ut ex utraqve parte orator, id eſt vir bonus, dicat. Imo & juſte judicare judicem ambigue dici ait Ariſtoteles, ſignificari enim aut judicare ὡς δεῖ *plane ut oportet*, ſine ulla ignorantia, aut κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, *ex animi ſui ſententia*. Et alibi ait: εἰ ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ, *ſi qvis per ignorantiam judicavit, non egit injuſte*.

(*b*) III. Rhet. c. 17. Lib. II, 3. Top. I, 13. Nic. V, 12.

4. At in bello vix eſt, ut temeritas ſaltem omnis & dilectionis defectus abſit,

abſit, ob negotii ipſius gravitatem, qvæ omninò talis eſt, ut cauſis probabilibus non contenta, qvam maxime evidentes reqvirat.

5. At juſtum ſi accipimus, qvoad effectus qvosdam juris, certum eſt, bellum hoc ſenſu juſtum utrimqve dari, ut ex iis apparebit qvæ de bello publico ſolenni infra † à nobis dicentur. Sic enim & ſententia non ex jure lata & poſſeſſio ſine jure habent qvosdam juris effectus.

† c. 3. lib. 3. & ſupr. c. 17. §. 19. Lib. 2.

CAPUT XXIV.

Monita de non temere etiam ex juſtis cauſis ſuſcipiendo bello.

I. Jus ſæpe remittendum ut bellum vitetur:
II. Maxime jus ad pœnas:
III. Præſertim à rege læſo.
IV. Etiam cura ſui & ſuorum abſtinendum ſæpe bello.
V. Regulæ prudentiæ circa electionem bonorum.
VI. Exemplum in deliberatione inter ſtudium libertatis & pacis: qva interneio populi evitetur.
VII. A pœnis exigendis abſtinere debere qvi non multo ſit validior.
IIX. Reſtare ut bellum non ſit ſuſcipiendum niſi ex neceſſitate:
IX. Aut ex maxima cauſa cum maxima occaſione.
X. Bellorum mala ob oculos poſita.

I. 1.

QVanqvam inſtituti, qvod de jure belli inſcriptum eſt, pars proprie non videtur exſeqvi, qvid circa bellum virtutes aliæ præcipiant aut ſvadeant, obiter tamen obviam eundum eſt errori, ne qvis exiſtimet, ubi jus ſatis compertum eſt, ſtatim aut oportere bellum ſuſcipi, aut ſemper etiam licere. Contra enim evenit, ut plerumqve magis pium rectumqve ſit de jure ſuo cedere. Nam noſtræ qvoqve vitæ curam honeſte † deſeri, ut alterius & vitæ & ſaluti perpetuæ qvantum in nobis eſt, conſulamus, ſupra ſuo loco dictum eſt. Maxime autem Chriſtianis hoc convenit, qvi in eo perfectiſſimum Chriſti imitantur exemplum, qvi pro nobis adhuc impiis & infeſtis mori voluit, Rom. V, 6. Qvod ipſum multo etiam magis nos excitat, ne res noſtras aut nobis debitas perſeqvamur cùm tanto aliorum incommodo, qvantum ſecum ferunt bella. ††

Vict. de Jure belli, n. 14. & 33.
† L. II. c. 1. §. 8.
†† h. c. §. XI.

2. *Non ob qvamvis cauſam talem bellum ſuſcipiendum & Ariſtoteles monet, & Polybius. Nec à veteribus laudatus Hercules, qvod Laomedonti & Augiæ arma intulit ob non ſolutam laboris mercedem. Dion Pruſæenſis in ea oratione, qvæ eſt de bello & pace, non hoc tantum, ait, qværi ſolere εἰ συμβέβηκεν ἀδίκημα ὑφ' τάτων οἷς διανοεῖται πολεμεῖν, an injuria accepta ſit ab his, de qvibus bello petendis agitur, ſed etiam πηλίκον τι τὸ συμβεβηκὸς, qvanti æſtimandum ſit id, qvod accidit.

Pol. Lib. IV. Rhet. ad Alex. c. 3. Paul. L. V.

Non

***

Non ob qvamvis causam talem bellum suscipiendum) Seneca svasoria V. *Gallio dixit, bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re supervacua & nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendum.* Plus aliqvid Apollonius dixit Regi Babyloniæ apud Philostratum libr. 23. προσετίθη δὲ καὶ τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κωμῶν, ὧν μείζους κέκτηνται τάχα καὶ ἰδιῶται διαφέρεσθαι πρὸς ῥωμαίους, καὶ πόλεμον οὐδ' ὑπὲρ μεγάλων αἱρεσθαι *Addidit vero, non oportere cum Romanis disputare de vicis, qvibus majores privati sæpe possident, ad bellum vero ne ob magnas qvidem venire causas.* Josephus altero libro adversus Appionem de popularibus suis: οὔτε τὴν ἀνδρίαν ἠσκησάμην ἐπὶ τῷ πολέμους ἄρασθαι χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν. τὰς γοῦν ἄλλων ἐλαττώσεις πράως ὑπομένοντες, ἐπειδὰν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἱρούμεθα πολέμους καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων συμφορῶν ἐγκαρτεροῦμεν. *Neq; nostri fortitudinem exercent, ut suas res augeant, sed ut leges ipsis maneant. cetera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt, qvi nos à legibus cogant discedere, tunc etiam supra vires bella sumimus, & ad ultima usq; mala duramus.*

II. 1. Ad pœnas vero omittendas multa sunt, qvæ nos hortantur. Videamus qvam multa patres in filiis dissimulant; qva de re dissertatio est Ciceronis apud Dionem Cassium. *Pater*, * ut Seneca ait, *nisi multa & magna injuria patientiam devicerunt, nisi plus est, qvod timet, qvam qvod damnat, non accedet ad decretorium stylum*: unde non multum discrepat Phinei dictum, recitante Diodoro Siculo: μηδένα πατέρα λαβεῖν παρ' υἱῶν ἑκουσίως τιμωρίαν, εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων ὑπερθοῖντο τὴν φυσικὴν τῶν γονέων εἰς τέκνα φιλοστοργίαν: & illud Andronici Rhodii, οὐδεὶς πατὴρ ἀφίσταται τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ὑπερβαλλόντως εἴη μοχθηρός.

Lib. V.

***

Ut Seneca ait) de clementia I. cap. 14. Augustinus patri in consilio assidens de filio, qvi in patricidio deprehensus esset, dixit: *relegandum qvo patri videretur. Non culleum, non serpentes, non carcerem decrevit: memor, non de qvo censeret, sed cui in consilio esset, mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit.* Verba sunt Senecæ eodem libro capite 15. Terentius Andria Act. V. Sc. III. v. ult:

Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Philo περὶ εὐγενείας ait: πατέρας ἀπαρνήσεις χρηματίζειν τῶν υἱῶν, ἀποσχοινίζοντας αὐτοὺς τῆς οἰκίας καὶ συγγενείας, ὅταν τὴν ἐκ φύσεως πρόπτην καὶ ὑπερβάλλουσαν εὔνοιαν ἡ ἐν ἐκείνοις μοχθηρία κατακρατήσειεν, *Patres abdicationis tristia verba pronuntiant, filiosque à domo sua & omni cognatione abrumpunt, ita demum ubi amorem illum, qvem ingentem ac super omnia eximium natura parentibus indidit, filiorum improbitas vicit.* Cicero pro Ligario: *Ignoscite, Judices,*

dices, erravit; lapsus est; non putavit; si unqvam post hac. ad parentem sic agi solet.

2. At qvisqvis alium punire vult, * rectoris, id est patris qvodammodo, personam suscipit: qvo respiciens Augustinus ad Comitem Marcellinum: *Imple*, inqvit, *Christiane judex, pii patris officium.* Pittaci dictum laudat Julianus Imperator: ὃς τὴν συγγνώμην τῆς τιμωρίας προετίθει, *qvi veniam pœnæ præferebat.* Libanius in oratione de seditione Antiochena: qvi Deo, inqvit, similis esse vult, ἀφιεὶς τιμωρίας χαιρέτω μᾶλλον ἢ λαμβάνων, *magis gaudeat condonatione, qvam pœna.*

***

Rectoris, id est patris, qvodammodo personam sustinet) Seneca epistola LXXXVII. *Clementia alieno sangvini tanqvam suo parcit, & scit homini non esse homine prodigè utendum.* Diodorus Siculus in Fragmentis: οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους. *Non omnes omnino qvi deliqvere puniendi sunt, sed ii qvos male factorum nihil pœnitet.* Chrysostomus de statuis VI. μαθέτωσαν οἱ ἄπιστοι πάντες, ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ φόβος πᾶσαν ἐξουσίαν δύναται χαλινοῦν. δόξασόν σου τὸν δεσπότην, τοῖς συνδούλοις ἄφες τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα καὶ αὐτός σε δόξάσῃ μειζόνως, ἵνα ἡμερόν σοι κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν δείξῃ τὸ ὄμμα καὶ γαλήνον, ταύτης μεμνημένος σου τῆς φιλανθρωπίας. *Discant omnes, qvi à fide nostra sunt extranei, reverentiam, qvæ Christo exhibetur tantam esse, ut cuilibet potestati injiciat frænos. Honora dominum tuum: condona peccata conservis tuis, ut & ipse multo magis te honoret, ut in illo judicii die vultum tibi ostendat serenum atqve clementem, hujus tuæ lenitatis memor.* citat Gratianus c. 35. causa XXIII. qvæst. IV. ex Augustino: *Duo ista nomina, cum dicimus homo & peccator, non utiq; frustra dicuntur: qvia peccator est, corripe: qvia homo, miserere:* vide & qvæ seqvuntur, & qvæ supra posuimus ad caput XX. §. XII. §. XXI. & XXXVI.

3. Interdum eæ sunt rerum circumstantiæ, ut jure suo abstinere non laudabile tantum sit, sed & debitum, †† ratione ejus, qvam hominibus etiam inimicis debemus, dilectionis, sive in se spectatæ, sive qvaliter eam exigit sanctissima lex Evangelii. Sic qvosdam esse diximus, pro qvorum, etiamsi nos impetunt, salute mortem optare debeamus, qvod eos sciamus rei communi humanæ aut necessarios, aut valde utiles. † Si res qvasdam negligi ††† vult Christus, ne lites subeantur, tanto credendum est, majora à nobis negligi voluisse, ne ad bellum eatur, qvanto bellum lite est nocentius.

Molina tract. II. de Just. disp. 103. Lorca disp. 153. n. 11. Ægid. Regio, de act. supern. disp. 31. du. 7. n. 107.

†† L. 3. c. 2. §. 6.

† L. II. c. I. §. 8. & 9. per tot.

††† L. I. c. II. §. 8. n. 4. L. 2. c. 20 §. 10. n. 3. c. 23. §. 6.

4. *De suo jure virum bonum aliqvid relaxare, non solum libertatis, sed plerumq; etiam commoditatis est*, ait Ambrosius. Aristides svadet civitatibus συγχωρεῖν καὶ παρέναι ὅτι ἂν ᾖ μέτριον, *concedere & largiri, si qvid sit mediocre.* Rationem addit: ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐπαινεῖτε τοὺς εὐγνώμονας καὶ βλαβῆναι

L. 2. de Off. c. 2

βῆναί τινα μᾶλλον αἱρουμένους ἢ διαφέρεσθαι πρός τινας. *Nam & privatorum hominum eos laudatis, qui facili sunt ingenio & damni aliquid subire malunt, quam litigare.* Xenophon historiæ Græcæ sexto: σωφρόνων μὲν δήπου ἐστὶ μηδὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ διαφέροντα εἴη, πόλεμον ἀναιρεῖσθαι. *Sapientum est, ne ob graves quidem causas bellum suscipere.* Et apud Philostratum Apollonius: πόλεμον οὐδ' ὑπὲρ μεγάλων αἱρεῖσθαι: *nec ob magnas quidem causas bellum capiendum.*

III. 1. Circa pœnas, officii primum nostri est, si non ut hominum* certe ut Christianorum, ut facile ac libenter condonemus, quæ in nos sunt commissa, sicut Deus nobis condonat in Christo, Eph. IV, 32. τό γε περὶ τούτων ἀόργητον ὑπὲρ ὧν τὸ ζῆν ὑπεύθυνον τῇ κολάσει γίνεται τῶν ἠδικηκότων θεοῦ φύσει προσετέθη, ait * Josephus: *Ira vacare circa ea, ob quæ nocentes pœnæ mortis sunt obnoxii, ad divinam naturam accedit.*

***

Certe ut Christianorum) Theodosius, ut Antiochenis condonaret crimen in se commissum, à Flaviano Episcopo illis, maxime Christi verbis promotus fuit: *Dimitte illis Pater, quia nesciunt, quid faciunt.* Narrat Chrysostomus de statuis vicesima.

Josephus) Antiquæ historiæ II, 3.

Lib. I. de Clem. c. 20. L. un. C. Si quis Im. maledix.

2. Seneca de principe: *Longe sit in suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis agitatur, non prosilit: qui intelligit, magni animi esse, injurias in summa potentia pati, * nec quicquam esse gloriosius Principe impune læso.* Quintilianus: *Suadebimus Principi, ut laudem humanitatis potius, quam voluptatem ultionis concupiscat.* In C. Cæsaris laudibus posuit Cicero ut præcipuum, quod oblivisci nihil soleret, nisi injurias. Livia in allocutione ad Augustum apud Dionem: τοὺς ἄρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικοῦσιν ἐπεξιέναι χρῆναι, τοὺς δ' ἰδίᾳ τι εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖν δοκοῦντας φέρειν. *Ita plerique existimant, rectoribus punienda qua contra communem utilitatem peccatur; quæ verò in ipsos, dissimulanda.* * Antonius Philosophus, in oratione ad Senatum; *Non enim unquam placet in Imperatore vindicta sui doloris, quæ etsi justior fuit, acrior videtur.* Ambrosius in Epistola ad Theodosium: *Antiochenis tuam donasti injuriam.* Et in ejusdem Theodosii laudibus ad Senatum Themistius: ὅτι οὐκ ἀντιβλάπτοντα χρὴ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, ἀλλ' εὖ ποιοῦντα μείζω φαίνεσθαι τῶν ἠδικηκότων. *Bonum regem oportet his, qui in se peccarunt, superiorem esse, non vicissim nocendo, sed bene faciendo.*

***

2. *Nec quicquam esse gloriosius Principe impune læso*) Chrysostomus in laude Clementiæ: ἅπαντα μὲν γὰρ ἄνθρωπον τοῦτο κοσμεῖν δύναται. διαφερόντως δὲ

τοὺς

τοὺς ἐν ἐξουσίαις. τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ἐπιτρεπούσης τῆς βασιλείας, κατέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ νόμον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἔργων, μέγα μὲν εἰς εὐφημίαν τε καὶ δόξαν. *Omnem illa hominem ornare insigniter potest: maxime vero eos, qvi in imperiis sunt constituti. Nam cum regia potestas omnia permittat, semet retinere, ac divinam legem actionibus suis ducem præficere, egregium est ad famam gloriamqve.* Augustinus epist. CIV. qvæ est ad Bonifacium Comitem: *memento cito ignoscere, si qvis in te peccaverit, & veniam postulaverit.*

Antonius Philosophus) Apud Vulcatium Gallicanum vita Avidii Cassidii.

3. Magnanimus qvi sit, eum Aristoteles negat esse μνησίκακον, *injuriarum memorem*: Qvod Cicero sic exprimit; *nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atqve clementia.* Hujus eximiæ virtutis insignia nobis exempla sacræ literæ suppeditant in Mose, Num. 11, 12. & Davide, II. Sam. XVI, 7. Maxime vero id locum habet, ubi aut nos qvoqve nobis peccati alicujus sumus conscii, aut id, qvod in nos peccatum est, ab humana qvadam & excusabili infirmitate procedit, aut satis apparet pœnitere eum, qvi nocuit. *Est ulciscendi & puniendi modus*, inqvit Cicero, *& haud scio, an satis sit, * eum, qvi lacessierit, injuriæ suæ pœnitere. Sapiens*, inqvit Seneca, *multa remittit; multos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit*, & hæ qvidem causæ à bello abstinendi ex dilectione nascuntur, qvam ipsis inimicis aut debemus, aut recte impendimus.

De Off. I.

Dried. Lib. 11. de lib. Christ. c. 6.

***

3. *Eum, qvi lacessierit, injuriæ suæ pœnitere.*) Procopius Vandalicorum 11. μετάμελος γὰρ ἐν δέοντι ἐπταικόσιν ἐπιγιγνόμενος συγγνώμονας αὐτοῖς τοὺς ἠδικημένους ποιεῖν εἰώθεν. *Pœnitentia in tempore oboriens iis, qvi peccarunt, ad veniam dandam provocare læsos solet.*

IV. 1. Sæpe verò * nobis ipsis nostrisqve præstandum habemus, ne ad arma veniatur. Plutarchus in Numæ vita ait, postqvam, juste posse suscipi bellum, decrevissent feciales, consultatum à Senatu, an ex usu esset suscipere. In parabola qvadam Christi dicitur, si qvis rex cum rege altero bello certandum habeat, primo sedentem, qvi mos est cum cura consultantium, expensurum apud se, an ipse, qvi decem millia militum habeat hosti ducenti bis totidem par esse possit. Qvod, si videat se imparem fore, anteqvam ille intra fines adsit, missurum legationem cum mandatis pacis causa.

Luc. XIV, 31.

***

1. *Nobis ipsis nostrisq;*) Procopius Gotthicorum II. Gotthos ita ait locutos Belisario: ὅταν δὲ αὐτὰ οὕτως ἔχῃ, τοὺς ἑκατέρων ἡγουμένους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν προίεσθαι, ἀλλὰ τά τε δίκαια τά τε ξύμφορα, οὐ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἑλέσθαι. *Hæc cum ita se habeant, officium erit utriusqve gentis rectorum, subditorum sibi salutem non projicere*

propriæ laudis ſtudio, ſed ea præferre, qvæ & juſta ſunt & utilia non ipſis tantum, ſed & hoſtibus.

Conſultatum à ſenatu, an ex uſu eſſet ſuſcipere) Diodorus apud Thucydidem III. ἤνπερ γὰρ δικαίως φήνω παύσαι ἀδικοῦντας, ἐὰν μὲν τοῦτο ᾖ, δικαίως κελεύσω εἰ μὴ ξυμφέρον. *Etiamſi enim maxime illos peccaſſe pronunciem, non utiq; & occidi eos jubeo, niſi expediat.*

†††

In parabola) Editiones de Ann. 1642. 1651. legunt fabella, qvæ lectio qvoqve menti Grotianæ conformior, *add. h. l. c. 20. §. 48.* Interim differentiam fabulæ & parabolæ *vid. ap. Dn. Oſiandr. p. 1266.*

Liv. lib. VI. 2. * Sic Tuſculani omnia patiendo & * nihil recuſando pacem à Romanis meruerunt. Apud Tacitum eſt: *Fruſtra adverſus Æduos qvæſita belli cauſa. Juſſi pecuniam atqve arma deferre, gratuitos inſuper commeatus præbere.* Sic * legatis Juſtiniani Amalaſuntha regina negavit armis ſe certaturam.

***

2. Sic Tuſculani) Vide Plutarchum Camillo.

Nihil recuſando) Fecit idem Armeniorum rex Severi tempore, meminit Herodianus libro III.

Legatis Juſtiniani Amalaſuntha) Vide Procopium Vandalicorum II. & Goth. I.

†††

Omnia patiendo & nihil recuſando) Idem de novis Mexicanorum coloniis dicendum, qvi, antequam cum Tepanecis veteribus incolis bello decernere vellent, exactiones, primâ fronte licet impoſſibiles, ope, ut illi ferunt, Diaboli Vizlipuzli penderunt, ſicque diu pacem conſervarunt, *Dapper. in nov. deſcript. Americ. Edit. Germ. 1673. pag. 263. lib. 2. cap. 25.*

Lib. VII. 3. Poteſt & temperamentum adhiberi, ut à Syrmo Triballorum rege factum Strabo memorat, qvi Alexandrum Macedonem & inſulam Peucen intrare vetuit, & ſimul donis eum honoravit, ut oſtenderet, ſe, qvod faceret, juſto metu, non odio aut contemtu ipſius facere. Qvod Euripides de Græcis dixit civitatibus, idem ad alios qvosvis recte aptes:

De Marte qvoties itur in ſuffragia,
Nemo imminere cogitat mortem ſibi:
Sed qvisq; cladem deſtinamus alteri:
Qvod ſi in comitiis funera ante oculos ferent,
Furiata bello non periſſet Græcia.

Apud Livium eſt: *Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemq; communem propone animo.* Et apud Thucydidem: ἐκ πολέμου τὸ ἀπροσδόκητον ὅσον ἔξεστι πρόνοει αὐτὸ προσδοκᾶν προσδέχεσθαι: *Qvicqvid inopinum accidere poteſt in bello, prius qvam aggrediare, conſidera.*

V. 1. Qvi deliberant, partim de finibus, non qvidem ultimis, ſed interjectis,

jectis, deliberant; partim de iis, qvæ eo ducunt. Finis semper est bonum aliqvod, ut certi mali declinatio, qvæ vicem boni obtinere possit. Qvæ vero huc aut illuc ducunt, per se non expetuntur, sed qvatenus ducunt: qvare in deliberationibus comparandi sunt, & fines inter se, & eorum, qvæ ad finem ducunt, facultas effectiva ad finem producendum: nam, ut recte dixit Aristoteles de animalium motione: *αἱ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διά τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνατοῦ: propositiones, qvæ actionem efficiunt, duorum sunt generum: ab eo, qvod bonum est, & ab eo, qvod fieri potest*: qvæ comparatio tres habet normas.

2. Prima est; si res, de qva agitur, æqvalem, morali scilicet æstimatione, efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum, ita demum eligenda est, si bonum aliqvanto plus habeat boni, qvam malum mali. Hoc est, qvod Aristides sic enũciat: *ὅτ' ἔλαττον τοῦ δυσχεροῦς τ' ἀγαθὸν κρεῖττον διηλλάχθαι.* Andronicus Rhodius, ubi magnanimum describit, ait, eum non ob qvasvis causas pericula subiturum, sed ob maximas.

3. Altera; si videatur esse æqvale bonum & malum, qvod à re, de qva qværitur, possit procedere, ita demum ea res eligenda est, si efficacia ad bonum, qvam ad malum, major sit.

Tertia; si videatur, & bonum & malum esse inæqvale, nec minus inæqvalis rerum efficacia, res ea ita demum eligenda est, * si efficacia ad bonum major sit collata efficaciæ ad malum, qvam ipsum malum est collatum bono, aut, si bonum sit majus comparatione mali, qvam efficacia ad malum comparata ad bonum.

***

3. Si efficacia ad bonum major sit collata efficaciæ ad malum, qvam ipsum malum est collatum bono) Utitur hac regula prudenter Narses apud Procopium Gotthicorum II.

4. Hæc nos limatius paulo; sed eodem tendit via planiore Cicero: cum ait, fugiendum, ne offeramus nos periculis sine causa, qvo nihil potest esse stultius: qvapropter in adeundis periculis consvetudinem imitandam Medicorum, qvi leviter ægrotantes leviter curant; gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur: qvare, subvenire tempestati, sapientis esse dicit, eoqve magis, si plus adipiscare, re explicata, boni, qvam addubitata mali. De Off. 1. Ep. ad Att. l. XIII, 27.

†††

Adhibere coguntur) Nunqvam tamen sibi persvadeant licentiam occidendi à magistratu impetrandam, uti putat *Guil. Grot. de Princ. Jur. Nat. cap. 11. §. 13. in fin. add. ibid. not. pag. 192.*

5. Et alibi: *Ubi ἐπίτευγμα magnum nullum fieri possit, ἀπότευγμα vel non magnum nociturum sit, qvid opus est παρακινδυνεύειν.* Dion Brusæensis Tarsensi altera: *ἔστω δεινὸν καὶ ἄδικον. ἀλλ' οὐκ εἴτι μὴ δίκαιον πέφυκε γίνεσθαι, δεῖ πρὸς*

τοῦτο φιλοπεινοῦντας αὖθις ἀφηδαίμονα ἀπέφηνε τινί. *Sit ſane hoc injuſtum & indignum, quod toleretur. At non, ſi quid injuſti accidit, nos ideo debemus certandi ſtudio nosmet incommodis objicere.* Et poſtea: ὥσπερ, οἶμαι, τὰ βάρη ταῦτ' ἂν μὴ σφόδρα πιέζῃ καὶ ἀνέχεσθαι μὴ δυνώμεθα ζητοῦμεν ὡς τάχιστα ἀποῤῥίψαι, μετρίως δ' ἐνοχλοῦμεν καὶ ὁρῶντες ἀναγκαῖον ὂν φέρειν ἢ τοῦτο, ἢ τούτου μεῖζον ἕπεσθαι, σκοποῦμεν ὡς κάφορτα ἔσεσθαι. *Sicut onera, ubi ita valde nos urgent, ut durare nequeamus, quærimus abjicere: mediocriter autem preſſi, & rebus talibus, ut aut iſta aut graviora ferenda ſint, in hoc nos componimus, ut quam expeditiſſime ſubſequamur.* Ariſtides Sicula ſecunda: ὅτε μείζων ὁ φόβος τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἄξιον φυλάττεσθαι: *ubi major ſpe metus eſt, quomodo non tempus eſt cavendi?*

VI. 1. Exemplum ſumamus ab eo, qvod inter Galliæ civitates conſultatum olim narrat Tacitus: *Libertas an pax placeret?* Libertatem intellige civilem, hoc eſt, jus regendæ per ſe Reipublicæ: qvod jus plenum eſt in ſtatu populari, temperatum in ſtatu optimate, præſertim tali, ubi nemo civium ab honoribus arceatur: pacem vero talem, qva bellum redimatur internecinum, id eſt, ut Cicero alibi Græcis verbis hanc qvæſtionem explicat, ἐαὶ μέλλῃ ζημία τοῦτο ἔσεσθαι τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν: Puta, ubi recta æſtimatio futuri nihil ferme aliud, qvam totius populi exitium, videatur portendere: qvalis erat ſtatus Hieroſolymorum obſeſſorum à Tito. Hic Cato qvid dicturus ſit, qvi mori, qvam uni parêre maluit, nemo neſcit; qvo & illud pertinet:

L. I. c. 3. §. 12.

L. IX. ad Att. ep. 3.

Qvam ſit non ardua virtus
Servitium fugiſſe manu,

Et multa alia ad eum modum.

2. At aliud dictat recta ratio: Vitam ſcilicet, qvæ fundamentum eſt omnium bonorum temporalium & æternorum occaſio, pluris eſſe qvam libertatem; ſive utrumqve ſumas in uno homine, ſive in toto populo. Itaqve Deus ipſe pro beneficio imputat, qvod non perdat homines, ſed in ſervitutem tradat. Et alibi ſvadet per Prophetam Hebræis, ut ſeſe Babyloniis * in ſervitutem dedant, ne fame ac peſte moriantur. Qvare illud, qvanqvam laudatum antiqvis,

L. II. c. 6. §. 5. c. 19. §. 5. n. 2.

11. Paral. XII, 7. Jer. XXVII, 13.

Obſeſſum Pœno geſſit qvod Marte Saguntum:

Laudandum non eſt, nec qvæ eo ducunt.

* * *

2. *In ſervitutem dedant, ne fame ac peſte moriantur*) Guido Blandratenſis in oratione ad Mediolanenſes apud Guntherum.

Omnia ſecuri pro libertate feremus.
Sed libertatem contempta nemo ſalute
Sanus amat. neqve enim certæ ſuſceptio cladis,
Qvam vitare qveas, niſi cum ratione ſalutis,
Libertatis amor, ſed gloria vana putanda eſt.

Auguſt. de Civ. Dei, I. XXII. c. 6.

Lib. XIIX.

3. In-

3. Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet. Cicero de Inventione secundo necessitatis hoc ponit exemplum, necesse esse Casilinenses se dedere Annibali, qvanqvam necessitati aderat hæc adiunctio, * nisi malint fame perire. De Thebanis, † qvi Alexandri Macedonis temporibus vixerunt, exstat hoc Diodori Siculi judicium: τοῖς παραστήμασιν ἀνδρειότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον χρησάμενοι προέπεσον εἰς πάνδημον τῆς πατρίδος ὄλεθρον: *animi * spiritu forti magis, qvam prudente, internecionem patriæ accersiverunt.*

† L. 2. c. 9. §. 6. c. 21. §. 7. n. 2.

***

2. *Nisi malint fame perire*) Anaxilai, qvi, ob famem, Byzantium dediderat, hæc defensio fuit: pugnandum hominibus in homines, non in rerum naturam: Ita Xenophon. Procopius Goth. IV. οὐ γὰρ ἐπαινοῦσι τὴν ἑκούσιον τελευτὴν ἄνθρωποι, ἔνθα τις ἐπίκηται κρείσσων τῷ κατ' αὐτὴν κινδύνῳ ἐλπίς. *Non laudant mortem voluntariam homines, qvamdiu spes aliqva est periculo potentior.*

Spiritu forti magis, qvam prudente) Idem cum explicasset consilia belli suscepti ab Sithoniensibus post Alexandri mortem, ait saniorum judicio eos πρὸς εὐδοξίαν εὖ βεβουλεῦσθαι. τοῦ δὲ συμφέροντος διημαρτηκέναι. *ad gloriam qvidem recte consuluisse, sed ab utilitate aberrasse:* ut qvi properassent διακινδυνεύειν μηδεμιᾶς ἀνάγκης κατεπειγούσης *periclitari nulla necessitate impellente;* ne Thebanorum qvidem tam nobili clade passi se admoneri.

4. De eo qvem diximus Catone & Scipione, qvi post victoriam Pharsalicam cedere Cæsari noluerunt, judicium exstat apud Plutarchum: αἰτίαν ἔχ σιν ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκαίως: *culpandi sunt, tanqvam qvi viros multos & egregios in Africa perdiderint, nullo operæ pretio.*

5. Qvod autem de libertate dixi, idem de aliis rebus expetibilibus dictum volo, si oppositi mali majoris justior aut par sit expectatio. Nam, ut recte Aristides, moris est navem servare rerum non vectorum jactu.

†††

Navem servare rerum non vectorum jactu) Sed qvid si necessitas sit talis, ut, nisi jactu unius vel alterius vectoris, salvari qveas? *Vid. Diss. de Just. Perm. ss. cap. 2. §. 14.*

VII. In pœnis qvoqve exigendis illud maxime observandum est, ne unqvam eo nomine bellum suscipiatur in eum, *cui pares sunt vires.* Nam, ut judicem civilem, ita, qvi armis facinora velit vindicare, multo esse validiorem altero oportet. neqve vero prudentia tantum, aut suorum caritas exigere solet, ut bello periculoso abstineatur, sed sæpe etiam justitia, rectoria scilicet, qvæ ex ipsa regiminis natura superiorem non minus ad curam pro inferioribus, qvam inferiores ad obedientiam, obligat. Cui conseqvens est, id, qvod recte à Theologis est traditum, regem, qvi ob causas leves, aut ad exigendas pœnas non necessarias, & magnum secum periculum trahentes, bellum suscipit, teneri subditis ad reparationem † damnorum, qvæ inde oriuntur.

Cajet. 2, 2. q. 95 art. 8. Molina, tract. I. de Justitia, c. 102.

† L. 3. c. 2. §. fin.

tur. nam, etſi non in hoſtes, in ſuos tamen veram committit injuriam, qvi talibus de cauſis tam gravi malo eos implicat. Livius: *Juſtum bellum, quibus neceſſarium, & pia arma, quibus nulla, niſi in armis, relinqvitur ſpes.* optat hunc ſtatum Ovidius Faſtorum I. Lib. X.

Sola gerat miles, qvibus arma coërceat, arma.

†††

Cui pares ſunt vires) Competit qvidem ſæpius huic juſtitia belli; ſed tamen, ſi viribus non eſt par, vel ſuperior, de facili propter eventum belli maximè dubium, ſubditos ſuos, imò totam Remp. extremo excidio victoris, licet injuſtiſſimi, exponere poſſet. Igitur hanc cautelam poſuit Grotius.

In ſuos tamen veram committit injuriam) Etenim verba ſunt *Molin. de J. & J. Tr. 2. diſp. 102. num. 8. pag. 418.* ſi prudentis arbitrio tale bellum futurum eſt in detrimentum maximum ſuæ Reipublicæ, qvia vires non habet ad ſuperandum, vel qvia cum modico ſuæ Reip. boniqve communis emolumento, ſubditos ſuos maximis periculis & detrimentis exponet, reditus publicos in eo inſumet, Remp. novis tributis & exactionibus gravabit, &c. ſane culpa erit lethalis contra juſtitiam adverſus ſuam Remp. ejusmodi bellum ſuſcipere, ſi commodè ab eo poſſit abſtinere. Reſpublica namqve non eſt propter Regem, ſed Rex propter Remp. ut illam defendat, adminiſtret & gubernet, non ad ſuum arbitratum, vanitatem & commodum, ſed ad Reip. commune bonum: qvo fine adductæ gentes præfecerunt ſibi Reges ac Principes, atqve eis id jus, qvod habent, poteſtatemqve tribuerunt. Unde rectè *Ariſtotel. 4. Pol. c. 10.* hoc conſtituit diſcrimen inter Regem & Tyrannum, qvod Tyrannus in proprium commodum & qvæſtum; Rex verò in commune & publicum bonum Remp. adminiſtret.

VIII.* Rara ergo belli ſumendi cauſa eſt, qvæ omitti aut non poſſit, aut non debeat, puta cum jura ſunt, ut Florus loqvitur, armis ſæviora. Seneca *incurri* ait *in pericula, ubi qviescenti paria metuuntur*, aut etiam pejora: qvem ſenſum Ariſtides ſic extulit: τότε χρὴ καὶ ἀδήλου ἢ τὸ μέλλον αἰρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τῆς ἡσυχίας ἄγαν φανερῶς χεῖρον ᾖ. *Miſeram pacem bello bene mutari*, ait Tacitus, nempe cum, ut idem ait, *aut auſos libertas ſequetur, aut victi iidem erunt:* aut *ubi* (ut Livius loqvitur) *pax ſervientibus gravior, qvam liberis bellum.* Non ſi, ut apud Ciceronem eſt, apparet futurum, ut ſi victus eris proſcribaris; ſi viceris, tamen ſervias. L. X. Ad Att. VII, 7.

***

Rara ergo belli ſumendi cauſa eſt qvæ omitti aut non poſſit aut non debeat) Servius ad illud in X. Æneidos v. 758:

Iram miſerantur inanem
Amborum & tantos mortalibus eſſe labores.

Qvia nulla cauſa tam juſta eſt, ut propterea bellum geri debeat.

IX. Alterum belli tempus, ſi, ita ut oportet rem æſtimanti, à jure, & qvidem qvod momenti ſit maximi, ſimul ſtent vires. Hoc eſt, qvod Auguſtus ajebat, bellum non ſuſcipiendum niſi cum major emolumenti ſpes, qvam damni metus, † oſtenderetur. Et qvod de prælio dicere ſolebant Scipio Africanus & L. Æmilius Paulus, idem huc non male aptaveris: *Non decertandum* Suet. c. 24. † h. l. c. 25. §. 2.

*tandum esse, * nisi summa necessitudo, aut summa occasio data esset.* Locum autem tum maxime hoc habebit, cum spes est, * terrore ac fama, nullo aut exiguo periculo, rem confici posse: qvale erat Dionis consilium ad liberandas Syracusas. In epistolis Plinii est: *qvod est pulcherrimum victoriæ genus, terrore perdomuit.* Gell. l. XIII. c. 3. Val. Max. l. VII. c. 2. Diod. L. XVI.

* * *

Nisi summa necessitudo) Plutarchus Gracchis: τὸ αὖθις ἐπ' ἐσχάτης ἀνάγκης ὁπλοφορεῖν σίδηρον, ἔστε ἰατρικὸν, ἔστε πολιτικόν. *Extra summam necessitatem ferrum inferre, nec boni medici est, nec boni præsidis.* Marciani dictum apud Zonaram: μὴ δεῖν ὅπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἔξον. *Non debere regem arma movere qvamdiu pace frui liceat.* Augustinus L. epistola ad Bonifacium, *Pacem habere voluntatis est: bellum autem debet esse necessitas, ut liberet Deus à necessitate & conservet in pace.*

Terrore ac fama) *Leo spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogitatur.* Habet id Plinius Historiæ Naturalis VIII. c. 16.

†††

Terrore perdomuit) *Naucler. Generat.* 31. Cunradus, *inqvit*, misit fratrem suum Eberhardum, ad vastandam Saxoniam, qvi appropinqvans urbi Hereaberg multa superbè locutus est: sed ecce Saxones ei occurrunt, & usqve ad internecionem sternunt. Audiens autem Rex malè pugnatum à fratre, congregatâ omni virtute Francorum perrexit contra Heinricum, ac rentavit oppidum Gruna expugnare, præmisit tamen legatos ad Heinricum, sponte se vellet dare? Qvi, dum venirent in conspectum Heinrici Saxo qvidam Dietmarus, vir bellicosus, adest: Ne, inqvit, Domine, cures, advenient tibi, qvas voluisti, copiæ, triginta Legiones, nil vereare. Hæc dolo locutus est, nullas enim copias tum adducere valebat. Legati tamen regis infecta re redeunt, narrata referunt, mox manè ante lucem, relictis castris, Franci unusqvisqve ad sua redeunt. *Vicit hoc modo Dietmarus Verbo, qvos Vincere non valuisset Heinricus ferro.* *Jung. Matth. Flac. de Translat. Imper. Roman. ad German. cap. 3. pag. 57.*

X. 1. Sæva res bellum est, inqvit Plutarchus, cumulumqve secum trahit injuriarum & insolentiæ: Et sapienter Augustinus: *Qvorum malorum* (de his loqvitur, qvæ ex bello nascuntur) *multas & multiplices clades duras, & diras necessitates, si, ut dignum est, eloqvi velim, qvamqvam nequaqvam, sicut res postulat, possim, qvis erit prolixæ disputationis modus? Sed sapiens, inqviunt, justa bella gesturus est: qvasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit justorum necessitatem sibi exstitisse bellorum: qvia, nisi justa essent, ei gerenda non essent: ac per hoc sapienti nulla bella essent. iniqvitas enim partis adversæ justa bella ingerit gerenda sapienti, imo & necessaria: qvæ iniqvitas homini * utiqve dolenda, qvia hominum est, & si nulla ex eo bellandi necessitas nascatur. Hæc itaqve mala tam magna, tam horrenda, tam sæva, qvisqvis cum dolore considerat, miseriam necesse est fateatur. qvisqvis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo utiqve miserius ideo se putat beatum, qvod & humanum perdidit sensum.* Idem Vita Camil. De Civit. Dei. l. XIX. c. 7.

Lib.IV.de Civit.Dei,c. 15. alio loco: *Belligerare malis videtur felicitas, bonis necessitas.* Maximus autem Tyrius: τὸ τοῦ πολέμειν χρείας κἂν ἀφέλῃς τὸ ἄδικον ἐλεεινὸν αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον: *de bello etiamsi demas injustitiam, ipsa per se necessitas miseranda est.* Idem: φαίνεται ὁ πόλεμος τοῖς μὲν δικαίοις ἀναγκαῖος ὤν, τοῖς δὲ ἀδίκοις ἑκούσιος: *Apparet bellum à justis non sumi, nisi necessario, ab injustis sponte.*

* * *

1. *Utiq; dolenda)* Lacedæmonii in oratione, qvæ extat apud Diodorum Siculum libro XIII. θεωροῦντες τὰς ἐν τῷ πολέμῳ φιλονεικίας πολλὰ καὶ δεινὰ πάθη ποιούσας, οἰόμεθα δεῖν φανερὸν ποιῆσαι πᾶσι καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις ὅτι τούτων ἥκιστα πάντων ἐσμὲν αἴτιοι. *Cum videamus, ex bello plurimas inimicitias, plurima atrocia oriri, nostri officii duximus, cunctis Dis hominibusqve testatum facere, causam horum à nobis non esse.* Plutarchus Numa: τί οὖν φήσει τις, εἰκὸς ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆλθεν ἡ Ῥώμη τοῖς πολέμοις, ἐρωτῶν ἐρώτημα μακρᾶς ἀποκρίσεως δεόμενον πρὸς ἀνθρώπους τὸ βέλτιον ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ ἡγεμονίᾳ, μᾶλλον ἢ σωτηρίᾳ καὶ πραότητι. καὶ τῇ τοῦ δικαιοσύνης αὐτάρκειᾳ τιθεμένους. *Hic si qvis mihi dixerit, nonne Roma per bella profecit plurimum, qvæstionem moverit longæ responsionis egentem, apud homines, qvi profectum ponunt in opulentia, in deliciis, in imperiis militaribus; non in salute populi, in lenitate, in justitia, suo contenta.* Stephanus medicus Chosroi Persarum regi apud Procopium Persicorum II. οὐκοῦν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, φόνους σοὶ καὶ μάχας ἐργαζομένῳ καὶ πόλεων ἄνδρα ποδισμοὺς, τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ὀνομάτων παρέσται τυχεῖν τὸ δὲ ἀγαθῷ εἶναι δοκεῖν, οὐ μήποτε ἔσται. *Tibi, Rex maxime, in cædibus & pugnis & urbibus subigendis occupato alia forte nomina contingant, bonus autem, ut per hæc credaris, fieri neqvit.* Adde locum egregium Guicciardini libro XVI.

Ælian. lib. XIV,11. 2. Cui Senecæ illud addendum, non esse homini homine prodige utendum. Philiscus Alexandrum monebat, ut gloriæ qvidem studeret, sed ea lege, ne se pestilentiam aut magnum morbum faceret: intelligens populorum occisionem, desolationem urbium, pestilentiæ esse opera: nihil autem magis esse regium, qvam consulere omnium saluti, qvæ pace continetur.

3. Si jure Hebræo, & qvi non volens hominem occidisset, fugere debebat: Si DEUS à Davide, qvi pia bella gessisse dicitur, ideo templum suum ædificari vetuit, * qvod multum sangvinem fudisset: Si apud Græcos veteres expiatione opus habebant etiam, qvi sine culpa manum cæde maculassent: qvis non videat, præsertim Christianus, qvam res sit infelix & mali ominis, qvantoqve nisu fugiendum bellum, etiam non injustum? Certe apud Græcos Christianismum professos diu observatus est canon, qvo sacris * ad tempus arcebantur, qvi hostem in qvalicunqve bello interfecissent.

1.Paralip.23,8.

Basil. ad Amphil.X,13.

3. *Qvod*

***

3. *Quod multum ſanguinem ſudiſſet)* οὐκ ἐπιτρέπῃ δὲ πολλὰς πολέμους ἡγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τ ἐχθρῶν μεμιασμένῳ. *Non permiſit templum ſtruere ei, qui multa bella beliaſſet, pollutusq; eſſet hoſtili quidem attamen ſanguine.* Verba ſunt Joſephi libro VII. cap. 4. ubi & plura in hanc ſententiam ſequuntur. Plinius libro VII. c. 25. poſt relata Cæſaris Dictatoris prælia, *Non equidem in gloria poſuerim, tantam etiam eſſe coactam humani generis injuriam.* Philo de vita Moſis: καὶ γὰρ εἰ νόμιμον αἰκαλ' ἐχθρῶν σφαγάς, ἀλλ' ὅγε κλεινὸν ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιαθείς, ὅμως αἷμα εἶναι δοκεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποτάττων, κοινὴν συγγένειαν. ὅ χαρὰν καθαρσιωνιδέπω τοῖς κλείναις ἀπαλλαγὴ τ νομισθέντ ἄγος γεγονέναι; *Quamvis enim legibus permiſſæ ſint hoſtium occiſiones, attamen quisquis hominem interfecerit, quamvis juſte, quamvis ad ſui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxiſſe creditur propter illam communem à ſumma cauſa venientem cognationem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad eluendum quod commiſſum videbatur, piaculum.*

Ad tempus) Triennio. Zonaras Nicephoro Phoca.

CAPUT XXV.

De cauſis belli pro aliis ſuſcipiendi.

I. Bellum ſuſcipi juſtè pro ſubditis:
II. Non ſemper tamen ſuſcipiendum:
III. An ſubditus innocens hoſti dedi poſſit, ut periculum vitetur.
IV. Bella idem juſte ſuſcipi pro federatis æqualibus & inæqualibus,
V. Et pro amicis:
VI. Imo & pro hominibus quibuscunque vis:
VII. Poſſe tamen id ſine peccato omitti, ſi quis aut ſibi metuat, aut etiam nocentis vitæ.
VIII. An pro ſubditis alienis defendendis juſtum ſit bellum diſtinctione explicatur.
IX. Injuſtas eſſe ſocietates & mercenariam militiam ſine cauſarum diſcrimine.
X. Etiam præcipue præda aut ſtipendii cauſa militare vitioſum eſſe.

I. 1.

SUpra,† cum de his, qvi bellum gerunt, egimus, dictum oſtenſumqve à nobis eſt, naturaliter non tantum unumqvemqve ſui juris eſſe executorem, ſed & alieni. qvare, qvæ cauſæ juſtæ ſunt ipſi, cujus res agitur, eædem juſtæ ſunt iis, qvi aliis opem ferunt. † Lib. I. c. V. §. I.

2. Prima autem maximeqve neceſſaria cura * pro ſubditis, ſive qvi familiari, ſive qvi civili ſubſunt imperio; ſunt enim qvaſi pars rectoris, ut ibidem diximus. Sic pro Gabaonitis, qvi ſe populo Hebræo ſubjecerant, arma ſumſit is populus duce Joſua. *Majores noſtri*, inqvit Cicero ad Qvirites, *ſæpe mercatoribus ac navicularijs injurioſius tractatis, bella geſſerunt.* Alibi: *Qvot bella majores noſtri ſuſceperunt, qvot cives Romani injuria affecti,* * Navar. XXIV, 11. Joſ. X, 6. Verr. II.

affecti, navicularii retenti, mercatores spoliati esse dicerentur? Iidem Romani, pro qvibus sociis arma sumere noluerant, pro iis deditis, id est, factis subditis, eadem sumere necessarium duxerunt. Campani (a) ad Romanos: *Quandoqvidem nostra tueri adversus vim atqve injuriam justa vi non vultis, vestra certe defendetis.* Florus à Campanis fedus, qvod antè habebant, sanctius ait factum omnium suorum deditione: *Fides agi visa*, inqvit Livius, *deditos non prodi.*

(a) L. I. c. III. §. IIX. n. 3. L. II. c. V. § 31. Lib. VII.

***

Pro subditis Procopius Persicorum II. οὐ γὰρ ὁ μηδὲν αὐτὸς ἀδικῶν δίκαιος εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀδικουμένους ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ ῥύεσθαι πέφυκεν. *Neq; enim statim justus est, qvi injuriam nulli facit, nisi & eo sit animo, ut tutetur sibi commissos adversus alienas injurias.*

†††

Eadem sumere necessarium duxerunt) Cum Dano regnante Cimbriam Saxones infestarent, terram illam subjugare planè certi, opem ejus Cimbri implorant, & provinciæ principatum, si victoriam contra hostes obtinerent, pollicentur. Atqve is, conditione luculenta invitatus, arma capit; Cimbrios juvat, Saxones cædit; Cimbriaqve, ut promissum, in potestatem suam acceptâ Rex creatur *Meurs. Hist. Dan. lib. 1. in Vit. Dan.* Cum Revaliensibus secundum *David. Chytraeum. Chron. Saxon. lib. 20.* in tantis angustiis, qvibus in priori seculo detinebantur, nulla ab Imperio vel propriâ virtute & viribus spes defensionis appareret, necessitate adacti extremâ Russis adeò ad eorum portas excurrentibus, & non solùm pecora, sed cives & incolas ab urbe egressos abducentibus, ab Erico Sueciæ Rege vicino pecuniam mutuam, &, si à Moscho urbs obsideretur, auxilium & defensionem petiverunt. Cum autem Ericus, non esse pecuniam Regno Sueciæ aliis mutuò dandam, responderet, verum si imperio & tutelæ ipsius se civitas Revaliensis subjiceret, se non cupiditate proferendi fines sui Regni, qvod alioqvin satis amplum haberet, sed Christianâ charitate, ac, ut Moschum (Johannem Basilidem) vicinum, si eâ urbe potiretur, regno suo intolerabilem futurum arceret; se patrocinium ad defensionem illius urbis susceprurum, omniaqve privilegia & immunitates antiqvas urbi relicturum esse polliceretur: Revalienses, re cum Nobilitate vicinâ & civibus communicatâ, Magistro Livoniæ juramentum fidelitatis superiori anno præstitum renunciant, ac Erico Sueciæ Regi, qvi paulo ante Patri Gustavo successerat, se subjecerunt, *add. Dn. Conring de Finib. Imper. cap. 29. pag. 594. seqq.* De Gröningensibus à Præside Utrajectino desertis seseqve A. C. 1518. Carolo Geldro dedentibus *Vid. Histor. Geldr. libr. 2. pag. 678.* Idem cum *Grotio* de Campanis bello pressis à Samnitibus recenset *Ayala. de Jur. Bell. lib. 1. cap. 1.*

II. Non tamen semper, qvamvis justa causa subditi, alicujus, obligat rectores ad bella sumenda: sed ita demum, si id sine omnium, aut plurium subditorum incommodo fieri potest. Rectoris enim officium magis circa totum, qvam circa partes versatur: & qvo pars est major, eo ad totius naturam † propius accedit.

† h. L. c. 24. §. 9. Soto de Just. & Jur. Lib. V. q. 1. art. 7. L. 1. Contr. III. c. 13. n. 13.

III. 1. Itaqve si civis unus, qvamvis innocens, ad exitium ab hoste deposcatur, * dubium non est, qvin deseri possit, si appareat, civitatem hostium viribus multo esse imparem. Disputat contra hanc sententiam Ferdinan-

nandus Vasqvius: sed, si non tam verba ejus, qvam propositum spectetur, hoc videtur agere, ne civis talis temere deseratur, ubi eum defendi posse spes sit. Nam & historiam adfert Italici † peditatus, qvi Pompejum, rebus nondum plane desperatis, deseruit, de sua salute certior factus à Cæsare, qvod ille non immerito improbat. † Id. n. 16.

***

Dubium non est, qvin deseri possit) Vide consilium Nicephori patriarchæ datum Michaëli Langabæ de transfugis pacis causa reddendis Bulgarorum duci, ubi hæc verba apud Zonaram: κρεῖσσον εἶναι παθεῖν κρίνοντες μετρίους τινὰς, ἢ πλήθη πάσχειν ἀνήριθμα. *Satius judicemus esse, paucos aliqvos mala ferre, qvam immensam multitudinem.*

2. An vero etiam tradi in manus hostium possit civis innocens, ut vitetur imminens alioqvi civitatis excidium, disputant eruditi, & olim disputatum est, ut cum Demosthenes nobilem illam de canibus, qvos lupi, pacis causa, ab ovibus tradi sibi postulabant, fabulam protulit. Negant id licere non Vasqvius tantum, sed is, cujus sententia ut perfidiæ propinqva à Vasqvio arguitur, Sotus. Ponit tamen Sotus, teneri talem civem se hostibus tradere: hoc qvoqve negat Vasqvius, qvia natura societatis civilis, qvam sui qvisqve commodi causa iniit, id non postulet.

†††

An verò etiam tradi in manus hostium) *Add. Bonacin. de Contract. D. 2. q. fin. s. 1. punct. 7. n. 1. Soto lib. 5. q. 6. art. 7. Becan. in 2. 2. Tom. 2. de Just. q. 10. de Homicid. Less. de J. & J. Lib. 2. c. 9. Dub. 7. Greg. de Valent. in Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. Du. Pufend. de J. N. & G. lib. 8. c. 2. p. 1039.* De hâc qvæstione ita disserit *Lud. Molin. tom. 4. tr. 3. Disp. 10. num. 4. pag. 560.* dicendum est, posse tunc remp. tradere illum (civem) tyranno, ut tantum commune periculum ac damnum evitet. Posse verò remp. tradere tunc illum tyranno, non qvidem eo fine, ut interficiatur, sed scientem fore interficiendum, ad idqve à tyranno peti, posse illum tradere eo fine, ut ipsa tantum suum damnum eviret. &c. Nos utrumqve injustum esse arbitramur, tam qvando resp. civem, qvi certò se occidendum novit, hosti tradit, qvamvis nudâ sub intentione evitandi excidii, nisi fortè adhûc persvasum sibi habeat, fore, ut tyrannus innocenti tradito parcat: tùm qvando ejusmodi civis sese præsentissimæ morti addicat, idqve in locum qvasi pœnæ; non enim sui corporis & vitæ arbitrium penes ipsum stat, sed illi debetur, Deo sc. Opt. Max. à qvo obtinuit.

3. Sed hinc nihil aliud seqvitur, qvam ex iure, proprie dicto, civem ad hoc non teneri: at non etiam caritatem pati, ut aliter † faciat. Multa enim sunt non justitiæ proprie dictæ, sed dilectionis officia, qvæ non tantum cum laude præstantur, qvod Vasqvius agnoscit, sed etiam omitti sine culpa neqveunt. Tale autem omnino hoc videtur esse, ut maximæ multitudinis innocentis vitam suæ unius †† qvis præferat. Praxithea in Euripidis Erechtheo: † L. 2. c. 1. §. 8. †† h. c. §. VII.

Εἰπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τὸ λάσιον
Τὸ μεῖζον, ἢ μὴν οἶκος ἀνὴρ τ' ὀλέσας φίλους,
Πταίσας ἁπάσης πόλεως, δοὺς ἴσον φέρῃ.
Si namque numeros, quidque sit plus aut minus,
*Percipimus animo, * non malo unius domus*
Commune vinci, sed nec æquari potest.

Diod. lib. XVII. Atqve ita Phocion Demosthenem atqve alios hortabatur, ad exemplum Leiliarum & * Hyacinthidum potius mortem ipsi subirent, qvam malum irreparabile patriæ inferri sinerent. Cicero pro P. Sextio: *Si mihi, in aliqva nave cum meis amicis naviganti, hoc accidisset, ut multi ex multis locis prædones classibus eam navem se oppressuros minarentur, nisi me unum sibi dedidissent: si id vellem negarent, ac mecum simul interire, qvam me hostibus tradere mallent: feci ssem me potius ipse in profundum; ut ceteros conservarem, qvam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem.* Idem de Finibus III. *Vir bonus & sapiens, & legibus parens, & civilis officii non ignarus, utilitatis omnium plus, qvam unius alicujus aut suæ, consulit.* Apud Livium de Molossis qvibusdam dictum legimus: *Equidem pro patria qvi lethum oppetissent, sæpe fando audivi: qvi patriam pro se perire æqvum censerent, hi primi inventi sunt.*

Lib. XLV. c. 26.

* * *

3. — — *Non malo unius domus*
Commune vinci, sed nec æqvari potest) δίκαιον προθήκω τὸ ὅλον μέρους εἶναι. *Iniqvum est, totum fieri accessionem partis.* Locus est apud Philonem fine libri II. de vita Mosis, ubi & alia lectu dignissima.

Hyacinthidum) Vide Apollodorum in Bibliotheca.

†††

Cicero pro P. Sextio) Videtur tamen hic locus Ciceronis, tanqvam Stoici, hic minus qvadrare. Supponebat enim hæc secta, qvemlibet potestatem habere in suam vitam, qvod taxat *Grotius l. I. c. 19. §. 5.*

4. Sed hoc posito restat dubitatio, an, qvod ille facere tenetur, ad hoc cogi qvoqve possit? Negat hoc Sotus, exemplo divitis, qvi egeno stipem dare ex misericordiæ præscripto tenetur, cogi tamen † neqvit. Sed notandum est, aliam esse rationem partium inter se, aliam superiorum, ubi cum sibi subditis comparantur. Nam parem cogere non potest, nisi ad id, qvod ex jure debetur stricte dicto; at superior cogere potest, * etiam ad alia, qvæ virtus qvælibet præcipit, qvia in jure proprio superioris, qva superior est, hoc est comprehensum. Sic in magna frumenti penuria cives cogi possunt, qvod habent, in medium conferre: qvare & in nostra illa controversia verius videtur, cogi posse civem, ut id faciat, qvod exigit †† caritas. Atqve ita, qvem dixi, Phocion amicissimum qvendam sibi, Nicoclem nomine, demonstrans ajebat, huc malorum ventum, ut si Alexander eum deposceret, ipse dedendum censeret.

† L. 2. c. 11. §. 3. c. 17. §. 2. n. 2. c. 22. §. 16.

Less. lib. II. c. 9. dub. 7. Plut. Phoc.

†† L. 3. c. 21. §. 24. n. 2.

4. *Etiam*

***

4. *Etiam ad alia, qvæ virtus qvælibet præcipit*) Sic apud Lucanos pœna erat dicta prodigis, ingratis apud Macedonas, otiosis apud eosdem Lucanos & Athenienses. adde, qvæ allata ad libri 1. c. 1. § 9.

†††

Videtur cogi posse civem) Eadem est doctrina *Felliucc. T. m. 2. Tract. 28. cap. 1. n. 11. Molin. l. c. n. 5. in fin. pag. 561. Dian. Tom. 8. Tr. 5. Resolut. 85. Tanner. T. m 3. Disp. 4. q. 8. dub. 4. n. 54. seq. Bannez. in Thom. 2. 2. q. 64. art. 6.* Placet tamen nobis negativa cum *Dn. Zigl.* qvod tale imperium non habeat in vitam subditi innocentis Princeps, ut eum perdat.

Cives cogi possunt) Diximus de hoc qvædam ad *h. l. 2. c. 2. §. 20.* qvibus *add. Petr. Anton. de Petr. de Potest. Princip. cap. 32. sect. 4. n. 50. p. 582. sect. 5. n. 35. p. 593. Ludovic. Molin. de J. & J. Tom. 2. Tr. 2. D. 341. n. 1. seq. p. 374. Martin. Bonacin. Tom. 2. Tr. de Restitut. D. 3. q. 2. p. 2. n. 28. p. 595. Johann. Schneidewin. ad instit. de his, qvi sui vel. alien. jur. §. fin. n. 6. pag. 34. It. de Empt. Vendit. §. fin. n. 7. p. 537. Jacob. Menoch. Arbitr. Judic. Qq. l. 2. cent. 5. cas. 462. n. 13. p. 658. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 23. th. 7. p. 316. seq. Roland. à Valle cons. 80. Vol. 3. n. 14. pag. 293.*

IV. Subditis proximi, imo pares sunt in hoc, ut defendi debeant, socii, (a) in qvorum federe comprehensum id est, sive in tutelam sese & fidem aliorum dederunt, sive mutua auxilia pacti sunt. *Qvi non repellit injuriam à socio, si potest, tam est in vitio, qvam ille, qvi facit*, ait Ambrosius. Pactiones autem tales * ad bella, qvibus justa causa non subsit, porrigi haud posse, diximus (b) alibi. Et hæc est causa, cur Lacedæmonii, priusqvam bellum in Athenienses susciperent, sociis omnibus de causæ justitia judicium permiserint: Et Romani Græcis de bello in Nabidem. Nunc illud addamus, ne tunc qvidem teneri socium, si nulla spes sit boni exitus. Boni enim, non mali, causa societas contrahitur. Defendendus autem socius est etiam contra alium itidem federatum, nisi priori federe aliqvid specialius (c) convenerit. Sic Corcyræos, si causa eorum justa erat, Athenienses defendere potuerunt etiam contra Corinthos socios vetustiores.

(a) L. II. c. 15. §. 13. n. 1. Off. 1. c. 36.

(b) h. L. c. 22. it. c. 15. §. 13. n. 2. Liv. l. XXXIV.

(c) L. 1. c. 3. §. 23. n. 2. L. 2. c. 15. §. 13. per tot.

***

Ad bella qvibus justa causa non subsit) Vide Simlerum de republica Helvetiorum. *Domino guerram faciente alicui, si sciatur, qvod juste, aut cum dubitabitur, vasallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam est, qvod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defensionem, ad offendendum vero alium non adjuvet.* Lib. II. de Feudis, c. 28. Hic finitur. vers. Domino in princ.

†††

Non adjuvet) Obiter hic notamus, *Baldum ad h. t. n. 5. seq.* hunc locum singulariter taxasse tanqvam improbum, ac propterea Obertum & Gerardum duo pecora vocitasse: qvemadmodum hoc capitulum non convenire juri naturæ agnoscunt *Jacobin. de S. Georg. de Feud. §. & promiserunt. n. 8. jung. Dn. Zigler. ad Grot. c. seq. §. 3. p. 512. cum Gail. de P. P. l. 1. c. 4. n. 10. seqq.*

V. * Tertia causa est amicorum, qvibus auxilium promissum qvidem non est, sed tamen amicitiæ qvadam ratione debetur, si facile & sine incommodo

Vict. de Ind. p. 2. n. 17. Cajet. 2, 2. q. 4. art. 1.

modo exhiberi possit. Sic pro Lotho cognato arma sumsit Abrahamus; Antiatibus præceperunt Romani, ne in Græcos, utpote Italorum cognatos, piraticam exercerent. Iidem sæpe non pro sociis tantum, qvibus ex federe id debebatur, sed pro amicis bella susceperunt, aut suscipere minati sunt.

***

Tertia causa est amicorum) Oraculum vetus:

Cic de fin. III. de off. II. L. ut vim. D. de just. & jure

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὸν πέλας οὐκ ἐβοήθεις,
Οὐ σὲ θεμιστεύσω. περικάλλεος ἔξιθι ναοῦ.
Non ope juvisti præsens in morte sodalem:
Essabor tibi nil, nisi, templi finibus exi.

α de Ira l. 1. cap. 7.

β de Clem. II, 5.

De Off. I. lib. cap. 5.

VI. Postrema latissimeqve patens est hominum inter se conjunctio, qvæ vel sola ad opem ferendam sufficit. *Homo in adjutorium mutuum generatus est*, α ait Seneca. Ejusdem est: β *Sapiens, qvoties poterit, fortunæ intercedet.* Euripides in Supplicibus:

Præbent saxa perfugium feris,
Aræqve famulis. urbibus pressis malo
Tutamen urbes.

† L. 2. c. 20 §. 40. n. 1.

Ambrosio *fortitudo, qvæ defendit infirmos, plena justitia est*: qva de re supra † qvoqve egimus.

De Leg. IV. Dion. L. 1.

VII. 1. Qværitur hîc, an teneatur etiam homo hominem populus populum ab injuria defendere. * Plato puniendum censet, qvi vim alteri illatam non arcet: qvod & Ægyptiorum legibus cavebatur. Sed primum, si manifestum sit periculum, non teneri certum est. Potest enim suam vitam & res alienis præferre. Atqve ita interpretandum censeo illud Tullii, *Qvi non defendit nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio, qvam si parentes, aut patriam, aut socios deserat*; ut *potest*, illud intelligamus, cum suo commodo: nam & idem alibi dicit, *non defendi homines sine vituperatione fortasse possunt.* Apud Sallustium est in historiis: *omnes, qvi secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere: dein, qvod qværitur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit.*

***

Plato puniendum censet, qvi vim alteri illatam non arcet) Et Hebræi Mose de Kotzi præcepto jubente LXXVII, LXXX. vetante CLXIV. CLXV.

Less. Lib. II. c. 4. dub. 15.

2. * Senecæ qvoqve hoc non spernendum: *Succurram perituro, sed ut ipse non peream, nisi si futurus ero magni hominis aut magnæ rei merces.* Sed ne tunc qvidem tenebitur, si oppressus, nisi morte invasoris, eripi non potest. Nam si invasoris vitam, qvi invaditur, suæ potest præferri, ut alibi diximus †; non peccabit, qvi invasum id aut credet, aut volet malle: præsertim cum ex parte invasoris majus sit periculum damni irreparabilis & sempiterni.

† L. 2. c. 1. §. 8.

Se-

***

Senece qvoqve) Locus est de Beneficiis II, 15. alter non dissimilis ejusdem argumenti lib. I. c. 10. *Dignum, etiam impendio sanguinis mei, tuebor, & in partum discriminis veniam: indignum si eripere latronibus potero, clamore sublato, salutarem vocem homini non pigebit emittere.*

†††

Ne tunc qvidem tenebitur) Imò verò tenebitur, nisi expressè de voluntate invasi contrarii constet. Qvilibet enim naturaliter præsumitur vitæ & sanguinis sui assertor ac conservator, donec probetur contrarium.

VIII. 1. Est & illud controversum, an justa sit belli causa pro subditis alienis, ut ab eis arceatur imperantis injuria. Sane ex qvo civiles societates institutæ sunt, certum est, rectoribus cujusqve speciale qvoddam in suos jus qvæsitum. Euripides Heraclidis:

δίκαιοι δ' ἐσμὲν οἰκοῦντες πόλιν
αὐτοὶ καθ' αὑτὼς κυρίας πρέσνων δίκας.
Nos qvotqvot hujus colimus urbis mœnia,
Sufficimus ipsi nostra judicia exsequi.

Nec alio illud pertinet:

Spartam, tibi qvæ contigit, orna:
Nobis fuerint cura Mycenæ.

Et Thucydides inter summi imperii signa posuit τὸ αὐτοδίκον, *judiciorum summam potestatem*, non minus, qvam τὸ αὐτόνομον καὶ τὸ αὐτοτελὲς, id est, *legum & magistratuum creandorum jus.* Nec alio pertinet poëticum illud:

Non illi imperium pelagi regnumqve tridentis, Virg. Æ. v. 1.
Sed mihi sorte datum.

Et huic non dissimile illud: Ovid. Met. 14.

* *Rescindere nunqvam*
Dis licet acta Deum.

Et apud Euripidem: *Mos ille est Deum;* Hippolyto.
Qvod cupit unus, huic nefas obsistere:

Nimirum, ut rectè explicat Ambrosius: *ne usurpata aliarum partium sollicitudine bellum inter se incitarent.* τὰς σφετέρας αὐτῶν τινα κολάζειν, * *ut in suos qvisqve animadvertant*, æqvum esse censent Corinthii apud Thucydidem. Et Perseus in oratione ad Martium, qvod in Dolopes fecisset, negat se defensurum: *jure*, inqviens, *feci meo, cum mei regni, meæ ditionis essent.* Sed hæc omnia locum habent, ubi vere delinqvunt subditi, adde etiam, ubi dubia est causa. In hoc enim instituta est illa imperiorum distributio. Lib. I. de Off. c. 35. Liv. l. X. fin. Vict. de Imp. rel. n. 15.

***

-- -- *Rescindere nunqvam*
Dis licet acta Deum) Ejusdem est III. Metamorphoseôn:

—— Neq; enim licet irrita cuiqvam
Facta Dei fecisse Deo

Ut in suos qvisq; animadvertant) Augustinus II. de Libero arbitrio: *Non enim, ut alicujus est bonitatis, alienis præstare beneficia, ita justitiæ, vindicare in alienos.* Procopius Vandalicorum: τὴν ὑπάρχουσαν ἡγεμονίαν αὐτόν τινα διοικεῖσθαι καλὸν, καὶ μὴ ἀλλοτρίας οἰκειοῦσθαι φροντίδας. [illegible]d cuiq; obtigit imperium, id, ut administret, ac ne alienas curas in se trahat, honesto convenit.

L.I.c.IV.§.xI. 2. At non etiam si manifesta sit injuria, si qvis Busiris, Phalaris, Thrax Diomedes ea in subditos exerceat, qvæ æqvo nulli probentur, ideo præclusum erit jus humanæ societatis. Sic in Maxentium & in Licinium Constantinus, * in Persas alii Romanorum Imperatores arma ceperunt, aut capere minati sunt, nisi vim à Christianis religionis nomine arcerent.

Vict. de Ind. Rel p.2.n.13.

***

In Persas alii Romanorum Imperatores) Exemplum simile habes in rebus Pipini apud Fredegarium in fine.

3. Imo etiam, si daretur, ne in summa qvidem necessitate arma recte à subditis sumi (qva de re dubitare vidimus illos ipsos, qvorum institutum fuit regiam potestatem defendere) non tamen inde seqvetur, non posse pro ipsis ab aliis arma sumi. Qvoties enim actioni alicui impedimentum ponitur personale, non ex re; toties qvod uni non licet, alteri pro eodem licere potest, si modo tale sit negotium, in qvo alter alteri prodesse possit. Sic pro pupillo, cujus persona judicium non capit, litigat tutor aut alius: pro absente, etiam sine mandato, defensor. Impedimentum autem, qvod resistere subditum prohibet, non ex causa venit, qvæ eadem est in subdito & in non subdito, sed ex personæ qvalitate, qvæ in alios non transit.

4. Sic Seneca existimat, bello à me peti posse, qvi à mea gente sepositus suam exagitat, ut diximus, † cum de pœnis exposcendis ageretur: qvæ res sæpe cum defensione innocentium conjuncta est. Scimus qvidem ex veteribus novisqve historiis, alieni cupiditatem hos sibi qværere obtentus: sed non ideo statim jus esse desinit, si qvid à malis usurpatur. Navigant & piratæ: ferro utuntur & latrones.

† L.2.c.20.§.40.

IX. 1. Sicut autem societates bellicas eo initas animo, * ut in qvodvis bellum nullo causæ discrimine promittantur auxilia, illicitas diximus, ita nullum vitæ genus est improbius, qvam eorum, qvi sine causæ respectu mercede conducti militant, & qvibus

Soto in verbo Bellum. p.1.§.10. circa fin. Liv. Libro XXXII.

Ibi fas, ubi plurima merces.

Qvod Plato ex Tyrtæo probat. Hoc ipsum est, qvod Ætholis à Philippo exprobratum legimus: & Arcadibus à Dionysio Milesio his verbis: ἀγορὰ πολέμου πρόκειται, καὶ τὰ τῶν ἑλλήνων τὴν Αρκάδων τρέφει καὶ περιέχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων: *belli instituuntur nundinæ, & Græcorum mala in fructu sunt*

Ar-

Arcadibus, & ſine cauſarum reſpectu, modo huc, modo illuc arma circumferuntur. Res ſane miſeranda, ut Antiphanes loqvitur;

ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχεται ἀποθανούμενος.

Miles, qvi vitæ cauſa ſe auctorat neci.*

Dion Pruſæenſis : καὶ τοι τί τοῦ ζῆν αἰαγκαιότερόν ἐστιν, ἢ τί τούτου ὠνὴ πολείσθαι πιθανὸν παντὸς; ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἀπολύουσι χρημάτων ἐπιθυμίαι. *Quid magis eſt neceſſarium nobis, aut qvid pluris fit, qvam vita? & tamen hanc qvoqve non panci perdunt, dum pecuniam qværunt.*

***

Ut in qvodvis bellum nullo cauſæ diſcrimine promittantur auxilia) Iterum Simlerum hac de re vide.

Qvi vitæ cauſa ſe auctorat neci) Vitâ parari ea, in qvibus vita conſumitur, dixit Seneca naturalium V, 18. Plautus Bacchidibus:

Suam qvi auro vitam vendicant.

Güntherus : *Ære dato conducta cohors, & bellica miles*
Dona ſeqvens, pretioq; ſuum mutare favorem
Suetus, & accepto pariter cum munere bello
Hunc habuiſſe, dator pretii qvem juſſerit, hoſtem.

†††

Ibi fas, ubi plurima merces) Hoc ſemel atqve iterum obſervavi, inqvit *Philipp. Camerar. horar. ſuccif. Cent.* 1. *cap.* 94. *pag.* 476. in eqvitibus noſtratibus, non procul ab Argentorato, aliis ad Regem Galliæ, aliis ad Principem Condæum militatum diſcedentibus, & veluti ſub præcone, ut Plutarchus de eqvitibus Romanis ait, proſtantibus, atqve iis, qvi plus dediſſent, ſe adjungentibus. Hi, ubi in iisdem diverſoriis convenissent, & vino incaluiſſent; fratres, conſanguinei, & affines inter ſe erant, paulò poſt in bello ſe mutuò interfecturi.

2. Parum vero, qvod ſuam vendunt necem, niſi & aliorum ſæpe innocentium venderent: tanto carnifice deteſtabiliores,* qvanto pejus eſt, ſine cauſa, qvam ex cauſa, occidere: Sicut Antiſthenes dicebat, carnifices tyrannis eſſe ſanctiores, qvod illi nocentes, hi innocentes interficerent. Major Philippus Macedo huic hominum generi, τὰς τροφὰς εἰσηγήσιν ἔχειν, ἐκ δὲ μισθοφορεῖν, *qvibus unus ex malitia qvæſtus eſſet*, dicebat, bellum eſſe pacem, pacem bellum. Bellinus, de Re milit. II. p. tit. 2. n. 4. niod. lib. XIIX.

***

Qvando pejus eſt ſine cauſa, qvam ex cauſa occidere,) Seneca Naturalium V, 18. *Hoc vero qvid aliud qvis dixerit, qvam inſaniam? circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum ſine injuria, occurrentia devaſtantem, ac ferarum more occidere, qvem non oderis?*

3. Non eſt inter artificia bellum, imo res eſt tam horrenda, ut eam, niſi ſumma neceſſitas (*a*) aut vera caritas (*b*) honeſtam efficere neqveat: qvemadmodum (*a*) h. l. c. 24. (*b*) h. c. 25.

modum ex iis intelligi potest, qvæ capitum antecedentium proximo dicta à nobis sunt. Augustino judice † *militare non est delictum, sed, propter prædam militare, peccatum est.*

† De verbis Domini secũdũ Matthæũ; citatur can. 5. causa XXIII. qvæst. 1.

X. Imo & propter stipendium, si id unice aut præcipue spectetur: cum alioqvi stipendium accipere licitum sit omnino: τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; ait Paulus Apostolus: *qvis suis impensis militat?*

I. Cor. IX, 7.

CAPUT XXVI.

De causis justis ut bellum geratur ab his, qvi sub alieno imperio sunt.

I. Qvi dicantur esse sub alieno imperio.
II. Qvid hic faciendum, si ad deliberationem adhibeantur, aut liberam electionem habeant.
III. Si imperetur ipsis, & causam belli injustam credant, non militandum.
IV. Qvid si dubitent?
V. Pietatis esse hac in re dubitantibus subditis parcere sub onere tributi extraordinarii.
VI. Qvando subditorum arma justa sint in bello injusto.

I.

L. I. c. V. §. III. L. II. c. V. per tot.

EGimus de his, qvi sunt sui juris: sunt alii in conditione parendi positi, aut filiifamiliarum, servi, subditi, etiam cives singuli, si cum civitatis suæ corpore comparentur.

Ægid. Reg. de Act. supern. Disp. 31. n. 80. Vict. de Jure Belli, n. 21. Act. 5. 9.

II. Hi vero, si aut ad deliberationem adhibentur, aut libera ipsis optio datur militandi aut qviescendi, easdem regulas seqvi debent, qvas illi, qvi suopte arbitrio pro se aut aliis bella suscipiunt.

† L. 1. c. 2. §. 9. n. 3. §. 11. n. 11. c. 3. §. 9. n. 1. c. 4. §. 1. n. 3.

III. 1. At si edicitur ipsis, ut militent, † qvod fieri solet, siqvidem constat ipsis, injustam esse belli causam: abstinere omnino debent. Deo potius obediendum, qvam hominibus, non Apostoli tantum dixerunt, * sed & Socrates: & apud magistros * Hebræorum exstat sententia, indicans Regi, contra Dei legem qvid præcipienti, prorsus non parendum. Polycarpi jamjam morituri dictum exstat: δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίας ἀπὸ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν. *Didicimus imperiis ac potestatibus à Deo ordinatis exhibere honorem, qvem par est, qviq; salutem nostram non impediat.* Et Paulus Apostolus: *Filii*, inqvit, *obedite parentibus * in Domino; id enim æqvum est.* Ad qvem locum Hieronymus: *Peccatum filiorum est, non obedire parentibus; & qvia poterant parentes aliqvid imperare perversum, adjunxit, in Domino.* Et * de servis addit: *Cum Dominus carnis à Domino spiritus diversum imperat, non est obediendum.* Idem alibi: *In illis tantum debent dominis & parentibus esse subjecti, qvæ contra Dei mandatum non sunt.* Nam & idem ille Apostolus dixerat, sui qvemq; operis mercedem reportaturum, sive liberum, sive servum. Tertullianus vero: *satis præscriptum habemus, in omni obseqvio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, * subditos magistratibus, prin-*

Eph. VI, 1.

Eph. VI, 8.

principibus, & potestatibus: sed intra limites disciplinæ. In martyrologio Silvanus martyr: *Iccirco Romanas leges contemnimus, uti jussa divina servemus.* Apud Euripidem dicenti Creonti: Phœnessis.

Nonne exsequi mandata fas ipsum jubet?

Respondet Antigone:

Non imperata jure nec jus exsequi.

Musonius ita ait: *Si quis aut patri, * aut magistratui, aut domino, turpia aut iniqua factu imperanti, non paret, is nec inobediens est, nec injuriam facit, nec peccat.* Stob. tit. liberos parent. honorand.

***

Sed & Socrates) Plato id nos docet in ipsius Apologia. Et Apollonius, qui Neronis Edicto illud Sophocleum opponebat:

Οὐ γὰρ τί μοι ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τόδε.

Nam jussa non hæc Jupiter dederat mihi.

Hebræorum exstat sententia) Quam & Josephus eis tribuit Antiquæ Historiæ XVII. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ τῶν δογμάτων ἀξιωτέρους τετηρῆσθαι ἡγούμεθα νόμους οὓς Μωϋσῆς ὑπαγορεύσει καὶ διδαχῇ τοῦ Θεοῦ γραψάμενος κατέλιπε. *Nihil vero mirum, si servatu digniora credimus jussis tuis ea, quæ Moses, Deo suggerente ac docente, scripta reliquit.* Adde Rabbinum Tanchumam, citante Drusio ad locum Actorum.

In Domino) Chrysostomus hoc in Domino sic explicat: τουτέστιν ἐν οἷς μὴ προσκρούσῃς Θεῷ: *id est in quibus Deum offensurus non es.* Idem ad Patrem infidelem: οὐ γὰρ δὴ μικρὸς ἡμῖν κεῖται μισθὸς τοῖς τοὺς γεγεννηκότας τιμῶσιν, ἀλλ' ὡς δεσπότας αὐτοὺς ἡγῆσθαι κελευόμεθα λόγῳ τε καὶ ἔργῳ θεραπεύειν, ὅταν μὴ δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας παραβλάπτηται. *Non enim exigua nobis merces proposita est, si honorem exhibeamus parentibus, sed ut dominos eos habere jubemur, verbisque & rebus obsequium ipsis præstare, extra quam si pietas lædenda est.* Sic accipe illud Hieronymi. *Per calcatum perge patrem,* declamatorie dictum, sumtumque à Latrone declamatore apud Senecam: & quæ apud Ambrosium de virginitate, & apud Augustinum epist. XXXIIX. ad Lætum & Canone IV. Arabicæ interpretationis Concilii Niceni I.

De servis) Chrysostomus I. Cor. VII, 24. καὶ γὰρ εἰσὶν ὅροι δούλῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ κείμενοι· καὶ μέχρι που δεῖ φυλάττειν αὐτοὺς καὶ τοῦτο νενομοθέτηται, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς οὐ χρή. ὅταν γὰρ μηδὲν ὁ δεσπότης ἐπιτάττῃ τῶν μὴ δοκούντων τῷ θεῷ ἔπεσθαι δεῖ καὶ πείθεσθαι. περαιτέρω δὲ μηδέν. *Sunt & servis limites sui à Deo præscripti: & quousq; eos servare oporteat & hoc præceptum est, neq; eos licet excedere. Ubi enim nihil dominus jubet eorum, quæ Deo improbantur, sequi & obsequi oportet, non ultra.* de matrefamilias Clemens Alexandrinus: πάντα τῷ ἀνδρὶ πειθομένη, ὡς μηδὲν ἄκοντος ἐκείνου πρᾶξαί ποτε, πλὴν ὅσα εἰς ἀρετὴν τε καὶ σωτηρίαν διαφέρειν νομίζητα. *In omnibus viro parebit, neq;, eo invito, faciet quicquam, extra quæ credet ad virtutem salutemq; momentum habere.*

Subditos magiſtratibus) Exempla illuſtria & pœnæ & laudis vide I. Sam. XXII, 18. 19. I. Reg. I. 10. 12. 14. Apud Chriſtianos Manuel & Gregorius dectarunt miniſterium occidendæ Auguſtæ. Nicetas Alexio Manuelis filio.

Aut Magiſtratui) In paganis hominibus duo ſunt nobilia exempla eorum, qvi principibus ad inhoneſta obſecuti non ſunt, Papiniani ſatis celebratum, & alterum Helpidii apud Ammianum XXI. Severus ne eos qvidem pœna expertes voluit eſſe, qvi Imperatori obſecuti eſſent ad necem Senatoris, vide Xiphilinum.

†††

Abſtinere omnino debent) Mandatum enim ſuperioris in delictis non excuſat, ſed potius obedientia inofficioſa in delictis jure reprobata eſt, *arg. l. cum ratio. 7. §. ſeneca 4. ff. de Bon. Damnat. l. ſed ſi unius. 17 §. ſi juſſu domini. 7. ff. de injur.* Hinc meritò improbant ſancitum in 2. *F. 28. princip.* ubi & *Bald. n. 5. & ſeq.* Oberum & Gerhardum duo pecora fuiſſe propter hoc pronunciat.

De ſervis addit) Qvidam hic contendunt, confundi ab Autore imperia herilia cum civilibus, illumqve argumentari ex ſervi qvalitate ad cives, qvæ tamen omninò diſtinguenda ſunt. At tamen Grotius argumentatur à majore ad minus, qvod non inconvenienter procedit. Si enim ſervi, magis qvippe obnoxii imperio herili, qvam cives civili, dominis ſuis in iis obedire non debent, qvæ Dei mandatis repugnant, multo minus cives mandatis magiſtratus injuſtis obedire tenentur. Conſentit *Grævv. ad h. l. p. 234. Edit. Belg.*

2. Gellius negat probam eſſe ſententiam, omnia eſſe, qvæ pater juſſerit, parendum. *Qvid enim*, ait, *ſi proditionem patriæ,† ſi matris necem, ſi alia qvædam imperavit turpia aut impia? Media igitur ſententia optima atq; tutiſſima viſa eſt, qvædam eſſe parendum, qvædam non obſeqvendum.* * Seneca pater: *Non omnibus imperiis parendum eſt.* * Qvintilianus: *Non omnia neceſſe eſt facere liberis, qvæcumq; patres imperant. Multa ſunt, qvæ fieri non poſſunt. Si imperet filio, ut ſententiam dicat contra, qvam exiſtimet: ſi teſtimonium jubeat dici ejus rei, qvam ignoret: ſi ſententiam in Senatu: ſi Capitolium me incendere jubeas, arcem occupare; licet dicere. Hæc ſunt, qvæ fieri non oportet.* Seneca: *Non aut nos omnia jubere poſſumus, aut in omnia ſervi parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient: nulli ſceleri manus commodabunt.* Sopater: ἔδει, φησὶ, πειθῆναι τῷ πατρί. εἰ μὲν κατὰ νόμους, καλῶς. εἰ δὲ παρὰ τὸ πρέπον, οὐκ ὄκνον. *Patri*, inqvit, *parendum eſt. Si qvidem intra jura, recte: ſin ultra honeſtum, non convenit.* Irriſus olim Stratocles, qvi legem Athenis rogaverat, ut qvicqvid Demetrio Regi placuiſſet, id in Deos pium, & inter homines juſtum eſſet. Plinius alicubi elaboratum à ſe ait, ut conſtaret, * miniſterium crimen eſſe.

† Lib. VII. c. 7. L. 35. D. de Religioſ. Decl. 271.

De Benef. Lib. III, 20.

L. III. Ep. IX. ad Minutium.

***

Seneca pater) Libro I. controverſia I.

Qvintilianus) idem alibi: *Non omnia præſtanda etiam parentibus. Aliqvin nihil eſt pernitioſius acceptis beneficiis, ſi in omnem nos obligant ſervitutem.*

Irriſus

Irrisus olim Stratocles) Talis erat syngrapha illa, qvam à Basilio Camatero Andronicus Comnenus exegerat: ἐκεῖνα ἐν τῷ δεμνοφαγεύειν διαπεράσῃς, ἃ ἴσα φιλητὰ Ἀνδρονίκῳ κἂν ἅπαξ ταῦτα θέμενα, κἀκεῖνα πάλιν ἀποφύγῃς, ἅπερ οὐκ ἠθέλει Ἀνδρόνικον. *Illa in Pontificio te facturum, quæ grata Andronico essent, qvamvis plane nefaria: contra defugiturum te ea, quæ Andronico non placerent.*

Ministerium crimen esse) Tertullianus de anima: *Plus creditur, qvi jubet, qvando nec, qvi obsequitur, excusatur.* & de Resurrectione carnis: *Cum humana censura eo perfectior habeatur, qvo etiam ministros falli cujusq; deposcit, nec parcens aut invidens illis, qvo minus cum auctoribus, aut pœnæ, aut gratiæ, communicent fructum.* vide Gailium de Pace publica lib. I. c. IV. n. 14.

3. Ipsa jura civilia, qvæ peccatis excusabilibus facile veniam præbent, favent qvidem his, qvi parere necesse habent, sed non in omnibus. Excipiunt enim ea, qvæ atrocitatem habent facinoris vel sceleris; qvæ sua sponte scelerata ac nefaria sunt, ut loqvitur Tullius; maleficia, qvæ sponte & non disputatione Jurisconsultorum, sed naturali interpretatione fugienda sunt, ut Asconius interpretatur. L. 4. & L. Adeo. 157. D. de R. I. Ver. III.

4. Narratum Hecatæo Josephus memorat, Judæos, qvi Alexandro Macedoni militabant, neqve verberibus neqve contumeliis ullis adigi potuisse, ut ad belli templum, qvod Babylone erat, instaurandum, humum cum militibus ceteris aggererent. Sed propius nostri argumenti exemplum habemus in Thebæa legione, de qva supra † egimus; & in Juliani militibus, de qvibus sic Ambrosius, *Julianus Imperator qvamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: qvibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediebant ei. *cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc agnoscebant Imperatorem cœli.* Sic & speculatores legimus, ad Christum conversos, mori potius elegisse, qvam edictis & judiciis in Christianos manum commodarent. L. 1. c. 2. §. 9. n. 3. † L. 1. c. 2. §. fin. n. 11. seq. c. 4. §. 7. n. 10. seqq.

* * *

Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos) Non enim ab omni vi in Christianos abstinuit Julianus, tunc maxime, ubi colorem aliqvem nactus sibi videbatur. *Julianus Christiani jugulator exercitus* In Hieronymi scripto ad Nepotianum; cœptam ejus imperio Antiochæ persecutionem, & juvenem qvendam tortum, narrat Augustinus de Civitate Dei, lib. I. c. 32. in Martyrologus memoria celebratur S. Eliphii Scoti & sociorum ejus 33. qvos Julianus inter Tullensem & Grandensem civitatem decollari fecit. Vide & Joannem Antiochenum in excerptis ex manuscripto Peiresiano. Augustinus epistola L. ad Bonifacium citatus à Gratiano c. 94. causa XI. qvæst. III. *Julianus exstitit infidelis Imperator, nonne exstitit apostata iniqvus & idololatra? Milites Christiani servierunt Imperatori infideli, ubi veniebant ad causam Christi,*

non

non agnoscebant, nisi illum, qvi in cœlo erat: qvando volebat, ut idola colerent & thurificarent, præponebant illi Deum.

†††

In Christianos) immeritos; aliàs subditi etiam tenentur militare sub magistratu heterodoxo, justum belligerandi causam habente, adversus orthodoxum: qvia delicta publica jure naturæ & gentium etiam in orthodoxis puniri debent. Qvare *Ezech.* 23. v. 45. justi judices Chaldæorum suppliciis vindicabant homicidia & adulteria Judæorum. Et undecim Tribus vindicabant stuprum violentum commissum in pellicem heterodoxi Levitæ non sine aliqvo damno, etiam orthodoxæ religionis, *Judic.* 19. *vid. Hulsem. in Breviar. Theolog. cap.* 20. *th.* 19. *pag.* 494. Consentit *Dn. Zigler. h. l.*

Vict. de Jure belli, n. 23.

5. Tantundem erit, si qvis persvasus sit, qvod imperatur, injustum esse. Nam huic tantisper ea res pro illicita est, qvamdiu eam opinionem non potest deponere: ut ex supra † tractatis apparet.

† h. L. c. 23. §. fin.

IV. 1. Qvod si dubitet, res licita sit necne, eritne qviescendum an parendum? Parendum plerique censent: nec obstare illud laudatum, Qvod dubites, ne feceris: qvia qvi contemplative dubitat, potest activo judicio non dubitare: Credere enim potest, in re dubia obseqvendum superiori. Et sane, qvin hæc distinctio judicii duplicis in multis actionibus locum habeat, negari non potest. Jura civilia, non Romanorum tantum sed aliarum gentium, in tali circumstantia non modo * impunitatem concedunt obedientibus, sed & actionem in eos civilem denegant. Is damnum dat, ajunt, qvi jubet dare: ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse est. Necessitas potestatis excusat, & similia.

***

Impunitatem concedunt obedientibus) Chrysostomus de Providentia III. πολλοὶ γοῦν ἀρχόντων ἐπὶ φόνοις ἀδίκοις κατηγορηθέντες, δίκην ἔδοσον. τοὺς δὲ δημίους τοὺς διακονουμένους τῷ φόνῳ καὶ αὐτόχειρας γενομένους τῆς σφαγῆς, οὐδ' εἰς δικαστήριον ἑλκύσαι τις, ἀλλ' οὐδὲ ζήτησαν τὴν ἀρχὴν, τῆς ἀνάγκης αὐτῶν ἀπολογουμένης. καὶ τοῦ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματος καὶ τοῦ τῆς ὑποταγῆς φόβου. *multi sæpe magistratuum, ob injustas cædes accusati, pœnas dederunt. At carnifices, qvi cædi ministerium, qvi manuum operam præbuere, nemo in jus vocaverit, imo de iis ne qvæsierit qvidem. excusat enim eos necessitas ex dignitate jubentis, & ex parentis timore.* Ex Celso Ulpianus: *servum* ait *nihil deliqvisse, qvi domino jubenti obtemperavit.* L. 2. §. 1. D. de Nox. Act. *Velle non creditur, qvi obseqvitur imperio patris vel domini.* L. 4. D. de Regulis Juris, & ibi Cujacius. Seneca: *Involente necessitas non est.* Adde Legem Langobardicam lib. I. tit. IV. capite II. Mithridates libertos Attilii, conscios cædis in se cogitatæ, impunitos dimisit, & ejus, qvi à se defecerat, filios; Appianus Mithridatico: Absolutus Tiberius Gracchus à culpa Numantini fœderis, qvoniam alieno imperio peccaverat.

† L. 3. c. XI. §. IV. L. Is Damnū. 169. de R. I. L.

2. Ipse Aristoteles Nicomachiorum † qvinto, his, qvi injustum qvidem aliqvid faciunt, non autem injuste, annumerat famulum domini imperantis: injuste

injuste autem eum ait agere, a qvo actionis principium est; nimirum qvia in famulo vis deliberatrix plena non est, ut indicat proverbium:

ἥμισυ τῆς ἀρετῆς ἀποαίρει δούλιον ἦμαρ.
Dimidia virtute caret servire coactus.

Et simile:

ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρετο εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνδρῶν οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.
Tollitur huic hominum generi pars altera mentis
Ab Jove, servilem voluit qvos ducere vitam,

Et illud, qvo Philo utitur:

Δοῦλος τέφυκας. οὐ μέτεστί σοι λόγου.
*Servi tua est fortuna: * ratio ad te nihil.*

Et illud Taciti: *Principi summum rerum judicium Dii dederunt, subditis obseqvii gloria relicta est.* Narrat idem scriptor, Pisonis filium à Tiberio crimine belli civilis purgatum: *patris qvippe jussa, nec potuisse filium detrectare.* * Seneca: *Servus herilis imperii non censor est, sed minister.*

* * *

Ratio ad te nihil) Themistius oratione IX. principes rationi esse dicit similes milites iræ.

Seneca) de controversiis III, 9.

3. Et specialiter in hac de militia qvæstione ita sensit Augustinus. Sic enim ait: *Ergo vir justus, si forte sub rege, etiam sacrilego, militet, recte potest, illo jubente, bellare; si civicæ pacis ordinem servans, qvod sibi jubetur, vel non esse contra Dei præceptum certus est, vel, utrum sit, certus non est: ita ut fortasse reum faciat regem iniqvitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi.* Et alibi: *Miles cum obediens potestati, sub qva legitime constitutus est, hominem occidit, * nulla civitatis suæ lege reus est homicidii: imò, nisi fecerit, reus est imperii deserti atq; contemti: qvod si sua sponte atq; auctoritate fecisset, in crimen effusi humani sangvinis incidisset. Itaq;, unde punitur, si fecerit injussus, inde puniretur, si non fecerit jussus.* (a) Atqve hinc passim recepta est sententia, subditos qvod attinet, dari bellum utrimqve justum, id est injustitia vacans, qvo illud pertinet:

Qvis justius inducat arma
Scire nefas.

* * *

Nulla civitatis suæ lege reus est homicidii) Idem Augustinus de libero arbitrio libro I. c. 4. *Si homicidium est, hominem occidere, potest aliqvando occidere sine peccato, nam & miles hostem, & judex vel minister ejus nocentem, & cui forte invito atq; imprudenti telum de manu fugerit. non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt: sed nec etiam homicidæ isti appellari solent.* Retulit Gratianus in c. 41. causæ XXIII. qvæstionem V.

13. Liber homo. D. Ad L. Aqvil. L. Non videntur. 167. §. 1. Qvi jussu. de R. J. Paul. L. V. Sen. tit. 22. §. 1. Leges. Longobard. tit. 96. de termino effosso. Leges Wisigotth. L. 2. tit. II. c. 2. L. IIX. tit. I. c. I. Lib. VII. tit. IV. c. II. Ann. III. Lib. XXII. c. 74. contr. Faustum. De Civit. Dei, lib. I. cap. 26.

(a) L. 2. c. 23. §. 13. Sil. in verbo bellum. I. n. 9. concl. 4. Castr. in L. V. D. de Inst. Soto, L. V. q. I. art. 7. & q. 3. art. 3. Vict. de Jure Bell. n. 32. Covarruv. in c. peccatum. part. II. §. 10.

(a) Adr. Qvæstione qvodl. II.

4. Non caret tamen hoc sua difficultate. Et (a) Adrianus nostras, qvi Cisalpinorum ultimus Pontifex Romanus factus est, * contrariam defendit sententiam, qvæ stabiliri potest non illa præcise ratione, qvam ille adfert, sed hac, qvæ magis urget, qvod, qvi dubitat contemplative, debeat judicio activo eligere partem tutiorem. Est autem pars tutior, abstinere bello. Laudantur Esseni, qvod inter alia jurarent μὴ βλάψειν τινὰ ἐξ ἐπιτάγματος: *non nocituros se cuiqvam, ne, si juberentur, qvidem*: imitatores horum Pythagorei, qvi, Jamblicho teste, abstinebant, causa addita, qvia φόνων χορηγέτης καὶ νομοθέτης ὁ πόλεμος, *bellum cædes subministrat atq; imperat.*

***

Contrariam defendit sententiam) Exemplum hanc seqventium est apud Scafnaburgensem.

Bald. II. cons. 385. Sotus de det. secr. membr. 3. q. 2. in resp. ad I.

5. Neqve obstat, qvod ex altera parte periculum est, inobedientiæ. Nam cum utrumqve incertum sit (nam si injustum est bellum, jam in ejus vitatione nihil est inobedientiæ) caret peccato, qvod ex duobus minus est. Inobedientia autem in ejusmodi rebus suapte natura minus malum est, qvam homicidium, præsertim multorum innocentium. Narrant veteres, cum Mercurius, ob Argum interfectum accusatus, Jovis mandato se defendisset, non tamen ausos Deos eum absolvere. Sed nec Pothinum, Ptolemæi satellitem, Martialis, cum ait:

Antoni tamen est pejor, qvam caussa Pothini:
Hic facinus domino præstitit, ille sibi.

Vict. de Jure belli, Rel. 5. n. 25.

Nec magni ponderis est, qvod contra nonnulli adferunt, fore, ut, id si admittatur, pereat sæpe Respublica; qvia plerumq; non expediat rationes consiliorum edi populo. Ut enim hoc verum sit de causis svasoriis belli, de justificis verum non est, qvas oportet claras esse & evidentes, & proinde tales, qvæ palam exponi & possint & debeant.

Apolog. c. 4. I. cdversus Nat. 2. 6.

6. Qvod de legibus nimis forte indistincte dictum à Tertulliano est, in his legibus sive edictis de bello gerendo locum justissime habet: *Neq; civis fideliter legi obseqvitur, ignorans, qvale sit, qvod ulciscitur lex. nulla lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis, à qvibus obseqvium exspectat. Ceterum suspecta lex est, qvæ probare se non vult: improba autem, si aon probata dominetur.* Apud Papinium Achilles Ulyxi se ad bellum excitanti ait:

Qvæ Danais tanti primordia belli,
Ede: libet justas hunc sumere protinus iras.

Apud eundem Theseus:

Ite alacres, tantæq; precor confidite causæ.

Propertius dixerat lib. IV. El. 6:

Frangit & attollit vires in milite causa:
Qvæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Cui

Cui par illud Panegyriſtæ: *Tantum etiam inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, ut jam cœperit non virtutis magis, qvam integritatis, eſſe victoria.* Ac ſic viri qvidam eruditi interpretantur וַיָּרֶק qvod legitur * Gen. XIV,14. ut ſenſus ſit, miniſtros Abrahami ante prælium ab ipſo plene inſtitutos de armorum ſuorum juſtitia.

***

Geneſis XIV,14.) qvidam in eundem ſenſum trahunt vocem חֲנִיכָיו & interpretantur *à ſe inſtitutos.* Herodes in oratione ad Judæos poſt cladem in Arabia, apud Joſephum: *βούλομαι γὰρ πρῶτον μὲν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι δ πολεμεῖν ὡς δικαίως αὐτὸ πεποιήμεθα, ἔπειτα τῷ ὕβρει τῶν ἐναντίων ἐπαίσαντες. μέγιστον δὲ ἡμῖν ἔσται τοῦτο, προθυμίας ἄρχειν ὑμῖν ἔσαι. Volo autem oſtendere vobis, qvam juſte ſuſceperimus hoc bellum, coacti inimicorum contumeliis. Id enim, ſi intellexeritis, magnum vobis ad audendum erit incitamentum.*

7. Et ſane denunciationes, ut mox infra † dicemus, palam fieri ſolebant & expreſſa cauſa, ut totum qvaſi genus humanum de juſtitia cauſæ poſſit cognoſcere. Scilicet prudentia virtus eſt, ut & Ariſtoteli viſum, imperantis propria: juſtitia vero hominis, qva homo eſt. † L. 3. c. 3. §. 5. ſeq.

8. Omnino autem ſeqvenda videtur ea, qvam diximus, Adriani ſententia, ſi ſubditus non modo dubitet, ſed, argumentis probabilibus inductus, magis in id propendeat, ut bellum injuſtum eſſe putet: præcipue verò, ſi de aliis impetendis, non de ſuis tuendis, agetur.

9. Qvin probabile eſt, etiam carnifici, qvi damnatum occiſurus eſt, hactenus, aut qvod qvæſtioni & actis interfuerit, aut ex rei confeſſione cognita eſſe debere cauſæ merita, * ut ſatis ei conſtet, mortem ab eo commeritam: idqve nonnullis in locis obſervatur: nec aliud ſpectat lex Hebræa, cum ad lapidandum eum, qvi damnatus eſt, teſtes vult præire populo. Ægid. Regius de Act. ſupernat. diſp. 31. dub. 5. n. 85. Bannes. 2, 2. q. 40. art. 1. Mol. tract. II. diſp. 113. Devt. XVII.

***

Ut ſatis ei conſtet, mortem ab eo commeritam) ideo indicta cauſa ſacerdotes, Nobæ habitantes, occidere noluere, Saulis miniſtro Doëgo probiores, I. Sam. XXII, 17. Et Achabi ſpiculator tertius nocere Eliæ noluit. II. Reg. I, 13. & ſeqventibus. Aliqvot etiam carnifices, ad Chriſtum converſi, in poſterum eo munere, ut periculoſo, abſtinuere. Vide Martyrologium & Bedam. L. I, cap. 7.

V. 1. Qvod ſi ſubditorum animis per cauſæ expoſitionem ſatis neqveat fieri, omnino officium erit boni magiſtratus, tributa ipſis potius extraordinaria imperare, qvam operam militarem: præſertim ubi non defuturi ſunt alii, qvi militent: qvorum voluntate, non tantum bona, ſed & mala uti poteſt rex juſtus, qvomodo DEUS † & Diaboli & impiorum parata opera utitur; & ſicut culpa caret, qvi, egeſtate preſſus, pecuniam ſumit ab improbo fœneratore. Silv. in verbo Bellum. p. I. n. 7. circa fin. † L. 3. c. 1. §. 12.

2. Imo etiam si de causa belli dubitari non possit, minime tamen videtur æqvum, ut Christiani inviti cogantur militare; cum à militia abstinere, etiam cum militare liceat, majoris cujusdam sit sanctitatis, qvæ & à clericis, & à pœnitentibus diu exacta est, aliis vero omnibus multis modis commendata. Origenes † Celso Christianis objectanti militiæ detrectationem sic respondet: *His, qvi, à fide alieni, pro Republica militare nos jubent, & homines occidere, ita respondebimus: Hi, qvi simulacrorum vestrorum sunt sacerdotes, & Deorum, qvos putatis flamines, dextras puras servant sacrificiorum ergo, ut ea incruentis & nulla cæde maculatis manibus offerant his, qvi creduntur dii: neq; si qvod exoriatur bellum, sacerdotes asscribuntur numeris. Qvod si id ratione non caret, qvanto magis ceteris militantibus, illi qvoq; suo modo censendi sunt militare, tanqvam Dei sacerdotes atq; cultores, qvi manus qvidem servant puras, sed precibus apud Deum certant pro his, qvi juste militant, & pro eo, qvi juste regnat*' qvo in loco sacerdotes vocat qvosvis Christianos, exemplo sanctorum scriptorum, Apoc. I. 6. I. Pet. II. 5.

† L. 1. c. 2. §. 9. n. 2.

VI. 1. Arbitror vero, evenire etiam posse, ut in bello, non dubio tantum, sed & manifeste injusto, justa aliqva esse possit subditorum defensio. Nam cum subditos innocentes, & à belli culpa remotos, interficiendi jus verum & internum † hostis, justum qvamvis bellum gerens, non habeat, nisi aut ad necessariam defensionem, aut per consequentiam & extra propositum, (pœnæ enim illi obnoxii non sunt) sequitur, ut si certo constet, hostem eo venire animo, ut hostilium subditorum vitæ parcere cum possit, omnino nolit, subditi illi tueri se possint ex jure naturæ, qvod gentium jure ademtum illis non est.

† L. 3. c. 4. junct. c. 11.

2. Neqve tunc dicemus bellum utrinqve justum esse; non enim de bello, sed de certa ac definita actione qværitur. Illa autem actio, qvamvis de cetero jus ad bellum habentis, injusta est, & proinde juste repellitur.

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER TERTIUS.
Caput I.

Qvantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.

1. Ordo

I. Ordo sequentium.
II. Regula prima: licere in bello, quæ ad finem sunt necessaria: explicatur.
III. Secunda: jus non tantum ex principio, sed & causis in bello subnascentibus spectari.
IV. Tertia: quædam consequi sine injuria quæ ex proposito non liceret: cui cautio additur.
V. Quid liceat in eos, qui hostibus res subministrant, per distinctiones explicatur.
VI. An dolo uti in bello liceat.
VII. Dolus in actu negativo per se non est illicitus.
VIII. Dolus in actu positivo distinguitur in eum, qui fit per actus libere significantes, & per actus significantes velut ex conventione: & ostenditur dolum prioris generis licitum esse.
IX. In secundo genere indicatur quæstionis difficultas.
X. Non omnem usurpationem locutionis, quæ sciatur in alium sensum accipienda, esse illicitam.
XI. Mendacii qua illicitum est, formam consistere in repugnantia cum jure alterius, quod explicatur.
XII. Et ostenditur, licitum esse falsum loqui apud infantes & amentes:
XIII. Et cum is decipitur, ad quem sermo non est, & quem extra sermonem decipere liceret:
XIV. Et cum sermo est ad eum, qui velit ita decipi:
XV. Et cum, qui loquitur, utitur jure supereminente in sibi subditum:
XVI. Forte & cum vitam innocentis, aut par aliquid tueri aliter non possumus.
XVII. Apud hostes licitum falsiloquium qui senserint auctores.
XIII. Non extendendum hoc ad verba promittentia.
XIX. Nec ad juramenta.
XX. Generosius tamen esse ac Christianæ simplicitati convenientius, falsiloquio in hostem quoq; abstinere: quod per similia illustratur.
XXI. Non licere nobis quenquam impellere ad id, quod nobis licet, ipsi nō licet.
XXII. Licere tamen uti opera ultro oblata.

I.

ET qui bellum gerant, & quibus ex causis belligerare liceat, vidimus. Sequitur expendamus, *quid quantumque in bello liceat, & quibus modis: quod aut nude spectatur, aut ex promisso antecedente. Nude, ex naturæ primum, deinde ex Gentium jure. Quid ergo natura liceat, videamus.

***

Quid quantumq; in bello liceat) Bene Augustinus Epistola LXX, ad Bonifacium comitem: *Ut in ipsis bellis (si adhuc in eis versari te opus est) fidem teneas, pacem quæras.* Epistola CCV. *Est ergo etiam bellando pacificus.* De justitia in bello gerendo servanda dissertatio est egregia Heliseni ad milites apud Procopium Vandalicorum I. Orosius libro VII. *Ecce regibus & temporibus Christianis, qualiter bella civilia, cum vitari nequeunt, transigantur.* Idem de Theodosio: *Unum aliquod ab initio Urbis conditæ bellum proferant, tam pia necessitate susceptum, tam divina felicitate confectum, ubi nec pugna gravem cædem, nec victoria ernentam exegerit ultionem.*

Vict. de Jure belli, n. 15.

† L. I. c. II. §. VII n. 12. L. 2. c. 5. §. 24 n. 2. c. 14. §. 10. n. 2.

II. 1. Primum, ut jam ante diximus aliqvoties, ea, qvæ ad finem ducunt in morali materia, æstimationem intrinsecam accipiunt † ab ipso fine: qvare, qvæ ad finem juris consequendi sunt necessaria, necessitate sumta non secundum Physicam subtilitatem, (a) sed moraliter, ad ea jus habere intelligimur. Jus dico illud, qvod stricte ita dicitur, & facultatem agendi in solo societatis respectu significat. Qvare si vitam aliter servare non possum, licet mihi vi qvacumqve arcere eum, qvi eam impetit, etiamsi forte is peccato vacet, ut notavimus †† alibi: qvia jus hoc non proprie ex peccato alteriut oritur, sed ex jure, qvod mihi pro me natura concedit.

(a) L. II. c. I. §. V. n. 1. c. 10. §. 4. n. 3.

†† L. II. c. 1 §. 3.

2. Qvin & rem alienam, ex qva certum mihi periculum immines, citra culpæ alienæ considerationem invadere (b) possum: non tamen dominus fieri: id enim ad eum finem accommodatum non est: sed custodire, donec securitati meæ satis cautum sit: qvod ipsum qvoqve tractatum est à nobis alibi. Sic rem meam, qvam alius detinet, eripere ei naturaliter mihi jus est: & si id difficilius, aliud tantundem (c) valens: ut & debiti consequendi gratia: qvibus ex causis dominium qvoqve sequitur, qvando alio modo læsa æqvalitas reparari neqvit.

(b) L. II. c. 2. §. 10. L. III. c. 17. §. 1. Vict. de Jur. bell. n. 18. & 39. & 55.

(c) L. 2. c. 7. §. 2. n. 1. L. 3. c 3. §. 6. n. 2.

†††

Invadere possum (Gid. not. ad l. 2. c. 2. §. 10. & l. 3. c. 17. §. 1. Non obstat (1) qvod periculum nostrum avertere debeamus, non occupatione rei alienæ, sed potius munimentorum contrariâ in nostro exstructione. Respondemus, hoc optimè procedere, si sumus extra casum extremæ necessitatis constituti; qvo tamen urgente, qvum ejusmodi fortalitia tam brevi spatio extrui neqveant, nil impedit se defendentem uti castris vicinis, adeoqve iis remediis, qvæ sibi singulariter prosunt, & domino non nocent, prouti optimè declarant ex jure naturæ & gentium *Alberic. Gentil. de Jur. Bell. l. 3. c. 21. & Boxhorn. in disq. pol. 21. cas.* 10. Nec qvicqvam facit (2) qvod ille, defensionem prætendens sui maxime necessariam & inevitabilem, si sub hoc prætextu potitus loco fuerit, simplicitatem veteris domini & Grotii cautelas sit risurus. Qvam difficulter enim istiusmodi aves, si semel nidos fecerint, dimoveantur, Gallorum atqve Suecorum in Germaniam expeditiones testantur, qvi superiori tricennali bello occasione capta non contemnendas provincias aut penitus ab Imperio nostro avulserunt, aut coacto feudali nexu ab eodem recognuscunt. Sed hæc per exempla illustrata ratio concludit ab eo, qvod aliqvando per accidens fieri solet, ad id, qvod per se esse debet. Sanè non sequitur: hoc jure sæpissimè gentes abutuntur; E. hoc jus planè non est concedendum vel asserendum. Plura ad hoc thema facientia legas in *Disser. de Ablation. Rei alien. in casu necess.*

Non tamen dominus fiert) Eodem modo respondent Belgæ *num.* 3. apud *Boxhorn. l. c.* Non invadi dominium rei alienæ. Omnia integra manere dominis; Imperium, privilegia, jurisdictiones, & siqvid ejus generis sit. Duo in publicis negotiis hic esse distingvenda, dominium nimirum rei, qvod qvisqve sibi cum alio non communicandum habet, & præterea qvod jure gentium & naturæ in alterius dominio ut suum meritò prætendit ac petit. Salvo cujusqve dominio qvisqve alius suum hic poscere meritò potest. Hoc jure vicinorum militi transitus non debet denegari, hoc jure commercia, qvæ cujusqve gentis peculiaria, omnibus tamen gentibus communia esse natura voluit, non possunt prohiberi; hoc denique jure qvisqvis in alieno dominio meritò potest defensionem suscipere illius loci, per qvem noxam sibi inferri posse intelligit, nisi ab ipsis dominis probè, & qvæ-

qvantum pro vicinorum securitate necesse est, defendatur. Defensio enim talis ad vicinum spectat, ubi vicinus alter illi impar est &c.

Eripere ei naturaliter mihi jus est) Cessante judice vel momentaneè; vel in perpetuum, de qvo *Grot. l. 1. c. 3. §. 2.* Ut proinde hoc jus qvotidiè adhuc exerceri possit.

3. Sic ubi justa est punitio, justa enim vis omnis sine qva ad pœnam veniri non potest: & omne qvod pœnæ pars est, ut rerum corruptio per incendium aut aliter, intra justum scilicet & qvi peccato respondeat modum. Silv. in verbo bellum. p. 1. n. 10. v. prima.

III. Sciendum secundo est; jus nostrum non ex solo belli principio spectandum, sed & ex causis subnascentibus, sicut & in judiciis post litem contestatam † jus sæpe parti novum paritur. Sic qvi se aggregant me impetenti, sive socii sive subditi, in se qvoqve jus tuendi me mihi porrigunt. Sic qvi bello se miscent, qvod injustum est, præsertim si ipsi id injustum esse scire possunt ac debent, obligant se ad sumtus & damna resarcienda, qvia culpa damnum dant. Sic qvi bello sine probabili ratione suscepto accedunt, ipsi qvoqve pœnæ meritum contrahunt, pro ratione justitiæ qvæ ipsorum actui inest. Ita Plato probat bellum *μέχρι οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην, donec hi qvi sontes sunt cogantur insontibus malo affectis pœnas dare.* † L. 2. c. 21. §. fin. c. 26. §. fin. L. 3. c. 13. §. 3.

†††

Culpâ damnum dant) Etiam dolo: peccant enim scienter & ex proæresi, *add. l. 2. c. 15.* & exemplum Papirii, *l. 2. c. 15. §. 16. in fin. n. 4.*

IV. 1. Observandum tertio, * ad jus agendi multa conseqvi indirecte & extra agentis propositum, ad qvæ per se jus non esset. In sui defensione qvomodo id locum habeat, explicavimus † alibi. Sic ut nostrum conseqvamur, si tantundem accipi non potest, plus accipere nobis jus est, sub obligatione tamen restituendi pretium ejus, qvod redundat. Sic navis piratis plena, (a) aut domus latronibus, tormentis peti potest, etiamsi intra eandem navem aut domum sint pauci infantes, mulieres, aut alioqvi innocentes qvibus inde creetur periculum. *Nec reus est mortis alienæ*, inqvit Augustinus, *qvi suæ possessioni murum circumduxit, si qvis ex ipsorum usu percussus intereat.* † L. 2. c. 1. & c. 2. §. 6. seqq. Vict. de libro n. 27. (a) Less. de J. & J. Lib. 2. c. 9. dub. 7. n. 36. seqq. Ad Publ. epist. 154.

***

Ad jus agendi multa conseqvi indirecte & extra agentis propositum) Vide hac de re Thomam Prima Secundæ, qvæstione LXXIII. art. 8. Molinam tractatu secundo, disputatione CXXI.

2. Sed sicut ante hac monuimus sæpe, non semper ex omni parte licitum est, qvod juri stricte sumto congruit. Sæpe enim proximi caritas non permittet, † ut summo jure utamur. Qvare etiam, qvæ extra propositum accidunt, & accidere posse prævidentur, cavenda erunt, nisi multo majus sit bonum, qvo nostra actio tendit, qvam malum id, qvod metuitur, aut nisi in pari bono & malo multo major sit spes boni, qvàm mali metus, qvod prudentiæ arbitrandum relinqvitur: sed ita ut semper in dubio ad eam partem, qvæ alteri † L. 3. c. 11. §. 8.

magis,

magis, †† qvam sibi, consulit, ut tutiorem, inclinandum sit. *Sinite crescere zizania*, inqvit optimus magister, *ne, dum ea evellere vultis, evellatis & triticum. Multos occidere & indiscretos*, inqvit Seneca, *incendii & ruinæ potentia est.* Docent nos historiæ, qvam seria pœnitentia, Ambrosio monente, talem vindictæ ††† immodestiam Theodosius expiaverit.

†† L. 2. c. 24. §. 5. n. 2. Matthæi XIII, 29. Thom. 2, 2. q. 64. art. 2. p. 122. Sen. in fine L. II. de Clem.

3. Nec, si qvid Deus interdum facit tale, id nobis in exemplum trahendum est, ob plenissimum illud dominii jus qvod ille in nos habet, nobis vero alteri in alterum non concessit, ut alibi notavimus. Et tamen ille ipse Deus, hominum suo jure dominus, ob paucissimos bonos parcere solet qvamvis magnæ malorum universitati, & eo suam, qva judex est, æqvitatem testatam facit, ut Abrahami cum Deo colloqvium de Sodomis aperte nos docet. Et ex his qvidem generalibus regulis cognosci potest qvantum in hostem liceat naturaliter.

††† L. 20. c. de Pœn. can. 69. caus. XI. q. 3. L. I. c. 1. §. 10. n. 6. c. III. §. 3. n. 1. L. 2. c. 21. §. 14. n. 1. & h. L. 3. c. 1. §. 15. n. 1. c. 4. §. 9. n. 1.

V. 1. Sed & qvæstio incidere solet, qvid liceat in eos, qvi hostes non sunt, aut dici nolunt, sed hostibus res aliqvas subministrant. Nam & olim & nuper de ea re acriter certatum scimus, cum alii belli rigorem, alii commerciorum libertatem defenderent.

Gen. XLIX, 23. & seqq.

2. Primum distingvendum inter res ipsas. Sunt enim, qvæ in bello tantum usum habent, ut arma: sunt qvæ in bello nullum habent usum, ut qvæ voluptati inserviunt: sunt qvæ & in bello & extra bellum usum habent, ut pecuniæ, commeatus, * naves, & qvæ navibus adsunt. In primo genere verum est dictum Amalusuinthæ ad Justinianum, in hostium esse partibus, qvi ad bellum necessaria hosti administrat. Secundum genus qverelam non habet. Sic Seneca tyranno gratiam se relaturum ait, * si beneficium illi neqve vires majores daturum est ad exitium commune, neq; confirmaturum, qvas habet, id autem est, qvod reddi illi sine pernicie publica possit: qvod explicans addit: *pecuniam, qvæ satellitem stipendio teneat, non subministrabo: nisi marmora & vestes desiderabit, nihil obstet cuiqvam id, qvo luxuria ejus instruitur: militem & arma non suggeram. Si pro magno petet munere artifices scenæ, & qvæ feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui triremes & æratas non mitterem, lusorias, & cubiculatas, & alia ludibria Regum in mari lascivientium mittam.* Et Ambrosio judice largiri ei, qvi conspiret adversus patriam, non est probabilis liberalitas.

Procop. I. Gotth. L. 3. c. 17. §. 3.

Lib. I. c. 30. de Off.

***

Naves & qvæ navibus adsunt) Athenis ἐπιφόρητα, id est evehi vetita, lina, utres, lignum, cera, pix. Scholiastes ad Aristophanis Nubes & Eqvites.

Si beneficium illi, neq; vires majores daturum est ad exitium commune) Vide Parutam libro VII.

3. In tertio illo genere usus ancipitis distingvendus erit belli status. Nam si tueri me non possum, nisi, qvæ mittuntur, intercipiam, necessitas, ut alibi exposui-

L. 2. c. 2. §. 10. add. h. L. 3. c. 1. §. 2. n. 2.

exposuimus, jus dabit, sed sub onere restitutionis, nisi causa alia accedat. Quod si juris mei executionem rerum subvectio impedierit, idq; scire potuerit qui advexit, ut si oppidum obsessum tenebam, si portus clausos, & jam deditio aut pax expectabatur, tenebitur ille mihi de damno culpa dato, ut qui debitorem carceri exemit, aut fugam ejus in meam fraudem instruxit: & ad damni dati modum res quoque ejus capi, & dominium earum debiti consequendi † causa quæri poterit. Si damnum nondum dederit, sed dare voluerit, jus erit rerum retentione eum cogere, ut de futuro caveat obsidibus, pignoribus, aut alio modo. Quod si præterea evidentissima sit hostis mei in me injustitia, & ille eum in bello iniquissimo confirmet, jam non tantum civiliter tenebitur de damno, sed & criminaliter, ut is, qui judici imminenti reum manifestum eximit: atq; eo nomine licebit in eum statuere, quod delicto convenit, secundum ea quæ de pœnis diximus, quare intra eum modum etiam spoliari poterit.

Can. 6. Ita quorundam. 2. c. 17. Ad liberandum. X. de Judæis. Silv. in verb. Restitutio. p. 3. §. 11.

† vid. L. 2. c. 17.

†††

Jus dat, sed sub onere restitutionis) Recte hoc ex defensione & necessaria conservatione sui deducit Grotius; ita ut ei, qui ignoranter ad hostes meos res illicitas transvehit, vel itinere interdicatur; vel merces, sub pacto de restituendo, bello cessante, auferantur. Secus est, si scienter hoc factum; quoniam hujus demum res jure belli, quatenus advector hostis loco habetur, intercipi possunt.

4. Et has ob causas solent à bellum gerentibus * publicæ significationes fieri ad alios populos, tum ut de jure causæ, tum etiam ut de spe probabili juris exequendi appareat.

* * *

Publicæ significationes fieri) Vide exempla in bello communi contra Ægyptios, Saracenos, aliosq;, c. ult. de Transactionibus. c. 11. significavit. de Judæis. Extravagante Joh. XXII. c. un. copiosus. de Judæis. & c. LL. V. Extravag. Commun. de Judæis. Liber consulatus maris editus est lingva Italica, in quem relatæ sunt constitutiones Imperatorum Græciæ, Alemaniæ, Regum Francorum, Hispaniæ, Syriæ, Cypri, Balearium, Venetorum, Genuensium, cujus libri titulo CC. LXXIV. tractantur hujus generis controversiæ: ac sic definitur, si & navis & merces hostium sint, rem esse in aperto, fieri ea capientium: si vero navis sit pacem colentium, merces autem hostium, cogi posse ab his, qui bellum gerant navem ut merces eas in aliquem portum deferat, qui sit suarum partium, ita tamen ut vecturæ pretium nautæ solvatur. Si contra, navis hostilis fuerit, merces vero aliorum, de nave transigendum: aut, si nolint vectores transigere, cogendos ut cum navi eant in portum aliquem partium capientis, & ut capienti solvant pretium quod pro navis usu debebatur. Apud Hollandos anno CIↃ CCCC. XXXIIX. cum bellum ipsis esset cum Lubeca aliisq; civitatibus ad mare Balticum & Albim sitis, frequente senatu judicatum est, etiam in hostium navibus repertas merces, quas aliorum esse con-

conſtaret, in prædam non cedere; idqve ibi pro Lege deinceps habitum eſt. Sic & Daniæ rex ſenſit, cum anno cIↃ IↃ XCVII. ad Hollandos eorumqve Federatos legationem mitteret, qva libertatem navigandi mercesqve ferendi in Hiſpaniam, cum qva Hollandi bellum gerebant acerrimum, ſuis vindicabat. Apud Gallos libertas mercaturam exercendi pacatis populis etiam apud eos, qvi Galliæ hoſtes eſſent, ſemper permiſſa; & qvidem adeo indiſcrete, ut hoſtes ſæpe ſub alienis nominibus res ſuas occultarent; ut apparet ex edicto anno cIↃ IↃ XLIII. capite XLII. qvod translatum eſt in Edictum anni cIↃ IↃ LXXXIV, & ſeqventia. Iis edictis diſerte cavetur, ut Gallorum amicis liceat belli tempore exercere mercaturam, dummodo ſuis navibus, ſuosqve per homines, navesqve ac merces, qvorumqve viſum ipſis eſſet perducere, dum ne merces ex ſint belli inſtrumenta, qvibꝰ res hoſtium fovere velint: qvod ſi fiat, permittitur Gallis talia belli inſtrumenta ſibi ſumere perſoluto æqvo pretio. Hic duo notanda, his legibus nec belli inſtrumenta in prædam ceſſiſſe, multo magis ab eo periculo abfuiſſe merces innoxias. Non negem, aliud jus uſurpaſſe interdum Septentrionis gentes, ſed varie, ex uſu magis temporum, qvam ex æqvitate perpetua. Nam cum Angli bellorum ſuorum obtentu Danorum commercia impediſſent, natum inde jam olim bellum inter eas gentes eo exitu, ut Dani Anglis tributum imponerent, cui Danico denario nomen, cui, mutata qvamvis cauſa, nomen manſit adusqve tempora Gvilielmi ejus, qvi ſtirpem nō regnantem in Anglia fundavit, ut notavit vir magnæ fidei Thuanus in hiſtoria anni cIↃ IↃ LXXXIX. Rurſum ab Eliſabetha, ſapientiſſima Angliæ regina, miſſi anno cIↃ IↃ LXXV. ad Batavos Wilhelmus Winterus ex ordine eqveſtri, & Robertus Bealus regio Conſilio ab epiſtolis, qvi oſtenderent, ferre Anglos non poſſe, qvod Batavi, in ipſo æſtu belli in Hiſpanos, naves Anglorum ad Hiſpanicos portus vectas detentaſſent. Narrat Rhedanus in hiſtoria Batavica anno cIↃ IↃ LXXV. & Britannus Camdenus anno ſeqvente. Cum vero Angli, & ipſi Hiſpanis hoſtes facti, Germanicæ civitatibus jus in Hiſpaniam navigandi turbarent, qvam id non certo jure fecerint apparet ex ſcriptis adverſariis gentis utriusqve, dignis lectu ad noſcendam hanc controverſiam. Et notandum, Anglos in ſuis ſcriptis ipſos id agnoſcere, cum duo maxime pro ſua afferunt cauſa, & belli inſtrumenta fuiſſe, qvæ à Germanis in Hiſpaniam deferebantur, & pactiones veteres intercedere, qvo minus id fieri liceret: qvales poſtea pactiones & Hollandi ſociiqve eorum cum Lubecenſibus ſociis; eorum fecere anno cIↃ IↃ CXIII, ne hi aut illi hoſtium ſubditos intra ſuos fines mercari permitterent, aut hoſtes pecunia, milite, navibus, victu juvarent: & poſterius anno ſcilicet cIↃ IↃ CXXVII. inter Sveciæ Daniæqve reges convēnit, ut Danus impediret omnem mercatum cum Dantiſcanis Svedi hoſtibus, ſed nec ad alios Svedi hoſtes merces ullas per fretum Cimbricum ire ſineret, pro qvo rex Daniæ alia ſibi viciſſim commoda ſtipulatus eſt:

ſed

sed hæc sunt pacta specialia, ex qvibus nihil inferri potest, qvod omnes obliget. Nam & illud in scriptis suis dixere Germani, non omnes pactis merces prohiberi, sed eas, qvæ in Angliam semel importatæ, aut in Anglia comparatæ essent. Neqve vero soli Germani Anglis cum hoste sua commercia vetantibus contradixere: etiam Polonia misso legato conqvesta est jus gentium immimui, qvando ob Anglicum cum Hispania bellum ipsis cum Hispanis commercia agitandi libertas adimeretur, ut in anno cIↃ IↃ XCVII. narrant memorati jam nobis Camdenus & Rhedanus. Galli vero post pacem Verbinianam cum Hispano factam, Elisabethæ Angliæ regina in bello perstante, rogati ab Anglis, ut naves Gallicas in Hispaniam euntes excutere liceret, ne qvis forte bellicus paratus occultaretur, concedere, ne hoc qvidem voluere, dicentes obtentum rapinis & commerciis turbandis qværi. Et eo fedære, qvod Angli cum Hollandis eorumqve sociis anno cIↃ IↃ CXXV. pepigere id qvidem convenit, ut rogarentur ceteræ gentes, qvarum intererat magnitudinem Hispanicam infringi, ut & ipsæ vetarent cum Hispanis commercia, sed, si ultro id non facerent, placuit inspici naves. num qvid bellici instrumenti ferrent, sed ultra neq; naves neqve merces retentari, aut qvicqvam pacatis nocere eo nomine. Atq; evênit eodem anno, ut Hamburgenses qvidam in Hispaniam irent, nave maxima ex parte onusta apparatus ab Anglis vindicatus est, sed ceterarum mercium persolutum est pretium. Galli autem, cum ab Anglis naves Gallicæ, in Hispaniam euntes, in fiscum raperentur, ostenderunt pati se id nolle. Bene ergo dictum à nobis, significationes publicas reqviri, qvod & Angli ipsi ita sensere; à qvibus factæ significationis talis exemplum est apud Camdenem circa annum cIↃ Ic XCI. & cIↃ IↃ XCIIX. Neqve vero talibus significationibus semper paritum, sed & distincta tempora, causæ, loca. Anno enim cIↃ CCCC. LIIX. Lubecensis civitas significationi à Dantiscanis sibi factæ, ne cum Malgensibus & Memelensibus Dantisci hostibus mercaturam exerceret, parendum non censuit. Neqve magis paruere Hollandi anno cIↃ IↃ LI. cum Lubecenses ipsis denunciarent, ut à Danorum, qvos ipsi hostes tum habebant, commercio abstineretur. Anno vero cIↃ IↃ XXII. qvo tempore inter Svedos Danosqve bellabatur, cum Danus Ansiaticas civitates rogasset, ne cum Svedis commercia haberent, qvædam civitates amicitia ipsius indigentes morem gessere, aliæ non item. Hollandi bello ardente inter Svediam & Poloniæ regem nunqvam passi sunt sibi aut hujus aut illius gentis commercio interdici. Gallis autem semper reddidere naves, qvas ab Hispania revertentes, aut in Hispaniam, ipsis tunc hostilem, euntes Hollandicæ naves interceperant. Vide Ludovici Servini Advocati qvondam regii orationem habitam anno cIↃ IↃ XCII. in causa Hamburgensium. Verum iidem Batavi Dunqvercam, ad qvam classem habebant, ab Anglis merces inferri non siverunt: qvomodo Dantiscani anno cIↃ CCCC. LV. Batavis denunciarunt, ne qvid in urbem Regiomontanam

inferrent, narrante Gaspare Schultzio in historia Prussica. Adde Cabetum decisione XLIII, num. 2. & Seraphinum de Freitas in libro de justo imperio Lusitanorum Asiatico, ubi complures adducit alios.

5. Hanc autem qvæstionem ad jus naturæ ideo retulimus, qvia ex historiis * nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium esse constitutum. Romanos qvi Carthaginensium hostibus commeatus attulerant, ipsi Carthaginenses, aliqvando ceperunt: eosdem iidem Carthaginenses repetentibus Romanis reddiderunt. Demetrius cum Atticam teneret exercitu, jamqve vicina oppida Eleusina & Rhamnuntem cepisset, Athenis famem facturus, navis frumentum inferre parantis * & magistrum & gubernatorem suspendit, atqve eo modo deterritis ceteris potitus urbe est.

Polyb. I.

Plut. Demetrio.

* * *

Nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium esse constitutum) Multa hujus qvæstionis habet vir doctissimus Johannes Meursius in historia Danica libro I, & II. Ubi videbis Lubecenses & Imperatorem esse pro commerciis, contra ea Danos. Vide & Crantzium Vandalicorum lib. XIV. Thuanum in di&o anno cIↃ IↃ LXXXIX, libro historiarum XCVI. Camdenum, præter jam dicta loca, in anno cIↃ IↃ LXXXIX, & cIↃ IↃ XCV. Ubi illa inter Anglos & Germanos, qvos Ansiaticos vocant, controversia tractatur.

* * *

Et Magistrum & Gubernatorem suspendit) Non multum dissimile est, qvod de Pompejo narrat Plutarchus in Mithridatici belli historia: ἐπέστηκε φύλακας τῶν νεῶν ἐπὶ τοὺς πλέοντας εἰς Βόσφορον ἐμπόρους. καὶ θάνατος ἦν ἡ ζημία τοῖς ἁλισκομένοις. *Custodes imposuit Bosphoro, qvi observarent, si qvi mercatorum in Bosphorum navigarent, deprehensis pœna mors.*

VI. 1. Modum agendi qvod attinet, vis ac terror maxime propria bellorum. An & dolô uti liceat, qværi solet? Nam Homerus qvidem dixit, hosti nocendum:

L. 3. c. 24. §. 4.

ἢ δόλῳ, ἠὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν, ἠὲ κρυφηδόν.
Sive dolo, seu vi manifesta, clamve palamve.

Et Plutarchi est: χρὴ δὲ πᾶν ἔρ----
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.
Qvidvis agendo scilicet hostica
Delenda vis est.

Apud Virgilium qvoqve dictum illud.

Dolus an virtus qvis in hoste requirat?

Seqvitur ipse, *Ripheus justissimus unus*
Qvi fuit in Teucris & servantissimus æqvi.

Et legitur hoc ipsum imitatus sapientiæ nomine nobilissimus Solon. Silius in rebus Fabii Maximi:

Lib. XV.

Exin virtuti placuit dolus.

2. Apud

2. Apud Homerum Ulysses viri sapientis exemplum, plenus ubiqve fraudium in hostem: unde Lucianus regulam elicit, laude dignos, qvi hostem fallunt. Nihil utilius in bello dolis Xenophon dixit, & Brasidas apud Thucydidem præclaram imprimis laudem esse ex * belli furtis: & apud Plutarchum, Agesilaus, hostes decipere & justum & licitum esse Polybius, qvæ vi fiunt in bello minoris censenda, qvam qvæ ex occasione & dolo: & ex eo Silius Corvinum sic inducit loqventem: Luc. Phil. Xenophon de Cyri inst. I, & de re eqvestri. Thuc. l. V. Plutarch. Apoph. Polyb. L. IX. Lib. V.

** Bellandum est astu: levior laus in duce dextra.*

Atqve ita censuisse ipsos illos severos Laconas, notat Plutarchus, ac majorem etiam victimam ab eo immolatam, qvi dolo, qvam qvi aperto Marte rem confecisset. Idem * Lysandrum magni facit ἀπαταῖς τὰ πολλὰ διαποικίλλοντα τοῦ πολέμου, *pleraq; belli dolis variantem.* Et in Philopœmenis laudibus ponit, qvod Cretensium disciplina institutus simplicem illum ac generosum bellandi morem dolis ac furtis miscuisset. Ammiani est: *Nullo discrimine virtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum eventus.* Plut. Marcel.

***

Belli furtis) Ita & Virgilius loqvitur Æneidos XI. & Salustius, qvem citat Servius.

Bellandum est astu) Muhammedis dictum simile: *Elharbu Hudiatum, id est, pugnæ fraudem reqvirunt.* Apud Virgilium in comitatu Martis:

Iræqve Insidiæqve.

Ubi Servius: *Non tantum virtute, sed insidiis comitatum se ostendit.*

Lysandrum) Ei Sullam comparat Plutarchus, in cujus animo leonem esse & vulpem dicebat Carbo.

3. Jurisconsulti Romani bonum dolum vocant, si adversus hostem qvis machinaretur: & alibi, nihil interesse vi, qvis an fallacia potestatem hostium evaserit: δόλος οὐ ψεκτὸς, οἷα στρατιωτικὸς notat ad Iliados O Eustathius. Inter Theologos Augustinus: *Cum justum bellum suscipitur, vi aperta pugnet qvis aut ex insidiis, nihil ad justitiam interest.* Et Chrysostomus, maxime laudari Imperatores, qvi fraude victoriam qvæsiissent. L. I. §. 3. D. de Dolo. L. nihil. 26. D. de Captivis. (a) Qvæst. X. super Josue. (b) I. de Sacerdotio.

4. Sed nec desunt sententiæ, qvæ svadere videntur partem contrariam, qvarum nonnullas infra† adferemus. Qvæstionis hujus definitio pendet ex eo, an dolus in genere sit semper malorum, in qvibus locum habet non esse faciendum malum, ut eveniat bonum, an ex iis, qvæ vitium non habent universaliter ex suapte natura, sed qvibus accidere etiam potest, ut bona sint. † h. c. §. 20.

VII. Notandum igitur, dolum alium consistere in actu negativo, alium in actu positivo. Doli vocem etiam ad ea, qvæ in negativo actu consistunt, extendo, Labeone auctore, qvi ad dolum, sed non malum, refert, ubi qvis per dissimulationem tuetur sua vel aliena. Haut dubie crude nimis à Cicerone L. I. §. 2. dolū malum. D. de Dolo malo.

† h. c. §. X. n. 3. De Off. 3. Libro contra Mend. c. 10. Th. 2, 2. q. 40. art. 3. in Resp. & qv. 71. art. 7. Silv in verbo Bellum. p. 1. n. 9.

ne † dictum est: *ex omni vita simulationem dissimulationemq; tollendam.* Nam cum nec qvæ scias, nec qvæ velis, omnia aperire aliis tenearis, sequitur ut dissimulare qvædam apud qvosdam, id est tegere & occultare, fas sit. *Licet*, inqvit * Augustinus, *veritatem occultare prudenter sub aliqva dissimulatione.* Et * necessariam hanc omnino atqve inevitabilem, his præsertim qvibus respubl. commissa est, non uno loco fatetur ipse (a) Cicero. Exemplum ad hanc rem insigne præbet Jeremiæ historia capite XXXIIX. Is enim Propheta à rege interrogatus de obsidionis eventu, apud proceres, regis postulatu, hoc ipsum prudenter occultat, aliam interim causam, nec falsam tamen, colloqvii adferens. Et huc qvoqve referri potest (b) qvod * Abrahamus Saram sororem, id est ex usitato tum loqvendi more propinqvam consangvineam, vocat, matrimonium dissimulans.

(a) Cic. pro Milone & L. VII. Ep. 9. & pro Cn. Plancio.

(b) Gen. XX. Th. 2, 2. q. 110. art. 3 in resp.

* * *

Augustinus) Et in V. Psalmum versiculo: *Perdes omnes. Aliud est mentiri, aliud est verum occultare.* Citatur causa XXII. qvæstione II. can. 14.

Abrahamus) *Veritatem voluit celari, non mendacium dici.* Augustinus qvæstione XX. in Genesin, relatus à Gratiano dicta causa XXII. qvæstione II. can. 22.

† † †

Abrahamus Saram sororem) Taxant tamen hoc mendacium *Gerhard. ad Genes. p.* 410. *Enant. 1. Osiand. ad h. c. Dn. Calov. ad h. c. Genes. pag.* 932. *add. Dn. Pufendorff. l. 1. c. 3. §. 10. p.* 43. Idem fecit Isaacus ad alium Abimelechum se recipiens, qvod similiter reprobatur à *Gerhard. ad Genes. c. 26. q. 5. p. 511. Dn. Calov. ad h. c. §. 8. pag.* 1038.

L. Labeo. 7. §. ult. D. de Sup. Legata.

† Proleg. §. 7.

†† L. 2. c. 4. §. 3. c. 6. §. 1. n. 1. c. XI. §. XI. c. 16. §. 1. n. 2. L. 3. c. 14. §. 1. L. Non figura. 38. D. de Obl. & Act. L. certum. 6. D. de Reb. Credit.

IIX. 1. Dolus, qvi in actu positivo consistit, si in rebus, simulatio; si in sermone, mendacium vocatur. Qvidam inter hæc duo hanc constituunt differentiam, qvod dicant voces naturaliter signa esse intellectuum, res non item. Sed contra verum est, voces natura ipsa & citra hominum voluntatem nihil significare, nisi forte vox sit confusa & καταχρηστική, qvalis in dolore, qvæ ipsa rei magis appellatione venit qvam locutionis. Qvod si hoc dicatur, hominis naturam hanc esse † peculiarem supra animantes ceteras, ut conceptus animi possit aliis indicare, & ad rem voces repertas; verum qvidem dicitur, sed †† addendum est, non solis vocibus tale fieri indicium, * sed & nutibus, ut apud mutos, sive illi nutus aliqvid habent cum re significata commune ipsa natura, sive tantum ex instituto significant: qvibus nutibus pares sunt notæ illæ, qvæ non voces lingva figuratas significant, ut * Paulus Jurisconsultus loqvitur, sed res ipsas, sive ex aliqva convenientia, ut notæ hieroglyphicæ, sive mero arbitratu, ut apud Sinenses & Japonenses.

* * *

Sed & nutibus) Plinius de Æthiopum gente libro VI, 30. *Quibusdam pro sermone nutus motusq; membrorum est.* Vide c. tuæ fraternitati. 25, X. de Sponsalibus.

Paulus

Paulus Jurisconsultus loquitur) non figurâ, inqvit, *literarum, sed oratione qvam exprimunt literæ, obligamur, qvatenus placuit non minus valere qvod Scriptura, qvam qvod vocibus lingua figuratis significaretur.* Valde Philosophice dixit *placuit*, ut ostenderet hæc valere ἐκ συνθήκης.

2. Alia igitur adhibenda distinctio est, qvalem adhibuimus ad tollendam ambiguitatem in voce juris gentium. (*a*) Diximus enim jus gentium dici, & qvod singulis gentibus placuit sine mutua obligatione, & id qvod mutuam obligationem in se continet. Voces ergo, & nutus, & notæ (*b*) qvas diximus, reperta sunt ad significandum cum mutua obligatione, qvod Aristoteles dixit κατὰ συνθήκην: res aliæ non item. Hinc fit * ut rebus aliis uti liceat etiamsi prævideamus futurum, ut alter inde falsam concipiat opinionem. Loqvor de eo qvod intrinsecum est, non de eo, qvod accidit. Itaqve exemplum ponendum est * ubi nullum sequitur inde nocumentum, aut ubi nocumentum ipsum, sepositâ doli consideratione, licitum est.

(*a*) L. II. c. III. §. V. c. IIX. §. 1. n. 2. Proleg. §. 13.
(*b*) L. 2, c. 6. §. 2. n. 1. De Interpr. cap. 4.

* * *

Ut rebus aliis uti liceat, etiamsi prævideamus futurum ut alter inde falsam concipiat opinionem) Vide Augustinum de Doctrina Christiana L. II. c. 24.

Ubi nullum inde sequitur nocumentum) Ut in facto Micholis I. Sam. XIX. vers. 16.

3. Prioris exemplum est in Christo, qvi apud comites Emauntinos προσεποιεῖτο ire longius, id est speciem prætulit ituri † longius, nisi malimus, vere qvoqve voluisse eum ire longius, sub conditione tamen, nisi magno nisu retineretur, qvomodo & DEUS multa velle dicitur, qvæ non fiunt: & alibi Christus ipse dicitur voluisse præterire Apostolos navigantes, nempe nisi impense rogaretur navem ascendere. Alterum exemplum dari potest in Paulo, qvi Timotheum circumcidit, cum satis sciret, Judæos hoc ita accepturos, qvasi circumcisionis præceptum, qvod revera abolitum jam erat, adhuc obligaret Israëlis posteros, qvasiqve ita sentirent ipsi Paulus & Timotheus: cum tamen hoc non qværeret Paulus, sed tantum familiarius cum Judæis versandi facultatem sibi & Timotheo præbere. Neqve vero circumcisio, sublata lege divina, ex instituto amplius significabat talem necessitatem, neqve malum, qvod inde sequebatur, erroris ad tempus, dedocendi postea, tanti erat, qvanti illud bonum, qvo Paulus tendebat: nimirum Evangelicæ veritatis insinuatio. Hanc simulationem Patres Græci sæpe vocant * οἰκονομίαν. de qva egregia exstat sententia Clementis Alexandrini, qvi de viro bono agens sic ait: ὅτι τ πλησίον ὠφέλεια μόνη πιήσει τινὰ ἃ οὐκ ἂν προηγουμένως αὐτὸς προαιρήσοιτο. *ob utilitatem proximi faciet qvædam, qvæ sponte aliqvin ac primaria intentione non faceret.* Tale in bello Romanorum illud, qvi de Capitolio panem in hostium stationes jecerunt, ne fame premi crederentur.

† Molin. D. III. Tom. 1. Tr. 2. n. 1.
Luc XXIV, 28.
Marc. VI, 48.
Act. XVI, 3.
Livius V.

* * *

Οἰκονομίαν) Sic hæc vocanda, non ἀπάτην id est fraudem, ait Chrysostomus

ſtomus indicato jam libro primo de Sacerdotio. Idem I. ad Corinthios IV, 6. ἦν ἡ ταῦτα οὐχ ὑφαίρεσις, ἀλλὰ συγκαταβάσεως καὶ οἰκονομίας: *Non hic fraus fuit, ſed obſequentia quædam & diſpenſatio.* Et IX, 20. ἵνα γὰρ τοὺς ὄντας ἀληθῶς εἰς ταῦτα μεταστήσῃ, ἐγίνετο αὐτὸς οὐκ ἀληθῶς, ὑποδεικνύμενος μόνον οὐκ ὢν, οὐδὲ ἐκ διανοίας ταῦτα πράττων ὅτως ἔχοντος. *Ut enim, qui tales revera erant, corrigeret, factus ille talis, non revera aliud, quam quod erat, præ ſe ferens, agens talia non ex tali animi propoſito.* Huc referri poteſt ſimulatus Davidis furor.

Joſue IIX. Silv. in verbo bellum. p. 1. num. 8. Molin. l. c.

4. Exemplum poſterioris eſt in ficta fuga, qvalem Joſue ſuis præcepit ad Hajum expugnandum, & alii duces ſæpe. Nam hic, qvod ſeqvitur, nocumentum licitum eſſe ponimus ex belli juſtitia; ipſa autem fuga ex inſtituto nihil ſignificat, qvanqvam hoſtis eam accipit, ut ſignum pavoris, qvod alter cavere non tenetur, utens ſua libertate huc vel illuc eundi, & magis minusve celeriter, & hoc vel illo geſtu habituve. Eodem referri debet eorum actus, qvi hoſtium armis, ſignis, veſtibus, velis uſi paſſim leguntur.

5. Hæc enim omnia ejus ſunt generis, ut à qvovis pro arbitrio, etiam contra conſvetudinem, uſurpari poſſint, qvia conſvetudo ipſa ſingulorum arbitrio non qvaſi conſenſu communi introducta eſt, qvalis conſvetudo neminem obligat.

IX. 1. Gravior eſt diſputatio de illis notis, qvæ, ut ita dicam, in commercio hominum verſantur, in qvo genere proprie mendacium ſitum eſt. Multa enim ſunt contra mendacium in ſacris literis. *Verbum mendax odio habebit juſtus*, id eſt vir bonus, Prov. XIII, 5. *Falſiloqventiam & verbum mendax amove à me*, Prov. XXX, 8. *Perdes loqventes mendacium*, Pſ. 5, 7. *Ne mentimini alter alteri*, Coloſſ. III, 9. Et hanc partem rigide tuetur Auguſtinus: & ſunt etiam inter Philoſophos & Poëtas, qvicum eo ſentire videantur. Notum illud Homeri:

Ille mihi inviſus pariter cum faucibus Orci,
Cujus mens aliud condit, qvam lingva profatur,

Sophocles:

Aliena vero proloqvi nunqvam decet:
At vera certam ſi cui peſtem ferunt,
Huic danda venia eſt, ſi facit, qvod non decet.

Cleobulus:

Mendacium odit qvisqvis animitus ſapit.

Ariſtoteles dixit: καθ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτὸν, τὸ δ' ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν: *per ſe mendacium turpe atq; vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis.*

2. Neq; tamen deeſt in alteram qvoqve partem auctoritas: primum in ſacris literis exempla * laudatorum hominum ſine reprehenſionis nota: deinde veterum Chriſtianorum pronuntiata, Origenis, Clementis, Tertulliani, Lactan-

Lactantii, Chrysostomi, Hieronymi, Cassiani, imo pene omnium, ut ipse fatetur Augustinus, ita dissentiens, ut tamen *magnam qvæstionem, latebrosam tractationem, disputationem inter doctos alternantem*) hæc enim omnia ipsius verba sunt) agnoscat.

***

Laudatorum hominum sine reprehensionis nota) Irenæus ex veteris presbyteri institutione didicit docuitqve: *De qvibus Scripturæ non increpant, sed simpliciter sunt positæ nos non debere fieri accusatores.* Locus est libro IV, c. 50.

3. Inter Philosophos aperte hinc stant Socrates & discipuli ejus Plato, Xenophon, & alicubi Cicero, & si Plutarcho ac Qvintiliano credimus Stoici, qvi inter sapientis dotes ponunt mentiri ubi & qvomodo oportet: neqve videtur dissentire aliqvot in locis Aristoteles, cujus illud, καθ' αὑτὸ qvod diximus exponi potest communiter, sive re spectata sepositis circumstantiis. Interpres autem ejus Andronicus Rhodius de Medico apud ægrotum mentiente sic ait: ἀπατᾷ μὲν, ἀπατεὼν δὲ οὐκ ἔστιν: *decipit qvidem, at deceptor non est:* Causam addit: οὐ γὰρ τέλος ἔχει τὴν ἀπάτην τοῦ νοσοῦντος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν: *non enim propositum sibi habet decipere, sed servare ægrotum.*

Plato I. & II. & V. de Rep. Xenoph. qvarto. Socrat. Plut. de Stoicorum contract. Qvint. XII, 1. Nic. VII, 8. IV. Nic. 8.

4. Qvintilianus, qvem dixi, hanc ipsam partem defendens, pleraqve esse ait qvæ non tam factis qvam causis eorum vel honesta fiant vel turpia. Diphilus,

Qvod pro salute dicitur mendacium
Me judice habere nil potest incommodi.

Qværenti apud Sophoclem Neoptolemo,

Non tibi videtur turpe falsiloqventia?

Respondet Ulysses,

Non, si salus nascatur ex mendacio.

Cui similia ex Pisandro & Euripide adferuntur. Et apud Qvintilianum lego: *Nam & mendacium dicere etiam sapienti aliqvando concessum est.* Eustathius Metropolita Thessalonicensis ad secundum Odysseæ: ψεύσεται * κατὰ καιρὸν ὁ σοφὸς: *mentietur sapiens re urgente:* ubi & ex Herodoto & Isocrate testimonia adfert.

***

κατὰ καιρὸν) In tempore, ut Donatus loqvitur ad Adelphos IV, 3. *Et ipsum fallere in tempore, qvidam de officiis scribentes rectum putant.* Cicero pro Q. Ligario, *Aliqvod mendacium honestum & misericors vocat.*

X. 1. Tam dissidentium sententiarum conciliatio forte aliqva reperiri poterit ex largiore aut strictiore mendacii acceptione. Neqve hic mendacium sumimus, * qvatenus & imprudenti accidit, qvomodo mendacium dicere & mentiri apud Gelliũ discernuntur: sed de eo agimꝰ, qvod scienter profertur cum significatione, qvæ mentis conceptui, sive in intelligendo, sive in volendo,

Th. 2, 2. qv. 110. art. 1. in resp. Gell. XI. c. XI.

volendo, disconveniat. Nam qvod primo καὶ ἀμέσως, verbis, & similibus notis indicatur, sunt mentis conceptus: ideoqve non mentitur, qvi dicit rem falsam, qvam veram existimat, sed qvi dicit rem veram qvidem, sed qvam falsam putat, mentitur. Significationis ergo falsitas id est, qvod ad communem mendacii naturam reqvirimus. Cui consequens est, cum vox aliqva aut sermonis complexio est πολύσημος, id est plures uno significatus admittit, sive ex vulgi usu, sive ex artis consvetudine, sive ex figura aliqva intelligibili, tunc si animi conceptus uni istarum significationum congruat, non admitti mendacium, * etiamsi putetur is, qvi audit, in aliam partem id accepturus.

* * *

Qvatenus & imprudenti accidit) *Ream lingvam non facit, nisi rea mens.* Et; *Nemo mentiens judicandus est, qvi dicit falsum, qvod putat verum, qvia, qvantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur.* Sunt hæc Augustini, de verbis Apostoli Sermone XXIIX, & Enchiridii c. 22. relata à Gratiano in causam XXII, qvæstione II. can. 3. & seqq.

Etiamsi putetur is, qvi audit in aliam partem id accepturus) Qvemodo Abraham captiose loqvebatur cum servulis, ita judicante & probante Ambrosio, qvem seqvitur Gratianus post c. 20. si qvælibet. dicta causa XXII, qvæst. II.

2. Verum qvidem est, talem locutionem usurpatam temere non probandam: sed potest ex accidentibus causis honestari: puta, si id pertineat ad erudiendum eum, qvi curæ nostræ est traditus, aut ad evitandam iniqvam interrogationem. Prioris generis exemplum ipse Christus dedit, cum diceret. *Lazarus amicus noster dormit*, qvod Apostoli accipiebant tanqvam de dormitione somni diceretur. Et qvod de Templo instaurando ipse dixerat, intelligens hoc de suo corpore, Judæos sciebat accipere de Templo proprie dicto. Sic & cum Apostolis ad instar Pylarcharum apud Hebræos sedes eximias & regi proximas duodecim promitteret, & alibi vini novi potationem in patris regno aliqvo hujus vitæ, cujus spe ad ipsum momentum Christi ad cœlum ascensuri pleni erant. Idem alibi per fabularum ambages populum alloqvitur, ne audientes ipsum intelligerent, nisi scilicet animi attentionem talem ac docilitatem afferrent qvalem afferri par erat. Posterioris usus exemplum ex profana historia dari potest in L. Vitellio, cui Narcissus instabat, aperiret ambages & veri copiam faceret: sed non ideo pervicit, * qvin suspensa, & qvo duceretur inclinatura responderet. Dictum * Hebræorum huc pertinet: להטור את דבריו מוטב זאת לא ישתוק אם יודע את *si qvis norit uti perplexiloqvio, recte: sin minus, taceat.*

Joh. XI, 11. Joh. II, 20. 21. Luc. XXII, 30. Matth. XXVI, 27. Act. 1, 6.

Tac. Annal. VI.

* * *

Qvin suspensa & qvo duceretur inclinatura responderet.) Idem Tacitus Histo-

Historiarum III. *Incerta diseruit, tracturus interpretationem prout conduxisset.* Item: *Ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret, vel prospera agnosceret.*

Hebræorum) Qvorum & hoc est מיתר לשניה מפני תשלות *Licet perplexe loqvi boni causa*: citat doctissimus Manasses Ben-Israël, in suo conciliatore qvæstione XXXVII. Chrysostomus I. de Sacerdotio: ἀπατεὼν ἐκεῖνος ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος, ὁ τῷ πράγματι κεχρημένος ἀδίκως, οὐχ ὁ μεθ' ὑγιοῦς γνώμης τοῦτο ποιῶν, *Fallax jure vocetur, qvi re tali injuste utitur, non qvi re salutari proposito.*

3. Contra accidere potest, ut tali loqvendi genere uti non modo illaudabile sit, sed & improbum, * puta cum DEI honos, aut amor proximo debitus, aut reverentia adversus superiorem, aut rei, qvæ agitur natura exigunt, ut, qvod animo cogitatur, omnino patefiat: sicut in contractibus diximus id aperiendum, qvod natura contractus intelligitur exigere: qvo sensu non incommode accipi potest Ciceronis illud, *tollendum esse ex rebus contrahendis omne mendacium*, desumtum ex veteri lege Attica, καὶ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν: qvibus in locis mendacii vox videtur ita laxe accipi, ut etiam obscuram locutionem includat. At nos proprie loqvendo à mendacii notione id ipsum jam exclusimus. h. c. §. XV. Demosth. in Leptinem.

***

Puta cum Dei honos) Philo de vita Mosis: ἐπ' ἔργοις ἅπερ ἀναφέρεται εἰς Θεοῦ τιμὴν δι' ἃ μόνα καὶ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἦθος ἐψευσμένον, ἀναγκαῖον ἦν ἀληθεύειν. ἀλήθεια γὰρ ὁπαδὸς Θεοῦ. *De factis loqvor, qvæ ad Dei honorem pertinent, in qvibus solis veracem esse oportuit, etiam si qvis ceterum ingenio esset mendace. Veritas enim Dei comes*: Augustinus Epistola IIX. *Alia qvæstio est, sitne aliqvando mentiri viri boni: & alia qvæstio est, utrum Scriptorem Sanctarum Scripturarum mentiri oportuerit.*

Aut amor proximo debitus) Æschylus Prometheo:

Λέξω τορῶς σοι πᾶν, ὅ, τι χρήζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ
Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους ἄγειν στόμα.
Dicam diserte, qvicqvid audire expetis,
Sermone nudo, non per implicitos modos,
Qvo more amicos alloqvi verum ac bonum est.

XI. 1. Ad communem ergo mendacii notionem reqviritur, ut, qvod dicitur, scribitur, notatur, innuitur, intelligi aliter neqveat, qvam in eum sensum, qvi à mente proferentis discrepet. Huic autem notioni laxioir strictior mendacii, qva naturaliter illicitum est, significatio differentiam aliqvam propriam adjiciat, necesse est, qvæ, si recte respiciatur, salutem secundum communem gentium existimationem, nulla videtur alia dari posse præter

ter repugnantiam cum jure existente ac manante ejus, ad qvem sermo aut nota dirigitur: nam sibi neminem mentiri, ut maxime falsum proferat, satis constat. Jus hic intelligo non qvodvis & rei extrinsecum, sed qvod proprium sit huic negotio atqve cognatum. Id autem nihil est aliud, qvam *judicandi libertas, qvam homines colloqventes his, qvibus colloqvuntur, debere qvasi pacto qvodam tacito intelliguntur. Hæc enim, nec alia, est mutua illa obligatio, qvam homines introduci voluerant, simul atqve sermone notisq; similibus uti instituerunt. nam sine tali obligatione inane fuisset tale repertum.

***

Judicandi libertas) Hinc furari cor Hebræis dicitur, qvi adimit sciendi vias: Gen. XXXI, 26, 27. & ibi Onkelos & LXX. Rabbi David Libro Radicum, & Rabbi Salomo in commentario, & Abenesdra.

2. Desideramus autem, ut qvo tempore sermo fit, jus illud subsistat ac maneat: fieri enim potest, ut jus qvidem fuerit, sed sublatum sit, aut tollatur ex alio jure superveniente, sicut debitum acceptilatione aut conditionis cessatione. Tum vero reqviritur, ut jus, qvod læditur, ejus sit, qvicum loqvimur, non alterius; sicut & in contractibus injustitia non nascitur, nisi ex læso jure contrahentium. Huc forte non male referas, qvod veriloqvium ad justitiam refert post Simonidem Plato, & qvod mendacium, illud vetitum, sacræ literæ sæpe describunt testimonio sive elocutione adversus proximum, & qvod ipse Augustinus in mendacii natura constituenda ponit *fallendi voluntatem. Et Cicero qvæstionem de veritate eloqvenda referri vult ad justitiæ fundamenta.

Lib. I. de Republ.

I. Off.

***

Fallendi voluntatem) Lactantius institutionum VI, 18. *Ut non mentiatur unqvam decipiendi aut nocendi causa.*

3. Tolli autem videtur posse jus qvod diximus, sicut consensu ejus qvicum agimus expresso, ut si qvis prædixerit se falsa dicturum & alter permiserit, ita & tacito æqvave ratione præsumto, aut oppositione juris alterius, qvod communi omnium judicio plus valeat. Hæc recte intellecta multas nobis suppeditabunt illationes, qvæ ad concilianda sententiarum supra designatarum dissidia non parum valituræ sint.

XII. Primum est, etiamsi qvid dicatur, qvod falsam habeat significationem infanti aut amenti, in eo mendacii culpam non esse. Videtur enim communi omnium hominum sensu permissum esse:

Lucret. lib. I.

Ut puerorum ætas improvida ludificetur.

Et Qvintilianus de pueris locutus: *utilitatis*, inqvit, *eorum gratia multa fingimus.* Ratio proxima est, qvia cum in infantibus & amentibus non sit judicii libertas, non potest eis circa eam libertatem injuria fieri.

XIII.

XIII. 1. Secundum est, qvoties sermo ad eum dirigitur, qvi non decipitur, etiamsi tertius inde falsam hauriat persvasionem, nullum esse mendacium: Nam ratione ejus ad qvem sermo est: qvia illi libertas manet integra, plane ut illis, qvibus id intelligentibus fabula narratur, aut apud qvos profertur sermo figuratus, κατ' εἰρωνείαν aut κατ' ὑπερβολήν, qvæ figura, ut Seneca ait, *ad verum mendacio venit: & Qvintiliano ementiens superjectio dicitur. Neqve ratione ejus, qvi obiter id audit; qvia cum eo non agitur, ideoq; nulla est ad illum obligatio. Imo si ipse sibi opinionem informat de eo, qvod non ipsi, sed alteri dicitur, habet, qvod sibi non alteri rem imputet. Qvippe, si recte judicare volumus, illius respectu sermo non sermo est, sed res, qvæ significare qvidlibet potest. VII. de Benef. 23.

***

Ad verum mendacio venit) *Incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat.* Seneca ibidem.

2. Nihil ergo peccavit aut Cato Censorius, qvi sociis auxilia falso est pollicitus, aut Flaccus, qvi hostium urbem ab Æmilio expugnatam aliis narravit, qvanqvam eo hostes decepti sunt: cui rem similem de Agesilao narrat Plutarchus. Nihil enim hic dictum hostibus: nocumentum autem qvod inde secutum est, extrinsecum qvid est, & per se non illicitum optari aut procurari. Ad hoc genus *Chrysostomus & Hieronymus retulerunt Pauli sermonem, qvo Antiochiæ Petrum, ut nimium Judaizantem reprehendit. Censent enim Petrum satis intellexisse non id seiro fieri: interim verò consultum infirmatis adstantium. Liv. lib. xxxiv. cap. 13. & 14. App. Hist.

***

Chrysostomus & Hieronymus) Adde Cyrillum adversum Julianum lib. IX. circa finem. Nec multo aliter Tertullianus primo & tertio contra Marcionem.

XIV. 1. Tertium est, qvoties certum est, eum, ad qvem sermo est libertatis suæ in judicando laesionem non ægre laturum, imo gratias habiturum eo nomine, ob commodum aliqvod, qvod inde assequitur, tunc qvoqve mendacium stricte dictum, id est injuriosum, non committi, sicut furtum non perpetraret, qvi ex præsumta domini voluntate rem ipsius exiguam consumeret, ut inde magnam eidem utilitatem pararet. In his enim, qvæ adeo certa sunt, præsumta voluntas pro expressa habetur. Volenti autem constat injuriam non fieri. Sic ergo videtur non peccare, qvi aut ægrotantem amicum persvasione non vera solatur, ut Arria Pætum filio mortuo, qvæ historia est *in Plinii epistolis: aut in prælio periclitanti ex falso nuncio animum addit, qvo incitatus victoriam & salutem sibi pariat, ac si deceptus non capiatur, qvemadmodum Lucretius loqvitur. lib. I.

***

In Plinii epistolis) III. 16.

2. Democritus: ἀληθομυθέειν χρεὼν ὅπου λώιον: *Omnino veriloquio utendum eſt, ubi id eſt melius.* Xenophon: φίλους δίκαιον ἐξαπατᾶν, ὅτι ἢ ἀγαθῶν: *amicos decipere licet, ipſorum bono.* Et Clemens Alexandrinus concedit ψευδείᾳ ἐν θεραπείας μέρει, *mendacio uti pro remedio.* Maximus Tyrius: καὶ ἰατρὸς τοὺς νοσοῦντας ἐξαπατᾷ, καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας, καὶ οὐδὲν νοσεῖ οὐδέν. *Et Medicus agrotum, & imperator exercitum, & gubernator nautas decipit: nec quicquam in hoc mali eſt.* Rationem reddit ad Platonem Proclus: τὸ γὰρ ἀγαθὸν κρεῖττόν ἐστι τῆς ἀληθείας, *nam quod bonum eſt, id vero eſt melius.* Tale illud * apud Xenophontem, ſocios jamjam adfore; & Tulli Hoſtilii, ſuo juſſu circumduci Albanum exercitum: & Qvinctii Conſulis, ut hiſtoriæ loqvuntur, ſalubre mendacium, hoſtes ab altero cornu fugere: ac ſimilia paſſim apud Hiſtoricos. Notandum autem eſt, Læſionem judicii in hoc genere eo minoris eſſe, qvia ferme momentanea eſt, paulloq; poſt aperitur veritas.

IV. Socr. Liv. Lib. 1. c. 27. & L. XXXIV.

* * *

Apud Xenophontem) *Et Ageſilaus cum in Bœotiam veniſſet & intellexiſſet Piſandrum navali præho victum à Pharnabazo & Conone, juſſit militibus ſuis contrarium dici, coronatusq; incedens ſacra fecit pro victoria.* Plutarchus Ageſilao.

XV. 1. Qvartum & ſuperiori affine eſt, qvoties * qvi habet jus ſupereminens in omnia jura alterius, eo jure bono ipſius ſive proprio ſive publico utitur. Et hoc maxime ſpectaſſe videtur Plato, qvi imperium habentibus concedit falſum dicere. Idem cum * Medicis modo dare videatur, modo adimere, diſcrimen hoc adhibendum videtur, ut priore loco Medicos intelligat publice ad hoc vocatos; poſteriore eos, qvi privatim id ſibi arrogant. Deo tamen, qvanqvam jus ſummum † in homines habenti, non convenire mendacium, recte agnoſcit idem Plato, qvia infirmitatis nota eſt, ad talia confugere.

h. c. §. X. n. 3.

III. de Rep.

†. L. 1. c. 1. §. 10. n. 6. in fin. & h. L. 3. c. 1. §. 4 n. 3.

* * *

Qui habet jus ſupereminens) Iliados ſecundo Agamemnon Græcorum Imperator:

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἢ θέμις ἐστὶ
Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι κελεύειν.
Ante tamen Danaos verbis tentabo, (ſinit fas)
Utque citi fugiant arata claſſe manebo.

Medicis) Exempla Medicorum affert Chryſoſtomus dicto libro 1. de Sacerdotio.

2. Exemplum forte inculpatæ falſiloqventiæ, laudante etiam Philone, dari poterit * in Joſepho, qvi regia vice imperans fratres primum qvaſi exploratores, deinde qvaſi fures, ficte nec ita ſentiens accuſat. Et in Solomone, qvi ſapientiæ divinitus datæ ſpecimen dedit, cum apud mulieres de partu litigantes voces eas protulit, qvæ voluntatem ſcindendi infantis ſignificarent, cum animus ei longiſſime à tali voluntate abeſſet, & veræ matri ſuum partum

partum attribuere vellet. Qvintiliani est dictum: *aliqvando exigit communis utilitas, ut etiam falsa defendantur.* L. II, 18.

***

In Josepho) *Cum fratribus dispensatoria severitate crimen explorationis inureret*, ait Cassiodorus de amicitia.

XVI. Qvintum esse potest, *qvoties vita innocentis, aut par aliqvid, aliter servari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non potest: qvale fuit factum Hypermnestræ, qvæ hoc nomine laudari solet,

* *Splendide mendax, & in omne virgo*
Nobilis ævum. Horat. III. Carm. 2.

***

Qvoties vita innocentis, aut par aliqvid, aliter servari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non potest, Augustinus in V. Psalmum, relatus à Gratiano in causam XXII. qvæst. II, c. Ne qvis. 14. *Duo vero sunt genera mendaciorum, in qvibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa; cum aut jocamur, aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum in jocando ideo non est perniciosum, qvia non fallit. novit enim ille, cui dicitur, causâ jocandi fuisse dictum. Secundum autem ideo minus est, qvia retinet nonnullam benevolentiam.* Tertullianus libro de Pudicitia inter delicta qvotidianæ incursationis, qvibus omnes sumus objecti, ponit, necessitate mentiri.

Splendide mendax) Ubi Scholiastes, *decenter. Pulchrum est enim pro justitia mentiri.* Simile est illud Chrysostomi de Rahabe: ὦ καλὸν ψεῦδος, ὦ καλὸν δόλος, ἃ προδιδοῦσι τὰ θεῖα ἀλλὰ φυλάττουσι τὴν ἀλήθειαν, aut ut alii habent codices, τὴν εὐσέβειαν. *O pulchrum mendacium, ô laudabilem dolum, non prodentis res divinas, sed custodientis veram pietatem.* Augustinus de obstetricibus Ægyptiis: *O magnum humanitatis ingenium, ô pium pro salute mendacium.* Laudat easdem *obstetrices*, & præmia illis data etiam æterna credit Hieronymus ad Ezechielem XVII. & ad Esaiam LVI. Ambrosius ad Syagrium libro VI. Augustinus ipse, ut solet varians, ad Consentium contra Mendacium. c. 15. Tostatus negat in eo peccatum. Hæsitant Augustinus lib. II. qvæstione super Exodum, Thomas 2. 2. qvæstione CX. art. LV. ad 4. & ibi Cajetanus. Vide, si vacat, & Moriæ Encomio Erasmum, & doctissimum Masium ad Josuam II, 5.

XVII. 1. Latius, qvam qvæ jam diximus, patet, qvod passim statuunt sapientes, apud hostem falso sermone uti licere. Sic regulæ de non mentiendo exceptionem, nisi adversus hostes, addit Plato, Xenophon, Philo inter Judæos, *inter Christianos Chrysostomus. Qvo forte non male referas qvod in sacris literis extat labesitarum in obsidione mendacium, & factum non dissimile Prophetæ * Elisæi: & Valerii Levini, qvi Pyrrhum à se interemtum jactabat. L. II. de rep. l. II. de Cyri inst. & V. Socr. Philo de migr. Abr. Chrys. l. I. de Sac. I. Sam. II. 2. Reg. VI, 18. & seqq.

Inter

***

Inter Christianos Chrysostomus) Sic loqvens: εἰ βούλειγε τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμάσαντας ἐξετάσαι, τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα καὶ μᾶλλον τούτους ἐπαινουμένους ἢ τοὺς φανερῶς κρατοῦντας. *Si nobilissimos ducum ad examen voces, pleraqve eorum trophæa reperies fraudum esse opera, magisq; tales laudari, qvam qvi aperte agendo vicerunt.*

Elisæi) Ejusdem Elisæi alterum simile est II. Regum VIII, 10. ita ut legunt Masoretæ, id est secundum קרי, qvod seqvitur Latina vulgata versio.

2. Ad tertiam, qvartam, & qvintam observationum earum, qvas jam posuimus, pertinet Eustratii Metropolitæ Nicæensis locus ad sextum Nicomachiorum: ὁ εὖ βουλευόμενος οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁ ἀληθεύων ἐστίν, ἐστὶ γάρ ποτε τὸν ὀρθῶς βουλευόμενον καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους βουλεύσασθαι, ἵν' ἐπιτηδὲς ψεύδηται πρός τινα ἢ ἐχθρὸν ὄντα, ἵνα σφάλῃ αὐτὸν, ἢ φίλον ἵν' ἐκκόψῃ αὐτὸν ἀπὸ κακοῦ, καὶ τούτων τὰ παραδείγματα ἐν ταῖς ἱστορίας πολλά. *Qvi recte consultat, non utiq; & verum dicit. Fieri enim potest, ut qvis recte consultans hoc ipsum consultet, qvo pacto de industria mentiatur, aut hosti, ut eum fallat, aut amico, ut eum à malo liberet: qvarum rerum exemplis plenæ sunt historiæ.* Et Qvintilianus, si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, qvod alias in servis reprehendendum sit, fore, ait, in ipso sapiente laudandum.

Th. 2. 2. q. 110. art. 1. & 3. Covarr. in c. qvamvis. 2. de Pactis in 6. p. 1. §. 5. n. 15. Soto, de Justitia, V. q. 6. art. 2. Tol. L. VI. c. 21. lib. V. c. c. 58. Less. lib. II. de Justitia, c. 42. dub. 9.

3. Non placent hæc scholæ actorum paulo ante seculorum, ut qvæ unum & veteribus * Augustinum ferme in omnibus seqvendum sibi delegerit. Sed eadem schola tam ab omni usu abhorrentes admittit interpretationes tacitas, ut dubitari possit, an non satius sit, adversus qvosdam falsiloqvium admittere in iis, qvos diximus, casibus, aut eorum aliqvibus, (nihil enim definiendum hîc sumo) qvam ista à falsiloqvio tam indiscrete eximere: ut cum dicunt, nescio, intelligi posse, nescio ut dicam; non habeo, intelligi posse, ut tibi dem; & id genus alia, qvæ sensus communis repudiat, & qvæ, si admittantur, jam nihil obstabit, qvo minus, qvi qvid affirmat, id ipsum negare, qvi negat, affirmare, dicatur.

***

Augustinum) Contra cujus posteriorem in hac re sententiam scripsit Rupertus Abbas.

4. Verissimum qvippe est, nullam omnino esse vocem, * qvæ non ambiguum recipiat, cum omnes, præter significatum, qvem vocant primæ notionis, * alterum habeant secundæ, eumqve varium * secundum varias artes, tum vero alios qvoqve ex translatione ac similibus figuris. Neqve magis eorum commentum probo, qvi, qvasi vocem non rem exhorrescerent, joca vocant ea, qvæ vultu ac pronuntiatione maxime seria proferuntur.

Qvi

***

Qvæ non ambiguum recipiat.) Id Chrysippus defendit apud Gellium lib. IX. c. 12. Et Seneca de Beneficiis secundo, capite 34. *Ingens est copia rerum sine nomine, qvas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisq́.*

Alterum habeant secundæ) Augustinus de Magistro: *Nullum nos signum comperisse, qvod non inter cetera, qvæ significat, se qvoq́ significet.*

Secundum varias artes) Vide qvæ supra notata ad paragraphum decimũ.

XIIX. Sciendum vero, qvæ de falsiloqvio diximus, ad asserentem sermonem, & qvidem talem, qvi nulli nisi publico hosti noceat, * non ad promittentem referenda. Nam ex promissione, ut jam modo dicere cœpimus, jus speciale ac novum confertur ei, cui fit promissio: idq; inter hostes etiam locum habere sine ulla hostilitatis jam existentis exceptione, neq; tantum in promissis expressis, sed & in tacitis, ut in colloqvii† postulatione ostendemus, cum ad eam partem, qvæ de fide in bello servanda est, †† ventum erit. L. II. c. XVI. §. 1. n. 1. † L. 2. c. 23. §. 7. n. 1. L. 3. c. 24. §. 3. †† h. l. 3. c. 19. seqq.

***

Non ad promittentem) Distingvit hæc & Agesilaus & cum eo Plutarchus: τὸ μὲν πεισάμενον ἀδικεῖν, τῶν θεῶν ἐστι καταφρονεῖν, ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τοὺς πολεμίους, οὐ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δόξα πολλὴ, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς κερδαίνειν ἔνεστι. *Federa violare, Deos est contemnere. Extra ea verbis hostem decipere, non justum modo est, sed & gloriam habet, & cum lucro voluptatem.*

XIX. Illud qvoq; ex superiori, qvæ de jurejurando fuit, dissertatione repetendum est, sive id assertivum sit sive promissivum, vim habere excludendi omnes exceptiones, qvæ ex persona ejus, qvicum agimus, peti possent, qvia non cum homine tantum, sed & cum Deo res est, cui per jusjurandum obligamur etiamsi homini jus † nullum nasci possit. Ibidem & illud diximus, non sicut in alio sermone, ita in jurato, ut à mendacio excusemur admitti interpretationes verborum qvasvis non plane inusitatas: sed omnino veritatem reqviri eo in sensu, qvem homo exaudiens intelligere fide optima existimatur: ut plane detestanda sit illorum impietas, qvi ut pueros talis, ita viros jurejurando fallendos asserere non dubitabant. L. II. c. XIII. §. 3. n. 2. † cit. l. 2. h. c. §. 17. L. III. c. 19. §. 5. L. II. c. IV. §. 3.

XX. 1. Scimus etiam, fraudium, qvas concessas naturaliter diximus, genera qvædam à populis aut hominibus nonnullis repudiata: sed id non accidit ob injustitiæ opinionem, sed ob eximiam qvandam animi celsitudinem, interdum & virium fiduciam. Exstat apud Ælianum dictum Pythagoræ, duabus rebus hominem ad Deum proxime accedere, vera semper loqvendo, & benefaciendo aliis: & apud Jamblichum veracitas dux dicitur ad omnia divina humanaqve bona. Aristoteli ὁ μεγαλόψυχος παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικὸς, *magnanimus verum & libere loqvi amat.* Plutarcho τὸ ψευδεσθαι δουλοπρεπές * *servile mentiri.* Arrianus de Ptolemæo: καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν: *Et ipsi, utpote regi, turpius* Lib. XII. var. hist. cap. LIX. Nic. IV, I. Lib. I.

Lib. VII.

pius mentiri, quam alii cuivis. Apud eundem Alexander: *δεῖ τὸν βασιλέα ἄλλο μὲν ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους: non debere regem apud subditos aliud quam verum eloqui.* Mamertinus de Juliano: *Mira est in Principe nostro mentis linguæque concordia. Non modo humilis & parvi animi, sed & servile vitium scit esse mendacium: & verè; cum mendaces homines aut inopia aut timor faciat, magnitudinem fortunæ suæ imperator, qui mentiturus ignorat.* Laudatur Plutarcho Aristidis: *Φύσει δεύμιμὴς ἐν ἅπασι βεβαίως ἦν πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενὴς, ψεῦδος δὲ καὶ ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ προσιεμένη, ingenium morum constantia præditum, & justi tenax, mendacii etiam in joco fugiens.* De Epaminonda Probus: *adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.*

***

Servile mentiri) Philo libro: Omnem virum probum esse liberum: *παρὸ καὶ τοὺς διχόνους καὶ δολεροὺς ἅπασιν ὀνομάζειν ἔθος ἀνελευθέρους τε καὶ δουλοπρεπεῖς. Unde & eos, qui duplices sunt atq; fallaces, eos illiberales servilisq; animi vocare solent.*

2. Qvod profecto Christianis eo magis observandum est, qvia ipsis non simplicitas tantum imperata est Matth. X, 16. sed & vaniloqventia interdicta Matth. XII, 36. & is in exemplum propositus, in cujus ore dolus inventus non est. Lactantius: *Itaqve viator ille verus ac justus non dicit illud Lucilianum:*

Homini amico ac familiari non mentiri meum.

Sed etiam inimico atqve ignoto existimabit non esse mentiri suum: nec aliqvando committet, ut lingva interpres animi à sensu & cogitatione discordet. Talis est in Philoctete Sophoclis Neoptolemus *ὑπερβάλλων ἁπλότητι καὶ εὐφυΐᾳ, generosa simplicitate excellens*, ut recte notavit Dion Prusæensis, qvi Ulyssi ad dolus hortanti sic respondet:

Ego audiens qvæ doleo, Laërta sate,
Implere factis oderim multo magis:
Nam sic nec ego sum natus, ut fallacias
*Sector, * nec olim genitor, ut perhibent, meus:*
At sum paratus vi mera non fraudibus
Pertrahere raptum.

Euripides Rhesо:

Generosus animus hostibus furtim necem
Inferre nescit.

***

Nec olim genitor, ut perhibent, meus) Achilles: de qvo Horatius carminum lib. IV. ode VI.

Ille

Ille non inclusus equo Minervæ
Sacra mentito, male feriatos
Troäs & lætam Priami choreis
Falleret aulam:
Sed palam captis gravis.

Et qvæ seqvuntur; ubi Scholiastes dicit, *Achillem nihil fraude, sed semper palam virtutis fiducia dimicasse.* Nota illud virtutis fiducia, qvod optime convenit cum iis, qvæ nos hujus paragraphi initio in textu diximus.

3. Sic Alexander furari negabat se velle victoriam. Et Achæos abhorruisse ab omni in hostes fraude narrat Polybius, ideo, qvod eam demum firmam censerent victoriam, qvæ, ut Claudiani verbis sensum ejus exprimam, Lib. IX.

Confessos animo qvoq; subjugat hostes.

Tales Romani ferme adusqve belli Punici secundi finem. Ælianus: ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ οὐ μὲν διὰ τέχνης καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐωθρούς: *Romanis propria est virtus, non per astus & vafritiem qvæsita victoria.* Unde cum Perseus Macedonum Rex deceptus esset spe pacis, negabant veteres Senatorum, se agnoscere artes: majores nunqvam, ut astu magis, qvam virtute gloriarentur, bella gessisse: non versutiis Panicis, non calliditate Græca, † † apud qvos fallere hostem, qvam vi superare gloriosius foret. Tertium illud addebant: *Interdum in præsens tempus plus profici dolo, qvam virtute, sed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confessio expressa esset, se neqve arte neqve casu, sed collatis cominus viribus justo ac pio bello esse superatum.* Etiam serius apud Tacitum legimus: *non fraude, neqve occulte, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos ulcisci.* Tales etiam Tibareni, † qvi prælii qvoqve locum & tempus condicebant. Qvod & de Græcis sui temporis apud Herodot. prodit Mardonius.

†† h.c.§.VI.

A.ñ L.II.c.38. Scholiastes ad II. Apollonii. †L.3.c.3 § XI. Ayal. de Jur. bell. L.1.c.1.n. 6.

XXI. Ad modum agendi & illud pertinet, qvod, *qvicqvid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut sollicitare non liceat. Pro exemplo sint hæc: regem suum†† occidere subdito non licet, nec oppida sine consilio publico dedere, nec spoliare cives. Ad hæc ergo subditum, qvi talis maneat, permovere non licet. Semper enim, qvi alteri peccandi causam dat, peccat & ipse. Nec est, qvod regerat qvisqvam, ipsi, qvi talem hominem ad facinus impellit, actum talem, puta hostis interfectionem, esse licitum. Licet enim id ei facere, sed non eo modo. Bene Augustinus: *Nihil interest, utrum ipse scelus admittas, an alium propter te admittere velis.*

††L.3.c.4.§. 18.n.1. L. 51. Transfugâ D de Acq. Rerum dom. ibiqve Cujac. 4.obs.5.

***

Qvicqvid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut sollicitare non liceat) Ita docet & Maimonides in הלכות תובל cap. V. sect. 10.

† L. 2. c. 26. §. 5. n. 1.

XXII. Aliud eſt, ſi qvis opera ſponte, nec ſuo impulſu peccantis, ad rem ſibi licitam utatur: qvod iniqvum non eſſe, DEI ipſius† exemplo alibi probavimus. *Transfugam jure belli recipimus*, inqvit Celſus, id eſt, * contra jus belli non eſt, ut eum admittamus, qvi deſerta hoſtium parte noſtram eligit.

***

Contra jus belli non eſt, ut eum admittamus, qvi diſerta hoſtium parte noſtram eligit) Neqve reddendi tales, niſi pace convenerit, ut pace cum Philippo, Ætolis, Antiocho, Polybius, in Excerptis legationum IX, XXIIX, XXXV, Menander Protector idem nos docet.

CAPUT II

Qvomodo jure gentium bona ſubditorum pro debito imperantium obligentur : ubi de repreſſaliis.

I. Naturaliter ex facto alieno neminem teneri niſi hæredem.
II. Jure tamen Gentium introductum, ut pro debito imperantis teneantur res & actus ſubditorum.
III. Exemplum in prehenſione hominum:
IV. Et rerum.
V. Locum habere hoc poſt jus denegatum, & qvando id factum cenſeri debeat: ubi oſtenditur, rem judicatam proprie jus non dare aut adimere.
VI. Vitam non obligari.
VII. Diſtinctio ejus, qvod in hac materia eſt juris Civilis & Gentium.

I. 1.

VEniamus ad ea, qvæ ex jure deſcendunt gentium. Ea partim ad qvodvis bellum ſpectant, partim ad certam belli ſpeciem. A generalibus auſpicemur. Mero † naturæ jure ex facto alieno nemo tenetur, niſi qvi bonorum ſucceſſor eſt: * ut enim cum oneribus bona † tranſirent, ſimul cum dominiis rerum introductum eſt. Imperator Zeno æqvitati naturali contrarium dicit, ut pro alienis debitis alii moleſtentur. Hinc tituli in jure Romano, ne uxor pro marito, ne maritus pro uxore, ne filius pro patre, ne pater vel mater pro filio conveniantur.

† h. c. §. 2. n. 3. L. unica, C. ut nullus ex vicanis. L. XL C. Ne uxor pro mar. & Nefil. pro patre, totis titulis.

† L. 2 c. 14. §. X. c. 21. §. 19. L. 7. Sicut. §. 1. D. Qvod cujuſque univerſit. nomine. Lib. VI. de Benef. c. 20. Cap. 19. d. L. unica, C. ut nullus ex vicanis. L. XI. ,

***

Ut enim cum oneribus bona tranſirent ſimul cum dominiis rerum introductum eſt) Adde C. in literis 5. de Raptoribus. C. 9. tua de Uſuris.

2. Nec qvod Univerſitas debet, ſinguli debent, ut diſerte loqvitur Ulpianus: nimirum ſi Univerſitas bona habeat; alioqvi enim tenentur non ſinguli, ſed qva pars ſunt univerſorum. Seneca: *Si qvis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor:* * *ad exſolvendum tamen hoc portionem meam dabo.* Supra dixerat: *Unus è populo non tanqvam pro me ſolvam, ſed tanqvam pro patria conferam.* Et: *ſinguli debebunt*

habunt non tanqvam propriam, sed tanqvam publici partem. Hinc speciatim jure Romano constitutum, ut nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur; & alibi nulla possessio alterius pro alienis debitis, etiam publicis, conveniri præcipitur: & in Novella Justiniani vetantur ἐνεχυριασμοὶ, id est, * pignorationes pro aliis, addita causa, qvod rationem non habeat, alium qvidem esse debitorem, alium vero exigi; ubi & hujusmodi exactiones odiosæ vocantur. Et Rex Theodoricus apud Cassiodorum fœdam vocat licentiam, alterum pro altero pignorandi.

Nullam. 4. C. de Exceut. & exactionibus. L. XII. No. 52. & 134. Lib. IV. Var. Epist.

***

Ad exsolvendum tamen hoc portionem meam dabo) Vide leges Siculas fine l. 1.

Pignorationes) c. unico de Injuriis in sexto: *Pignorationes, qvas vulgaris elocutio repressalias nominat.* Rectius scribas, ut libri qvidam, *reprensalias.* Id enim voci Saxonicæ Withernamii ad amussim respondet, sed usus alterum recepit.

†††

Pro alienis vicanorum debitis teneatur) Facit tamen huc vexatissima *L. 25. §. 4. Locat.* qvam per varias ampliationes & restrictiones Doctorum examinari curavimus: Hanc Dissertationem, si lubet, L. B. evolvere poterit, ubi, uti remur, insimul clarescet; in explicatio *Carpzoviana*, qvam fecit in *Lib. 6. Resp.* 107. adeò sit apodictica.

II. 1. Hæc qvanqvam vera sunt, tamen jure gentium voluntario induci potuit, & inductum apparet, ut pro eo, qvod debet præstare civilis aliqva societas, aut ejus caput, sive per se primo, sive qvod alieno debito jus non reddendo se qvoqve obstrinxerit, teneantur & obligata sint bona omnia corporalia & incorporalia eorum, qvi tali societati aut capiti subsunt. Expressit autem hoc qvædam necessitas, qvod alioqvi magna daretur injuriis facidis licentia, cum bona imperantium sæpe non tam facile possint in manus venire, qvam privatorum, qvi plures sunt. Est igitur hoc inter jura illa, qvæ Justinianus ait usu exigente, & humanis necessitatibus à gentibus humanis constituta.

Inst. de Jur. nat. §. 2. in fin. Th. 2, 2. q. 40 art. 1.

†††

Obligata sint bona omnia) *Vid. Coppen. Decis. Illustr. Qvæst. 66. Ayal. de Jur. Bell. lib. 1. cap. 4. & Grot. L. 2. c. 14. §. 11. n. 2.* Ita tamen, ut in executione primum deveniatur ad bona universitatis allodialia, res mobiles & se moventes, animantes viliores, & qvæ imprimis servando servari non possunt, *Azo ad tit. C. de Vend. reb. Civit. num. 1.* si hæc non sufficiant, res soli, prædia, villæ, domus &c. ac deniqve jura & immobilia, v. g. pascua, nemora, sylvæ, piscinæ, molæ seqvantur, *Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 49. num. 26.* Postmodum ad res singulorum transitus instituendus, ubi qvilibet minimè in solidum, sed pro ratâ & virili parte tenetur *arg. l. 11. §. fin. ff. de Duob. Reis constit. add. Kop. Decis. 60. num. 25. §. qvod si verò.* Licet in universitatis instrumento obligationis civium etiam singulorum bona simpliciter fuerint hypothecata, non tamen omnia & singula in solidum expressè obligata, *vid. Carpzov. p. 2. const. 6. defin. 24. & seqq. ibiqve plur. cit.*

Mol. disp. 120. & 121. Valentia, disp. 3. q. 16. num. 3. Navar. c. 27. num. 136. Liv. lib. I.

2. Non autem ita hoc naturæ repugnat, ut non more & tacito consensu induci potuerit, cum & fidejussores sine ulla causa ex solo consensu obligentur. Et spes erat, facilius membra ejusdem societatis à se mutuo jus consequi posse, & indemnitati suæ consulere, qvam externos, qvorum multis in locis exigua habetur ratio: deinde, commodum ex hac obligatione commune erat omnibus populis, ita ut qvi nunc eo gravaretur, alio tempore indidem sublevari posset.

3. Receptum autem hunc morem non tantum apparet* ex bellis plenis, qvæ populi populis inferunt: in his enim, qvid observetur, ostendunt denuntiationum † formulæ: *Populis priscorum Latinorum, hominibusq; priscis Latinis bellum indico facioqve*: & in rogatione: *Vellent, juberent Philippo regi Macedonibusq;, qvi sub regno ejus essent, bellum indici*: & in decreto ipso; *Populus Romanus cum populo Hermundulo hominibusq; Hermundulis bellum jussit*, qvod ex Cincio estin re militari: & alibi; *Hostis sit ille, qvique intra præsidia* †† *ejus sunt*: verum etiam ubi ad eam belli plenitudinem nondum ventum est, sed tamen violenta qvadam juris exsecutione, id est bello imperfecto, opus est, idem videmus usurpari. Pharnabazo Regis Persarum subdito dicebat olim Agesilaus: ἡμεῖς, ὦ Φαρνάβαζε, καὶ φίλοι ὄντες πρότερον βασιλέως, ἐχρώμεθα τοῖς ἐκείνου πράγμασι φιλικῶς. καὶ νῦν πολέμιοι γεγονότες, πολεμικῶς: ἓν οὖν καί σε τῶν βασιλέως κτημάτων ὁρῶντες εἶναι βουλόμενον, εἰκότως διὰ σοῦ βλάπτομεν ἐκεῖνον. *Nos Pharnabaze, & cum amici Regis essemus, amice nos erga ea, qvæ ipsius erant, gerebamus; & nunc, cum hostes simul facti hostiliter nos gerimus. Qvare, cum & tu esse velis inter ea, qvæ Regis sunt, jure per te illum lædimus.*

† h. L. c. 3. §. 5. c. 4. §. 8. n. 1. Lib. XXXI. Gell. Lib. 16. c. 4. Liv. libr. 38. & alibi.

†† h. L. c. 4. §. 6. Plut. Agesil. & Xen. histor. Gr. IV.

***

Ex bellis plenis) Distingvit bella ab his pignorationibus vir prudens Nicolaus Damascenus, ubi ostendit Herodi, cui non licebat bellum inferre Arabi, licuisse ῥύσια λαμβάνειν, pro sibi ex contractu debitis uti pignoratione. Josephus VI. Antiqvæ historiæ, ubi hæc verba: τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συγγραφὴν ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατιὰν οὐ στρατιὰν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐπὶ δικαίων τῶν ἰδίων ἀπάντησιν. *Cum narrasset qvingenta Herodi talenta debita, cautionemqve de iis expositam id continere ubi dies præstituta transiisset, posse ipsum ex omni Arabum terra pignora capere, hanc expeditionem non expeditionem esse dicebat, sed justam debiti exactionem.*

III. 1. Ejus, qvam dico, exsecutionis species erat, qvam Athenienses vocabant ἀνδροληψίαν, de qva sic habebat lex Attica; ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν, εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή: id est, *Si qvis morte per vim illata obierit, pro eo proximis ac necessariis jus esto homines prehendendi, donec aut pœna sumatur de cæde, aut homicida*

micida dedantur: liceat autem tres tantum homines prehendere, non ultra. Hic videmus, pro debito civitatis, qvæ obligatur, ſubditos ſuos, qvi aliis nocuerunt, plectere, obligari jus qvoddam incorporale ſubditorum, ipſam ſcilicet libertatem morandi ubi velint, & agendi qvod velint, ita ut in ſervitute interim ſint, donec civitas id faciat, qvod facere tenetur, id eſt puniat ſontem. Qvanqvam enim Ægyptii, ut ex Diodoro Siculo diſcimus, diſputabant, corpus ſive libertatem pro debito obligari non debere, nihil tamen in eo eſt naturæ repugnans; & mos non Græcorum tantum, ſed & aliarum gentium in contrarium valuit.

†††

Species erat) *add. Rud. ad L. 16. aut. facta §. eventum. 8. ff. de Pœn. Covarruv. ad cap. peccatum. de R. J. in VI. q. 2. §. 9. n. 4.* de qva & *Lem. L. IV. c. 8. Jur. Publ. n. 315. pag. 274.* hæc habet: Athenienſium inſtitutum, Dracone conditore erat, ut ſi qvis violenta morte obiiſſet, pro hac gentilibus & cognatis jus foret qvoscunqve perſeqvendi ac prehendendi, qvod necis autores indicarent ac dederent; vel judicium cædis luerent ipſi. Ita *Choppin. de Dom. Franc. l. 3. t. 25. n. 2.* partim confuſe, partim obſcurè deſcribit. Diſtinctius & planius cum aliis ego: Græcorum inſtitutum erat, qvod ſi ab altero aliqvis interfectus fuiſſet, cognatis hujus poteſtas & licentia eſſet homicidam repetere à civitate illa, ad qvam ſe recepiſſet profugus. Qvod ſi is ab ea non dederetur, tum agnatis diſtis permiſſum erat, propria autoritate & vi capere unum vel plures, non ultra tamen tres, ex civitate ea, qvæ homicidam dedere recuſaverat.

2. Ariſtocrates Demoſtheni coævus decretum rogaverat, ſi qvis Charidemum occidiſſet, eum abripere undecunqve liceret; & ſi qvis obſiſteret is hoſtium eſſet numero. Hic multa reprehendit Demoſthenes: *primum*, qvod non diſtinxerit Ariſtocrates inter cædem juſtam & injuſtam; cum & juſta aliqva eſſe poſſit: *deinde*, qvod non exigit, ut prius poſtuletur judicium: *præterea*, qvod non eos, apud qvos facta ſit cædes, ſed eos, qvi homicidam recipiunt, teneri velit; Verba Demoſthenis ſunt: ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ἐνδόχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος ᾖ ἡφτηται, μήτε τοὺς δεδεγμένους ἐκδιδῶσι, κελεύει κ) τούτων εἶναι τὸ ἀνδροληψίου κ) τειῶν. ὁ δ' οὗτος μὲν ἀφῆκε παρεὶς, κ) οὐδὲ λόγον πεποίηται περὶ αὐτοῦ οὐδένα, τοὺς δ' ἐ δ' ἐν πορθμῷ, φησὶ γὰρ οὗτος, κ) τοὺς κοινὸν ἀνθρώπων νόμον, ὃς κεῖται τ' φεύγοντα δέχεσθ, ἐνοδοξαμβίους ἐκπονοῦντας εἶναι χρὴ φείσασθαι μὴ τ' ἱκέτλω (male editur ἱκέτλω) ἐκδοῦν διδόντα. *Lex, ſi apud quos cædes evenit, neq; jus reddant neq; ſontes dedant, adverſus eos dat trium hominum prehenſionem. At hic hos qvidem relinqvit intactos, ac ne mentionem qvidem eorum facit. At eos, qvi jam fuga elapſum, ita enim rem ponam, ſuſceperunt, ſecundum jus omnium hominum, qvod fugientes vult poſſe ſuſcipi, hos vult eſſe hoſtium loco, nî ſupplicem dedant. Qvarta* reprehenſio eſt, qvod Ariſtocrates rem ſtatim ad plenum bellum deducit, cum lex prehenſione contenta ſit.

3. Ex his primum illud & ſecundum & qvartum ratione non caret. At tertium illud, niſi ad ſolum eventum cædis caſu aut ob ſui tutelam factæ reſtringatur, non eſt, ut non oratorie magis & argumenti cauſa, qvam ex vero

&

& jure sit dictum. Nam jus gentium, ut supplices suscipiantur & defendantur, ut supra † diximus, ad eos tantum qvibus fortuna, nō crimen, obstat, pertinet.

† L. II. c. XXI. §. 5. n. 1. it. L. 1, c. 2. §. 16. seq.

4. Ceteroqvi par jus est eorum, apud qvos crimen est factum, & eorum, qvi sontem punire aut dedere recusant. Atqve adeo aut illa ipsa lex, qva utitur Demosthenes, interpretationem eam, qvam dico, ex usu recepit, aut adversus cavillationes tales expressius postea adposita: horum enim alterum qvin sit, non negabit, qvi attenderit ad illud Julii Pollucis: ἀνδρολήψιον δὲ ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὥς τινας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ, ἔξεστιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν. *Hominum prehensio est, qvoties qvis homicidas, qvi ad aliqvos confugerunt, non recepit, cum id postulaverit. Nam jus est tres homines prehendendi adversus eos, qvi dedere recusant.* Nec aliter Harpocration: ἀνδρολήψια τὸ ἁρπάζειν ἄνδρας ἐκ τινὸς πόλεως. ἐνεχύραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ μὴ προϊεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν. *Jus hominum prehensionis est jus rapiendi aliqvos ex urbe aliqva. Nam in eam civitatem, qvæ homicidam teneret, nec pœnæ dederet, pignoratione utebantur.*

Lib. IIX. c. 6.

5. Simile huic est, qvod, ad recuperandum civem injuria manifesta captum, civitatis, apud qvam id factum est, cives retinentur. Sic Carthagine qvidam impedierunt, ne Ariston Tyrius caperetur, hac addita causa: *idem Carthaginensibus & Tyri & in aliis emporiis, in qvæ freqventer commeent, eventurum.*

Liv. l. XXXIV. cap. LX.

IV. Alia exsecutionis violentæ species est ἐνεχυριασμὸς sive * *pignoratio inter populos diversos;* qvod jus repressaliarum vocant recentiores Jurisconsulti †, Saxones & Angli Withernamium, & Galli etiam, ubi à Rege impetrari id solet, literas Marcæ. Locum autem habet, ut ajunt Jurisconsulti, ubi jus denegatur.

† Bal. III. cons. 58. Bart. de Repress. q. 5. ad tertium, n. 9.

***

Pignoratio inter populos diversos) Σύλας id dicit Demosthenes in oratione pro Corona & Aristoteles Oeconomicon secundo.

†††

Jus repressaliarum vocant) Item pressalias vel præsalias clarigationes, le droict de marqve, qvod hoc jus in limitibus potissimum exerceatur, & ejus usus consistat in injuriis, regnicolis ac civibus in alienis regnis illatis, vindicandis, *Cujac. ad l. unic. C. ut null. ex vicin. Gothofred. ad Novell. 52. Bodin. de Rep. lib. 1. cap. fin.* Ceterum ad justitiam harum repressaliarum reqvirimus cum *Limn. l. c. n. 320. & seqq. & Scotano Exam. Jurid. ad T. ff. de Judic. qvæst. 84.* (1.) Cum justa est causa, sc. cum in qvæstione magni momenti reqvisitus judex justitiam administrare recusavit, *add. Paul. Laymann. Theolog. Moral. L. 2. Tr. 3. cap. 12. n. 13. pag. 224.* (2.) Cum is, cui justitia denegata est, suo magistratui probavit liqvidò damnum, qvod passus est, ac simul denegationem justitiæ (3.) Cum magistratus læsi monuit literis vel legatione alterum magistratum, de qvo qverela est delata, ut is compellat damnum resarciri læso, nisi velit adversus se repressalias concedi, (4) Cum magistratus læsi adhibuit consensum supremi magistratus, qvi populum repræsentat, vel alias ipsius populi: ante enim permitti non possunt. *Ceterum de hoc capite in speciali Dissertatione actum fuit.*

V. 1. Qvod

V. 1. Qvod fieri intelligitur non tantum, si in fontem aut debitorem judicium intra tempus idoneum obtineri neqveat, verum etiam, si in re minime dubia (nam in dubia re præsumtio est pro his, qvi ad judicia publice electi sunt) plane contra jus judicatum sit. nam auctoritas judicantis non idem in exteros, qvod in subditos, valet. Etiam inter subditos non tollit, qvod vere debebatur: *Verus debitor, licet absolutus sit,* * *natura tamen debitor permanet:* inqvit Paulus (*a*) Jurisconsultus: *Et cum per injuriam judicis dominorem, qvæ debitoris non fuisset, abstulisset creditor qvasi obligatam sibi, & qværeretur, an soluto debito restitui eam oporteret debitori, Scævola restituendam probavit.* Hoc interest, qvod subditi exfecutionem etiam injustæ sententiæ vi impedire, aut contra eam jus suum vi exseqvi licite non possunt, ob imperii in ipsos efficaciam: exteri autem jus habent cogendi, sed qvo uti non liceat, qvamdiu per judicium suum possint obtinere.

(*a*) L. 60. Julian. D. de Cond. Indeb. L. Rescript. 12. §. 1 D de Distract. Pign. Innocent. & Pan. in c. 8. qvia plerique. de Immunit. Ecc. Soto, L. 3. q. 4. art. 5 Jac. de Canib. Anchar. Dominic. Franc. in c. 1. de Injuriis in 6. Fulg. & Salic. in auth. sed hodiè. C. de Act. & obl. Jac. de Bello. visu in Nov. 52 Auth. Ut non. fiant pignorat. Sil. in verbo repress. Bart. in tract. de repress. Guido Papæ p. 32. Gall. de pigno. c. 1. n. 5. Vict. de Jure belli, n. 41. Covar c. peccatū. p. 11. §. 9.

***

Natura tamen debitor permanet) Spectant huc, qvæ habet Gailius de Pace publica lib. II. c. VIII. num. 7. & Vasqvius libro IV. controversiarum illustrium cap. X. §. 41.

2. Tali igitur de causa aut * corpora aut res mobiles subditorum ejus, qvi jus non reddit capi posse non qvidem naturâ introductum est, sed moribus passim receptum. Vetustissimum exemplum est apud Homerum Iliados A, ubi Nestor narratur ob ereptos patri eqvos Elidensium pecora & armenta cepisse * *ῥύσι' ἐλαυνόμῳ θ'* ut Poëta loqvitur, ubi *ῥύσια* interpretatur Eustathius *τὰ αὐτὰ πνωι ῥυόμῳα, ὅ ὕστι ἑλκόμῳα καὶ αὐτὰ τῶν παραπεσόντων ἁρπαζόμῳα.* Seqvitur deinde in narratione, convocari edicto ad jus suum persequendum omnes eos, qvibus aliqvid ab Elidensibus debebatur, nimirum,

μή τις οἱ ἀπημοσόμῳ θ' κίοι ἴσης.
Ne qvis justa sibi parte careret.

Aliud exemplum est in historia (*b*) Romana de Romanorum navibus, qvas pro bonis Tarqviniorum Cumis Aristodemus Tarqviniorum hæres retinuit. Famulos, jumenta, pecunias retenta dixit (*c*) Halicarnassensis. Et apud Aristotelem Oeconomicōn secundo de decreto Carthaginensium ad prehendendas exterorum naves, *εἴ τις σύλας ἔχει*, ut ibi loqvitur, *si qvis jus prehendendi haberet.*

(*b*) Liv. lib. II. (*c*) Halic. lib. VII.

***

Corpora) Vide exemplum apud Ammianum libro XVII. ubi Julianus Francorum qvosdam retinet usqʒ dum captivi ex pacto liberentur. Adde qvæ habet Leo Afer lib. III. de monte Berrigualid.

Ῥύσι' ἐλαυνόμῳ θ') Hoc sensu *ῥύσια* invenias excerptis legationum ex Polybio xxxiix. ubi de Achæis contra Bœotos; & excerpto cxxiix. *ῥυσιάζειν* apud

apud Diodorum Siculum excerptis Manuscripti Peiresiani. Alibi vero ῥυσία καταγγέλλειν in bello usurpatur, ut dicemus mox capite III, & VII. sunt enim hæc valde affinia.

VI. Vita autem subditorum innocentium ut ex tali causa obligetur, forte creditum fuit apud aliqvos populos, eo nimirum, qvod crederent, unicuiqve hominum † jus vitæ plenum esse in se, & id ad rempublicam potuisse transferri, qvod minime esse probabile, nec saniori Theologiæ consentaneum alibi diximus. Fieri tamen poterit non ex intentione, sed ex accidenti, ut occidantur, qvi juris executionem per vim volunt impedire. Sed id, si prævideatur, ex caritatis lege omittendam potius juris persecutionem alibi ostendimus, cum ex ea lege, Christianis præsertim, pluris esse debeat vita hominis, qvam res nostra, ut alibi †† demonstratum est.

† L. 2. c. 21. §. XI. n. 2. L. 3. c. XI. §. 18.

†† L. 2. c. 1. §. 13. n. 1. c. 24. §. 2. n. 3. Lib. I. c. I. §. 12. & 13. L. II. c. 3. §. 5 c 8. §. 1. n. 2 Dec. cons. 352. Bal. L. 3. de Offic. Assessor.

VII. 1. Ceterum non minus in hac materia, qvam in aliis cavendum est, ne confundamus ea, qvæ juris gentium sunt proprie, & ea, qvæ jure civili aut pactis populorum constituuntur.

2. Jure gentium subjacent pignorationi omnes subditi injuriam facientes, qvi tales sunt ex causa permanente, sive indigenæ, sive advenæ, non qvi transeundi aut moræ exiguæ causa alicubi sunt. Introductæ enim sunt pignorationes ad exemplum onerum, qvæ pro exsolvendis debitis publicis inducuntur, qvorum immunes sunt, qvi tantum pro tempore loci legibus subsunt. A numero tamen subditorum jure gentium excipiuntur legati, non ad hostes nostros missi, & res eorum.

3. At juri civili populorum sæpe excipi solent personæ mulierum & infantium; eorum vero, qvi literis operam dant & ad mercatus veniunt etiam res. Jure gentium singulis pignorandi jus est, ut & Athenis ἐν ἀνδροληψίᾳ. Jure civili multorum locorum peti id solet alibi à potestate summa: alibi à judicibus. Jure gentium ipso facto dominium rerum captarum acqviritur ad summam debiti & sumtuum, * ita ut residuum reddi debeat. Jure civili solent citari, qvorum interest respublica auctoritate divendi aut addici iis, qvorum interest. Sed hæc atqve alia peti debent ab his, qvi jura civilia tractant, & nominatim in hac materia à Bartolo, qvi de repressaliis scripsit.

***

Ita ut residuum reddi debeat) Usi hac æqvitate Veneti, captis in Galata Genuensium navibus, memorante Gregora libro IX. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἁλισκομένων ἐκείνων νεῶν ἁπασῶν τοῦ πληρώματος ἐλυμήνατο τὸ παράπαν οὐδέν. ἦν γὰρ τὸ μὲν πλήρωμα σῖτος καὶ κριθή. τῶν δὲ ὄψων ταρίχη πόσα γεωργοῦσι λίμναι κωπαιδὲς τε καὶ μαιώτιδες, καὶ ποταμοὶ Ταναΐδες. ἀλλὰ διετήρησαν εἰς τ' ἀκριβὲς ἁλώβητα. ἕως ἀπολαβόντες τὸ χρέος, ἀπέδοσαν ἅπαντα. *Sed neq; de onere captarum à se navium corruperunt qvicqvam. onus erat frumentum & hordeum: ad-*

ad hac, salsamenta piscium, qualia proferunt Copaides & Mœotides paludes, & Tanais flumina: sed ea servarunt anxie, nihil imminuta, donec recepto debito integra redderent.

†††

A Bartolo) add. Jacob. à Canibus & Godofred. de Peschwiz. in Special. Tract. de Repressaliis.

4. Illud hic addam, qvia ad juris hujus satis per se rigidi emollitionem pertinet, eos, qvi non solvendo, qvod debebant, aut jus non reddendo causam dederunt pignorationibus, ipso naturali ac divino jure * teneri ad resarcienda damna † aliis, qvibus eam ob causam aliqvid decedit.

Ægid. Regin. de Actibus supern. Disp. XIII, du. 7. n. 117

† L. 3. c. 10. §. 4. c. 17. §. 2. in fin. c. 18. §. 5. in fin.

* * *

Teneri ad resarcienda damna) Plutarchus in Cimone de Scyriis: οὐ βουλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελεύοντων. *Plerique pecunias contribuere nolebant, sed jubebant eos, qui res alienas aut habebant aut rapuerant, sarcire damnum.*

†††

Teneri ad resarcienda damna aliis) Casus hosce in terminis tractant *Dominic. Card. Tusch. Tom. 2. Conclus. Pract. 6. num. 18. lit. D. Joseph. Mascard. de Probation. Vol. 2. concl. 874. num. 23. Petr. Heig. p. 1. q. 12. n. 64. Carpzov. 6. Resp. 107. n. 20. Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 386. & plur. alleg. Dd. in cit. Dissert. ad L. 25. §. 4. Locat.* qvibus *jung. Brunnem. ad h. L. n. 14. Mynsing. cent. 6. obs. 1. n. 10.*

CAPUT III.

De bello justo sive solenni jure Gentium, ubi de indictione.

I. Bellum solenne juris Gentium esse inter diversos populos.

II. Distinctio populi, qvamvis inuste agentis à piratis & latronibus.

III. Mutationem interdum incidere.

IV. Reqviri ad naturam belli solennis, ut auctorem habeat eum, qvi summam potestatem habeat: qvod qvomodo intelligendum.

V. Reqviri & denunciationem.

VI. Qvid in denunciatione sit juris naturæ, qvid proprium juris Gentium, distinctè explicatur.

VII. Denunciatio alia conditionata, alia pura.

IIX. Qvæ in denunciationibus sint juris civilis, non Gentium.

IX. Bellum alicui indictum simul indictum esse ejus subditis & sociis, qva ipsum seqvuntur.

X. Non qva per se considerantur: qvod exemplis illustratur.

XI. Causa cur denunciatio ad effectus qvosdam reqviratur.

XII. Hos effectus non reperiri in aliis bellis.

XIII. Bellum an simul atq; indictum est, geri possit.

XIV. An indicendum ei, qvi jus legationis violavit.

I. 1.

I.I.c.II.§.IV. n.2.c.III.§.4. c.XVII.§.19. c.xxiii.§. fin. n.5.

SUpra dicere incepimus, juſtum bellum apud probos auctores dici ſæpe non ex cauſa unde oritur, neqve, ut aliàs, ex rerum geſtarum magnitudine, ſed ob peculiares qvosdam juris effectus. Qvale autem ſit hoc bellum, optime intelligitur ex hoſtium definitione apud Romanos Jurisconſultos.

(a) L. Hoſtes. 118. de Verbor. ſign.

(a) *Hoſtes ſunt, qvi nobis, aut qvibus nos publicè bellum decernimus: ceteri latrones aut prædones ſunt*, ait Pomponius: nec aliter Ulpianus (b): *Hoſtes ſunt, qvibus bellum publice Populus Romanus decrevit, vel ipſi Populo Romano; ceteri latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo, * qvi à latronibus captus eſt, ſervus latronum non eſt, nec poſtliminium illi neceſſarium eſt. Ab hoſtibus autem captus, puta a Germanis † & Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum priſtinum recuperat.* Et Paulus: (c) * *A piratis aut latronibus capti liberi permanent.* Accedit illud Ulpiani: (d) *In civilibus diſſenſionibus, qvamvis ſæpe per eas reſpublica lædatur, non tamen in exitium Reipublicæ contendatur: qvi in alterutras partes diſcedent, vice hoſtium non ſunt eorum, inter qvos jura captivitatum aut poſtliminiorum fuerint: & ideo captos, & venundatos, poſteaqve manumiſſos, placuit ſupervacuo repetere à Principe ingenuitatem, qvam nulla captivitate amiſerant.*

(b) L. Hoſtes. 24 D. de Captivis.

(c) L. Poſtliminium. 19. §. 2. D. de Capt.

(d) L. ſi qvis ingenuam. 21. §. 1. Eod. tit.

† L. II. c. 15. §. 5. n. 1. & h. l. c. 3. §. 2. n. 1. & ſeq.

***

Qvi à latronibus captus eſt, ſervus latronum non eſt) Hinc argumentum Pœnulo Plauti: Evnucho Terentii. Talis & Eumæus Odyſſ. O.

A pirat is) Pompejus à piratis captos liberos pronunciavit: Appianus Mithridatico. Adde Herreram Tomo II.

Philip. IV.

2. Illud tantum notandum, ſub exemplo populi Romani qvemvis intelligi, qvi in civitate ſummum imperium habeat. *Ille hoſtis eſt*, ait Cicero, *qvi habet rempublicam, curiam, ærarium, conſenſum & concordiam civium, & rationem aliqvam, ſi res ita tulerit pacis & fœderis.*

II. 1. Non autem ſtatim reſpublica aut civitas eſſe deſinit, ſi qvid admittat injuſtum, etiam † communiter, nec cœtus piratarum aut latronum civitas eſt, etiamſi forte æqvalitatem †† qvandã inter ſe ſervent, ſine qva null9 cœtus poſſet conſiſtere. Nam hi * criminis cauſa ſociantur: illi, etſi interdum delicto non vacant, juris tamen fruendi cauſa ſociati ſunt, & exteris jus reddunt, ſi non per omnia ſecundum jus naturæ, qvod multos apud populos ex parte qvaſi obliteratum ††† alibi oſtendimus, certe ſecundum pacta cum qvibusqve inita; aut ſecundum mores Sic Græcos, qvo tempore mari prædas (a) agere pro licito habebatur, abſtinuiſſe à cædibus & poſtulationibus nocturnis, & à raptu boum aratorum, notat ad Thucydidem Scholiaſtes. Alios etiam populos, itidem ex rapto viventes, ubi ex mari domum ſe receperant, miſiſſe ad dominos, * ut rapta, ſi vellent, æqvo pretio redimerent, memorat Strabo. Ad tales pertinet & ille Homeri locus Odyſſeæ ξ.

L. 2. c. 21.

†† Prolegom. §. 23.

††† L. I. c. I. §. XII. n. 1.

(a) L. 2. c. 15. §. 5. n. 1. ſeq. c. 10. §. 9. n. 1. L. 3. c. 9. §. 16. ſeqq. Lib. I. Lib. XI.

Kaj

Καὶ μὴν διωμόσεες καὶ αἰάσπιοι, οἵτ' ἐπὶ γαίης
Ἀλλοτρίης βαῖνον, καὶ σφιν ζόλος λητὶδα δύπη,
Πλησάμενοι δὲ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστοι,
Καὶ μὴν τοῖς ὄπιθεν κρατερὸς δέος ἐν φρεσὶ πίπτει.
Ipse etiam raptus avidi, qui aliena pererrant
Littora, concessu Superum, si præda reperta est,
Navibus impletis abeunt, & vela retorquent:
Quippe Deos metuunt memores fandi atque nefandi.

* * *

Criminis causa sociantur) Ὁμιλοῦσι ἀνδρώπων οὐ νόμῳ ξυνιόντων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀδίκου ξυνειλεγμένων: *turba hominum non lege congregata, sed injustitiæ causa in unum coacta*: Procopius II. Vandalicorum.

Ut rapta si vellent, æquo pretio redimerent) Tales & illi quorum Saxo meminit libro XIV. Ideo Scyrios Plutarchus cum tempore pejores factos notat: λῃζόμενοι δὲ τὴν Θετταλίαν ἐκ παλαιοῦ τελοῦντες ἐδὲν τοῖς πλέουσιν ἀπ' αὐτῆς τῶν χωρίων ἀπεῖχον ξένων, *cum ab antiquo mari prædas egissent postremum, ne iis quidem, qui ad eos ipsos commercii causa navigabant, abstinuere injuriam.*

2. Principale autem pro forma est in moralibus: & ut recte Ciceroni dictum est de Finibus Quinto, *ex eo, quod maximas partes continet, latissimeque funditur, tota res appellatur*: cui convenit illud Galeni, Κατὰ δὲ πλεονεκτοῦσι τὴν κράσιν γίνονται αἱ διαφοραί. Idem talia sæpe vocat ὀνόματα ἐξ ὀλίγων κατ' ἐπικράτησιν. Quare crude nimis dictum est ab eodem Cicerone de republica tertio, ubi injustus est rex, ubi injusti optimates, aut ipse populus, non jam vitiosam, sed nullam esse rempublicam: quam sententiam Augustinus corrigens: *Nec ideo tamen*, ait, *vel ipsum non esse populum, vel ejus rem dixerim non esse rempublicam, quamdiu manet qualiscunque multitudinis rationalis cœtus rerum, quas diligit concordi communione sociatus.* Corpus morbidum corpus tamen est: & civitas, quanquam graviter ægrota, civitas est, quamdiu manent leges, manent judicia, & quæ alia necessaria sunt, ut ibi jus exteri consequi possint, non minus, quam privati inter se. Rectius Dion Chrysostomus, qui legem (eam præsertim, quæ jus Gentium facit) dicit esse in civitate, ut mentem in corpore humano: *ea enim sublata civitatem non esse amplius. E Aristides, in ea, qua Rhodios ad concordiam hortatur, ostendit, etiam cum tyrannide leges multas bonas posse consistere. Aristoteles quinti de Republica capite nono ait, si quis nimium intendat vim paucorum aut populi, primo vitiosam fieri rempublicam, postremo nullam. Exemplis rem illustremus.

De Civ. Dei l. XIX. c. 24.

Borysthenitica & de Lege.

* * *

Ea enim sublata civitatem non esse amplius) Cicero libro X. epist. I.

Nec leges ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ad veſtigium civitatis.

3. A latronibus captos capientium non fieri, ſupra dicentem audivimus Ulpianum. †† Idem captos à Germanis ait libertatem amittere. Atqvi apud Germanos latrocinia, † qvæ extra civitatis cujusqve fines fiebant, nullam habebant infamiam, qvæ verba ſunt Cæſaris. De Venedis Tacitus: *Qvicqvid inter Peucinos Fennoſq; ſilvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant.* Idem alibi Cattos, nobilem Germaniæ populum, latrocinia agitaſſe dicit. Apud eundem Garamantes latrociniis fœcunda gens, ſed gens tamen. Illyrici ſine diſcrimine mari prædas agere ſoliti, de iis tamen triumphus fuit: Pompejo de piratis non fuit. Tantum diſcrimen eſt inter populum qvantumvis ſceleratum, & inter eos, qvi, cum populus non ſint, ſceleris cauſa coëunt.

†† h.c.§.1. n.1. Lib.VI. De morib Germ. Annal.XII. Hiſtor.IV. App. III. † L.II.c. XV. §.7.n.1. L.III. c.IX.§. 16. & 18.n. 1.

III. Poteſt tamen mutatio incidere, non in ſingulis tantum, ſicut Jephthes, Arſaces, Viriatus ex prædonum ducibus juſti duces facti ſunt, * ſed etiam in cœtibus, ut qvi prædones tantum fuerant, aliud vitæ genus amplexi civitas fiant. Auguſtinus de latrocinio locutus: *Hoc malum ſi in tantum perditorum hominum acceſſibus creſcit, ut & loca teneat, ſedes conſtituat, civitates occupet, populos ſubjuget, regni nomen aſſumit.*

Judic. XI, 13.

De Civ. Dei l. IV. c. IV.

* * *

Sed etiam in cœtibus, ut qvi prædones tantum fuerant, aliud vitæ genus amplexi civitas fiant) Exemplum in Mamertinis; Diodorus Siculus in Fragmentis.

IV. Summum autem imperium qvi habeant, diximus ſupra, † unde intelligi & hoc poteſt, ſi qvi pro parte habeant, pro ea parte juſtum bellum gerere: multoqve magis eos, qvi non ſubditi, * ſed inæqvaliter ſunt federati, qvomodo inter Romanos & eorum ſocios, qvanqvam fedére inferiores, Volſcos, Latinos, Hiſpanos, Pœnos omnia juſti belli exercita ex hiſtoriis diſcimus.

† L.I.c.3.& 4. Cajet.2, 2. q. 40. art. 1. L.II.c. XV. §. 7. n. 1.& ſeq.

* * *

Sed inæqualiter ſunt federati) Ut Dux Lotharingiæ, apud Crantzium Saxonicis XII. 13. Civitas Sundenſis Principibus ſuis Pomeranis bellum indixit; Idem Crantzius Vandalicorum XIV, 35.

V. Sed ut juſtum hoc ſignificatu bellum ſit, non ſufficit, inter ſummas† utrinqve poteſtates geri: ſed oportet, ut audivimus, ut & publice decretum ſit, & qvidem ita decretum publice, * ut ejus rei ſignificatio †† ab altera partium alteri facta ſit, unde promulgata prælia dixit Ennius. Cicero Officiorum primo: *At belli qvidem æqvitas ſanctiſſime feciali populi Romani jure præſcripta eſt: ex qvo intelligi datur, nullum bellum eſſe juſtum, niſi qvod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit & indictum.* Minus plene vetus ſcriptor apud Iſidorum: *Juſtum bellum eſt, qvod ex edicto geritur, rebus repetitis aut propulſan-*

† L.I.c.III.§. IV.n. 1. †† L.2. c.26.§. 4. n. 7. L. 3. c. 2. §. 2. n. 3. c. 4.§. 8. n. 1.

Lib. I.

dorum

dorum hominum causa. Sic Livius bellum palam & ex edicto gerere dixit in justi belli descriptione. Et cum narrasset Acarnanas agrum Atticum esse populatos: *Irritatio animorum ea prima fuit: postea justum bellum decretis civitatum ultro indicendo factum.* Lib. XXXI.

***

Ut ejus rei significatio ab altera partium alteri facta sit) Josephus Antiqvæ Historiæ libro XV. πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγειν, ἀνομία. *bellum inferre non ante denuntiatum, injustum est.* Vide hujus Gentium moris exempla apud Crantzium Saxonicorum XI. apud Oderbornium in vita Basilidis lib. III. Facta contraria Turcæ Olizasthlanis, & Neemonis Servii reprehendit Nicetas lib. III. & IV.

VI. 1. Qvæ loca & alia de belli promulgatione agentia ut intelligantur, accurate distingvenda sunt, qvæ jure naturæ debentur, qvæ naturâ non debentur sed honesta sunt, qvæ jure gentium reqviruntur ad effectus juris gentium proprios, & qvæ præterea ex peculiaribus populorum qvorundam institutis veniunt.

Naturali jure, ubi aut vis illata arcetur, aut ab eo ipso, qvi deliqvit, pœna deposcitur, nulla reqviritur denuntiatio. Et hoc est qvod Sthenelaidas ephorus dicit * apud Thucydidem: οὐ δίκαις οὐδὲ λόγοις διακρίτεα μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους· *non est qvod verbis & judiciis disceptemus ultra verba læsi.* Et Latinus apud Halicarnassensem: τὸν ἄρχοντα πολέμου πᾶς ὁ προπαθὼν ἀμύνεται, *bellum inferentē is qvi impetitur à se repellere solet.* Et Ælianus ex Platone ait, qvod ad propulsandam vim suscipitur bellum, non à caduceatore, sed à natura indici. Hinc Dion Chrysostomus in ea, qvæ est ad Nicomedienses, πόλεμοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀκήρυκτοι γίγνονται. *pleraqve bella sine denuntiatione suscipiuntur.* Nec ob aliam causam Livius Menippo præfecto Antiochi objicit, qvod Romanos qvosdam cecidisset nondum aut indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios aut sangvinem usqvam factum audissent: eo ipso ostendens, ex his duobus alterum potuisse ad facti defensionem sufficere. Neqve magis per naturæ jus indictio necessaria est, si dominus rei suæ manum injicere velit. Lib. I. Lib. I.

***

Apud Thucydidem) Idem libro III. in Platæensium oratione: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι. *ex jure apud gentes omnes recepto fas est arcere eum, à qvo hostiliter impetimur.* Flaminius apud Diodorum Siculum in excerptis Peiresianis, ἐπεμαρτύρατο πάντας ἀνθρώπους τε καὶ Θεοὺς, ἐπὶ τῷ προκατῆρχθαι τοῦ πολέμου τὸν βασιλέα, *omnes deos hominesqve testabatur, inceptum à rege bellum.* Adde qvæ habet Mariana XIX, 13. De bello non indicto vide Dexippum in excerptis de legationibus.

2. At

L.2.c.7.§.2. n.1. L.3.c.1. §.2.n.2.

2. At qvoties pro re una res alia, aut pro debito res debitoris invaditur, multoqve magis, si res eorum qvi debitori subditi sunt, occupare qvis velit, interpellatio reqviritur, qva constet, alio modo fieri neqvire, ut nostrum, aut nobis debitum conseqvamur. Jus enim illud non primarium est, sed secundarium & surrogatum, ut alibi explicavimus. Sic etiam anteqvam summam potestatem habens impetatur ex debito aut delicto subditi, interpellationem oportet intercedere, qvæ illum in culpa constituat, ex qva aut damnum dare censeatur, aut & ipse delinqvere, juxta ea, qvæ à nobis supra † tractata sunt.

† L.2.c.21.§.2.

3. Verum etiam, ubi jus naturæ non præcipit talem interpellationem fieri, * honeste tamen & laudabiliter interponitur, puta ut ab offendendo abstineatur, aut delictum pœnitentia & satisfactione expietur, secundum ea, qvæ de tentandis rationibus †† belli vitandi diximus: qvo & illud pertinet,

†† L.2.c.23. §.7.

Extrema primo nemo tentavit loco.

***

Honeste tamen & laudabiliter interponitur) Vide Marianam XXVII, 13.

Deut. 11, 11.

Et * præceptum, qvod DEUs Hebræis dedit, ut civitatem oppugnandam prius ad pacem invitarent: qvod cum specialiter illi populo datum sit, malè à nonnullis cum jure gentium confunditur. Neqve enim erat illa qvaliscunqve pax, sed sub lege subjectionis † & tributi. Cyrus, cum in regionem Armeniorum pervenisset, anteqvam noceret cuipiam, misit ad Regem, qvi debitum ex federe tributum & militem exigerent: νομίζων φιλικώτερον εἶναι οὕτως, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι, *humanius id existimans, qvam si ultra duceret nihil prædicens*, ut in ea historia Xenophon loqvitur. Ceterum jure gentium ad effectus illos peculiares omnibus casibus reqviritur denuntiatio, non utrinqve, sed ab altera partium.

† L.II.c.13.§.4.n.3. L.III.c.XI.§.17.c.14.§.8.n.1.

Histor. 11.

***

Præceptum, qvod Deus Hebræis dedit,) Josephus Antiqvæ Historiæ v. 2. ἐπέσχε δὲ αὐτοὺς ἡ γερουσία, πείσαβα μὴ δεῖν ὀξέως οὕτως πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἐκφέρειν πόλεμον, πρὶν ἢ λόγοις διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐγκλημάτων. τοῦ νόμου μηδ' ὑπὲρ τοὺς ἀλλοτρίους ἐφιέντος δίχα πρεσβείας, καὶ τοιαύτης πρὸς τὸ μεταγνῶσαι πεῖρας, τοὺς δόξαντας ἀδικεῖσθαι στρατιὰν ἀναγαγεῖν. *Sed retinuit eos Senatus, ostendens non oportere ita subito bellum inferri popularibus, priusqvam qverelæ verbis disceptatæ sint, cum lex ne in externos qvidem permittat injuria affectis producere exercitum, nisi legatione prius missa, tentatisq; viis, qvibus ad saniorem mentem injuriæ auctores revocari possint.* add. Selden. de J. Hebr. lib. 6. cap. 13.

VII. 1. Sed hæc denuntiatio aut conditionata est, aut pura. Conditionata, ubi cum rerum repetitione conjungitur. * Rerum autem repetitarum nomine jus feciale comprehendebat non tantum vindicationem ex jure dominii,

minii, sed & persecutionem ejus, qvod ex causa civili aut criminis debetur, ut recte explicat * Servius. Inde illud in formulis, *reddi, satisfieri, dedi;* ubi *dedi*, ut alibi † diximus, intelligendum est, ni punire sontem malint ipsi, qvi conveniuntur. Hanc rerum repetitionem dictam esse clarigationem testis est * Plinius. Conditionata est denuntiatio apud Livium, *Eam se injuriam nisi ab ipsis qui fecerint dematur ipsos omni vi depulsuros esse.* Et apud Tacitum, *ni supplicium in malos præsumant, usurum promiscua cæde:* & vetus ejus exemplum in Supplicibus Euripidis, ubi Theseus caduceatori hæc dat mandata ad Creontem Thebanum:

† L. 2. c. 21. §. 4. & 5.

Lib. VIII.

Lib. I. Annal.

** Vicina Theseus qvi tenet regni sola*
Humare poscit mortuos: qvod si datur,
Sic amica faciet gens Erechtidûm tibi.
Hæc si probantur, tum refer retro pedem:
Sin nemo paret, verba sint hæc altera:
Jam mox ut arma pubis expectent meæ.

***

Rerum repetitarum nomine) Vide Parutam de bello Cyprio, lib. 1. Bizarrum lib. XXIII. de Turcis. Reinking. lib. II. classe III. c. IV.

Servius) Ad X. Æneidos.

Plinius) Libro XXII, 12. *Et legati cum ad hostes clarigatum mitterentur, id est res raptas clare repetitum, unus utiq; Verbenarius vocabatur.* Et de verbena agens libro XXV, 9. *Hæc est qvam legatos ferre ad hostes indicavimus.* Vide Servium ad IX. & X. Æneid.

Vicina Theseus qvi tenet regni sola) Similis denuntiatio est in Batrachomyomachia, & in Amphitruone Plauti initio. Vide & Cromerum XXI.

†††

Clarigationem) Sive postulationem, qvæ fiebat clarâ voce his verbis: Jovem ego testem facio, si ego impiè injustèqve illas res dedier P. Romano mihiqve expoſco, tunc Patriæ compotem nunqvam finas esse, *Ayala, de Jur. Bell. l. 1. c. 1. §. 4. ubi plur.*

Papinius in ejusdem rei narratione:

Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis.

Polybius hoc vocat ῥῆσιν καταγγέλλειν, Romani veteres *condicere.* Pura denuntiatio est, qvæ specialiter indictio aut edictum, ubi aut bellum jam alter intulit (& hoc est qvod apud Isidorum dicitur bellum propulsandorum hominum causa) * aut ea deliqvit ipse, qvæ pœnam merentur.

***

Aut ea deliqvit ipse qvæ pœnam merentur) Exemplum vide apud Bembum libro VII.

2. Interdum autem conditionatam pura subseqvitur, qvanqvam id necesse non est, sed ex superabundanti. Hinc illa formula: *Testor populum illum injustum esse, neqve jus reddere.* Et altera: * *Qvarum rerum, litium causa-*

L. 1. c. 3. §. 4. n. 1. in fin. L. II. c. I. §. 1. num. 4.

cauſarum condixit Pater patratus populi Romani Quiritium Patri patrato populi Priſcorum Latinorum, hominibuſq; Priſcis Latinis, quas res nec ſolverunt, nec dederunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolvi †† *oportuit, puro pioq; duello quærendas cenſeo, conſentio, conſciſcoque.* Et tertium carmen : *Quod populi Priſci Latini adverſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod Populus Romanus Quiritium bellum cum Priſcis Latinis juſſit eſſe, Senatuſq; Romanus Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum Priſcis Latinis fieret; ob eam rem ego populusq; Romanus populo Priſcorum Latinorum bellum indico, facioque.* Hoc autem caſu ita, ut dixi † non eſſe præciſe neceſſariam denunciationem, ex eo qvoqve apparet, qvod ad proximum præſidium rite fieret, ut feciales in Philippi Macedonis & poſtea in Antiochi cauſa conſulti reſponderunt, cum prima denunciatio ipſi facienda eſſet, qvi bello petebatur. Imo & belli in Pyrrhum indictio facta eſt uni militum Pyrrhi, idqve in circo Flaminio, ubi is miles locum emere dicis cauſa jubebatur, ut Servius narrat ad nonum Æneidos.

†† L.II. c. 1. §. 2. n. 2.

† c. 6. VI. n. 1. Liv. lib. XXXI. & XXXVI.

***

Qvarum rerum, litium cauſarum) conſer Græca Dionyſii Halicarnaſſenſis excerpto legationum II.

3. Supervacuæ obſervationis & hoc argumentum eſt, qvod bellum ſæpe utrinqve indictum eſt, ut Peloponneſiacum à Corcyrenſibus & Corinthiis, cum ab altera parte indictum eſſe ſufficiat.

IIX. A more autem & inſtitutis qvorundam populorum, non à jure gentium, ſunt, * caduceus apud Græcos, ſagmina & haſta ſangvinea apud Æqvicolas primum, & horum exemplo apud Romanos, renunciatio amicitiæ & ſocietatis, ſi qva interceſſiſſet, poſt res repetitas triginta dies ſolennes, * haſtæ miſſio iterum, & alia id genus, qvæ cum his, qvæ proprie juris gentium ſunt, confundi non oportet. Nam & horum magnam partem ſuo tempore uſurpari deſiiſſe docet nos Arnobius : imo jam Varronis ævo qvædam omittebantur. Punicum bellum tertium ſimul indictum, ſimul illatum eſt. Et Mecænas apud Dionem qvædam horum vult propria eſſe ſtatus popularis.

Arnob. L. II. cont. Gent. Varro l. IV. de Lingva Latin.

***

Caduceus apud Græcos) Unde Caducei origo diſces ex Plinio XXIX, 3. & Servio ad IV. & IIX. Æneidos. Cæl. Rhodigin. XXI. Lect. Antiq. 16.

Haſtæ miſſio) Vide Servium ad IX. Æneidos, Ammianum XIX, & qvæ ad eum notata à doctiſſimo Lindenbrogio.

IX. Indictum autem bellum ei, qvi imperium in populo ſummum habet, ſimul indictum cenſetur omnibus ejus, non ſubditis tantum, ſed & qvi ſe ſocios adjuncturi ſunt, ut qvi acceſſio ſint ipſius, & hoc eſt, qvod ajunt recentiores Jurisconſulti, diffidato principe diffidatos ejus adhærentes.

Bud. ad l. 2 C. de Serv. n. 70.

Nam

Nam indicere bellum vocant diffidare; qvod intelligendum eſt de eo ipſo bello, qvod adverſus eum, cui indictum eſt, geritur; qvomodo, bellum Antiocho indictum cum eſſet, Ætolis ſeparatim indici non placuit, qvod ipſi palam ſe Antiocho adjunxiſſent: *Ætolos ultro ſibi bellum indixiſſe* reſpondebant feciales. Liv. L.XXXV.

†††

Diffidare) Diffidatio olim in Imperio noſtro vel *publica* erat, competens iis, qvi ratione territorii nullum nisi Imperatorem & Imperium ſuperiorem recognoſcebat; vel *privata* ex uſitato **Fauſt- und Kolben-Recht**. Formulam hujus qvis videre poteſt apud *Speidel. in Notab. Hiſtor. Jurid. Verb.* **Fehd**. Et paulò alias apud *Lehmann. in Chronic. Spirenſ. Lib. 7. cap. 98. p. 900.* Ex qvibus conſtabit, olim apud Germanos *promiſcuè* literas diffidatorias *tam* cuiqve diffidato, *qvam* eorum ſolum principali ſcriptas inſinuatasqve fuiſſe. Hodiè, poſt introductam Pacem profanam, diffidatio abolita eſt per Maximilianum I. *Ord.* **Königl Land-Fried zu Worms** *de Ann.* 1495. *Rubr.* **Friedbot**.

X. At eo bello abſoluto, ſi ob auxilia ſuppeditata populos aut rex alter bello impetendi ſint, ut effectus juris gentium conſeqvantur, opus erit nova indictione. Jam enim non ut acceſſio ſpectatur, ſed ut principale aliqvid. Ac propterea recte dictum eſt, * non fuiſſe juſtum jure gentium bellum aut Manlii in Gallo Græcos, aut Cæſaris in Arioviſtum: non enim jam ut acceſſio alieni belli, ſed principaliter impetebantur, qvam ad rem, ſicut ex jure gentium indictio, ita ex jure Romano novus populi Romani juſſus deſiderabatur. Nam qvod in rogatione contra Antiochum dictum erat: *vellent, juberentqve cum Antiocho Rege, qviq; ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri?* qvod & obſervatum in decreto adverſus Regem Perſea, videtur intelligi debere, qvamdiu cum Antiocho aut Perſeo bellum eſſet, & de his, qvi reipſa ei bello ſe immiſcerent. L.I.c.III.§.V. n.4.L.II.c.xv. §. XVI.n.4. c. XIIX. §.IV.n. 5. & 7. c. XXI. §.IV.n.2.c. XXII.§.V.n.2. Liv. L. xxxvi. Cap .I. Lib.XLII.

***

Non fuiſſe juſtum jure gentium bellum aut Manlii in Gallo Græcos) Aut Ulyſſis ſociorum in Ciconas Priamo qvondam auxiliatos, de qvibus Homerus Odyſſeæ I. & ibi Didymus.

XI. Cauſa autem, cur gentes ad bellum illud, qvod jure gentium juſtum diximus, denunciationem reqvirerent, non ea fuit, qvam adferunt nonnulli, ne qvid clam aut dolo agerent, id enim ad fortitudinis præſtantiam †† magis, qvam ad jus pertinet; * ſicut nationes qvædam etiam prælii diem & locum † condixiſſe leguntur: ſed ut certo conſtaret, non privato auſu, ſed voluntate utriusqve populi, aut populi capitum geri bellum: nam inde nati ſunt effectus peculiares, qvi neqve in bello adverſus prædones, neqve in eo, qvod Rex gerit in ſubditos, locum habent. Ideo Seneca diſtincte dixit: *Indicta bella finitimis, aut geſta cum civibus.* Alb. Gent. de J. Bell. Lib. 2. c.2. †† h. L.c.4. §. 15.n.1. † h. L. c. 1. §. 20.n.3. Lib. III. de Ira, c.2. Ayala. I.1.c.5.

***

Sicut nationes qvædam etiam prælii diem & locum condixiſſe leguntur) ut

Porſenæ Romani, memorante in Publicola Plutarcho, Turcæ biduo ante prælium ignes plurimos accendunt; Chalcocondylas VII.

†††

Geri bellum) Cui adjicimus cum *Dn. Felden. h. l.* qvo alliciantur ad perficiendum, qvod debent, aut ad pœnitentiam & emendationem antequam diſſolvamus humanam cum iis ſocietatem & ipſi exeqvamur. Poſſunt enim hi fines optimè ſimul ſtare.

XII. Nam qvod notant qvidam & exemplis docent, etiam in bellis talibus capta fieri capientium, verum eſt, ſed ex una duntaxat parte, idqve ex jure naturali, non ex jure voluntario gentium, ut qvod gentibus tantum proſpicit, non his, qvi ſine gente ſunt, aut pars gentis. Errant & in eo, qvod putant bellum ſui tuendi aut rerum tuendarum ergo ſuſceptum indictione non egere; nam eget omnino: non qvidem ſimpliciter, ſed ad eos, qvos dicere cœpimus, & †† mox explicabimus effectus.

Alb. Gent. d. l. II. c. 2. † h. c. §. VI. †† cap. ſeqq. h. L.

XIII. Ne illud qvidem verum, non ſtatim atqve indictum eſt, inferri bellum poſſe; qvod Cyrus in Armenios, Romani in Carthaginenſes, ut modo †† diximus, fecerunt. nam indictio nullum poſt ſe tempus jure gentium reqvirit. Poteſt tamen fieri, ut ex naturali jure tempus aliqvod reqviratur ex negotii qvalitate, puta cum res repetitæ ſunt, aut pœna innocentem poſtulata, & id negatum non eſt. Tunc enim id dandum eſt tempus, qvo qvod petitum eſt commode fieri poſſit.

†† h. c. §. IIX.

XIV. Qvod ſi jus etiam legationum violatum ſit, non ideo tamen denunciatione opus non erit ad eos, qvos dico effectus, ſed ſufficiet eam fieri qvomodo fieri tuto poteſt, per literas ſcilicet: qvomodo & citationes & denunciationes alias fieri mos habet in locis minus tutis.

L. 1. c. XIIX. per tot.

CAPUT IV.

De jure interficiendi hoſtes in bello ſolenni & alia vi in corpus.

I. Belli ſolennis effectus generaliter exponuntur.

II. Vox licere diſtinguitur in id, qvod impune ſit, nec tamen ſine vitio, & in id, qvod vitio caret, etiamſi id non facere virtutis ſit alicujus: additis exemplis.

III. Effectus belli ſolennis in ſua generalitate conſideratos referri ad licere impunitatis.

IV. Cur tales effectus introducti ſint.

V. Teſtimonia de his effectibus.

VI. Ex hoc jure interfici & offendi omnes, qvi intra fines hoſtium ſunt.

VII. Qvid ſi ea ante bellum venerint?

IIX. Subditos hoſtium ubiq; offendi, niſi lex alieni territorii obſtet.

IX. Jus hoc offendendi etiam ad infantes & fœminas porrigi:

X. Etiam ad captos, & qvovis tempore:

XI. Etiam ad eos, qvi ſe dedere volunt, nec recipiuntur:

XII. Etiam ad deditos ſine conditione.

XIII.

XIII. Perperam id jus ad causas alias referri, ut ad talionem pertinaciam defensionis.
XIV. Porrigi & ad obsides.
XV. Jure gentium vetitum veneno quenquam interimere:
XVI. Aut tela aut aquas aliquas veneno inficere:
XVII. Non & aquas aliter corrumpere.
XIIX. Percussoribus uti an contra jus Gentium sit, distinguitur.
XIX. Stupra an sint contra jus Gentium.

I.

ADillud Virgilii:

Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.

Servius Honoratus cum juris fecialis originem ab Anco Martio & ulterius ab Æqvicolis † petiisset, sic ait: *Si qvando homines aut animalia ab aliqva gente rapta essent populo Romano, cum fecialibus, id est sacerdotibus, qvi faciendis præsunt foederibus, proficiscebatur etiam Pater patratus, & ante fines jam clara voce dicebat belli causam, & nolentibus res captas restituere, vel auctores injuriæ tradere, jaciebat hastam, qvæ res erat pugnæ principium, & jam licebat more belli res rapere.* Ante autem dixerat: *Veteres ladere res rapere dicebant, etiamsi rapinæ nullum crimen existeret: similiter satisfacere res reddere dicebant.* Qvibus docemur, belli inter duos populos eorumve capita indicti * effectus qvosdam esse proprios, qvi bellum ex sua natura non seqvuntur: qvod cum iis optime convenit, qvæ ex Jurisconsultis Romanis modo attulimus. † h. l. c. 3. §. 7. & seqq.

***

Effectus qvosdam esse proprios) Crantzius Saxonicorum XI. 5.

II. 1. Sed, qvod dixit Virgilius, *licebit*, videamus, qvo pertineat. Interdum enim licere dicitur id, qvod rectum ex omni parte piumqve est, etiamsi forte aliud qvid fieri possit laudabilius, qvale est illud Pauli Apostoli: πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. *Omnia* (illius scilicet generis, cujus sunt, de qvibus agere cœperat & acturus erat) *licent mihi, sed non omnia expediunt.* Sic * licet matrimonium contrahere, sed laudabilior est ex pio proposito cælebs castitas, ut ad Pollentium ex eodem Apostolo disserit Augustinus. Repetere qvoqve nuptias licet, sed laudabilius est, uno contentum esse matrimonio; ut recte hanc qvæstionem explicat * Clemens Alexandrinus. Christianus conjux * paganam conjugem licite relinqvere potest, ut sensit Augustinus, (qvod qvibus circumstantiis verum sit, discutere non est hujus loci) sed & potest retinere: itaqve addit ille: *Utrumqve qvidem pariter licitum est per justitiam, qvæ coram Domino est: & ideo nihil horum prohibet Dominus, sed non utrumqve expedit.* Ulpianus de venditore, cui post diem præstitutum vinum licet effundere; *Si tamen, cum posset effundere, non effundit, laudandus est potius.* L. 144. D. de R. J. 1. Cor. VI. 12. Ad Pollentiū. Lib. I. c. 15. Lib. 2. c. 23. L. 1. §. licet. 3. D. de Peric. & comm. Rei vend.

Licet

***

Licet matrimonium contrahere, ſed laudabilior eſt ex pio propoſito cælebs caſtitas) Tertullianus adverſus Marcionem 1. *vacat abſtinentiæ teſtimonium, ſi licentia eripitur.* Vide de hac re, & de fuga in perſecutione eundem lib. 1. ad uxorem. Hieronymus ad Helvidium: *Virgo majoris eſt meriti dum id contemnit, quod ſi fecerit, non delinquit.* Adverſus Jovinianum: *Ideo pius amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum.* Ad Pammachium: *ſemper grandia in audentium ponuntur arbitria. Non tibi imponitur neceſſitas, ut voluntas præmium conſequatur.* Chryſoſtomus ad 1. Cor. cap. VII. βελτίονα δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν, *meliorem oſtendit continentiam.* Ad Rom. VII. 6. κἂν μὴ πειθώμεθα καὶ γέενναν ἠπείληκε, δεικνὺς ὅτι ἐν τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ἀγωνιζομένων τὰ ζητήματα, ὥσπερ ἡ πενθικὴ καὶ ἀκτημοσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ αἰνεθῆναι δεῖ. *niſi præceptis obediamus Gehennam minatus eſt, oſtendit, hæc, quæ poſtulat, non eſſe ex iis, quæ certantes ſuopte ſtudio præſtant, qualia ſunt virginitas & poſſeſſionum abdicatio, ſed omnino ea debent impleri.* Secunda oratione de jejunio: ἀφῆκεν ἔξω τὸ σιδήριον, ἀφῆκεν αἰωτέρω τῶν ἀγώνων τὴν παρθενίαν. ἵνα καὶ οἱ κατορθώσαντες τὴν οἰκείαν μεγαλοψυχίαν ἐπιδείξωνται, καὶ οἱ μὴ κατορθώσαντες τὴν συγγνώμης ἀπολαύσωσι τοῦ δεσπότου. *Reliquit extra ſtadia, reliquit ſupra certandi legem continentiam virginalem, ut & qui id præſtant animi ſui oſtendant magnitudinem, & qui non præſtant, indulgentia Domini fruantur.* Quod mox aptat & ad ἀκτημοσύνην poſſeſſionum abdicationem. Adjice quæ habet Gratianus ex Auguſtino & aliis in cauſa XIV. quæſtione 1. can. 3.

Clemens Alexandrinus) ſtromateôn IV. ubi inter alia de ſecundas nuptias faciente ait: ἁτοπον γὰρ ἁμαρτάνειν μὲν τῷ Δεσπότῃ, ἐὰν δὲ κενοῦσθαι τοὺς τάφους. ἐὰν πληροῖ τις τὸν Εὐαγγελίου πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα: *non peccat is quidem in fedus: neque enim ulla lex eſt, quæ prohibeat, ſed non implet excellentiſſimam Evangelicæ vitæ perfectionem.*

Paganam conjugem licite relinquere poteſt, ut ſenſit Auguſtinus) Libro I. de adulterinis conjugiis ad Pollentium cap. 13. & 18. ex quibus locis multa tranſcripſit Gratianus in cauſam XXIIX. quæſt. 1. can. 8. ſeq.

†††

Repetere ſecundas nuptias) Odium ſecundarum nuptiarum perſpici poteſt *ex l. 2. & 3. C. de Secund. Nupt.* Sed textus juris civilis in *l. 2.* ſublatus eſt per *c. penult. X. de Secund. Nupt.* quod communiter practici ſequuntur. Jus tamen civile defendit *Gabaſſ. part. 2. verſic 2. q. 11.* Imò ipſe poſtea Imperator Juſtinianus in multis ab hoc rigore receſſit. Exemplum eſto in *Novell. 22. cap. 44.*

2.* Alias vero licere aliquid dicitur, non, quod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed, quod apud homines pœnæ non ſubjacet. Sic apud populos multos ſcortari licet: apud Lacedæmonios & Ægyptios etiam furari licebat. † Apud Quintilianum eſt, *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa, ut in XII. tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit.*

† L. 1. c. 1. §. 17. n. 2. L. 2. c. 11. §. 9. c. 23. §.

Eſt

Est autem hæc vocis *licere* significatio minus propria, ut recte notat Cicero Tusculanarum qvinta de Cinna loqvens: *Mihi contra non solum eo videtur miser, qvod ea fecit, sed etiam qvod ita se gessit, ut ea facere ei liceret: etsi peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur: id enim licere dicimus, qvod cuiqve conceditur*: Recepta tamen; ut cum idem Cicero pro Rabirio Posthumo judices sic alloqvitur: *Qvid deceat vos, non qvantum liceat vobis, spectare debetis: si enim qvod liceat qværitis, potestis tollere è civitate qvem vultis.* Sic regibus dicuntur omnia licere, qvia sunt *ἀνυπεύθυνοι, exemti à pœnis humanis*, ut alibi † diximus. At regem sive Imperatorem informans Claudianus recte ait,

Nec tibi qvod liceat, sed qvid fecisse decebit,
Occurrat.

Et Musonius castigat reges, *μὴ τὸ καθήκει μοι λέγειν μεμεληκότας, ἀλλὰ τὸ ἔξεστί μοι, qvi in more habent dicere hoc mihi licet, non hoc me decet.*

Alias vero licere aliqvid dicitur, non qvod salva pietate & officiorum regulis fieri potest, sed qvod apud homines pœnæ non subjacet) Tertullianus in exhortatione ad castitatem: *Licentia plerunqve tentatio est disciplinæ.* Ibidem; *omnia licent, sed non omnia pro salute.* Chrysostomus de pœnitentia VIII. *ὁ ἀκρίδας ἐσθίων καὶ μέλι ἄγριον τῷ τὴν λαμπρὰν παρατιθεμένῳ καὶ βασιλικὴν τράπεζαν ἐξ αὐθεντίας προστάττει, οὐκ ἔξεστί σοι. καὶ τοι ἐδόκει βασιλεῖ πάντα ἐξεῖναι. Hic qvi herbarum cacuminibus vescebatur & fero melle, illi splendidam & regiam mensam sibi apponere solito, cum auctoritate edicit, non licet tibi. Atqvi videntur regi omnia licere.* Columella præfatione libri VII. *Nec sane est vindicandum nobis qvicqvid licet: nam summum jus antiqvi putabant summam crucem.* Hieronymus ad Jovinianum: *Et ô vere jus summum summa malitia.*

† † †

Aliàs verò licere) Sed qvomodo explicandi in *l. 16. §. 4. de minorib. l. 22. §. 3. Locat.* textus? *Vid. Grot. l. 2. c. 12. §. 26. num. 1. pag. 376. ibiqve not.* Gravius dubium residet in *l. 9. §. 7. de Pecul.* Ad hoc notat *Carpzov. Prax. Crimin. p. 1. q. 2. §. 27.* nil aliud inde inferendum esse, qvam qvod servi hoc facere qveant de facto, dum eorum membra propter dominicam potestatem ita non constringantur, qvo minus sibi ipsis manus impias inferre possint, adeoqve prædicta verba non jus naturæ significare, sed factum denotare, sive id, qvod revera & naturaliter fit: perinde ut naturaliter solvere dicitur, qvi verè & cum effectu solvit.

Qvod apud homines pœna non subjacet) *Add. Guil. Grot. cap. 3. §. 6. cap. 13. §. 9. ibiqve annot. pag. 49. & 227.* An verò huc qvoqve pertineat *l. 9. §. 7. de Pecul.* alii videant: nobis interim placet explicatio *Carpzov. in Prax. Crim. p. 1. q. 2. n. 27.*

Debitoris corpus inter creditores dividi licuit) si perfidè egerit, *Vid. Gell. Noct. Att. lib. 12. c. 1.* Interim si justitiam internam respexeris, dicendum erit, talem consuetudinem crudelitatis plenam fuisse, & ideò meritò inter nos minimè valere, *add. Bald. in L. fin. C. Neg. Gest. num. 7.*

Nec tibi qvid liceat) Huc faciunt verba minus pia novercæ Bassiani Caracallæ, Juliæ nomine: si libet, licet; an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere: qvæ ex *Dion. Spartian. Aurel. Victor.* referunt alii. Alia exempla *Vid. ap. Dd. ad L. 144. pr. D.*

L. L. 3. c. 10. §. 1. Lib. III. c. 8.

IV. Consul. Honor. v. 267.

Decl. l. III. & V.

pr D. de R. J. cum aliis jung. Dissert. de Justit. Permissiv. qvatenus dispensationem super pœnâ facto debita examinat.

Am. l. XXX. Nih. l. V. 3. Eoqve sensu sæpe opponi videmus, qvod licet, & qvod oportet, * ut à Seneca patre in controversiis non semel. Ammianus Marcellinus: *Sunt aliqva, qvæ fieri non oportet, etiam si licet.* Plinius in epistolis: *Oportet, qvæ sunt inhonesta, non qvasi illicita, sed qvasi pudenda vitare.* Cicero ipse oratione pro Balbo: *Est enim aliqvid, qvod non oporteat, etiamsi licet.* Idem pro Milone fas esse ad naturam, licere ad leges refert. Et in declamatione Patris Qvintiliani est, aliud esse jura spectare, aliud justitiam.

Decl. CCLI. L. 3 c. X. §. 2, n. 1.

* * *

Ut à Seneca patre) Inter alia controversiarum libro IV, 24.

III. Hoc ergo modo lædere hosti hostem licet & in persona & in rebus; id est non ei tantum, qvi ex justa causa bellum gerit, qviqve lædit intra eum † c. 1. §. 2. modum, qvem naturaliter concessum initio hujus libri diximus, † sed ex utraqve parte & indistincte: ita ut eam ob causam nec puniri possit in alio forte territorio deprehensus, tanqvam homicida aut fur; nec bellum ipsi ab alio talis facti nomine inferri. Hoc sensu apud Sallustium legimus: *cui omnia in victoria lege belli licuerunt.*

IV. Causa, cur id gentibus placuerit, hæc fuit; qvod inter duos populos de jure belli pronuntiare velle periculosum fuerat aliis populis, qvi ea ratione bello alieno implicarentur; sicut Massilienses in causa Cæsaris & Pompeji dicebant, neqve sui judicii, neqve suarum esse virium, discernere, utra pars justiorem haberet causam. deinde, qvod etiam in bello justo vix satis cognosci potest ex indiciis externis, qvis justus sit se tuendi, sua recuperandi, aut pœnas exigendi modus, ita ut omnino præstiterit, hæc religioni bellantium exigenda relinqvere, qvam ad aliena arbitria vocare. Achæi in oratione ad Lib. XXXIX. Senatum apud Livium: *Qvonam modo ea, qvæ jure belli acta sunt in disceptationem veniunt?* Præter hunc effectum licentiæ, id est impunitatis, est & alius, † b. l. c. XVI. §. 1. seq. dominii scilicet, de qvo posterius † agemus.

V. 1. Illa autem, qvam nunc tractare cœpimus, lædendi licentia primum ad personas porrigitur: de qva multa exstant apud probos auctores testimonia. Græcum est proverbium * ex tragœdia Euripidis:

Καθαρὸς ἅπας τοι πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ.
Purus profecto est qvisqvis hostem occiderit.

Itaqve more Græcorum antiqvo cum his, qvi extra bellum occidissent hominem, lavare, potum sumere, multoqve magis sacra facere fas non erat; Liv. XXVI. cum his, qvi in bello, fas erat. Et passim occidere jus belli vocatur. Marcellus apud Livium: *qvicqvid in hostibus feci, jus belli defendit.* Apud eundem Alcon ad Saguntinos: *Sed hæc patienda censeo potius, qvam trucidari corpora vestra: rapi, trahiqve ante ora vestra conjuges ac liberos belli jure sinatis.* Lib. XXI. Idem, alibi cum narrasset Astapenses occisos, addit, factum jure belli. Cicero

pro

pro Dejotaro: *Tibi vero inimicus cur esset à quo cum vel interfici belli lege potuisset, regem se & filios suos constitutos esse meminisset?* Et pro M. Marcello: *Nam cum ipsius victoriæ conditione jure omnes occidissemus, clementiæ tuæ judicio conservati sumus.* Cæsar Hæduis significat *suo beneficio conservatos, quos jure belli interficere potuisset.* Josephus in bello Judaico, καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμῳ νόμῳ, τοῦτ' ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων: *Pulchrum in bello occumbere, sed belli jure, id est vitam adimente victore.* Papinius; Lib. XXVIII. Comm. libro VII.

*Nec quærimur cæsos: * hæc bellica jura, vicesque*
Armorum.

***

Ex tragœdia Euripidis) Jone.

Hæc bellica jura) Servius in excerptis Fuldensibus ad II. Æneidos: *Jure bellico Pollen Pyrrhus occiderat: sed cur ante oculos patris?* Spartianus Severo: *præter eos, quos jus prælii absumsit.*

2. Jure autem belli cum dicunt hi scriptores, non tale intelligi, qvod adum culpa omni liberet, sed, qvalem † dixi, impunitatem, ex aliis locis apparet. Tacitus dixit, *in pace causas & merita spectari, ubi bellum ingruat, innocentes ac noxios juxta cadere.* Idem alibi: *Nec illis aut honorare eam cædem jus hominum, aut ulcisci ratio belli permittebat.* Neq; aliter sumendum jus belli, qvod abstinuisse Achivos Ænea & Antenore memorat Livius, eo qvod pacis auctores semper fuissent. Seneca in tragœdia Troadibus: † h.c. §. 2. n. 2. Ann. I. Hist. III.

Qvodcunq; libuit facere: victori licet.

Et in epistolis: * *Qvæ commissa capite luerint, tum, qvia paludati fecerunt, laudamus*: & Cyprianus, *Homicidium cum admittunt singuli, crimen est. Virtus vocatur cum publice geritur. Impunitatem sceleribus acquirit non innocentiæ ratio, sed sevitiæ magnitudo.* Deinde: *Consensere jura peccatis, & capiti esse licitum, qvod publicum est.* Sic Lactantius Romanos ait legitime injurias intulisse. Nec alio sensu Lucanus: *Jusq; datum sceleri.* Epist. XCVI. Epist. II. IV. Inst. c. 9. Pharsal. 1.

***

Qvæ commissa capite luerint, tum, qvia paludati fecerunt, laudamus) Confer, qvæ supra libro II. cap. 1. §. 1.

VI. Late autem patet hoc jus licentiæ, nam primum non eos tantum comprehendit, qvi actu ipso arma gerunt, aut qvi bellum moventis subditi sunt, sed omnes etiam, qvi intra fines ††† sunt hostiles: qvod apertum fit ex ipsa formula apud Livium, *Hostis sit ille, qvi; intra præsidia ejus sunt*, † nimirum qvia ab illis qvoq; damnum metui potest, qvod in bello continuo & universali sufficit, ut locum habeat jus, de qvo agimus: aliter qvam in pignorationibus, qvæ, ut diximus, †† ad exemplum onerum impositorum ad luenda civitatis debita introductæ sunt: qvare mirum non est, si, qvod Baldus notat, multo plus licentiæ sit in bello, qvam in pignorandi jure. Et hoc qvidem, ††† h.L. c. 6. §. 1. Lib. XXXVII. & alibi passim. † L. 3. c. 2. §. 2. n. 3. c. 3. §. 1. n. 1. †† L. h. c. 2. §. 4. Ad L. V. D. de Justitia & Jure.

qvod dixi, in peregrinis, qvi commisso cognitoqve bello intra fines hosticos veniunt, dubitationem non habet.

VII. At, qvi ante bellum eò iverant, videntur jure gentium pro hostibus haberi, * post modicum tempus, intra qvod discedere potuerant. Nam sic Epidamnum obsessuri Corcyræi peregrinis primum discedendi faciebant copiam, denunciantes alioqvi (a) pro hostibus futuros.

Thuc. L.1.

(a) L.3.c.6.§. 26.n.1.

* * *

Post modicum tempus) Bembus VII. historiæ. Ea defensione utitur Cicero pro Ligario. Exemplum habes apud Livium libro XXV. de civibus Campanis. Alia apud Thucydidem libro I. & V.

IIX. 1. Qvi autem vere subditi sunt hostium, ex causa scilicet permanente, eos offendere ubiqve locorum jure hoc gentium licet, si ipsorum personam respicimus. Nam cum alicui bellum indicitur, simul indicitur ejus populi hominibus, ut supra † ostendimus in formula indictionis: sic & in decreto, *Vellent juberent Philippo Regi Macedonibusqve, qvi sub regno ejus essent, bellum indici.* Hostis autem qvi est, ubiqve secundum jus gentium impeti potest. Euripides:

† h. l. c. 2. §. 2. n. 3. c. 3. § 5.

Liv. lib. xxxi.

Νόμῳ γὰρ ἐχθρὸν δρᾶν ὅπου λάβῃς κακῶς.
Ubicunq; prensum jura laedi hostem sinunt.

L. 3. in fine. D. ad L. Corn. de Sicariis.

Martianus Jurisconsultus: *Transfugas licet, ubicunq; inventi fuerint, qvasi hostes interficere.*

2. Interfici ergo possunt impune in solo proprio, in solo hostili, in solo nullius, in mari. In territorio autem pacato, qvod eos interficere aut violare non licet, id jus non ex ipsorum venit persona, * sed ex jure ejus, †† qvi ibi imperium habet. Nam civiles societates constituere potuerunt in eos, qvi in aliqvo sunt territorio, nihil per vim agi, nisi judicio tentato: sicut (a) ex Euripide citavimus,

†† h. l. 3. c. 6. §. 26. n. 2.

(a) L. 2. c. 21. §. 6.

Si crimen istis aliqvod hospitibus struis,
Jus impetrabis: vi qvidem hinc non abstrahes.

Ubi autem judicia vigent, ibi personarum spectantur merita, & cessat jus istud promiscuum nocendi, qvod inter hostes introductum (b) dicimus. Narrat* Livius, septem triremes Pœnorum fuisse in portu ejus ditionis, cui Syphax imperabat, cui pax eo tempore erat cum Carthaginensibus Romanisqve, advenisse eo cum duabus triremibus Scipionem, opprimiqve à Pœnis potuisse priusqvam portum intrarent; sed vento acriore illatas in portum antequam Pœni anchoras molirentur; tum vero Pœnos nihil ausos in regio portu.

(b) Lib. 3. c. 21. §. 22. Lib. XXIIX.

* * *

Sed ex jure ejus, qvi ibi imperium habet) confer dicenda infra cap. VI. §. 26. Et Albericum Gentilem Hispanicarum advocationum lib. 1. c. 6. Wechnerum in consilio Franconico 92.

Livius

Livius) Vide ſimile factum Venetorum Græcos impedientium, ne in portu iuris Veneti Turcis noceant, apud Chalcocondylam lib. IX. de Venetis & Turcis apud Tunetem, Bembum lib. 4. de Piſanis & Genuatibus in Sicilia, Bizarum bello Piſano, de Roſtochio & Gripſvvaldia Paulinum Gotthum.

IX. 1. Ceterum, ut ad rem redeam, qvam late licentia iſta ſe protendat, vel hinc intelligitur, qvod infantium † qvoqve & feminarum cædes impune habetur, & iſto belli jure comprehenditur. Non huc adferam, qvod Hesbonitarum feminas & pueros Hebræi occiderunt, & qvod idem fieri imperatur in Cananæos, * & qvorum connexa cum Cananæis erat cauſa: DEI iſta ſunt opera, cujus in homines jus maius eſt, qvam hominum in beſtias, ut alibi †† diſſeruimus. Illud propius accedit ad teſtandum morem communem gentium, qvod in Pſalmo beatus dicitur fore, qvi Babyloniorum infantes petræ allidet, cui par eſt * Homericum illud:

† Cont. h. L. §. 9. c. XI. n. 1.

Deuter. II, 34. Deut. XX, 16.

†† L. 2. c. 21. §. 14. n. 1. L. 3. c. 1. §. 4. n. 3. Pſ. CXXXVI.

---- καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ ἄσυ ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι.
Illiſaqve corpora terræ
Infantum, ſævus dum concutit omnia Mavors.

***

Et qvorum connexa cum Cananæis erat cauſa) ut Amalecitæ, de qvibus Joſephus libro VI. 8. in Saulis rebus: ὅπῃ σφαγὴ γυναικῶν καὶ νηπίων ἐχώρησε, ἀδὲν ὠμὸν ἀδ' ἀνθρωπίνης ἀπελείποντο διαφθαρέντες φύσεως ἡγούμενοι, πᾶσι μὲν πολεμίοις ταῦτα ἐρῶν. *Ad eadem feminarum etiam & puerorum protectſit, nihil exiſtimans ſe crudele aut naturæ humanæ adverſum in eo facere, primum, qvod hoſtes erant, in qvos id fiebat, &c.*

Homericum illud) Ex eodem Homero Severus in Britannos his verbis uſus:

μηδ' ὃν πνα γαστέρ μήτηρ
κῆρσιν ἐούσῃ φέρσι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺ ὄλεθρον
nec, qvi latet abditus intra
Viſcera matris adhuc, fugiet crudelia fata.

2. Thraces olim capta Mycaleſſo feminas qvoqve & infantes occiderunt, narrante Thucydide. Idem de Macedonibus, cum Thebas cepiſſent, narrat Arrianus. * Romani capta Ilurgi urbe Hiſpaniæ, ἐκεῖναν ἐμάλως καὶ παιδία καὶ γυναῖκας, *ſine diſcrimine interemerunt etiam mulieres & pueros*, qvæ verba ſunt Appiani. Germanicus Cæſar Tacito narratur vicos Marſorum (Germaniæ is populus) ferro flammisqve pervaſtaſſe, additurqve: *non ſexus, non ætas miſerationem attulit.* Titus Judæorum etiam pueros & feminas in ſpectaculo feris laniandos propoſuit. Et tamen hi duo ingenio minime ſævo fuiſſe creduntur: adeo ſævitia illa in morem verterat. Qvo minus mirum, ſi & ſenes interficiuntur, ut à Pyrrho Priamus.

Lib. I.

Lib. An. 1.

Æn. II.

***

Romani capta Ilurgi) Scipio capta Numantia: Juliani milites in mulieres Daciris relictas. Zosimus III. Idem Julianus capta Majozamaltha. *Sine sexus discrimine vel ætatis, quicquid impetus reperit potestas iratorum absumit:* ait Ammianus libro XIV.

L. III. c. XIX. §. 5. X. 1. *Ne captivi qvidem ab hac licentia exemti. Pyrrhus apud Senecam ex recepto tunc more:

Lex nulla capto parcit aut pœnam impedit.

Troad. In Cyri Virgiliana belli lex hæc dicitur etiam in feminas captivas. Ita enim ibi Scylla:

Ad belli saltem captivam lege necasses.

Sed & illo Senecæ loco de femina, Polyxena nimirum, occidenda agebatur. Hinc illud Horatii:

Vendere cum possis captivum, occidere noli.

Adelph. Act. 2. scen. 1. Lib. I. Ap. Annib. Dion. l. xvii. Ponit enim licere: & Donatus, servos indictos, qvi servati essent, *qvum eos occidi oporteret jure belli:* ubi illud oporteret, improprie, pro liceret positum videtur. Sic à Corcyræis interfecti captivi ex Epidamno, narrante Thucydide. Sic qvinqve millia captivorum ab Annibale occisa. Apud Hirtium bello Africano Scipionem sic alloqvitur centurio Cæsarianus: *Tibi gratias ago, qvod mihi vitam incolumitatemq; belli jure capto polliceris.*

***

Ne captivi qvidem ab hac licentia exemti) Elisæus apud Josephum: τὰς δὲ νόμῳ λαφθέντας πολέμιε, ἀποκτείνειν ἔλεγε δίκαιον. *belli jure captos interfici justum dicebat.* Itaqve Virgilius captivum inducit rogantem:

Per patrios manes, per spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animam serves natoq; patriq;.

LXX. millia Slavorum captorum ab Ottone interfecta narrat Withikindus lib. II.

(a) h. l. c. 14. §. 2. confer. c. XI. §. 13. 14. & seqq h. l. 2. Nec tempore ullo excluditur potestas occidendi tales servos, id est bello captos, qvantum ad jus (a) gentium pertinet: etsi legibus civitatum hic magis, illic minus adstringitur.

2. de Civ. dei, 2. XI. Qvin & supplicum occisorum passim occurrunt exempla, ut ab Achille apud Homerum, apud Virgilium Magonis & Turni: qvæ ita narrari videmus, ut defendantur simul illo, qvod dixi, belli jure. nam & Augustinus laudans Gotthos, qvi supplicibus & in templa perfugientibus pepercerant: *Qvod belli jure fieri licuisse,* ait, *illicitum sibi esse judicarunt.* Nec qvi se dedunt semper recipiuntur, ut in pugna ad Granicum Græci, qvi Persæ militabant: apud Tacitum Ubenses veniam liberis corporibus orantes: *qvod aspernati,* inqvit, *sunt victores, ut belli potius jure caderent.* Nota & hic belli jus.

Ann. XII. Dion. XLV. XII. Sed & * acceptos in deditionem sine conditione ulla legas interfici;

fici; ut à Romanis Pometiæ principes, à Sulla Samnites, à Cæsare Numides, & ipsum Vercingentorigem: imo mos hic ferme perpetuus Romanorum in hostium duces, sive captos, sive deditos,* ut triumphi die occiderentur,† qvemadmodum Cicero nos docet qvinta Verrina, Livius tum alibi tum libro XXIIX. Tacitus Annal. XII. & alii multi. Eodem Tacito memorante Galba decimari jussit, qvos deprecantes in fidem acceperat: & Cæcina in deditionem accepto Aventico in Julium Alpinum è principibus, ut concitorem belli animadvertit: ceteros veniæ vel sævitiæ Vitellii reliqvit.

Liv. Lib. II. c. XV. §. 7. n. 2.
† h. L. c. XI. §. 7. conf. Hist. I.

***

Acceptos in deditionem sine conditione ulla legas interfici) Vide Thuanum libro LXX. in anno cIↃ IↃ LXXX. in rebus Hiberniæ.

Ut triumphi die occiderentur) simile apud Reginonem in anno IↃ ccccv.

XIII. 1. *Solent interdum historici causam interfectorum hostium, captorum præsertim aut supplicum, referre aut ad talionem, aut ad pertinaciam in resistendo: sed hæ causæ, ut alibi † distinximus, suasoriæ magis sunt, qvam justificæ. Nam talio justa & proprie dicta in eandem personam, qvæ deliqvit, exercenda est, ut intelligi potest ex his, qvæ de pœnæ communicatione dicta sunt supra. †† Contra vero ex bello plerumqve id, qvod talio dicitur, in malum redundat eorum, qvorum in eo, qvod accusatur, nulla est culpa. Cujus morem sic describit Diodorus Siculus: οὐ γὰρ ἠγνόουν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μαθόντες, ὅτι τοῖς διαπολεμοῦσι κοινῆς τῆς τύχης ὑπαρχούσης, ἀμφοτέρους κατὰ τὰς ἥττας τοιαῦτα ἀνάγκη παθεῖν, οἷα αὐτοὶ πράξωσιν εἰς τοὺς ἀτυχήσαντας. *Neq; enim ignorabant, ipsis rebus edocti, cum bellantium par sit fortuna, alterutris si male rem gessissent, id exspectandum, qvod ipsi in victos statuissent.* Apud eundem Philomelus dux Phocensium, διὰ τῆς κολάσεως τοὺς ἐχθροὺς ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς ὑπερηφάνου καὶ δεινῆς τιμωρίας: * *pari pœna exacta effecit, ut hostes à superbo & insolenti supplicio temperarent.*

Conf. c. XI. §. 16.
† L. 2. c. 2. §. 1. c. 22. §. 1. & seqq.
†† L. 2. c. 21.

***

Solent interdum Historici causam interfectorum hostium, captorum præsertim aut supplicum, referre aut ad talionem aut ad pertinaciam) ut Chalcocondylas libro IIX.

Pari pœna exacta) Vide eundem, Diodorum de Spendio, & Amilcare Barca in Excerptis Peiresianis.

2. Pertinax vero studium in partes nemo est, qvi supplicio dignum judicet, ut apud Procopium Neapolitani Belisario respondent; qvod tunc maxime obtinet, cum partes illæ, aut à natura assignatæ, aut honesta ratione electæ sunt. Imo tantum abest, ut in eo crimen sit, pro crimine habetur, si qvis præsidio † decesserit, præsertim veteri jure militari Romano, qvod hic nullam ferme admittebat metus aut periculi excusationem. *Præsidio decedere apud Romanos capitale est*, ait Livius. Ob utilitatem ergo suam qvisqve summo

1. Goeth.
† L. I. c. IV. §. VII. n. 2. L. III. c. XIIX §. I. n. 2. Polyb. Lib. I. & VI. Lib. XXIV.

summo illo rigore, ubi visum est, utitur: defenditur autem rigor ille apud homines, eo gentium jure, de qvo nunc agimus.

XIV. Idem jus (a) & in obsides † usurpatum, nec in eos tantum, qvi se obligaverant, qvasi ex conventione, sed & in eos, qvi ab aliis traditi. A Thessalis occisi olim ducenti qvinqvaginta, à Romanis Volsci Aurunci ad trecentos. Notandum autem, solitos obsides dari etiam pueros, ut à Parthis, qvod & à Simone Macchabæorum uno factum legimus, & feminas, ut à Romanis Porsenæ temporibus, & à Germanis narrante Tacito.

XV. 1. Sicut autem jus gentium permittit multa, eo permittendi modo, qvem jam † explicavimus, qvæ jure naturæ sunt vetita, ita qvædam vetat permissa jure naturæ. Nam qvem interficere liceat, eum gladio an veneno interimas, nihil interest, si jus naturæ respicias: jus inqvam naturæ: nam generosius †† qvidem est ita occidere, ut, qvi occiditur, sui defendendi habeat copiam: sed non debetur hoc cuiqvam, qvi mori meruit. At jus gentium, si non omnium, certe † meliorum, jam olim est, ne hostem veneno interficere liceat: qvi consensus ortus est ex respectu communis utilitatis, ne pericula in bellis, qvæ crebra esse cœperant, nimium (a) intenderentur. Et credibile est, à regibus id profectum, qvorum vita ab armis ante alios defenditur, à veneno minus qvam aliorum tuta est, nisi defendatur juris aliqva religione * & metu infamiæ.

(a) Conf. h. L. c. XI. §. 18. Plut. de Claris mulierib. Dionys. XVI. Tac. Ann. XII. 1. Maccab. 13, 17.

† L. 2. c. 21. §. XI. n. 2. L. 3. c. 2. §. 6. c. 20. §. 52. IV. Hist.

† h. c. §. 2.

†† L. 3. c. 3. §. XI.

† add. Proleg. §. 40. Alber. Gentil. de J. Bell. L. 2. c. 6. ubi latè.

(a) h. c. §. 18. n. 5.

***

Et metu infamiæ) Senatores ad Pyrrhum: ἵνα μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ. *ne nobis infamiam adferat, si qvid tibi accideret.*

2. Clandestina scelera vocat Livius de Perseo loqvens: nefas Claudianus agens de insidiis in Pyrrhum à Fabricio rejectis, & Cicero scelus eandem historiam tangens. Communis exempli interesse ne tale qvid admittatur ajunt Consules Romani in epistola ad Pyrrhum, qvam ex Cl. Qvadrigario recitat Gellius: apud Valerium Maximum est, *armis bella non venenis geri debere.* Et Tacito memorante, cum princeps Cattorum Arminii mortem veneno promitteret, rejecit Tiberius, ea se gloria æqvans priscis imperatoribus. Qvare * qvi licitum volunt hostem veneno occidere, ut ex Vegetio Baldus, respiciunt merum naturæ jus; illud autem qvod à gentium voluntate ortum trahit, prætervident.

Liv. Lib. XIII. de bello Gild. Off. III.

L. III. c. 8. Lib. V. c. 5. Ann. 181. II. Cons. 188.

***

Qvi licitum volunt hostem veneno occidere) Vide de Venetis Bembum fine libri III.

XVI. 1. Distat à tali veneficio nonnihil, & ad vim accedit propius, spicula veneno inficere & geminare mortis causas, qvod * de Getis tradit Ovidius, de Parthis Lucanus, de Afris qvibusdam Silius, & nominatim de Æthiopibus Claudianus. * Sed hoc qvoqve contra jus est gentium non universale, sed gen-

gentium Europæarum, & ſi qvæ ad Europæ melioris cultum accedunt; qvod recte à Salisberienſi obſervatum eſt, cujus hæc ſunt verba: *Nec veneni, licet videam ab infidelibus aliqvando uſurpatam, ullo unquam jure indultam lego licentiam.* Ideo *ferrum infamare veneno* dixit Silius. Salisb. IIX, 20.

***

De Getis tradit Ovidius) de Scythis Plinius libro XI. 53. *Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine: irremediabile id ſcelus mortem illico affert levi tactu.* de Serviis vide ſupplementum Helmoldic. 4.

Sed hoc qvoqve contra jus eſt gentium) ideo Ilus Mermerides in Odyſſeæ A Ulyſſi negat venenum ad ſpicula.

ἐπεὶρα Ζεὺς νεμεσίζετο ἄμεν ἐόντας.
Veritus vim Divûm morte carentum.

2. Nam & fontes veneno inficere, qvod ipſum qvoqve aut non latet, aut non diu latet, Florus ait eſſe non tantum contra morem majorum, ſed & contra fas Deûm: ſicut, jura Gentium Diis aſſcribi auctoribus ſolere, alibi † qvoqve à nobis annotatum eſt. Neq; verò mirum videri debet, ſi, ad minuenda pericula, tales ſint qvædam bellantium tacitæ conventiones, cum olim Chalcidenſibus & Eretrienſibus manente bello convenerit μὴ ξηνᾶσθαι πηλεβόλοις, *ne miſſilibus uti liceret.* Lib. 2. † L. 2. c. 20. §. 44. n. 6. Strabo L. X.

XVII. Ceterum non idem ſtatuendum de aqvis * ſine veneno ita corrumpendis, ut bibi neqveant, qvod Solon & Amphictyones leguntur in barbaros juſtum cenſuiſſe. & Oppianus de Piſcatu, qvarto, ut ſuo ſeculo ſolitum commemorat. Id enim perinde habetur, qvaſi avertatur flumen, aut * fontis venæ intercipiantur, qvod & natura & conſenſu licitum eſt. Pauſ. L. ult. Front. L. III. Ælch. de male ob. leg.

***

Sine veneno) cadaveribus, asbeſto, qvibus uſus in obſidione Auximi Beliſarius; Procopius Gotthicorum II. calce, ut Turcæ ad Dibibram; Nicetas lib. 1. de Alexio Iſaaci fratre. Sunt talia & apud Ottonem Friſingenſem & Guntherum Ligurino.

***

Fontis venæ intercipiantur) Vide Priſcum in Excerptis legationum.

XIIX. 1. An vero hoſtem interficere, immiſſo percuſſore, per jus gentium liceat, qværi ſolet? Sed omnino diſcrimen adhibendum eſt inter percuſſores, qvi fidem expreſſam vel tacitam violant, ut ſubditi in regem, vaſalli in ſeniorem, milites in eum, cui militant, recepti, ut ſupplices aut advenæ aut translatæ in eos, qvi receperunt; an vero nulla teneantur fide, qvomodo * Pipino Caroli Magni pater uno comitatus ſatellite trajecto Rheno hoſtem in cubiculo interfeciſſe narratur: qvod & à Theodoto Ætolo in Ptolemæum Ægypti regem ſimili modo tentatum refert Polybius, οὐκ ἀνανδρον τόλμαν, *virilem audaciam* vocans. Talis & ille laudatus ab Hiſtoricis * Q. Mutii Scævolæ L. 3. c. 1 §. 21. Liv. lib. II.

Lib.III.c.3. volæ conatus, qvem ipſe ſic defendit, *hoſtis hoſtem occidere volui.* Porſena ipſe in hoc facto nihil niſi virtutem agnoſcit. Valerius Maximus pium ac ſorte propoſitum vocat: laudat & Cicero pro P. Sextio.

***

Pipinus) Vide Paulum Warnefredi libro VI.

Q. Mutii Scævolæ) qvi Plutarcho αὐὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς. *vir ad omnem virtutem egregius.*

2. Nimirum hoſtem occidere ubivis licet, non naturæ tantum, ſed &
†h.c.§.5.ſeqq. gentium jure, ut ſupra † diximus: nec refert, qvot ſint, qvi faciant aut patiantur. Sexcenti Lacones cum Leonida caſtra hoſtilia ingreſſi recta tentorium
Juſtin.II. Regis petebant. * Paucioribus idem licuit. Pauci erant, qvi Marcellum conLiv.l.XXVII. ſulem, ex inſidiis circumventum, occiderunt: & qvi Petilium Cerialem, paTac. Hiſt. V. rum abfuit, qvin in lecto confoderent. * Laudat Eleazarum Ambroſius, qvod
De Off.l.c.40. elephantem ſupereminentem ceteris adortus eſt, arbitratus ei inſidere regem. Neq; tantum, qvi hæc faciunt, ſed & qvi aliis faciendi auctores ſunt, jure Gentium inculpati habentur. Scævolæ ad audendum fuerunt auctores illi in bel-
Liv. lib. II. lis adeo ſancti veteres Romani Senatores.

***

Paucioribus idem licuit) Valens pecuniam promiſit ei, qvi Scythæ cujusqvam caput attuliſſet. ita pax obtenta. Zoſimus IV.

Laudat Eleazarum Ambroſius) Et Joſephus Antiqvæ hiſtoriæ XV, 14. Factum non diſſimile Theodoſii in Eugenium eſt apud Zoſimum libro IV. Gallorum in regem Perſarum, apud Agathiam: Perſarum decem in Julianum, apud Ammianum XXIV. & Zoſimum III. Alexii Comneni in Toruſen, apud Nicetam Choniaten lib. IV. de Manuele. Bulgarorum in Nicephorum Imperatorem apud Zonaram.

3. Neq; movere qvenqvam debet, qvod deprehenſi tales exqviſitis ſupplicüs affici ſolent: nam id ipſum non eo venit, qvod in jus gentium deliqverint, ſed qvia eodem jure gentium in hoſtem qvidvis licet: gravius autem, aut
L.3 §.ult.ad l. Corn. de Sicariis pun. levius, malum ſtatuit qvisq; pro ſua utilitate. Nam ſic & exploratores, qvos mittere jure gentium haut dubie licet, qvales miſit Moſes, qvalis fuit ipſe Joſue, deprehenſi peſſime tractari ſolent: (ἔθος τὺς κατασκόπους κτείνειν, *mos eſt exploratores interficere*, ait Appianus) juſte interdum ab his, qvi manifeſte juſtam habent bellandi cauſam: ab aliis vero licentia illa, qvam dat belli jus. Qvod ſi qvi reperiuntur, * qvi tali opera oblata uti noluerint, id ad animi celſitudinem & virium apertarum fiduciam, non ad juſti injuſtive opinionem, referendum eſt.

***

3. *Qvi tali opera oblata uti noluerint*) Vide Cromerum p. 113.

4. At de his percuſſoribus, qvorum facto perfidia ineſt, aliter cenſendum.

dum, neq; enim ipſi tantum contra jus Gentium faciunt, ſed & qvi eorum utuntur opera: qvanqvam enim in rebus aliis, qvi malorum opera in hoſtem utuntur, peccare cenſeantur apud Deum, non autem apud homines, id eſt in gentium jus, qvia ea in parte

Mors leges perduxerunt in poteſtatem ſuam:

Et decipere, ut Plinius loqvitur, *pro moribus temporum prudentia eſt*: tamen intra jus interficiendi conſtitit hæc conſvetudo: nam hic, qvi aliena utitur perfidia, violaſſe jus non naturæ tantum, ſed & gentium creditur. Hoc docent illa Alexandri ad Darium: *Impia bella ſuſcipitis, & cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita.* & mox: *qvi ne belli qvidem jura in me ſervaveris.* alibi: *Ad internecionem mihi perſeqvendus eſt, non ut juſtus hoſtis, ſed ut percuſſor veneficii.* Eodem referendum illud de Perſeo: *Non juſtum apparere bellum regio animo, ſed per omnia clandeſtina graſſari ſcelera latrociniorum & veneficiorum.* Marcius Philippus de iisdem factis Perſei agens: *Ea omnia, qvam Diis qvoq; invisa eſſent, ſenſurum in exitu rerum ſuarum.* Pertinet huc illud Valerii Maximi, * *Viriati cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit, in amicis, qvod eorum manibus interemtus eſt; in Qv. Servilio Cæpione Conſule, qvia is ſceleris hujus auctor impunitate promiſſâ fuit: victoriamqve non meruit, ſed emit.*

L. IIX. Epiſtola ad Rufinū, qvæ eſt XIIX. Curt. L. IV. c. I. Lib. IV. cap. XL. §. 18. Liv. L. XLII. Liv. L. XLIV. Lib. IX. c. 7.

***

Viriati cædes) Scriptor de viris Illuſtribus: *qvæ victoria, qvia empta erat, à Senatu non probata.* Eutropius: *cum interfectores ejus præmium à Cæpione conſule peterent, reſponſum eſt, nunqvam Romanis placuiſſe, Imperatorem à ſuis militibus interfici.* ubi fortè legendum, *à Cæpione conſule promiſſum.* Sic qvod in Sertorium admiſſum eſt, damnat Ammianus libro XXX. Lib. IV. ad A. V. 613.

5. Cauſa cur hic aliud, qvam in rebus ceteris, placuerit, ea ipſa eſt, qvam de veneno ſupra † attulimus, ne nimium intenderentur pericula, eorum maximè, qvi eminent. Negabat Eumenes, credere *ſe, qvenqvam ducem ſic velle vincere, ut ipſe in ſe exemplum peſſimum ſtatueret.* Apud eundem, cum Beſſus Dario manus intuliſſet, dicitur exempli & communis Regum omnium eſſe cauſa; & Oedipus, Regis Laji cædem vindicaturus, apud Sophoclem ſic ait: † h. c. §. 15. ſeqq. Juſt. lib. XIV. cap. II. §. 12. Lib. XII.

Κείνῳ προσαρκῶν ὃν ἐμαυτὸν ὠφελῶ:

Et apud Senecam in ejusdem argumenti tragœdia:

Regi tuenda eſt maxime Regum ſalus.

Conſules Romani epiſtola ad Pyrrhum: *Communis exempli & fidei viſum eſt, ut te ſalvum velimus.*

6. In bello ergo ſolenni, aut inter eos, qvi belli ſolennis indicendi jus habent, id non licet: extra vero bellum ſolenne habetur pro licito eodem Gentium jure. Sic in Gannaſcum defectorem ſtructas * inſidias tales degene-

An. XI. c. XIX. Lib. VII. cap. V §. 20.

res negat Tacitus. Curtius Spitamenis perfidiam minus ait invisam esse potuisse, qvia nihil ulli nefastum in Bellum interfectorem Regis sui videbatur. Sic & in latrones & piratas perfidia vitio qvidem non caret, sed apud gentes † odio eorum, in qvos committitur, impunita est.

† h. c. §. 10. & h. l. c. 19. §. 5.

***

Insidias tales degeneres negat) Sic de Florentio & Barchalba, qvi defectorem Procopium adduxerant, Ammianus: *si principem legitimum prodidissent, vel ipsa justitia jure cæsos pronunciaret. si rebellem & oppugnatorem internæ qvietis, ut ferebatur, amplas ei memorabilis facti oportuerat deferri mercedes.* Sic laudatur Artabanes occiso Gontharide apud historicum Procopium fine Vandalicorum secundi. Adjice de Sechodolii cæde Cromerum libro XXIIX.

XIX. 1 Stupra in feminas in bellis passim legas & permissa & impermissa. † Qvi permiserunt, spectarunt injuriam solam in alienum corpus, cui subjacere, qvicqvid hostile est, juri armorum non incongruens judicabant. Melius alii, qvi non solum injuriam, sed ipsum efferatæ libidinis actum, hic considerarunt, & qvod is neqve ad securitatem pertineat, neqve ad pœnam, ac proinde non bello magis, qvam pace, impunitus esse debeat: atqve hoc posterius jus est gentium, non omnium, sed meliorum. Sic Marcellus, anteqvam Syracusas caperet, legitur * gessisse curam pudicitiæ etiam in hoste servandæ. Scipio apud Livium & sua & populi Romani interesse ait, *ne qvid, qvod ut piam sanctum esset, apud ipsos violaretur.* ut piam, id est apud moratiores populos. Diodorus Siculus de Agathoclis militibus: ἀπὸ τῆς εἰς γυναῖκας ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀπίσχοντο, *ne à mulieribus qvidem * vim nefariam abstinebant.* Ælianus cum narrasset à Sicyoniis victoribus feminarum ac virginum Pellenæarum pudicitiam prostitutam, sic exclamat: ἀγριώτατα ταῦτα, ὦ θεοὶ Ἑλλήνιοι, καὶ οὐδὲ ἐν βαρβάροις καλὰ, κατάγνωτε ἐμοὶ μυσίαν. *Crudelia hæc per Deos Græcia, & qvantum memoria complector, ne ipsis qvidem barbaris probata.*

† Confer L. 3. c. 19. §. 12.

August. de Civ. Dei lib. II cap. VI. Lib. XXVI. cap. XLIX. Lib. VI. var. hist. Lib. VI. cap. hist. var.

***

Gessisse curam pudicitiæ) & Lucullus narrante Xiphilino. vide edictum Mauri Cabaonis apud Procopium Vandalicorum I.

Vim nefariam) Appianus Mithridatico de Chiis captis: τὰ γυναῖα καὶ τὰ παιδία βαρβαρικῶς ὑπὸ τῶν ἀγόντων ὑβριζόμενα. *mulieres & pueri barbarum in morem ab iis, qvi ducebant, stuprati.*

†††

Stupra in fœminas) *Cluver. in Append. Historiæ de Excidio Magdeburgico Anno* 1631. Imbelli, inqvit, sexui abusi sunt ad fœdam libidinem, tantâ barbarie, ut puellas impuberes ad necem constuprarint. Nulli ordini aut sexui ferox miles pepercit.

2. Atqve id * inter Christianos observari par est, non tantum, ut disciplinæ militaris partem, sed & ut partem † juris Gentium, id est, ut qvi pudi-

† cit. c. XIX. §. 12. h. l.

dicitiam vi læsit, qvamvis in bello, ubiqve pœnæ sit obnoxius. Nam nec Hebræa lege impune qvisqvam id tulisset, ut intelligi potest * ex ea parte, qvæ de captiva ducenda, neqve vendenda postea, constituit. Ad qvem locum Bacchai magister Hebræus: *Voluit Deus, ut castra Israëlitarum sint sancta, non projecta in scortationes & abominationes ceteras, ut castra gentium.* Arrianus cum narrasset captum Roxanes amore Alexandrum, οὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμαλώτου, ἀλλὰ γήμαι γε οὐκ ἀπαξιῶσαι, *noluisse ea, ut captiva, per libidinem abuti, sed matrimonio dignatum,* adjicit facti laudationem. Plutarchus de facto eodem: οὐχ ὕβρισεν, ἀλλ' ἔγημε φιλοσόφως, *non per libidinem abusus ea est, sed uxorem duxit, ut dignum philosopho.* Et Torqvatum qvendam, qvod hostili virgini vitium obtulisset, Romanorum decreto * in Corsicam deportatum annotavit Plutarchus. Devt. XXI. 10. seq. Parall.

***

Inter Christianos) Servarunt id Belisarius ubiqve, Totilas captis Cumis & Roma capta. Procopius hæc tradit Gotthicorum III.

Ex ea parte, qvæ de captiva ducenda) qvam facunde explicat Philo libro περὶ φιλανθρωπίας. Josephus altero contra Appionem: τῶν αἰχμαλώτων γυναικῶν ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα ὑπ' γυναικῶν. *Lex etiam pro bello captis curam gessit, ut absit ab eis contumelia, maxime à mulieribus.*

In Corsicam deportatum) At Persarum rex Chosroes eum, qvi Apameæ puellæ vim intulerat, cruci affixit; Procopius Persicorum II.

†††

Nec Hebræâ lege impune.) De hâc tamen Hebræorum lege seqventia tradit *Selden. de J. & J. secund. disc. Ebr. lib. 5. cap. 13. pag. 644.* Sententia, qvæ plerumqve obtinet, hujusmodi est: captivæ gentilis unicæ, qvam Ebræus qvis in suæ prædæ sorte, bello ultroneo, (nam de eo qvod ex præcepto erat, hoc non intelligunt; & distinctionem illam belli fusius tradimus libro proximo) feliciter gesto acceptam statim deperiret, domumqve duceret, concubitum unicum fuisse permissum, ita tamen, ut sine nuptiis eundem non omninò iteraret, neqve aliter postea, ac in lege præscriptum est, eam, tametsi jure belli ancilla fuisset, haberet. Idqve ex recepta interpretatione habent verborum illorum, *Introduces eam in domum tuam*, ita tamen, ut non tàm ex ipsâ lege id expressim permissum velint, qvàm non à majoribus, qvi etiam hanc & alias de interdicto nuptarum innuptarumqve concubitu interpretabantur, vetitum, *ut placaretur militis libido.* Nos cum nullum de hoc concubitu vestigium in sacrâ scripturâ reperiatur, illâ tacente, hoc ex loco qvid certi concludere non possumus cum *Dn. Zigler. h. l.*

CAPUT V.

De rebus vastandis eripiendisqve.

I. Res hostium corrumpi & rapi posse.
II. Etiam sacras: qvod qvomodo intelligendum.
III. Et religiosas; addita itidem cautione.
IV. Doli qvatenus hic permissi.

I.

NOn * esse contra naturam spoliare eum, qvem honestum est necare, dixit Cicero. †† Qvare mirum non est, si jus gentium corrumpi ac rapi permiserit res † hostium, qvos interficere permiserat. Polybius itaq; Historiarum qvinto, juri belli comprehendi ait, ut munitiones hostium, portus, urbes, viri, naves, fructus, & si qva sunt similia, aut eripiantur aut corrumpantur. Et apud Livium legimus, *esse qvædam belli jura, qvæ, ut facere, ita pati sit fas: fata exuri, dirui tecta; prædas hominum pecorumqve agi.* Ipsas urbes totas dirutas, aut mœnia solo æqvata populationes agrorum, incendia, singulis ferme paginis apud historiarum scriptores invenias. Et notandum, licere hæc & in deditos. *Oppidani*, inqvit Tacitus, *portis sponte patefactis se suaq; Romanis permisere, qvod salutem ipsis tulit: Artaxatis ignis immissus.*

†† Offic. III. b. 1. c. 19. §. 3. n. 1.

† Conf. h. L. c. XII.

Lib. XXXI.

Ayal. L. 1. c. 2. n. 4.

Ann. XIII.

***

Non esse contra naturam spoliare eum qvem honestum est necare) Svetonius Nerone XL. *tanqvam occasione nata spoliandarum jure belli opulentissimarum provinciarum.* Cyprianus de Mortalitate: *Sic cum irruptione hostili civitas aliqva possessa est, omnes simul captivitas vastat.*

II. 1. Neqve jus gentium merum, seposita officiorum aliorum consideratione, de qvibus dicemus infra, † sacra excipit, id est, qvæ Deo aut diis dicata sunt. *Cum loca capta sunt ab hostibus, * omnia desinunt sacra esse*, ait Pomponius Jurisconsultus. *Sacra Syracusarum victoria profana fecerat*, ait Cicero Verrina qvarta. Causa hujus est, qvod qvæ sacra dicuntur, revera non eripiuntur humanis usibus, * sed publica sunt: sacra autem nominantur à fine, cui destinata sunt. Signum ejus, qvod dico, est, qvod cum qvis populus alteri populo aut Regi se dedit, tum etiam ea dedit, qvæ divina dicuntur, ut ex formula apparet, qvam citavimus † alibi ex Livio: cui convenit illud in Amphitruone Plauti:

† cap. XII.

L. cum loca. 36. D. de Religiosis.

† Lib. 1. c. III. §. 8. n. 3 & 5. L. 2. c. 25. §. 1. n. 2. L. 3. c. 8. §. 4. n. 1. c. 20. §. 49. n. 1.

Urbem, agrum, aras, focos, sequi uti dederent,

Deinde: *Deduntq; se, se divina humanaq; omnia.*

***

Omnia desinunt sacra esse) Tertullianus Apologetico: *Porro bella & victoriæ captis & eversis plurimum urbibus constant: id negotium sine Deorum injuria non est, eadem strages mœnium & templorum: pares cædes civium & sacerdotum: nec dissimiles rapinæ sacrarum divinarum & profanarum. Tot igitur sacrilegia Romanorum, quot trophæa. tot de Diis, quot de gentibus triumphi. tot manubiæ, quot manent adhuc simulacra captivorum deorum.* mox: *Et bene, qvod si qvid adversi urbibus accidit, eadem clades templorum, qva & mœnium fuerant.*

Sed publica sunt) Marsilius Patavinus in defensore Pacis cap. V. p. 2. Nicol. Boërius Decis. LXIX. n. 1. Bossius in Crim. de foro competente, n. 101. Cothmannus cons. 100. num. 30.

††† Non

†††

Non eripiuntur humanis usibus) Sic videmus rerum sacrarum alienationem ob famem extremam, *l. 21. C. de SS. Eccles.* ob redemtionem captivorum, *l. 21. cit. §. 8. Inst. de R. D.* item si sint superflua vasa & Ecclesia debitrix, nec habeat unde solvat, *nov. 120. cap. 10.* Imò in genere res ecclesiasticæ mobiles, qvæ servando servari non possunt, rectè alienantur, *Extravag. ambitiosa. de 6. & 7. Reb. Eccles. non alienand.* & immobiles, si necessitas, pietas & utilitas hoc svadeant, *nov. 120. cap. c. sicut. 12. q. 2. l. 21. C. de SS. Eccles.* accedatqve consensus Episcopi, *Scotan. Exam. jurid. ad l. 1. ff. tit. 8. q. 20. & seqq.*

2. Et ideo Ulpianus publicum jus etiam in sacris ait consistere. Pausanias Arcadicis ait morem fuisse Græcis barbarisqve communem, ut res sacræ arbitrii eorum fierent, qvi urbes cepissent. Sic Jovis Hercæi simulacrum Troja capta concessum Strenelo, multaqve alia ejus moris exempla commemorat Thucydides lib. IV. τὸν νόμον τοῖς ἕλλησιν εἶναι, ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος τῆς γῆς ἑκάστης, ἢν τε πλέοιος, ἢν τε βραχυτέρας, τούτων καὶ τὰ ἱερὰ ἀεὶ γίγνεσθαι. *jus hoc apud Græcos esse, ut qvi imperium obtineant in terra aliqva magna aut parva,* * *eorum sint & templa.* A qvo non discrepat illud apud Tacitum: *Cunctas ceremonias Italicis in oppidis, templaq́, & numinum effigies juris atqve imperii Romani esse.* L. 1. §. 2. D. de J. & J. Ann. XII.

***

Eorum sint & templa) ostendit hunc morem & Polybii locus infra capite IIX. §. 4.

3. Qvare & populus ipse, mutata voluntate, potest ex sacro profanum facere: qvod non obscure indicant Jurisconsulti Paulus & Venulejus: & temporum necessitate videmus res sacras ab his, qvi sacraverant, * in belli usus † conversas, ut à Pericle sub pollicitatione restituendi tantundem, à Magone in Hispania, à Romanis bello Mithridatico, à Sulla, Pompejo, Cæsare atq; aliis factum legimus. Apud Plutarchum Tiberius Gracchus: ἱερὸν καὶ ἄσυλον οὐδὲν οὕτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα. χρῆσθαι δὲ τούτοις καὶ κινεῖν καὶ μεταφέρειν ὡς βούλεται τὸν δῆμον οὐδεὶς κεκώλυκε. *Nihil tam sacrum sanctumqve est, qvam qvæ Deorum honori dicantur. Et his tamen uti populum, hæc transmovere nemo prohibet.* In controversiis Senecæ patris legimus; *Pro Republica plerumqve templa nudantur, & in usum stipendii dona conflamus.* Trebatius Jurisconsultus temporum Cæsaris: * *profanum qvod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemqve conversum est.* Hoc ergo gentium jure usus Germanicus in Marsos, narrante Tacito, *profana simul & sacra, & celeberrimum illis gentibus templum, qvod Transfanæ vocabant, solo æqvantur.* Pertinet huc illud Virgilii: L. 83. inter stipulantem. §. 5. sacrā. & L. 137. continuus §. cum qvis. 6. D. de Verb. Obl. † h. L. 3. c. 21. §. 23. L. 2. c. 19. §. 3. n. 3. Macr. Sat. L. III. c. 3. Ann. I. XII. Æn. v. 779

Colui vestros si semper honores,
Qvos contra Æneadæ bello fecere profanos.

Deorum donaria * capi à victoribus solere, notavit Pausanias: & Cicero belli legem id vocat de P. Servilio loqvens, *Signa*, inqvit, *& ornamenta ex urbe* Lib. IIX. Verr. III.

Lib. XXV. XXXIX. *urbe hostium vi & virtute capta, belli lege atq; imperatorio jure sustulit.* Sic Livius templorum ornamenta, qvæ Syracusis Marcellus Romam advexit, *parta*, ait, *belli jure.* C. Flaminius pro M. Fulvio: *Signa ablata & cetera facta, qvæ captis urbibus soleant.* * Fulvius qvoq; in oratione belli jus hoc ipsum appellat. Et Cæsar in oratione apud Sallustium referens, qvæ victis solents accidere, ponit & * fana spoliari.

Sall. Cat. cap. LI, 6.

***

In belli usus conversas) ut à Syracusis tempore Timoleontis, in cujus vita id habet Plutarchus. Chii mulctam sibi à Mithridate indictam etiam è sacris vasis conficiunt. Appianus Mithridatico. Plinius lib. VII. cap. ultimo de Porcio Catone agens: *Idem arbores religiosas lucosq; succidi permisit, sacrificio prius facto: cujus rei rationem qvoq; eodem volumine tradidit.* Sulla bello Mithridatico donaria ab Olympia, Epidauro, Delphis abstulit, Plutarcho narrante, & Appiano. idem pretium restituit. Diodorus Siculus in excerptis Peiresianis. Augustus ex templis thesauros accepit mutuos, Appiano docente civilium v. vasa sacra ab Agapeto oppignorata tradit Cassiodorus XII, 20. Heraclius in gravi necessitate vasa Ecclesiæ in nummos vertit, sed postea pretium reddidit, ut narrat Theophanes. Vide & Annam Comnenam libro V. & lib. VI. Cromerum lib. XXIII. orationem Laurentiani apud Bembum lib. VI. Adde, qvæ infra dicentur capite XXI. §. 23. in annot.

In controversiis Senecæ) in Excerptis IV, 4.

Profanum, qvod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemq; conversum est) Servius ad Æneidos II. de Cereris templo: *Æneas scit ante esse profanatam.* Idem habet ad III. & ad IX. Æneidos & ad XII. Ad Eclogam vero septimam: *Dona oblata numinibus tam diu sacra sunt, & dona possunt dici, qvamdiu non fuerint profanata.*

Capi à victoribus solere) Virgilius Æneidos V. v. 360.

Neptuni sacro Danais de poste refixum.

Plutarchus Fabio narrat, signum ab eo Herculis Tarenti captum, missumqve in Capitolium: reliqvos Deos Tarentinis relictos, ut iratos. Huc spectat & qvod modo ex Tertulliano attulimus, & ejusdem hoc ad Nationes II. *Tot deinde de Diis, qvot de gentibus triumphi: manent & simulacra captiva: & utiqve sentiunt, qvos non amant.*

Fulvius) Vide Polybium excerpto legationum 27.

Fana spoliari) Vide Cromerum libro XVII. de rebus Antiochensis Ecclesiæ captis à Chosroë, vide Procopium Persicorum II.

4. Illud tamen verum est, si qvo in simulacro numen aliqvod inesse credatur, id violari aut corrumpi nefas ab iis, qvi in ea persuasione conveniunt: & hoc sensu impietatis aut læsi etiam gentium juris accusantur interdum, qvi talia commiserunt, nimirum ex talis opinionis positione. Aliud est, si hostes

Deut. VII, 5.

stes non idem sentiant: sicut Judæis non permissum tantum, sed & præceptum est, gentium simulacra abolere; nam qvod sibi accipere vetantur, id eam causam habet, qvo magis Hebræi superstitiones gentium detestarentur, impuritatis admoniti ipso contactus interdicto; non qvasi alienis sacris parceretur, qvomodo * Josephus exponit, Romanis haud dubie blandiens; sicut & in expositione præcepti alterius, de non nominandis gentium diis: qvod ille ita explicat, qvasi illis obloqvi vetarentur, cum revera honoris causa, aut sine abominatione, eos nominare lex non sineret. Sciebant qvippe Hebræi Dei certissimo monitu, in simulacris illis non habitare, aut Dei spiritum, aut bonos Angelos, aut vim astrorum, ut deceptæ gentes existimabant, sed pravos & humano generi infestos Dæmonas: ita ut recte dixerit Tacitus in Judæorum institutis describendis, *profana illis omnia, † qvæ apud nos sacra.* Non mirum ergo est, si templa profani cultus à Maccabæis incensa non semel legimus. Sic & Xerxes, cum simulacra Græcorum corrupit, nihil fecit contra jus gentium, etsi multum id ad invidiam exaggerant Græci scriptores. Nam * Persæ non credebant, in simulacris esse ulla numina, sed Deum esse Solem, & portionem ejus aliqvam ignem. Lege Hebræa, ut idem Tacitus recte, *templi limine præter Sacerdotes arcebantur.*

Hist. V. c. III.

† L. 2. c. XV. §. 9. n. 3.

1. Macc. V. & X.

Asc. Ped. in Verr. III.

De Civ. Dei Lib. XVIII. c. 45.

* * *

Josephus) Antiqvæ historiæ IV, 8. & libro adversus Appionem altero.

Persæ non credebant in simulacris ulla esse numina) Diogenes Laërtius initio, τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν τοὺς μάγους: *damnari simulacra à magis.*

5. At Pompejus, eodem auctore, *templum jure victoriæ ingressus est:* aut, ut Augustinus rem eandem narrat, *non devotione supplicis, sed jure victoris: bene* ille, qvod templo pepercit, & rebus templi, qvanqvam, ut Cicero diserte ait, pudore & obtrectatorum metu, non religione: *male* qvod ingressus est, qvippe contemto vero Deo, qvod & Chaldæis exprobrant Prophetæ: qvam etiam ob causam qvidem factum arbitrantur singulari Dei providentia, ut is, qvem dixi, Pompejus qvasi in conspectu Judææ trucidaretur ad Cassium Ægypti promontorium. at si spectes opinionem Romanorum, nihil in eo factum contra jus gentium. Sic idem Templum excidio datum à Tito Josephus memorat, additq; factum τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ.

Pro Flacco.

Dan. V, 23.

Bell. Jud. lib. VI. c. 24. & 34.

III. Qvod de sacris diximus, idem & de religiosis intelligi debet. nam hæc qvoqve non mortuorum sunt, sed viventium, sive populi alicujus, sive familiæ. Qvare, sicut sacra loca ab hostibus capta, ita & religiosa talia esse desinere, scripsit dicto loco Pomponius, & Paulus Jurisconsultus: *Sepulchra hostium religiosa nobis non sunt, ideoq; lapides inde sublatos in qvemlibet usum convertere possumus:* qvod ita tamen intelligendum, ne ipsa mortuorum corpora male tractentur, qvia id contra jus est hominum sepeliendorum, qvod jure gentium introductum alibi † demonstravimus.

L. Sepulchra. 4 D. de Sepulchro violato.

† L. 2. c. XIX.

IV.

IV. Illud hic breviter repetam, non vi sola res hostium hostibus eripi ex jure gentium, sed & dolos, qvi perfidia careant, permissos censeri, imo alienæ perfidiæ incitationem. Nimirum ad minora & freqventia hæc delicta ita connivere cœpit jus gentium, sicut leges civiles ad meretricium †† & improba fœnora.

†† L. 4. §. 3. D. de Condict. ob turp. caus. L. 29. C. ad L. Jul. de Adult. add. L. 27. D. §. 1. de Hered. petit.

CAPUT VI.

De jure acqvirendi bello capta.

I. Circa acqvisitionem rerum bello captarum, qvale jus naturæ.

II. Qvale jus gentium: cujus testimonia adduntur.

III. Qvando res mobilis capta censeatur ex Gentium jure:

IV. Qvando agri.

V. Res qvæ non sunt hostium non acqviri bello.

VI. Qvid de rebus repertis in navibus hostium?

VII. Jure gentium nostra fieri, qvæ hostes nostri aliis bello eripuerant, qvod testimoniis probatur.

IIX. Refellitur sententia statuens res captas ab hostibus omnino singulorum capientium fieri.

IX. Naturaliter & possessionem & dominium per alium acqviri.

X. Distinctio actuum bellicorum in publicos & privatos.

XI. Agros acqviri populo aut ejus cujus est bellum.

XII. Res mobiles & se moventes actu privato captas singulorum capientium fieri;

XIII. Nisi lex civilis aliud statuat.

XIV. Captas actu publico fieri populi aut ejus cujus est bellum.

XV. Arbitrium tamen in res tales aliqvod solere imperatoribus concedi:

XVI. Qvi aut res referunt ad ærarium.

XVII. Aut dividunt milisti: & qvomodo:

XVIII. Aut direptionem permittunt:

XIX. Aut aliis concedunt:

XX. Aut factis partibus aliud atqve aliud statuunt: & qvomodo.

XXI. Peculatum circa prædam committi.

XXII. Lege aut alio voluntatis actu de jure hoc communi aliqvid immutari posse.

XXIII. Sic sociis prædam concedi:

XXIV. Sæpe & subditis: qvod variis exemplis terrestribus & maritimis illustratur.

XXV. Usus antedictorum.

XXVI. An capta extra territorium utriusqve partis bellantium acqviruntur belli jure.

XXVII. Jus hoc, qvod diximus, qvomodo belli solennis sit proprium.

I. I.

PRæter qvorundam actuum in homines impunitatem, de qva egimus hactenus, est & alius effectus bello solenni ex jure gentium proprius. Ac jure naturæ qvidem bello justo ea nobis acqviruntur, qvæ aut paria sunt ei, qvod,

qvod, cum nobis sit debitum, aliter † consequi non possumus, aut etiam qvæ nocenti damnum inferunt, intra æqvum pœnæ modum, ut alibi †† dictum est. Hoc jure Abrahamus ††† de spoliis, qvæ à qvinqve regibus acceperat, *decimam Deo dedit, ut historiam, qvæ exstat Genes. XIV. explicat divinus Scriptor ad Hebræos VIII, 4. qvo more Græci qvoqve, Carthaginenses, & Romani diis suis, ut Apollini, Herculi, Jovi Feretrio (a) decimam de præda sacraverunt. Jacobus autem Josepho præ fratribus præcipuum relinqvens legatum, *Do tibi*, inqvit, *partem unam supra fratres tuos, qvam à manu Amorrhæi cepi gladio meo & arcu meo*, Genes. XLVIII, 22. Qvo in loco * illud *cepi* prophetico loqvendi genere pro *certo capiam* sumi videtur, & Jacobo attribui; qvod posteri ab ejus nomine dicti facturi erant, qvasi eadem esset progenitoris & liberorum persona. Id enim rectius, qvam cum Hebræis verba hæc trahere ad illam expilationem Sicimorum, qvæ jam ante à filiis Jacobi facta erat. nam eam, ut cum perfidia conjunctam, Jacobus pro sua pietate semper improbavit, ut videre est Genes. XXXIV, 30. XLIX, 6.

† L. 2. c. 7. §. 2. n. 1. L. 3. c. 19. §. 15.
†† L. 2. c. 20. §. 28. seqq.
††† L. 3. c. 16. §. 3. n. 2.
(a) h. c. §. 16. n. 2.

***

Decimam Deo dedit) Et alimenta servis, & partem prædæ sociis. vide Josephum in hac historia.

Illud cepi) Chaldæus interpretatur id factum precibus ad Deum, qvi singulari qvadam benevolentia Sicima & Jacobo & posteris ejus conservaverit.

2. Probatum autem à Deo jus prædæ intra eos, qvos dixi, naturales terminos, aliis qvoqve locis apparet. Deus in lege sua de civitate post pacem repudiatam expugnata loqvens sic ait: *Omnia ejus spolia diripies tibi: & fruêris præda hostium, qvam tibi Deus dederit.* Rubenitæ, Gaditæ, & pars Manassitarum dicuntur vicisse Ituræos & eorum vicinos, multamqve prædam ab iis abstulisse, hac ratione addita, qvod in bello Deum invocassent, & Deus eos propitius exaudiisset: qvomodo & Rex pius Asa narratur, Deo invocato, de Æthiopibus, injusto bello se lacessentibus, & victoriam & prædam reportasse: qvod eo magis notandum, qvia arma illa non ex speciali † mandato, sed ex communi jure sumebantur.

Deut. XX, 14. Num. XXXI, 11. Jos. XI, 14. 1. Par. IX, 3. 1. Par. V. 20, 21. 22. 11. Paral. XIV. 13.
† Confer. L. 1. c. 2. §. 2.

3. Josue autem eosdem, qvos dixi, Rubenitas, Gaditas, & Manassis partem secundis omnibus prosequens: *participes*, inqvit, *sitis prædæ hostium cum fratribus vestris.* Et David, cum ad Senatores Hebræos mitteret parta de Amalecitis spolia, pretium dixit muneri: *Ecce donum hoc esto vobis de præda hostium Domini.* Nimirum, ut Seneca dixit, militaribus viris speciosissimum est, divitem aliqvem spoliis hostilibus facere. Exstant & divinæ leges de prædæ dividenda Num. XXXI, 27. Et Philo inter diras legis esse ait, ut ager ab hostibus demetatur, unde sequi λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περισσίαν, *in suos famem, copiam hostibus.*

Jos. XXII, 8. III. Benef. 37. De Diris.

II. 1. Ceterum jure gentium non tantum is, qvi ex justa causa bellum

† Confer. h. L. 3. c. 13.

gerit, sed & qvivis in bello solenni & sine fine modòqve dominus fit † eorum, qvæ hosti eripit, eo sensu nimirum, ut à gentibus omnibus & ipse, & qvi ab eo titulum habent, in possessione rerum talium tuendi sint. qvod *dominium qvoad effectus externos* †† licet appellare. Cyrus apud Xenophontem: νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τὰ ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα. *Lex est sempiterna inter homines, capta hostium urbe, eorundem res atq; pecunias victori cedere.* Plato dixit: πάντα τὰ νικωμένων ἀγαθὰ τὰ νικώντων γίγνεσθαι, *bona, qvæ victus habuit, omnia victoris fieri*: qvi & alibi inter genera qvasi naturalia acqvisitionis statuit πολεμικὴν, qvam & ληϊστικὴν, ἀγωνιστικὴν & χειρωτικὴν vocat, assentientem hac in re habens eum, qvem dixi, Xenophontem, apud qvem Euthydemum Socrates interrogando eo perducit, ut spoliare non semper injustum fateatur, ut si in hostem id fiat.

†† h. c. §. 7. n. 1. §. 27. c. X. §. 5. n. 1.

Xenoph. V. de Instit. Cyri.

De Legibus.

Sophist.

Comm. IV.

1. Polit.

2, Sed Aristotele qvoqve auctore ὁ νόμος ὁμολογία ἐστὶν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι. *Lex velut pactum qvoddam commune est, qvo bello capta capientium sunt.* Eodem respicit dictum illud Antiphanis: ὅτι τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι δεῖ τἀγαθὰ παρεῖναι χωρὶς ἀνδρείας. γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τὰ ἐχόντων, ἀλλὰ τὰ κρατούντων. *Optandum, ut hostibus bona adsint sine virtute: Sic enim fiunt illa non eorum, qvi habent, sed eorum, qvi capiunt.* * Apud Plutarchum in vita Alexandri: τὰ τῶν ἡττωμένων εἶναί τε δεῖ καὶ προσαγορεύεσθαι τοῦ κρατοῦντος, *ea, qvæ victi fuerant & esse & appellari debent victoris.* Idem alibi: τὰ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀραθὰ, τοῖς νικῶσιν ἆθλα πρόκειται: qvæ verba sunt ex Xenophonte secundo de Cyri institutione. Philippus in Epist. ad Athenienses: πάντες τὰς πόλεις οἰκοῦμεν ἢ τὰ προγόνων, παραδόντων, ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι κατὰ στάντες. *Omnes tenemus oppida à majoribus relicta, aut possessa belli jure.* Æschines, εἰ μὲν πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας δοριάλωτον τὴν πόλιν εἷλες, κυρίως ἔχεις τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ κτησάμενος: *Si bello in nos suscepto armis cepisti urbem, jure eam possides belli lege.*

De male obita legatione.

* * *

Apud Plutarchum in vita Alexandri) ibidem νικῶντας προσκτᾶσθαι καὶ τὰ τῶν πολεμίων. *vincentes etiam ea, qvæ hostium sunt, sibi acqvirere.*

Liv. Lib. XXXIX.

Lib. XXXIX.

3. Marcellus apud Livium, qvæ ademit Syracusanis, * ademisse se ait belli jure. Romani legati Philippo de Thraciæ & aliis civitatibus dicebant, si Philippus bello cepisset, eas præmium victoriæ belli jure habiturum: & Masinissa, qvem agrum pater suus Carthaginensibus bello ademisset, habere se jure Gentium ajebat. Sic & apud Justinum Mithridates: *non Cappadocia filium eductum, qvam jure gentium victor occupaverat.* Cicero Mitylenas ait populi Romani factas belli lege ac jure victoriæ. Idem privata aliqva esse cœpisse, ait, aut occupatione vacuorum, aut bello, eorum scilicet, qvi victoria potiti sunt. Dion Cassius: τὰ τῶν ἡττωμένων τοῖς κρατοῦσι προσγίνεται. Etiam Clemens Alexandrinus ait, res hostium rapi & acqviri belli jure.

Lib. XXXIIX.

II. contra Rullum.

Off. 1.

Strom. 1.

Ade-

***

Ademisse se ait belli jure) Diodorus Siculus excerptis Peiresianis n. 467. τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ μὴ προέσθαι: *quæ armis quæsita essent & parta belli jure, non dimittenda.* Gotthi apud Agathiam lib. II. de Theuderico Rege, postqvam is Odoacrum vicerat, τὰ κείνου πάντα κατέσχε τοῦ πολέμου νόμῳ. *quæ ejus fuerant, omnia tenuit belli jure.*

Quæ ex hostibus capiuntur, jure gentium statim † capientium fiunt, ait Cajus Jurisconsultus. Naturalem hanc acqvisitionem φυσικὴν κτῆσιν appellat Theophilus in Græcis institutionibus, sicut & Aristoteles dixerat πολεμικὴν φύσει κτητικὴν, *rem militarem secum ferre naturalem acqvirendi modum.* nimirum, qvia non causa aliqva, sed ipsum nudum factum spectatur, & ex eo jus nascitur: sicut & Nerva filius, referente Paulo Jurisconsulto, dominium rerum ex naturali possessione cœpisse ajebat, ejusqve rei vestigium remanere de his, qvæ terra, mari, cœloqve capiuntur. item in bello captis, qvæ omnia protinus eorum fiunt, qvi primi possessionem apprehenderunt.

† h. L. c. 7. §. 5. n. 4. L. 5. naturalē. §. ult. D. de Acq. rer. dom. Tit. de Rer. divis. Arist. 1. de Rep. c. 8. L. 1. §. 1. D. de Acq. poss.

5. Hosti autem eripi censentur, & qvæ subditis hostium eripiuntur. Sic Dercyllides argumentatur apud Xenophontem, cum Pharnabazus † hostis esset Lacedæmoniorum, Mania autem subdita Pharnabazo, Maniæ bona in ea esse causa, ut à jure belli recte occupentur.

Hist. Gr. III. † Conf. h. L. c. 2. §. 2. n. 3.

III. 1. Ceterum in hac belli qvæstione placuit gentibus, ut cepisse rem is intelligatur, qvi ita detinet, ut recuperandi spem probabilem alter amiserit, ut res persecutionem effugerit, ut loqvitur in simili qvæstione Pomponius. Hoc autem in rebus mobilibus ita procedit, ut capta dicantur, ubi intra fines, id est præsidia hostium †† perducta fuerint. Eodem enim modo res amittitur, qvo postliminio redit. Redit autem ubi intra fines imperii esse cœpit, qvod alibi (a) explicatur intra præsidia. Imo & aperte Paulus de homine dixit, amitti eum, ubi fines nostros excessit: & Pomponius captum bello explicat eum, qvem hostes ex nostris ceperunt, & intra præsidia sua perduxerunt: anteqvam enim in præsidia producatur hostium, manere civem.

†† h. L. c. 7. §. 1. n. 2. L. 44. Pomponius. D. de Acq. rer. dom. L. 19. Postliminium. § postliminio. 3. D. de Captiv. L. ult. ibid. L. Postliminii. 5. §. 1. in bello. d. tit.

2. Hominis autem & rei in hoc gentium jure eadem fuit ratio. Unde facile intellectu est, qvod † alibi dicuntur capta statim capientium fieri cum conditione aliqva, continuandæ scilicet eo usqve possessionis, debere intelligi. Cui conseqvens esse videtur, ut in mari naves (b) & res aliæ captæ censeantur tum demum, cum in navalia aut portus, aut ad eum locum, ubi tota classis se tenet, perducta sunt. nam tunc desperari incipit recuperatio; sed recentiori jure gentium inter Europæos populos introductū videmus, ut talia capta censeantur, ubi * per horas viginti qvatuor in potestate hostium fuerint.

(a) h. L. c. 9. §. 2. n. 1. †§ Item ea. 17. Inst. de Rer. Divis. L. 5. naturalē. §. item. 7. de Acq. rer. dom. Consulatu maris c. 283. & 287. Const. Gallicæ l. XX. tit. 13 art. 24.

***

Per horas viginti qvatuor) Etiam terra id observari discas è Thuano libro CXIII. in anno cIↃ IↃ XCV. Ex Germanicis legibus id venit, ad exemplum ejus,

(b) h. L. c. 9. §. 15. n. 1.

ejus, qvod de fera vulnerata constitutum apud ipsos non sine ratione fuerat, ut lege Langobardorum lib. I. Tit. XXII. §. 6. Idem in Anglia & Castellæ regno servari, ait Albericus Gentilis Hispanicæ Advocationis l. 3.

† h. l. c. 20. §. 12. n. 2. conf. h. c. 6. §. XI. Corn. de Lapide in Gen. c. XIV. Molina, disput. 118. L. 18. qvod meo. D. de Acq. vel Amitt. Poss.

IV. 1. At agri non statim † capti intelliguntur simul atqve infesti sunt, nam qvamqvam verum est, eam agri partem, qvam cum magna vi ingressus est exercitus ab eo interim possideri, ut à Celso notatum est. tamen ad eum, qvem tractamus, effectum non sufficit qvaliscunqve possessio, sed firma requiritur. Itaqve Romani agrum extra portam, qvem Annibal castris insidebat, adeo non amissum judicabant, ut eo ipso tempore nihilo minoris venierit, qvam ante †† veniset. Is ergo demum ager captus censebitur, qvi mansuris munitionibus ita includitur, ut nisi iis expugnatis parti alteri palam aditus non sit.

†††

Liv. Lib. XXVI. †† L. h. c. IX. §. 23.

At agri) Multa hujus farinæ videre poteris in *Dissert. de Postlimin. th.* 23. *& Siciliment. Postlimin. th.* 16. ad qvas nos remittimus.

2. Et hæc non minus probabilis videtur, nominis territorii origo à terrendis hostibus à Siculo Flacco allata, qvam illa Varronis à terendo, aut Frontini à terra, aut Pomponii Jurisconsulti à terrendi jure, qvod habent magistratus. Sic Xenophon libro de Vectigalibus, agri possessionem belli tempore ait retineri per munimenta, qvæ τείχη καὶ ἐρύματα ipse appellat.

h. c. §. XXVI.

V. Liqvet & hoc, ut res aliqva nostra belli jure fiat, requiri, ut hostium fuerit: nam, qvæ res apud hostes qvidem sunt, puta in oppidis eorum aut intra præsidia, sed qvorum domini nec hostium sint subditi: nec hostilis animi, ex bello acqviri non possunt, ut inter cetera Æschinis dicto jam loco ostenditur, Amphipolim, qvæ urbs esset Athenienſium, Philippi bello in Amphipolitanos ipsius Philippi non potuisse fieri. Nam & ratio deficit, & jus hoc mutandi per vim domini odiosius est, qvam ut produci debeat.

Consal. maris, c. 273.

VI. Qvare, qvod dici solet, * hostiles censeri res in hostium navibus repertas, non ita accipi debet, qvasi certa sit juris gentium lex, sed ut præsumtionem qvandam indicet, qvæ tamen validis in contrarium probationibus possit elidi. Atqve ita in Hollandia nostra jam olim, anno scilicet cIↃ ccc xxxviii. flagrante cum Ansiaticis bello, freqventi Senatu judicatum & ex judicato in legem transiisse comperi.

***

Hostiles censeri res in hostium navibus repertas.) Sed neqve amicorum naves in prædam veniunt ob res hostiles, nisi ex consensu id factum sit dominorum navis L. Cotem. 11. D. de Publicanis. Rodericus Zuarius libro de Usu maris, consilio 11. num. 6. Atqve ita interpretandas puto leges Galliæ, qvæ ex rebus naves, ex navibus res prædæ subjiciunt, qvales sunt Franciſci I. datæ anno cIↃ IↃ XLIII. cap. 42. Henrici III. anno cIↃ IↃ LXXXIV. mense Martio, capite 69. Lex Portugallica libro 1, tit. XVIII. Atqvi

res

res ipsæ solæ in prædam veniunt, Meursius Danicorum libro II. Sic bello Venetorum cum Genuensibus pertentatæ Græcorum naves & extracti, si qvi hostium laterent. Gregoras libro IX. vide & Crantzium Saxonicorum II. & Albericum Gentilem advocationis Hispanicæ l. 20.

VII. 1. Illud vero extra controversiam est, si jus gentium respicimus, qvæ hostibus per nos erepta sunt, ea non posse vindicari ab his, qvi ante hostes nostros ea possederant & bello amiserant: qvia jus gentium hostes primum dominos fecit dominio (a) externo, deinde nos: qvo jure inter alia tuetur se Jephthes contra Ammonitas, qvia ager ille, qvem Ammonitæ vindicabant, belli jure ab Ammonitis, ut & pars alia à Moabitis ad Amoræos, ab Amoræis ad Hebræos transisset. * Sic & David, qvod ipse Amalecitis, Amalecitæ antea Palæstinis eripuerant, pro suo habet ac dividit.

(a) h. c. §. 2. n. 1. §. 27. c. 10. §. 5. n. 1. L. 3.
(b) L. I. c. II. §. 2. n. 2. L. II. c. IV. §. 2. Jud. XI, 23. 24. 27. 1. Sam. XXX. 20.

***

Sic & David) Sic Resin Rex Syriæ Elotham urbem, qvæ Idumæorum fuerat, non Idumæis, sed Syris tradidit habitandam, secundum lectionem Masoreticam II. Reg. XVI. 6.

†††

Ea non posse vindicari) Maxima subest diversitas inter res mobiles furto vel rapinâ, & vi apertâ hostili ereptas. *Illas*, utpote vitio reali affectas, *L. 1. C. de Furt. L. 23. C. de R. V. L. 16. C. de Eviction.* omnimodò à pristinis suis dominis vindicari posse, indubitatum est, qvò facit Reuter-Bestallung *art. 93. Rubr.* Plünderung und Schätzung der armen Leute im Reich / *Ann. 1570.* zu Speyer. *Hæ* verò in dominium occupantis abeunt, adeoqve in prædâ sunt, *L. si qvid. 28. D. de Captiv. & Postlimin. §. item ea. 17. Instit. de Rer. Divis. ibiqve Schneidevv. num. 2. in fin. & Gloss. I Veichb. Sax. art. 2. pag. 4.* nec ab antiqvis suis possessoribus (ne qvidem refuso pretio, ut tamen opinatur *Gothofred. ad L. in bello. 12. §. si qvis servum. 7. D. de Captiv.* Multo minus absqve pretio, qvemadmodum voluit *Finckelthus. observ. 56.* cui satisfactum per ea, qvæ habentur in *Dissert. Paraphrast. ad Grot. L. 2. c. 10. §. 9. th. 32. & seqq.*) repeti Jure Gentium, & Civili, qveunt. Ceterum moribus aliud introductum sæpius esse lubenter confitemur, adeò, ut emtor subditus per modum utilis negotiorum gestoris sese habere tunc dicatur, uti de observantia in Terris Saxonicis docent *Carpzov. Ipr. Forens. p. 4. c. 35. d. 8. cum Pingiz. q. 49. n. 6. Menoch. 5. Præsumpt. 29. num. 28.*

2. Titus Largius apud Dionysium Halicarnassensem in Senatu Romano, * cum Volsci olim possessa repeterent, sententiam sic dixit: ὅτι ῥωμαῖοι καλλίστας ὑπολαμβάνομεν κτήσεις εἶναι καὶ δικαιοτάτας, ἃς κατάσχωμεν πολέμῳ λαβόντες καὶ νόμῳ, καὶ οὐκ ἂν ὑπομείναιμεν μωρία τὴν ἀρετὴν ἀφανίσαι κοινωνητέον τε πᾶσι καὶ τοῖς ἐκ τούτων γενομένοις καταλιπεῖν ἀγωνιούμεθα, νῦν δὲ ὑπαρχόντων ἤδη στερησόμεθα καὶ ἑαυτοὺς ὅσα πολεμίους βλάψομεν; *Romani nos honestissimas eas atqve justissimas credimus possessiones, qvas belli lege captas habemus: neqve vero induci possumus, ut stulta facilitate deleamus virtutis monumenta, si eas illis reddamus, qvibus semel perierunt. Imo vero tales possessiones non tantum cum his, qvi nunc vivunt, civibus nostris communicandas, sed & posteris relinqvendas censemus: tantum abest, ut parta relinqvendo in*

Lib. VI.

nos ipsos ea constituamus, quæ in hostes constitui solent. & in responso Romanorũ Auruncis dato: ἡμεῖς οἱ ῥωμαῖοι δικαιοῦμεν ὅσα κτᾶται τις ἀρετῇ πολεμίους ἀφελόμενος ταῦτα τοῖς ἐγγόνοις ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι: *nos Romani ita arbitramur, quæ quis hostibus erepta virtute quæsivit, ut optimo jure propria ad posteros transmitti.* Alibi in responso ad Volscos sic Romani: ἡμεῖς δὲ κρατίστας ἡγούμεθα κτήσεις ἃς ἂν πολέμῳ κρατήσαντες λάβωμεν, οὔτε πρῶτοι καταστησάμενοι νόμον τόνδε, οὔτε αὐτὸν ἀνθρώπων ἡγούμενοι εἶναι, μᾶλλον ἢ οὐχὶ θεῶν, ἅπαντάς τε καὶ ἕλληνας καὶ βαρβάρους εἰδότες αὐτῷ χρωμένους, οὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν οὐδέν, οὐδ' ἂν ἀποστείημεν ἔτι τῶν δορυκτήτων πολλὴ γὰρ ἂν εἴη κακότης, εἴ τις ἃ μετ' ἀρετῆς καὶ ἀνδρείας ἐκτήσατο, ταῦτα ὑπὸ δειλίας τε καὶ μωρίας ἀφαιρεδείη: *Nos autem optimum judicamus possessionis genus, quod belli jure captum quæsitumq; est. Cumq; non à nobis hoc jus sit institutum, sed a Diis verius, quam ab hominibus profectum, omniumq; gentium, tam Græcarum quam barbararum, usu probatum, nihil vobis per ignaviam concedemus, nec bello partis absistemus. Maximum enim id probrum foret, quæ virtute ac fortitudine quæsita sunt, ea per formidinem aut stuporem amittere.* Sic & in responso Samnitum: πολέμῳ κρατησάντων ἡμῶν ὅπερ ἐστὶ νόμος κτήσεως δικαιότατος. *Cum armis hæc quæsierimus, quæ lex acquirendi justissima est.*

In exc. legat.

* * *

Cum Volsci) De Vejis idem in Romulo narrat Plutarchus: οὐίοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου φιδήνας ἀπαιτεῖν ὡς προσήκουσαν αὐτοῖς. τὸ δ' οὐκ ἄδικον ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ γελοῖον ὅτι κινδυνεύουσι τότε καὶ πολεμουμένοις οὐ προσαμύνοντες, ἀλλ' ἐάσαντες ἀπολέσθαι τοὺς ἄνδρας, οἰκίας, καὶ γῆν ἀπαίτοιεν ἄλλων ἐχόντων. *Veji principium belli faciebant postulationem, ut Fidenæ ipsis redderentur, velut ad quos pertinerent. verum id non injustum modo erat, sed & ridiculum, ut qui periclitantibus bellumq; gerentibus non subvenissent, sed ipsos homines sivissent perire, nunc domos & agros à bello possidentibus vindicarent.*

3. Livius, cum narrasset agrum prope Lucam à Romanis divisum, eum agrum sic notat: *De Ligure captus is ager fuerat: Ethruscorum, antequam Ligurum, fuerat.* Hoc jure à Romanis retentam Syriam Appianus notat, nec redditam Antiocho Pio, * cui eam eripuerat Tigranes, hostis Romanorum: & Justinus ex Trogo sic respondentem facit eidem Antiocho Pompejum, *ut habenti regnum non ademerit, ita quo cesserit Tigrani, non daturum, quod tueri nesciat.* Sed & eas * Galliæ partes, qvas Gallis eripuerant Cimbri, Romani pro suis habuere.

Lib. XII.

Mithrid. Civil. 1.

Lib. XL.

* * *

Cui eam eripuerat Tigranes) Appianus sic: ὅτι τοὺς Σελευκίδας ὑπὸ τοῦ Τιγράνους ἐκπεσόντας οὐκ εἰκὸς ἦν ἔτι Συρίας ἄρχειν μᾶλλον ἢ Ῥωμαίους Τιγράνην νενικηκότας. *non æquum esse Seleucidas à Tigrane ejectos potius Syriam tenere, quam victores Tigranis Romanos.* Et alibi: ἡγούμενος τὸν κρατήσαντα Ἀντιόχου τῆς γῆς

τῆς ἀπελάσας ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τόδε προσεκτῆσθαι. *Credebat se, cum victorem Antiochi ea terra expulisset, hoc ipso eam terram acquisivisse Romanis.* Ipse Antiochus apud Polybium in Excerptis legationum num. 72. ἡγούμενος τὴν κατὰ πόλεμον ἰσχυροτάτην καλλίστην εἶναι κτῆσιν. *arbitrabatur, eam, quæ bello fieret, firmissimam & honestissimam esse possessionem.*

Galliæ partes) & Franci agros Italiæ à Gotthis acceptos Romanis non reddiderunt; Procopius Gotthicorum IV. vide qvæ dicit rex Svediæ apud Thuanum libro LXXVI. in anno cIↃ IↃ LXXXII.

VIII. Gravior disputatio est, cui in bello publico ac solenni res hostium acqviratur, ipsine populo, an singulis, qvi de populo aut in populo sunt? Valde enim hic variant recentiores Juris interpretes; qvorum pleriq;, cum in jure Romano legissent, capta capientium fieri, in Canonum autem corpore distribui prædam publico arbitrio; alii post alios, ut fieri solet, dixerunt, primo ac jure ipso fieri capta singulorum, qvi manu capiunt; attamen duci assignanda, qvi inter milites distribuat: qvæ sententia, cum recepta non minus, qvam falsa sit, hoc accuratius à nobis refutanda est, ut specimen sit, qvam parum tutò in hoc controversiarum genere tali auctoritati credatur. Enimvero dubitandum non est, qvin gentium consensu utrumvis potuerit constitui, aut ut capta populo bellum gerenti, aut ut cuivis, qvi manu caperet, in dominium cederent. Sed, qvid voluerint, qværimus, & dicimus gentibus placuisse, ut res hostium hostibus essent non alio loco, qvam qvo sunt res nullius, ut ex Nervæ filii dicto jam antea apertum fecimus.

IX. 1. At res, qvæ nullius sunt, fiunt qvidem capientium, sed tam eorum, qvi per alios, qvam qvi per se capiunt. Ita non servi tantum aut filii, sed & liberi homines, qvi in piscando, aucupando, venando, margaritas legendo operam suam addixerunt aliis, statim, qvod acceperunt, acqvirunt ipsis, qvibus operam navant. Modestinus Jurisconsultus recte dixit: *qvod naturaliter acqviritur, sicuti est possessio, per qvemlibet volentibus nobis possidere acqvirimus*: & Paulus receptis: *Possessionem acqvirimus animo & corpore*: animo *utiq; nostro*, corpore *vel nostro vel alieno*. Idem ad edictum: *Per procuratorem, tutorem, curatoremve possessio nobis acqviritur*, qvod explicat, si id ea mente faciant, ut operam nobis accommodent. Sic apud Græcos, qvi in Olympiis certabant, præmia acqvirebant iis, à qvibus mittebantur. Ratio est, qvia naturaliter homo hominis alterius volens volentis instrumentum est, ut & alibi † diximus.

2. Qvare discrimen, qvod traditur inter liberas personas & serviles circa acqvisitiones, juris est civilis, & ad civiles acqvisitiones proprie pertinet, ut ex dicto Modestini loco apparet: & tamen has ipsas Severus Imperator postea ad naturalium exemplum admovit propius, non utilitatis tantum, ut ipse pro-

Cujac. 19. observ. 17. Bart. ad L. 28. Si qvid bello. D. de Capt. Alex. & Jas. L. 1. D. de Acq. poss. Angel. Inst. de Rer. divis. §. 17. item ea, qvæ ex hostibus. Panorm. ad c. sicut. 29. X. de Jurejur. n. 7. Thom. Gram. Decis. Neap. 71. n. 17. Martin. Laud. de Bello, q. 4. Covarr. ad c. peccatum. p. 2. §. 11. n. 6. L. ea qvæ. 52. D. de Acq. Rer. dom. Lib. V. tit. 2. L. 1. §. 20. per procur. D. de Acq. poss. L. qvæcunq;. 11. D. de Oblig. L. 38. stip. §. 17. alteri. de Verb. oblig. L. 1. C. Per qvas pers. cuiq; acq. potest. & c. 72. qvi facit. de Reg. Jur. in 6.

† L. I. c. V. §. 3. L. II. c. 5. §. 27.

§. ex his 5. Inſt. Per quas perſ. c. acq.

profitetur, ratione, ſed & Jurisprudentiæ. Semoto ergo civili jure locum habet, qvod dicitur, per alium facere qvem poſſe, qvod per ſeipſum poteſt; & perinde eſſe, per ſe qvis faciat, an per alium.

L. 3. c. 13. §. 1. ſeqq. Liv. XXX.

X. Diſtingvendum ergo in noſtro negotio inter actus vere publicos belli, & inter actus privatos, qvi fiunt occaſione belli publici: per hos actus privatis res qværitur primo ac directe: per illos actus populo. Ex hoc gentium jure Scipio agit cum Maſiniſſa apud Livium: *Syphax Populi Romani auſpicio victus captusq; eſt. Itaq; ipſe, conjux, regnum, ager, oppida, homines qvi incolunt, qvicqvid deniq; Syphacis fuit, præda populi Romani eſt.* Nec aliter Antiochus Magnus argumentabatur, Cœlen Syriam Seleuci factam, non Ptolemæi, eo qvod Seleuci bellum fuiſſet, cui Ptolemæus navaſſet operam. Hiſtoria eſt apud Polybium qvinto.

†††

Privatis res qværitur) Diſſentit *Dn. Struv. S. J. C. Ex. 41. th. 18.* cum ſemper auctoritate publicâ debeat conſtare occupatio, & adæqvatè ratione belli decreti fieri.

Confer. h. c. §. IV.

XI. 1. Res ſoli niſi publico actu, inducto exercitu, impoſitis præſidiis, capi non ſolent: ideo, ut reſpondit Pomponius, *publicatur ager qvi ex hoſtibus captus ſit*: id eſt, ut ibidem exponit, *præde non cedit*: prædæ nomine ſtrictè accepto. Salomo prætorii præfectus * apud Procopium: ὡς τὰ μὲν αἰχμάλωτα καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς λάφυρα ἴέναι, οὐκ ἀπεικὸς εἶναι. Τὴν μὲν τοι γῆν βασιλέι τε καὶ τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ προσήκειν. *Captivos ſane & res alias militibus prædæ loco cedere, ratione non carere* (accipiendum hoc, ut fiat publico conceſſu, qvemadmodum infra † exponemus) *agros autem ad Principem & imperium Romanum pertinere.*

† h. c. §. 17. ſeqq.

***

Apud Procopium) Vandalicorum II. vide & ibi ſeqventia. Etiam Severus ſola ab hoſtibus capta limitaneis ducibus & militibus donavit; Lampridius notat. In fœdere Helvetico eſt, ut oppida & arces captæ communitati pagorum cedant, apud Simlerum multis locis.

L. 11. Luc. Titius. D. de Evictionibus. L. 15. item ſi verb. §. 1. D. de Rei vind.

2. Sic * apud Hebræos & Lacedæmonios ager manu captus ſortito divifus eſt. Sic Romani captos agros aut locandos retinuerunt, interdum modico veteri poſſeſſori honoris gratia relicto, aut diſtraxerunt, aut aſſignarunt colonis, aut fecerunt vectigales: qvarum rerum paſſim in Legibus, hiſtoriis, & agrimenſorum commentariis teſtimonia exſtant. Appianus libro primo belli civilis: Ῥωμαῖοι τὴν Ἰταλίαν πολέμῳ χειρούμενοι, γῆς μέρος ἐλάμβανον: *Romani cum Italiam armis ſubegiſſent, victos parte agri multarunt.* & ſecundo libro: τῶν δὲ πολεμίων ὅτε προσπέσοιεν, οὐδὲ τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο ἀλλ' ἐμερίζοντο. *Etiam victis hoſtibus terram non omnem adimebant, ſed partiebantur.* Notat Cicero oratione pro Domo ſua ad Pontifices, conſecratos interdum ad Imperatore agros de hoſtibus captos, ſed populi juſſu.

Apud

***

Apud Hebræos) Apud eosdem de agro, qvi bello captus esset rex tantum ferebat, qvantum singulæ tribus; notatum id Digestis Thalmudicis titulo de rege.

†††

Populi jussu) Referatur hûc Campus Martius, ex agris Tarqvinii Deo Marti consecratus, apud *Liv. Lib.* 2. *A. U. C. cap.* 5. Inter freqventius erat agros ab hoste captos per locationem ad longum tempus, imò etiam jure emphyteutico, aliis concedere, ut benè monuit *Grotius*.

XII. 1. At res mobiles & se moventes aut in ministerio publico capiuntur, aut extra illud. Si extra ministerium publicum, fiunt singulorum capientium. Et huc referendum est Celsi illud: *qvæ res hostiles apud nos sunt, non publicæ sed occupantium fiunt.* Qvæ apud nos sunt, id est, bello orto apud nos deprehenduntur. Nam idem & in hominibus observabatur, qvo tempore homines hac in parte rebus captis accensebantur. Insignis est in eam rem Tryphonini locus, *Verum in pace qvi pervenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum servi efficiuntur apud qvos jam hostes suo †† fato* (ita legendum, non facto aut pacto, ut habent † libri) *deprehenduntur.* fato hoc adscribit Jurisconsultus, qvia *nullo suo merito in servitutem deveniunt: nam talia fato adscribere tralatitium est. Tale illud Nævii: *Fato fiunt Romæ Metelli consules*, id est sine suo merito. L. 51. transtugam. §. 1. D. de Acq. Rer. dom. L. in bello. 12. D. de Capt. & postl. †† h. L. c. 7. §. 1. n. 2. † Pandect. Florent.

***

Nullo suo merito) Sic & hæc duo opponit Servius ad Æneidos 1. v. 36. *Aclefatis. Laborat Virgilius nil Trojanorum meritis, sed omnia fatis asscribere.*

2. Indidem venit, qvod siqvid milites capiunt non in procinctu, aut in eo, qvod facere jubentur, sed in eo, qvod promiscuo jure, aut solo permissu, faciunt, id statim sibi acqvirunt: capiunt enim non ministri. Talia sunt spolia, qvæ detrahuntur hosti in dimicatione singulari: talia etiam, qvæ procul ab exercitu (extra decem millia passuum dicebant Romani, ut mox † videbimus) in liberis & injussis excursibus capiunt: qvod genus prædæ Itali hodie corrariam vocant, & à butino distinguunt. † h. c. §. 23. n. 3. Salic. in L. ab hostibus. 2. C. de Postlimin.

XIII. Sed qvod diximus, jure gentium talia singulis directe acqviri, intelligendum est, ut id juris gentium sit ante omnem ea de re legem civilem. nam populus qvisqi inter suos aliter potest constituere, & dominium singulorum antevertere, sicut multis in locis de feris & avibus factum videmus. Sic enim introduci etiam lege potest, ut, qvæ apud nos reperiuntur hostium res, publicæ fiant. Gram. Decis. Neap. 71. n. 18.

XIV. 1. At de his, qvæ qvis actu bellico capit, alia est ratio. Ibi enim singuli reipublicæ personam sustinent, ejusqve vice funguntur, ac proinde per eas populus, si lex civilis aliud non statuat, ut possessionem, ita & dominium, nanciscitur, & id, in qvos vult, transfert. Qvod qvia directe pugnat cum

vulgari opinione, probationes nobis video ſolito largius admetiendas ex nobilium populorum exemplis.

2. Incipiam à Græcis, qvorum morem Homerus non uno loco deſcribit:

Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπεράθομεν, τὰ δέδασται.
Omnia jam deviſa, qvibus ſpoliavimus urbes.

Apud eundem Poëtam Achilles, de urbibus agens, qvas ipſe expugnaverat,

Τάων ἐκ πάντων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
Ἐξελόμην, καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον
Ἀτρεΐδῃ, ὁ δ' ὅπποθι μοῦνον ἀπεχθήσαιτο θοῇσι
Δεξάμενος δὴ πυρὰ δαπύσσεται, πολλὰ δὲ ἔχεσκε.
Omnibus his ingens pretio numeroq; ſupellex
Noſtrâ rapta manu: Regi, ſed victor Atridæ
Cuncta tuli, celeres reſidens qui pone carinas
Divideret cum pauca aliis, ſibi multa tenebat.

Spectandus enim hîc Agamemnon, partim ut totius Græciæ eo tempore princeps, atqve ita Populi gerens vicem: qvo jure ipſe, ſed cum Senatu, prædam dividebat: partim ut munere fungens imperatorio, ac proinde de communi partem ceteris majorem ferens. Eum ipſum Agamemnonem ſic alloqvitur idem Achilles:

Οὐ γὰρ σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὐ ναιόμενον πτολίεθρον.
Nam neq; me tecum prædæ pars æqua ſequetur,
Si Danaûm virtus Trojanam everterit urbem.

Et alibi Achilli offert Agamemnon de conſilio publico navem plenam æris & auri, & viginti mulieres, qvæ præcipiat de præda. Troja jam capta, Virgilio narrante,

Æn. II. v. 762. *Cuſtodes lecti Phœnix & dirus Ulyſſes*
Prædam aſſervabant: huc undiq; Troja gazæ
Incenſis erepta adytis, menſæq; Deorum,
Crateresq; auro ſolidi, captivaque veſtis
Congeritur.

Plut. Ariſtide. Herod. L. IX. Sic poſterioribus temporibus prædam Marathoniam aſſervat Ariſtides. Poſt prælium ad Platæas ſevere edictum, ne qvis de præda privatim qvicqvam tolleret: deinde præda pro populorum meritis diſtributa. Athenis poſtea devictis in publicum relata à Lyſandro præda. Et publici officii nomen * apud Spartanos, *λαφυροπῶλαι prædæ venditores.*

Plut. Lyſandr.

***

Apud Spartanos) Ageſilao in Aſia agente caſtris Pharnabazi captis Spithridates ſubtraxerat prædam; inqviſitione ab Eriſpida Lacedæmonio inſtituta aufugit.

3. Si

3. Si ad Asiam venimus, Trojani soliti, ut docet nos Virgilius, *præda dutare sortem*, ut in rebus communibus dividendis fieri solet. Alias arbitrium ejus dividendæ penes imperatorem, qvo jure Hector Doloni, id expresse stipulanti, promittit eqvos Achillis, ut intelligas jus acqvirendi dominii in captura sola non fuisse. Ad Cyrum, Asiæ victorem, nec minus ad Alexandrum postea, perlata præda. Si Africam respicimus; idem mos occurrit. Sic qvæ Agrigenti capta, qvæqve in pugna Cannensi, & alibi, Carthaginem missa. Apud Francos veteres, ut ex Gregorii Turonensis historia apparet, qvæ capta erant, * forte dividebantur: neqve rex ipse aliud habebat de præda, qvam qvod sors ipsi addixisset. Lib. IX. Æn. v. 268. Homer. Il. X. Eurip. Rhesо. Plinius Libro XXIII, c. 3. Plut. Alex. Curt. Diod. Libro XVII. Strabo l. XV. Dod Lib. XIII. Liv. L. XXIII. Greg. Tur. L. II. c. 27.

* * *

Sorte dividebantur) Habes hoc apud Turonensem lib. II. c. 27. Aymonium lib. I. c. 12. & in epitome edita à Frehero cap. 9. Mos idem & aliarum gentium vetus. Servius ad illud Æneidos III. v. 323. *Sortitus non pertulit ullos: qvia captivi & prædæ inter victores sorte dividebantur.* ut: *Et prædæ ducere sortem.* de prædæ collatione in commune, & expurgatione per juramentum apud Svedos & Gotthos Johannem Magnum vide libro XI. cap. 11.

4. Sed qvanto re militari Romani ceteris præstiterunt, tanto sunt digniores, qvorum exemplis immoremur. Dionysius Halicarnassensis morum Romanorum diligentissimus observator, ita nos hac de re docet: Ὅσα ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα, ὅσοι ἂν ἡμῖν ὑπάρχῃ τυχεῖν δι' ἀρετὴν, δημόσια εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ τοῦτο οὐχ ὅπως τῆς ἰδιώτης γίνεται κύριος, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς δυνάμεως ἡγεμών. ὁ δ' ταμίας αὐτὰ φυλακῇ ἀπεμπολεῖ, καὶ εἰς δημόσιον ἀναφέρει. *Qvæcunq; ex hostibus per virtutem capta sunt, ea lex jubet publica esse, ita ut non modo privati eorum domini non fiant, sed ne ipse qvidem imperator exercitus. verum qvæstor illa accipit, & vendita in publicum refert.* Verba hæc sunt eorum, qvi Coriolanum incusant, nonnihil ad invidiam composita.

XV. Nam * populum dominum esse prædæ verum erat: sed illud non minus verum, * ejus dispensandæ arbitrium imperatoribus, libera Republica, permissum † fuisse, sed tale, ut actus sui rationem Populo deberent. L. Æmilius apud Livium: *captas non dedatas diripi urbes, & in his tamen arbitrium esse imperatoris, non militum.* Sed hoc arbitrium, qvod mos deferebat imperatoribus, ipsi interdum, qvo longius ab omni suspicione essent, rejiciebant ad Senatum, ut Camillus. & qvi retinebant, prout religioni, famæ, ambitioni serviebant, diverso modo usi reperiuntur. † L. 3. c. 11. §. 9. n. 1. Lib. XXXVII. Liv. Lib. V.

* * *

Populum dominum esse prædæ verum erat) Vide & hac de re Simlerum in Helveticis.

Ejus dispensandæ arbitrium Imperatoribus libera Republica permissum fuisse) Polybius in Excerptis Peirescianis de L. Æmilio Paulo: κύριον ἡγούμενον αὐτὸν

αὐτὸν πάσης βασιλείας καὶ λαβόντα τὴν ἐξουσίαν ὡς βούλεται χρήσεσθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι: cum dominus factus esset regni integri, possetq́; cuncta disponere suo arbitratu, nihil eum concupisse.

XVI. 1. Qvi sanctissimi esse aut credi volebant, *prædam non attingebant omnino, sed sive pecunia erat in præda, eam jubebant à qvæstore populi Romani percipi; sive res aliæ, eas per qvæstorem sub hasta venumdari: ubi redactam pecuniam manubiarum nomine significatam Favorinus apud
Lib. XIII. c. 23. Gellium sensit. Hæc pecunia per qvæstorem in ærarium deferebatur, prius tamen, si res triumphi esset, ostentata publice. Livius libro IV. cap. LIII. de C. Valerio Consule: *Prædæ ex assiduis populationibus, qvod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliqvantum: venditum sub hasta Consul in ærarium redi-*
Lib. II. *gere qvæstores jussit.* Idem fecit Pompejus, de qvo hæc sunt Velleji verba, *Pecunia Tigranis, * sicut Pompejo moris erat, redacta in qvæstoris potestatem ac pu-*
Lib. II. Epist. 7. *blicis descripta literis.* Ita & M. Tullius, qvi sic de ipso in literis ad Sallustium, *De præda mea præter qvæstores urbanos, id est populum Romanum, teruntium nec attigit: nec tacturus est qvisqvam.* Atqve id antiqvis & melioribus temporibus fuit maxime usitatum, qvo Plautus respiciens sic ait:

Nunc hanc prædam omnem jam ad qvæstorem deferam.

Et de hominibus captivis similiter:

Qvos emi de præda de qvæstoribus.

***

Prædam non attingebant omnino) Manius Curius juravit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum qvo sacrificaret. Scriptor vitæ virorum illustrium de Mummio agens: *Corinthum signis tabulisqve spoliavit, qvibus cum totam replesset Italiam, in domum suam nil contulit.* de nominato modo Æmilio Paulo Plutarchus: *οὐδενὸς δ' ἧττον αὐτοῦ τὴν ἐλευθεριότητα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπῄνουν οἱ ἄνθρωποι, πολὺ μὲν ἀργύριον, πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένον οὐδ' ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδόντος. Nec minus liberalitatem ipsius & animi magnitudinem prædicabant homines, qvod congestam ex regis opibus auri argentiq́; vim magnam nec inspicere voluisset, sed qvæstoribus in publicum deferendam dedisset.*

Sicut Pompejo moris erat) ut plurimum. vide qvod seqvente paragrapho ex Lucano adducetur.

Liv. Lib. I. 2. Sed alii sine qvæstore ipsi prædam vendebant & referebant in ærarium, qvod & ex Halicarnassensi seqventibus verbis colligere est. Sic à Tarqvinio Rege jam olim victis Sabinis prædam & captivos Romam missos legimus.
Liv. Lib. III. Sic Romulius & Veturius consules narrantur, prædam vendidisse ob ærarii penuriam, ægre id ferente exercitu. Sed cum passim id occurrat, qvantum ducum qvisqve ex triumphis Italicis, Africanis, Asiaticis, Gallicis, Hispanicis in ærarium per se aut qvæstorem retulerit, exempla congerere nihil est opus.

Illud

Illud magis notandum, datam prædam, aut ejus partem, interdum diis, interdum militibus, interdum & aliis. Diis aut res ipsæ datæ, ut spolia, qvæ Romulus Jovi Feretrio (a) suspendit; aut redacta inde pecunia, ut ex Pometinis manubiis Superbus templum Jovis in monte Tarpejo statuit. Dion. Halic. Lib. II. Liv. L.I. (a) h.c.§.1.n.1.

XVII. 1. Militibus prædam dare priscis Romanis ambitiosum videbatur: uti Sextus Tarqvinii Superbi filius, sed Gabiis profugus, prædam militi dilargitus dicitur, ut eo modo potentiam sibi conciliaret. Appius Claudius in Senatu similem largitionem arguit, ut non novam, prodigam, inconsultam. Liv. d. lib. Liv. L.V.

Præda autem militi concessa aut dividitur, aut diripitur. Dividi potest aut ratione stipendiorum, aut * ratione meritorum. Stipendiorum ratione dividi prædam Appius Claudius volebat, si illud obtinere non posset, ut redacta inde pecunia in ærarium deferretur. Totum autem dividendi ordinem accurate explicat Polybius: nempe in dies aut vigilias partem exercitus alteram, aut minorem, ad comportandam prædam mitti solitam: &, qvod qvisq; reperisset, id jussum in castra perferre, ut per tribunos æqvaliter divideretur, vocatis ad partem etiam his, qvi castra servarent, (qvod & apud † Hebræos Regi Davidi placuisse, & inde in legem transiisse legimus) qviqve per valetudinem aut delegata ministeria aberant. D. loco. Lib. X. † h. c. §. 24. n. 3. Seld. de J. Hebr. L. 6. c. 16. 1. Sam. xxx. 24.

***

Ratione meritorum) Id apud Hebræos factum docet Josephus libro III. antiqvæ historiæ. Liv. L. XIV. Ibid.

2. Interdum non ipsa præda, sed redacta inde pecunia prædæ loco, militibus donata, qvod sæpe in triumpho fiebat. Proportionem hanc invenio, simplex pediti, duplex centurioni, triplex eqviti datum. Interdum simplex peditieqviti, duplex. Alias simplex pediti, duplex centurioni, * tribuno & eqviti qvadruplex. Meritorum etiam sæpe habita ratio, sicut Marcius, qvod fortiter fecisset, * ex præda Coriolana donatus est à Posthumio. Ibid. Suet. Cæs. c. 38. & App. II. Civil. Liv. d. Lib.

***

Tribuno & eqviti) Tribuno & præfecto eqvitum ait, Appianus Civilium II.

Ex præda Coriolana) Vide Plutarchum Coriolano.

3. Utrovis modo fieret divisio, * licebat imperatori ἐξαίρετον; hoc est præcipuum sibi accipere qvantum vellet: id est, qvantum æqvum arbitraretur: qvod & aliis interdum, virtutis ergo, concessum. Euripides Troadibus, de nobilioribus feminis Trojanis agens, ait:

τοῖς πρώτοισιν ἐξῃρημένᾳ
σέθεν.
Qvæ Principibus eximiæ datæ
Erant Achivis:

Et de Andromacha,

Καὶ τὴν δὴ Ἀχιλλέως ἔλαχε παῖς ἐξαίρετον:
Accepit illam Pyrrhus eximiam sibi.

Ascanius de equo apud Virgilium l. IX. Æn. v. 270.

Ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes
Excipiam sorti.

Pausaniæ post in Platæis prælium eximia data, mulieres, equos, camelos, narrat Herodotus. Sic Ocrisiam Corniculanam præcipuam accepit rex Tullius. *Fabricius apud Halicarnassensem in oratione ad Pyrrhum: ἐκείνων δορυκτήτων ἐξὸν μοι λαβεῖν ὁπόσα βούλομαι: *ex his, quæ bello erant capta, licebat mihi, quantum vellem, excipere.* Isidorus, huc respiciens, ubi de jure agit militari, *præda*, ait, *decisio, & pro personarum qualitatibus ac laboribus justa divisio, ac principis portio.* Tarquinius Superbus, ut apud Livium est, & ipse ditari volebat, & delinire præda popularium animos. Servilius in oratione pro L. Paulo ait, eum præda partienda locupletem se facere potuisse. Et hanc imperatoris portionem sunt, qui potius significatam volunt manubiarum nomine, quos inter est Asconius Pedianus.

Lib. IV.

Lib. I. Liv. lib. XIV.

***

Licebat Imperatori) Vide Leunclavium in Turcicis.

Quod & aliis interdum virtutis ergo concessum) Sic Nestor feminam possidebat ----- ἦτοι Ἀχαιοὶ
ἔξελον.
----- *munere Grajûm*
Exceptam sorti.

Est id Iliados A. At O Iliadis Ξ Ulysses ait:

τὴν ἐξαίρετον Μηνοιτίου, πολλὰ δ' ἔπειτα
Λάγγαιον.
Eximiam accepi Menœtiæ, plurima deinde
Sorte tuli,

Euripides de Cassandra:

Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβε Ἀτρέως ἄναξ.
Sibi hanc Atrides major eximiam tulit.

de iis, quæ Athenensium duci Demostheni è præda ἐξηρέθησαν, præcipui jure data sunt, vide Thucydidem libro II.

Fabricius) cujus exemplum & sibi & militi proponit Julianus apud Ammianum libro XXIV.

III. Verr.

4. Sed laudatiores illi, qui jus suum remittentes nihil sibi de præda ceperunt, qualis is, quem dixi, Fabricius, ἢ ἐκ δικαίᾳ πλεῖστον ἐπαινεσθῆναι ἕνεκα δίξης, *etiam justè partas divitias præ gloria contemnens:* quo ipse se facere ajebat Valerii Publicolæ & aliorum paucorum exemplo: quos M. Porcius Cato imita-

Plut. M. Catone.

imitatus est in Hispaniensi victoria, negans qvicqvam ad se perventurum è bello captis, præter ea, qvæ in cibo ac potu insumsisset: addens tamen, non à se culpari imperatores, qvi concessas utilitates sumerent, sed malle se de virtute cum optimis, qvam de pecunia cum ditissimis certare. Proxime ad hanc laudem accedunt, qvi prædam modice delibarunt, ut Pompejus apud Lucanum à Catone laudatur, qvi

Plura retentis
Intulit.

Liv. Lib. IV. cap. LIX. Idem L. III.

5. In divisione interdum & absentium habita ratio, ut capto Anxure, constituit Fabius Ambustus: interdum ob causam qvorundam, qvamvis præsentium, non habita, ut Minutiani exercitus dictatore Cincinnato.

6. Qvod autem jus vetere Republica imperatores habuerant, id post occupatam Rempublicam ad Magistros militum translatum ex Codice Justinianeo apparet, ubi à gestorum insinuatione absolvuntur, donationes rerum mobilium vel se moventium, qvas magistri militum militibus præstant ex spoliis hostium, sive in ipsa bellorum occupatione, sive in qvibuscunq; locis degere noscerentur.

L. Si qvis pro redempt. 36. §. simili etiam modo 1. C. de Donat. Dion. L. VI. & VII.

7. Sed hæc divisio jam olim sæpe in calumniam patuit, qvasi duces ea ratione privatam gratiam captarent, qvo nomine accusati Servilius, Coriolanus, Camillus, qvasi amicis & clientibus de publico largientes. Ipsi contra se tuebantur publico bono, ἵνα οἱ συναράμενοι τὸ ἔργον τῶν πόνων καρπὸν κομισάμενοι προθύμως ἐπὶ τὰς ἄλλας στρατείας ἐκπορεύσιν: *ut qvi operi adfuerant, fructu laboris percepto ad alias expeditiones fierent promtiores*, qvæ Halicarnassensis in hanc rem verba sunt.

Liv. Lib. V. Dion. Hal. Lib. VII.

†††

Fierent promtiores) Eandem rationem ad §. *item ea, qvæ ex hostibus*. 17. *Inst. de Rer. Divis.* videlicet qvare res mobiles captæ capientium fieri debeant, allegant *Johann. Cas. lib. 1. Sphar. Civit. cap. 4. Carpz. cit. in not. ad h. c. §. 7. n. 1.*

Dion. L. IV.

XVIII. 1. Venio ad direptionem. ea militi concessa aut in populatione, aut post prælium oppidive expugnationem, ut signo dato discurreretur: qvod antiqvis seculis rarius, nec tamen exemplis caruit. Nam Svessam Tarqvinius militi diripiendam dedit: castra Æqvorum Q. Servilius Dictator: Vejos urbem Camillus: castra Volscorum Consul Servilius. Permisit & direptionem L. Valerius in agro Æqvorum, Q. Fabius fusis Volscis, captaq; Ecetra, † mox alii sæpe. Victo Perseo Paulus Consul spolia jacentis exercitus peditibus, equitibus prædam circumjacentis agri concessit. Idem ex Senatusconsulto diripiendas dedit militi * Epiri urbes. * Lucullus, victo Tigrane, militem à spoliis legendis diu inhibuit, mox, certa jam victoria, ius spoliandi hostes indulsit. Cicero de inventione primo inter modos acqvirendi dominii ponit, si qvid ex hostibus captum sit, * cujus prædæ sectio non venierit.

Liv. Lib. IV. Diony. L. IV. VI, IX, V. Liv. L. XIV. † h. c. §. 10. n. 2. Ap. Mithr.

Eripi

***

Eripi urbes) Et Athenas Sulla. Appianus Mithridatico.

Lucullus) Ab eo data diripienda militi Tigrano certa, narrat Plutarchus, ex spoliis datas singulis præterea drachmas octingentas. Severus Ctesiphontis prædam concessit militi: idem & tribunos, & duces, & ipsos milites habere jussit, qvæ per vicos diripuerant; Ælius Spartianus narrat. Mahumetes II. Constantinopoleos & prædam & mancipia promisit militi.

Cujus prædæ sectio non venierit) Varro sex modos numerat, qvibus dominus legitimus perficiatur: hæreditatis justæ aditionem, mancipationem, in jure cessionem, usucapionem, à præda sub corona venditionem, & ab auctione publica, cum bona cujusqvam sectione veneunt.

2. Qvi morem hunc improbant, ajunt, avidas in direptiones manus præripere fortium bellatorum præmia, cum ita ferme eveniat, *ut, qvi segnior sit, prædetur, at fortissimus qvisqve laboris periculiqve præcipuam partem petere soleat, qvæ sunt verba Appii apud Livium: unde non longe abit
Lib. VI. Ibid. Cyri illud apud Xenophontem: ἐν τῇ ἁρπαγῇ δ' οἶδ' ὅτι οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν. Sed contra dicitur, gratius id fore lætiusqve, qvod sua qvisq; manu ex hoste captum domum retulisset, qvam si multiplex accepisset alterius arbitrio.

***

Ut, qvi segnior sit, prædetur) Vide, qvæ jam nunc ex Procopio adferemus ad §. 24.

Lib. VI. 3. Interdum qvoqve concessa direptio, qvod impediri non posset. In expugnatione Cortuosæ Hetruscorum oppidi, narrante Livio, *publicari prædam tribunis placebat, sed imperium, qvam consilium, segnius fuit, jam militum*
Liv. L. xxxiix. *præda erat, nec nisi per invidiam adimi poterat.* Sic & Gallo Græcorum castra à C. Helvii agmine direpta legimus contra ducis voluntatem.

XIX. Qvod dixi, aliis interdum extra milites, prædam aut pecuniam è præda redactam concedi solere, id ferme ita contigit, ut his, qvi tributum ad
Dion. Hal. Lib. V. bellum contulerant, tantundem redderetur. Ludos qvoq; ex manubiis interdum instructos notes.

XX. 1. Neq; vero diversis tantum bellis aliter atq; aliter usurpatum, sed eodem bello eadem præda sæpe in usus diversos impensa, aut partibus divisis, aut rerum generibus distinctis. Si Camillus decimam ex præda * Appolini
Liv. L. V. Pythio dedit, Græcorum exemplo, sed qvod primitus ab Hebræis venerat; qvo tempore sub decima prædæ vota, non res moventes tantum, sed & urbem, & agros venire à pontificibus judicatum est. Eodem victore prædæ de
Ibid. Falisci pars maxima ad qvæstorem redacta est, haud ita multum militi da-
Lib. XXXIIX. tum. Sic & L. Manlius *prædam aut vendidit, qvod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura, ut qvam æqvissima esset, per milites divisit*, qvæ Livii verba sunt.

Apollini

***

Apollini) meminit & Appianus in Excerptis Peiresianis.

2. Genera, in qvæ præda dividi potest, sunt hæc: homines captivi, armenta, & greges, qvæ Græci, cum proprie loqvuntur λείας vocant, pecunia, res mobiles aliæ, pretiosæ aut viliores. Q. Fabius Volscis devictis λείας & spolia per qvæstorem vendi jubet: argentum ipse defert. Idem Volscis & Æqvis devictis captivos extra Tusculanos militi donat, & in agro Ecetrano † hominesac pecora diripienda concedit. L. Cornelius, Antio capto, aurum, argentum, æs in ærarium defert: captivos & prædam per qvæstorem vendit: militi ea permittit, qvæ ad victum & vestem pertinebant. Nec dissimile huic Cincinnati institutum, qvi, Corbione Æqvorum oppido accepto, pretiosiora prædæ Romam misit, cetera centuriatim divisit. Camillus captis Vejis, præter pecuniam, ex venditione captivorum nihil in publicum redegit; Hetruscis devictis, captivisq; venditis, ex ea pecunia aurum matronis, qvod contulerant, persolvit, pateras tres aureas in Capitolio posuit. Cosso dictatore, ex Volscis præda omnis, præter libera corpora, militi concessa est.

Dionys. Lib. 8.
Idem L. X.
† h. e. §. 18. n. 1.
Ibidem.
Liv. Lib. X.
Liv. Lib. V.
Dionysius Fragm. L. VI.

3. Fabricius, superatis Lucanis, Brutiis, Samnitibus, militem ditavit, tributa civibus reddidit, qvadringenta talenta * in ærarium retulit. Q. Fulvius & Appius Claudius, cum Hannonis capta essent castra, prædam vendiderunt, diviseruntq;, donatis qvorum opera fuerat singularis. Scipio capta Carthagine, qvæ in urbe erant dedit diripienda militi, excepto auro, argento, donariis. Acilius, capta Lamia, partim divisit, partim vendidit prædam. Cn. Manlius victis Gallogræcis, concrematis ex Romana superstitione hostium armis, ceteram prædam conferre omnes jussit, & aut vendidit, qvod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura, ut qvam æqvissima esset, in milites divisit.

Liv. Lib. XXXVII.
Liv. L. XXV.
App. Pun. Livius Lib. 37.
Idem Libro 38.

***

In ærarium retulit) Et Fabius pecuniam venditorum hominum capto Tarento, cùm prædæ reliqvum militibus despertisset.

XXI. 1. Ex his, qvæ diximus, apparet, non minus apud Romanos, qvam apud alias gentes plerasq;, prædam fuisse populi Romani, sed ejus dispensandæ arbitrium aliqvod Imperatoribus concessum, ita tamen, ut, qvod ante diximus, rationem actus sui populo deberent. qvod inter alia docet exemplum L. Scipionis, qvi damnatus est peculatus judicio, ut loqvitur Valerius Maximus, qvadringenta octoginta argenti plus accepisse, qvam in ærarium retulisset: & aliorum, qvos ante retulimus.

Lib. V. c. 3. & Liv. L. XIV.

2. M. Cato in oratione, qvam de præda scripsit, vehementibus atqve illustribus verbis, ut ait Gellius, de impunitate peculatus atqve licentiæ conqvestus est: ex qva oratione hoc exstat fragmentum: *Fures privatorum furtorum in nervo atq; compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atq; pur-*

Lib. II. c. 18. Prisc. libro 7. Verr. IV.

pura. Idem alibi dixerat, *mirari se, audere quemquam capta bello signa pro supellectile domi statuere.* Ita & Verri peculatus invidiam auget Cicero, qvod signum sustulisset, & qvidem captum de præda hostium.

3. Nec imperatores tantum, sed & milites peculatus prædæ nomine tenebantur, si nempe eam in publicum non detulissent: adigebantur enim omnes sacramento, ut ait Polybius, τοῦτο δ' μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς λαφυραγωγίας, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν καὶ τὸν ὅρκον: *nihil quemquam ex præda interversurum, sed fidem servaturos ex religione sacramenti.* Qod forte referri potLib. XVI. c. 4. est formula jurisjurandi apud Gellium, qva militi imperatur, ne qvid tollat in † h. c. § 12. n. 2. exercitu decemqve millia passuum † prope, qvod pluris sit nummi argentei, L. penul. ad L. aut, si sustulerit, ad Consulem proferat, aut triduo proximo profiteatur. Hinc Jul. pecul. intelligi potest, qvid sit, qvod Modestinus dicit: *Is, qui prædam ab hostibus surripuit, peculatus tenetur*: qvod vel unum satis esse debuit, ut juris interpretes moneret, ne ex hostibus capta singulis acqviri crederent, cum constet, L. 1 eod. tit. peculatum non esse, nisi in re publica, sacra, aut religiosa. Hæc omnia eo per† h. c. § 8. & 9. n. 2. cum seqq. tinent, ut appareat, qvod supra † diximus, semota lege civili, & primo, in bellicis actibus capta populi aut regis bellum gerentis fieri.

XXII. 1. Addidimus, semota lege civili, & primo sive directe: illud, qvia de rebus nondum actu qvæsitis lex ad utilitatem publicam potest imperare, sive lex illa lex populi est, ut apud Romanos, sive regis, ut apud Hebræos, & alibi. Sub legis autem nomine etiam consvetudinem recte introductam volumus comprehendi. Alterum illud eo pertinet, ut sciamus, sicut res alias, ita & prædam, posse à populo aliis concedi, nec tantum post acqvisitionem, sed & ante eam, ita ut subsecuta captura cõjungantur actiones brevi manu, ut loqvuntur Jurisconsulti: nec tantum ea concessio nominatim fieri potest, sed & in genere, ut viduis, senibus, & egentibus pupillis pars prædæ data est tem2. Mac. IIX. 28. 30. poribus Maccabaicis, aut etiam personis incertis ad exemplum missilium, qvæ Romani consules capientium faciebant.

2. Neqve vero hæc juris translatio, qvæ lege aut concessu fit, semper mera donatio est, sed interdum contractus, interdum aut solutio ejus, qvod debetur, aut remuneratio ob damna, qvæ qvis passus est, aut ob id, qvod ipse bello impendit, sive sumtu, sive opera; ut cum socii aut subditi nullo stipendio militant, ut non tali, qvod operæ respondeat. Nam ex his causis prædam aut omnem, aut ejus partem, concedi solitam videmus.

XXIII. Et illud qvidem tacita consvetudine ubiqve ferme inductum † L. 3. c. 23. § 9. Cald. conf. 87. Joh. Lupus de Bello 5. si bene advertat. Jas. in L. 97. 1d. qvod apud hoJurisconsulti nostri notant, ut sua faciant, qvæ capiunt † aut socii aut * subditi, qvi sine stipendio & suo sumtu suoqve periculo bellum gerunt. * Ratio in sociis est evidens, qvia naturaliter socius socio tenetur ad reparationem damnorum, qvæ ob negotium commune aut publicum eveniunt. Adde qvod opera qvoqve gratis præstari vix solet. *Sic medicis*, ait Seneca,

ca, † *pretium operæ solvi, quod deserviunt, quod à rebus suis avocati nobis vacant.* In oratoribus idem æqvum judicat Qvintilianus, qvia hæc ipsa opera tempusqve omne alienis negotiis datum facultatem aliter acqvirendi recidunt: qvod Tacitus dixit ‡ *omitti curas familiares, ut qvis se alienis negotiis intendat.* Credibile ergo est, nisi causa alia appareat, puta aut beneficentia mera, aut contrarius antecedens, * spem ex hostibus lucrandi spectatam in damni & operæ compensationem.

ſtes. de Legatis 1.
Franc. à Ripa in L. 1. de Acq. poſſ. n. 5. Covar. ad C. peccatū, p. 2. §. 11. Bon. fin. L. IV. dec. V.
† IV. de Benef. 15.
‡ Ann. IX.

***

Subditi, qvi sine stipendio & suo sumtu suoqve periculo bellum gerunt) Vide Cromerum a XIX. Polonicorum.

Ratio in sociis est evidens) Utitur eâ Amalasuntha in epistola ad Justinianum Gotth. I.

Spem ex hostibus lucrandi spectatam in damni & operæ compensationem) Vide Plutarchum Marcello.

XXIV. 1. In subditis id non æqve evidenter procedit: qvia hi operam civitati suæ debent: sed contra occurrit, qvod, ubi non omnes, sed aliqvi militant, his ipsis à copore civitatis retributio debetur ejus, qvod plus ceteris operæ aut sumtus impendunt, multoqve magis damnorum, in cujus retributionis certæ locum spes prædæ totius aut partis incertæ facile, nec sine ratione, conceditur. Sic Poëta,

Præda sit hæc illis, qvorum meruere labores.

2. * De sociis exemplum est in fedeře Romano, qvo Latini in prædæ partem æqvam admittuntur in iis bellis, qvæ populi Romani auspiciis gerebantur. Sic in bello, qvod Ætoli gerebant adjutoribus Romanis, Ætolis qvidem urbes & agri, Romanis autem captivi & res mobiles cedebant. Post victoriam de rege Ptolemæo partem prædæ Athenienſibus dedit Demetrius. Ambrosius historiam tractans Abrahami moris hujus æqvitatem ostendit: *Sane his, qvi secum fuissent, in adjumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanqvam mercedem laboris.*

Propert. Liv. L. IV. & XXIV. Dionys. L. VI. Polyb. L. XI. Plut. Demetr. Liv. L. XXIX. Lib. 1. de Abrah. c. 3.

***

De sociis exemplum est) Priscis Latinis tertias prædæ populus Romanus præstabat; Plinius lib. XXXIX. 5. Pro modo missi militis prædam partiuntur pagi Helvetici, teste Simlero: pro modo sumtuum partiti Pontifex, Imperator, Veneti, bello contra Turcam; Paruta IIX. Pomponius Armeniam minorem Dejotaro Galatiæ regi donavit, qvia socius belli Mithridatici fuerat.

Num XXII, 27. 47. 1. Sam. xxx, 22. & deinceps II. Mac. VII, 28. 29. Plut. Apoph. † h. e §. 17. n. 1. in fin.

3. De subditis exemplum est in populo Hebræo, apud qvem pars prædæ dimidia cedebat * his, qvi in procinctu fuerant. † Sic & Alexandri miles prædam privatis ereptam suam faciebat, nisi qvod eximia qvædam solitus esset ad regem referre: unde accusatos eos videmus, qvi ad Arbela conspirasse dicebantur, de præda omni ita sibi vindicanda, ut nihil in ærarium deferrent.

***

His qvi in procinctu fuerant) Pisidæ partem prædæ dabant his, qvi domos servarant; Chalcocondylas lib. V.

4. At qvæ publica hostium aut regis fuerant, exemta erant huic licentiæ. Ita legimus Macedonas, cum Darii castra ad Piramum amnem irrupissent, ingens auri argentiqve pondus diripuisse, nec qvicqvam reliqvisse intactum, *præter regis tabernaculum: *tradito more*, inqvit Curtius, *ut victorem victi regis tabernaculo exciperent*: unde non abit mos Hebræorum, qvi victi regis coronam regi imponebant victori: eidemqve assignabant (qvod in Thalmudicis Digestis legitur) regiam suppellectilem bello captam: & qvod in rebus gestis Caroli Magni legimus, cum is Hungaros vicisset, privatas opes militi, regias ærario cessisse. At apud Græcos λάφυρα erant publica, ut ante ostendimus, σκῦλα singulorum. Vocant autem σκῦλα ea, qvæ durante certamine eripiuntur hosti, λάφυρα, qvæ post certamen: qvod discrimen & aliis gentibus nonnullis placuit.

2. Sam. XII, 30. Tit. de Rege.

Arius de Bello n. 162. Bellin. p. 2. tit. 18. n. 3. Donell. L. IV. Com. c. 21. Sylv. in verbo bellum. 1. in p. ex Rosell. Wesem. ad §. ité ea. 17. Inst. de Rer. Divis. App. civil. 1. Lib. VII. App. civil. IV. Tac. Hist. III. † h. c. §. 15. seqq.

***

Præter regis tabernaculum) Vide & Diodorum libro VI. & Plutarchum Alexandro. Similia vide apud Xenophontem II. de Cyro, & belli sui IV. & VII.

5. At apud Romanos veteri qvidem republica non tantum fuisse concessum militibus, satis apparet ex his, qvæ supra † diximus. Plusculum indulgeri cœpit militi in bellis civilibus. Ita à Sullano milite Æqvulanum direptum legas. Et Cæsar post pugnam Pharsalicam castra Pompejana militi dat diripienda cum hoc dicto apud Lucanum,

Superest pro sanguine merces,
Qvam monstrare meum est, nec enim donare vocabo
Qvod sibi qvisq; dabit.

Bruti & Cassii castra diripuerunt Octaviani & Antoniani milites. Bello civili alio Flaviani ad Cremonam ducti, qvanqvam instabat nox, coloniam divitem festinant impetu capere; veriti alioqvi, ne opes Cremonensium in sinu præfectorum legatorumqve essent, gnari scilicet, ut Tacitus loqvitur, *expugnatæ urbis prædam ad militem, deditæ ad ducem pertinere.*

6. Atqve id langvescente disciplina eo libentius concessum militi, ne, manente periculo, omissis hostibus, præda manus impediret, qvod plurimas sæpe victorias corrupit. Cum castellum Volandum in Armenia Corbulo expugnasset, *Imbelle vulgus*, narrante Tacito, *sub corona venditum, reliqva præda victoribus cessit.* Apud eundem scriptorem in prælio Britannico Svetonius suos hortatur, ut cædem continuent prædæ immemores: addens, parta victoria cuncta ipsis cessura: qvalia & alibi passim invenias. Adde qvod *ex Procopio jam modo attulimus.

Tac. Ann. XIII. Ann. XIV.

Ex

***

Ex Procopio) Is Vandalicorum II. narrat, Salomoni in Levatas bellum gerenti infensos fuisse milites, qvod prædam detineret : dicebat, id se facere, ut bello finito distribueret pro cujusqve meritis. Et Gotthicorum II. o- omnem ex Piceno prædam convectam ad Belisarium, qvi eam pro meritis divideret; addita causa: οὐ γὰρ δίκαιον ὑφ' ἑτέρων μὲν τοὺς κηφῆνας πόνῳ μεγάλῳ ἀπόλλυσθαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾷ ταλαιπωρίᾳ ὀνίνασθαι, *non æquum esse ab aliis magno labore fucos interfici, alios autem, sine ulla molestia, melle vesci.*

7. Sunt autem qvædam tam exigua, ut publicari digna non sint; hæc ubiqve solent capientes seqvi populi concessu. Talia erant vetere Romana republica, hasta, hastile, ligna, pabulum, uter, follis, facula, & si qvid minoris esset nummi argentei. Nam has exceptiones sacramento militari additas apud Gellium legimus. Cui non dissimile est, qvod nautis etiam stipendio militantibus conceditur. Galli despolitationem aut pilagium vocant, & eo comprehendunt vestem, aurum qvoqve & argentum intra decem scutatos. Alibi pars aliqvota prædæ militibus datur, ut in Hispania, *modo qvinta, modo tertia, aliàs dimidia penes regem manet: & septima, interdum decima penes ducem exercitus: cetera sunt capientium: *exceptis navibus bellicis, qvæ totæ regi cedunt.

Lib. XVI. c. IV. Const. Gall. Lib. XX. tit. XIII. art. 10. & 16. Leg. Hisp. Lib. IV. tit. XXVI. p. 2.

***

Modo qvinta) Eum & Turcis morem tribuit Leunclavius libro III. & libro V.

Exceptis navibus bellicis) Sic machinæ regibus exceptæ apud Gotthos; Johannes Magnus historiæ Svedicæ libro XI. c. II.

8. Est & ubi operæ periculi sumtuumqve habita ratione partitio instituitur, ut apud Italos captæ navis pars tertia cedit domino navis victricis, tantundem ferunt, qvorum merces in navi erant, tantundem hi, qvi pugnaverunt. Nec non & illud accidit, ut, qvi suo periculo ac sumtu bellum ministrant, non totam prædam auferant, sed partem debeant publico, aut ei, qvi ex publico jus suum trahit. Sic apud Hispanos, si in bello naves privatis sumtibus instruantur, de præda pars regi, pars & maris præfecto debetur. Galliæ moribus decimam fert maris præfectus: sic & apud Hollandos: sed hic qvinta prius prædæ pars à republica deducitur. Terra vero passim nunc usurpatur, ut in direptionibus oppidorum & præliis suum qvisq; faciat, qvod cepit: in excursibus vero capta communia fiant eorum, qvi in comitatu sunt, inter ipsos pro dignitatis ratione partienda.

Consulatus Maris cap. ccl. xxxv.

Lib. XIX. tit. xxvi. p. 2. l. 14. Const. Gall. L. XX. tit. 14. art. 1. Instruct. rei marit. c. XXII.

XXV. Hæc autem eo pertinent, ut sciamus, si apud populum bello non permixtum controversia oriatur de re bello capta, addicendam rem ei, cui favent leges aut mores populi, à cujus partibus res capta est: qvod si ejus

nihil probetur, ex jure gentium communi rem ipsi populo adjudicandam, si modo ea res in actu bellico capta est. Nam ex his, quæ dicta jam ante à nobis sunt, satis apparet, non omnino verum esse id, quod pro Thebanis adfert Quintilianus; in eo, quod in judicium deduci potest, nihil valere jus belli, nec armis erepta, nisi armis, posse retineri. Liv. V. c. 4.

†††

Si modo ea res) Rectè hanc restrictionem additam putamus: quum extra actum bellicum miles non ut servus Reip. sed ut alius quilibet privatus consideratur, adeoque modis acquirendi tàm ex jure gentium, quàm civili uti possit.

XXVI. 1. Quæ vero res hostium non sunt, etsi apud hostes reperiantur, † capientium non fiunt: id enim, ut jam ante diximus, nec naturali juri congruit, nec jure gentium introductum est. Sic Romani Prusiæ dicunt: * *Si is ager Antiochi non fuisset, eo ne populi quidem Romani factum apparere.* Si quod tamen in illis rebus jus habuit hostis, quod possessioni connectatur, puta pignoris, retentionis, servitutis, id, quo minus capientibus acquiratur, nihil obstat. † L. 3. c. 4. §. 7. Hoc cap. 6. §. 5. Liv. lib. 14.

***

Si is ager Antiochi non fuisset, eo ne populi quidem Romani factum apparere) Sic nec Bocchi factus ager victo Jugurtha is, qui non Jugurthæ, sed Bocchi liberorum fuerat; Appianus Exc. legationum 28. Simile vide apud Crantzium Saxonicorum XII.

2. Solet & hoc quæri, an extra territorium utriusq; partis bellum gerentis capta fiant capientium? quod & de rebus & de personis solet in controversiam vocari. Si jus solum gentium respicimus, puto locum hic non considerari, sicut & hostem ubiq; rectè interfici diximus. †Sed qui in eo loco imperium habet, potest lege sua prohibere, ne id fiat; & si contra legem factum sit, de eo, tanquam de delicto, poscere potest, ut sibi satisfiat. Simile est, quod in agro alieno capta fera dicitur capientium fieri, sed à domino agri prohiberi posse accessum. † L. 3. c. 4. §. 8.

XXVII. Jus autem hoc externum † acquirendi res bello captas ita proprium est belli solennis ex jure gentium, ut in aliis bellis locum non habeat, nam in bellis aliis inter exteros res non acquiritur vi belli, sed in compensationem debiti, quod aliter obtineri non potest. In bellis autem inter cives, sive magna ea, sive parva sint, nulla fit dominii mutatio, nisi auctoritate judicis. L. 3. quod enim. D. de Acq. Rer. dom. L. Divus Pius. 16. D. de Servit. præd. Rustic. Silv. in verbo bellum. 1. §. 3. & §. 11. vers. octavo. † h. c. §. 2. n. 1. §. 7. n. 1. c. X. §. 5. n. 1.

CAPUT VII.

De jure in captivos.

I. Omnes captos bello solenni jure gentium servos fieri:
II. Et eorum posteros.
III. In eos quidvis impune fieri.
IV. Res captorum, etiam incorporales, dominum sequi.
V. Causa

V. Causa cur id constitutum.
VI. An ita captis licitum sit fugere:
VII. An & domino resistere.
VIII. Jus hoc non apud omnes gentes semper obtinuisse:
IX. Nec nunc obtinere inter Christianos; & quid ei sit surrogatum.

I. 1.

SErvi naturâ qvidem, id est citra factum humanum, aut primævo naturæ statu hominum, nulli sunt, ut & alibi † diximus: qvo sensu recte accipi potest, qvod à Jurisconsultis dictum est, contra naturam esse hanc servitutem: ut tamen facto hominis, id est pactione †† aut delicto, servitus originem acciperet, justitiæ naturali non repugnat, ut alibi qvoqve ††† ostendimus.

†L. II. c. XXII. §. II. L. 1. c. 2. §. 1. n. 3. L. Libertas. 4. §. 1. D. de Statu hominum.

††† L. I. c. III. §. 8. n. 4.

††† L. II. c. V. §. VII. & 32. L. III. c. XIV. §. 8. n. 1.

Contra naturam esse) Interim juxta *Leonhard. Less. de J. & J. l. 2. cap. 4. dub. 9. n. 56. pag. 13.* servitus non est ita contra naturam, ut sit contra rectam rationem, vel præceptum naturale, sed dicitur esse contra naturam, qvia est contra primævam naturæ conditionem, secundum qvam, cum omnes essent recti, & sine peccato, iniqvum fuisset, si alter alterum servituti subjecisset: nunc autem supposito peccato est secundum rationem: sicuti uti pharmacis & cruciatibus afficere homines est contra primam naturæ constitutionem, non autem est contra rationem, supposito morbo vel peccato.

2. At eo, de qvo nunc agimus, gentium jure aliqvanto latius patet servitus, tum qvoad personas, tum qvoad effecta. Nam personas, si spectamus, non soli, qvi se dedunt aut servitutem promittunt, pro servis habentur, sed omnes omnino bello solenni publico capti, ex qvo scilicet intra præsidia perducti sunt; ut ait Pomponius. †† Neq; delictum reqviritur, sed par omnium sors est, etiam eorum, qvi fato suo, ut diximus, † cum bellum repente exortum esset, intra hostium fines deprehenduntur.

†† h. L. c. 6. §. 3. n. 2. L. 5. postliminii. §. 1. D. de Captivis. L. in bello. 12. D. de Capt.

† h. L. c. 6. §. 12. n. 1.

3. Polybius historiarum secundo: τί δ' ἂν παθόντες οὗτοι δίκην δόξαιεν ἁρμόζουσαν δεδωκέναι; τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἂν πραθέντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπεὶ κατεπολεμήθησαν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς μηδὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσαμένοις μετὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους ὑπόκειται παθεῖν. *Quid*, inqvit, *patiendum his est, ut justa supplicia pendant? Dicat forte aliqvis, vendendos cum liberis & uxoribus, qvando armis victi sunt. At hæc * belli lege etiam illis ferenda sunt, qvi nihil impii commiserunt.* Atq; eo fit id, qvod Philo notat his verbis: πολλοὶ πολλάκις καιροῖς ἀβουλήτοις τῶν σφόδρα ἀστείων τὴν ἐκ γένους ἀπέβαλον ἐλευθερίαν: *Multi viri boni variis casibus nativam amiserunt libertatem.*

Libro. omnem virum bonum esse liberum. Orat. XV.

***

Belli lege) Servius ad primum Æneidos de Hercule: *A cujus portu cum eum Laomedon arceret, occisus est, & ejus filia Hesione, belli jure sublata, comiti Telamoni tradita est, qvi primus ascenderat murum, unde Teucer natus est.* idem ad X Æneidos eandem narrans historiam: *Hesionem Græci Trojanis reddere noluerunt, dicentes, se eam habere jure bellorum.* Josephus libro XIV. αἰχμαλωτισθέντας οὐ νόμῳ πολέμου, *cum capti essent non belli jure.* τῷ τῶν δοριαλώτων νόμῳ. & alibi: δορολήπτων θεσμῷ, *jure eo, qvod in captos constitutum est*, ait Menan-

Menander Protector. multa huc pertinentia habes capite præcedente: qvia scriptores captas res captosq; homines conjungunt aut æqvant.

4. Dion Prusæensis cum modos acqvirendi dominii qvosdam recitasset: τρίτος δὲ κτήσεως τρόπος, ὅταν ἐν πολέμῳ λαβὼν αἰχμάλωτον τοῦτον τὸν τρόπον ἔχῃ κατὰ δουλωσάμενον, *ubi qvem qvis bello nactus captivum hoc modo servum factum possidet.* Sic pueros bello captos abducere πολέμου νόμον vocat Oppianus de piscatu II.

† L. II. c. V. §. 29. c. IIX. §. 18. L. 5. Et servorum. §. 1. D. de Statu hominū. Ann. 1. 1. Contr. 5.

II. Neq; vero ipsi tantum servi fiunt, sed & posteri in perpetuum, nempe † qvi ex matre serva post servitutem nascuntur. Et hoc est, qvod jure gentium servos nostros fieri dixit Martianus, qvi ex ancillis nostris nascuntur. Servitio subjectum uterum dixit Tacitus, agens de Germani ducis uxore.

L. 1. §. 1. L. 2. D. de his, qvi sui vel al. sunt juris. Inst. de his, qvi sui vel alter. juris sunt. §. fin. Andria actu 1. scen. 1.

III. 1. Effecta vero juris hujus infinita sunt, ita ut in servum domino nihil non licere dixerit pater Seneca. Nulla perpessio est, qvæ non impune illis imponatur, nulla actio, qvæ non qvovis modo imperetur aut extorqveatur: ita ut etiam sævitia dominorum in serviles personas impunita sit, nisi qvatenus lex civilis sævitiæ modum pœnamq; ponit. *Apud omnes peræq; gentes*, ait Cajus, *animadvertere possumus dominis in servos vitæ necisq; potestatem fuisse.* Addit deinde, fines huic potestati positos ex lege Romana, in solo scilicet Romano. Huc pertinet illud Donati ad Terentium, *Qvid non justum domino in servum?*

2. Sed & res omnes, qvæ captæ fuerant, cum persona acqviruntur domino. Ipse servus, qvi in potestate alterius est, ait Justinianus, nihil suum potest habere.

† h. L. c. 20. §. 12. n. 2. Inst. per qvas pers. cuiq; acq. §. ité vobis. 3.

IV. Unde refellitur, aut certè * restringitur, eorum sententia, qvi dicunt, incorporalia † belli jure non acqviri. Nam verum est, non primo ac per se acqviri, sed media persona, cujus ea fuerunt. Excipienda tamen sunt ea, qvæ ex singulari personæ proprietate fluunt ac proinde inalienabilia sunt, ut jus patrium. Hæc enim si manere possunt, manent penes personam: si non, exstinguuntur.

***

Restringitur eorum sententia, qvi dicunt, incorporalia belli jure non acqviri) Valerius Maximus libro VI. c. IX. 11. de Cn. Cornelio Asina: *Qvi consul à Pœnis apud Luparas captus, cum belli jure omnia perdidisset,* δοῦλος ἄκυρος πάντων καὶ ἑαυτοῦ. *Servus, aliarum rerum dominium non minus, qvam sui ipsius perdidit.* Philo, libro omnem virum bonum esse liberum.

† h. L. c. 4. §. 5. seqq. L. Pupill. 9. 239. §. 1. D. de V. S.

V. 1. Atq; hæc omnia jure gentium, de qvo agimus, non aliam ob causam introducta sunt, qvam ut tot commodis deliniti captores libenter abstinerent à summo illo rigore, qvo captos & statim & post moram interficere poterant, ut ante † diximus. * *Servorum appellatio*, inqvit Pomponius, *ex eo fluxit, qvod imperatores captivos vendere ac per hoc servare nec occidere solent.*

Dixi,

Dixi, ut libenter abstinerent; neqve enim qvasi pactio est, ut abstinere cogantur, si jus hoc gentium spectes, sed modus persvadendi ab eo, qvod est utilius.

***

Servorum appellatio ex eo fluxit) Vide & Servium ad V. Æneidos, ubi originem vocis *saltem* explicat.

2. Eademqve ex causa hoc jus etiam in alios transcribitur, perinde, ut rerum dominium. Ad natos autem dominium hoc porrigi ideo placuit, qvia alioqvi, si summo jure captores uterentur, illi ipsi nascituri non erant. Cui consequens est, ut nati ante calamitatem, nisi ipsi capiantur, servi non fiant. Ideo autem natos maternæ esse conditionis placuit gentibus, qvia serviles concubitus nec lege, nec certa custodia erant constricti, ita ut nulla sufficiens præsumptio patrem indicaret. Atqve ita capiendum Ulpiani illud; *Lex naturæ hæc est, ut qvi nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur*, id est lex consvetudinis generalis, ab aliqva ducta ratione naturali, qvomodo juris naturalis vocem abusione qvadam interdum sumi alibi † qvoqve demonstravimus. L. 24. Lex naturæ. D. de Statu hominum. † L. II. c. XII. §. 26. n. 2.

3. Non frustra autem à gentibus introducta hæc jura exemplo bellorum civilium intelligi potest, in qvibus plerumqve videmus, captos interfectos, qvia in servitutem redigi non poterant: qvod & Plutarchus notavit vita Othonis; & * Tacitus historiarum secundo.

***

Tacitus historiarum secundo) Et tertio, de Cremonensibus captis, *Irritam prædam militibus fecerat consensu Italiæ.*

4. Ceterum populine an singulorum fiant, qvi capiuntur, ex his, qvæ de præda diximus, definiendum est. nam homines hac in re jus gentium reb9 æqvavit. Cajus Jurisconsultus libro II. rerum qvotidianarum: *Item qvæ ex hostibus capiuntur, jure gentium statim capientium fiunt*, †† *adeo qvidem, ut & liberi homines in servitutem deducantur.* †† h. L. c. 6. §. 2. n. 4. L. 5. naturalem §. 7. & L. 7. Adeo D. de acq. rer. dom.

VI. 1. Qvod tamen Theologi nonnulli sentiunt, qvi bello injusto capti sunt, aut ex captis nati, iis fas non esse fugere, nisi ad suos; in eo eos falli (*a*) non dubito. Id qvidem interest, qvod * si ad suos fugiant bello manente, libertatem consequuntur ex postliminii † jure: si ad alios, aut etiam, pace facta, ad suos, vindicanti domino reddendi sunt. Sed non ideo sequitur, animo qvoqve injici religionis vinculum; cum multa sint jura, qvæ tantum exterius judicium spectant, qvalia sunt hæc belli jura, qvæ nunc exponimus. Nec est, qvod objiciat aliqvis, ex dominii natura talem in animo obligationem sequi. Respondebo enim, cum multæ sint dominii species, posse & dominium dari, qvod tantum in judicio humano, & qvidem coactivo, valeat. qvod & in aliis juris generibus occurrit. (*a*) h. L. c. 14. §. 7. † h. L. c. 9. § 5. Leif. l. 1. c. 5. dub. 5.

***

Si ad suos fugiant, bello manente, libertatem consequuntur ex postliminii jure) Plinius naturalis historiæ VII, 28. de M. Sergio: bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus.

Soto de Just. & Jure L. IV. qv. 4. art. 3. Less. Lib. 2. c. 14. dub. 3.

3. Tale enim aliqvatenus & jus est testamenta nulla dicendi, ob deliqvium solennitatis alicujus, qvam jura civilia præscribant. Probabilior enim sententia est, etiam, qvod tali testamento relictum est, retineri salva pietate posse, saltem qvamdiu ei non contradicitur. Nec longe abit dominium ejus, qvi secundum leges civiles mala fide præscripsit: nam & hunc civilia judicia, ut dominum, tuentur. Et hac distinctione facile solvitur nodus ille, qvem Aristot. les nectit de cavillationibus libro II. c. 5. ἆρα δίκαιον τὰ αὐτοῦ ἔχειν ἕκαστον; ἂν δ' ἄν τις κρίνοι κατὰ δόξαν τὴν ἑαυτοῦ, ἂν ᾖ ψευδῆ, κύριά ἐστιν ἐκ τοῦ νόμου. τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ οὐ δίκαιον. *Nonne jus est, ut sua quisq; habeat? At quæ ex animi sui sententia judex judicaverit, ex lege rata sunt. Erit ergo idem jus & non jus.*

3. In nostra vero qvæstione nulla causa fingi potest, cur gentes aliud spectaverint, qvam externum illud. nam facultas vindicandi servum, & cogendi, imo & vincendi, & res ejus habendi, sufficiebat, ut captis captores vellent parcere: aut si tam feri essent, ut istis utilitatibus non moverentur, certe nec moturum eos fuerat vinculum aliqvod animis injectum, qvod ipsum tamen, si omnino sibi necessarium crederent, *poterant exigere fidem aut jusjurandum.

***

Poterant exigere fidem aut jusjurandum) Bembus historiæ libro X. ab eo non attaminari furti crimine animum, si res suas subducat.

4. Neqve vero temere in lege, qvæ non ex æqvitate naturali, sed maioris mali vitandi causa, lata est, ea sumenda est interpretatio, qvæ peccato obnoxium faciat actum ceteroqvi licitum. Florentinus† Jurisconsultus: *nihil interest, qvomodo captivus reversus est: utrum dimissus, an vi vel fallacia potestatem hostium evaserit.* Nimirum, qvia hoc jus captivitatis ita jus est, ut alio sensu plerumqve & injuria sit, qvo nomine & à Paulo Jurisconsulto nominatur: jus, qvoad effectus qvosdam: injuria, si id, qvod rei intrinsecum est, spectetur. Unde & hoc apparet, si qvis bello injusto captus in potestatem hostium venerit, ab eo non attaminari furti crimine animum, si res suas subducat, *aut laboris sui mercedem, si qvam supra alimenta præstari æqvum est; modo ipse neqve suo, neqve publico nomine, qvicqvam debeat domino, aut ei, cujus jus dominus acceperit. Nec refert, qvod fuga talis & subductio deprehensa graviter puniri soleant. Nam & hæc & alia multa faciunt potentiores, non qvia æqva sunt, sed qvia ipsis expedit.

† L. 3. c. 9. §. 5. L. Nihil. 26. D. de Capt.

L. 19. Postliminium est jus. in princ. Eod. tit.

Bannes 2, 2. qvæst. 40.

***

Aut laboris sui mercedem) Huc pertinent ea, qvæ à nobis ex Irenæo & Ter-

Tertulliano allata sunt supra ad l. II. capitis VII. §. 2. ubi de Hebræis agitur Ægypto egressis, ad qvos & hoc Philonis pertinet de vita Mosis: οἱ δ' ἐλαυνόμενοι καὶ διωκόμενοι, τῆς αὐτῶν εὐγενείας εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες, τόλμημα τολμῶσιν ὁποῖον εἰκὸς ἦν τοὺς ἐλευθέρους καὶ μὴ ἀμνήμονας ὧν ἐβεβουλεύθησαν ἀδίκως. πολλὴν γὰρ λείαν ἐκφορήσαντες, τὴν μὲν αὐτοὶ διεκόμιζον ἐπηχθισμένοι, τὴν δὲ τοῖς ὑποζυγίοις ἐπέθεσαν, οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ ὡς ἄν τις κατηγορῶν εἴποι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίαν. πόθεν; ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν, ἀναγκαῖον μισθὸν κομιζόμενοι. εἶτα δὲ ὑπὲρ ὧν κατεδουλώθησαν ἐν ἐλάττοσι καὶ οὐχὶ τοῖς ἴσοις ἀντιλυποῦντες: & qvæ ibi seqvuntur plura. *Illi autem cum ejicerentur fugarenturqve, nobilitatis suæ memores, rem incipiunt dignam viris ingenuis, nec oblitis eorum, qvæ per injuriam dolumqve malum pertulerant, multa enim spolia partim ipsi exportarunt, partim imposuerunt jumentis, non per avaritiam, aut qvod calumniator aliqvis dixerit alieni cupiditatem. Unde enim hoc illis? sed primum qvidem, ut ministerii tam longi temporis mercedem sibi necessariam haberent, deinde pro servitute per vim imposita pœnam non parem, sed multo minorem expetentes. Add. L. I. c. I. §. 10. n. 6.* Est similis historia Malchi viri sancti descripta ab Hieronymo in epistolis, & Langobardi Leupgis, qvam nobis dat pronepos ejus Paulus Warnafredi libro IV. Adde, si placet, & Confessionem editam ab Lanici Patricii nomine.

5. Qvod vero prohibent * canones (*a*) nonnulli suadere servo ministerium domini sui destituere, si ad servos referas, qvi pœnam justam ferunt, aut voluntaria pactione se addixerunt, præceptum est justitiæ; sin ad eos, qvi bello injusto capti sunt, aut ex captis nati, ostendit Christianos Christianis auctores potius patientiæ esse debere, qvam rei talis, qvæ qvamvis licita animos tamen à Christianismo alienos aut alioqvi infirmos posset offendere. Similemqve in modum accipi possunt Apostolorum ad servos monita, nisi qvod illa magis videntur obedientiam à servis exigere dum serviunt; qvod naturali æqvitati consentaneum est. nam alimenta & operæ sibi mutuo respondent.

C. 137. si qvis servum. 17. qv. 4. & c. seq.

(*a*) L. II. c. V. §. 29. n. 2.

***

Canones nonnulli) ex Synodo Gangrensi.

VII. Ceterum ab iisdem, qvos indicare † cœpi, Theologis illud dictum recte arbitror, servum domino jus illud externum exseqventi resistere illæso justitiæ officio non posse. Est enim inter hoc & ea, qvæ diximus, manifesta discrepantia. Externum jus, qvod qvidem non sola agendi impunitate sed & judiciorum tutela constat, inane erit, si ex adverso resistendi jus maneat. nam si domino vi resistere licet, licebit & magistratui dominum tuenti, cum tamen magistratus ex jure gentium dominum in illo dominio ejusqve usu defendere debeat. Est ergo hoc jus simile ei, qvod summis in qvaqve civitate potestatibus alibi † tributum est à nobis, ut vi illis resistere licitum piumqve non sit. Ideo & Augustinus utrumqve conjunxit, cum dixit: *Ita à plebi-*

† §. præced. n. 1.

† L. 1. c. 4. à §. 1. ad §. 7.

bus principes & à servis domini ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, & sperentur æterna.

†††

Si domino vi resistere licet, licebit & Magistratui) Absoluto sc. Sed tamen hæc Conseqventia videtur infirma: magistratus enim, qvum à nullo judicari possit, tanqvam potentia activa, subditi, utpote potentiæ passivæ, resistentiam omninò (*vid. tamen exceptiones in l. 1. c. 4. §. 8 seqq.*) respuit: Dominus autem, si servum suum intolerabili injuriâ afficiat, vel planè occidat, pœnam Reip. incurrit, qvum re suâ abutatur. Qvemadmodum igitur Judex domino interdicit occisione servi; ita & servus ipse, officio judicis momentaneè cessante, qvâ homo, naturali defensione utitur.

IIX. Sed & hoc sciendum est, jus istud gentium de captivis nec semper receptum fuisse, nec apud gentes omnes: qvanqvam Romani Jurisconsulti universaliter loqvuntur, partem notiorem indigitantes totius nomine. Sic
Devt. XXIII. 15. * apud Hebræos, qvi specialibus institutis ab aliorum populorum communitate segregabantur, perfugium erat servis, nimirum, ut recte notant interpretes, his, qvi nulla sua culpa in eam calamitatem devenerant: qvali ex
Bodin. de Rep. lib. I, c. 5. causa videri potest ortum jus, qvod in solo Francorum servis datur, proclamandi in libertatem, qvanqvam id nec qvidem nunc tantum bello captis, sed & aliis qvalibuslibet servis videmus dari.

***

Apud Hebræos) Vide Præceptorum vetantium CLXXX.

Bart. in L. 24. Hostes. D. de Capt. Covarr. in c. peccarũ, p. 11. §. 11. n. 6. Vict. de Jure belli, num. 42. Boer. decis. 178. Silv. in verbo Bellum, 5. n. 1. Lib. IV. Plat. V. de Rep. Bar. in L. 21. Nam & Servius. D. de Neg. gest. Boër. decis. 178. Constit. Reg. Hisp. L. IIX. tit. 26. part. 2.

IX. 1. * Sed & Christianis in universum placuit, bello inter ipsos orto captos servos non fieri, ita ut vendi possint, ad operas urgeri, & alia pati, qvæ servorum sunt: merito sane; qvia ab omnis caritatis commendatore rectius instituti erant, aut esse debebant. qvam ut à miseris hominibus interficiendis abduci neqvirent, nisi minoris sævitiæ concessione. Atqve hoc à majoribus ad posteros pridem transiisse inter eos, qvi eandem religionem profiterentur, scripsit * Gregoras, nec eorum fuisse proprium, qvi sub Romano imperio viverent, sed commune cum Thessalis, Illyriis, Triballis, & Bulgaris. Atqve ita hoc saltem, qvanqvam exiguum est, perfecit reverentia Christianæ legis, qvod cum Græcis inter se servandum olim diceret Socrates, nihil impetraverat.

***

Sed & Christianis) Sed & Essenis, à qvibus ortum primi Christiani duxere. Vide Josephum.

Gregoras) Lib. IV. ubi hæc verba: νόμος γὰρ ἔστιν οὗτος ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κατιὼν εἰς τοὺς ἀπολόνους ἀκήρατος, οὐ μόνον ῥωμαίοις καὶ θετταλοῖς, ἀλλὰ καὶ ἰλλυρίοις καὶ Τριβάλλοις καὶ Βουλγάροις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλένειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα. *Mos hic est ab antiquo deductus ad posteros, nec corruptus unqvam non Græco-Romanis modo & Thessalis, sed Illyriis*

qvoq;

quoq́, Triballis, & Bulgaris, propter fidei consortium, ut res quidem in prædam vertere liceat, homines autem nec captivos facere, nec interficere extra prælii tempus. Adamus Bremensis de sancto Ansgario: *Inde Hammaburg reversus de venditione Christianorum Nordalbianos correxit.* meminit hujus moris & Boërius Decisione CLXXIIX. additqve servari in Francia, Anglia, Hispania, ut si captus sit Dux, Comes, Baro, is non militum sit, sed Principis bellum gerentis.

2. Qvod autem hac in parte Christiani idem & * Mahumetistæ inter † se servant. Manſit tamen etiam inter Christianos mos captos custodiendi, donec persolutum sit pretium, cujus æstimatio in arbitrio est victoris, nisi certi aliqvid convenerit. Jus autem hoc captos servandi solet concedi singulis, qvi ceperunt, extra personas eximiæ dignitatis: in has enim reipublicæ, aut ejus capiti, jus dant plerarumqve gentium mores. † h. l. c. IX. §. fin. n. 1.

***

Mahumetistæ inter se servant) Chalcocondylas lib. III. Leunclavius libro III. & libro XVII. Busbeqvius epistola exoticarum tertia.

CAPUT IIX.

De imperio in victos.

I. Acqviri bello & imperium civile, tum ut est in rege, tum ut est in populo, & ejus acqvisitionis effecta.
II. Acqviri & imperium herile in populum, qvi tum civitas esse desinit:
III. Interdum hæc misceri.
IV. Acqviri & res populi etiam incorporales, ubi tractatur qvæstio de chirographo Thessalorum.

I. 1.

QVi sibi singulos subjicere potest servitute personali, nihil mirum est, si & universos, sive illi civitas fuerunt, sive civitatis pars, subjicere sibi potest subjectione sive mere civili, sive mere herili, sive mixta. Hoc argumento qvidam utitur in controversia de Olynthio apud Senecam: *Servus est meus, quem ego emi belli jure. vobis, Athenienses, expedit. alioqvin imperium vestrum in antiqvos fines redigitur, qvicqvid est bello partum.* Itaqve imperia armis qværi, victoriis propagari dixit Tertullianus. Qvintilianus jure belli regna, populos, fines gentium atqve urbium contineri. Alexander apud Curtium leges à victoribus dici, accipi à victis. Minio in oratione ad Romanos: *Cur Syracusas atqve in alias Siciliæ Græcas urbes prætorem qvotannis cum imperio & virgis & securibus mittitis? Nihil aliud profecto dicatis, qvam armis superatis vos iis has leges imposuisse.* Arioviſtus apud Cæsarem, *jus esse belli,* ait, *ut, qvi vicissent, iis, qvos vicissent, qvemadmodum vellent, imperarent:* Item *Populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare consvesse.* Confer. cap. 15. h. l. Apolog. Liv. l. xxxv. De Bello Gallico l. 1.

2. Narrat Justinus ex Trogo, qvi ante Ninum bella gesserant, *non imperium* Lib. I. 1.

De Bello Jug.

rium sibi, sed gloriam qvæsisse, & contentos victoria abstinuisse imperio: Ninum primum fuisse, qvi fines imperii proferret, aliosq; populos bello subigeret; & ex eo id abiisse in morem. Bocchus apud Sallustium: *Ob regnum tutandum arma se cepisse: nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli suam factam.*

L. I. c. III. §. 12. n. 1. L. II. c. XIV. §. 10.

3 Potest autem imperium victori acqviri vel tantum, * ut est in rege aut alio imperante, & tunc in ejus duntaxat jus succeditur, non ultra; vel etiam, * ut in populo est, qvo casu victor imperium habet ita, ut & alienare possit, sicut populus poterat. Et sic factum, ut regna qvædam in patrimonio essent,

† Lib. 1. c. III. §. XI. & seq. L. 2. c. 6. §. 3. seqq.

diximus † alibi.

***

Ut est in rege) Alexander post pugnam ad Gaugamela rex Asiæ salutatus. Romani, qvæ Syphacis fuerant sua dixere πολέμῳ νόμῳ, *lege belli*; Appianus Excerptis legationum X. n. 28. Legati Gotthorum apud Agathiam I. de Theuderico: Ὀδοάκρου καθελὼν ἡ ἐπηλύτην ἡ Τύρλιγγον (lege Σκύρλιγγον) πάντα ἀπαγῶν κατέσχε τῷ πολέμῳ θεσμῷ: *Cum Odoacrum devicisset advenam Scyrum, ejus qvæ fuerant belli jure tenuit.* At Hunnis dicentibus suos esse Gepidas, qvod eorum regem cepissent, negarunt id Romani, qvia Gepidæ habebant principem magis, qvam regem, nec in ipsius patrimonio erant; Meminit Menander Protector.

Ut in populo est) Persæ apud eundem Menandrum de Daras urbis territorio: ἐπεὶ ἡ πόλις (Δάρας) αὐτοῖς τῷ δεσμῷ τῷ πολέμῳ ὑπεκλίθη, οὐκ ἂν τρόπῳ καὶ τὰ ὅσα γε ὑπὸ τὴν πόλιν, ἀμύζειν αὐτοῖς: *Cum urbs ipsa belli jure subjugata à se esset, rationis esse, ut & qvæ sub urbe fuerant, ad se pertineant.* Vandalis devictis volebat Belisarius etiam in Sicilia Lilybæum Romano imperio cedere, ut qvod Vandalis dedissent Gotthi. Sed ii dedisse se negabant; Procopius Vandalicorum II. Henricus Friderici Barbarossæ filius capta Sicilia Epidamnum, Thessalonicam, aliaqve à Siculis possessa sibi vindicabat. Nicetas lib. I. de Alexio Isaaci fratre. Bajanus Avarorum Chaganus ad Imperatorem de Sirmio: προσήκειν αὐτῷ Γηπαίδων πρότερον κτῆμα ἡρωμένῳ, αὐτὸν ὑπὸ Ἀβάρων πολεμηθέντων: *Ad se eam urbem pertinere, ut qvæ Gepidarum fuisset, qvi Gepide victi essent ab Avaris.* Petrus Justiniani legatus in oratione ad Chosroem: ὁ δὲ δεσπόσας τῷ ἡγεμονικῷ πῶς οὐκ ἔξεστι τὸ Σαυϐεληκὸς, ὅτε μὲν Λαζοὶ, ὅτε μὲν αὐτοὶ Σανοὶ πρὸς ἀμφισϐήτησιν ἐπῆσαν ὡς οὐκ ὑπῆκουν ἡ Σανία Λαζῶν αἰεὶ καθ' ἡμᾶς ἦν. *Nam qvi dominus est principalis, qvomodo non erit & accessorii? neq; enim aut Lazi aut Suani unqvam controversiam hanc movebant, non fuisse ab antiqvo Lazorum Suaniam.* Utrumqve est ex Menandro Protectore. Adde qvæ hoc capite, §. IV.

†††

Vel etiam ut in populo) Si Grotius hic (ut qvidam putant) asserat majestatem realem competentem populo etiam in Principem, respondimus *l. 1. c. 3. §. 8. n. 1.* Qvod si verò capitulationem, qvam sæpius ante Regis electionem, & coronationem eidem prascribunt,

scribunt, & fortè de regno jure belli acqvisito bonis coronæ incorporando mentionem in eadem faciunt (secundum alios) hoc loco respiciat, res salva est. Qvamvis posterius Grotio in præsenti paragrapho in mentem venisse ægrè credamus.

II. 1. Potest & amplius fieri, nempe ut, qvæ civitas fuit civitas esse desinat; sive ita, ut accessio fiat alterius civitatis, ut Romanæ provinciæ; sive ut nulli civitati adhæreat, ut si Rex suo sumptu bellum gerens populum sibi ita subjiciat, ut eum regi velit non ad populi, sed ad regentis præcipue utilitatem, qvod herilis est imperii non civilis. Aristoteles libri VII. de Republica: ἔστι δὲ ἀρχὴ ἡ μὲν τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ τοῦ ἀρχομένου, τούτων δὲ τὴν μὲν δεσποτικὴν εἶναί φαμεν, τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων: *Imperium aliud est ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus, qvi regitur: hoc inter liberos locum habet, illud inter dominos & servos.* Qvi ergo tali tenetur imperio populus, in posterum non civitas erit, sed magna familia: Bene enim dictum ab Anaxandrida:

L. I. c. III. §. IIX. n. 14. L. 3. c. 20. §. 6.

οὐκ ἔστι δούλων ὤγαθ' οὐδαμοῦ πόλις,
Vir bone servorum nulla est usqvam civitas.

2. Et Tacitus hæc inter se sic opponit: *non dominationem & servos, sed rectorem & cives cogitaret.* De Agesilao Xenophon: ὁπόσας δὲ πόλεις προσαγάγοντο, ἀφαιρῶν αὐτῶν ὅσα δοῦλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι, προσέταττεν ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται: *qvascunq; civitates in suam redigebat potestatem, has immunes habens ab his, qvæ servi dominis præstant, ea tantum imperabat, in qva liberi homines rectoribus parent.*

An. XII.

III. Atqve hinc intelligi potest, qvale sit mixtum illud imperium, qvod dixi ex civili & herili, nempe ubi servitus miscetur cum aliqva personali libertate. Sic populis legimus arma adempta, imperatum, ne ferri qvid haberent extra, qvam ad agriculturam; alios coactos sermonem & vitæ genus mutare.

L. 3. c. 15. §. 9.

IV. 1. Sicut autem res, qvæ singulorum fuerant, jure belli iis acqviruntur, qvi eos sibi subjiciunt, sic & res universitatis eorum fiunt, qvi sibi subjiciunt universitatem si ipsi velint. Nam qvod de deditis dixit Livius, * *ubi omnia ei,* † *qvi armis plus potest dedita sunt, qvæ ex iis habere victor, qvibus mulctari eos velit, ipsius jus atq; arbitrium est*: idem in bello solenni victis locum habet. Nam deditio sponte permittit, qvod alioqvi vis esset ereptura. Scaptius apud Livium: *Agrum de qvo ambigitur finium Coriolanorum fuisse, captisqve Coriolis jure belli publicum populi Romani factum.* Annibal in oratione ad milites apud eundem: *qvicqvid Romani tot triumphis partum congestumqve possident, id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est.* Antiochus apud eundem; *qvo victo cum omnia, qvæ illius fuissent jure belli Seleuci facta sint, existimare suæ ditionis esse.* Ita Pompejus, qvæ Mithridates bello capto imperio suo adjecerat, populi Romani fecit.

† L. 1. c. 3. §. 8. n. 3. L. 2. c. 5. §. 31. L. 3. c. 5. §. 2. n. 1. c. 20. §. 49. Lib. III. Lib. XXI. Lib. XIV. Strabo l. XII.

***

Ubi omnia ei, qvi armis plus potest dedita sunt) Adde Polybii hæc Excerpto

cerpto legationum 142. οἱ διδόντες αὐτὰς εἰς τὴν ῥωμαίων ὑπηρεσίαν, διδόασι πρῶτον μὲν χώραν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς καὶ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. σὺν δὲ τούτοις ἄνδρας καὶ γυναῖκας τὰς ὑπαρχούσας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν, ἅπαντας ὁμοίως πᾶσαν, λιμένας, ἱερὰ, τάφρους συλλήβδην, ὥστε πάντων εἶναι κυρίους ῥωμαίους αὐτὰς ἢ τὰς διδόντας ἁπλῶς μηκέτι μηδενός. *Qui se dedunt in Romanorum potestatem, ii dant primum regionem, quæ ipsorum sunt, & quæ in ea regione sunt urbes: viros præterea omnes ac fœminas, qui aut in regione aut in urbibus sunt. Insuper flumina omnia, portus, sacra religiosa universim omnia, ita ut omnium domini sint Romani, ipsi autem, qui se dediderunt plane rei nullius.* Vide qvæ modo dicta c. VII. §. 4. Justinus lib. XXXV. de Judæis loqvens: *Postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere.*

2. Ergo & incorporalia jura, qvæ universitatis fuerant, fient victoris, qvatenus velit. Sic Albâ victâ, qvæ Albanorum jura fuerant, sibi vindicarunt Romani. Unde seqvitur, omnino liberatos Thessalos obligatione centum talentorum, qvam summam, cum ipsi Thebanis deberent, Alexander Magnus, Thebarum dominus factus, jure victoriæ ipsis donaverat: neq; verum, qvod pro Thebanis apud Qvintilianum adfertur, id demum victoris esse, qvod ipse teneat: jus qvod sit incorporale apprehendi manu non posse: aliam conditionem esse hæredis, aliam victoris, qvia ad illum jus, ad hunc res transeat. Nam qvi dominus est personarum, idem & rerum est, & juris omnis, qvod personis competit. Qvi possidetur, non possidet sibi, nec in potestate habet, qvi non est suæ potestatis.

Dion. III.

Inst. Orat. L. IV. c. ic.

L. iiii. Qvi in servitute est. D. de Reg. jur. L. Sic evenict. 21. D. ad L. Jul. de Adult. Cic. Epist. ad Brut. 6.

†††

Jure victoriæ ipsis donaverat,) Qvidam statuunt non deesse etiam rationes pro Thebanis contra Thessalos; sed easdem ferè proferunt, qvas Grotius contra Qvintilianum defendit. Primò enim dicunt, jus belli in iis, qvæ in judicium trahuntur, nihil valere. At hic committitur petitio principii, & probari assertio à dissentientibus debet. Ejusdem farinæ est, qvod secundò urgent: qvod ab Alexandro donatum est, tale fuisse, qvod à victore non potuit donari; (Id enim victoris est, qvod apprehendit & tenet, jus autem fuit in tabulis, qvod incorporale est, nec manu prehendi potest: (ad hæredem qvidem jus transire, sed ad victorem tantum res & corpora. Veruntamen & jam præsupponunt tanqvam vera, qvæ nos negamus tamdiu, qvamdiu adversarii in probando deficiunt. Melius cum Grotio consentit *Dn. Pufendorff. in Element. Jur. univers. lib. 1. defin. 12. §. 50. & in Tract. de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 6. §. 23. add. Dissert. de Postlimin. §. 11. Dn. Struv. h. Ex. ad Pand. 12. obs. 5.*

3. Imo etiam si qvis populo victo jus civitatis relinqvat, potest qvædam, qvæ civitatis fuerant, sibi sumere. In ipsius enim arbitrio est, qvem velit esse sui beneficii modum. Imitatus fuit factum Alexandri Cæsar, donato Dyrrachinis ære alieno, qvod nescio, cui adversarum partium debuerant. Sed hic objici poterat, bellum Cæsaris * non ex eo esse genere, de qvo jus hoc gentium constitutum est.

Non

***

Non ex eo esse genere, de quo jus gentium constitutum est) Antonius Tyrios jussit reddere, qvæ Judæorum tenebant à Senatu non concessa & ante Cassii bellum possessa; memorat Josephus. Vide & Bizarum Genuensis historiæ libro X.

CAPUT IX.

De postliminio.

I. Origo vocis postliminii.
II. Quibus in locis postliminium sit.
III. Postliminio qvædam reverti, qvædam recipi.
IV. Jus postliminii esse in pace & in bello, & qvid si nihil in pace dictum sit?
V. Liber homo bello manente qvando postliminio redeat:
VI. Qvæ jura recipiat, qvæ non recipiat.
VII. Jura & in ipsum restitui.
VIII. Cur qvi se dedunt jus postliminii non habeant.
IX. Populus qvando postliminii jus habeat.
X. Qvæ in his, qvi postliminio redeunt, sint juris civilis.
XI. Servi postliminio qvomodo recipiantur, etiam transfugæ: qvomodo qvi redempti sunt.
XII. An subditi postliminio recipiantur.
XIII. Agros postliminio recipi.
XIV. Circa res mobiles, qvod discrimen olim observatum.
XV. Qvid circa res mobiles hodie juris?
XVI. Qvæ res recipiantur, ita ut postliminio non egeant.
XVII. Mutationes ex lege civili, qvoad subditos suos.
XIIX. Postliminium qvomodo observatum inter eos, qvi hostes erant:
XIX. Qvando id hodieqve locum habere possit.

I. 1.

SIcut de his, qvæ ex hostibus capiuntur, ita & de postliminii jure nihil ferme sani prodiderunt hi, qvi retroactis seculis juris cognitionem professi sunt. Accuratius hæc res à veteribus Romanis tractata est, sed sæpe confuse nimis, ita ut, qvæ juris gentium, qvæqi civilis Romani esse vellent, lector neqviret distingvere. Conf. h. L. cap. 16.

†††

De Postliminii jure) Duplicem de hoc conscribi curavimus Dissertationem, unam sub *Tit. de Postliminio*, alteram sub *Rubr. Sacrament. Postlimin.* ubi uberius mentem Autoris & nostram explicuimus; qvare ad easdem L. B. remittimus.

2. De voce postliminii rejicienda Servii sententia, qvi partem ejus posteriorem productionem putat esse verbi sine significatu: seqvendus Scævola, qvi junctum docebat esse verbum à **post*, qvod reditum notat, & *limine*. Nam *limen* & *limes* exitu & flexionis modo differunt, cum alioqvi origine (veniunt enim *ab antiqva voce *limo*, qvæ *transversum* significat) & primitiva notione idem sint, sicut materia & materies, pavus & pavo, *contagio & contages, cucumis & cucumer, qvanqvam usu seriore factum est, ut Cicero Top. & ibidem Boet. tius.

limen magis ad privata, *limes* ad publica referretur. Sic veteres eliminare dicebant è finibus ejicere, & exilium * nominabant eliminium.

* * *

Post, qvod reditum notat) Unde Postvorta dea.

Ab antiqva voce limo) Servius ad XII. Æneidos, & Donatus ad illud Evnuchi *limis oculis*. Festus: *Limus obliqvus id est transversus, unde & lumina.* Isidorus libro XV. c. 14. *limites appellati antiqvo verbo transversi. nam transversa omnia antiqvi lima dicebant, a qvo & lumina ostiorum, per qvæ foris & intus itur: & limites, qvod per eos foras in agros eatur.* in Glossario *Limes* πλαγία ὁδός.

Contagio & contages) compages & compago, qvod ipsum olim fuit compagen, ut docet genitivus, & verbum inde deductum, sicut & sangvis fuit sangven.

Nominabant eliminium) Et colliminium in Solino est, qvod vulgo collimitium.

II. 1. Est ergo postliminium jus, qvod nascitur * ex reditu in limen, id est fines † publicos. Sic Pomponius reversum postliminio ait, qvi intra præsidia nostra esse cœpit: Paulus, cum in fines nostros intraverit. Sed ex paritate rationis consensus gentium rem eo perduxit, ut postliminium locum haberet, etiam si qvis homo, aut res ejus generis, in qvo postliminium esse placuerat, pervenisset ad amicos nostros, ut loqvitur dicto loco Pomponius, aut, ut Paulus exempli causa explicat, ad regem, socium vel amicum. Qvibus in locis * amici aut socii intelligendi sunt non simpliciter, qvibuscum pax est, sed qvi partes in bello easdem sequuntur; ad qvos qvi venerunt, ut Paulus loqvitur, nomine publico tuti esse incipiunt. Nihil enim interest, homo aut res ad hos, aut ad suos, pervenerit.

† L. 3. c. 6. §. 3. n. 1.

L. 5 Postlimin. §. 1. D. de Captiv. L. postliminium 19. §. 3. postliminio. Ibid.

* * *

Ex reditu in limen) Hinc sumta translatione postliminium Ecclesiasticæ pacis dixit Tertullianus de pudicitia.

Amici aut socii intelligendi sunt non simpliciter, qvibuscum pax est) Ita sensisse Maroci & Fesæ regem apparet ex Thuani libro CXXX. in anno cIↃ IↃ CIII.

2. Apud eos vero, qvi amici sunt, sed non earundem partium, bello capti statum non mutant, nisi ex speciali pacto; qvomodo in secundo fœdere icto inter Romanos & Carthaginenses convenerat, ut qvi à Carthaginensibus capti è populis amicis Romanorum in portus Romanis subditos venissent, in libertatem vindicari possent: utqve Carthaginensium amicis par jus esset. Ideo * qvi Romanorum bello Punico secundo capti in Græciam commercio pervenerant, jus ibi postliminii non habuerunt, qvia Græci in eo bello neutras secuti fuerant partes: ac propterea opus fuit eos redimi, ut liberarentur. Qvin & apud Homerum non uno in loco videmus bello captos in locis pacatis venditos, ut Lycaonem Iliados Φ. Eurimedusam Odysseæ H.

Polyb. III.

Plut. Flaminio.

Qvi

***

Qvi Romanorum bello Punico ſecundo capti in Græciam commercio pervenerant, jus ibi poſtliminii non habuerunt) Valerius Maximus lib. V. cap. II, 6. Diodorus Siculus Excerpto legationum n. 3. Sic & Rhodii, qvos Athenienſium cives bello Philippi emerant, liberaliter Athenienſibus reddidere; Polybius Excerpto legationum, n. 3.

III. Vetus Romanorum locutio receptos poſtliminio etiam homines liberos dicebat. *Poſtliminio receptum*, (ita enim legendum eſt) *Gallus Ælius in libro primo ſignificationum, qvæ ad jus pertinent, aut eſſe eum, qvi liber è qva civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit, eo jure, qvod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qvi ſervus à nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos, redit in ejus poteſtatem, cujus antea fuit, jure poſtliminii. Eqvi & mulæ & naves eadem ratio eſt in poſtliminii receptu* (ita tria hæc verba, qvæ delenda cenſet vir incomparabilis in Romani juris ſtudio Jacobus Cujacius, levi mutatione retineri poſſe arbitror) *qvæ ſervi: qvæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt, eadem genera rerum à nobis ad hoſtes redire poſſunt.* Sed poſteriores Romani Jurisconſulti diſcrete magis duas ſtatuerunt ſpecies poſtliminii, ut aut nos revertamur, aut aliqvid recipiamus. Feſt. Pomp. l. 14. cum duæ. D. de Capt. & poſtlim. rev. L. in bello. 12. D. eodem tit. de Poſtlim.

IV, 1. Retinendum & illud Tryphonini, qvi poſtliminii jus competere ait in bello aut in pace: ſenſu paulo alio, qvam qvo idem dixerat Pomponius. In pace poſtliminium, niſi aliter convenerit, eſt * his, qvi non virtute bellica ſuperati, ſed fato ſuo deprehenſi ſunt, ut qvi cum bellum ſubito exarſit, apud hoſtes reperiuntur. Aliis autem captivis in pace poſtliminium non eſt, * niſi id pactis erat comprehenſum, ut optime eum Tryphonini † locum emendat doctiſſimus Petrus Faber, non improbante Cujacio. nam hoc & ſubjecta ratio & oppoſitum membrum aperte evincunt. *Pacem fecerat captivis dimiſſis, ita enim convenerat*, inqvit Zonaras. Et Pomponius: *ſi captivus, de qvo in pace cautum fuerat, ut rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit, non eſt ei poſtea poſtliminium.* Paulus: *Si in bello captus pace demum facta refugit, poſtliminio redit ad eum, à qvo priore bello captus erat: ſi modo non convenerit in pace, ut captivi redderentur.* L. Poſtliminii. 5. D. Ibid. Sem. lib. 1. c. 7. rom. III. t. 20. ſi capt. L. ſi qvid bello. 25. D. d. tit. † L. 3. c. 20. §. 12. n. 1.

***

His, qvi non virtute bellica ſuperati, ſed fato ſuo deprehenſi ſunt) Vide exemplum apud Parutam belli Cypri lib. I.

Niſi id pactis erat comprehenſum) Vide Joſephum antiqvæ hiſtoriæ XIII. 2. Polybius pacta ponit comprehendentia, ut captivi redderentur, in pace Philippi, Ætolorum, cum exceptione tamen, & Antiochi; excerptis de legationibus 9. 28. 35. Eadem exempla habet Livius, & præterea pacis cum Nabide. Similia aliqvot ſuppeditat Zoſimus. Ut ecce Probi pax cum Vandalis & Bur-

gundis sic inita: ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, ὃς ἕτυχον ἔχοντες, ἀποδοῦναι, *ut & prædam omnem & quoscumque habebant captivos redderent.* Lib. 1. similem pacem narrat Juliani cum Germanis, item cum Qvadis, qvi in Germania, libro III. Ammianus Marcellinus libro XVII. de Rege Alemannorum Suomario: *pacem genibus curvatus orabat. & eam cum concessione preteritorum sub hac meruit lege, ut captivos redderet nostros.* mox de Sarmatis; *jussi obtinere sedes impavidi nostros reddidere captivos:* de alia rursum Sarmatarum parte idem dicit. Apud Zonaram multa talia: inter cetera in rebus Michaëlis, qvi filius Theophili, de Bulgaro loqvens: τοὺς αἰχμαλώτους ἐλευθερώσαι συνέθετο, *promisit captivis se daturum libertatem.* Nicetas libro II. captivis omnibus libertatem ait datam, exceptis Corinthiis & Thebanis viris ac mulieribus. Interdum convenit, ut reddantur captivi, qvi à Republica possidentur, ut apud Thucydidem V.

2. Causam, cur de his, qvi bellica virtute capti sunt, id placuerit, ex Servio hanc affert Tryphoninus, *qvia spem revertendi civibus in virtute bellica magis, qvam in pace, Romani esse voluerunt,* nimirum, ut Livius loqvitur, ab antiqvo minime indulgens in captivos civitas. Sed hæc ratio Romanorum, propria non potuit constituere jus gentium: potuit tamen inter causas esse, cur Romani illud jus, ab aliis gentibus introductum, & ipsi amplecterentur. Verior hæc est ratio, qvod Reges aut populi, qvi bellum suscipiunt, credi volunt justas sibi fuisse causas, cur id facerent: contra autem, injuriam facere eos, qvi adversum se arma ferrent: qvod cum utraqve pars credi vellet, nec tutum esset pacem servare cupientibus, huic se controversiæ interponere, nihil melius facere potuerunt populi pacati, qvam * ut id, qvod evenisset, pro jure acciperent: atqve ita captos in actu repugnandi haberent, qvasi ex justa causa captos.

***

Ut id, qvod evenisset, pro jure acciperent) Vide Priscum excerpto de legationibus 28. & Bezarum de bello Genuensium in Venetos libro II.

3. At de his, qvi bello exorto deprehensi erant, dici idem non poterat. nam in illis nullum injuriæ consilium fingi poterat. Tamen, ad minuendas hostium vires, retineri eos manente bello non iniqvum videbatur: bello autem composito nihil obtendi poterat, qvominus dimitterentur. Itaqve consensum in hoc est, ut tales in pace semper libertatem obtinerent, ut confessione partium innocentes: in ceteros vero, ut qvisqve usurparet, qvod vellet, credi jus esse, nisi qvatenus pacta certi aliqvid præscriberent. Atqve eandem ob causam * nec servi, nec res bello captæ pace redduntur, nisi pactis expressum id sit: qvia victor credi vult, jus sibi fuisse ista qværendi: cui contradicere, id vero fuerat bella ex bellis ferere: ex qvibus apparet, ingeniose, non ex vero, allatum illud apud Qvintilianum pro Thebanis: Ideo captivos,

si

si in patriam suam redierunt, liberos esse, qvia bello parta non nisi eádem vi possideantur. Diximus de pace.

***

Nec servi) Totilas Pelagio Diacono à Romanis ad se misso edicit, ne de reddendis Siculorum servis verba faciat, dicens iniqvum fore, ut Romani commilites suos veteribus dominis dedant. Locus est Gothicorum III.

4. *In bello redeunt postliminio homines, qvi anteqvam caperentur, liberi fuerant: recipiuntur servi & alia qvædam.

***

In bello redeunt postliminio homines, qvi anteqvam caperentur, liberi fuerunt) Julianus oratione in malos Cynicos : ἔστω μὲν αὖ εἶναι οἰκέται καὶ ὁπόσους τῶν αἰχμαλώτων λυτρούμεθα. καὶ τοι οἱ νόμοι τούτοις δεδωκασι τὴν ἐλευθερίαν. *Hoc modo servi essent etiam, qvos bello captos liberamus. Atqui talibus, ubi ad nos redierint, libertatem adjudicant leges.*

V. † Liber homo ita demum postliminio redit, si hoc animo ad suos venerit, ut eorum res seqveretur, ut à Tryphonino proditum est : nimirum qvia, ut qvis servus liber fiat, se debet, ut ita dicam, acqvirere, qvod non est, nisi volentis : Ceterum, *an vi bellica receptus sit ab hostibus, an dolo profugerit, nihil refert, (*a*) ut à Florentino †† notatum est. Tantundem erit, si ab hostibus sponte sit traditus. Qvid *si ab hoste venditus commercio, ut fit, ad suos pervenerit? Tractatur hæc controversia *apud Senecam in Olynthio, qvam Parrhasius emerat; qværit enim, cum decretum factum esset ab Athenienses, qvo Olynthii juberentur liberi esse, hoc contineretur liberi ut fierent, an ut liberi judicarentur, qvorum hoc est verius.

† d. L. 12. in bello. §. manumittendo. 9. & L. 5. postliminii. §. captivo. 3. D. de Capt.

(*a*) h. l. c. VII. §. 6. n. 1. & 4.

†† L. 26. Nihil. D. de Capt. L. 5. eum non redemtum. C. de Postl.

***

An vi bellica receptus sit ab hostibus) Ut illi, qvos à Slavis captos liberavere Hunni, apud Procopium itidem Gothicorum III.

Si ab hoste venditus commercio, ut fit, ad suos pervenerit) Ut eodem Procopii libro juvenis Childubius τὸν υἱὸν ἐπεὶ ἀφίκετο εἰς πάτρια ἤδη ἐλεύθερος καὶ τὸ λοιπὸν κατάγειν νόμον καὶ αὐτὸς ἔσαι. *dicebat, se, cum in patriam rediisset, liberum ex jure in posterum fore.* Et apud Turcas nullum olim fuisse captivis postliminium notat Leunclavius. add. c. h. §. 4. n. 2. & c. 21. §. 24. h. l.

Apud Senecam) Libro V, controversia 34.

VI. 1. Liber autem homo, postqvam ad suos rediit, non se tantum sibi acqvirit, sed & res omnes, qvas habuerat apud populos pacatos, sive corporales sive incorporales. Qvia populi pacati, sicut factum pro jure secuti erant in capto, ita & in liberato, ut se æqvos præbeant utriqve parti. Ergo dominium, qvod habuerat in res ejus is, qvi belli jure eum possidebat, non erat

sine omni conditione: cessare enim poterat ipso invito, si, captus qvi fuerat, ad suos perveniset. Has ergo res sic ille perdit, qvomodo hominem, cujus erant accessio.

2. Qvid si tamen alienasset? an, qvi titulum habet ab eo, qvi belli jure eo tempore erat dominus, tutus erit gentium jure, an & hæc recuperabuntur? De his loqvor, qvæ apud populum belli medium exstabant. Distinguendum videtur inter res, qvæ ejus sunt generis, ut postliminio redeant, & qvæ extra id genus sunt; qvod discrimen jam mox † explicabimus, ut illa videantur alienata cum sua causa & sub conditione; ista vero simpliciter. Alienata autem intelligo etiam, qvæ donata aut acceptilata sunt.

† §. 13. seqq. h. c.

L. in Bello. 12. §. cetera. 6. L. Mulier. 6. D. de Capt. L. postliminio. 17. d. tit. L. 19. postliminium. §. 1. induciæ. D. de Capt. L. 4. eos qvi. d. tit.

VII. At sicut ad postliminio redeuntem jura redeunt, ita & jura in ipsum restituuntur, ac pro eo habentur, ut Tryphoninus loqvitur, ac si nunqvam ille hostium potitus fuisset.

†††

Jura redeunt) Secus ea, qvæ facti dicuntur, v. g. possessio, *l. 23. §. 1. de acqu. possess.* qvæ de novo apprehendenda, *Dn. Strvv. S. J. C. Ex. 50. th. 39.* Qvamvis, abstracto jure civili, verum qvoqve judicemus, possessionem, cum animo, qvo captivus non destituitur, solo etiam retineri possit, durante captivitate non interrumpi.

VIII. Huic regulæ de liberis hominibus exceptionem hanc rectè ascribit Paulus: *Postliminio carent, qvi armis victi hostibus se dederant*, nimirum qvia pactiones cum hostibus factæ valent jure gentium, ut alibi dicemus, nec adversus eas est postliminium. Ideo Romani illi à Pœnis capti apud Gellium: *postliminium justum non esse sibi, qvoniam dejurio vincti forent.* Unde & induciarum tempore non esse postliminium, rectè à Paulo notatum est. At hos, qvi hostibus deduntur sine ulla scilicet pactione † postliminio reverti respondit Modestinus.

† L. 2. c. 21. §. 4.

(a) L. 11. c. 9. §. 3. n. 1.

IX. 1. Qvod de singulis personis diximus, idem & in (a) populis locum habere arbitror, ut, qvi liberi fuerunt, suam recipiant libertatem, si forte eos vis sociorum eximat hostili imperio. At si ipsa multitudo, qvæ civitatem constituerat, dissoluta sit, verius puto, non eundem populum censeri, nec postliminio res restitui ipso gentium jure, qvia populus, ut navis, partium dissolutione plane interit, eo qvod tota ejus natura in illa perpetua conjunctione consistit. Non ergo, qvæ fuerat Sagunti civitas, eadem exstitit, cum veteribus cultoribus ea sedes octavo post anno restituta est. neqve Thebæ, cum jam Thebani in servitutem ab Alexandro venissent. Hinc apparet, qvod Thessali Thebanis † debuerant, non esse Thebanis postliminio restitutum: idqve duplici de causa: tum qvod novus erat populus, tum qvod Alexander, qvo tempore dominus erat, hoc jus alienare potuerat & alienaverat; & qvia creditum non in eorum est numero, qvæ postliminio redeunt.

† Cap. præced. §. 4. n. 2.

L. 8. L. 14. cum duab. §. 1. D. de Capt. junct.

2. Ei, qvod de civitate diximus, haud multum dissimile est, qvod veteri illo

illo Romano jure, qvo diſſolubilia erant conjugia, * matrimonium non cenſebatur poſtliminio reſtitui, ſed novo conſenſu redintegrari. L. 1. D. de Divort. Conſ. Nov. 22. cap. 7.

* * *

Matrimonium non cenſebatur poſtliminio reſtitui) Aliter inter Chriſtianos, Leo Papa ad Nicetam Aqvilejenſem Epiſcopum: *Ut ſicut in mancipiis vel agris, aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus, in captivitatem ductis, poſtliminium reverſis de captivitate ſervatur, ita etiam & conjugia, ſi aliis junctis fuerint, reformentur.* Vide Hincmarum in opuſculo de divortio Lotharii & Tetbergæ ad interrogationem XIII. & reſponſum Stephani Papæ cap. 19. in Tomo II. Conciliorum Galliæ.

†††

Veteri illo Romano jure) Qvo, niſi voluerit, uxor cogi ad maritum recipiendum non potuit. Debebat tamen ſuæ nullitatis juſtas allegare causas, ni vellet incidere in pœnas comprehenſas in *L. fin. C. de Repud.* Ceterum hoc omne jure novo correctum & abolitum, *Novell.* 22. *cap.* 7.

X. 1. Et ex his qvidem intelligi poteſt, qvale ſit jure gentium poſtliminium in liberis hominibus. Ceterum jure civili id ipſum jus, qvod ea attinet, qvæ intra civitatem aguntur, & adſtringi additis exceptionibus aut conditionibus, & produci ad alia commoda poteſt. Sic jure civili Romano de numero eorum, qvi poſtliminio redeunt, exempti ſunt transfugæ: etiam filii familias, in qvos patri videtur ſalva eſſe debuiſſe poteſtas illa patria, qvæ propria erat Qviritium. Sed hoc ideo placuiſſe ait Paulus, qvia diſciplina caſtrorum antiqvior fuit parentibus Romanis, qvam caritas liberorum: cui congruit, qvod de Manlio ait Cicero, ſuo dolore ſanciviſſe eum militaris imperii diſciplinam, ut ſaluti proſpiceret civium, qva intelligebat contineri ſuam: ipſiqve naturæ & patrio amori prælatum ab eo jus majeſtatis. d. L. 19. poſtliminium. §. 4. transfugæ, & §. filius qvoqve. 7. De Finib. 1.

2. Detrahit & hoc aliqvid de jure poſtliminii, qvod legibus Atticis primum, deinde Romanis conſtitutum eſt, ut qvi redemptus eſt ab hoſtibus redemptori * ſerviat donec pretium reddiderit. Sed hoc ipſum favore libertatis introductum apparet, ne adempta ſpe recuperandæ pecuniæ multi in hoſtium manu relinqverentur. Et illa ipſa ſervitus iisdem Romanis legibus multis modis mitigatur, & poſtrema lege Juſtiniani finitur operis qvinqvennii: morte qvoqve redempti jus repetendæ pecuniæ exſtinguitur; ſicut & contracto inter redimentem & redemptum matrimonio remiſſum cenſetur: & redemptæ mulieris proſtitutione amittitur, multaqve alia jure Romano in favorem redimentium & in pœnam proximorum, qvi ſuos non redimunt, conſtituta ſunt. Dem. in Nicoſtratum. C. de poſtl. L. ult. L. ſi patre. 15. D. de Capt. L. 13. ſi is qvi te C. de Poſtl. L. fœdiſſimæ. 7. eod. tit.

* * *

Serviat, donec pretium reddiderit) Idem cap. 34. Edicti Caroli Calvi Piſtis.

3. Rurſum auctum eſt poſtliminii jus lege civili, eo qvod non ea tantum,

tum, qvæ in postliminio sunt jure gentium, sed res omnes, jura omnia perinde habentur, acsi is, qvi rediit, nunqvam hostium potitus esset: qvod & jure Attico obtinuit. Nam, ut apud Dionem Prusæensem oratione XV. legimus, qvidam Calliæ se filium dicens captum in clade ad Acanthum, & serviisse in Thracia, cum Athenas postliminio rediisset, hæreditatem Calliæ à possessoribus petiit, nec aliud qvæsitum est in Judicio, qvam an is revera Calliæ esset filius. Idem narrat, Messenios, cum longo tempore serviissent, tandem & libertatem & regionem recepisse. Imo & qvæ per usucapionem aut liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videbantur, actione rescissoria restituuntur: nam in edicto de majoribus in integrum restituendis is comprehenditur, qvi in hostium est potestate. Et hoc qvidem venit ex jure Romano antiqvo.

L. 18. ab hostibus C. de Postliminio. L. 1. §. 1. D. Qvibus ex caus. majores.

4. At lex Cornelia etiam hæredibus consuluit eorum, qvi capti apud hostes decessissent: bona eorum conservans perinde, qvasi, qvi non rediit, jam eo tempore, qvo captus est, decessisset. Qvæ jura civilia si tollas, haud dubie statim ut qvis ab hostibus captus esset, * bona ejus futura fuissent occupantium, qvia, qvi apud hostes est, pro nullo habetur. Qvod si, qvi captus fuerat, rediret, nihil reciperet præter ea, qvæ jure gentium postliminium habent. Qvod vero captivorum bona fisco cedunt, si hæres nullus sit, ex jure speciali est Romano. Vidimus de his, qvi redeunt: videamus de his, qvæ recipiuntur.

L. Divus. 31. D. de Jure Fisci, L. bona. 22. §. apparet. 1. D. de Capt.

***

Bona ejus futura fuissent occupantium) Vide legem Wisigothicam lib. V. tit. IV. c. 15.

†††

Futura fuissent occupantium) Hæredem primò ab intestato, vel, his deficientibus, reliqvorum, qvos æqvitas vocabat, & deniqve omnium acqvisitionis capacium.

Ex jure speciali est Romano) Rectè: nam, extra hanc legem positivam, occupatio cuilibet civi ex jure gentium tanqvam rei pro derelicto habitæ conceditur. Qvamvis Resp. vi imperii (non qvidem extraordinarii, sive dominii supereminentis, sed ordinarii) optimè super re nullius in fiscum redigendâ disponere possit, nullâ de cetero factâ distinctione, an alicujus nondum fuerit res, qvæ jam nullius dicitur, an esse desierit.

XI. 1. Inter hæc sunt primum servi & ancillæ, * etiam sæpe alienati, * etiam ab hoste manumissi: qvia hostium jure manumissio obesse civi nostro servi domino non potuit: ut bene notat Tryphoninus. Sed, ut servus recipiatur, necesse est, ut aut revera habeatur à vetere domino, aut haberi facile possit. Qvare cum in rebus aliis sufficiat eas intra fines esse perductas, ad postliminii jus in servo id non erit satis, nisi & cognoscatur. nam qvi in urbe Roma est ita, ut lateat, nondum receptus Paulo videtur. Ac sicut hac in parte à rebus inanimis distat servus, ita vicissim à libero homine in eo distat, qvod ut postliminio recipiatur, non reqviritur, ut animo res nostras seqvendi vene-

L. In bello. 12. §. manumittendo. 9 L. ult. D. de Captiv.

venerit. Id enim in eo requiritur, qui se recepturus est, non in eo, qui ab altero sit recipiendus, &, ut Sabinus scripsit, *de sua qua civitate cuiq; constituendi facultas libera est, non de dominii jure.* d. L. in bello. 12. §. manumittendo. 9.

***

Etiam sepe alienati) At edicto Teuderichi ita constitutum est: *Servi aut coloni ab hostibus capti & reversi domino restituantur, si non sunt ante ab altero vendentibus hostibus in commercio comparati.* Vide & Cassiodorum III, 43. At lege Wisigotthica mancipium bello receptum domino redditur. is, qui recepit, tertiam partem accipit justi pretii. Si ab hostibus venditum receptum fuerit, redit ad dominum pretio reddito & melioramentis. lib. V. tit. IV, 21.

Etiam ab hoste manumissi) ut à Mithridate, qui retracti in servitutem Appianus Mithridatico.

2. Non excepit ab hoc gentium jure servos transfugas Lex Romana, nam & in his dominus pristinum jus recipit, ut Paulus nos docet: ne contrarium jus non tam ipsi injuriosum sit, qui servus semper permanet, quam domino damnosum. Generaliter de servis, qui virtute militum recuperantur, dictum est ab Imperatoribus illud, quod ad res omnes male à nonnullis trahitur, *Receptos eos, non captos, judicare debemus, & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum.* d. L. 19. postliminium. §. si vero servus. §. L. 12. ab hostibus. C. de Postliminio Revers.

3. Qui ab hostibus redempti sunt servi protinus Romano jure fiunt redimentis, sed oblata demum pretio postliminio recipi intelliguntur. Verum hæc subtilius explicare juris civilis interpretum est. Nam & posterioribus legibus mutata sunt nonnulla: & quo servi capti ad reditum invitarentur, proposita libertas his, quibus membrum ruptum esset statim, ceteris post quinquennium, ut videre est in legibus militaribus à Rufo collectis.

XII. Illa quæstio magis ad nos pertinet, an & populi, qui subjecti alieno imperio fuerunt in veterem causam recidant: quod tractari potest, si non is, cujus imperium fuerat, sed sociorum aliquis eos hosti eripuisset. Puto hic idem dicendum, quod in servis, nisi sociali fœdere aliter convenerit.

XIII. 1. Inter res primum occurrunt agri, qui in postliminio sunt. *Verum est*, ait Pomponius, *expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire.* Expulsi autem hostes intelligi debent, ex quo aperte eo accedere † amplius non possunt, ut alibi explicavimus. Sic Æginam insulam Athenienſibus ereptam* veteribus dominis Lacedæmonii †† reddiderunt. Agros ex Gothis & Vandalis recuperatos veterum possessorum hæredibus reddiderunt Justinianus aliiq; Imperatores; *non admissis adversus dominos præscriptionibus illis, quas Romanæ leges induxerant. L. 20. si captivus. §. 1. verum est. D. de Capt. † L. h. c. 6. §. 4. n. 1. seqq. †† h. L. c. 6. §. 7 Strabo lib. 8. Nov. XXXVI. Nov. Valent. de Episc. Jud. Procop. de Bell. Vand. Cujac. obs. X.

***

Veteribus dominis) nempe, qui partium Lacedæmoniarum fuerant. Confer, quæ supra cap. VI. §. 7.

Non admiſſis adverſus dominos præſcriptionibus illis) Idqve ex lege Honorii, qvi, qvanqvam relicta Vandalis Hiſpania, tamen dum eam tenerent Vandali, præſcriptionem tricenariam dominis nocere noluerat, meminit Procopius Vandalicorum I. Valentinianus in Novella, lege de Epiſcopali judicio: *Triennali temporum definitione concludi ea præcepimus, qvæ perpetuis aut infinitis ſeculis ſervabantur: Exceptis Afrorum negotiis, qvi ſe probaverint neceſſitatem Vandalicam pertuliſſe: ut de illorum cauſis illa tempora præfixo triennio ſubtrahantur, qvæ claruerit ſub hoſtilitate conſumta*. In concilio Hiſpalenſi relato in cauſam XVI. qvæſtione IV. *ſicut per legem mundialem his, qvos barbarica ſeveritas captiva neceſſitate transvexit, poſtliminio revertentibus redditur antiqva poſſeſſio*. convenit C. Ex transmiſſa. 10. De Præſcriptionibus. vide & Cujacium ad titulum C. de præſcriptione XXX. annorum.

2. Qvod de agris jus eſt, idem eſſe arbitror de omni jure, qvod ſolo adhæret. Nam & loca capta ab hoſtibus, qvæ religioſa vel ſacra fuerant, ſi ab hac calamitate fuerint liberata, qvaſi qvodam poſtliminio reverſa priſtino ſtatui reſtitui ſcripſit Pomponius: qvicum convenit illud Ciceronis in Verrina de Signis, de Diana Segeſtana: *P. Africani virtute religionem ſimul cum loco recuperavit*. & Marcianus cum poſtliminii jure comparat jus illud, qvo ſolum ædificio occupatum eo collapſo littori redditur. Qvare & uſumfructum agri recepti reſtitui dicendum erit, ad exemplum ejus, qvod de agro inundato Pomponius reſpondit. Sic Hiſpanis lege cautum eſt, ut comitatus & aliæ jurisdictiones hæreditariæ poſtliminio redeant, majores omnino; minores, ſi intra qvadriennium à receptione vindicentur; niſi qvod arcem bello amiſſam & qvomodocunqve recuperatam retinendi jus Rex habet.

1. cum loca. 56. D. de Religioſ. & ſumt ſun. l. 6. in tantum. D. de Rer. Diviſ.

l. ſi ager. 23. D. Qvibus mod. uſusfr. amit. l. II. c. IIX. §. X. n. 2. Reg. Conſt. Lib. X. tit. 29. p. 2.

XIV. 1. De mobilibus generalis in contrarium regula eſt, ut poſtliminio non redeant, ſed in præda ſint: ut hæc opponit Labeo. Qvare & commercio parata, ubicunqve reperiuntur, manent ejus, qvi emit: nec apud pacatos reperta aut intra fines perducta vindicandi jus eſt veteri domino. Sed ab hac regula videmus olim excepta, qvæ in bello uſum habent: qvod ideo placuiſſe gentibus videtur, ut recuperandi ſpes ad ea comparanda alacriores homines redderet. plurimarum enim civitatum inſtituta eo tempore ad rem bellicam referebantur. qvare facile in hoc conſenſum eſt. Uſum autem in bello hæc habere cenſentur, qvæ modo ex Gallo Ælio attulimus, ſed qvæ diſtinctius expoſita exſtant tum apud Ciceronem in Topicis, tum apud Modeſtinum: Naves† ſcilicet longæ atq; onerariæ, non item luſoriæ, aut actuariæ voluptatis cauſa paratæ: muli, ſed clitellarii: eqvi & eqvæ, ſed freni patientes. Et hæ res ſunt, qvas & legari recte voluerunt Romani, & in præſtationes familiæ herciſcundæ venire.

l. 2. & 3. D. de Captiv. † Conſ. h. l. c. 6. §. 3. n. 2. l. 9 id qvod apud hoſtes. D. de Leg. 1. l. 22. itē. Labeo. §. 1. cum l. ſeq. D. de Pā. hered.

†††

Veteri domino) Vid. Carpz. 6. Ipr. Forenſ. p. 4. c. 35. def. 9. Zuſ. Comment. ad D. tit.

tit. de Capt&G. n. 18. *add. Dn. Pufendorff. de J. N. & G. lib.* 8. *cap.* 6. *§.* 25. qvi hæc ſo-lummodò ad mores Romanos reſtringit.

2. Arma & veſtis uſum qvidem in bello habent, ſed poſtliminio non redibant, qvia minime favorabiles erant, qvi in bello arma aut veſtem amitterent: imo id flagitii loco habebatur, ut paſſim in hiſtoriis apparet. Atqve in hoc notantur arma ab eqvo diſtare, qvod eqvus ſine culpa eqvitis proripere ſe potuit. Et hoc qvidem rerum mobilium diſcrimen videtur uſum habuiſſe in occidente, etiam ſub Gotthis, ad Boëtii usqve tempora: is enim Ciceronis Topica explicans ita videtur de hoc jure loqvi, qvaſi qvod ad eum diem vim ſuam obtineret.

XV. At poſterioribus temporibus, ſi non ante, ſublata videtur hæc differentia. Paſſim enim tradunt morum periti, res mobiles poſtliminio non redire, & * id de navibus conſtitutum multis in locis videmus.

Bart. in L. ſi qvid bello, 28. D. de Capt. Ang. & Salic. in L. ab hoſtibus, 2. C. de Capt. h. L. c. 6. §. 3. in fin. & h. c. 9. §. 19. n. 2. Conſt. Gall. L. XX. tit. 13. art. 24. Conſul. maris, c. 287. L. hoſtes. 24. & 1. Latrones. 27 D. de Captiv. l. poſtliminiū. 19. §. à piratis. 2. Eod. tit. Demoſth. de Haloncſo. t. II. c. XV. §. 5. n. 1. add. h. c. IX. §. ſeq. 18. n. 1. ir. c. 3. §. 1. n. 1 & §. 2. n. 1. h. L. † L. 2. c. 10. §. 9. L. 1. c. 10. §. 6. n. 2. c. 16. §. 3. Lib. XXXI. tit. 29. p. 2. Covar. ad c. peccatum, p. 11. §. 2. n. 8.

***

Id de navibus conſtitutum multis in locis videmus) Deciſio Genuenſis centeſima prima.

†††

Sublata videtur hæc differentia) Idem de moribus hodiernis teſtatur *Hahn. ad Weſenbec. ff. de Capt&G. & Poſtlimin. num.* 3.

XVI. Eæ vero res, qvæ intra præſidia perductæ nondum ſunt, qvanqvam ab hoſtibus occupatæ, ideo poſtliminii non egent, qvia dominum nondum mutarunt ex gentium jure. Et, qvæ piratæ aut latrones nobis eripuerunt, non opus habent poſtliminio, ut Ulpianus & Javolenus reſponderunt; qvia jus gentium illis non conceſſit, ut jus dominii mutare poſſint: qvo innixi Athenienſes Haloneſum, qvam ipſis prædones, * prædonibus Philippus eripuerat, ut redditas à Philippo, non ut donatas, volebant accipere. Itaqve res ab illis captæ ubicunqve reperiuntur, vindicari poſſunt, niſi qvod ex naturali jure alibi † cenſuimus, ei, qvi ſuo ſumtu poſſeſſionem rei adeptus eſt, tantum eſſe reddendum, qvantum dominus ipſe ad rem recuperandam libenter impenſurus fuerat.

***

Prædonibus Philippus eripuerat) Vide ipſam Philippi epiſtolam inter opera Demoſthenis.

XVII. Poteſt tamen lege civili aliud conſtitui: ſicuti * lege Hiſpanica naves à piratis captæ eorum fiunt, qvi eas eripiunt piratis: neqve enim iniqvum eſt, ut privata res publicæ utilitati cedat, præſertim in tanta recuperandi difficultate. Sed lex talis non obſtabit exteris, qvo minus res ſuas vindicent.

***

Lege Hiſpanica naves à piratis captæ eorum fiunt, qvi eas eripiunt piratis) Idem apud Venetos. Patet ex literis Fraxinii Canæi Tomc I.

XIIX. 1. Illud magis mirandum, qvod teſtantur Romanæ leges, poſtliminii jus locum habuiſſe non tantum inter hoſtes, ſed & inter Romanos

† Lib. II. c. 15. §. 5. n. 2. in fin. L. III. c. 3. §. 2. n. 3

†† L. III. c. XX. §. 8. n. 5.

& populos externos. Sed alibi† diximus, reliqvias has esse seculi Nomadum,†† qvo sensum naturalis societatis, qvæ est inter homines, mores exsurdaverant. Itaqve apud gentes, etiam, qvæ bellum publicum non gererent, erat qvædam belli inter privatos qvasi ipsis moribus indicti licentia: ac ne ea licentia ad interficiendos homines prosiliret, placuit captivitatis jura inter eos introduci, cui consequens fuit, ut & postliminio locus esset, aliter qvam cum latronibus ac piratis, qvia illa vis rem producebat ad æqvas pactiones, qvæ à latronibus & piratis contemni solent.

L. non dubito. 7. D. de Captiv.

2. Juris olim controversi videtur fuisse, an, qvi apud nos serviunt ex populo fœderato, si domum revenissent, postliminio redeant. Ita enim hanc qvæstionem proponit Cicero primo de Oratore. Et Gallus qvidem Ælius sic ait: *Cum populis liberis & cum fœderatis & cum regibus postliminium nobis est, ita ut cum hostibus.* Contra Proculus: *Non dubito, qvin fœderati & liberi nobis externi sint: non inter nos atqve eos postliminium esse.*

D. L. 2. postliminii. § in pace. 2. de Captiv.

3. Ego arbitror, distingvendum inter fœdera, ut, si qva essent, qvæ belli duntaxat publici componendi aut cavendi causa essent inita, ea nec captivitati in posterum, nec postliminio obstarent. At si qva id continerent, ut tuti essent publico nomine, qvi ab his ad illos venissent, ut tunc captivitate sublata cessaret postliminium. Et hoc mihi indicare videtur Pomponius, cum ait, *si cum gente aliqva neqve amicitiam, neqve hospitium, neqve fœdus amicitiæ causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt: qvod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noster, ab eis captus, servus fit & eorum: Idemqve est, si ab illis ad nos aliqvid perveniat: Hoc qvoqve igitur casu postliminium datum est.* Cum dixit, fœdus amicitiæ causa, ostendit & alia esse posse fœdera, qvibus nec hospitii, nec amicitiæ jus insit. Proculus qvoqve eos à se populos fœderatos intelligi, qvi amicitiam aut hospitium tutum promisissent, satis significat cum subjicit: *Etenim qvid inter nos atqve eos postliminii opus est, cum & illi apud nos & libertatem suam & dominium rerum suarum æqve, atq; apud se, retineant, & eadem nobis apud eos contingant.* Qvare, qvod apud Gallum Ælium sequitur, *qvæ nationes in ditione nostra sunt, cum his postliminium non est*, ut recte legit Cujacius, hoc additamento supplendum erit, nec cum his, qvibuscum fœdus amicitiæ causa habemus.

Obs. IX. L. 23.

Bod. Lib. 1. de Rep. c. 7.

† h L. c. 7. §. fin. n. 2.

XIX. 1. At nostris temporibus, non inter Christianos tantum, sed & apud plerosqve Mahumetistas, † jus, ut captivitatis extra bellum, ita & postliminii evanuit, sublata utriusq; necessitate, ob restitutam vim ejus cognationis, qvam inter homines natura esse voluit.

2. Habere tamen locum poterit vetus illud jus gentium, si res sit cum gente tam barbara, ut sine indictione aut causa omnes externos & res eorum hostiliter tractare pro jure habeat. Atqve eam in partem, dum hæc scribo, judicatum est in summo Auditorio Parisiensi, cœtus principe Nicolao Verdunio; bona, qvæ Francorum civium fuerant ab Algerienſibus, populo præda-

tio-

tionibus maritimis in omnes alios graſſari ſolito, capta belli jure mutaſſe dominum: ac proinde cum recepta ab aliis eſſent, facta eorum, qvi recepiſſent. In eadem cognitione & hoc judicatum eſt, qvod modo † diximus, naves hodie inter ea non eſſe, qvæ poſtliminio recipiuntur. † l. 6. §. 15.

CAPUT X.

Monita de his, qvæ fiunt in bello injuſto.

I. Qvo ſenſu pudor vetare dicatur, qvod lex permittit:
II. Aptatam hoc ad ea, qvæ jure Gentium permiſſa diximus.
III. Interna injuſtitia injuſtum eſſe, qvod ex bello injuſto fit.
IV. Qvi hinc, & qvatenus ad reſtitutionem obligentur.
V. An res captæ bello injuſto reddendæ ſint ab eo, qvi cepit.
VI. An & ab eo, qvi detinet.

I. 1.

LEgenda mihi retro veſtigia, & eripienda bellum gerentibus pene omnia, qvæ largitus videri poſſum, nec tamen largitus ſum. nam cum primum hanc juris gentium partem explicare ſum aggreſſus, teſtatus ſum, juris eſſe aut licere multa dici eo, qvod impune fiant, partim etiam, qvod judicia coactiva ſuam illis auctoritatem accommodent, qvæ tamen aut exorbitent à recti regula, ſive illa in jure † ſtricte dicto, ſive in aliarum virtutum præcepto poſita eſt, aut certe omittantur ſanctius & cum majori apud bonos laude. Lib. III. c. 4. §. 2. n. 2. † L. 2. c. XI. §. 3. c. 17. § 2. n. 1. c. 22. §. 16. c. 25. §. 3. n. 4. L. 3. c. 11. §. 2. c. 13. §. 3. n. 1.

†††

Dici eo qvod impune fiant) Confirmat hæc *Molin. tract. 5. de Juſtit. diſſ. 46. n. 16. pag. 1693.* Permittunt, inqviens, interdum leges nonnulla ex rationabili aliqvâ causâ, qvæ cum mala in ſe contra jus naturæ ſint, ipſæ tamen nec ea prohibent, nec puniunt, nec punire aut etiam impedire publicis poteſtatibus aut etiam Reip. ſiuunt. Sicut lupanaria publica & fornicationes in iis, jura civilia & canonica permittunt, ad majora mala vitanda, qvii impoſſibile eſt homines, attentâ eorum multitudine & fragilitate, ab omni omninò hemitione cohibere. Unde nefas eſt poteſtatibus publicis, lupanaria aut fornicationes in illis punire, aut impedire, exiſtentibus eis legibus earum permiſſivis: qvin & jura civilia actionem meretricibus publicis concedunt ad pretium ipſis debitum pro actu fornicario cum ipſis jam habito. Interim optimè hoc, qvod permittitur, non poni in genere licitorum, ſed naturali honeſtati & pudori dijudicandum relinqvi, ſtatuit Dn. Zigler, h. l.

2. In Troadibus Senecæ dicenti Pyrrho

Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit,

Regerit Agamemnon,

Qvod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

Qvo in loco pudor non tam hominum & famæ, qvam æqvi & boni, aut certe ejus, qvod æqvius meliusqve eſt, reſpectum ſignificat. Sic in Juſtinianeis Inſtitutionibus † legimus: *Fideicommiſſa appellata ſunt, qvia nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum, qvi rogabantur, continebantur.* Apud Patrem Qvintilianum: *Non aliter ſalvo pudore ad ſponſorem venit creditor, qvam ſi recipe-* † §. 1. Inſt. de Fideic. Hereditat.

re à debitore non possit. Atqve eo sensu sæpe videas justitiam cum pudore conjungi.

Nondum justitiam facinus mortale fugarat:
Ultima de superis illa reliqvit humum,
Proqve metu populum sine vi Pudor ipse regebat.

Operibus vers. 190. Hesiodus: Δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδῶς
Οὐκ ἔσται, βλαψεῖ δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα.
---- *nusqvam Pudor: aurea nusqvam*
Justitia: insultant pravi melioribus ultro.

Protagora. Plato libro XII. de legibus: παρθένος γὰρ αἰδοῦς Δίκη λέγεταί τε καὶ ὄντως εἴρηται. Emendem πάρεδρος: ut sensus sit: *Comes Pudoris Justitia vocatur, & merito qvidem.* Nam & alibi idem Plato sic loqvitur: θεὸς δείσας περὶ τῷ γένει ἀνθρώπων μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρᾶται ἀνθρώποις αἰδώ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συνάγωγοι. *Deus, metuens ne plane interiret genus humanum, dedit hominibus Justitiam ac Pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula:* & Plutarchus simili modo δίκην vocat ἔνοικον αἰδοῦς: *Justitiam pudoris cohabitatricem*, qvi & alibi jungit αἰδῶ & δικαιοσύνην. Apud Dionysium Halicarnassensem simul nominantur αἰδὼς κόσμος καὶ δίκη, *pudor, decorum, & honestum.* Sic & αἰδῶ & ἐπιείκειαν copulat Josephus *Pudorem & Æqvitatem.* Paulus qvoq; Jurisconsultus conjungit naturale jus & pudorem. Cicero autem inter justitiam & verecundiam ita fines regit, ut justitiæ partes statuat non violare homines, verecundiæ non offendere.

Ad ineruditū præsulem.

Vita Thesei.

Lib. VI.

Lib. XIII. Antiq. c. 19. L. 14. adoptivus. §. 2 D. de Ritu nupt. Off. 1.

3. Cum eo, qvem ex Seneca adduximus, versu bene convenit dictum ejusdem in scriptis philosophicis. * *Qvam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Qvanto latius officiorum patet, qvam juris regula? qvam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt? qvæ omnia extra publicas tabulas sunt.* Ubi vides, jus à justitia distingvi, qvia jus accipit id, qvod in judiciis externis viget. Idem id alibi explicat egregie exemplo juris herilis in servos. *In mancipio cogitandum est, non qvantum illud impune pati possit; sed qvantum tibi permittat æqvi boniq; natura, qvæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet.* Deinde: *Cum in servum omnia liceant, est aliqvid, qvod in hominem licere commune jus animantium vetet.* qvo in loco notanda iterum vocis *licere* diversa acceptio, altera exterior, altera interior.

Lib. 1. de Ira, c. 27.

Lib. 1. de Clem. c. 18.

***

Qvam angusta innocentia est ad legem bonum esse) Idem Seneca de Beneficiis l. V. c. 21. *Multa legem non habent, nec actionem, ad qvæ consuetudo vitæ humanæ, lege omni valentior, dat aditum,* Qvintilianus Institutionum oratoriarum lib. III. c. 8. *Sunt enim qvædam non laudabilia natura, sed lege concessa, ut in XII. Tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit,* † *qvam legem mos publicus repudiavit.* Cicero de Officiis libro III. *Aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias.*

† h. l. 3. c. 4. §. 2. n. 2.

tias. Leges, qvatenus manu tenere res non possunt: philosophi, qvatenus ratione & intelligentia.

II. 1. Eundem habet sensum illa Marcelli in Senatu Romano distinctio: *non qvid ego fecerim, in disqvisitionem venit, qvem, qvicqvid in hostibus feci, jus belli defendit, sed qvid isti pati debuerint:* ex æqvo & bono scilicet. Idem discrimen Aristoteles innuit disputans an justa dicenda sit, qvæ ex bello oritur servitus: ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται δικαίου τινος (ὁ γὰρ νόμος δικαιόν τι) τὴν κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν. ὅλως δ' οὐκ φασί. τὴν γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι πολέμων. *Qvidam respicientes justi aliqvid (*nam & lex justum qvid est) justam esse ajunt servitutem ex bello: at omnino justam esse negant, qvando accidere potest, ut injusta fuerit bellandi causa.* Simile est illud Thucydidis in Thebanorum oratione: οὓς ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν. κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπαρχον: *de his, qvos in conflictu occidistis, non adeo qverimur, accidit enim hoc illis jure qvodammodo.*

Liv. l. 26. L. 3. c. IV. §. 2. n. 3.

Pol. 1. c. 6.

Lib. III.

* * *

Nam & lex justum qvid est) Seneca ad Helviam c. 6. *alii armis sibi jus in aliena terra fecerunt.* Pugnare videntur jus & aliena; sed concilianda, ut docet hic textus. Repete, qvæ supra hoc libro cap. IV. §. 2.

2. Sic & ipsi Jurisconsulti Romani, qvod sæpe jus captivitatis vocant alibi injuriam appellant, & æqvitati opponunt naturali; & Seneca servi nomen ex injuria † natum, id, qvod sæpe accidit, respiciens. Apud Livium qvoqve Itali, retinentes ea, qvæ Syracusanis bello ademerant, pertinaces ad obtinendam injuriam appellantur. Dion Prusæensis, cum dixisset, bello captos, si ad suos rediissent, libertatem recipere, addit, ὡς ἀδίκως δουλεύοντας, *ut qvi per injuriam in servitute fuissent.* * Lactantius de Philosophis loqvens: *Cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neqve ad justitiam neqve ad veram virtutem accommodatur illa omnis oratio, sed ad hanc vitam moremqve civilem.* Idem mox à Romanis ait legitime illatas injurias.

L. postliminiū. 19. in. pr. D. de Capt.

† Lib. 3. c. 1. §. 6. num. 4.

Epist. XXXII. L. XXVIII. Orat. XV.

* * *

Lactantius) Augustinus vero epistola IV. qvæ est ad Marcellinum: *Ac per hoc si terrena ista respublica Christiana præcepta custodiat, etiam ipsa bella sine benevolentia non gerentur.* Idem de diversis Ecclesiæ observationibus: *Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella parata sunt.*

III. Primum ergo dicimus, si belli causa injusta sit, etiamsi bellum solenni modo susceptum sit, injustos esse internâ injustitiâ omnes actus, qvi inde nascuntur: ita, ut qvi scientes tales actus operantur, aut ad eos cooperantur, habendi sint in eorum numero, qvi ad regnum cœleste sine pœnitentia pervenire non possunt. Vera autem pœnitentia, si tempus & copia suppetat, omnino reqvirit, * ut is, qvi damnum dedit, sive interficiendo, sive

I. Cor. VI, 10.

ſive res corrumpendo, ſive prædas agendo, id ipſum reſarciat. Ideo Deus * negat grata ſibi eſſe jejunia eorum, qvi non jure captos detinebant: & Ninivitis rex indicens juſtitium præcipit, ut rapina manus vacuefaciant, naturæ ductu agnoſcens, ſine tali reſtitutione pœnitentiam fictam & inanem fore. Atqve ita videmus ſentire * non Judæos tantum & Chriſtianos, ſed & * Mahumetiſtas.

Jon. II, 10.

***

Ut is, qvi damnum dedit, ſive interficiendo, ſive res corrumpendo, ſive prædas agendo, id ipſum reſarciat. Num. V, 6. Hieronymus ad Ruſticum: *Nec differtur ultionis ſententia, ſi non reddantur univerſa.* Auguſtinus in epiſtola ad Macedonium, qvæ eſt LIV. *Si res aliena, propter qvam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur.* Retulit Gratianus in cauſam XIV. qvæſtione VI. can. 1.

Negat grata ſibi eſſe jejunia eorum, qvi non jure captos detinebant) Locus eſt illuſtris Eſaiæ LVIII, 5. 6. 7. habes eum Græce apud Juſtinum Martyrem in colloqvio cum Tryphone.

Non Judæos tantum) Vide canones pœnitentiales Moſis Maimonidæ c. II. §. 2. Et Moſem de Kotzi præcepto jubente XVI.

Mahumetiſtas) Vide Leunclavium Turcicorum V. & XVII.

† L. 2. c. 17. per tot. L. 3. c. 2. §. fin. n. 4. c. 17. §. 2. n. 6. c. 23. §. 5. Libro præceptorum legis, præcepto jubente XVI. Silv. in verbo bellum, p. 1. n. 10. & 11. & 12. Covar. d. §. 11. n. 8. Leſſ. Lib. II. c. 13. dub. 4. Adde L. 21. vulgaris. §. 9. ſi duo. D. de Furtis.

IV. Ad reſtitutionem autem tenentur, ſecundum ea, qvæ generalitèr à nobis alibi † explicata ſunt, belli auctores, ſive poteſtatis jure, ſive conſilio, de his ſcilicet omnibus, qvæ bellum conſeqvi ſolent: etiam de inſolitis, ſi qvid tale juſſerunt aut ſvaſerunt, aut, cum impedire poſſent, non impedierunt. Sic & duces tenentur de his, qvæ ſuo ductu facta ſunt: & milites inſolidum omnes, qvi ad actum aliqvem communem, puta urbis incendium, concurrerunt: in actibus dividuis pro damno qvisqi, cujus ipſe cauſa unica, aut certe inter cauſas fuit.

† L. 3. c. 20. §. 8. Silv. d. loco, n. 10. Vaſq. L. 1 Controv. II. c. 9. n. 27. Molin. diſp. 118. §. ut vero.

V. 1. Neqve admittendam putem exceptionem, qvam nonnulli adferunt de his, qvi aliis operam navant, ſi modo in ipſis aliqvid hæreat culpæ: ad reſtitutionem enim ſine dolo culpa ſufficit. Sunt qvi videntur † exiſtimare, res bello captas, etiam ſi juſta belli cauſa non adfuerit, reddendas non eſſe, eo qvod bellantes inter ſe, cum bellum inierunt, iſta capientibus donaſſe intelligantur. Sed nemo ſuum jactare temere præſumitur: & bellum per ſe longe abeſt à contractuum natura. Ut vero pacati populi certi qvid haberent, qvod ſeqverentur, nec bello implicarentur inviti, ſufficiebat introductio externi, de qvo diximus, (*a*) dominii, qvod cum interna obligatione reſtitutionis poteſt conſiſtere. Atqi id illi ipſi auctores videntur ſtatuere in jure captivitatis perſonarum. Ideo Samnites apud Livium, *res hoſtium in præda captas, qvæ belli jure noſtræ videbantur, remiſimus.* Videbantur ait, qvia injuſtum id bellum fuerat, ut jam ante agnoverant Samnites.

(*a*) II. 3. c. 6. §. 2. n. 1. §. 7. n. 1. §. 27. c. X. §. 4. n. 1 Lib. IX. L. II. Vide ſupra. L. II. c. 12. §. 12.

2. Non

2. Non dissimile est, qvod ex contractu sine dolo inito, cui inest inæqvalitas, jure gentium nascitur facultas qvædam cogendi eum, qvi contraxit ad implenda pacta: nec eo tamen minus, qvi plus æqvo stipulatus est, rem ad æqvalitatem reducere ex probi ac pii hominis officio tenetur.

VI. 1. Sed & qvi damnum ipse non dedit, aut sine omni culpa dedit, sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet, tenetur eam reddere, qvia, cur alter ea carere debeat, nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio. Non aliena ab hac re historia est apud Valerium Maximum: *Populus*, inqvit, *Romanus cum P. Claudius Camerinos ductu atqve auspiciis suis captos sub hasta vendidisset, etsi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen qvia parum liqvida fide id gestum ab imperatore videbatur, maxima cura* * *conqvisitos redemit & prædia restituit.* Similiter Phocensibus Romanorum decreto reddita libertas, etiam illa publica, & qvi erepti erant agri. Et postea * Ligures, qvi à M. Pompilio venditi fuerant, reddito emtoribus pretio restituti sunt in libertatem, bona qvoqve reddi curata. Idem de Abderitis decrevit Senatus, addita causa, qvod injustum bellum illatum iis esset.

Vid. supra, L. 2. c. X. §. 3. & seqq.

Lib. VI. c. 5.

Liv. L. XXXIX. cap. 39.

Liv. Lib. XIII. L. 3. c. 16. §. 4. Lib. XIV.

***

Conqvisitos redemit, & prædia restituit) Antonius Tyrius coëgit reddere, qvæ Judæorum tenebant. Homines ab eis venditos jussit liberari, bona dominis reddi; Josephus XIV. Antiqvæ Historiæ. Macrinus Parthis reddidit captivos & prædam, qvod causa fuisset, cur Romani pacem rumperent; Herodianus libro XIV. in fine. Mahumetes Turca liberari jussit eos, qvi fuerant in oppido Sanctæ Mariæ in Achaia; Chalcocondylas libro IX.

Ligures) Vide excerpta Peiresiana Diodori Siculi.

†††

Tenetur eam reddere) Sed qværitur, an pretium petere qveat ab innocente domino, qvi suum vindicat? Arbitramur qvod non *arg. l. 2. C. de Furt.* cum qva conspirat *Jus Saxonicum Provinciale lib. 2. artic. 39. Verb.* **Spricht aber jener**. ibiqve *Gloss. num. 10.* Dissentire qvis posset propter ea qvæ ad *cit. l. 2.* tradit *Dion. Godefred. in not.* Sed his satisfecit *Dn. Richter. Decis. 96. num. 27. pag. 300. cum aliis ibid. cit.* Qvamvis bonæ fidei possessori regressus detur adversus tradentem, nec ei denegetur jure retentionis detrahete, si qvid sumtus aut operæ in rem alienam impendit.

2. Poterit tamen, si qvid sumtus aut operæ impendit is, qvi rem tenet, deducere tantum, qvantum domino valebat adipisci desperatam possessionem, secundum ea, qvæ alibi † explicata sunt. Qvod si rei possessor culpæ exsors eam consumserit aut alienaverit, non tenebitur, nisi in qvantum censeri potest locupletior factus.

† L. 2. c. 10. §. 9. L. 3. c. 9. §. 16. c. 16. §. 3.

CAPUT XI.

Temperamentum circa jus interficiendi in bello justo.

I. In bello justo actus quosdam interna justitia carere, quod exponitur:
II. Interfici qui possint secundum justitiam internam.
III. Ob infortunium neminem recte interfici, ut qui coacti partes sequuntur:
IV. Nec ob culpam mediam inter infortunium & dolum: cujus natura explicatur.
V. Distinguendos auctores belli ab his, qui sequuntur.
VI. In ipsis auctoribus distinguendas causas probabiles ab improbabilibus.
VII. Etiam mortem meritis hostibus sæpe pœnam recte condonari.
IIX. Cavendum, quantum fieri potest, ne innocentes, etiam præter propositum occidantur.
IX. Pueris semper parcendum; fœminis, nisi quid gravius admiserint, & senibus.
X. Parcendum & his, qui sacra aut literas tantum curant:
XI. Et agricolis:
XII. Et mercatoribus ac similibus:
XIII. Et captis:
XIV. Recipiendos, qui dedere se volunt sub æquis conditionibus.
XV. Parcendum & his, qui sine conditione se dediderunt.
XVI. Hæc ita vera, nisi grave delictum antecesserit: quod quomodo accipiendum.
XVII. Delinquentibus ob multitudinem recte parci.
XIIX. Non occidendos obsides, nisi ipsi deliquerint.
XIX. Abstinendum ab omni dimicatione inutili.

I. 1.

Confer. h. L. 3. c. 4. Lucinus. Off. I. Off. II. II. de Clem. cap. 4. †L. II. c. 2. §. 10.

SEd nec in bello justo admittendum est, qvod dicitur
Omnia dat, qui justa negat.
Melius Cicero: *Sunt qvædam officia etiam adversus eos servanda, à qvibus injuriam acceperis.* * *Est enim ulciscendi, ut puniendi, modus.* Idem laudat vetera Romanorum tempora, cum exitus bellorum erant aut mites aut necessarii. † Crudeles vocat Seneca, qvi *puniendi causam habent, modum non habent.* Aristides Leuctrica prima: ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως αἰδικεῖν κἂν τις οἷς τὰς τιμωρίας ὠναπλήρῳ, ᾧ ἐς τ' ἀδικήματα τούτοις ἐπανορθῶ. ἐς ὃ πάλιν. *Possunt sane possunt etiam, qvi se vindicant, injusti esse, si modum excedant. Nam & qvi in puniendo progreditur †† ad id, qvod iniqvum est, secundus est injuriæ auctor.* Sic, Ovidio judice, rex qvidam

†† L. II. c. 20. §. 2. n. 1. §. 28. §. 32. n. 1. De Ponto.

cæde nocentum
Se nimis ulciscens exstitit ipse nocens.

***

Est enim ulciscendi, ut puniendi, modus) Vide loca Augustini de Christianorum in ipsis bellis benevolentia, qvæ modo produximus. Aristoteles Politicorum v. c. 6. narrat asperiores æqvo pœnas exactas Thebis & Heraclex, φιλοπολιτικῶς factionis studio. Et Thucydides III. Τιμωρίας μείζους, ἢ μέχρι τῆ δικαίᾳ, *pœnas justo majores.* Tacitus III. Annalium: *Pompejus graviori remi-*

remedia, quam delicta erant. idem eodem libro Auguſtum culpat, qvod in puniendis adulteriis clementiam majorum ſuasqve ipſe leges egreſſus ſit. Juvenalis: *exigit autem*

Interdum ille dolor plus qvam lex ulla dolori
Conceſſit.

Qvintilianus: *Non niſi ab ultimo parricidio exigitur pœna trans hominem.* M. Antonius Imperator referente Vulcatio vita Caſſii; *Ad Senatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit, aut pœna crudelior.* Auſonius;

vindicta qve major
Crimine viſa ſuo eſt.

Ammianus libro XXVI. *ſævitum eſt in multos acrius, qvam errata flagitaverant vel delicta.* Similis eſt apud Agathiam locus libro III.

2. Platænſes in Iſocratea oratione qværunt: *εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων ἅπαξ αὐόμους καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας: an æqvum ſit, ob tantilla peccata tam graves & iniquas pœnas exigere?* Idem ille Ariſtides ſecunda pro pace: *μὴ τοίνυν αἰθ' ὅτων ἀυτὰς τιμωρήσεσθαι, σκοπεῖτε, ἀλλ' ὅτινας ὄντας καὶ τίνες ὄντες ἀυτοὶ καὶ τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας: non hoc tantum reſpicite, qvas ob cauſas pœnas ſitis exacturi, ſed & qvi ſint, de qvibus ſumenda ſit pœna, qvi nos ipſi, & qvis juſtus pœnarum modus.* Laudatur Propertio Minos:

*Victor erat, qvamvis * æqvus in hoſte fuit.*

Sed & Ovidio: *Leges captis juſtiſſimus auctor*
Hoſtibus impoſuit.

***

Æqvus in hoſte fuit) Ovidius Triſtium 1. elegia 8.

Eſt etiam in miſeris pietas, & in hoſte probatur.

II. Qvando autem iuſta ſit interfectio (inde enim nobis incipiendum eſt) in bello juſto ſecundum juſtitiam internam, qvando non ſit, ex iis intelligi poteſt, qvæ capite primo † hujus libri à nobis explicata ſunt. Interfici enim aliqvem contingit ex propoſito, aut citra propoſitum. Ex propoſito juſte interfici nemo poteſt, niſi aut in pœnam juſtam, aut qvatenus abſqve eo vitam & res noſtras tueri non poſſumus: qvamqvam illud ipſum ob res caducas hominem occidere, etiamſi à juſtitia ſtricte dicta non abeat, à caritatis †† tamen lege diſcedit. Pœna vero juſta ut ſit, opus eſt, ut ipſe, qvi interficitur, deliqverit, & qvidem tantum, qvod apud æqvum judicem mortis ſupplicio poſſit vindicari. qva de re eo nunc minus diſſeremus, qvia qvicqvid ejus ſciri oportet, ſatis explicatum arbitramur ††† capite de Pœnis.

III. 1. Supra, † cum de ſupplicibus ageremus (ſunt autem ut in pace, ita & in bello ſupplices) diſcrevimus *ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα, infortunium & injuriam.* Gylippus eo, qvem ibi citare cœpimus, Diodori Siculi loco qværit, utra in claſſe Athenienſes poni debeant, infortunatorum an injuſtorum?

† §. 2. & ſeqq. add. c. XI. §. 16. n. 1.

Vid. de Jure Belli, n. 36. & ſeq.

†† L. 3. c. 10. §. 1. n. 1. ſeq. c. 13. §. 4. n. 1. L. 2. c. 1. §. 1. ... 11. §. 3. c. 17. §. 2. n. 1. c. 21. §. 16. c. 25. §. 3. n. 4.

††† L. 2. c. 20. † L. 2. c. 21. §. 5. n. 1.

& pro infortunatis habendos negat, qvi ultro, nulla lacessiti injuria, Syracusanis bellum intulissent: unde infert, cum sponte bellum susceperint, ferenda qvoqve ab ipsis belli mala. Infortunatorum exemplum sunt illi, qvi non hostili †† animo apud hostes sunt, qvales Athenienses temporibus Mithridaticis, de qvibus sic loqvitur Vellejus Paterculus: *Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ oppugnatæ à Sulla sunt imputat Atheniensibus, nimium veri vetustatisque ignarus est. Adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper & in omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Romani Atticâ fieri prædicarent. Ceterum tum oppressi Mithridatis armis homines miserrimæ conditionis; cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis, & animos extra mœnia, corpora necessitati servientes intra muros habebant.* qvæ pars postrema ex Livio sumta videri potest, apud qvem Indibilis Hispanus corpus duntaxat suum apud Carthaginenses, animum apud Romanos ait fuisse.

† h. L. c. 4. §. seqq.

Lib. II.

Lib. XXVI.

Pro Qvintio.

2. *Nimirum*, ut ait Cicero, *omnes, qvorum in alterius manu vita posita est, sæpius cogitant, qvid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, qvam qvid debeat facere.* Idem pro Ligario: *Tertium est tempus, qvo post adventum Vari in Africa restitit; quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis.* Atqve hoc secutus est Julianus in causa Aqvilejensium, teste Ammiano, qvi, cum paucorum supplicium narrasset, adjicit, *Residui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem* * *necessitas* † *egerat, non voluntas.* Ad Thucydidis locum de Corcyrensium captivis venditis vetus commentator: τὸ ἡμέρον τοῦ ἑλληνικοῦ τρόπου δηλοῖ, καὶ ὡς ἀπηνὲς μετὰ μάχην τοὺς ἑαλωκότας θανατοῦν, ἄλλως τε καὶ δούλους τοὺς μὴ μετὰ γνώμην οἰκείαν πολεμοῦντας. *Ostendit clementiam dignam Græcorum ingeniis: durum enim, post pugnam captos occidere, servos præsertim, qvi non sua voluntate bellum gerunt.* Platæenses in dicta oratione apud Isocratem: οὐ γὰρ ἑκόντες ἀλλ' ἀναγκασθέντες αὐτοῖς ἐδουλεύομεν: *non volentes, sed coacti illis* (Lacedæmoniis) *servivimus.* Idem de Græcis aliis: τοῖς σώμασι μὲν ἐκείνοις ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ' ὑμῶν ἦσαν: *illorum* (Lacedæmoniorum) *partes corpore seqvi cogebantur, animo vobiscum erant.* Herodotus de Phocensibus dixerat: ἐμήδιζον οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης: *Medorum partes seqvebantur, non sponte, sed vi necessitatis.* Zeldis, ut Arrianus narrat, pepercit Alexander, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις, *quod coacti fuissent in partibus barbarorum.* Nicolaus Syracusanus apud Diodorum in oratione pro captivis: οἱ σύμμαχοι τῇ τῶν κρατούντων ὑπεροχῇ βιασθέντες ἠναγκάσθησαν συστρατεύειν. διόπερ εἰ τοὺς ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικήσαντας δίκαιόν ἐστι τιμωρεῖσθαι, τοὺς ἀκουσίως ἁμαρτάνοντας προσῆκον ἂν εἴη συγγνώμης ἀξιοῦν. *Socii vi imperantium adacti sunt militare: qvare, sicut par est, eos puniri, qui data opera injuriam inferunt, ita æqvum est, ignosci his, qvi præter voluntatem suam peccant.* Sic & apud Livium Syracusani, Romanis se purgantes,

Lib. XXI.

Lib. 1.

† h. c. §. 4. n. 7.

L. II. c. XX. §. 29. n. 2.

Uran.

Lib. 1.

Lib. XXIII.

Lib. XXV.

tes, ajunt, se metu ac fraude turbatis pacem oppressam. Similem ob causam Antigonus bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis, habuisse dicebat. Justinus Lib. XXIIX.

***

Necessitas egerat, non voluntas) Addit mox: *Id enim æquitate pensata statuerat placabilis Imperator & clemens.* Thucydides libro III. in oratione Cleonis: οἵ τινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, συγγνώμην ἔχω. *Ignosco illis, qui defecerunt à nobis cogente hoste.* contemplatio extremæ necessitatis hæc dicitur Paulo sententiarum V. Tit. 1. certe enim, ut Synesius ait, ἰσχυρὸν ἀνάγκη πρᾶγμα καὶ βίαιον, *Res est valida ac violenta necessitas.* Juvenalis de Calaguritanis:

Quisnam hominum veniam dare, quisve Deorum
Viribus abnueret dira atque immania passis?

vide de famis † necessitate Cassiodorum IX. 13. Pertinax de Læto & aliis: *Paruerunt inviti Commodo: sed ubi habuerunt facultatem, quod semper voluerunt, ostenderunt.* Cassius Clemens apud Xiphilinum in rebus Severi: ἐγὼ οὔτε σε οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην· καταλειφθεὶς δὲ δὴ ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι, τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, οὐχ ὡς σοὶ πολεμήσων, ἀλλ' ὡς Ἰουλιανὸν καταλύσων: *Ego neq; te, neq; Nigrum noveram: sed in parte, quam ille obtinebat, relictus, feci, quod necesse erat, præsenti parui, non tibi bellum volens inferre, sed Julianum depellere.* Aurelianus Antiochiam ingressus, ubi multi Zenobiæ partes secuti fuerant, edictum proposuit, τῷ ἀκουσίῳ καὶ ἀναγκαίῳ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς. *magis ad necessitatem impositam invitis, quam ad voluntatem, quæ acta erant, referens.* Belisarius apud Procopium Vandalicorum I. Αἴβυας γὰρ ἅπαντας γενέσθαι ὑπὸ Βανδίλοις οὔτι ἐθελουσίους, *Afros enim omnes sub Vandalis fuisse invitos.* Apud eundem Gotthicorum III. Totilas Neapolitanis ait, scire, eos sub hostibus fuisse invitos. Nicetas autem, aut continuator scriptæ ab eo historiæ, de Henrico loqvens fratre Balduini: τὸ ἐνοικοῦν ἐνδοὺς εἰς σφαγὴν, ὡς εἰ ποίμνιον ἦν καὶ βουκόλιον, ἀλλ' οὐ Χριστώνυμον τὸ κτεινόμενον καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ τοῖς Βλάχοις ὑποκύψαν, μηδὲ προσχωρῆσαν ἑκουσιότητι. *Qui urbem incolebant, eos jussit interfici, quasi armentum aut grex essent, non Christiani homines, qui interficerentur, præsertim tales, qui Blachis non verborum suasu, sed vi succubuerant, neq; sponte eis paruerant.*

† h. c. §. 4. n. 5.

IV. 1. Sed notandum est, inter plenam injuriam & merum infortunium medium sæpe aliqvid intercedere, qvod ex utroqve qvasi conflatum sit, ita ut actio neqve mere scientis & volentis, neqve mere aut ignorantis aut inviti dici possit.

2. Aristoteles huic generi nomen posuit ἁμάρτημα: Latine culpam aliqvam liceat dicere. Sic enim ille Moralium libro qvinto capite decimo: *Eorum, quæ sponte facimus, alia facimus deliberato, alia non deliberato. Deliberato fieri dicuntur, quæ præeunte consultatione quadam animi fiunt; quæ*

vero aliter, indeliberato. Cum ergo damni datio tribus modis in hominum ſocietate contingat, ea, quæ ab ignorantia procedit, infortunium dicitur, ut ſi quis egerit quippiam, non in quem exiſtimabat, aut quod non putabat, aut non quo putabat modo, aut non tali fine: ut ſi quis ſe ferire non hoc inſtrumento, non hunc hominem, aut non hujus rei cauſa credidit, ſed evenit, quod ipſe non propoſuerat ſibi; puta vellicare voluit, non vulnerare, aut non hunc, non hoc modo: Ergo ſi ita præter id, quod expectari potuit, damnum detur, erit infortunium. At ſi ita ut exſpectari ac prævideri aliquo modo potuerit, ſed non improbo animo, culpa erit aliqua, nam culpæ affinis eſt, qui in ſe habet agendi principium: qui vero extra, infelix. At quoties quis id, quod facit, ſciens facit, non tamen deliberato; fatendum eſt adeſſe injuriam: ut quæ facere homines ſolent per iracundiam & perturbationes ſimiles, aut naturales, aut neceſſarias. nam qui ira commoti lædunt & culpam admittunt, ab injuria non vacant: neque tamen injuſti aut improbi dicuntur: at ſi quis idem conſulto admittat, is vero improbus & injuſtus recte nominabitur.

3. Merito igitur, quæ per iram fiunt, cenſentur non ex proviſo fieri. non enim incipit is, qui ex ira quid facit, ſed is, qui iram provocavit: atq; eo fit, ut ſæpe in judiciis rerum ejuſmodi non facti, ſed legitima fiat quæſtio. naſcitur enim ira ex eo, quod quis injurioſe factum exiſtimat. Non ergo, ſicut in contractibus, an hoc factum ſit, diſputant: ibi enim, niſi quæ interceſſerit oblivio, omnino altera partium improba eſt, quæ fidem non implet: ſed an juſte factum ſit, quod factum eſt, exquiri velint. At qui prior ſtruxit inſidias, nihil ignorans fecit: quare non mirum, ſi alter ſibi injuriam factam putat, alter non putat. Eſt tamen, ut & qui tali ex cauſa lædit, injuſtus cenſeri debeat, ſi nempe æqualitatis aut proportionis normam excedat, quod reponitur. Sic juſtus eſt, qui deliberato juſte agit: alioqui juſte agere poteſt aliquis ſponte tantum, non & deliberato.

4. Ceterum eorum, quæ non ſponte fiunt, alia venia digna ſunt, alia minus. Venia digna, quæ non ab ignorantibus modo, ſed & ob ignorantiam fiunt. At ſi qua ab ignorantibus admittantur, nec tamen per ignorantiam, ſed tali animi morbo, qui communes humanæ naturæ fines excedat, non digna ſunt, quibus ignoſcas.* Locum ſane egregium & uſus maximi integrum Latine poſui, qvia minus recte verti, ideoq; nec facis intelligi, ſolet.

* * *

Venia digna, quæ non ab ignorantibus modo, ſed & ob ignorantiam fiunt) Dionyſius Halicarnaſſenſis libro 1. ἅπαν συγγνώμης ἄξιον τὸ ἀσεβὲς, *quod non ſponte fit, omne dignum venia.* Procopius Gothicorum III. ὅστις μὴ ἀδικεῖν τὰς πέλας, ἢ περιλαβεῖν ἀγρείας, ἢ λήθης ὑπιγνομένης τινὸς, τούτους ἄξιον τὰ δεινὰ πεπονθέναι ξυγγνώμονας εἶναι. *Qui aliis moleſti ſunt, ſive quod occupaverit eos ignorantia, ſive quod oblivio ſupervenerit aliqua, his etiam ipſos, qui mala ſunt paſſi, æquum eſt veniam dare.*

5. Michael

5. Michael Ephesius, eum locum interpretans, ejus, qvod exspectari non potuit, exemplum ponit in eo, qvi fores aperiens patrem læsit, aut in loco solitario, jaculando se exercens, aliqvem vulneravit. Ejus, qvod prævideri potuit, sed sine dolo, in eo, qvi jaculatus est in via publica. Idem scriptor necessitatis exemplum ponit in eo, qvi fame aut siti † adigitur, ut qvid faciat: perturbationum naturalium, in amore, dolore, metu. Per ignorantiam fieri ait, ubi factum ignoratur, ut si qvis mulierem nesciat nuptam. Ab ignorante non per ignorantiam, ubi jus ignoratur. Jus autem ignorari interdum excusabiliter, interdum inexcusabiliter: qvæ cum Jurisconsultorum dictis optime congruunt. Est ejusdem Aristotelis locus huic non dissimilis libro de arte oratoria: *Æqvitas imperat, ne pari loco habeamus injurias & culpas, neqve item culpas & infortunia. infortunia autem sunt, qvæ nec provideri potuerunt, nec improbo animo admittuntur: culpæ, qvæ provideri potuerunt, non tamen improbo animo fiunt: injuriæ, qvæ & destinato & animo improbo.* Tria hæc notarunt veteres, & in illo Homeri versu de Achille Iliados postremo:

† L. II. c. 2. §. 6. n. 2. h. L. 3. c. præf. §. 3. n. 2. in not.

D. & C. de Juris & facti Ignor. Lib. 1.

Οὔτε γὰρ ἐστ' ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, οὔτ' ἀλιτήμων.

Non ignara illi, male provida, nec mala mens est.

6. Similis est divisio apud Marcianum: *delinqvitur aut proposito, aut impetu, aut casu. proposito delinqvunt latrones, qvi factionem habent: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur: Casu vero, cum in venando telum in feram missum hominem interfecit.* Duo illa, qvæ proposito & impetu fiunt, hunc in modum distingvit Cicero: *Sed in omni injustitia permultum interest, * utrum perturbatione aliqva animi, qvæ plerumqve brevis est & ad tempus, an consulto & cogitato fiat injuria. Leviora enim sunt, qvæ repentino aliqvo motu accidunt, qvam ea, qvæ meditata & præparata inferuntur.* * Philo autem in legum specialium explicatione sic ait: ἡμίεργον τὴν πρᾶξιν εἶναι τὴν διανοίας μὴ προκατεσχημένης ἐκ μακροῦ τοῖς μιάσμασι. *dimidiatum esse facinus, ubi non antecessit longa animi deliberatio.*

L. II. perspiciendum. §. 2. D. de Pœnis.

De Off. 1.

***

Utrum perturbatione aliqva animi, qvæ plerumq; brevis est & ad tempus, an consulto & cogitato fiat injuria) Sen. de Ira 1,16. *Dimittit sæpe, si intelligit non ex alto venire neqvitiam, sed summo, qvod ajunt, animo inhærere.* deinde: *Nonnunqvam magna scelera levius, quam minora, compescit, si illa lapsu, non crudelitate, commissa sunt: his inest latens & aperta & inveterata calliditas.* Idem: *delictum in duobus non eodem modo afficiet, si alter per negligentiam admisit, alter curavit, ut nocens esset.*

Philo) Libro II. Specialium legum.

7. Cujus generis ea præcipue sunt, * qvæ necessitas, si non defendit, tamen

men excuſat. Nam, ut Demoſthenes ait in Ariſtocratem, ἀ ἀναγκαίως χρεία τὸ τί πρακτέον ἢ μὴ λογισμὸς αἱρεῖσθαι ἀπαιρεῖται. ὧς ὲ τὰνυ ταῦτα ἀνειλε- λογεῖσθ δεῖ τὸν δικαίως ἐξεταζόντα. *Neceſſitatis impulſus auferunt dijudicatio- nem de eo, quod agendum vel non agendum eſt: quare non nimis rigide expenden- da hæc ſunt ab æquis rerum arbitris.* Qui ſenſus etiam latius ab eodem ex- primitur in oratione de falſo teſtimonio adverſus Stephanum. Thucydides libro quarto: πᾶν δ' εἰκὸς εἶναι τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ τινι καταιρόμβρον ξύγγνω- μόν τι γίγνεσθαι καὶ πρὸς τὸ θεῖον. καὶ γὰρ τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυ- γὴν εἶναι τὰς βωμούς, ὠνομάσθαι τε οὐ τοῖς μὴ ἀναγκῃ κακοῖς ὀνομασθῆναι, καὶ οὐκ οὖν τοῖς ὑπὸ τῶν ξυμφορῶν τι τολμήσασι. *Credibile eſſe, * apud Deum quoque paratam eſſe veniam his, qui bello aut qua ſimili neceſſitate tracti aliquid admiſerint, nam & Deorum altaria perfugium patere culpis non voluntariis: & injuſtitiam iis aſſcribi, qui ultro mali ſunt, non his, quos ad audendum res extremæ impellunt.* Lib. VII. Cerites apud Livium ad Romanos, *Ne appellarent conſilium, quæ vis ac ne-* Lib. VIII. *ceſſitas appellanda eſſet.* Juſtinus: *Factum Phocenſium, tametſi omnes execra- rentur, propter ſacrilegium, plus tamen invidiæ Thebanis, à quibus ad hanc ne- ceſſitatem compulſi fuerant, quam ipſis intulit.* Sic, Iſocrate judice, qui ſalutis cauſa prædatur, ἐχὶ παράκλημα τὴ ἀδικίας τῷ ἀναγκαίῳ, *habet neceſſitatem injuriæ* † *velamentum.* Ariſtides Leuctrica ſecunda: † L. 2. c. 2. §. 6. ſeqq. ἀ δυσκολίαι τῶν καιρῶν ἀπολογίας ἐνδιδόασι τοῖς ἀφεσταῦσιν: *difficilia tempora excuſationem aliquam dant deſciſcentibus.* De Meſſeniis accuſatis, quod ab Athenis exſules non recepiſſent, ita Philoſtratus: ἡ ἀπολογία κὴ συγγνώμη ἴσως, τὸ Αλέξανδρον φοβηθέντων κὴ τὸ ἐκείνῳ φόβου μηδὲ ἡ ἄλλη Ελλὰς ἀπείρως εἶχε. *Cauſa ipſo- rum in deprecatione poſita eſt, obtendens facto Alexandrum, & metum ab ipſo, quem nulla non pars Græciæ experta eſſet.* Talis & ille apud Ariſtotelem, ἡμιπονηρὸς κὴ οὐκ ἄδικος. ἡμίδολος γάρ. *ſemipravus, non injuſtus; * nec enim inſidiator.* Diſcrimina hæc ad argumenti noſtri uſum ſic aptat Themiſtius in laudibus Valentis Imperatoris: ὁ διέκρινας τὸ ἀδίκημα κὴ ἁμάρτημα, καὶ ἀτύχημα. κὴ γὰρ ἂ μὴ τὰ πλάτωνος ἀποστοματίζεις, μηδὲ τὰ Αριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλὰ ταῦτ' ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῖς. ἡ γὰρ τ ἴσης τι- μωρίας ἀξίους οὐδὲν τοὺς τε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντας τῷ ἐπανάστασιν, κὴ τοὺς ἐπὶ τῶν ὅπλων ὠθισθέντας κὴ τοὺς ἤδη τῷ δικαίῳ κρατοῦντι ἐπικειμένους. ἀλλὰ τ μὲν κατόρθωσιν, τοὺς δὲ ἐμέμψω τοὺς δὲ συνέλησας. * *Diſtinxiſti inter injuriam & culpam & infortunium.* * *Quanquam nec Platonis verba ediſcis, nec Ariſtote- lem tractas, ipſorum tamen placita facto exſequeris. Non enim pari pœna dignos exiſtimaſti, qui ab initio bellum ſuaſerant, & qui poſtea abrepti ſunt armorum im- petu, & qui ſuccubuerunt ei, qui jam rerum potiri videbatur. Sed illos damnaſti, hos caſtigaſti, poſtremos miſeratus es.*

* * *

Quæ neceſſitas, ſi non defendit, tamen excuſat) Samii apud Thucydidem libro

libro III. Alcidæ Lacedæmonio, cum captivos Chios occideret, hæc dicunt: καλῶς τὴν ἑλλάδα ἐλευθερῶν αὐτὸν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν, ὅτι χεῖρας ἀντιφερομένους, ὅτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης ξυμμάχους. *Non recte eum se dicere venisse ad liberandam Græciam, qui homines interficeret nec manibus ipsi contrarios, nec animo infestos, Atheniensium quidem socios, sed necessitate adactos.* Chrysostomus de Providentia v. καὶ ἐχθροὶ μὲν καὶ πολέμιοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴσασι συγγινώσκειν, ὅταν ἄκοντες καὶ μὴ βουλόμενοι πράξωσί τι τῶν χαλεπωτάτων αὐτοῖς: *Norunt & inimici inimicis & hostes hostibus ignoscere, ubi inviti ac contra voluntatem aliquod in ipsos, quamvis grave, patrant.* Misimiani apud Agathiam III. ἡμεῖς πολεῖται ἀφειδεστέρως ἀδικημένοι, ὅτε τε ἐληλυθότες εἰς τὸ αὐτοδέσποτον, βαρβάρῳ καὶ τῷ ἀνοσίᾳ, ὡς μὲν πανταπασί γε φειδοῦς καὶ συγγνώμης ἀνάξιοι ἔφασκον εἶναι. *cum plurimas perpessi injurias ita trusi essent ad talionem, barbaro sano impetu, attamen non omnino indignos se quibus ignosceretur parceretur que.*

Apud Deum quoq; paratam esse veniam) Deuteronomii XXII, 26. Moses Maimonides Ductore dubitantium III, 41.

Neq; enim insidiator) Mitylenæorum causam hac parte onerat Cleon apud Thucyd. III. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες ἢ ἐπεβούλευσαν. ξύγγνωμον δὲ ὅτι τὸ ἀκούσιον: *Non inviti nobis nocuere, sed de industria fecere insidias. Id vero demum ignosci dignum est, quod præter voluntatem fit.* Philo libro de constituendo principe: Διακρίνειν δὲ ὁπότε πρὸς ἄμυναν ἴοι, τοὺς ἐπιβούλως ζωῆς καὶ τὰναντίον. τὸ γὰρ κτεῖναι καὶ τῶν ἐλάχιστα ἢ μηδὲν ἡμαρτηκότων φονᾶν, ἀνημέρου καὶ ἀτιθάσου ψυχῆς. *Si ad ultionem veniendum sit, novit discernere inter eos, qui vitam agant insidiatricem, & eos, qui longe alterius sunt animi. Inomnes enim, etiam qui minima deliquerunt, grassari cædibus, animi est immansueti ac feri.*

Distinxisti inter injuriam & culpam & infortunium) Seneca Naturalium II, 44. ubi de Fulminibus: *Voluerunt admonere eos, quibus adversus peccata hominum fulminandum est, non eodem modo omnia esse percutienda: quædam frangi debere, quædam elidi & distringi, quædam admoneri.*

Quanquam nec Platonis verba ediscis, nec Aristotelem tractas, ipsorum tamen placita facto exsequeris) Talis Trajanus inter principes Romanos egregius: παιδείας μὲν ἀκριβὴς, ὅση ἐν λόγοις ἢ μετῆν. τὸ γε μὴν ἔργον αὐτῷ καὶ ἡπιστεῖτο καὶ ἐπίστο. *illius exactæ eruditionis in verbis positæ compos non erat, rem tamen ejus & norat & implebat;* Xiphilinus. De Marco Aurelio Herodianus: μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν ἢ λόγοις, ἀδὲ δόγμασιν ἐνδείκνυτο, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι διεκόσμει: *Solus principum sapientiam non verbis aut dogmatum cognitione, sed moribus gravibus & vita temperata ostendebat.* De Macrino Xiphilinus: τά τε νόμιμα οὐχ ὅτως ἀκριβῶς ἠπίστατο ὡς πιστῶς μετεχειρίζετο, *leges non tam norat exacte, quam fideliter exsequebatur.* Da nostro seculo, Deus, vel tales principes!

8. Idem alibi adolescentem Imperatorem vult discere, τὶ διενήνοχεν ἀτύχημα καὶ ἁμάρτημα καὶ ἀδίκημα. καὶ ὅτι προσήκει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οἰκτείρειν, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, μόνον δὲ τὸ ἔσχατον τιμωρεῖσθαι: *quid distet infortunium, culpa aliqvid, & injuria: & qvomodo regem deceat istius misereri, hanc corrigere, postremam vero solam ultione prosequi.* Sic apud Josephum Titus unum criminis ducem punit μέχρις ἔργου *reipsa*, multitudinem μέχρι λόγου *sola verborum increpatione.* Mera infortunia nec pœnam merentur, nec ad restitutionem damni obligant. Injustæ actiones ad utrumqve. Culpa media, ut restitutioni obnoxia est, ita pœnam sæpe non meretur, præsertim capitalem. Ad hoc illud pertinet Valerii Flacci:

Lib. V. belli Jud.

At qvibus invito maduerunt sangvine dextræ,
Si sors sæva premat miseros, sed proxima culpæ;
Hos variis mens ipsa modis agit, & sua carpunt
Facta viros resides.

V. Qvod monet Themistius, * distingvendos, qvi auctores belli fuerunt, ab his, qvi alios ducentes secuti sunt, ejus passim exempla in historiis exstant. Narrat Herodotus, Græcos pœnas sumsisse de his, qvi Thebanis ad Medos deficiendi auctores fuerant. Sic Ardeæ principes securi percussi, narrante Livio. Eodem auctore, Valerius Levinus, *Agrigento capto, qvi capita rerum erant, virgis cæsos securi percussit: ceteros prædamqve vendidit.* Idem alibi: *Atella Calasiaqve in deditionem acceptæ: ibi qvoqve in eos, qvi capita rerum erant, animadversum.* Rursum alibi, *qvoniam defectionis auctores meritas pœnas à Diis immortalibus & à vobis habent, P. C. qvid placet de innoxia multitudine fieri? Tandem ignotum est illis, & civitas data.* nimirum, ut idem ibi loqvitur, *ut, unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret.* Laudatur apud Euripidem Eteoclus Argivus, qvia

Gal.

Lib. IV. c X.

Lib. XXVI. ap. XVI.

Lib. XXIIX.

Culpam ferebat semper illo judice
Reus ipse: non urbs patria, qvæ passim mali
Rectoris ergo sustinet calumniam.

Et Athenienses, ut Thucydides narrat, pœnituit decreti adversus Mitylenæos, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, *ut totam civitatem potius, qvam solos defectionis auctores, interficerent.* Narratur & Diodoro Demetrius captis Thebis decem solos interfecisse auctores defectionis.

Lib. III.

* * *

Distingvendos, qvi auctores belli fuerunt) Vide Gailium lib. II. de Pace publica, n. 18.

VI. 1. Sed in ipsis qvoqve belli auctoribus distingvendæ causæ: sunt enim qvædam non justæ qvidem, sed tamen tales, ut non improbis possint imponere. Scriptor ad Herennium deprecationis causam æqvissimam hanc ponit, si qvis, qvæ peccavit, non odio neqve crudelitate, sed officio & recto stu-

Vict. de Jure belli, n. 59. Lib. II.

ſtudio commotus fecerit. Sapiens Seneca, *hoſtes dimittet ſalvos, aliquando etiam laudatos, ſi honeſtis cauſis pro fide, pro federe, pro libertate in bellum facinoſi ſunt.* Apud Livium * petunt errori veniam Cærites, q vod fuerint auxilio conſangvineis Phocenſibus, Chalcidenſibus & aliis, qvi ex federe Antiochum juverant, data à Romanis venia. Ariſtides Leuctrica ſecunda Thebanos, qvi Lacedæmoniorum ductum contra Athenienſes ſecuti erant, ait κοινωνεῖν μὲν δικαίᾳ πράγματος, δικαίῳ δ' ἑτέρῳ ἀδικεῖσθαι ἐν τῷ μέρει, τῆς πίστεως εἶναι τοῖς ἡγεμόσιν: *in partem qvidem venisse injuſtæ actionis, ſed qvam juſto aliqvo velarent, fide in Principes ſui federis.* Lib. II. de Clem. c. 7. Lib. VII.

***

Petunt errori veniam) *Ignoſci debere interdum armis ſuperato rectori juſtum, qvid ſit ignoranti.* ex Iſocrate tranſcripſit Ammianus in librum XXX.

2. Cicero de Officiis primo conſervandos eos dicit, qvi non crudeles in bello, non immanes fuerunt: tum bella, qvibus imperii gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda eſſe. Sic Ptolemæus Rex Demetrio ſignificat, *ſe non de rebus omnibus, ſed de imperio & gloria inter ipſos certamen eſſe.* Severus * apud Herodianum: *Cum bellum adverſus Nigrum geſſimus, non ita ſane ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus, nam poſitum in medio Principatum, atqve adhuc in diſceptatione verſantem, pari ambitu uterq; noſtrúm ad ſe trahebat.* Lib. III.

***

Apud Herodianum) Verba Græca hæc ſunt: ἐγὼ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες οὐκ ἄτοπον εὐλόγους ἔχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας. ὃ δὲ παρ' ἡμῖν ἀφεστὼς ἀρχὴν παρεσκεύαζεν μείζονα, οὐ μέσῳ ἢ ἐρίζομεν ἀμφότεροι ἴσως ἐκατέρῳ ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὐτὸν ἀπεῖλκεν. optimè.

2 Sæpe habet locum, qvod de bello Cæſaris & Pompeji eſt apud Ciceronem: *Erat obſcuritas qvædam: erat certamen inter clariſſimos duces: multi dubitabant, qvid optimum eſſet.* Et qvod idem alibi: *etſi aliqva culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certe liberati ſumus.* Plane ut apud Thucydidem dicuntur venia digna, qvæ fiunt μὴ ἐξ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτία. De Dejotaro idem ille Cicero: *Non ille odio tui progreſſus, ſed errore communi lapſus eſt.* Salluſtius in hiſtoriis: *Cetera multitudo, vulgi more magis, qvam judicio, poſt alius alium qvaſi prudentiorem ſecuti.* Qvod de bellis civilibus Brutus ſcripſerat, putem non male ad pleraqve bella alia referri poſſe: **acrius eſſe prohibenda, qvam in ſuperatos iracundiam exercendam.* Cic. epiſt. ad Brut. 2. pro M Marcello.

***

Acrius eſſe prohibenda, qvam in ſuperatos iracundiam exercendam) Bembus IX.

VII. 1. Etiam ubi juſtitia hoc non exigit, ſæpe tamen convenit bonitati, * convenit modeſtiæ, convenit animo excelſo. *Ignoſcendo auxiſſe populi Romani magnitudinem*, ait Salluſtius. Taciti eſt: *qvanta pervicacia in hoſtem,* Ann. XII. De Clem. 1. cap. 5.

tanta beneficentia adversus supplices utendum. At Seneca: *Ferarum, nec generosarum quidem, permordere & urgere abjectos. Elephantes leonesq; transeunt, qvæ impulerunt.* Sæpe opportunum est illud Maronis,

X. Æn. v. 528.

Non hic victoria Teucrûm
Vertitur, aut anima una dabit discrimina tanta.

***

Convenit modestiæ) Rex Theuderichus apud Cassiodorum II,41. *illa mihi feliciter bella provenerunt, qvæ moderato fine peracta sunt. is enim vincit assidue, qvi novit omnia temperare.*

2. Est in eam rem insignis locus in libro qvarto ad Herennium: *Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, qvem armis cepissent, vita privarent. Qvid ita? qvia, qvam nobis facultatem fortuna dedisset, iniqvum erat in eorum supplicio consumere, qvos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocarat. Qvid qvod exercitum contra duxit? desino meminisse. Qvid ita? Qvia viri fortis est, qvi de victoria contendant, eos hostes putare: qvi victi sunt, eos homines judicare; ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille si vicisset, num idem fecisset? Qvid igitur ei parcis? Qvia talem stultitiam contemnere, non imitari, consvevi.* Si de Romanis hoc accipias (incertum enim hoc, cum & peregrinis & fictis argumentis utatur is scriptor) adversa fronte pugnat cum eo, qvod habemus in panegyrico, qvi dictus est Constantino Constantii filio: *Cautior licet sit, qvi devictos habet, per veniam perduelles, fortior tamen est, qvi calcat iratos. Renovasti Imperator veterem illam Romani Imperii fiduciam, qvæ de captis hostium ducibus vindictam morte sumebat. Tunc enim captivi Reges, cum à portis neqve ad forum triumphantium currus honestassent, simulatqve in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur, unus pro seipso Paulo, qvi sedentem se acceperat, deprecante* (lege: *unus Perseus ipso Paulo, qvi dedentem se acceperat, deprecante*) *legem illius severitatis evasit: ceteri in vinculis, * luce privati, aliis regibus, dedere documentum, ut mallent amicitiam colere Romanorum, qvam exasperare justitiam.* Sed & hic nimis laxe. Dicit qvidem Josephus idem de severitate Romanorum in historia interfecti Simonis Bar-joræ: sed de ducibus loqvitur, qvalis Pontius Samnis, non de his, qvibus regium esset nomen. Verborum sensus Latine sic habet: *Finis triumphi erat, postqvam ad Capitolium Jovis eadem erat perventum: nam ibi exspectare Imperatores mos antiqvus Patriæ jubebat, donec nunciata esset mors hostium ducis. Is erat Simon Joræ filius, qvi inter captivos in triumpho ducebatur: is tum injecto laqveo in forum trahitur, verberantibus insuper ipsum custodibus. Nam eo in loco mos est Romanis supplicium sumere de damnatis ob noxas capitales. Hic ubi vitam finiisse nunciatus est, secuta sunt fausta omina, deinde sacrificia.* Idem ferme dicit Cicero Verrina de Supplicis seu orat. verrina ult.

Vide Plut. Paulo Æmilio

Lu-

***

Luce privati aliis regibus dedere documentum) Nolim reduci hunc morem. tamen & Josua reges captos interfecit; Josephus Antiqvæ historiæ V, 1. & de Sossio Dion: *Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σταυρῷ προσδήσας, Antigonum virgis cecidit alligatum cruci.* sed provide addit, *ὁ μηδεὶς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ῥωμαίων ἐπεπόνθει, qvod nemo Regum à Romanis victoribus pertulerat.* Est eadem historia apud Josephum libro XV. De Maximiano Herculio Eutropius libro X. *cæsis Francis atqve Alemannis, captisq; eorum regibus; qvos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parasset, objecit.* De rege Alemannorum patibulo suffixo vide Ammianum XXVII. Theuderichus rex Wisigotthorum Athinulsum Suevorum in Hispania regem capite plectit, memorante Jornande historia Gotthica. Nimirum hæc documenta sunt regibus ad modestiam, & ut cogitent, se qvoqve subjectos, si Deo ita visum, humanis vicibus, &, qvod in simili periculo à Solone dictum meminerat Crœsus, de felicitate hominis ante mortem non judicandum.

3. De ducibus passim exempla exstant: de regibus aliqva. ut * de Aristonico, Jugurtha, Artabasdo: sed tamen præter Persea * Syphax, Gentius, Juba & Cæsarum tempore Caractacus, atqve alii tale supplicium evaserunt, ut appareat, & belli causas & gerendi modum spectata à Romanis, qvos tamen æqvo asperiores in victoria fuisse Cicero atqve alii agnoscunt: itaqve M. Æmilius Paulus apud Diodorum Siculum non male in Persei causa Romanos Senatores monet, *εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον φόβον εὐλαβοῦντο, τήν γε τοὺς ὑπερηφανῶς ταῖς ἐξουσίαις χρωμένους μετερχομένην Νέμεσιν αἰδεῖσθαι. Si humani nihil metuerent, at divinam vindictam timerent, iis imminentem, qvi victoria insolentius utuntur.* Et * Plutarchus notat, bellis inter Græcos ipsos etiam hostes regibus Lacedæmoniis manus abstinuisse reverentiâ dignitatis. Exc.

***

De Aristonico) Vide Appianum Mithridatico in fine.

Syphax) variant de eo historici. multi tradunt eum prope Romam ante triumphum decessisse: Polybius in triumpho ductum: Appianus dum de eo deliberatur morbo obiisse.

Plutarchus notat) Agide.

4. Hostis ergo, qvi non id, qvod humanæ leges permittunt, sed qvod sui est officii, qvod fas & pium est volet respicere, parcet etiam hostili sangvini: neminiqve mortem irrogabit, nisi qvo mortem mortive simile qvid evitet, aut ob peccata personæ propriæ, qvæ ad capitalem mensuram devenerint. Et tamen qvibusdam id meritis aut omnem, aut mortis, pœnam condonabit, sive humanitatis intuitu, sive ob alias probabiles causas. Egregie idem, qvem dixi, Diodorus Siculus: *αἱ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ παρατάξεις καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται. ὁ δὲ* Lib. XXVII.

ἐν ταῖς ἐξουσίαις εἰς τοὺς ἐπταικότας ἔλεος μεριζόμενος διὰ μόνης τῆς φρονήσεως γίνεται). *Urbium expugnationes, secunda prælia, & si qvid aliud in bello prosperum, sæpe fortunæ magis, qvam virtuti debentur. At in summo imperio victis misericordiam impartiri solius providentiæ opus est.* Apud Curtium legimus: *Alexander, qvamqvam belli auctoribus poterat irasci, tamen omnibus venia data.*

L. 3. c. 1. §. 4. n. 2. c. 4. § 9.

IIX. De nece autem eorum, qvi casu non destinato occiduntur, tenendum, qvod supra diximus, si non justitiæ, misericordiæ tamen esse, non, nisi magnis & ad multorum salutem perventuris causis, tale qvid aggredi, unde innocentibus imminere pernities possit. Idem nobiscum sensit Polybius, qvi libro V. sic loqvitur: οὐ γὰρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνώμοσι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων. οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσιν, ἀλλὰ συνωτίζειν καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἀναιτίοις (male editur ἐναντίοις) τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν. *Bonorum virorum est, etiam cum minus probis non internecinum gerere bellum, sed hactenus, ut delicta sarciantur atq; emendentur: neq; insontes cum sontibus una pœna involvere, sed, insontium causa, etiam sontibus parcere.*

Conf. c. 4. §. 9. n. 1. h. L. Lib. 3, 24. Devt. xx, 14. † L. 1. c. 1. §. 10. n. 6. c. 2. §. 2. n. 1. L. 2. c. 15. §. 9. num. 1. Num. 31, 18. Jon. IV, 2. De Ira II. c. 9.

IX. 1. His cognitis, de his, qvæ magis specialia sunt, non difficilis erit definitio. * *Puerum ætas excuset, feminam sexus,* ait Seneca libris qvibus iræ irascitur. Deus ipse in bellis Hebræorum, etiam post pacem oblatam & repudiatam, parci vult feminis & infantibus, extra paucas gentes speciali jure exceptas, † adversus qvas qvod erat bellum, non erat hominum, sed Dei, atqve ita appellabatur. Et cum mulieres Madianitidas vellet occidi ob proprium ipsarum crimen, excepit virgines intactas. Imo cum Ninivitis ob gravissima peccata internecionem severe admodum minatus esset, retrahi se passus est miseratione multorum millium ejus ætatis, qvæ honesti & inhonesti discrimina ignorat: Cui similis est apud Senecam sententia: *Num qvis irascitur pueris, qvorum ætas nondum novit rerum discrimina?* Et apud Lucanum:

Crimine qvo parvi cædem potuere mereri?

Si hæc Deus fecit ac statuit, qvi qvosvis homines cujuscumqve sexus aut ætatis sine ulla causa † non injuste potest occidere, utpote vitæ dator ac dominus, qvid homines facere æqvum est, qvibus ille nullum jus tribuit in homines, qvod non ad hominum salutem ac societatem conservandam esset necessarium?

† L. 1. c. 1. §. 10. num. 6. Vict. de Jure Belli, n. 36.

***

Puerum ætas excuset, feminam sexus) Plinius historiæ naturalis libro IIX. c. 6. *Leo ubi sævit, in viros prius, qvam in feminas, fremit, in infantes non, nisi magna fame.* Ad illa Horatii libro IV. Ode VI. de Achille:

Nescios fari pueros Achivúm
Ureret flammis, etiam latentes
Matris in alvo.

Dolen-

Dolenter declamat in ſævitiam Achillis, qui, ſi per Apollinem vivere licuiſſet, adeo ſævus erat, ut nec infantibus, nec in utero geſtantibus, pepercisſet. Philo de Principis conſtitutione: παρθένοι ἢ καὶ γυναῖκες μεθειλώσαν, *dimittantur autem virgines & mulieres:* cauſam reddit, τὸ προσθήκην ἀνδρῶν πόλεμον καὶ σκευασάντων πτοεῖσθαι γυναῖκας, ἀνήμερον. *Virorum, qui bella fabricant, acceſſionem facere mulieres, immite.* Idē de ſpecialibus legibus II. πρὸς μὲν δὴ τὰς τελείους μειρακίας προφάσεις ἔλογοι προσκρεμάτων τε καὶ διαφορῶν. τοῖς ἢ κομιδῇ νηπίοις ἀρτι παρεληλυθόσιν εἰς φῶς καὶ τὸ ἀνθρώπινον βίον, ἐδὲ ὑπῳλόγους κατηγορίαν ἀκακότοις ἔστιν ἐνθέχεται. *Nam in juſtæ ætatis homines mille ſpecioſi obtentus reperiri poſſunt diſcordiarum ac ſimultatum. At in infantes, qui modo in lucem vitamq; humanam venere, ne calumnia quidem, quod dicat, habet, ut plane innocentes.* Joſephus Antiquæ hiſtoriæ libro IX. de Manaemo: μηδὲ νηπίων φειδόμενον, ὡμότητος ὑπερβολὴν καὶ λείπων ἐδὲ ἀγριότητος. ἃ γὰρ ἐδὲ ἀλλοφύλων τινὰς συγγνώστ' ἂν ἁμαρτεῖν μιμουμένους χαυχειρίας, ταῦτα τοὺς ὁμοφύλους ἔτως εἰργάσατο. *Ne infantibus quidem parcens nihil ſecit reliquum ad crudelitatem, aut feritatem potius. Quæ enim veniam non merebantur, ſi in externos bello victos eſſent edita, ea fecit in populares ſuos.* Idem Joſephus Judam Maccabæum narrat Boſra & Emphrone captis interfeciſſe πάντα τὸ ἄρρεν καὶ μάχεσθαι δυνάμενον, *quicquid virilis ſexus & pugnæ idoneum erat.* & alibi pœnam qvam Alexander, Thracides dictus, de Judæorum pueris & mulieribus ſumpſerat, vocat ὑπὲρ ἀνθρωπίνην δίκην, *ultionem ultra hominum* † *morem.* Agathias libro III. ἐπειδὴ δ' ὅμως ἀκ ὀπίσω καὶ εἰς αὖτις δὲ τὰ νεογνὰ βρέφη καὶ ἔτι τοῖς γονεῦσι τεθαλυμμένα ἐδὲν ὑπεύθυνα παρεῖναι, ἔτω καὶ ἀφυβρίζειν, ὅκως αὐτοῖς ἐδὲ δοκεῖ τὸ ἡμάρτηται. *Quandoquidem vero pium non erat, in recens natos infantes paternorum factorum inſcios, ita ſævire atq; inſanire, ideo hæc ipſis non impune abiere.* Nicetas, aut qvi hiſtoriam ejus produxit, ad tempora Henrici regis, de Scythis agens, qvi Athiram ceperant: ἀλλ' ἐδὲ τὰ ὑπομαστίδια τῶν παιδῶν τῇ κακῇ ἐφάνη αὐτοῖς, ἀλλ' ἀπεθερίσθη καὶ ταῦτα καὶ χλόῃ καὶ ἄνθει ἐυμάρωτον, ὡσὰ τῶν ἐλέῳ ἁπάντων ἐκείνων ἀνδρῶν καὶ μηδαμῶς εἰδότων ὡς ἀδικεῖ τὴν φύσιν καὶ θεσμὸν αἴτιος τὸν ἀνθρώπινον, ὁ ὠφελούμενος ἢ νίκης καὶ τῷ κρατεῖν τῶν ἐναντίων ῥυμῷ χρώμενος. *Ne infantes quidem lactentes adhuc malis exſortes fuere, ſed & hi velut in herba demeſſi ſunt, aut velut flos emarcuere, facto hominum miſericordia intuentium, neq; ſcientium, injuriam ab eo fieri naturæ ac fati hominum violari, qui ultra, qvam ut hoſtes vincat aut ſubigat, extendit iram.* Adde, qvæ Beda habet libro II. cap. 20. de Caræ Vollæ feritate, & Helvetiorum bonam legem apud Simlerum, & Eliſabethæ reginæ pia mandata apud Camdenum in anno cIↃ IↃ XCVI.

† L. 2. c. 21. §. 13. n. 2. in not.

2. Accedit primum de pueris judicium eorum populorum ac temporum, qvibus fas maxime valuit. *Arma habemus* (ait apud Livium Camillus) *non adverſus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed adverſus*

Vita Camilli. *sine armatos.* Addit, hoc esse inter belli jura, naturalia scilicet. Plutarchus de eadem re agens, *Sunt*, inqvit, *apud bonos etiam belli qvædam leges.* Ubi nota illud apud bonos, ut hoc jus ab eo, qvod in moribus & impunitate positum est, discrimines. Sic Florus negat aliter fieri potuisse salva integritate. A-
Lib. I. Lib. XXIV. pud Livium alio loco est: *à qva ætate etiam hostes irati abstinerent.* Et alibi: *usqve ad infantium cædem ira crudelis pervenit.*

3. Qvod autem in pueris rationis usum non adeptis semper, id in feminis plerumqve obtinet, id est, nisi aliqvid peculiariter vindicandum admiserint, aut virilia officia & ipsæ usurpent. Est enim, ut Statius loqvitur, *sexui rudi & insciumq; ferri.* Neroni hostem vocanti Octaviam in Tragœdia reponit
Octavia. præfectus,

---* *Femina hoc nomen capit?*

Alexander apud Curtium: *Cum captivis & feminis gerere bellum non soles: armatus sit oportet, qvem oderim.* Grypus apud Justinum: *à nullo unqvam majorum suorum inter tot domestica & externa bella post victoriam in feminas sævitum, qvas sexus ipse & periculis bellorum & sævitiæ victorum eximat.* Apud Tacitum alius: *neqve adversus feminas, sed palam adversus armatos bellum se tractare.*

Lib. IV. cap. XI. §. 17. Lib. XXXIX. cap. III. §. 7.

***

Femina hoc nomen capit:) Ideo Tucca & Varus delendos censuere in secunda Æneide versus, ubi deliberat Æneas an Helenam occidat.

Lib. IX. c. 1. Lib. XIII. Lib. XIV. 4. Valerius Maximus Munatii Flacci in infantes & feminas efferatam vocat crudelitatem, & auditu etiam intolerabilem. Apud Diodorum Carthaginenses Selinunte narrantur interfeciisse feras, feminas, infantes, ἀδούλως συμπαθείας λαμβάνοντας, *sine humanitatis affectu.* Et alibi hoc ipsum ὠμότητα *crudelitatem vocat.* Latinus Pacatus de feminis: *sexus cui bella parcunt.* Simile Papinii de senibus pronuntiatum:

Nullis violabilis armis
Turba senes.

Vid. d. loco. Lib. XXIIX. Ant. XII. c. 3. Liv. Lib. V. cap. XXI. † L. 1. c. 2, §. 10. n. 9. Qvæst. Gr. X. 1. Idem statuendum universaliter de maribus, qvorum vitæ genus ab armis abhorret. *Jure belli in armatos repugnantesqve cædes;* ut ait Livius, id est, eo jure, qvod naturæ congruit. Sic Josephus æqvum ait, ut in pugnæ pœnas dent, qvi arma ceperunt, infontibus non nocendum. Camillus, Vejis expugnatis, edixit, ut ab inermi abstineretur. In hac classe primum ponendi sunt hi, qvi sacra curant. nam ut hi ab armis abstinerent, mos ab antiqvo fuit † gentium omnium: atq; ideo viciissim vi in illos temperabatur. Sic Philisthæi, hostes Judæorum, non nocebant * collegio Prophetarum, qvod erat Gabæ, ut videre est 1. Sam. X, 5. & 10. Et sic ad alium locum, ubi simile erat collegium, tanqvam sepositum ab omni armorum injuria, cum Samuele confugit David, 1. Sam. XIX. vers. 18. Cretenses, narrat Plutarchus, cum bellis intestinis colli-

colliderentur, omnem noxam abstinuisse * à sacerdotibus, & iis, qvos humandis mortuis præpositos κατ' καύτας vocabant. Huc & proverbium illud Græcum pertinet, οὐδὲ πυρφόρος ὑπελείφθη. * Notat Strabo, olim cum tota Græcia armis ferveret, Eleos, utpote Jovi sacros, & eorum hospites in alta pace vixisse. Lib. VIII.

***

Collegio prophetarum) Hyrcanus Hierosolyma obsidens victimas ad templum misit, narrantibus Hebræis. Sic & Gotthi laudantur Procopio Gotthicorum II. qvi sacerdotibus Petri & Pauli extra Romam pepercerunt. Vide additamentum Caroli Magni ad legem Bajoariorum, & legem Langobardicam. libro I. tit XI. 14.

A sacerdotibus) Servius ad VII. Æneidos: *Nam eum defendebat à bello, si non ætas, saltem religio sacerdotis.*

Notat Strabo) & Polybius libro IV. & Diodorus Siculus in Excerptis Peiresianis. Pari modo & qvi ad Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia certatum ibant, habebant belli tempore ἀσφάλειαν καὶ ἄδειαν, *tutelam ac securitatem.* Docent Thucydides libro V. & VIII. & Plutarchus Arato.

2. Sacerdotibus merito hac in parte æqvantur, qvi vitæ genus simile elegerunt, ut monachi & conversi, id est pœnitentes, qvibus proinde æqve, ut sacerdotibus, parci volunt canones naturalem æqvitatem secuti. Addas his merito eos, qvi studiis literarum honestis & humano generi utilibus operam navant. C. 2. X. de Treuga & pace.

XI. Deinde agricolas, † qvos & canones ascribunt. Diodorus Siculus de Indis cum laude refert: ἀμφότεροι γὰρ οἱ πολεμοῦντες ἀλλήλους μὲν ἀποκτείνουσιν ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς δὲ περὶ τὴν γεωργίαν ὄντας ἐῶσιν ἀβλαβεῖς ὡς κοινοὺς ὄντας ἁπάντων εὐεργέτας. *In præliis qvidem hostes alii alios interficiunt: at agricolas relinqvunt intactos, tanqvam in commune utiles.* De antiqvis Corinthiis & Megarensibus Plutarchus: τοὺς γεωργοῦντας οὐδεὶς ἠδίκει τὸ παράπαν. *nemo agricolas ullo afficiebat malo.* Et Cyrus regi Assyriorum nuntiari jussit, ὅτι ἕτοιμος εἴη ἐὰν τοὺς ἐργαζομένους τὴν γῆν καὶ μὴ ἀδικεῖν: *paratum se eos, qvi agros colerent, illæsos indemnesqve sinere.* De Belisario Suidas: εἰς δὲ τοὺς ἀγροίκους τοσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτοὺς οὐδὲν πώποτε στρατηγοῦντος Βελισαρίου τετύχηκεν. *agricolis ita parcebat, ac tantam pro illis curam gerebat, ut eo duce nulli unqvam eorum vis illata fuerit.* † h. L. c. 12. §. 4. n. 1. seq. c. 13. §. 4. n. 4. Lib. II. Bibl. Xen. de Cyri Inst. V.

XII. Addit canon † mercatores, qvod non tantum de his, qvi temporariam in hostico moram agitant, intelligendum est, sed & de subditis perpetuis; nam & horum vita ab armis aliena est; ac sub hoc nomine continentur simul alii opifices & artifices, qvorum qvæstus pacem amat, non bellum. Conf. L. 3. c. 1. §. 5. n. 1. seqq.

Conf.c.4.§.11. 12.& ſeqq.h.1.

XIII. 1. Ut ad eos veniamus, qvi arma geſſerunt, jam ante retulimus dictum Pyrrhi apud Senecam, qvi vetari nos ait pudore, id eſt æqvi reſpectu, ne capto vitam adimamus. Similem Alexandri ſententiam attulimus, qvæ cum feminis conjungit captivos. Accedat illud Auguſtini: *hoſtem pugnantem* neceſſitas perimat, non voluntas. Sicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo vel capto miſericordia jam debetur, maxime in qvo pacis perturbatio non timetur.* Xenophon de Ageſilao: προσηγόρευε τοῖς στρατιώταις τοὺς ἀλισκομένους μὴ ὡς ἀδίκους τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπους ὄντας φυλάττειν: *monuit milites, ut captos non tanquam ſontes punirent, ſed tanquam homines cuſtodirent.* Apud Diodorum Siculum eſt: πάντες αἰσθάνονται μὲν προσκείμενοι τοῖς ἀντιτεταγμένοις, εἴκασι δὲ τοῖς ἤδη πεπτωκόσι. *Omnes (Græci) opponenti ſe repugnantibus parcunt jam ſubactis.* Eodem judice Macedones, qvi ſub Alexandro πικρότερον ἢ πολεμικώτερον προσεφέροντο τοῖς Θηβαίοις, *acerbius egerant cum Thebanis, qvam belli fas ferebat.*

Ad Bonif. Epiſt.1.

Lib. XIII.

Lib. XVII.

***

Neceſſitas perimat) Gratianus poſuit *deprimat*. Plutarchus Marcello: Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας οὐδένα τότε κρατήσαντες ἀπέκτειναν, οὐδὲ πόλεις ἠνδραποδίζοντο. λέγονται δὲ Θηβαῖοι μηδὲ ὀργομενίους αὖθις μεταχειρίσασθαι πονηρῶς ἐκείνων. *Epaminondas & Pelopidas nec qvenqvam interfecere poſt victoriam, nec civitates in ſervitutem redegerunt, creduntur qve non facturi fuiſſe Thebani, qvod fecere in Orchomenios, ſi illi adſtiſſent.* Secutus hoc Marcellus captis Syracuſis, ut ibidem ait Plutarchus. Vide eundem Plutarchum in Catone Uticenſi. *Cabadæ Perſarum regi, cum Amida vi cepiſſet, multæqve cædes fierent, ſenex ſacerdos dixit, non eſſe regium jam captos occidere*: Narrat Procopius Perſicorum I. qvi & Perſicorum II. dicit: τὸ ἐπιμαίνειν τοῖς ἡλωκόσιν ἀγχοῦ ὅσιον: *ſævire in captos pietati adverſatur.* Apud eundem egregia eſt oratio Beliſarii ad milites capta Neapoli Goth. I. Imperator Alexius apud Annam Comnenam, ſvadenti occidere Scythas captivos: καὶ Σκύθαι, ἀλλὰ πάντως ἄνθρωποι. καὶ ἐχθροὶ, ἀλλ' ἐλέους ἄξιοι. *Etiamſi Scythæ homines tamen ſunt: etiamſi hoſtes miſeratione tamen digni.* Gregoras libro VI. Τὰ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ γινόμενα ἐπίτα πολλοῦ ἀνῆ συγχώρησιν ἔχει τῶν πεπραχότων. ἀδικαλώβητον τότε τὸ λογισμὸν καὶ τὸ χρεὼν τότε μεθύοντας καὶ λόγου σὺκ ἐχόντας χειραγωγοῦν, ἢ πεύσεσθαι τῶν πραττομένων. τὸ δ' ἀκμῆς τῶν δεινῶν παυσαμένης, καὶ καιρὸν ἤδη τῶν πραγμάτων εἰληφυίας μὴ σθένος τινὸς ἢ κρίσεως τὰς τῶν πράξεων δρμὰς παρελέσθαι τῇ χειρὶ. μοχθηρίαν γνώμης καταγορεύειν τὰ πραχθέντα. εἰ τι μὴ κατὰ τὸ πρέπον γένοιτο. *Quæ in præliis actuſq; belli ſunt, ea, qvalia cunqve ſunt, facienti veniam impetrant, ideo qvod tali tempore obſidetur animus ebria manu, rationemqve non habente ducem ac præſidem actionum. At ubi periculis ſuus abſceſſit vigor, ubi tempus cuncta examinandi ac judicandi accepit liber animus, agendi imperium manui tradere, pravum hominis propoſitum indicat, ſi qvid indecorum evenerit.* Adde ejuſdem Gregoræ lo-

locum alterum, qvem in his Notis posuimus ad finem capitis VII. libri hujus, & de more laudabili Polonorum Chalcocondylam lib. V. Julianus laudatione secunda Constantii, sub cujus persona bonum Principem describit: κρατήσας δὲ μετὰ τῶν ὅπλων ἔπαυσε τὸ ξίφος τῶν πόνων, μίασμα κρίνων τὸ οὐκ ἀμυνόμενον ἔτι κτείνειν καὶ ἀναιρεῖν. *Armis victor finem imposuit gladii operibus, nefas existimans, homini non ultra se defendenti vitam adimere.*

2. Sallustius historia Jugurthina, cum puberes post deditionem interfectos narrasset, factum ait contra jus belli: qvod interpretare contra æqvi naturam & morem mitius viventium. Apud Lactantium est: *Parcitur victis, & est locus inter arma clementiæ.* Laudat Tacitus primum Antonium & Varum Flavianos duces, qvod in neminem ultra aciem sæviissent. Aristides: ἀνδρῶν γάρ ἐστι καθ' ὑμᾶς τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ἀνθεστηκότας κατείργειν τοῖς ὅπλοις. τοὺς δ' ὑποπεσόντας ἠπίως μετὰ χειρίζεσθαι. *Hominum est nostri ingenii, resistentes armis coërcere, prostratos tractare leniter.* Lib. V. Hist. IV. cap. 39. §. 4. De pace II.

3. De captivis Propheta Elisæus regem Samariæ sic alloqvitur: *An qvos captivos abducere gladio tuo eos interimeres?* Apud Euripidem in Heraclidis qværenti nuncio, II. Reg. II.

Hostem perimere vestra lex ergo vetat?

Respondet chorus,

Qvem Mars reliqvit prælio superstitem.

Ibidem Eurystheus captivus:

Qvæ me necabunt, non erunt puræ manus.

Apud Diodorum Siculum Bizantii & Chalcedonii, qvod captivos satis multos interfecissent, hoc elogio notantur: ἐπετέλησαν πράξεις ὠμώτητι διαφερούσας: *perpetrarunt facinora eximiæ crudelitatis.* Idem alibi * captivis parcere vocat τὰ κοινὰ νόμιμα, *jus commune:* qvi aliter agunt, eos ait extra controversiam peccare. Parcere captivis jubet boni & æqvi natura, ut in Philosophicis scriptis dicentem Senecam non diu † est, cum audivimus, Et laudari in historiis eos videmus, qvi cum nimia captivorum multitudo oneri aut periculo esse posset, dimittere omnes, qvam occidere maluerunt. Lib. XII. V. de Benef. cap. 18. † h. §. n. 1.

* * *

Captivis parcere) Capitolinus M. Antonino: *Æqvitatem etiam circa captos hostes custodivit.*

XIV. 1. Easdem ob causas * vitam salvam paciscentium, sive in prælio, sive in obsidione, non repudianda deditio. Ideo Arrianus in deditos editam à Thebanis stragem ait, fuisse non Græci moris, οὐχ Ἑλληνικὴν σφαγήν. Ac similiter Thucydides libro III. ἐκόντας τε ἐλάβετε καὶ χεῖρας προϊσχομένους. ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους: *Volentes nos & manus tendentes accepistis in potestatem. Mos autem Græcorum est, tales non interficere.* Et apud Diodorum Siculum Syracusani senatores: σώζειν τὴν ἱκέτην, ἄξιον τῆς μεγαλοψυχίας, L. II. c. 15. §. 7. n. 2.

χίας, magno animo dignum est, supplici parcere. Sopater: *νόμος ἐστὶ τοὺς ἱκέτας σώζειν ἐν τοῖς πολέμοις: moris est in bellis, servare supplices.*

***

Vitam salvam paciscentium, sive in prælio, sive in obsidione, non repudianda deditio) Romani Persis, qvi in arce Petræ erant Gotth. IV. *ὡς ἡμεῖς ὑμᾶς γε καὶ ζυγομαχοῦντας οἰκτείρομεν, καὶ θανατώντων φειδόμεθα, καὶ πρὸς τὴν βίον ἐπιλαθρυπτομένους τε καὶ βλακκεύοντας ἐλεεῖν ἀξιοῦμεν, ὡς ῥωμαίοις Χριστιανοῖς νόμος. Nos vero vestrum miseremur jugum cervice jactantium, mortemq́, concupiscentibus parcere volumus, & vitam delicate fastidientes servare, ut decet Christianos & Romani Imperii cives.* Vide Serranum in rebus Francisci I. & Henrici II.

Lib. II. de bello Gall. cap. XXXII.

2. In obsessis oppidis observatum id Romanis, anteqvam murum aries percussisset. Cæsar Advaticis denunciat, se eorum civitatem conservaturum, si, priusqvam aries murum attigisset, se dedidissent. qvi mos nunc qvoqve obtinet in locis infirmis, anteqvam machinæ igniariæ explodantur: in munitioribus, anteqvam in mœnia impetus fiat. At Cicero, non tam qvid fiat, qvam qvid natura æqvum sit, respiciens, sic ea de re pronunciat: *Et cum iis, qvos vi deviceris consulendum est, tum ii, qvi armis positis ad imperatorum fidem confugiunt) qvamvis murum aries percusserit, recipiendi.* Notant Hebræi interpretes, * majoribus suis in more fuisse, ut, qvam oppugnarent urbem, eam non cingerent corona, sed * partem liberam relinqverent effugere volentibus, qvo minori sangvine res transiret.

Off. I.

Selden. de J. N. & G. I. D. Hebr. L. 6. c. 15. circ. fin.

***

Partem liberam relinqverent effugere volentibus) Sic Scipio Æmilianus, cùm Carthaginem eversurus esset, edixit, fugerent qvi vellent. Polybius.

XV. Eadem æqvitas †† jubet parci his, qvi sine conditionibus se victori permittunt, aut supplices fiunt. *Trucidare deditos sævum,* censente Tacito. Sallustius similiter de Capsanis, qvi se Mario dediderant, cum puberes interfectos narrasset addit, facinus fuisse contra jus belli, naturale scilicet. Idem alibi: *non armatos, neq́, in prælio belli jure, sed supplices interfectos.* Et Livio, ut jam diximus, *jure belli in armatos repugnantesq́, cædes.* & alibi: *qvi deditis contra jus ac fas bellum intulisset.* Imo & in hoc laborandum, ut potius metu ad deditionem cogantur, qvam ut interficiantur. Laudatur id in Bruto, qvi adversarios *οὐκ εἴασεν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ περιΐππευσε φείδεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων: non passus est impetu oppugnari, sed eqvitatu circumdedit: parci jubens, ut mox suis futuris.*

†† h. L. c. 24 §. 5 conf. c. 4. §. 12. Añ. XII. c. XVII. Bell. Jug. Lib. I. de Rep. ord. Lib. XLV.

XVI. 1. Adversus hæc æqvitatis ac juris naturalis præcepta exceptiones adferri solent minime justæ, nempe si talio exigatur, si terrore opus sit, si pertinacius restitum sit. Atqvi hæc non sufficere ad justam cædem, facile intelliget, qvi eorum meminerit, qvæ de justis occidendi causis supra † sunt

† h. c. §. 2.

sunt prodita. A captivis & deditis aut dedere se cupientibus periculum non est: ut ergo juste occidantur, oportet crimen antecedat, & qvidem tale, qvod æqvus judex morte vindicandum censeret. Atqve ita videmus, interdum incaptos aut deditos sævitum, aut deditionem sub vitæ pacto non acceptam, siqvi de injustitia belli convicti, tamen in armis perstitissent, si immanibus convitiis famam hostis laceravissent, si fidem violavissent, aut aliud gentium jus, ut legatorum, si transfugæ essent. Vide Vict. de Jure belli. n. 49. & 60.

2. Ad talionem natura non admittit, nisi in ipsos, qvi deliqverunt: neqve sufficit, qvod hostium unum qvasi corpus fictione qvadam intelligatur, ut ex iis potest intelligi, qvæ de pœnarum communicatione supra † à nobis tractata sunt. Apud Aristidem legimus: πῶς οὐκ ἄτοπον κατηγορεῖν μὲν καὶ λέγειν ὡς ἁμαρτήματα συμβαίη, μιμεῖσθαι δ' ἀξιοῦν ὡς ὀρθῶς ἔχοντα; *Nonne absurdum, ea, qvæ accuses & prave facta dicas, tanqvam recta velle imitari?* Accusat Syracusanos hoc nomine Plutarchus, qvod Hicetæ uxores ac liberos occiderint, ideo tanqvam qvod Hicetas Dionis uxorem, sororem & filium interfeciset. † Lib. II. c. xxi. §. 13. De pace. II. Plut. Tim. & Dione.

3. Utilitas etiam, qvæ ex terrore in posterum speratur, ad jus dandum cædis non pertinet; sed si subsit jus, potest inter causas esse, ob qvas jus non remittatur.

4. Obstinatius autem studium in suas partes, si modo causa earum non sit omnino inhonesta, supplicium non meretur, ut apud Procopium disserunt Neapolitani: aut si qva ejus pœna est, non debet ad mortem pervenire: neqve enim id statueret æqvus judex. Alexander, cum in oppido qvodam, qvod acrius restiterat, puberes omnes jussisset interfici, visus est Indis bellare latronum more: eamqve famam reveritus Rex victoria clementius uti cœpit. Melius idem Milesiis qvibusdam parci voluit, ὅτι γενναίοι τε καὶ πιστοὶ αὐτῷ ἐφάνοντο, *qvod eos videret generosos ac suis fidos esse*, qvæ Arriani verba sunt. Phyto Reginorum prætor, cum, ob pertinacius defensam urbem, à Dionysio ad cruciatus & mortem raperetur, exclamavit, eo, qvod urbem noluisset prodere, supplicio se affici, cujus ultionem DEUS brevi esset exacturus. Diodorus Siculus pœnas has iniqvas, ἐκνόμους τιμωρίας vocat. Valde mihi placet votum, qvod est apud Lucanum: Lib. I. Goth. I. Polyæn. Libro IV.

Vincat, qvicumq; necesse
Non putat in victos sævum distringere ferrum,
Qviq; suos cives, qvod signa adversa tulerunt,
Non credit fecisse nefas:

Dum tamen civium nomine intelligamus non hujus aut illius regionis, sed communis illius ex humano genere constantis, cives.

5. Multo vero minus cædem justam facit dolor ex accepta clade, ficut Achillem, Æneam, Alexandrum amicis suis sanguine captorum aut se dedentium parentasse legimus. Itaqve Homerus merito illud accinit;

Κακὰ δ' Φρεσὶ μήδετο ἔργα.

* *Facinusq; animo versabat iniqvum.*

***

Facinusq; animo versabat iniqvum) Crudele hoc visum seculis posterioribus notat ad X. Æneidos Servius.

XVII. Sed &, ubi delicta sunt talia, ut morte digna videri possint, misericordiæ erit, ob multitudinem eorum aliqvid decedere de summo jure: cujus clementiæ auctorem ipsum habemus Deum, qvi Cananæis eorumq; vicinis populis longe flagitiosissimis pacem offerri voluit, qvæ vitam ipsis sub tributaria † conditione concederet. Pertinet huc Senecæ dictum: *In singulos severitas imperatoris distringitur: at necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus. Qvid tollit iram sapientis? * Turba peccantum.* Et Lucani illud:

† h. L. c. 3. §. 6. n. 3. c. 14. §. 8. n. 1. L. 2. c. 13. §. 4. n. 3. II. de Ira, c. 10.

Tot simul infesto juvenes occumbere letho
Sæpe fames pelagiq; furor, subitæq; ruinæ,
Aut cæli terræq; lues, aut bellica clades,
Nunqvam pœna fuit.

Pro Cluent.

Ne nimium multi pœnam subirent, sortitio comparata est, inqvit Cicero. Sallustius ad Cæsarem: *Neq; qvisqvam te ad crudeles pœnas aut acerba judicia invocat, qvibus civitas magis vastatur, qvam corrigitur.*

***

Turba peccantum) *qvicqvid multis peccatur, inultum est.* Scholiastes Juvenalis ex Lucano. Livia apud Xiphilinum ex Dione: *αὖ τέ τις πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀξίαν κολάζῃ, λήσει τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσας. Si qvis talia omnia rigore punire velit, non videt eo se ferri, ut maximam hominum partem interimat.* Augustinus epistola LXIV. *Magis monendo, qvam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. severitas autem exercenda est in peccata paucorum.* Adde Gailium de Pace publica lib. II. c. 9, 36.

†††

Aliqvid decedere de summo jure) Hinc sortitionem qvoqve introductam putant *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 43. dub. 9. num. 58. pag. 533. Paul. Layman. Theol. Moral. lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 9. pag. 201.* cum qvâ convenit antiqvum decimandi jus Romanis usitatum, cujus rationem reddit *Cic. pro Cluent.* Statuerunt, inqvit, ita majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in qvosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos, perveniret, *Addat. Rosin. Antiq. Roman. lib. 10. cap. 25.* Et qvamvis inter puniendos milites aliis alii magis deliqvisse probentur, puta, qvod qvidam primi signa deseruerint, alii postmodum, de victoriâ propter paucitatem desperantes, eos insecuti fuerint, nihilominus, cum omnium juramentum militare præstitum stationem non relinqvendam dictat, pœnæ commeritæ, nisi forte liberati, se subtrahere neqveunt. Comprobat hoc nostro seculo memorabile exemplum Legionis Madlonicæ, qvæ, consistente adhuc acie, & reliqvis gnaviter pugnantibus, primâ omnium propudiosâ fugâ prælio excesserat: Itaqve hunc in modum de fugitivis supplicium sumtum est. Præsente Archiduce Leopoldo, qvi inqvisitionem formaverat, Picolomineo, aliisqve

liisqve primariis exercitus Cæsarei ducibus, Rockezanæ in Bohemia, ubi tum stativa erant, sex Legiones, qvæ rem strenuè gesserant, in armis præstò esse jussæ sunt. Dein evocata Legio Madlonica, atqve in medium à reliqvis sex accepta. Mox à supremo rerum capitalium qvæsitore, fugæ & destituti exercitus insimulata, ac graviter reprehensa est. Simul jussi omnes ex eâ Legione arma ad pedes Piccolominei deponere. Signa à circumstantibus militibus fracta ac direpta sunt. Dein qvæsitor pauca præfatus, cur Legionem illam ex albo Cæsarei exercitus deleri oporteret, hanc in inermes sententiam pronunciat. Turmarum qvidem ductores eorumqve Vicarios pœnâ gladii; Signiferos verò & reliqvos inferiorum ordinum præfectos suspendio plectendos, atqve ad eandem pœnam ex gregariis decimum qvemqve, antiqvô more, sorte legendum. Postridie igitur de reis supplicium sumitur, concessitqve Archidux deprecantibus, ut commutatô pœnæ modô, à suismet commilitonibus, more militari, sclopetorum jaculationibus confoderentur: uno alteroqve conservatis, qvi rem aliâs præclarè gesserant. Chiliarcha ipse Joannes Georgius Madlonius in custodiam datus, inspecta dein diligentius atqve examinata causa, anni insequentis initio Pragæ capite plexus est, *Vid. Cluver. Epitom. Histor. Appendic. ad Ann. Chr. 1642. pag. 750.*

XVIII. 1. De obsidibus, qvid ex jure naturæ statuendum sit, accipi potest ex iis, qvæ in superioribus †† dicta à nobis sunt. Olim cum vulgo crederetur, † qvisq; in vitam suam id juris habere, qvod in res alias, qvæ in proprietatem veniunt, atq; id jus consensu aut tacito aut expresso à singulis pervenisse ad civitatem, minus mirandum est, si obsides privatim innoxios ob peccatum civitatis morte affectos legamus, sive tanqvam ex suo peculiari consensu, sive tanqvam ex publico, cui & suus includeretur. At postqvam verior sapientia nos docuit, dominium in vitam Deo exceptum, seqvitur, ut solo consensu nemo jus cuiqvam dare possit in vitam aut suam, aut civis sui. Atq; ideo Narseti, bono duci, atrox visum, de innoxiis obsidibus supplicium sumere, narrat Agathias: de aliis alii: etiam Scipionis exemplo, qvi ajebat, se non in obsides innoxios, * sed in ipsos, qvi defecissent, sæviturum: nec ab inermi, sed ab armato hoste pœnas expetiturum.

†† L. 3. c. 4. §. 14.
† L. 2. c. 15. §. 16. n. 3. c. 17. §. 2. n. 1. c. 21. §. 11. n. 2. c. 19. §. 5. n. 2. L. 3. c. 20. §. 43. n. 2. Vict. de jure belli, n. 43.
Lib. I. Liv. Lib. 28. cap. 34.

* * *

Sed in ipsos, qvi defecissent, sæviturum) Idem ait Julianus apud Eunadium Excerpto legationum 9.

2. Qvod autem ex recentioribus Jurisconsultis non ignobiles, conventiones tales valere dicunt, si moribus firmentur, accipio, si jus vocant solam impunitatem, qvæ in hoc argumento sæpe venit sub tali nomine: sin à peccato immunes putant, qvi ex conventione sola vitam adimunt alicui, vereor ne & fallantur ipsi, & periculosa auctoritate alios fallant. Plane si qvi obses venit, est, aut ante fuit, in numero graviter delinqventium, aut postea fidem à se datam in re magna fefellit, fieri potest, ut supplicium injuria vacet.

Menoch. Q. Arb. q. 7.

3. At Clœliæ, † qvæ * non sua sponte, sed civitatis jussu, obses venerat, cum tranato Tyberi effugisset, *apud Regem Ethruscum non tuta solum, sed & honorata virtus fuit*, qvæ Livii in hac re enarranda verba sunt.

† L. 3. c. 20. §. 54. Lib. II. c. XIII.

Non

***

Non sua sponte) Confer historiam obsidum, id onus detrectantium & ob id punitorum, apud Nicetam libro II.

XIX. Illud adhuc addendum est, omnes commissiones, qvæ ad jus conAnt. Lib. I. seqvendum aut bellum finiendum nullius sunt usus, sed meram habent vitium ostentationem propositam, id est, ut Græci loqvuntur, ἐπίδειξιν μᾶλλον ἢ πρὸς πολεμίους ἀγῶνα, & cum officio Christiani hominis & cum ipsa humanitate pugnare. Itaq; serio hac vetare debent rectores, inutiliter fusi sangvinis rationem ei reddituri, cujus vice gladium gestant. Qvippe & Sallustio laudati duces, qvi incruento exercitu victoriam deportarent. Et de Cattis, notæ virtutis populo, Tacitus: * *rari excursus & fortuitæ pugnæ.*

***

Rari excursus & fortuitæ pugnæ) Demetrium reprehendit Plutarchus Φιλονεικίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας μάχεσθαι καὶ κινδυνεύειν τοὺς στρατιώτας ἀναγκάζοντα. *quod gloriæ magis studio, quam ex utilitate milites in pericula traderet, præliisq; objiceret.*

CAPUT XII.

Temperamentum circa vastationem, & similia.

I. Qvæ vastatio justa sit & qvatenus.
II. Abstinendum à vastatione si res nobis fructuosa sit & extra hostis potestatem.
III. Si magna sit spes celeris victoriæ:
IV. Si hostis habeat aliunde qvo se sustentet:
V. Si res ipsa ad bellum fovendum nullius sit usus.
VI. Hoc maxime locum habere in his, qvæ sacra sunt aut sacris accedunt:
VII. Item religiosis:
VIII. Utilitates, qvæ ex tali moderatione seqvuntur annotatæ.

I. I.

Conf. h. L. 3. cap. 5. (*a*) L. 2. c. 2. §. 6. seqq. † L. 2. c. 16. §. 26. n. 2.

REs alterius, ut perdere qvis sine injuria possit, horum trium unum antecedat, necesse est: aut necessitas talis, (*a*) qvæ in primi dominii institutione excepta debeat inrelligi; ut si qvis tertii gladium, † qvo usurus sit furiosus, periculi sui evitandi causa, in amnem projiciat, qvo ipso tamen casu manere obligationem damni resarciendi, ex veriore sententia alibi diximus: aut debitum aliqvod procedens ex inæqvalitate; nimirum, ut res perdita imputetur in illud debitum, qvasi percepta, alioqvi enim jus non esset: aut meritum aliqvod malum, cui pœna talis par sit, aut cujus mensuram pœna non excedat; nam, ut recte notat sani judicii Theologus, ut, propter pecora abacta aut domos aliqvas incensas, totum regnum vastetur, æqvitas non fert: qvod & Polybius vidit, qvi in bello non in infinitum vult vagari pœnam, sed usq; eo, ut delicta æqvo modo expientur. Et hæ qvidem causæ & intra hos duntaxat fines faciunt, ut absit injuria.

Vict. de Jure Bell n. 52 & 56 Lib. V.

Tertii

†††

Tertii gladium) Qværitur: an aliqvis, tertii gladium, qvo usurus sit furiosus, periculi sui evitandi gratia in amnem projiciens, ad restitutionem teneatur? Affirmat hic Grotius. Alii dissentiunt, qvia si damnum dare non videtur, qvi furiosum ipsum sui tuendi causâ occidit, de qvo *Grot. l. 2. c. 1. §. 7. pag. 160.* Qvanto minus de damno tenebitur, cum ei gladium eripiendo & in flumen projiciendo vitam conservat? Nos distingvimus, an gladium tertii ipsimet furioso qvis eripiat, an verò alicubi positum, ubi de facili furiosus eum apprehendere potest, ad sui defensionem in amnem mittat. Priori casu opinamur illum ad restitutionem non teneri; posteriori utiqve.

2. Ceterum nisi causa utilitatis svadeat, stultum sit nullo suo bono nocere † alteri. Ideo, qvi sapiunt, utilitatibus moveri solent, qvarum præcipua est illa, qvam annotavit Onesander: τὴν γῆν τῶν πολεμίων φθειρέτω καὶ καιέτω καὶ τεμνέτω. ζημία γὰρ χρημάτων καὶ καρπῶν ἔνδεια μειοῖ πόλεμον, ὥσπερ ἡ οὐσία τρέφει. *Hostium terram perdere, urere, populari meminerit. Nam & * pecuniarum & frugum penuria bellum minuit, qvantum auget copia:* à qvo non discrepat illud Procli: στρατηγικὸν τὸ τῶν ἀγωνιστῶν περικόπτειν τὴν εὐπορίαν, *boni est imperatoris, hostium copias undiq; accidere.* De Dario Curtius: lib. IV. cap. IX. *credebat inopia debellari posse nihil habentem, nisi qvod rapiendo occupasset.*

Strat. c. 6.
† L. 2. c. 22. §. 2.
Herod. L. 1. Pol. lib. IV. Front. Strat. III, c. 4. Liv. L. V, III. XXXIV. XI. Cæs. de Bello Gal. Lib. VI.

***

Pecuniarum & frugum penuria bellum minuit) Philo de vita contemplativa: οἱ πολέμιοι κείρουσιν ἢ δενδροτομοῦσι τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν, ἵνα σπάνει τῶν ἀναγκαίων πιεσθέντες ἐνδῶσι. *solent hostes vastare & arboribus nudare terram hostilem, ut hostes eo facilius se dedant rerum necessariarum penuriâ.* Idem, in Diris: διττὰν ἐργαζόμενοι συμφορὰν λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περιουσίαν. *duplex sibi malum acqvirunt, inopiam amicis, copiam hostibus.*

3. Et illa qvidem populatio ferenda est, qvæ brevi ad pacem petendam hostem subigit; qvo genere belli usus Halyattes in Milesios, Thraces in Byzantios, Romani in Campanos, Capenates, Hispanos, Ligures, Nervios, Menapios. At si recte rem expendas, plerumq; admittuntur talia odio magis, qvam prudenti ratione. Ferme enim evenit, ut aut causæ illæ svadentes cessent, aut ut aliæ sint validiores, qvæ dissvadeant.

II. 1. Id eveniet primum, si nos ipsi rem frugiferam ita teneamus, ut hostibus non possit esse in fructu. Qvod proprie spectat lex divina, qvæ in vallum belliqve opera vult impendi arbores feras, frugiferas vero asservari ad victum; addita causa, qvod non, ut homines, ita & arbores adversum nos in prælium consurgere possint: qvod ex rationis similitudine * Philo etiam ad agros frugiferos producit legi hæc verba affingens: *Qvid rebus inanimis, qvæ & mites sunt, & mites fructus ferunt irasceris? An vero in morem hominum, qvi hostes sunt inimicitiæ significationem arbores produnt, ut pro his, qvæ faciunt aut facere minantur stirpitus evellendæ sint? Qvin prosunt victoribus, præbentqve copiam rerum, qvas necessitas exigit, imo & ad voluptatem. non soli homines tributa ferunt, sed meliora arbores statis temporibus, ac talia, ut sine iis*

Deuteron. xx, 19. Selden. de J. Hebr. Lib. 6. cap. 15. De Creat. magistr.

vivere non fletur. Josephus vero ad eundem locum, si vocem edere possent arbores, clamaturas, ait, iniqve se, cum belli causæ non sint, perferre belli pœnas. Neqve aliunde, ni fallor, originem habet illud Pythagoricum apud Jamblichum: ἡμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν: *mansuetam frugiferamq; arborem nec ledere, nec exscindere fas esto.*

* * *

Philo) Alter ejusdem scriptoris locus de Humanitate dignus & ipse, qvi huc transcribatur: Φιλάνθρωπος δὲ καὶ τὸ φυτικὸν, πάλιν πλησίας αὐτῷ καὶ καταφορᾶς ἔχῃται, μεπὸν δὲ μὴν τῶν λογικῶν ἀπὸ τὰ ἄλογα. δὲ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἀπὶ τὰ φυτὰ, ὡς ὧν αὐτίκα λεκτέον, ἐπειδὴπερ ὡς τῶν φαύλων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ὅσα ψυχῆς μεμοίραται, λέλεκται. ἀπείρηκε δίκαιον αὐτοῖς μήτε δενδρεσμῶν ὅσα τῆς ἡμέρου ὕλης, μήτε κέφειν ἀπὶ λυμὴν σεσυφορήσαι φὸς καιρὸν πεδιάδα, μήτε συνόλως καρπὸν διαφθείρειν, ἵνα ἀβίωτα μὴ τροφῶν ἀφθόνων χορηγήται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἀβιωσιάζῃ δὲ μὴ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ ἕ τ φὸς τ ἁβροδίαιτον βίον. ἀναγκαίων μὲν γὰ ὁ τὰ σίτα καρπὸς εἰς τροφὴν ἀνθρώπων ἀποκεκλεῖσθαι. φὸς δὲ τ ἁβροδίαιτον βίον, αἱ τῶν ἀκροδρύων ἀμυθητοι ποικιλίαι, γίνονται δὲ ἐν ἐυδαίμοσι πολλάκις ὅτι καὶ τροφαὶ δεύτεραι, καὶ προσυπερβάλλειν, ὅτε πολεμίων χώραι τέμνειν ἐα. ἀπαγγέλλει δὲ αἰσχύνη δενδρεσμῶν, ἄδικον ὑπολαμβάνοντα τῷ φὸς ἀνθρώπους ἐργὴν ἀποσκήπτειν εἰς τὰ μηδενὸς αἴτια κακῶ. ἔπειτα δὲ ἀξιοῖ μηκέτι τὸ παρὸν φερομένῃ, μηδενὸς ἐν ὁμοίῳ μένοντος, ἀλλὰ παίτων τροπαῖς καὶ μεταβολαῖς χρωμένων, ὡς εἰκὸς, εἶναι τὰς τῶν δυσμενῶν ἀπικηρυκευσαμένας καὶ συμβατηρίων ἄρξαντας, ἐναπόδους αὐτίκα γενέσθαι. φίλης δὲ τροφῶν ἀναγκαίων ἀπεχρῶν χαλεπὸν, μηδὲν ἐφαμιλλησαμένης τ ἐπ' ὠφελείᾳ, διὰ τὸ τὰ μέλλοντος ἀδηλότητα. πάνυ γὰ ἐκεῖνο καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὅτι χ φιλίας κοινωνητέον, μὴ ἀπιγνωσκομένας ἐν θραυ, χ προσκρουστέον ὡς φιλίας ἐσομένης, ἵνα ἕκας ἐν τῇ ἑαυτῷ φύσει ἐφιλεύηται τ τ εἰς ἀσφάλειαν, καὶ μὴ ἀπογυμνωθεὶς ἐν ἔργοις, καὶ λόγοις μεμανθὴ τ ἀγαν εὐχερείας, ὅτ' ἀδὲν ὄφελος, αἰτιώμενος ἑαυτόν. τὸ λέγειν τοίνυν χρὴ φυλάττειν χ τὰς πόλεις, ἐν μὲν εἰρήνῃ φερομένας τ κτ' πόλεμον, ἐν δὲ πολέμῳ τ κατ' εἰρήνην, καὶ μήτε τοῖς συμμάχοις αἰεὶ πρασσιγύειν, ὡς ἐ χρησομένοις μεβουλῇ φὸς τὸ αὐτίπαλον, μήτε τοῖς πολεμίοις εἰσάπαν ἀπιστεῖν, ὡς ἐ δυναμένοις ποτὲ μεθαρμόσασθαι φὸς τὸ ἔναντιοῦσθαι. εἰ μὲν τι μηδὲν ὑπὲρ ἐχθρᾶς πρακτέον δι ἐλπίδα καταλλαγῆς, ἀδὲν ἐχθρὸν φυτὸν, ἀλλὰ τοῦτο ἔναντιόν χ ὠφέλιμα. τὰ δ' ἡμερα χ διαφερόντως ἀναγκαῖα. ὧν ἡ ὁ καρπὸς ἡ τροφὴ ὑπῆν, ἢ ἰσότιμον τροφῆ κτῆμα. χ δεῖ πολεμεῖν φὸς τὰ μὴ πολεμια τέμνοντας ἢ καίοντας ἢ ῥίζας αὐτῶν ἐξαπωλλύντας, ἅπερ αὐτὴ ἡ Φύσις ὑδάτων διῃρῆσθαι χ θέρος εὐκρασίαις ἐτελειγόησε, δασμὸς ἐτησίους οἴσοντα ἀνθρώποις οἷα βασιλεῦσιν. ἐμέλησε δ' αὐτῷ καθάπερ ἀγαθῷ φροντίτη ἄλυπον εἶναι μὴ μόνον ζώοις, ἀλλὰ καὶ φυτοῖς ἰσχυῶ τε ἐ ῥώμῃ καὶ μάλιστα τοῖς ἡμέροις, ἐπειδὴ καὶ πλείονος ἄξια φερνιδος ὄντ, καὶ ἅτ ὁμοίως τοῖς ἀγρίοις ἔγγονα, γεωργικῆς ἐπι-

ἐπιτήμης δεόμενα πρὸς κραταιοτέραν δύναμιν. *Æqvitatem suam etiam largius dispensans Moses valde ea ubertim ac liberaliter utitur, descendens à ratione utentibus ad muta animantia, ab his vero ad ea, qvæ è terra nascuntur, de quibus nunc dicendum est; qvando de hominibus, ut præstantissimis & aliis, qvæ animam sentientem nacta sunt, jam egimus. Diserte itaqve vetuit aut exscindere arbores mites, aut exitialiter ante tempus demetere frugiferas terras, aut ullos omnino fructus corrumpere, ut abundantia alimentorum instruatur humanum genus. Abundent autem non modo necessaria, sed & qvæ ad vitam delicatiorem faciunt. Necessari e enim fruges ad homines nutriendos seposita res; ad delicias vero, omnium de arboribus nascentium varietas, qvæ sæpe, ubi alia deficiunt, succedunt in alimentorum locum: Ultra procedens, terram etiam hostilem vastari non sinit: præcipue vero excidiis arborum abstineri jubet, iniqvum existimans iram in homines conceptam erogari in ea, qvæ causa mali nullius sunt. Hoc ipso & illud docet, non præsens tempus spectare tantum, cum nihil in suo statu maneat, sed cuncta vicibus ac mutationibus subjecta sint, ita ut facile sit, eos, qvi nunc sunt hostes, ubi ad colloqvia & pacta ventum erit, rursum federatos fieri. At amicos necessariis fraudare durum, qvibus ob futurum incertum etiam asservari debuerant, qvæ usui esse possunt. Verissime enim dictum antiqvis, ita amicis utendum, ut non putentur nullæ supervenire posse inimicitiæ, & ita tractandas offensas, ut amicitia speretur, nimirum, ut qvisqve intra animum aliqvid recondat, qvo tutus sit, & non eo nimium nudato per verba & facta mox pœnitentiam agat nimiæ suæ vehementiæ, seqve accuset, ubi res sanari amplius non potest. Oraculum hoc & civitatibus observandum est, ut pacis tempore parent, qvæ ad bellum sunt opus, in bello vero, qvæ ad pacem: ac neqve amicis supra modum fidant, tanqvam qvi non possunt in contrarium verti; neqve hostibus ita diffidant, qvasi nunqvam possint ad amicitiam reduci. Qvod si etiam pro hoste nihil faciendum esset in spem conciliationis, certe nihil eorum, qvæ terra fert hostile; qvin amica omnia, utilia omnia, mitissima verò vel maxime necessaria, ut qvorum fructus aut alimentum sint, aut par aliqvid alimento. Non oportet bellum inferre belli nesciis, non secare, non urere, non exstirpare radicitus, qvæ natura aqvarum irrigationibus & æstatum sereno tenerè educavit, ut tributa hominibus velut regibus ferrent. Cura autem ei, ut communi rerum omnium & optimo præsidi fuit, illæsam præstare non animantibus tantum, sed & terræ fœtibus vim ac robur, præsertim vero mitibus, qvia majoris tutelæ indigent, nec ad silvestrium morem fœcunda sunt, sed peritam culturam desiderant, ut firmitatem consequantur.*

2. * Porphyrius vero, mores Judaicos describens libro de non edendis animalibus qvarto, legem hanc, consvetudine, ut puto, interprete, etiam ad animantia ruris operi inservientia producit. nam his qvoqve, ut in bello parceretur à Mose, præceptum ait: Thalmudica vero scripta & Hebræi

interpretes addunt, *legem hanc porrigendam ad rem qvamvis, qvæ sine causa peritura sit; ut si ædificia comburantur, esculenta ac potulenta corrumpantur. Consentit cum hac lege ducis Athenienſis Timothei prudens
Lib. III. cap. 4. moderatio, qvi narrante Polyæno: οὐκ ἐπέτρεπεν ὅτι οἰκίαν ὅτι ἄμπελον καθαιρεῖν· ἢ μὴν ἀδὲ ἤμερον δένδρον ἐκκόπτειν, *non patiebatur aut domum, aut vitem vel lugurinum dirui, aut arborem frugiferam exscindi.* Exstat & lex Platonis de Republica qvinto, μήτε γῆν τέμνειν, μήτε οἰκίαν ἐμπιπράναι, *ne terra vastetur, ne domus incendantur*

* * *

Porphyrius vero) Verba ejus sunt: φείδεσθαι ἢ κελεύει καὶ τῆ πολεμία τῶν συνεργαζομένων ζώων ἢ μὴ φονεύειν. *parci etiam jubet lex in terra, qvamvis hostili, animantibus operum sociis, ita ut ea occidere non liceat.*

Legem hanc porrigendam) Contra vero, restringendam, addita exceptione, nisi arbores in suburbanis locis impediant jaculatores.

3. Multo vero magis hoc locum habebit post plenam victoriam. Corin-
Off. I. Pro domo sua ad Pont. thum excisam non probat Cicero, ubi tamen fœde tractati erant Romanorum legati: idemqve alibi horrificum, nefarium, omni imbutum odio dicit bellum, qvod parietibus, tectis, columnis, postibus fit. Laudat Livius Romanorum lenitatem victâ Capuâ, qvod non sævitum sit incendiis ruinisqve* in
Lib. XXVI. cap. XVI. tecta innoxia murosqve. Agamemnon apud Senecam:
Troadibus, v. 274.

Equidem fatebor (pace dixisse hoc tua
Argiva tellus liceat) affligi Phrygas,
Vinciq; volui; ruere & aqvari solo,
Etiam arcuisse.

* * *

In tecta innoxia murosq;) Egregia est hujus argumenti epistola Belisarii ad Totilam Gotthicorum rex: ἀφέστηκε μὲν καλὴν οὐκ ὀλίγα ἐργάζεσθαι, ἀνθρώπων αὖ φρονίμων εὑρήματα εἶναι καὶ πολιτικῶς βιοτεύειν δεδιηγμένων. οἷα ἢ ἀφανίζειν τῶνδε ἀξυνέτων εἰκὼς, ἐς γνώρισμα τοῦτο τῆ αὐτῶν φύσεως οὐκ ἀκριτομύθων χρόνῳ τῆ ὑστέρῳ ἀπολιπεῖν. Ῥώμην μὲν τοι πόλεων ἁπασῶν, ὅσαι ὑφ' ἡλίῳ τυγχάνουσι ὄσαι, μεγίστη τε καὶ ἀξιολογωτάτη ὁμολογῆται εἶναι. ἀδὲ γὲ ἀνδρῶν ἑνὸς δεῖσθαι ἐργάσαι, ἀδὲ χρόνῳ βραχεῖ δυνάμει εἰς τόσον μεγέθους τε καὶ κάλλους ἀφῖκται. ἀλλὰ βασιλέων μὲν πλῆθος, ἀνδρῶν δὲ ἀρίστων ξυμμορία πολλὴ χρόνου τε μῆκος καὶ πλοῦτος ἐξουσίας ὑπερβολὴ, ταῦτα ἄλλα πάντα ἐκ πάσης τῆς ἐς τεχνῖτας ἀνθρώπους ξυνταῦθα ξυναγαγεῖν ἴσχυσαν. ὅτῳ τε τὴν πόλιν τοιαύτην εἶναι ὧδε ὁρᾶς, καὶ βραχὺ τεκτηναμένῳ. μνημεῖα τε πάντων δεῖσθαι τοῖς ὀπηνικομμένοις ἀπέλιπον. ὥστε ἢ εἰς ταῦτα ἐπήρεια, εἰκότως ἂν ἀδίκημα μέγα εἰς τὸς ἀνθρώπους τὸ πᾶν τοὺς αἰῶνα δόξειεν εἶναι. ἀφαιρεῖται μὲν γὲ τὸς προγεγενημένους τὴν τῆς μνήμην· τὸς δὲ ὑστέρους ὀπηνικομμένους τῶν ἔργων τὴν θέαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων ἐκεῖνο ἔνι σθαι, ὡς δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον εἶναι. ἢ γὲ ἡσυχία τῆ βασιλέως ἐν τῆ δὲ τῆ πόνῳ ἢ ταξιέσθη, ἂν ὅτῳ τύχοι. ἢν μὲν ἄνικώης νόμην γε κα-

θε-

θελών, οὐ τῶν ἑτέρων σου, ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ ἀπολωλεκὼς ἄν, ὦ βέλτιστε, εἴης. καὶ διαφυλάξας κτήματι, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν πάντων κάλλιστον πλουτήσεις. ἢν δέ γε τὴν χείρω σου τύχην κληροῦσθαι ξυμβαίη σώσαντι μὲν Ῥώμην, χάρις ἂν σώζοιτο παρὰ τῶν νενικηκότι πολλή. διαφθείραντι δὲ, φιλανθρωπίας τε οὐδεὶς ἔτι λελείψεται λόγος, καὶ προσέσται τὸ μηδὲν τοῦ ἔργου ἀπόνασθαι. καταλήψεται δέ σε καὶ δόξα τῆς πράξεως ἀξία πρὸς πάντων ἀνθρώπων, ἥπερ ἐφ' ἑκάτερά σοι τῆς γνώμης ἑτοίμως ἔστηκεν. ὁποῖα γὰρ ἂν τῶν ἀρχόντων τὰ ἔργα εἴη, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ὄνομα φέρεσθαι. *Ante hac sic existimatum est, speciosa struere opera, sapientium esse & civilis vitæ scientium: structa demoliri, stultorum & vecordis animi signa ad posteros transmittere non erubescentium. Romam constat, urbium, quas Sol adspicit, maximam esse ac spectatu dignissimam; ea non unius labore hominis nec brevi tempore ad id magnitudinis splendorisq́, processit, sed plurimi Reges atque Imperatores, virorum eminentium immensa series, multa secula, divitiarum stupenda congeries, tum alia, tum artificum primos huc traxere, ita illi tantâ urbe paulatim effecta monumenta suæ virtutis post futuris reliquere. Quare in eam sævire, id vero injuriam sit facere humano generi omnis ævi, eripiendo iis, qui olim fuere, debitæ laudis memoriam, venturis vero spectaculi voluptatem. Hæc cum eum in modum se habeant, cogita de duobus alterum necessario futurum, ut aut in hoc bello vincaris ab Imperatore, aut tua fortuna sit superior. Si tu victor, eversa Urbe, non aliena, sed tua perdideris: eadem servata, possessione frueris omnium speciosissima. Si adversa tibi sors ceciderit, Roma per te incolumi, reposita tibi erit apud victorem gratia: eadem jacente, jacebunt extra omnem spem misericordiæ res tuæ. Neque tantum nullus ad te facti fructus redibit, sed & digna facto fama te ab hominibus universis sequetur. Ea in utram velis partem tibi parata est: Nam potentum quales sunt actiones, talis existimatio.* Vide & legem Friderici I. apud Conradum Abbatem Urspergensem, & de Friderico Comite Palatino Chronica Melanchthonis.

4. Sane docet nos sacra historia, urbes qvasdam à Deo damnatas excidio: etiam contra legem illam generalem arbores Moabitarum jussas exscindi. Verum non factum id odio hostili, sed in justam detestationem facinorum, qvæ aut publice erant cognita, aut, Deo judice, tanti æstimata. Jos. VI. II. Reg. III, 19.

III. 1. Secundo eveniet, qvod diximus, etiam in dubia agri possessione, si magna spes sit celeris victoriæ, cujus præmium & ager & fructus futuri sint. Sic Alexander Magnus milites, narrante Justino, à populatione Asiæ prohibuit, * *parcendum suis rebus præfatus, nec perdenda ea, qvæ possessuri venerant.* Sic Qvintius, Philippo Thessaliam transcurrente populabunda manu, ipse hortatus est milites, ut Plutarchus loqvitur, iter facere tanqvam per concessam & ipsorum jam factam regionem. Crœsus Cyro svadens, ne Lydiam populandam militi daret: *non meam*, inqvit, *urbem, non res meas diripies: nihil enim ad me jam ista pertinent: tua sunt: tua illi perdent.* Lib. XI. c. VI. Vita Flam. Herod. I. 1.

2. Aliter qvi faciunt, in eos non male qvadrant illa Jocastæ ad Polynicem verba Thebaidibus Senecæ:

Petendo patriam perdis: ut fiat tua
Vis esse nullam, qvin tua causa nocet
Ipsum hoc qvod armis vertis infestis solum,
Segetesqve adultas sternis, & totos fugam
Edis per agros. Nemo sic vastat sua.
Qvæ corripi igne, qvæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

Lib. IX. Ep. 7.9.10. Lib. XXXII. Par sensus apud Curtium illis verbis: *qvicqvid non corrupissent hostium esse confessi.* unde non longe abeunt ea, qvæ Cicero in literis ad Atticum disputat, adversus Pompeji consilium fame patriam necandi. Atqve hoc nomine Alexander Isius culpat Philippum libro Polybii XVII. cujus verba Latine hunc in modum vertit Livius: *In bello non congredi (Philippum) æqvo campo, neqve collatis signis dimicare, sed refugientem incendere ac diripere urbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non sic antiqvos Macedonum Reges, sed acie bellare solitos, urbibus parcere, qvantum possent, qvo opulentius imperium haberent. Nam, de qvorum possessione dimicetur, tollentem nihil sibi præter bellum relinqvere, qvod consilium esse?*

***

Parcendum suis rebus præfatus) Gelimer & Vandali obsidentes Carthaginem, neqve prædas egere, neq; terram vastarunt, sed curæ habuerunt ut suam. Procopius initio Vandalicorum secundi. Apud Helmoldum lego lib. 1. cap. 66. *Nonne terra, qvam devastamus, terra nostra est, & populus, qvem expugnamus, populus noster est? Qvare ergo invenimur hostes nostrimet, & dissipatores vectigalium nostrorum?* cum his conveniunt, qvæ Bembus habet libro IX. Paruta vero contra Germanos libro historiæ VI.

IV. 1. Tertio idem fiet, si hostis habere possit aliunde, qvo se sustentet: puta si mare, si fines alii pateant. Archidamus apud Thucydidem in oratione, qva Lacedæmonios suos à bello in Athenienses dehortatur, qværit, qvas belli gerendi spes habeant: an forte, qvod militum copia valeant, sperent. Atticum agrum à se facile posse vastari: atqvi, inqvit, habent illi & terras alias suæ ditionis (Thraciam & Joniam intelligens) & maritimis advectionibus adipisci possunt ea, qvorum indigent. Tali ergo statu optimum factu, ut agricultura† etiam in ipso collimitio tuta maneat: qvod, sub tributo utriqve parti præstando, factum diu in Belgico-Germanico bello nuper vidimus.

† h. l. c. XI. §. 10. n. 1. c. 13. §. 4. n. 4.

2. Estqve id consentaneum mori veteri Indorum, apud qvos ut * Diodorus Siculus loqvitur, ἱ γεωργῶν ἱερῶν καὶ ἀσύλων ἐομένων οἱ πλησίον τῶν στρατοπέδων γεωργοῦντες, ἀνεπαίσθητοι τῶν κινδύνων εἰσί: *Agricolæ intacti sunt ac veluti*

veluti sacrosancti, imò prope castra & agmina opus faciunt sepositi à periculo. Addit, τὰς χώρας τῶν ἀντιπολεμούντων οὔτ' ἐμπυρίζουσιν, οὔτε δενδροτομοῦσιν: *Hostium agros neque urunt, neque exscindunt arbores.* Postea: οὐδεὶς ἂν πολέμιος περιτυχὼν γεωργῷ κατὰ τὴν χώραν ἀδικήσειεν, ἀλλ' ὡς κοινοὺς εὐεργέτας ἡγούμενοι πάσης ἀδικίας ἀπέχονται: *Hostis nemo cuiquam agricolæ damnum dat, sed id hominum genus, ut in commune beneficium, ab injuriis omnibus immune præstatur.*

***

Diodorus Siculus) Libro II.

3. Inter Cyrum qvoq; & Assyrium convenisse ait Xenophon, ut *cum agricolis pax esset, cum armatis bellum.* * Sic Timotheus partem agri maxime frugiferam elocabat colonis, ut Polyænus narrat: imo, qvod Aristoteles addit, ipsos etiam fructus vendebat hostibus, & ex ea pecunia stipendium præbebat militi: Qvod à Viriato etiam factum in Hispania testis est Appianus. Idqve ipsum in eo, qvod diximus, Belgico-Germaniæ bello summa cum ratione & utilitate fieri vidimus, exteris mirantibus. Oecon. 11. Cap. 2, X. de Treug. & pace. Nic. Damasc. Ælian. V. 14. Dion. Chrys. orat. LXIV. L. 7. Executores C. qvæ res pign.

***

Sic Timotheus) De Megarensibus idem prodidit Plutarchus qvæstionibus Græcis; de Totila, cum Romam obsideret, Procopius Gotthicorum III. τοὺς μὲν τοι γεωργοὺς οὐδὲν ἄχαρι ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν εἰργάσατο, ἀλλὰ τὴν γῆν ἐκέλευεν ἀδεῶς ἦπερ εἰώθεισαν, ἐσαεὶ γεωργεῖν, τοὺς φόρους αὐτῷ ἀναφέροντας. *Agricolis interim per omnem Italiam nihil mali intulit, sed jussit eos ita, ut soliti erant, terram perpetuò securos colere, modo ad ipsum tributa perferrent.* Cassiod. XII. 5. *Defensorum maxima laus est, si, cum illi videantur prædictas regiones protegere, isti non desinant patrioticas possessiones excolere.*

4. Hos mores humanitatis magistri, canones, Christianis omnibus, ut majorem † ceteris humanitatem debentibus ac profitentibus, imitandos proponunt, ideoqve non agricolas tantum, sed & animalia, qvibus arant, & semina, qvæ ad agrum portant, extra belli periculum poni volunt; nimirum similem ob causam, ex qva civiles leges, qvæ ad arandum usui sunt, vetant in pignus capi, & apud Phrygas ac Cyprios olim, postea * apud Atticos & Romanos bovem aratorem occidere nefas erat.

† Prolegom. §. 48. L. 1. c. 1. §. fin. n. 4. c. 2. §. 6. n. 5. c. 4. §. 4. n. 1. L. 2. c. 5. §. 9. n. 2. c. 12. §. 20. n. 3. L. 3. c. 12. §. 4. n. 4

***

Apud Atticos & Romanos) Etiam in Peloponneso. Varro II. de Re rustica: Columella principio libri VI. His adde Plinium VIII, 45. Ælianum de historia animalium II. capite ultimo. Porphyrium II. de abstinentia: Vegetium III. de arte veterinaria.

V. Qvarto evenit, ut res qvædam ejus sint naturæ, qvæ ad bellum faciendum aut ducendum nihil momenti habeant: qvibus rebus parci, etiam manente bello, ratio vult. Huc pertinet * Rhodiorum oratio ad Demetrium Lib. XV. c. 31.

Lib. XV. c. ult. trium urbicapum pro pictura Jalysi, sic à Gellio Latine expressa: *Qvæ malum ratio est, ut tu imaginem istam velis incendio ædium facto disperdere? nam si nos omnes superaveris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine qvoqve illa integra & incolumi per victoriam potieris: sin vero nos vincere obsidendo nequieris, petimus, consideres, ne turpe tibi sit, qvia non potueris Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse.* Polybius rabiosi esse animi ait, ea perdere, qvæ nec hosti perdita vires adimant, nec perdenti emolumentum adferant, qvalia sunt templa, porticus, statuæ, & similia. Marcellus, laudante Cicerone, *ædificiis omnibus Syracusarum, publicis & privatis, sacris & profanis, sic pepercit, qvasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda, venisset.* Idem postea: *Majores nostri relinqvebant iis, qvæ jucunda victis, nobis levia videbantur.*

Lib. V.

Verr. II.

Lib. IV.

***

Rhodiorum oratio ad Demetrium) de hac re vide Plinium historiæ naturalis VIII. 38. & XXXV, 10. & Plutarchum Demetrio. Sensus idem epistola Belisarii modo à nobis recitata.

VI. 1. Hoc vero, sicut in aliis ornamentis valet, ob eam, qvam jam diximus, causam; ita specialis ratio accedit in iis, qvæ sacris usibus dicata sunt: qvanqvam enim & hæc, ut alibi † diximus, publica suo modo sunt, atqve ideo impune per jus gentium violantur, tamen si nullum inde periculum sit, conservari talia ædificia & qvæ eis accedunt, * svadet rerum divinarum reverentia, inter eos maxime, qvi eundem Deum ex eadem lege colunt, etiamsi forte sententiis qvibusdam aut ritibus dissideant.

† L. 3. c. 5. §. 2. n. 1.

***

Svadet rerum divinarum reverentia) Polybius in Excerptis Peiresianis: τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον, εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον. *Cum hominibus irascaris, ob id impie in Deos agere summæ stultitiæ signum est.* Merito sane. nam & *Severus rescripsit, melius esse, ut qvomodocunq; illic Deus colatur, qvam popinariis detur*, Lampridio referente. *Saguntinæ Dianæ templo pepercit religione inductus*, ait de Annibale Plinius Naturalis historiæ XVI. 11. ἱερὰ ἂν οὐδὲ τοὺς ἀλλοφύλους πολεμίους ἀφαιρούμεθα: *Templa hostibus nec externis eripimus;* Appianus id habet civilium II. De Agesilao scriptor Latinus vitæ ejus: *Neq; hoc solum in Græcia fecit, ut templa Deorum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summa religione simulacra arasq; conservavit. Itaq; prædicabat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qvi supplicibus eorum nocuissent: aut non gravioribus pœnis affici, qvi religionem minuerent, qvam qvi fana spoliarent.* De Agesilai sanctimonia in hac re etiam Plutarchum vide. Idem multos pariter Romanos ejus laudis participes facit in Sulla: εἰς μνήμην ἐβάλοντο τοῦτο μὲν τοι τὴν Φλαμίνιον, καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τοῦτο δὲ Αἰμίλιον Παῦλον, ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τὴν Ἑλλάδος, οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς

βασιλέως καταπολεμηκότες ἀμόνον ἀπέσχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλα καὶ δώρα καὶ πομπὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσεπέθηκαν. *In memoriam revocabant alii Flaminum, alii Manium Aquilium & Æmilium Paulum, quorum ille Antiocho ejecto è Græcia, hi vero debellatis Macedonum regibus, non modo Græcanicis templis pepercerant, sed & donis ea multoq; honore ac sanctimonia auxerant.* Adi & Vitruvium lib. II. Dionem XLII. Plutarchum Cæsare: Brodæum V. Miscellaneorum. Cabao Maurus ipse, non Christianus, honorem volebat haberi Christianorum Ecclesiis, contra qvam facerent Vandali, qvibus sperabat iratum fore, qvisqvis ille esset, Christianorum Deum. Testatur hoc Procopius Vandalicorum I. qvi & Persicorum II. Chosroen Persam non Christianum Ecclesiæ Antiochiensium Christianorum ait pepercisse. Justinianus etiam, ut idem refert Vandalicorum II. retinere apud se non ausus est res illas, qvas Hierosolymorum templo Vespasianus abstulerat Romam, Romæ autem repertas in Africam asportaverat Gizerichus. De sanctimonia à Mahumetistis servata loco, in qvo Ezechielis & trium Danielis sociorum ossa erant condita, testis est in itinerario Judæus Benjamin.

2. Thucydides jus ait fuisse inter Græcos sui temporis, ἰόντας ὅπλα πρὸς ἀλλήλους, ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι, *ut qvi in hosticum impetum facerent, à locis sacris abstinerent.* Albâ à Romanis dirutâ Deûm templis temperatum ait Livius. De Romanis Capua capta sic Silius libro XIII. Syl. de Bello. p. 3. n. 5.

Ecce repens tacito percurrit pectora sensu
Religio & sævas componit numine mentes.
Ne flammam tedaq; velint, ne templa sub uno
In cinerem sedisse rogo.

Adversus Q. Fulvium Censorem dictum narrat Livius: *Obstringere eum religione Populum Romanum ruinis templorum, tanqvam non iidem ubiq; Dii immortales sint, sed spoliis aliorum alii colendi exornandiq;.* At Marcius Philippus ad Dium cum venisset, metari sub ipso templo, ne qvid in loco sacro violaretur, jussit. Narrat Strabo, Tectosages, qvi cum aliis pecunias Delphicas rapuerant, placandi numinis causa domi easdem cum additamento consecrasse. Lib. 13. Lib. XIX. Lib. XIV.

3. Ad Christianos ut veniamus, commemorat Agathias, Francos templis pepercisse, ut qvi cum Græcis essent ejusdem religionis. Imo & hominibus ob templa parci solitum, qvod (ne profanarum gentium, qvæ multa sunt, exempla adferam, qvippe cum morem hunc κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα Scriptores vocent) * in Gothis Romæ captoribus sic laudat Augustinus: * *Testantur hoc Martyrum loca & basilicæ Apostolorum, qvæ in illa vastatione vitos ad se confugientes suos alienosq; receperunt. hucusq; cruentus sæviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illo ducebantur à miserantibus hostibus, qvibus* (* malim *qvi*, nam distingvit mitiores à durioribus) *etiam ex-* Lib. II. Diod. L. XX Libro 1. de Civ. Dei.

*tra ipſa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui ſimilem miſericordiam non haberent: qui tamen etiam ipſi alibi truces atq; hoſtili more ſævientes, *poſteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum, quod alibi jure belli licuiſſet, tota ſævendi refrænabatur immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur.*

***

In Gothis Romæ captoribus) Sub Alarico Ariano: cujus & hoc factum memorabile apud Caſſiodorum XII. 20. *Rex Alarichus, Apoſtoli Petri vaſa ſuis diferentibus cum excepiſſet, mox, ut rei cauſam habita interrogatione cognovit, ſacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit, ut cupiditas, quæ depredationis ambitu admiſerat ſcelus, devotione largiſſima deleret exceſſum.*

Teſtantur hoc Martyrum loca) Exſcripſit hunc locum Iſidorus in Chronicis Gothicis Æra CCCCXLVII.

Malim qui) omnino ſic legendum oſtendit Oroſius eandem hiſtoriam referens lib. VII. c. 28.

Poſteaquam ad loca illa veniebant) Eisdem Apoſtolorum baſilicis Gothi ſub Vitige Romam obſidentes pepercerunt, teſte Procopio Gotthicorum II. Etiam barbaris & non-Chriſtianis ius confugii in talia loca profuit; Vide Zoſimum l. IV. de Tomitanis barbaris. Adde Helvetiorum legem apud Simlerum: Nicetam Alexio, Manuelis filio: eundem lib. 1. de Andronico, ubi Siculos culpat ob violatas Antiochienſium Eccleſias.

VII. 1. Quod de ſacris dixi, idem de religioſis intelligendum eſt, etiam de iis, quæ in honorem mortuorum ſtructa ſunt. nam & hæc, quanquam L. ſunt perſonæ 43. D. de Religioſis. jus gentium impunitatem iræ in iſta exercendæ indulget, violari non poſſunt, niſi contemta humanitate. Summam eſſe rationem ajunt Juriſconſulti, quæ facit pro religione. Tam pro religioſis, quam pro ſacris, pia exſtat Euripidis ſententia Troadibus v. 55:

Μῶρος ὁ θνητῶν ὅστις ἐκπορθεῖ πόλεις,
Ναούς τε τύμβους θ', ἱερὰ τ' ἐκμηκάται,
Ἐρημίᾳ δοὺς αὐτὸς ὤλεθ' ὕστερον.
Homo quisquis urbes vaſtat & dis Manibus
Sedes ſacratas, templaq; haud recte ſapit:
Nam ſimilis ipſum peſtis excidii manet.

Apollonius Tyanæus *de cœlo à gigantibus oppugnato fabulam ſic interpretabatur: ὑβρίσαι εἰς τοὺς νεὼς αὐτῶν καὶ τοὺ ἕδη, *vim eos intuliſſe Deorum templis ac ſedibus.* Punic. Statio Annibal ſacrilegus, qui *Deûm face miſcuit aras.*

***

De cœlo à gigantibus oppugnato fabulam ſic interpretabatur) ut & alterum de Epopeo, Diodorus Siculus.

2. Scipio, capta Carthagine, milites donis ornat, χωρὶς τῶν εἰς τὸ Απολ-

ὼ-

λώνειον ἁμαρτόντων, inqvit Appianus: *exceptis, qvi in Apollinis templum peccaverant*. Trophæum à Mithridate structum Cæsar, ut narrat Dio, καθελεῖν οὐκ ἐτόλμησεν ὡς τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς ἱερώμενον, *tollere ausus non est, ut belli diis sacratum*. Marcus Marcellus, qvæ victoria profana fecerat, religione impeditus non attigit, ait Cicero Verrina qvarta: & ibidem addit, hostes esse aliqvos, qvi in bello religionis & consvetudinum jura retineant. Idem alibi Brenni bellum, fano Apollinis illatum, nefarium dixit. Pyrrhi factum, qvi Proserpinæ thesauros spoliasset, fœdum vocat Livius & in Deos superbum. Simile Himilconis Diodorus ἀσέβειαν & εἰς θεοὺς ἁμάρτημα. Philippi bellum idem ille Livius nefarium, qvasi Diis superis inferisqve illatum: etiam furorem, ac scelera. Florus de eodem: * *Philippus ultra jus victoriæ in templa, aras, sepulchra sæviit*. Eandem historiam tangens Polybius hoc addit judicium; τὰ μήτε τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπικουρίαν μέλλοντα, μηδ' ἡντινοῦν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττοῦ καὶ ναοὺς, ἅμα δὲ τούτοις ἀνδριάντας καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν λημαίνεσθαι, πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι τρόπου καὶ θυμοῦ λυττῶντος ἔργον; *Quæ neq; nobis ad bellum futura sunt usui, nec hostibus incommodatura, ea ire perditum, templa maxime, & qvæ in iis simulacra & similia ornamenta, qvis neget malæ mentis & præ ira furibundæ esse opera?* Atqve ibidem talionis non admittit excusationem.

Lib. XIII. Lib. XIV. Lib. II. cap. VII. §. 4.

***

Philippus ultra jus victoriæ in templa, aras, sepulchra sæviit) Simile Prusiæ factum detestatus Polybius, cujus verba Svidas servavit in vocabulo Prusiæ, & excerpta Peiresiana.

IIX. 1. Qvanqvam vero proprie instituti nostri hic non est, qvid ex usu sit, inqvirere, sed laxam bellandi licentiam adducere ad id, qvod natura licitum aut inter licita melius est, tamen ipsa virtus vilis hoc seculo ignoscere mihi debet, si qvando per se contemnitur, ex utilitatibus ipsi pretium facio. Primum igitur moderatio ista in servandis rebus, qvæ bellum non morantur, magnum hosti telum eripit, desperationem. Archidami dictum est † apud Thucydidem, μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίζετε τὴν γῆν τῶν πολεμίων, ἢ ὅμηρον ἔχειν, καὶ οὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται, ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπιπλεῖστον, καὶ μὴ εἰς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς ἀληπτοτέρους ἔχειν. *Terram hostilem non aliud, qvam obsidem, censete, tantoqve meliorem, qvanto magis exculta est: qvare & ut plurimum ei parcendum est, ne desperatio hostes reddat invictiores*: * idem Agesilai consilium cum Acarnanibus, contra qvam sentiebant Achæi, liberam reliqvit sementem, ajens, qvo plus sevissent, eo pacis cupidiores fore. Hoc est, qvod dicit Satyra: *Spoliatis arma supersunt*. Livius narrans captam à Gallis urbem: *Placuerat*, inqvit, *principibus Gallorum, non omnia concremari tecta, ut, qvodcunq; superesset urbis id pignus ad flectendos hostium animos haberent.*

† L. 3. c. 25. §. 5.

Xen. histor. Gr. IV.

***

Idem Ageſilai conſilium) Meminit & Plutarchus Ageſilao.

2. Adde, qvod ſpeciem hoc præfert, manente bello, magnæ de victoria fiduciæ : & qvod clementia apta per ſe frangendis & conciliandis animis. Annibal apud Livium in Tarentino agro nihil violat: *apparebat*, ait, *non id modeſtia militum aut ducis, niſi ad conciliandos Tarentinorum animos, fieri.* Lib. XXXIV. Simili de cauſa Auguſtus Cæſar de Pannoniis rapina abſtinebat: cauſam Dio adfert, ἤλπιζε γὰρ ἐθέλοντας αὐτοὺς ἐπάξεσθαι. *Sperabat enim fore, ut ſic eos ſine vi ſibi adjungeret.* Lib. XIIX. Lib. III. Timotheus ea cura, qvam ſupra narravimus, præter alia πολλὴν τὴν εὔνοιαν τῶν πολεμίων ἐφήρετο, ait Polybius, *magnam ab hoſtibus ipſis benevolentiam captabat.* * De Qvintio, & qvi cum eo erant, Romanis Plutarchus, cum, qvæ ſupra diximus, commemoraſſet, addit: *Hujus modeſtiæ non multo poſt fructum cepere. nam ut in Theſſaliam perventum eſt, defecerunt ad eum urbes. Tum vero & qui intra Thermopylas habitabant, Græci Qvintium ardentibus votis deſiderabant : Achæi vero, renunciata Philippi amicitia, ſocietatem adverſus eum cum Romanis inierunt.* De Lingonum civitate, qvæ bello, qvod ductu Cerealis, auſpiciis autem Domitiani, in Civilem Batavum ejusqve ſocios gerebatur, populationem formidatam evaſerat, ſic narrat Frontinus, *qvod contra exſpectationem inviolata nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium reducta ſeptuaginta millia armatorum tradidit ei.* Lib. V. c. 3.

***

De Qvintio) nempe T. Qvintio Flaminio.

3. Conſiliis contrariis contrarii qvoqve eventus. Exemplum dat Livius in Annibale : *Præceps in Avaritiam & crudelitatem animus, ad ſpolianda, qve tueri nequibat, ut vaſtata hoſti relinquerentur, inclinavit. Id fœdum conſilium, cum incepto, tum etiam exitu fuit : neq; enim indigna patientium modo abalienabantur animi, ſed ceterorum etiam: qvippe ad plures exemplum, qvam calamitas, pertinebat.* Lib. XXVI.

4. Veriſſimum autem ſentio, qvod à Theologis qvibusdam notatum eſt, & ſummarum poteſtatum & ducum, qvi Chriſtianos ſe & à Deo & ab hominibus haberi volunt, officium eſſe, violentis urbium direptionibus, & ſi qvid his ſimile eſt, intercedere, ut, qvæ abire non poſſint ſine graviſſimo multorum innocentium malo, & ſæpe ad belli ſummam parum proficiant: ita ut bonitas Chriſtiana fere ſemper, ipſa qvoqve juſtitia plerumqve, ab ipſis abhorreat. Majus ſane eſt Chriſtianorum inter ſe vinculum, qvam olim Græcorum fuit, qvorum bellis, ne qva urbs Græca exſcinderetur, cautum erat Amphictyonum decreto. Et Alexandrum Macedonem, narrant veteres, nullius rei à ſe actæ magis ductum pœnitentia, qvam qvod Thebas everteriſſet. Ægid. Regius de Actibus ſuperm. diſp. 31. dub. 7. n. 127.

CAPUT

CAPUT XIII.

Temperamentum circa res captas.

I. Res etiam hostilium subditorum bello captas retineri ad modum debiti:
II. Non etiam in pœnam alieni criminis.
III. Debitum hic intelligi etiam, quod in bello subnascitur. Exempla.
IV. Humanitatis esse, summo jure his non uti.

I. 1.

SEd neqve peccato vacare, aut à restitutionis onere immunis censeri debet rerum hostilium in bello justo captura. Qvippe * si id, qvod recte fit, spectas, non ultra licitum est capere aut habere, qvam causa subest debendi in hoste: excepto. qvod etiam extra eam ad securitatem necessariam res possunt detineri, sed restituendæ, cessante periculo, in se aut in pretio, secundum ea, qvæ libro II. cap. II. §. 9. tractavimus. nam qvod & in re pacatorum liceret, multo magis in re hostium licet. Hoc igitur est capiendi qvoddam jus sine acqvirendi jure.

Vict. de Jure Belli, n. 55. 56.

Cajetan. in sum. pecc. verb. belli damnum. Covarr. ad d. cap. peccatum, p. II. n. II. Vict. de Jure belli, n. 39. & 41 Molina II. tract. disp. 117.

***

Si id, qvod recte fit, spectas) Vide qvod judicavit Innocentius Romanus Pontifex apud Bembum I.

2. Cum autem deberi aliqvid nobis possit aut ob inæqvalitatem rerum, * aut ex pœna, potest ex utraqve causa acqviri res hostilis, sed cum discrimine tamen. nam supra † diximus, ex debito illo priore non res tantum debentis, sed & subditorum ejus, ex introducto jure gentium, qvasi fidejussione, obligari. Qvod qvidem jus gentium alterius generis crédimus, qvam illud, qvod in impunitate sola aut externa vi judiciorum consistit. Nam sicut in rebus nostras ex consensu privato nostro ei, qvi cum actum est, non externum modo, sed & internum jus qværitur, sic & ex communi qvodam consensu, qvi singulorum consensum vi qvadam in se continet, qvo sensu lex πόλεως συνθήκη κοινή, *communis pactio civitatis* dicitur. Atqve id in hoc negotii genere placuisse gentibus eo est credibilius, qvia hæc lex gentium non sola majoris malivitandi causa, sed etiam juris cuiqve sui conseqvendi gratia, introducta est.

† L. 3. c. 2. §. 2. n. 1.

***

Aut ex pœna) Romani Prusiam Attalo jusserunt & damnum resarcire & pœnam insuper pendere.

II. At in altero debendi genere, qvod pœnale est, non video, gentium consensu tale jus in res subditorum esse proditum. Odiosa enim est talis rerum alienarum obligatio, ideoqve latius produci non debet, qvam actum appareat. Neqve vero par est utilitas in posteriore hoc & in priore debendi genere. nam prius illud est in bonis, posterius hoc non est, ideoqve per-

Lib. III. c. 2. §. 3.

secutio ejus sine damno omitti potest. Nec obstat, qvod supra † de jure Attico diximus. Nam ibi homines obligabantur non ex eo proprie, qvod civitas puniri poterat, sed duntaxat ad cogendã civitatem id facere, qvod facere debebat, id est judicium reddere in sontem, qvod debitum ex officio ad prius illud, non ad posterius, debendi genus refertur: aliud enim est, debere punire, aliud debere aut posse puniri, qvanqvam ex cessatione circa illud hoc seqvi solet, sed ita, ut distincta sit causa illa & hoc effectum. Ergo pœnæ nomine acqviri res subditorum hostilium non poterunt, sed eorum duntaxat, qvi ipsi deliqverint, in qvibus & magistratus continentur, qvi delicta non puniunt.

III. Ceterum res subditorum & capi & acqviri possunt non tantum ad consecutionem debiti primarii, unde ortum est bellum, sed & subnascentis, secundum ea, qvæ diximus initio † hujus libri. Et sic accipiendum est, qvod scribunt Theologi qvidam, capta in bello non compensari cum debito principali: intelligendum enim hoc, usqve dum secundum sanum judicium satisfactum sit de eo damno, qvod in ipso bello datum est. sic in disceptatione cum Antiocho Romani, Livio narrante, * impensam, qvæ in bellum facta esset, omnem præstare regem æqvum censebant, cujus culpa bellum excitatum esset. Apud Justinum est, *impensas belli lege justa susceptarum*: Apud Thucydidem damnantur Samii χρήματα τὰ ἀναλωθέντα ἀποδοῦναι, *solvere belli impensas*. Et alibi sæpe. Qvod autem victis juste imponitur, idem & bello justo extorqvetur.

† b. L. c. 1. §. 3. Silv. verb. Bellum. n. 10. dict. n. 51. Bart. in L. si qvid bello. 28. D. de Captiv. Lib. XXVII. Lib. XXXIII.

***

Impensam, qvæ in bellum facta esset) meminit Polybius Excerpto legationum 23. Sic & à Sulla damnati Asiatici, narrante in Mithridaticis Appiano. morem hunc pro se allegat Rex Poloniæ apud Thuanum libro LXXIII. anno cIↃ IↃ LXXXI. Sic apud Homerum Iliados Γ vocem τιμὴν Scholiastes interpretatur περίτιμον τὸ πόλεμον λέγει δὲ τὸ ἥμισυ ἢ ἐν πόλει κτημάτων. *belli æstimationem: dimidium nempe rerum, qvæ in urbe erant.*

† L. 3. c. X. §. 1. num. 1. seqq. c. XI. §. 2. L. 2. c. XI. §. 3. c. 22. §. 16. c. 25. §. 2. n. 4. c. 17. §. 2. n. 1.

IV. 1. Ceterum sciendum est, qvod & alibi † meminimus, latius patere caritatis, qvam juris regulas. Qvi divitiis floret, immisericordiæ reus erit, si inopem debitorem omnibus reculis suis excutiat, ut ipse ultimum qvadrantem consequatur, multoque magis si is ipse debitor in id debitum venerit suã bonitate, ut si pro amico fidejusserit, ipse autem nihil pecuniæ verterit in rem suam. * Miserabile enim est, ut ait pater Qvintilianus, sponsoris periculum. Tamen tam durus creditor contra jus stricte dictum nihil facit.

***

Miserabile enim est, ut ait pater Qvintilianus, sponsoris periculum) Addit salvo pudore ad sponsorem non aliter creditorem venire, qvam si recipere à debitore non possit. Bene salvo pudore; nam sponsores appellare videtur habere qvandam δυσωπίαν, ut ait Cicero ad Atticum XVI, 15.

2. Qva-

2. Qvare * exigit humanitas, ut his, qvi extra culpam sunt belli, qvique non alio, qvam fidejussorio nomine obstricti sunt, relinqvantur res istæ, qvibus nos facilius, qvam ipsi, careamus, præsertim vero si satis appareat, illos ipsos id, qvod eo modo amiserunt, à civitate sua non recuperaturos. Huc pertinet, qvod Babylone capta Cyrus militibus dixit: οὐκοῦν ἀδικία γε ἔξεστε ὅ, τι ἂν ἔχοιτε, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ οὐκ ἀφαιρήσεσθε ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτούς. *Injuste qvidem non possidebitis, qvæ tenetis: sed si qvid non auferetis hostibus, id vestræ erit humanitatis.*

Ægid. Regius de Actibus supernaturalib9, disp. 13. dub. 7. n. 117. L. in agris 17. de acq. Rer. dom d. L. in agris. L. itē si verberatum. 15. §. 2. item si ager. D. de Rei vind. Vict. de Jure belli, n. 40. Silv. in verb. bellum. p. 1. §. 10. n. vers. 3. Arr. Lib. III.

***

Exigit humanitas) Ptolemæus Demetrio, Antigoni filio, tabernaculum & alia ad curam corporis ipsius pertinentia, pecunias qvoq; captas remisit, dicens non de omnibus rebus, sed de imperio & honore inter ipsos certari. Narrat Plutarchus Demetrio. Vide & factum Sanctii Vasconum regis apud Marianam lib. XI. c. 16.

3. Notandum & hoc, cum in subsidium introductum sit jus hoc in bona subditorum innocentium, qvamdiu spes est, nos nostrum satis facile consequi posse ab originariis debitoribus, aut ab iis, qvi jus non reddendo sponte sua debitores se faciunt, ad eos venire, qvi culpa vacant, etiamsi concedatur, cum stricto jure non pugnare, abire tamen ab humanitatis regula.

†††

Jus hoc in bona subditorum innocentium) Rectè *Dn. Zigler. h. l.* asserit, bello semel exorto, nullam amplius fieri posse distinctionem inter subditos reos & innocentes, qvippe qvi omnes & universi ejusdem causæ censentur esse defensores. Non enim hic agimus de pœna, qvam Princeps læsus in Principem lædentem, qvippe in qvem nullum imperium habet, intentare neqvit; sed de debito, qvod ab eo per viam juris aliter obtinere neqvit.

4. Exempla hujus humanitatis exstant passim in historia, præsertim Romana, ut cum agri, hostibus devictis, ea conditione concessi, ut in civitatem venirent, id est victæ †† civitati cederent, aut cum ex agris modicum, honoris gratia, * veteri possessori relinqvebatur. Sic à Romulo Vejentes agri parte mulctatos narrat Livius. Sic Uxiis Alexander Macedo agros, qvos habuerant, dedit vectigales. Sic deditas urbes non diripi sæpe legas: & supra diximus, non personis tantum, sed & rebus agros † colentium cum laude & ex pio Canonum præscripto parci, saltem sub tributo; & sub simili tributo solere & mercibus concedi à bello immunitatem.

†† h. L. c. 15. §. 9.

Lib. I. c. XV.

† h. L. c. XI. §. 10. n. 1. c. 12. §. 4. n. 1.

***

Veteri possessori relinqvebatur) Appianus civilium II. τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσαιεν, οὐδὲ τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο, ἀλλ' ἐμερίζοντο. *Romani veteres ne hostibus qvidem victis omnes agros adimebant, sed cum eis partiebantur.* Sic & Vandalos in Africa & in Italia Gotthos fecisse, historiæ nos docent.

CAPUT XIV.

Temperamentum circa captos.

I. Qvousqve capere homines liceat justitia interna:
II. Qvid internæ justitiæ dominio in servum liceat:
III. Non licere occidere innocentem.
IV. Non punire inclementer.
V. Non operas nimium graves imponere.
VI. Peculium qvomodo domini, qvomodo servi.
VII. An servis fugere liceat.
VIII. An è servis nati domino teneantur, & qvatenus.
IX. Qvid faciendum ubi captorum servitus in usu non est.

I. 1.

Confer. h. L. c. 7. Vict. de Jure Bell. n. 41. Dec. lib. 11. c. 5. dub. 5. Covar. c. peccatū, p. 11 §. 1. Molina, disp. 120. & 121. Valentia, disp. 3. q. 16.

QVibus in locis captivitas hominum & servitus in more est, si internam justitiam respicimus, limitanda primum est ad rerum instar, ut scilicet eo usq; licita sit talis acqvisitio, qvousq; debiti aut primarii aut subnascentis qvantitas patitur, nisi forte in ipsis hominibus peculiare sit delictum, qvod libertatis damno puniri æqvitas ferat. Hactenus igitur, nec ultra, justum bellum gerens in hostis subditos captos jus habet, idq; in alios valide transfert.

2. Erit autem æqvitatis & bonitatis officium, hic qvoq; ea adhibere discrimina, qvæ, cum de interficiendis hostibus ageretur, supra annotata sunt. Demosthenes in epistola pro Lycurgi liberis laudat Philippum Macedonem, * qvod non omnes, qvi inter hostes fuerant, servos fecisset: καὶ γὰρ οὔτε δίκαια εἶναι πρὸς ἅπαντας τὰ αὐτὰ, οὔτε καλὰ ἡγεῖτο, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας προσθήκην συλλογιζόμενος τὰ τοιαῦτ' ἐπέκρινεν. *Neqve enim*, inqvit, *eadem in omnes aut æqva aut honesta censebat, sed rem exputans cum accessione ejus, qvod qvisq; meruisset, etiam in talibus velut judicem agebat.*

***

Qvod non omnes, qvi inter hostes fuerant, servos fecisset) Filius ejus Alexander Thebis captis exemit servituti & sacerdotes & eos, qvi decretis in se factis non adsenserant; Narrat Plutarchus in vita ejus.

II. 1. Sed primum notandum hic est, jus illud, qvod qvasi ex fidejussione pro civitate oritur, neutiqvam tam late patere, qvam jus, qvod ex delicto nascitur in eos, qvi pœnæ servi fiunt. Unde Spartanus qvidam * captivum se dicebat, non servum. nam, si rem recte inspicimus, jus hoc generale in captos ex bello justo par est ei juri, qvod habent domini in eos, qvi se, paupertate coacti, in servitutem † vendiderunt: demto qvod etiam magis miseranda est eorum calamitas, qvi non suo facto speciali, sed regentium culpa in eam sortem deveniunt. Δεινότατον δοριαλωτοὺς γενέσθαι: *Res acerbissima est belli jure captivum fieri*, teste Isocrate.

† L. 2. c. 5. §. 27

Plataico.

Captivum

***

Captivum se dicebat, non servum) Philo ἐπεὶ καὶ πατέρες υἱῶν τιμὰς κατέθεσαν, καὶ υἱοὶ πολλάκις πατέρων ἢ κατὰ λῃστείας ἀπαχθέντων, ἢ κατὰ πόλεμον αἰχμαλώτων γινομένων, ὡς οἱ τῆς φύσεως νόμοι τὴν κάτωθεν ὄντες βεβαιότεροι γράφουσιν ἐλευθέρους. *Nam & patres pro filiis, & filii pro parentibus sæpe pretium pependerunt, aut vi latronum abreptis, aut belli more captis, quos quidem naturæ leges valentiores his, quæ in terra fiunt, legibus, scribunt liberos.* Nimirum, ut apud Theodecten Helena loqvebatur:

Θεῶν ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνον ῥιζωμάτων,
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;
Utraq. generis parte prognatam deis,
Eritne servam nominare qui audeat?

2. Est ergo servitus hæc perpetua obligatio operarum pro alimentis itidem perpetuis. Chrysippea definitio huic generi servorum optime congruit: *Servus est perpetuus mercenarius.* Et lex Hebræa eum, qvi inopia coactus se vendidit, diserte mercenario comparat, Deut. XV, 18.40. 53. & in redemtura ejus operas ita vult ipsi prodesse, sicut fructus ex agro vendito percepti prodessent veteri domino, Deut. XIIX, 50. Sen. de Benef. Lib. III. c. 22.

3. Multum ergo distat id, qvod impune in servum fit † ex gentium jure, & id, qvod naturalis ratio fieri sinit. Ex Seneca supra citavimus: *Cum in servum omnia liceant, est aliqvid, qvod in hominem licere commune jus animantium vetet.* Philemonis illud eodem tendit: † L. 3. c. 4. §. 10. in fin. 1. de Clem. cap. 18.

Κἂν θιλος ἦν τὶς οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
Ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν ἄνθρωπος ᾖ.
Here, qvisqvis est homo natus, qvamvis serviat
Is servitutem, tamen esse homo non desinit.

Alibi item Seneca: *Servi sunt, imo homines: servi sunt, imo contubernales: servi sunt, imo humiles amici: servi sunt, imo conservi.* qvæ & apud Macrobium legas sensum plane eundem habentia cum Pauli Apostoli dicto: *Domini, jus & qvod æqvum est, servis præstate, gnari vobis qvoqve Dominum esse in cœlo.* Et alibi vult dominos cum servis non minaciter agere, eo, qvod jam diximus, argumento, qvod & ipsi Dominum in cœlo habeant, qvi ad talia qvalitatum discrimina non attendat. In Constitutionibus, qvæ Clementi Romano † ascribi solent, legitur, οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου, ἢ παιδίσκῃ * ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, *cave, servo aut ancillæ imperes acerbo animo.* Clemens Alexandrinus servis nos uti vult tanqvam alteris nobis, qvando homines sunt non minus, qvam nos, secutus sapientis Hebræi dictum, εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς ἀδελφὸν, ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου. *Si servum habeas, ut fratre utere, talis enim est, qvalis tu.* Ep. XLVII. Colos. IV, 1. Epist. VI, 9. † L. 1. c. 2. §. 10 n. 1. L. VII c. 14. Pad. ultim.

***

Ἐν πικρίᾳ ψυχῆς) Sic & in epistola Barnabæ est : *Ὃ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσι, μήποτε ὑ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' αὐτοῖς θεόν. Noli acerbe imperare servo aut ancillæ tuæ in Christum sperantibus, ne eo ipso ostendas, non timere te communem tibi & ipsi Dominum.*

III. Jus ergo vitæ & necis, qvod dicitur, in servum domino præstat, ut domesticam habeat jurisdictionem, sed nimirum eadem religione exercendam, qva publica exercetur. Hoc voluit * Seneca, cum dixit, *in mancipio cogitandum, non qvantum illud impune pati possit, sed qvantum tibi permittat æqui bonique natura, qvæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet:* qvi & alibi, *Qvid interest*, ait, *qvali qvis teneatur imperio, si summo tenetur?* qvo loco comparat subditum servo, & ait, dispari titulo paria in illos licere: qvod certe in hac parte vitæ adimendæ, & si qvid eo accedit, verissimum est. *Majores nostri*, ait idem Seneca, *domum nostram pusillam rempublicam esse judicarunt* : & Plinius: *Servis respublica quædam & qvasi civitas domus est.* Cato Censorius, narrante Plutarcho, si qvis servus capitale admisisse videretur, de eo supplicium non sumebat, nisi postqvam damnatus esset etiam conservorum judicio. Qvicum conferenda verba Job. XXXI, 13. & deinceps.

1. de Clem. 18.

Lib. III. de Benef. c. 18.

Ep. XIV.

***

Seneca) epistola XLVII.

IV. Sed & circa minores pœnas, puta verbera in servos, adhibenda est æqvitas, imo & clementia. *Non opprimes eum, * non dominaberis ei dure,* ait lex divina de servo Hebræo, qvod nunc prolata vi proximitatis† ad omnes servos debet extendi. Deut. XV, 17, 43. 53. Ad qvem locum sic *Philo: *Θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται. Φύσεως δ' ἢ τ' αὐτῆς μετέσχον τοῖς δεσπόταις, τοῦ δ' θείου νόμου κανὼν τ' δικαίων ὄντων ἢ τὸ τύχης, ἀλλὰ τὸ τ' φύσεως ἐναρμόσιον. διὸ προσήκει τὰς κυρίους μὴ καταχέρως χρῆσθαι ταῖς ἐξουσίαις κ' τ' οἰκετῶν, ἀλαζονείαν καὶ ὑπερηφανίαν καὶ δεινὰ ὠμότητα ἐπιδεικνυμένους. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἔστι δείγματα ψυχῆς εὐρωστίας, ἀλλ' ὑπ' ἀνρασίας τ' ὑπολύθωνος (male editum αἰόλθωνος) κολάζοντος κ' τυραννικῶν θωπείαν. Servi fortuna quidem inferiores sunt, natura autem pares dominis: ac divinæ legi justi regula est, non qvod fortunæ, sed qvod naturæ congruit. Ideo non oportet dominos potestate sua in servos proterventi, nec eam materiam sumere superbiæ & insolentiæ & diræ feritatis. Hæc enim signa animi non placidi, sed male temperati, & in subditos tyrannico qvodam dominatu sævientis. Num qvidnam æqvum est*, ait Seneca? *gravius homini & durius imperari, qvam imperatur animalibus mutis? atqvi æqvum non crebris verberibus exterret dominandi peritus magister; fiet enim formidolosus & contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris.* Et mox: *qvid stultius, qvam in jumentis qvidem & canibus erubescere*

L. 2. in fin. D. de his, qvi sui vel alien. jur. sunt.

† L. 1. c. 2. §. 6. n. 3. §. 8. n. 10.

ira

iram exercere, pessima autem conditione hominem esse? Hinc est, qvod Hebræa lege servo aut ancillæ * non pro oculo tantum, sed & pro dente excusso, per injuriam scilicet, libertas debebatur. Exod. XXXI. 26. 27.

***

Non dominaberis ei dure) Vide Mosem de Kotzi præceptis jubentibus 147, 175, 178. & collationem legum Mosis & Romanorum titulo III. Priscus in Excerptis legationum, ubi Romanos barbaris præfert: *ἄμεινον δὴ καὶ τοῖς οἰκέταις διατελοῦσι ῥωμαῖοι χρώμενοι. πατέρων γὰρ ἢ διδασκάλων εἰς αὐτοὺς ἔργα ἐπιδεικνύντες, ἐφ' ᾧ τῶν φαύλων ἀπεχομένους μετιέναι ἅπερ αὐτοῖς φαῦλα νενόμισται. σωφρονίζουσι σφᾶς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, ὥσπερ τοὺς οἰκείους παῖδας. οὐ δὴ γὰρ οὐδ' αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκύθαις ἐπάγειν θέμις. ἐλευθερίας δὲ τρόποι παρ' αὐτοῖς πλεῖστοι, ἢν οὐ μόνον περιόντες ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες χαρίζονται, διατάττοντες κατὰ τὴν περιουσίας ὃν βούλονται τρόπον. καὶ νόμος ἐστὶν ὥσπερ ἕκαστος τελευτῶν περὶ τῶν προσηκόντων βουλεύσοιτο. multo melius servos suos Romani tractant, patrumq; aut magistratum in eos funguntur officio. nam ut eos abstrahant ab iis, qvæ moribus ipsorum illicita habentur, ita eos delinqventes qvasi filios suos castigant: neqve enim jus est eos occidere, ut apud Scythas. Tum vero libertatis complura genera, qvam non viventes tantum, sed in mortis tempore domini largiuntur: qvi qvicqvid morituri de re sua statuerint id legis vim habet.* Adde legem Wisigotthicam lib. VI. tit. 1. c. 12.

Philo) de specialibus legibus secundo: Cyprianus ad Demetrianum: *Nisi tibi pro arbitrio tuo serviatur, nisi ad voluntatis obsequium pareatur, imperiosus & nimius servitutis exactor flagellas, verberas, fame, siti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis, & non agnoscis miser Dominum Deum tuum, cum sic exerceas ipse in hominem dominatum.*

Non pro oculo tantum, sed & pro dente excusso) Philo dicto loco: *οὕτω γὰρ ὁ μὲν ἀνθ' ὧν ἔδρασε, διττὴν ἐκδέξεται ζημίαν, ἅμα τιμῇ καὶ τὴν ὑπερεσίαν ἀφαιρεθείς: καὶ τρίτον ἑκατέρου τῶν λεχθέντων χαλεπώτερον, ἀναλαβόμενος ἐν τοῖς μεγίστοις εὐεργετεῖν ἐχθρόν, ὃν ἴσως ἤυχετο κακοῦν ἀεὶ δύνασθαι. ὁ δ' ἀνθ' ὧν ὑπέμεινε παρηγορίαν ἕξει διπλῆν, οὐ μόνον ἐλευθερωθείς, ἀλλὰ καὶ ἀργαλέον καὶ ὠμὸν δεσπότην ἐκφυγών. Sic ille pro facto duplicem pendet pœnam, amissis & operis & servi pretio, atq; accedit & tertium duobus istis gravius, qvod cogitur in rebus maximis bene facere homini exoso, & qvem optasset semper vexare posse. alter autem pro malo, qvod pertulit, duplex habebit solatium, non libertatem tantum adeptus, sed à tam fero sævoq; domino exolutus.*

V. 1. Sed & * operæ cum modo exigendæ sunt, & valetudinis servorum humane habenda ratio. Qvod ipsum præter alia spectat lex Hebræa in Sabbathi institutione, nimirum, ut laboribus aliqvod daretur spiramentum. Et C. Plinii epistola ad Paulinum, qvæ sic incipit: *Video, qvam molliter tuos habeas, qvo simplicius confitebor tibi, qva indulgentia meos tractem. Est mihi sem-* Exod. XX, 10. XXIII, 2. Deut. X, 14.

semper in animo Homericum illud ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὡς, ἤπιος ἦεν, *& hoc nostrum paterfamilias.* ***

Operæ cum modo exigendæ) Vide c. 14. in epistola Episcoporum ad Ludovicum regem, qvæ inserta est in capitulare Caroli Calvi. Seneca epistola XLVII. *non tantum hominibus, sed tanqvam jumentis abutimur.* De Atheniensium vero in servos lenitate vide Xenophontem de republica Atheniensium.

Ep. XLVII. 2. In eadem voce veterum humanitatem observat & Seneca: *Ne illud qvidem videtis, qvam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? dominum patremfamiliæ appellaverunt, servos familiares.* * Dion Prusæensis optimum regem describens: δεσπότην δὲ οὐχ ὅπως τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ μηδὲ τῶν δούλων χαίρειν καλούμενον; *domini nomen adeo in homines liberos non usurpat, ut & in servos eo abstineat.* * Ulysses apud

Od. I. Homerum servos, qvos fidos reperit apud se, ait futuros eo loco, qvasi Telemachi filii ipsius fratres essent. Tertullianus: * *Gratius est nomen pietatis, qvam potestatis: etiam familiæ magis patres, qvam domini vocantur.* Hieronymus sive Paulinus ad Celantiam: *Familiam tuam ita rege & constitue, ut te matrem magis tuorum, qvam dominam videri velis, à qvibus benignitate*

Lib. XIX. de Civit. Dei. cap. 16. *potius, qvam severitate exige reverentiam.* Augustinus: *Domestica pax à justis patribus ita olim administrata est, ut secundum hæc temporalia bona filiorum sortem à servorum conditione distingverent. Ad DEUM autem colendum omnibus domus suæ membris pari dilectione consulerent: qvod naturalis ordo ita præscribit, ut nomen patrisfamilias hinc exortum sit, & tam late vulgatum, ut inique etiam dominantes hoc se gaudeant appellari. Qvi autem veri patres familias sunt, omnibus in familia sua, tanqvam filiis, ad colendum & promerendum Deum consulunt.* ***

Servos familiares) amicos Epicurus; Seneca epistola CVII.

Ulysses) cujus paternam in se benignitatem prædicat Eumæus Odysseæ ξ.

Gratius est nomen pietatis, qvam potestatis) Notat & Cyprianus Testimoniorum III. ad Qvirinum: *dominos servis, cum crediderint, mitiores esse debere:* probatqve id Apostoli Pauli ad Ephesios verbis. Lactantius libro V. c. 15. *Nec alia causa est, cur nobis invicem fratrum nomen impertiamur, nisi qvia pares esse nos credimus. Nam cum omnia humana non corpore, sed spiritu, metiamur, tametsi corporum sit diversa conditio, nobis tamen servi non sunt: sed eos & habemus, & dicimus spiritu fratres, religione conservos.* Augustinus de Moribus Ecclesiæ Catholicæ X. 30. *Tu dominis servis, summi Dei scilicet communis domini consideratione placabiles, & ad consulendum, qvam ad coërcendum, propensiores facis.* Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 471. τοῖς οἰκέταις χρηστέον ὡς ἑαυτοῖς. πάντες ἓν ἐσμεν καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ πίστει καὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει. *Servis, tanqvam nobis ipsis utendum est. Revera omnes idem sumus, natura, fide, futuro judicio.* Repete qvæ modo ex Prisco posuimus.

3. Si

3. Similem pietatem in voce puerorum, qva servos significabant, annotavit Servius ad illud Maronis, *Claudite jam rivos pueri*; nec dissimile, qvod Heracleotæ servos suos Mariandynos * δωροφόρους, id est *donatarios*, appellabat, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς προσηγορίας, *parcentes acerbitati nominis*, ut ad Aristophanem vetus interpres Callistratus notabat. Laudat Germanos Tacitus, qvibus servi tanqvam coloni habebantur. Theano in epistola: δικαία χρῆσις ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον κάμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν. *Justus mancipiorum hic est usus, ut nec præ labore deficiant, nec per egestatem impares sint ferendo.* De Germ. cap. XXV.

***

Δωροφόρους *appellabant*) Athenæus VI. 18.

VI. 1. Pro opera, ut diximus, * alimenta servo debentur. *Servis*, ait Cicero, *non male præcipiunt, qvi ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, justa præbenda.* Aristoteles: δούλῳ μισθὸς τροφὴ, *Servo pro mercede alimenta.* Cato: *Familiæ ut bene sit, provideto, ne algeat, ne esuriat. Est aliqvid*, ait * Seneca, *qvod dominus præstare servo debeat: ut cibaria, vestiarium.* In cibariis erant qvaterni modii frumenti in mensem, qvos præstitos servis Donatus auctor est. Martianus Jurisconsultus esse ait, qvæ dominus necesse habet servo præstare, ut tunicas & similia. Damnatur ab historiis * Siculorum crudelitas, qvi captivos Athenienses fame necabant. De Off. I. 1. Oecon. V. Lib. III. de Ben. ad Phorm. act. 1. Sc. 1. L. 40. Peculium nascitur. §. 1. D. de Peculio. Thuc. l. VII. Diod. L. XII.

***

Alimenta servo debentur) Sirachides XXXIII. 25. ἄρτος καὶ παιδεία καὶ ἔργα οἰκέτῃ. *Panis & disciplina & opera servo.*

Seneca) Idem de Tranqvillitate: *Familia vestiarium petit victumqve.* Romani ad Bessam apud Procopium Gotthicorum III. χορηγεῖτε τοῖς ὑμετέροις αἰχμαλώτοις τροφὴν οὐκ ἀρκοῦσαν, οὐδὲ κατὰ τὴν χρείαν ἡμῶν ἀποχρῶσαν, ἀλλ' ὥς γε ἀποζῆν διαρκῶς ἔχουσαν. *Date nobis saltem, ut captivis vestris, alimenta, non dicam, qvæ sufficiant, qvalia necessitas nostra desiderat, sed qvæ mortem arceant.* Chrysostomus ad Ephesios v. 2. ὅταν οὗτος μὲν τὴν σωματικὴν διακονίαν παρέχῃ, σὺ δὲ τὸ σῶμα τρέφῃς καὶ θεραπεύῃς καὶ τροφαῖς καὶ ἐνδύμασι καὶ ὑποδήμασι, καὶ οὗτος δουλείας ἐστὶ τρόπος ὅτι ἐὰν μὴ παρέχῃς καὶ σὺ τὴν σὴν διακονίαν, οὐδὲ ἐκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔσται ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἀναγκάσει νόμος καὶ μὴ τρεφόμενον τοῦτο ποιεῖν. *Ubi ille corporis ministeria exhibet, tu verò eum alis, curasqve, ut præter victum habeat, qvo induatur, qvo calceetur, est & hoc servitutis qvoddam genus. nam nisi & tu tuum hoc exhibeas ministerium, nec ille exhibebit suum, sed liber erit, neqve ulla eum lex constringet, si non alatur operas præstare.*

Siculorum crudelitas) Et Isaaci Angeli in Siculos captivos, memorante Niceta lib. I. qvi & epistolam ponit ea de re regis Siculi ad Imperatorem Græcum.

2. Insuper Seneca dicto loco probat, in qvædam liberum esse servum, & beneficii qvoqve habere materiam, si qvid fecerit, qvod servilis officii modum excedat, qvod non ex imperio, sed ex voluntate præstetur, ubi ex ministerio in affectum amici transitur, qvod late explicat. His consentaneum est, ut si qvid servus, qvemadmodum * apud Terentium est, suum defraudans genium comparsit, aut succisivi temporis diligentia qvæsivit, id aliqvo modo sit ipsius. Non male Theophilus peculium definit οὐσίαν φυσικὴν * naturale patrimonium; qvasi contubernium definias naturale matrimonium; sed & Ulpianus peculium dixit pusillum patrimonium. Nec refert, qvod peculium dominus suo arbitrio adimere potest aut minuere: neq; enim, qvod æqvum est, faciet, si sine causa id faciat. Causam vero intelligo non pœnam modo, sed & domini necessitatem: nam servi utilitas utilitatibus domini subest, magis etiam, qvam res civium civitati. Apposite ad hanc rem * Seneca: *non ideo nihil habet servus, qvia non est habiturus, si dominus illum habere noluerit.*

Inst. qvod cum eo, qvi in alt. p. l. 5. depositi. § 3. D. de Peculio.

VII. de Benef. 14.

***

Apud Terentium est) Phormione actu 1. sc. 1.

Naturale patrimonium) Eumæus Odysseæ E.

Οἷά τε ὦ οἰκῆϊ ἄναξ εὐθυμὸς ἔδωκε
Οἶκόν τε κλῆρόν τε πολυμνήστην τε γυναῖκα.
Qvalia dat famulis domini prolixa voluntas,
Fœdera conjugii socialia, remq́, domumq́.

Ipse Ulysses Odysseæ Φ Eumæo & Philetio dicit:

Ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ' ὀπίσσω
Οἰκία τ' ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα.
Vestrum utriq́, thori socias dabo, largiar & rem
Vicinasq́, domos nostræ.

Varro de Servis: *Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibariis aut vestitu largiore, aut remissione operis, concessioneq́, ut peculiare aliqvid in fundo pascere liceat.*

Seneca) Ejusdem est ibidem: *Numqvid dubium est qvin servus cum peculio domini sit? Dat tamen domino suo munus.*

†††

Magis etiam, qvam res civium civitati) qvidam putant, res civium civitati in Monarchiâ non minus deberi, qvam res servi domino: qvia utrumqve imperium ad extrema pertingit. Sed tamen modus ad extrema pertingendi est diversus. Qvare illi confundere nobis videntur dominatum cum Monarchia secundum doctrinam politicorum considerata.

3. Et hinc est, qvod dominus non repetit, si qvid servus in servitute debitum post manumissionem solvit: qvia (ut Tryphoninus ait) debiti vel non debiti ratio in conditione naturaliter intelligitur: Dominus autem servo de-

I. si qvod. 64. D. de Condict. indeb.

vo debere naturaliter poteſt. Itaqve, ſicut clientes in uſum patronorum & ſubditos in uſum regum, ſic ſervos in uſus heriles contuliſſe legimus; ut ſi filia dotanda, ſi captivus filius redimendus, & ſi qvid his eveniſſet ſimile. Dionyſ. l. 1. Plinius, ut ipſe in epiſtolis narrat, ſervis ſuis concedebat etiam qvædam, qvaſi teſtamenta facere, id eſt dividere, donare, relinqvere intra domum. Lib. VIII. epiſt. 16. Apud aliqvas gentes etiam plenius qvoddam res acqvirendi jus ſervis conceſſum legimus, ſicut ſervitutis plures eſſe gradus à nobis alibi †tractatum eſt. † §. 27. 29. & ſeqq. Lib. 2.

4. Ad hanc internam, qvam exponimus, juſtitiam multos apud populos etiam jus illud exterius dominorum leges retraxerunt. Nam & apud Græcos ſervis durius habitis licebat *πέδον αἴρειν ad venditionem proclamare*, & Romæ ad ſtatuas confugere, aut præſidum implorare opem contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam. Illud vero jam non ex jure ſtricto, ſed ex humanitate & beneficentia, veniet, interdum tali, qvæ & debeatur, ut poſt longas operas, aut valde magnas, libertas detur ſervo. Lib. II. c. 4. §. 2. §. 2 Inſt. de his qvi ſui vel al. L. 4. manumiſſiones. D. de Juſt. & Jure.

5. Poſteaqvam jure gentium ſervitus invaſit, ſecutum eſt beneficium manumiſſionis, ait Ulpianus. Exemplo ſit illud Terentianum:

feci è ſervo, ut eſſes libertus mihi
*Propterea, *qvod ſervibas liberaliter.*

Salvianus in uſu qvotidiano eſſe ait, ut ſervi etſi non optimæ, ſaltem non improbæ, ſervitutis libertate donentur. addit, *& illa, qvæ in ſervitute poſiti conqviſierant, ex dominorum domo tollere non vetantur.* Cujus benignitatis multa exempla in martyrologiis apparent. Et hic qvoqve laudanda benignitas legis Hebrææ, qvæ ſervum Hebræum, certo tempore exacto, manumitti omnino jubet, * nec ſine donis; de cujus legis contemtu graviter qveruntur Prophetæ. Catonem majorem reprehendit Plutarchus, qvod ſervos ſenectute confectos venderet, immemore ejus, qvæ eſt inter homines, communis naturæ. Lib. III. Deut. XV, 13.

***

Qvod ſervibas liberaliter) Ita Manuſcripti, recte: Varro natrat in Feroniæ luco dictum ſervis: *Benemeriti ſedeant ſervi, ſurgant liberi*: in qvibusdam lucis mos liberari ſervos ubi octuplum pretii qvo empti erant paraverant. † h. L. c. 7. §. 6. n. 1.

Nec ſine donis) Conſvetudo id interpretata ne minus XXX. ſiclis detur: vide præcepto jubente 84. Silv. verb. ſervitus. 6. 3. Fortunius in L. manumiſſiones. 4. D. de Juſt. & Jur.

VII. Qvæſtio hic incidit, an fugere fas ſit †ei, qvi bello juſto captus eſt? Non de eo agimus, qvi ſuo proprio delicto pœnam eam eſt commeritus, ſed qvi publico facto in hanc fortunam decidit. Verius eſt, fas non eſſe, qvia ex conventione, ut diximus, gentium communi operas ſuas civitatis nomine debet. Qvod tamen ita eſt intelligendum, niſi intolerabilis ſævitia hanc ipſi imponat neceſſitatem. Videri circa hanc rem poteſt reſponſum Gregorii VIII. Neocæſarienſis XVI. Æg. Reg. de act. ſupern. diſp. 31. dub. 7. n. 119.

† Leſſ. l. II. c. 5. dub. 5.

VIII. 1. † Movimus alibi dubitationem, an & qvatenus nati ex ſervis (a) domino teneantur interno jure, qvæ hic ob ſpecialem bello captorum conſiderationem omitti non debet. Si parentes ſuo (b) delicto pœnam mortis erant commeriti, poterunt eorum poſteri, qvi ſperabantur, ad vitam ſervandam obſtringi ſervitio, qvia alioqvi exſtituri non fuerant. nam & ob alimenta, alioqvin defutura, prolem ſuam parentes in ſervitutem vendere poſſunt, ut ibi diximus. Tale eſt jus, qvod in Cananæorum poſteros † Hebræis Deus concedit.

(a) L. III. c. VII. §. 1. n. 1. L. 2. c. 5. §. 29. n. 1.

(b) L. 2. c. 21. §. 10.

† L. II. c. XIII. §. 4. n. 3. L. II. c. 5. §. 5. & 27. Deut. 15, 13.

2. Pro debito autem civitatis ii qvidem, qvi jam nati erant, ut pars civitatis obligari poterant non minus, qvam parentes ipſi. at in nondum natis non videtur hæc cauſa ſufficere, ſed alia reqviri: aut ex parentum conſenſu expreſſo accedente alendi neceſſitate, idqve etiam in perpetuum: aut ex ipſa alimentorum præſtatione, idq; duntaxat, usq; dum operæ totum, qvod impenſum eſt, expunxerint. Si qvid ultra juris in hos domino datur, id videtur ex lege civili dominis plus æqvo largienti procedere.

IX. 1. Atqvas apud gentes jus illud ſervitutis ex bello in uſu non eſt, optimum erit permutari captivos: proximum dimitti pretio non iniqvo. Hoc qvale ſit, præciſe definiri non poteſt: ſed humanitas docet non ultra intendi debere, qvam deducto, ne egeat captus rebus neceſſariis: nam & leges civiles hoc multis indulgent, qvi ſuo facto proprio in debitum inciderunt. Alibi hoc pactis aut moribus definitur: * ut apud Græcos olim mina, nunc inter milites menſtruo ſtipendio. Narrat Plutarchus, olim inter Corinthios & Megarenſes bella geſta ἡμέρως καὶ συγγενικῶς, *manſvete & ita, ut populos conſanguineos decebat.* Si qvis captus eſſet, eum à captore habitum ut hoſpitem, &, fide de pretio accepta, dimiſſum domum: unde natum ξενοδοκείων nomen.

Qvæſt. Gr.

* * *

Ut apud Græcos olim mina.) Bello Gallorum cum Hiſpanis in Italia eqves redemptus qvarta parte annui ſtipendii, non comprehenſi, qvi ordines ducerent eisq; ſuperiores: nec qvi juſto prælio aut oppido per vim capto venirent in poteſtatem. Mariana XVII. 18.

2. Excelſioris animi eſt illud Pyrrhi à Cicerone laudatum:

* *Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis:*
Ferro non auro vitam cernamus utrique:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem libertati me parcere certum eſt.

Non dubium, qvin crediderit Pyrrhus, juſtum à ſe bellum geri: tamen parcendum exiſtimabat eorum libertati, qvos probabiles cauſæ in bellum tuliſſent. Simile Cyri factum celebrat Xenophon; Philippi Macedonis poſt victoriam in Chæronea Polybius; Alexandri in Scythas Curtius; Ptolemæi regis & Demetrii, inter ſe non bello magis, qvam in captivos benignitate certan-

II. Cyrop.

tantium, Plutarchus. Lysimachum vero * Getarum rex Dromichetes bello captum hospitem suum fecit, paupertatisqve simul Geticæ ac comitatis testem factum perpulit, ut tabulis amicis, qvam hostibus, uti mallet.

***

Nec mi aurum posco) Similem Tiberii Christiani Imperatoris in Persas bonitatem laudat Menander Protector: Sisebuti Mariana, item Sanctii Castellæ regis libro XI.

Getarum rex Dromichetes) meminit & Diodorus Siculus in Excerptis Peiresianis.

CAPUT XV.

Temperamentum circa acqvisitionem imperii.

I. Qvatenus justitia interna permittat imperium acqviri.
II. Laudabile esse hoc jure in victos abstinere.
III. Sive eos miscendo victoribus:
IV. Sive relinqvendo imperium his, qvi habuerant:
V. Interdum impositis præsidiis:
VI. Aut tributis etiam & similibus oneribus:
VII. Utilitas ab hac moderatione indicatur.
VIII. Exempla: & de mutata forma reipublicæ apud victos.
IX. Imperium si assumendum sit, recte partem ejus victis relinqvi.
X. Aut certe libertatem aliqvam.
XI. Præcipue in religione.
XII. Saltem victos clementer haberi oportere: & cur?

I.

QVæ in singulos aut exigitur æqvitas, aut laudatur humanitas, tanto magis in populos aut in populorum partes, qvanto in multos insignior est & injuria & beneficentia. Justo bello ut alia acqviri possunt, ita & jus imperantis in populum, & jus qvod in imperio habet ipse populus: sed nempe, qvatenus fert aut pœnæ nascentis ex delicto, aut alterius debiti modus. Qvibus addenda est causa vitandi periculi summi. Sed hæc causa plerumqve cum aliis miscetur, qvæ tamen ipsa, tum in pace constituenda, tum in utenda victoria, maxime spectanda est. Nam cetera est, ut remittantur ex misericordia. In publico autem periculo, qvæ modum excedit securitas, immisericordia est. Isocrates ad Philippum τοὺς βαρβάρους ἐφ' ὅσον ἐξαρκέσει κρατεῖν, ἕως ἂν ἀσφαλείᾳ καθίῃσαι τὴν σαυτοῦ χώραν: *barbari hactenus edomandi sunt, qvantum satis erit, ut tuam regionem in tuto colloces.* Confer. h. L. c. VIII. Vict. de Jure Belli, n. 38. & 95.

II. 1. Crispus Sallustius de Romanis veteribus, *Majores nostri, religiosissimi mortales, nihil victis eripiebant, præter injuriæ licentiam.* Digna, qvæ à Christiano diceretur, sententia: qvi cum illud ejusdem convenit: *Sapientes pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otii sustentant.* Aristoteles non semel dixerat, πόλεμον εἶναι εἰρήνης χάριν, ἀσχολίαν δὲ σχολῆς, *bellum pacis &* Jugurth. De Rep. VII. c. 4. & 15. & X. Nic. c. 7.

† vid. L.I.c.I. §.1.n.2. De Off. negotium otii causa institutum. † Nec aliud vult Cicero, cujus hoc est sanctissimum effatum: *Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita, videatur.* Ejusdem & hoc simile: *Sic suscipienda bella sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur.*

Th.1.2.q.40. art.1.ad3. Wil. Mac. de Belli sec. requis.q.7 2. Nihil hæc distant ab his, quæ nos docent veræ religionis Theologi, finem belli esse amovere ea, quæ pacem perturbant. Ante Nini tempora, ut ex Trogo alibi dicere cœpimus, fines imperii * tueri magis, quam proferre, mos erat; intra suam cuique patriam regna finiebantur: Reges non imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant, contentique victoria imperio

De Civ. Dei. Lib. IV. 15. abstinebant: quo nos retrahit, quantum potest, Augustinus, cum ait: *Videant tamen, ne forte non pertineat ad viros bonos, * gaudere de imperii latitudine,* qui & hoc addit: *felicitas major est, vicinum habere concordem, quam vicinum malum subjugare bellantem.* Adde quod in ipsis Ammonitis Propheta Amos. C.1.v.13. sus severe reprehendit hoc studium proferendorum per arma finium.

* * *

Tueri magis, quam proferre) Alexander Imperator Artaxerxi Persæ; δεῖν μόνον τι αὐτὸν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις καὶ μὴ καινοτομεῖν, μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρεύμενον μέγαν ἐγείρειν πόλεμον, ἀγαπητὸς ὃ ἔχειν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ. *Manendum cuique intra suos fines nihil novando, neque debere quenquam incerta spe sublatum bella incipere, sed suo esse contentum.*

Gaudere de imperii latitudine) Vide Cyrillum libro V. contra Julianum Reges Hebræos hoc nomine laudantem, quod suis contenti essent finibus.

III. Ad hoc antiquæ innocentiæ exemplar proximè accessit veterum Romanorum prudens modestia: *Quid hodie esset imperium*, ait Seneca: *nisi salubris providentia victos permiscuisset victoribus? Conditor noster Romulus*, ait

L.II.de Ira, c. 34. Ann.V. apud Tacitum Claudius, *tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, deinde cives habuerit*: addit exitio Lacedæmoniis & Athenienses

Lib.I. nihil aliud fuisse, quam quod victos pro alienigenis arcebant. Livius rem Romanam auctam dicit hostibus in civitatem recipiendis. Exempla exstant in historiis Sabinorum, Albanorum, Latinorum, deinde aliorum ex Italia: donec postremo, *Cæsar Gallos in triumphum duxit, idem in curiam.* Cerialis in oratione ad Gallos, quæ apud Tacitum: *Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis: ipsi has aliasque provincias regitis, nihil separatum clausumque.* Et mox: *Proinde pacem & vitam, quam victi victoresque eodem jure obtinemus, amate, colite.* Tandem, quod mirandum maxime, in orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti sunt,

L. in orbe.17. D. de Stat. hom. L. Roma. 35. D. ad municipia. quæ verba sunt Ulpiani. ex eo, ut Modestinus ait, Roma communis patria est. Et de ea Claudianus:

Hujus pacificis debemus moribus omnes,
Quod cuncti gens una sumus.

IV.1.

IV. 1. Alia moderatæ victoriæ species est, victis aut regibus aut populis relinqvere, qvod habuerant imperium. Sic Hercules, Priami Sen. Troad.

Hostis parvi victus lacrymis,
Suscipe, dixit, rector habenas,
Patrioq́ sede celsus solio:
Sed sceptra fide meliore tene.

Idem, Victo Neleo, filio ejus Nestori regnum permisit. Sic Persæ reges victis regibus regnum relinqvebant. Sic Cyrus Armenio: * Sic Poro Alexander. Laudat hoc * Seneca, *nihil ex Rege victo, præter gloriam, sumere.* Et Polybius celebrat Antigoni bonitatem, qvi, cum Spartam haberet in potestate, reliqverit ipsis τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, *rempublicam majorum ac libertatem.* qvo ex facto maximas per Græciam laudes consecutus ibidem narratur. Æl. L. IV. 5. Herod. VII. de Clem. 1. c. 21.

***

Sic Poro Alexander) Pipinus Aistolfo Langobardo.

Seneca) Totus locus dignus inspici, ubi & hoc egregie dictum: *Hoc est etiam ex victoria sua triumphare, testariqve se nihil, qvod dignum esset victore, apud victos invenisse.* Tigrani pars regni à Pompejo relicta. Eutropius VI.

2. Sic Cappadocibus permissum à Romanis uti, qva vellent, Reipublicæ forma: Et multi populi post bellum relicti liberi. *Carthago libera cum suis legibus est*, ajunt Rhodii ad Romanos, post bellum Punicum secundum. Pompejus τῶν εἰλημμένων ἐθνῶν τὰ μὲν αὐτόνομα ἠφίει, inqvit Appianus, *ex devictis gentibus * qvasdam reliqvit liberas.* Et Qvintius Ætolis dicentibus pacem firmam esse non posse, nisi Philippus Macedo regno pelleretur, dixit sententiam, eos dixisse immemores Romanorum moris, victis parcendi: addidit: *Adversus victos mitissimum qvemq́, maximum animum habere.* Apud Tacitum est: *Torsini victo nihil ereptum.* Liv. L. XXXII. Mithrid. Ann. XII.

***

Qvasdam reliqvit liberas) Earum ut noscatur conditio, vide Polybium Excerptis legationum n. 6. Svetonium in Cæsare ubi de Gallia. Habet & qvædam Guillemannus non indigna lectu in rebus Helvetiorum.

V. Interdum simul cum concessione imperii consultum victorum securitati. * Sic à Qvintio decretum, Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præsidium esset: Chalcidem ac Demetriadem detineri, donec cura de Antiocho decessisset.

***

Sic à Qvintio decretum) Remissum id tamen postea. Polybius excerptis legationum n. XI. Plutarchus Flaminio.

VI. Tributorum qvoqve indictio sæpe non tam ad factorum sumtuum restitutionem, qvam ad securitatem & victoris & victi in posterum pertinet.

L. 1. ad Qv. frat. epist. 1. Cicero de Græcis: *Simul illud Asia cogitet, nullam à se neqve belli externi, neqve discordiarum domesticarum calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneatur: id autem imperium, cum retineri sine vectigalibus nullo modo possit, æquo animo parte aliqva suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat atqve otium.* Petilius Cerealis apud Tacitum pro Romanis apud Lingonas aliosqve Gallos sic disserit: *Nos qvanqvam toties lacessiti jure victoriæ id solum vobis addidimus, qvo pacem tueremur. nam neqve qvies gentium sine armis, † neqve arma sine stipendiis, neqve stipendia sine tributis haberi qveunt.* Eodem pertinent & alia, qvæ expressimus, cum de inæqvali fœdere ageremus, * tradere arma, classem, elephantos, non habere arcem, non exercitum.

Hist. IV. c. LXXIV. §. 2.

† L. 1. c. 1. §. 1.

Lib. II. c. XV. §. 7. n. 3. L. I. c. III. §. 21. n. 2.

***

Tradere arma, classem) Vide de Persis Agathiam libro IV.

VII. 1. Ut autem victis relinqvatur suum imperium, non tantum humanitatis est, sed sæpe & consilii. Inter Numæ instituta laudatur, qvod à Termini sacris omnem sangvinem abesse voluit: significans, ad qvietem & certam pacem nihil utilius, qvam suis se finibus tenere. Optime Florus: *Difficilius est provincias obtinere, qvam facere: viribus parantur, jure retinentur.* cui non dissimile apud Livium illud: *facilius parari singula, qvam teneri universa:* & Augusti dictum apud Plutarchum: *μεῖζον τοῦ κτήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν.* Darii Regis legati Alexandro ap. Curt. l. IV. c. XI. §. 9. *Periculosum est peregrinum imperium: difficile est continere, qvod capere non possis. Facilius est, qvædam vincere, qvam tueri: qvam Hercule expeditius manus nostræ recipiunt, qvam continent.*

Plut. qvæst. Rom. 15. L. II. c. XVII. §. 8.

Libro XXXVII. cap. XXXV.

2. Qvod * Calanus Indus, & ante eum Oebarus Cyri amicus, explicabant corii similitudine, qvod alia parte se tollat, si simul aliam pede presseris: Et T. Qvintius apud Livium comparatione testudinis, * tutæ ad ictus, ubi collecta in suum tegmen est, obnoxiæ atqve infirmæ, simul exseruerit sui partem. Plato III. de Legibus huc aptat Hesiodi dictum; *Omni dimidium plus.* Et Appianus notat, non paucos populos, qvi sub Romano imperio esse vellent, ab ipsis † repudiatos: aliis etiam reges datos. Scipione Africano judice jam suis temporibus tantum Roma possidebat, ut avidum esset, qvicqvam ultra appetere, abunde felix, si nihil ex eo, qvod obtinebat, amitteret. Itaqve & lustri condendi carmen, qvo Dii rogabantur, ut res Populi Romani meliores amplioresqve facerent, * ita emendavit, precatus, ut eas perpetuo incolumes servarent.

Lib. XXXV. c. XXXII.

Livius Lib. XXVIII. Val. Max. IV, 1. † L. 1. c. 3. §. 8. n. 3.

***

Calanus Indus) Habet id Plutarchus Alexandro.

Comparatione testudinis) Plutarchus sic narrat: Ἀχαιοὺς ὑπερηφανοῦντας τὴν Ζακυνθίαν νῆσον ἀποτρέπων ἔφη, κινδυνεύειν ἄν, ὥσπερ αἱ χελῶναι πορρω-

τ. ω

τέρω τὴν κεφαλὴν τῆς Πολεποννήσου προτείνωσι. *Achaeos Zacynthum insulam appetentes cùm dehortari vellet, dixit, periculum eos adituros, si, testudinis more, caput extra Peloponnesum extulissent.*

Ita emendavit) Utitur hac historia Claudianus Julianus Consul in epistola ad Pupienum & Balbinum. Imitatus Augustus, qvi Dione narrante, ἐπηνεῖτο ἐφ' οἷς οὐκ ἠξίου ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλ' ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπαρχοῦσιν ἐδικαίου. *Laudatus est, qvod nihil novi acqvirere voluit, sed, qvæ jam habebantur, sufficere est arbitratus.*

IIX. Lacedæmonii, & initio Athenienses, in captas civitates nullum sibi judicabant imperium: tantum eas republica uti volebant ad suam accommodata. Lacedæmonii qvidem sub primorum potentia, Athenienses sub arbitrio populi, ut Thucydides, Isocrates, Demosthenes nos docent, ipse etiam Aristoteles qvarti de Republica capite XI, & qvinti VII, qvod ipsum in comœdia sic notat Heniochus illorum temporum scriptor: Thu. 1. Isoc. Pan. Dem. Oratione de Chers. Diod. Lib. XIII. & XV.

Γυναῖκε δ' αὐτὰς δύ' ἐταράττετόν τινε
Ἀεὶ συνοῦσαι. δημοκρατία θατέρα
Ὄνομ' ἐστὶ, τῇ δ' ἀριστοκρατία θατέρᾳ,
Δι' ἃς πεπαρωνήκασιν ἤδη πολλάκις.
Tum geminæ ad illas accesserunt mulieres,
Qvæ cuncta conturbarunt: Optimatitas
Est nomen alteri, alteri Popularitas,
Qvarum incitatu pridem externatæ furunt.

Simile est, qvod Tacitus ab Artabano narrat Seleuciæ factum: *Plebem primoribus tradidit*, inqvit, *ex suo usu: nam populi imperium juxta libertatem, paucorum dominatio regia libidini propior est.* Sed ejusmodi mutationes, an ad victoris securitatem faciant, non est nostræ inspectionis. An. VI. cap. XLII. §. 3.

†††

An ad victoris securitatem faciant) Tutissimum, si modò aliæ circumstantiæ impedientes non concurrant, pedetentim formam Reip. devictæ immutare, & ad minimum ad tempus pristinam faciem gubernandi, licet cum certo temperamento, subactis relinqvere. Sic Germanæ gentes, Latinis provinciis potitæ, Franci, Gothi, Longobardi, priscam etiam regiminis formam & aulæ dignitatumqve pompam retinere, cum felici sanè rerum successu, studuerunt, *Marqv. Freher. de Origin. Comit. Palatin. p. 1. c. 1.*

IX. Si minus tutum sit omni in victos imperio abstinere, temperari tamen res potest, ut aliqvid imperii relinqvatur ipsis, aut ipsorum Regibus. Populi Romani consvetudinem vocat Tacitus, ut haberet *instrumenta servitutis & reges.* Eidem *Antiochus inservientium Regum ditissimus*, βασιλεῖς Ῥωμαίων ὑπήκοοι, in commentariis de Musonio: & apud Strabonem circa finem libri sexti: Lucanus, Agricol. cap. II. §. 2.

*Atq; omnis * Latio, qvæ servit purpura ferro.*

Sic apud Judæos mansit sceptrum in Synedrio, etiam post confiscationem Archelai. Euagoras Cypri Rex, ut apud Diodorum est, dicebat, velle se Persæ obedire, sed ut Regem Regi. Et Dario victo aliqvoties hanc conditionem ferebat Alexander, * ut ipse imperaret aliis, paréret Alexandro. Nos de modis miscendi imperii diximus alibi. Qvibusdam pars regni relicta, sicut veteribus possessoribus agrorum pars.

Lib. XV. Lib. XVII. Lib. I. c. III. §. 17. Lib. III. c. 8. §. 3. c. 13. §. 4. n. 4.

***

Latio qvæ servit purpura ferro) Vide Panegyricum Maximiano dictum.

Ut ipse imperaret aliis, paréret Alexandro) Tales & olim in Italia Reges sub aliorum Regum imperiis: Servius ad X. Æneid. Sic apud Æschylum Persis;

Βασιλεῖς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου.
Reges regis magni subices.

Sic & apud Turcas teste Leunclavio libro XVIII.

†††

Aliqvid imperii relinqvatur) præsertim si gentes devictæ bellicosi sint ingenii & jugum ferre neqvicqvam nati. Hinc illis provincias vel jure clientelari, vel feudi, vel ratione certi impositi tributi & census derelictas fuisse, sæpius legimus.

X. Sed &, cum omne imperium victis eripitur, relinqvi illis possunt circa res privatas & publicas minores * suæ leges suiq; mores & magistratus. Sic in Bithynia, proconsulari provincia, Apamæa civitas privilegium habuit * suo arbitrio rempublicam administrandi, ut Plinii epistolæ nos docent; & alibi, Bithynis sui magistratus, suus senatus. Sic & in Ponto Amisenorum civitas legibus suis utebatur Luculli beneficio. Gothi victis Romanis leges reliqverunt Romanas.

Lib. X. Epist. 56. & 84. & III. & 113. Ib. Epist. 93.

***

Suæ leges) Philo legatione ad Cajum: Σεβαστὸς τοσαύτην ἐποιεῖτο τὴν βεβαιώσεως τῶν παρ' ἑκάστοις πατρίων, ὅσην καὶ τῶν ῥωμαϊκῶν ἐπιμέλειαν. *Augustus non minus curæ suæ duxit custodiam legum propriarum cuiq; genti, qvam Romanarum.*

Suo arbitrio rempublicam administrandi) Vide epistolam XCIII. Plinii, & seqventem Trajani libro X. Sinope sub Persis rempublicam habebat popularem; Appianus Mithridaticis. Talis apud Græcos sub Romanis umbra libertatis; Vide Ciceronem lib. VI. ad Atticum epist. I. Plinium lib. VIII. epist. 24. Evocari ex insula Cyprios non licebat; Cicero ad Atticum V, 21.

XI. 1. Hujus indulgentiæ pars est, * avitæ religionis usum victis, nisi persvasis, non eripere: qvod, ut victis pergratum, ita victori innoxium probat Agrippa oratione ad Cajum, qvam Philo recitat in legationis suæ renuntiatione. Et apud Josephum, tum ipse Josephus tum Titus imperator rebellibus Hierosolymitis objiciunt, qvod Romanorum beneficio sacris suis tanto cum jure uterentur, ut templo alienigenas arcere possent, etiam capitis periculo.

Avitæ

***

Avitæ religionis usum) *melius est, ibi aliqvem Deum coli, qvam nullum:* ut Severi verbis modo diximus. Sic Gotthi apud Procopium Goth. II. dicunt se ad suam religionem adegisse neminem.

†††

Victus nisi persuasis non eripere) Notandum hoc contra eos, qvi ferro, flammâ & qvavis aliâ crudelitate conscientias adigere conantur; qvod hactenus tot tragici casus miserabiliter sunt elocuti.

2. At si falsa apud victos religio, ne vera opprimatur, recte curabit victor, qvod Constantinus fecit fractis Licinii partibus; & post eum Franci aliiqve Reges.

XII. 1. Postrema cautio hæc est, ut in imperio etiam plenissimo & qvasi herili victi clementer habeantur, & ita, ut eorum utilitates cum victoris utilitatibus socientur. Cyrus victos Assyrios jubebat bono esse animo, eandem ipsorum sortem fore, qvæ fuisset, mutato tantum rege, mansuras ipsis domos, agros, jus in uxores, in liberos, ut fuisset hactenus; Qvin si qvis injuriam ipsis faceret, se ac suos vindices fore. Apud Sallustium legimus: *Populo Romano melius visum, amicos, qvam servos qværere: tutiusq; rati * volentibus, qvam coactis imperitare.* Britanni temporibus Taciti delictum ac tributa & injuncta imperii munera impigre obibant, si injuriæ abessent: has ægre tolerabant: jam domiti, ut parêrent, nondum ut servirent. Xen. de Cyri Inst. L. IV. Vit. Agr.

***

Volentibus qvam coactis imperare) Lacedæmonii apud Thucydidem V. νομίζομεν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μᾶλις' ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, ὅταν αἰ αἰτίαι συμβῶσι τινες καὶ ὑπὸ ἀναγκαίας τὰ πλέω τῷ πολέμῳ κατ' ἀνάγκην ὅρκοις ἐκλαμβάνωσι μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῆναι, ἀλλ' ἢν παρῇ τι αὐτὸ ἐξεῖναι, ὡς ἐπὶ ὑπηκόῳ δρᾶν τοῦτο νικήσαντας, ὧνπερ ἂν προσδέχεσθαι μετρίως ξυναλλαγῆναι. *Sic existimamus, magnas inimicitias ita in firmam concordiam mutari, non si qvis se ulciscens & fortunæ usus prosperiore necessitatem alteris imponat jurandi in leges inæquales, sed si, cum id facere possit, æqvitate usus non minore, qvam in vincendo virtute, qvam potest moderatissime rem transigat.*

2. Privernas ille in Senatu Romano interrogatus, qvalem ab ipsis pacem Romani exspectandam haberent: *Si bonam dederitis*, ait, *& fidam & perpetuam; si malam, haud diuturnam*: ratione addita: *ne credideris ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius, qvam necesse sit, mansurum.* Sic Camillus dicebat, firmissimum imperium esse, qvo obedientes gaudeant. Scythæ Alexandro: *Inter dominum & servum nulla amicitia: etiam in pace, belli tamen jura servantur.* Hermocrates apud Diodorum: καλλιόν ἐστι & νικᾶν τῷ νίκῃ εὐσεβεῖν ἀνθρωπίνως: *non tam vincere pulchrum, qvam victoria clementer uti.* Salubris ad victoriæ usum Taciti sententia: *Bellorum egregii fines, qvoties ignoscendo transigitur.* In Cæsaris Dictatoris Liv. L. VIII. Liv. L. VIII. Curt. L. VII. Lib. XIII.

toris epistola est: *Hac nova sit ratio vincendi, ut misericordia & liberalitate nos muniamus.*

CAPUT XVI.

Temperamentum circa ea, qvæ jure gentium postliminio carent.

I. Internam justitiam exigere, ut reddantur, qvæ hostis noster alii injusto bello eripuit.
II. Exempla.
III. An qvid deduci possit.
IV. Etiam populos subditos aut populorum partes reddendas his, qvorum fuerant si ab hoste injuste occupati sint.
V. Qvo tempore obligatio reddendi extingvatur.
VI. Qvid faciendum in dubia causa.

I. 1.

† h. L. c. 13. †† Conf. h. L. c. 9. L. 27. Si noxale. §. ex his. 1. D. de Noxal. Act. L. Traditio. 20. D. de Acqv. Domin. Lib. V. de licenc. c. 12.

QVousqve ex bello justo res capientium fiant, diximus supra, † qvibus de rebus deducenda sunt, qvæ recipiuntur †† postliminii jure, sunt enim hæc pro non captis. At qvæ bello injusto qværuntur, restituenda diximus, nec ab iis tantum, qvi ceperunt, sed & ab aliis, ad qvos res qvoqvo modo pervenit. nemo enim plus juris ad alium transferre potest, qvam ipse habuit, ajunt juris Romani auctores; qvod Seneca breviter explicat, *nemo potest, qvod non habet, dare.* Dominium *internum* non habuit, qvi primo cepit; qvare nec illud habebit, qvi causam ab ipso obtinet: dominium ergo secundus aut tertius possessor accepit, qvod docendi causa *externum* vocamus; id est commodum hoc, ut ubiqve judiciaria auctoritate ac manu pro domino tuendus sit: qvo tamen, si utatur adversus eum, cui res malo facta erepta est, faciet non probe.

L. Latrones 25. D. de Capt.

†††

Pro non captis) Per fictionem juris & ratione effectus, qvamvis antea revera hæc capta fuerint, & in nostrâ potestate sint.

Tuendus sit) Adversus qvemlibet possessorem, vel alium, solo vero domino excepto, qvi contra ipsius voluntatem rem penes se habet. Non enim huic sufficit probasse, me esse in malâ fide & injustum possessorem, sed insuper requiritur, ut demonstret, se esse dominum, vel in anteqvori justâ possessione fundatum.

Ægid. Regius de Act. superv. dist. 31 dub. 7. n. 122. Can. X.

2. Nam qvod de servo, qvi à latronibus captus mox ad hostes pervenerat, respondérunt Jurisconsulti nobiles, verum esse, eum subreptum esse, nec, qvod hostium fuisset aut postliminio rediisset, ei rei impedimento esse; idem ex naturali jure respondendum est de eo, qvi bello injusto captus mox bello justo aut alia ratione in alterius venit potestatem. nam in jure interno bellum injustum à latrocinio nihil distat. Atqve in hanc sententiam, ex facto consultus, respondit * Gregorius Neocæsariensis, cum Pontici qvidam res civium à barbaris captas recepissent.

Grego-

***

Gregorius Neocæsariensis) seqvuntur Petr. de Potestate Principis cap. 3. qvæst. 4. Bruningius de Homagiis concl. 241.

II. 1. Reddendæ ergo res tales his, qvibus fuerant ereptæ, qvod & factum sæpe videmus. Livius, cum retulisset à L. Lucretio Tricipitino victos Volscos & Æqvos, expositam ait in campo Martio prædam, ut suum qvisqve per triduum cognitum abduceret. Idem cum narrasset, Volscos à Posthumio dictatore fusos: *Prædæ pars sua cognoscentibus Latinis atqve Hernicis reddita: partem sub hasta dictator vendidit.* Alibi: *Biduum ad recognoscendas res datum dominis.* Idem ubi Samnitium de Campanis victoriam narraverat, *qvod lætissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem millia & quadringenti: præda ingens sociorum: accitique edicto domini ædes suas noscendas recipiendasq; præstituta die.* Mox simile recitat factum Romanorum: *Samnites, Interamnam coloniam Romanorum occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati, cum prædam aliam inde mixtam hominum atq; pecudum colonosq; captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem, nec prædam solum amittunt, sed ipsi longo ac impedito agmine incompositi cæduntur. Consul Interamnam edicto dominis ædes suas noscendas recipiendasq; convocatis, exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus.* Alibi, de præda agens, qvam ad Ilipam Lusitaniæ urbem Cornelius Scipio ceperat, sic ait idem scriptor: *Ea omnis ante urbem exposita est, potestasq; dominis res suas cognoscendi facta: cetera vendenda qvæstori data: qvod inde effectum est, militi divisum.* Post pugnam T. Gracchi ad Beneventum: *præda omnis, præterqvam hominum captivorum, militi concessa est, & pecu exceptum est, qvod intra triginta dies domini cognovissent,* eodem Livio auctore.

Lib. III. c. IX.

Lib. X.

Lib. XXIV.

2. De L. Æmylio Gallorum victore Polybius τὰ λείας ἀπέδωκε τοῖς φεύγουσι: *prædam iis reddidit, à qvibus abacta fuerat.* * Idem fecisse Scipionem Plutarchus & Appianus narrant, cum Carthagine capta multa ibi invenisset donaria, qvæ è Siciliæ urbibus & aliunde Pœni eo advexerant. Cicero Verrina de Jurisdictione Siculensi: *oppidum Himeram Carthaginienses qvondam ceperant, qvod fuerat imprimis Siciliæ clarum & ornatum. Scipio, qui hoc dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Carthagine capta, qvæ potuit, restituenda curavit.* Idem late satis id ipsum Scipionis factum prosequitur Verrina de Signis. Rhodii naves qvatuor Athenienſium, captas à Macedonibus recuperatasqve, Athenienſibus reddiderunt. Sic Phaneas Ætolus restitui Ætolis æqvum censebat, qvæ ante bellum habuissent. nec negabat T. Qvinctius, * si de urbibus bello captis ageretur, & societatis leges non rupissent Ætoli. Etiam bona, olim consecrata Ephesi, qvæ Reges sua fecerant, Romani in veterem statum restituerunt.

Hist. L. II.

Plut. Apoph. App. Punic.

Liv. L. XXXI.

Liv. L. XXXIII. Strab. L. XIII.

***

Idem fecisse Scipionem Plutarchus & Appianus narrant) Etiam Diodorus Siculus Excerptis Peiresianis. Et Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. num. 6. *Africani qvoqve posterioris humanitas speciose lateq; patuit. Expugnata enim Carthagine circa Siciliæ civitates liberas misit, ut ornamenta Templorum suorum Pœnis rapta per legatos recuperarent, inq; pristinis sedibus reponenda curarent.*

Si de urbibus bello captis ageretur) Pompejus Attalo & Pylæmini Paphlagoniam reddidit. Eutropius VI. in fœdere Pontificis, Imperatoris Caroli V. & Venetorum contra Solimannum convenerat, ut possessa qvisqve reciperet; Paruta IIX. itaqve Cephalenia ab Hispanis capta reddita Venetis. Est ad eam pertinens locus & in Anna Comnena, ubi de Gothofredo agit.

Lib. II. c. X. §. 9. L. 3. c. 9. §. 16. c. 10. §. 6. n. 2.

III. 1. Qvod si commercio res talis ad aliqvem pervenerit, poteritne is ei, cui res fuit erepta, pretium à se numeratum imputare? Consentaneum est his, qvæ alibi diximus, posse imputari, in qvantum ipsi, qvi rem amiserat, valitura fuerat desperatæ possessionis recuperatio. Qvod si tale impendium repeti potest, qvidni & æstimatio laboris & periculi, perinde ac si qvis rem alienam in mari perditam urinando eduxisset? Apposita ad hanc qvæstionem mihi videtur historia Abrahami, cum qvinqve regum victor Sodoma rediret: וַיָּשֶׁב אֵת כָּל־הָרְכֻשׁ ait Moses, *reduxit omnes illas res*: nempe qvas à regibus captas superius narraverat.

L. I. c. II. §. 2. n. 1. c. IV. §. 1. n. 1.

Gen. XIV. 16. Com. 20, 21, 22, 23, 24.

2. Nec alio referenda conditio regis Sodomorum, qvam fert Abrahamo, ut captivos redderet, cetera sibi retineret pro labore & periculo. At ipse Abrahamus, * vir non pii tantum animi, sed & excelsi, sibi qvidem nihil voluit sumere: ceterum de rebus receptis (nam ad eas, ut diximus, spectat ista narratio) qvasi suo jure † decimam Deo dedit, detraxit sumtus necessarios, & sociis suis partem aliqvam tribui voluit.

† L. 3. c. 6. §. 1. n. 1.

***

Lib. I. Hist. Sacr. p. edit. Horn. 29.

Vir non pii tantum animi, sed & excelsi) Bene hoc notavit Jacchiades ad Danielem v. 17. Sulpitius de Abrahamo: *Reliqva his qvibus erepta erant, reddidit.* Ambrosius lib. 1. de Patriarchis: *ideo, qvoniam sibi mercedem ab homine non qvæsivit, à Deo accepit.* Non multum hinc distant facta Pittaci & Timoleontis: *Pittacus Mitylenæus, cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur, avertit animum ab eo munere, deforme judicans virtutis gloriam magnitudine prædæ minere;* Valerius Maximus libro VI. cap. V. n. 1. De Timoleonte Plutarchus: οὐ τὸ λαβεῖν ἐκ τοιούτων αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ λαβεῖν κρεῖττον, καὶ περιουσία τῆς ἀρετῆς ἐν οἷς ἔξεστιν ἐπιδεικνυμένης τὸ μὴ δεόμενον: *Non accipere in talibus, turpe, sed non accipere melius, & virtutis cujusdam exuberantis & in iis, qvæ licita sunt, ostendentis se & his carere posse.* Confer, qvæ supra lib. II. c. XIV. §. 6.

† L. 3. c. 10. §. 6. n. 1.

IV. Sicut autem res domino reddendæ sunt, * ita & populi † & partes

po

populorum his, qvi jus imperii habuerant, aut etiam sibi, si sui fuerant juris ante vim injustam. Ita Sutrium receptum restitutumqve sociis Camilli ævo ex Livio discimus. Æginetas & Melios suis urbibus restituerunt Lacedæmonii. Græciæ civitates, qvas Macedones invaserant, à Flaminio redditæ libertati. Idem & in colloqvio cum Antiochi legatis æqvum esse censuit, liberari Asiæ urbes, qvæ Graji essent nominis, qvas Seleucus Antiochi proavus bello ceperat, amissas receperat idem Antiochus: *Neq; enim in Æolidem Joniamqve coloniæ in servitutem regiam missæ sunt*, ajebat, *sed stirpis augendæ causa, gentisqve vetustissimæ per orbem terrarum propagandæ.* Liv. L. II. Id. L. VI. c. III. Xen. Hist. Gr. III. Lib. XXXIV. Cap. LVIII.

***

Ita & populi) Exsules Saguntini post sex annos à Romanis restituti. Antonius Cassii bello in servitutem redactos liberos esse jussit, bona dominis reddi. Sic Calatrava militibus, qvibus erepta à Mauris erat, reddita à rege Castellæ aliisqve. Mariana lib. XI.

V. Solet & de temporis spatio qværi, qvo reddendæ rei obligatio interna possit exstingui. Sed hæc qvæstio inter ejusdem imperii cives definienda est ex legibus ipsorum; (si modo illæ internum jus concedunt, non in externo solo consistunt; qvod ex verbis & proposito legum prudenti inspectione colligendum est:) inter eos vero, qvi alii aliis externi sunt, ex sola conjectura derelictionis, de qva diximus alibi, qvantum instituto nostro sufficit. Lib. II. c. 4. §. 6. seqq. Cic. Off. II.

VI. Qvod si valde ambiguum sit jus belli, optimum erit * Arati Sicyonii consilium seqvi, qvi partim novis possessoribus persuasit, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent; partim veteribus dominis, ut commodius putarent, numerari sibi, qvod tanti esset, qvam suum recuperare. L. 2. c. 4. §. 8. L. 3. c. 20. §. 11. n. 2.

***

Arati Sicyonii consilium seqvi) qvod fecit rex Ferdinandus memorante Mariana lib. XXIX. c. 14.

CAPUT XVII.

De his qvi in bello medii sunt.

I. A pacatis nihil sumendum, nisi ex summa necessitate cum restitutione pretii.

II. Exempla abstinentiæ & præcepta.

III. Qvod sit officium pacatorum circa bellantes.

I.

SUpervacuum videri posset, agere nos de his, qvi extra bellum sunt positi, qvando in hos satis constet, nullum esse jus bellicum. Sed qvia occasione belli multa in eos, finitimos præsertim, patrari solent prætexta necessitate, repetendum hîc breviter, qvod diximus alibi, necessitatem, ut jus aliqvod det in rem alienam, summam esse debere: reqviri præterea, ut ipso domino par necessitas non subsit: etiam ubi de necessitate constat, non ultra sumendum, †† qvam †† cit. c. II. §. 7. seqq.

qvam exigit: id eſt, ſi cuſtodia ſufficiat, non ſumendum uſum: ſi uſus, non ſumendum abuſum: ſi abuſu ſit opus, reſtituendum tamen rei pretium.

†††

Summam eſſe debere) Vid. *l.* 2. *c.* 2. §. 10. *pag.* 188. *ibiqve not.* Non igitur adeo abſurdus eſt *Boxhorn. in Inſtit. Polit. l.* 1. *c.* 12. *in Explan.* §. 7. contendens, neceſſitate urgente, poſſe me arces & munitiones in loco pacato & alieno extruere, ad averrendam hoſtium meorum impreſſionem. Studium enim conſervandi meipſum in caſu inevitabilis neceſſitatis me excuſare poteſt, ſicuti qvoqve ſi conſtet, me impoſſibiliter, niſi per hæc remedia, jus meum acqviri poſſe. Qvamvis poſtmodum ego tenear, damnum abqve ſuâ culpâ, ſed mei tantum causâ, per ſe, ceſſante neceſſitate & impetratâ ſatisfactione à parte lædente, reſtituere.

* L. 2. c. 2. §. 13. n. 2.

II. 1. Moſes, cum ſumma ipſum & populum neceſſitas urgeret transeundi per agros Idumæorum, primum, ait, tranſiturum ſe via regia, neqve deflexurum in arva aut vineta: ſi vel aqva ipſorum opus haberet, perſoluturum ſe ejus pretium. Idem præſtiterunt laudati & Græcorum & Romanorum duces. Apud Xenophontem Græci, qvi cum Clearcho, Perſis pollicentur, nullo ſe damno iter facturos: & ſi venales commeatus præberent, neqve eſculenta ſe neqve poculenta cuiqvam erepturos.

2. Dercyllides, narrante eodem Xenophonte, παρήγαγε τὸ στράτευμα διὰ τῆς Φιλίας χώρας μηδὲν ἐλάττω τὸν συμμάχων, *copias duxit per fines pacatos ita, ut nullo detrimento ſocii afficerentur.* Livius de Perſeo Rege: *Per Phthiotidem, Achaiam, Theſſaliamqve ſine damno injuriaqve agrorum, per qvos iter fecit, in regnum rediit.* De Agidis Spartani exercitu Plutarchus: θέαμα τοῖς πόλεσιν ἦσαν, εὐλαβῶς καὶ πράως καὶ μετὰ καὶ ἀφοβίας διαπορευόμενοι τὴν Πελοπόννησον: *ſpectaculum erant civitatibus, clementer ac ſine noxa, & pene * ſine ſtrepitu, peragrantes Peloponneſum.* De Sulla Vellejus: *Putares, veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem: tanta cum qviete exercitum per Calabriam Apuliamqve cum ſingulari cura frugum, agrorum, urbium, hominum, perduxit in Campaniam.* * De Pompejo Magno Tullius: *Cujus legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, ſed nec veſtigium qvidem cuiqvam pacato nocuiſſe dicatur.* De Domitiano ita Frontinus: *Cum in finibus Ubiorum caſtella poneret, pro fructibus eorum locorum, qvæ vallo comprehendebat, pretium ſolvi juſſit, atq; ea juſtitiæ fama omnium fidem ſibi adſtrinxit.* De Parthica Alexandri Severi expeditione Lampridius: *Tanta diſciplina, tanta reverentia ſui egit, ut, non milites, ſed ſenatores dicerentur: qvacumq; iter militeſ faciebant, tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipſum vero, ob hæc tot & tanta bona, provinciales ut Deum ſuſcipiebant.* * De Gothis, Hunnis, Alanis, qvi Theodoſio merebant, Panegyriſta: *Nullus tumultus, nulla confuſio, nullæ direptio à barbaris erat; qvin ſi qvando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patienter ferebat, & qvam numero arctarat annonam comparcendo laxabat.* Stiliconi Claudianus idem tribuit:

Lib. II. cap. XXV. §. 1.

Pro lege Manilia. Libro II. Strat. c. 11.

Tan-

Tanta quies, tantusq; metus servator honesti
Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis
Aut seges erepta fraudaret messe colonum.

*Et Belisario Suida.

***

Sine strepitu peragrantes Peloponnesum) Par testimonium Tito Qvintio Flaminio perhibet Plutarchus.

De Pompejo magno Tullius) Et Plutarchus: ἀκμὴν τὰς στρατιώτας ἐν ταῖς εὐσταθείαις ἀπαντᾶν, σφραγῖδα ταῖς μαχαίραις αὐτῶν ἐπιβαλὼν, ἵν' ὁ μὴ φυλάξας, ἡκολάζετο. *Cum audisset, milites suos per itinera licentiosius agere, sigillum gladiis eorum apposuit; quod, qui non custodisset, is puniebatur.*

De Gothis) multa de hujus gentis modestia habemus apud Cassiodorum, ut V. 10. & 11. 13. Eodem autem libro epistola 25. *Nec possessorum segetes aut prata vastetis; sed sub omni continentia properate: ut grata nobis esse vestra occursio possit. Quia ideo exercituales gratis subimus impensas, ut ab armatis custodiatur intacta civilitas.* lib. IX, 25. *Arma ejus nulla possessorum damna sentserunt.*

Et Belisario Suida) Sæpe hanc in Belisario virtutem prædicat comes ejus testisqve actionum Procopius. vide egregiam ejus orationem huc pertinentem, qvam ad milites habuit prope Siciliam, cum in Africam tenderet, narrationemqve itineris per Africam Vandalicorum primo. Ex Gotthicorum autem III. integrum huc locum apponam: εἰς ἦ τὰς οἰκείας ἐπισκοπῇ φειδοῖ καὶ προνοίᾳ ἔχων, ὥστε Βελισάριος μὲν αὐτῶν οὐδένα πώποτε στρατηγὸς & Βελισαρίου πεπύκνωκε. πλείστη δὲ ὠφέλεια ξυνέβαινε πᾶσιν, εἰς αὖ αὐτὸς ἐπιδημοίη στρατιᾶς πλήθει. ἐπωλοῦντο γὰρ αὐτοῖς ὑπ' ἐκείνου τὰ ὤνια πάντα. καὶ ἡνίκα μὲν ἀκμάζοι τὰ λήια ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλασσε, μήτινα παρελθεῖν ἢ ἅπτεσθαι ἐλυμήνατο. τὰ ἢ ὠρχάτοις ἐν τοῖς δένδρεσι ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐξῆν ἐγένετο. *Adversus agricolas tanta cura providentiaque agebat, ut eorum nemo vim pateretur, exercitum ducente Belisario: contra vero opulenti fierent omnes, quocunque ille cum multo milite advenisset: vendebant enim illi militibus res suas suopte arbitratu. & cum maturæ essent segetes, sollicite cavebat, ne ab equite corrumperentur. tum vero poma in arboribus pendentia tangere nemo omnino permittebatur.* Similem Alemannorum laudem in expeditione ad sanctum Sepulchrum, vide apud Nicetam Manuale Comneno. Gregoras autem libro IX. idem in Venetis prædicat: ἦσάν γε μὴν οὐδενὸς, ὃς οὐ μᾶλλον ἐξεπλήξειν ἢ τῶν Βενετικῶν εὐταξία, καὶ ἡ μετ' δικαιοσύνης μεγαλοπρέπεια. οὐδεὶς γὰρ ἥκιστα πάντων ἐκείνων ἐθέλοι ἐξελθὼν ὠφελεῖσθαί τι τῶν ἁπάντων ἄνευ τιμῆς ἀγορᾶς. *Nemo erat, quem non admiratione percelleret Venetorum disciplina, & conjuncta cum justitia animi magnitudo. Nemo enim de exercitu egressus quicquam rerum sumere volebat, nisi pecunia depensa.*

3. Hoc præstabat exacta cura * provisus rerum necessariarum, & bene

ſoluta ſtipendia, & vigor diſciplinæ, cujus legem audis * apud Ammianum: *pacatorum terras non debere calcari.* Et apud Vopiſcum Aureliano: *Nemo pullum alienum rapiat: ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat.* Item apud Caſſiodorum: *Vivant cum provincialibus jure civili: nec inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum: quia clypeum ille exercitus noſtri quietem debet præſtare Romanis.* His accedat illud Xenophontis expeditionis libro VI. μὴ ἀναγκάζειν πόλιν φιλίαν ὅ, τι μὴ ἂν αὐτὴ ἐθέλοντες διδοῖεν: *civitatem amicam cogendam non eſſe ut quicquam det invita.*

Lib. XVIII. Aurelian.

***

Proviſus rerum neceſſariarum) Plinius hiſtoriæ Naturalis XXVI. 4. *curve Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum curam habuere?* Caſſiodorus VI, 13. *Habeat quod emat, ne cogatur cogitare, quod auferat.* Similia habet V. 10. & 13.

Apud Ammianum) qvem vide & libro XXI.

4. Ex qvibus dictis optime interpreteris illud magni Prophetæ, imo Prophetâ majoris, monitum μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν: *A concuſſione,* * *à calumnia in qvovis abſtinete.* **contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Cui ſimile illud Aureliani apud Vopiſcum dicto loco: *annona ſua contentus ſit; de præda hoſtis, non de lachrymis provincialium, habeat.* Nec eſt, qvod qvis putet dici hæc pulchre, ſed præſtari non poſſe. Neq; enim aut moneret hæc vir divinus, aut ſapientes legum auctores præciperent, ſi crederent impleri non poſſe. Deniq; * neceſſe eſt concedamus, fieri poſſe, qvod factum videmus, ideo attulimus exempla, qvibus accedat illud inſigne, qvod * ex Scauro memorat Frontinus, pomiferam arborem, qvam in ſede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

Luc. III, 14.

Lib. IV. c. 1.

***

A calumnia) poſſis vertere *à rapina.* qvo ſenſu ea vox ſumitur in Græca verſione Jobi XXXV. 9. Pſ. CXIIX, 121. Proverb. XIV, 33. XXII, 16. XXIIX, 3. Eccleſiaſtæ IV, 1. item Levitici XIX, 11. Eandem Græcam vocem per defraudare vertit vulgatus interpres Lucæ XIX. 1.

Contenti eſtote ſtipendiis veſtris) Ambroſius ad hunc Lucæ locum: *Iccirco ſtipendia conſtituta militiæ: ne, dum ſumptus qværitur, prædo graſſetur.* Qvæ tranſcripſit Auguſtinus Sermone XIX. de verbis Domini ſecundum Matthæum. Sunt egregiæ ad hanc rem conſtitutiones apud Gregorium Turonenſem libro II. cap. 37. in capitulis Caroli & ſucceſſorum, lib. V. tit CLXXXIX. in concilio Galliæ Tomo II. in Capitulari II. Ludovici Pii capite XIV. & Tomo III. in Concilio ad S. Macram. Adde legem Bajoariorum tit. II, 5. Friderici I. legem ſic refert Guntherus:

Si quis pacificæ plebis villasve domosve
Ussérit, abrasis signabitur ora capillis,
Et pulsus castris post verbera multa recedet.

Necesse est concedamus fieri posse, quod factum videmus) Sic & Gvicciardinus differit libro XVI.

Ex Scauro memorat Frontinus) De Nigri severitate, ob raptum gallum gallinaceum, vide Spartianum.

5. Livius, cum narrasset, milites Romanos in castris ad Sucronem procacius egisse, & qvosdam eorum noctu prædatum in agrum circa pacatum issse, adjicit, omnia libidine ac licentia militum, nihil instituto ac disciplina militari gestum. Lib. XXIIX. Cap. XXIV. Est & alter insignis ejus scriptoris locus, ubi iter Philippi per Denthelectarum agros narratur: *Socii erant, sed propter inopiam haud secus, qvam hostium fines Macedones populati sunt, rapiendo enim passim, villas primum, deinde qvosdam etiam vicos, evastarunt, non sine magno pudore regis, cum sociorum voces nequicqvam Deos sociales nomenqve suum implorantes audiret.* Lib. XL. cap. XXII. Apud Tacitum Peligni turpis fama, dum socios magis, qvam hostes, prædatur. Idem Vitellianos notat per omnia Italiæ municipia desides & tantum hospitibus metuendos. Ann. XII. cap. XLIX. In Verrina qvoqve Ciceronis de Prætura urbana hæc est accusatio: *oppida pacata sociorum atqve amicorum diripienda ac vexanda curasti.* Hist. III.

6. Atq; hîc omittere non possum Theologorum sententiam, qvam verissimam puto, regem, qvi qvæ debet, stipendia militibus non solvit, non tantum militibus teneri de †† damnis inde secutis, sed & subditis suis & vicinis, qvos inedia coacti milites male habuerunt. †† add. L. 3. c. 2. in fine. c. 10. §. 4. c. 18. §. 6. Ægid. Regius de Actibus supernaturalib. 9. disp. 31. dub. 7. n. 95.

†††

Teneri de damnis) Sæpius tamen Principes excusandi videntur, defraudati qvippe avaritiâ eorum, qvi militibus stipendia solvere debent. Acriter eos increpat *Forstner. in not. polit. ad Tacit. Lib. 2. pag. 179. & seqq.* & denique *pag.* 182. Principis, inqvit, invidia est, nisi ille facinorum præmium latronibus istis patibulum det, qvod, ut pessimum & publicum sarum genus, merentur.

III. 1. Vicissim eorum, qvi à bello abstinent, officium est, nihil facere, qvo validior fiat is, qvi improbam fovet causam, aut qvo justum bellum gerentis † motus impediantur, secundum ea, qvæ dicta à nobis supra sunt: In re vero dubia * æqvos se præbere utrisq; in permittendo transitu, †† in commeatu præbendo legionibus, in obsessis non sublevandis. † Lib. III. c. 1. §. 1. n. 2. †† L. 1. c. 2. §. 13 Lib. 1. Corcyrenses apud Thucydidem Athenienſium officii esse ajunt, si extra partes esse velint, aut Corinthios prohibere, ne ex agro Attico militem conducant, aut idem sibi permittere. Philippo Macedonum Regi objectum à Romanis, dupliciter ab eo fedus violatum, & qvod sociis Populi Romani injurias fecerit, & qvod hostes auxiliis & pecunia juverit. Eadem urget T. Qvintius in colloqvio cum Nabide: *Vos tamen, inqvit, vestramqve amicitiam ac societatem*

tem proprie non violavi. Quoties vis te arguam id feciſſe? ſed nolo pluribus: ſummam rem complectar: qvibus igitur rebus amicitia violatur? nempe his maxime duabus, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas, ſi hoſtibus te conjungas.

***

Æqvos ſe præbere utrisqve in permittendo tranſitu, in commeatu prædendo) Exemplum nobile vide apud Parutam libro VIII.

Lib. III. 2. Apud Agathiam legimus, hoſtem eſſe, qvi faciat, qvod hoſti placet; & in Procopio, * in exercitu hoſtium eum cenſeri, qvi, qvæ proprie ad bellum uſui ſunt, hoſtili exercitui ſubminiſtrat. Demoſthenes olim dixerat: Goth. 1. Phil. III. *ὃ γὰρ οἷς αὐ ἐγὼ λυμαίνεσθαι παῦτα πειρῶμαι καὶ καταπελτάζω τοῦτο, ἐκεῖνοι πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ. Qvi ea facit & machinatur, qvibus ego capi poſſim, etiamſi nec feriat, nec jaculum emittat, hoſtis mihi eſt.* M. Acilius Lib. XXXVI. cap. XXXV. Epirotis, qvi milite Antiochum non juverant, ſed pecuniam ei miſiſſe inſimulabantur, negavit, ſcire ſe, hoſtium an pacatorum numero eos habere deLib. XXXVII. cap. XXXIIX. beret. L. Æmilius Prætor Tejos arguit, qvod commeatu claſſem hoſtium juviſſent, vinum promiſiſſent: addens, ni eadem Romanæ claſſi darent, ſe pro Plut. Bruto hoſtibus eos habiturum. Memoratur & Cæſaris Auguſti dictum: *ἔκπεμψον πόλιν ἐκ σοῦ, πολέμιον ἔχουσαν τὸν σωτῆρα: pacis jus amittere civitatem, qvæ hoſtem recipiat.*

***

In exercitu hoſtium eum cenſeri) Et contra, ſocium & amicum recte ait dici non eum modo, qvi juxta ſtat in procinctu, ſed & qvi omnia, qvibus opus habet bellum, aperte ſuppeditat, in Epiſtola Amalaſunthæ ad Juſtinianum.

3. Proderit etiam, cum utraq; parte bellum gerente fœdus miſcere, ita, ut cum utriusqve bona voluntate à bello abſtinere, & communia humanitatis officia utrisqve exhibere liceat. Apud Livium eſt: *pacem, qvod medios decet amicos, optent: bello ſe non interponant.* Archidamus Spartæ rex Eleis, cum Lib. XXXV. viderentur in Arcadum partes inclinare, epiſtolam ſcripſit hoc tantum continentem: *καλὸν ἡσυχία: bonum eſt qvieſcere.*

†††

Proderit etiam, cum utraqve parte bellum gerente fœdus miſcere) Qvam ſæpius interim periculoſa rei ſit neutralitas, ex iis, qvæ nobis dereliqvit *Reinking. de Regimin. Secul. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 3. c. 2. n. 36. ſeqq* videre eſt. Inſtantibus, inqvit Ille, belli motibus inter vicinos, tutius eſt aliqvando cum alterutrâ parte conjungi, qvam cum neutrâ. Qvi enim neutrarum partium duces ſeqvuntur, victoribus qvaſi certiſſima præda cedunt, per ea, qvæ tradit *Lipſ. 4. Polit. cap. 9* Ideoqve neutralitatem ſectari periculoſum apparet. Mediam enim in hujusmodi rebus, qvi monſtrat viam, nullam monſtrat, in qvam pedem figere liceat, *Liv. lib. 32.* Et ſi qvis neutraliter tali caſu vult qvieſcere, & ab armis abſtinere, eventum ſluctorum magiſtrum expectans, cum conſiliis ſæpè & conſiliariis perit, *Waremund. ab* Ehrenberg *de Fœderibus, L. 1. cap. 2. num. 21.* Sicut igitur in mediâ habitantes domo, ab infectoribus inhabitantibus fumo necantur, à ſuperioribus perfunguntur, *L. pen. D. de Injur.* Sic etiam cives medios ab utraqve factione perditos, partim

partim qvod non tulissent opem alterutris, partim invidia, qvod hactenus fuissent incolumes, testatur *Thucyd. L. 3. Jung. R. Imp.* zu Regenspurg. *Ann. 1641. §. 86. Rubr.* Neutralität. *Verb.* und demnach. Interim rei frequentior abusus totalem usum non tollit: inde qvoqve multos alios Principes feliciores Neutralitatis fructus subinde expertos legimus.

CAPUT XIIX.

De his, qvæ in bello publico privatim fiunt.

I. An privatim hosti nocere liceat expositum cum distinctione juris naturalis, Gentium & civilis.

II. His qvi suo sumtu militant, aut naves instruunt, qvid per internam justitiam liceat respectu hostium.

III. Qvid respectu suæ civitatis:

IV. Qvid Christianæ dilectionis regula ab ipsis exigat.

V. Qvomodo bellum privatum cum publico misceatur.

VI. Ad qvod teneatur, qvi sine mandato hostibus nocuit, cum distinctione explicatur.

L. 3. c. 6. §. 10. seqq.

I. 1.

QVæ diximus hactenus, pleraqi ad eos pertinent, qvi aut summum in bello arbitrium habent, aut publica imperia exeqvuntur. Videndum etiam, qvid privatim in bello liceat, qva naturæ, qva divino, qva gentium jure. Narrat officiorum primo Cicero, in Pompilii imperatoris exercitu militasse Catonis Censorii filium, sed mox dimissam legionem, in qva is militabat, Catonem scripsisse ad Pompilium, ut, si eum vellet remanere in exercitu, secundo eum sacramento militiæ obligaret, addita causa, qvia, priore amisso, jurecum hostibus pugnare non poterat. Addit & ipsa Catonis ad filium verba ex epistola, qvibus eum monet, ut caveat, ne prælium ineat: neqi enim jus esse, qvi miles non sit, pugnare cum hoste*Sic & Chrysantam Cyri militem laudatum legimus, qvi hosti imminens repressit ensem, simul ac receptui canere audierat. & Seneca: *inutilis miles dicitur, qvi signum receptui datum neglexit.*

Ayal. de Jur. Bell. lib. 3. c. 1. n. 1.

Plut. Qvæst. Rom 39. & Marcello. De Ira c. 9.

***

Sic & Chrysantam) Vide Xenophontem Cyri Institutione. Ayalam lib. 3. c. 10. n. 6.

lib. 3. c. 10. n. 6.

2. Sed falluntur, qvi venire hoc putant ex jure gentium externo: nam, id si species, sicut rem hostilem cuilibet occupare licet, ut supra † ostendimus, ita & hostem occidere: nam illo jure hostes pro nullis habentur. Venit ergo, qvod Cato monebat, ex disciplina militari Romana, cujus ea lex erat, Modestino notante, ut, qvi mandata non servasset, capite puniretur, etiamsi res bene cessisset: mandata autem non servasse intelligebatur etiam, qvi extra ordinem sine ducis imperio in hostem pugnasset, ut Manliana (*a*) imperia nos docent: nimirum qvia si id temere liceat, aut stationes (*b*) desererentur,

† Lib. III. c. 6.

L. 3. Desertorem §. 15. D. de Re milit. Liv. Lib. VII.

(*a*) Noviad L. 1. c. 3. §. 11. n. 2.

(*b*) h. L. 1. c. 4. §. 13. n. 2.

rentur, aut etiam, progrediente licentia, exercitus parsve ejus * inconsultis prælis implicaretur, qvod omnino cavendum erat. Itaqve Sallustius, ubi Romanam disciplinam describit, *in bello*, inqvit, *sæpius vindicatum in eos, qvi contra imperium in hostem pugnaverant, qviqve tardius revocati prælio excesserant.* Laco qvidam, cum hosti imminens audito receptûs signo ictum repressisset, causam reddidit: ὅτι βέλτιον ἐστὶ τοῦ φονεύειν τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι: *qvia præfectis parere satius est, qvam hostem occidere.* Et Plutarchus, cur, qvi militia solutus est, occidere hostem non possit, causam reddit, qvod legibus militaribus non teneatur, qvibus teneri debeant pugnaturi. Et apud
II. 6. Arrianum Epictetus memoratum modo Chrysantæ factum referens: οὕτω προυργιαίτερον ἔδοξεν αὐτῷ τὸ τοῦ στρατηγοῦ πρόσταγμα, ἢ τὸ ἴδιον ποιεῖν: *tanto illi potius videbatur ducis, qvam suam voluntatem, exeqvi.*

***

Inconsultis prælis implicaretur) ita Avidius Cassius causam sententiæ suæ reddebat: *Evenire potuisse, ut essent insidiæ*, narrat Volcatius.

†††

Stationes desererentur) *Vid. Layman. Theol. Moral. l. 2. tr. 3. cap. 12. n. 18. pag.* 227. & ea, qvæ diximus *ad l. 1. c. 4. §. 7. num. 2. pag.* 137.

3. At jus naturæ & internum si respicimus, videtur in bello justo cuilibet concessum ea facere, qvæ parti innocenti intra justum bellandi modum profutura confidit: non etiam res captas suas facere, qvia nihil ipsi debetur: nisi forte pœnam justam exigat communi hominum jure. Qvod postremum, qvomodo per Evangelii legem restrictum sit, ex his, qvæ supra à nobis tractata sunt, intelligi potest.

Lib. II. c. 20. §. 3. n. 1. §. 10. n. 1. 6. 7. Serv. ad VIII. Æneid.

4. Mandatum autem esse potest aut generale, aut speciale. Generale, ut in tumultu apud Romanos Consul dicebat: *qvi Rempublicam salvam volunt, me seqvantur.* Imo & singulis interdum subditorum jus datur occidendi, etiam extra sui tutelam, ubi id publice expedit.

C. qvando liceat unicuiq; L. 1. & 2.

II. 1. Speciale mandatum habere possunt non hi tantum, qvi stipendia percipiunt, sed & qvi suo sumtu militant, & qvi, qvod plus est, suo sumtu partem belli administrant, ut qvi naves instruunt ac sustentant suis impendiis, qvibus vice mercedis concedi solet, ut capta sua faciant, sicut † alibi diximus. Id vero, qvatenus procedat illæsa justitia interna & caritate, non immerito qværitur.

† L. III. c. 6. §. 24.

2. Justitia aut hostem respicit, aut ipsam civitatem, cum qva contrahitur. Hosti diximus eripi posse possessionem rerum omnium, qvæ bellum alere possunt, securitatis causa, sed hoc sub onere reddendi: ipsum vero dominium ad compensationem usqve ejus, qvod aut ab initio belli, aut ex post facto civitati justum bellum gerenti debetur; sive res sint civitatis hostilis, sive singulorum, etiam per se innocentium: bona vero nocentium etiam ex pœnæ causa adimi & acqviri capientibus posse. Fient ergo res hostiles eorum,

eorum, qvi belli partem suo sumtu administrant. qvod hostes attinet hactenus, ut is, qvem expressi, modus non excedatur, qvod æqvo arbitratu æstimandum est.

III. Adversus suam autem civitatem justum justitiâ internâ id ipsum erit, si contractui æqvalitas insit, hoc est, si sumtus & pericula tanti sunt, qvanti prædæ alea: nam si hæc spes multo pluris valeat, reddendum erit civitati, qvod supererit, perinde ac si qvis nimium vili pretio jactum incertum qvidem, sed tamen facilem & magnæ spei, emisset.

IV. Ceterum, etiam cum justitia stricte dicta non læditur, est, ut peccetur adversus id officium, qvod in aliis diligendis consistit, præsertim qvale Christiana lex præscribit, ut si appareat, talem prædationem præcipue nocituram non hostium universitati, aut regi, aut his, qvi per se sontes sunt, sed innocentibus; & qvidem adeo, ut eos detrusura sit in summas calamitates, in qvas etiam eos, qvi privatim nobis debent, conjicere immisericordiæ foret. Qvod si ad hæc accedat, ut ea deprædatio neqve ad finem bello imponendum, neqve ad hostium publicas vires accidendas notabile aliqvod momentum habeat, tum vero probo homine, præsertim Christiano, indignus censeri debet *qvæstus ex sola temporum infelicitate. Syl. in verbo bellum. n. 8. vers. 5.

***

Qvæstus ex sola temporum infelicitate) Nam & Crassum hoc nomine culpat Plutarchus: *τὰ πλεῖστα τούτων ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πολέμου, ταῖς κοιναῖς ἀτυχίαις προσοφλὼν τὴν μεγίστην ζημίαν. Pleraqve horum ex igne belloqve rapuit, nihil magis lucro habens, qvam communes calamitates.*

V. Evenit autem interdum, ut occasione belli publici nascatur bellum privatum, puta si qvis in hostes inciderit, & vitæ aut rerum adeat periculum, qvo eventu ea erunt observanda, qvæ de concesso tuendi se modo alibi diximus. Lib. III. c. 1. Solet & conjungi auctoritas publica cum privata utilitate: ut si qvis magno ab hostibus damno affectus impetret jus ex rebus hostium damna sarciendi: qvod jus definiendum est ex iis, qvæ de pignorationibus supra à nobis sunt tradita. Lib. III. c. 2. §. fin. c. 10. §. 4 c. 17. § 2. n. 6.

VI. At si qvis miles, aut alius etiam, in bello justo ædificia hostium incenderit, agros vastaverit, atqve id genus dederit damna, non jussus, adde cum neqve necessitas subesset, neqve justa causa, teneri eum ad sarcienda damna recte à Theologis est proditum. Merito autem addidi, qvod ab illis omissum est, si justa causa non subsit. nam ea si adsit, tenebitur forte suæ civitati, cujus leges transgressus est; non item hosti, cui nullam fecit injuriam. Non dissimile est, qvod Carthaginiensis qvidam Romanis, Annibalem dedi postulantibus, respondebat †: *Non, privato publicove consilio Saguntum oppugnatum sit, qværendum censeo: sed utrum jure an injuria. nostra enim hæc qvæstio atqve animadversio in civem nostrum est, nostro an suo fecerit arbitrio: vobiscum una disceptatio est, liceritne per fœdus fieri.* Syl. in verbo bellum, p. 1. † ap. Liv. lib XXI. c. XIII.

†††

Teneri cum ad sarciendа damna) *Consentit Molin. de J. & J. tract. 2. disp.* 101. *n.* 2. *& 3. pag.* 414. hoc pacto distingvens: Ut verò, innuit ille, intelligatur, qvando ex eo capite consurgat obligatio restituendi hostibus damnum, qvod sine legitima autoritate datum sit, & qvando non, attendendum est ad finem denegationis autoritatis. Namqve si finis sit, ne hostibus nocumentum inferatur, aut non nisi usqve ad certos limites, qvia id postulat æqvitas, aut justitia belli, vel pietas Christiana, præsertim qvando bellum cum Christianis geritur: tunc sanè qvicqvid damni sine legitimâ autoritate datum fuerit, hostibus ipsis est restituendum. Exemplum habemus in exercitu, qvem sub Albano Duce Anno 1580. Philippus Hispaniarum Rex, misit in Lusitaniam. Qvod si verò finis, ob qvem autoritas denegatur, non est, ne damnum hostibus inferatur, sed solum est, ut disciplina militaris servetur, & ne, dum imprudenter qvis aliqvid aggreditur, vel ipse, vel exercitus damnum recipiat, aut ne, dum aliqvi prædas in hostes exercere volunt, illis assuefacti piratæ adversus suos evadant, aut aliâ simili de causâ, tunc sanè damnum, qvod hostibus datum fuerit, neqvaqvam est illis restituendum.

CAPUT XIX.

De fide inter hostes.

I. Fidem deberi hostibus qvibusvis.
II. Refellitur sententia, qva prædonibus & tyrannis fidem servandam negat.
III. Solvitur argumentum sumtum ex eo, qvod tales pœnam merentur; & ostenditur hoc non considerari ubi tanqvam cum tali actum est.
IV. Non obstare, qvod promissio metu extorta sit, si ei qvi promisit metus illatus non sit:
V. Aut si jusjurandum accesserit, qvanqvam id adversus prædonem impune, qvod homines attinet violatur.
VI. Eadem aptata ad subditos bellantes.
VII. Specialis difficultas circa promissa subditis facta ob supereminens dominium tractatur:
VIII. Et ostenditur talia promissa firmari civitatis jurejurando:
IX. *Aut si tertius se interponat cui fiat promissio.*
X. *Mutatio status publici qvomodo fiat.*
XI. *Metus exceptionem ad bellum solenne juris gentium non pertinere:*
XII. *Qvod intelligendum de metu tali, qvem jus Gentium agnoscat.*
XIII. *Servandam fidem & perfidis:*
XIV. *Non si conditio deficiat: qvod locum habere si alter parti pactorum non stet.*
XV. *Nec si justa compensatio opponatur.*
XVI. *Qvamvis ex alio contractu:*
XVII. *Aut damno dato.*
XIIX. *Imo & ex pœna:*
XIX. *Qvomodo hæc in bello locum habeant.*

I. 1.

QVid qvantumqve in bello liceat, diximus partim inde spectari, partim ex promisso antecedente. Parte priore absoluta restat posterior, qvæ est de fide hostium inter se. Egregium est consulis Romani Silii Italici dictum:

Lib. XXV.

Optimus ille
Militiæ, cui postremum primumq; tueri
** Inter bella fidem.*

Xeno-

Xenophon oratione de Agesilao, οὕτω μέγα καὶ καλὸν κτῆμα τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ ἀνδρὶ δὴ στρατηγῷ, τὸ ὅσι ἴν τε καὶ πιστὸν εἶναί τε καὶ ὄντα ἐγνῶσθαι. *Tanta tamq; præclara res est in omnibus qvidem, sed præcipue in ducibus, religionis & fidei observantes esse atqve haberi.* Aristides Leuctrica qvarta: ἐν εἰρήνῃ καὶ σπονδαῖς μάλιστα οἱ τὰ δίκαια πιεῖν βουλόμενοι κρίνον) : *in pace aliisq; publicis conventionibus servandis maxime spectantur, qvi justitiæ student.* ut enim recte dixit Cicero de finibus qvinto, *nemo est, qvi non hanc affectionem animi probet atq; laudet, qva non modo utilitas nulla qværitur, sed contra utilitatem etiam conservatur fides.*

***

Inter bella fidem) Archelaus Philosophus apud Appianum Civilium IV. σπονδὰς ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐσπένδετε, καὶ δεξιὰς ἐτίθεσθε, αἳ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἰσχύουσι: *federa jurastis, dedistis dexteras, qvæ etiam inter hostes valent.* Laudat hujus virtutis nomine Africanum minorem Diodorus Siculus in Excerptis Peiresianis.

2. Publica fides, ut apud patrem est Qvintilianum, inter armatos hostes inducias facit, deditarum civitatum jura conservat. Apud eundem alibi: *Fides supremum rerum humanarum vinculum est: sacra laus fidei inter hostes.* Sic & Ambrosius: *Liqvet igitur, etiam in bello fidem & justitiam servari oportere.* Et * Augustinus: *Fides, qvando promittitur, etiam hosti servanda est, contra qvem bellum geritur* Nimirum hostes, qvi sunt, homines esse non desinunt. At homines omnes, qvi ad rationis usum pervenerunt, capaces sunt juris ex promisso. Camillus apud Livium ait, sibi cum Faliscis eam esse societatem, qvam ingeneravit natura. Lib. II. c. 29. Epist. CCV. ad Bonif.

***

Augustinus) qvi idem argumentum late tractat epistola CCXV.

†††

Capaces sunt juris ex promisso) Concludimus generaliter hosti, injustum licet bellum inferenti, v. g. piratæ ac latroni, fidem publicam servandam esse, ita qvidem, ut hoc procedat, qvamvis pars altera ad fœdus ineundum, qvod in bellis plerumqve accidit, ferè per vim injustam ad fœdus ineundum adacta fuerit. Rationes allegamus pro nobis militantes, qvæ maximâ ex parte in unum congessit *Laymann. l. c. num. 15. pag. 224. & seqq.* ubi etiam firmum rectè asserit, fœdus à Pontificiis cum hæreticis, uti nos calumniosè proscindunt, initum servandum esse nec per Pontificis autoritatem rescindi posse, *dict. 4. add. Hetmann. Qq. Illustr. 7. Ludvv. D. 1. th. 4. lit. E.*

3. Ex hac autem societate rationis & sermonis nascitur ea, de qva agimus, obligatio ex promisso. Neqve vero putandum est, qvia hosti falsum eloqvi aut licere aut crimine vacare ex multorum sententia supra † diximus, pari ratione hoc & ad fidem datam referri posse. Nam verum eloqvendi obligatio est ex causa, qvæ belli fuit anterior, & bello tolli forte aliqvatenus potest: at promissio per se jus novum confert. vidit hoc discrimen Aristoteles, †L. 3. c. 1. §. 6. & §. 17. Nic. IV. 19.

qvum de veriloqvio agens ait: ὁ περὶ τὸ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντα λέγομεν, ἀλλ' ὅσα εἰς ἀδικίαν καὶ δικαιοσύνην συντείνει, ἄλλης γὰρ αὕτη ἐστὶν ἕξεως. *Non de eo loqvimur, qvi in conventionibus verax est, & in iis, qvæ ad justitiam & injustitiam pertinent: sunt enim hæc alterius virtutis.*

4. Paufanias Arcadicis de Philippo Macedone: στρατηγὸν ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις ἐρῇ καλέσειεν αὐτόν. ὃς γε καὶ ὅρκους θεῶν καταπάτησεν ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ὅτῳ πρῶτον ἐψεύσατο πίστιν τε ἥτιμασε μάλιστα ἀνθρώπων. *Bonum eum Imperatorem nemo recte vocaverit, ut qvi pro more habuerit jusjurandum contemnere, fidem qvavis occasione violare, ita ut nulli homini fides vilior fuerit.* Valerius Maximus de Annibale: *Bellum adversus populum Romanum & Italiam professus adversus ipsam fidem acrius gessit, mendaciis & fallacia, qvasi præclaris artibus, gaudens, qvo evenit, ut alioqvi insignem sui memoriam relicturus in dubio, majorne vir an pejor haberi deberet, poneret.* Apud Homerum semet accusant adacti conscientia Trojani:

Lib. IX. cap. VI. §. ult.

Ili. X.

Νῦν δ' ὅρκια πιστὰ
Ψεύσάμενοι μαχόμεσθα τῷ οὐ νύ τι καλλιόν ἔῃσι.
Rumpentes fœdera sacra
Juratamq; fidem pugnamus, non qvibus est fas.

II. 1. Et supra jam diximus, non recipienda illa Ciceronis: *Nulla nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est.* Item: *Pirata non est ex perduellium numero definitus: cum hoc nec fides esse debet, nec jusjurandum commune.* De tyranno etiam Seneca: *Qvicqvid erat qvo mihi cohæreret interciſa juris humani societas abscidit.* Ex qvo fonte error Michaëlis Ephesii profluxit, qvi ad qvintum Nicomachiorum dixit, in tyranni uxorem * adulterium non committi: qvod ipsum pari errore qvidam * Judæorum magistri de alienigenis dixerunt, qvorum conjugia pro nullis habent.

Lib. II. cap. 13. §. 17. n. 1. c. 20. §. 40. n. 3. Lib. VII. de Benef.

* * *

Adulterium non committi) Seneca in Excerptis IV, 7. *Non putans adulterium, uxorem tyranni pollucre: sicut nec homicidium, tyrannum occidere.* Julius Clarus in §. Homicidium. num. 56. feminam bannitam impune adulterio corrumpi censuit.

Judæorum magistri) Rabbi Levi Ben-Gerson & Rabbi Salomo ad Levit. XX, 10.

2. Atqvi belli piratici magnam partem Cn.* Pompejus pactionibus confecit, vitam illis pollicitus, & sedes, in qvibus sine rapto viverent. Et tyranni interdum libertatem reddiderunt, impunitatem pacti. Cæsar belli civilis tertio, à Romanis ducibus cum prædonibus & fugitivis, qvi in Pirenæis erant montibus, actum de compositione, scribit, qvis dixerit, si qvid convenisset, nullam inde exstituram fuisse obligationem? Non habent qvidem ista specialem istam communionem, qvam inter hostes in bello solenni & pleno intro-

introduxit jus gentium: at qvia homines sunt, communionem habent juris naturalis, ut recte differit Porphyrius libro de non esu animalium tertio, ex qvo nascitur, ut pacta servanda sint. Sic Diodorus fugitivorum duci Apollonio à Lucullo fidem servatam memorat. Et Dio scribit, ab Augusto Crocotæ latroni persolutum pretium capiti ejus impositum, cum se ipse sisteret, ne fides violaretur. Lib. 36.

***

Pompejus pactionibus confecit) Sic improba Didii perfidia in Celtiberos ex rapto viventes.

III. 1. Videamus tamen, ecqvid à Cicerone non allatum proferri speciosius possit. Primum hoc est, qvod, qvi atrociter malefici sunt, neq; pars sunt ullius civitatis, hi à qvovis homine puniri possunt, si jus naturæ respicimus, ut alibi à nobis †† explicatum est. At qvi puniri possunt, ut vitam amittant, his & res & jura sua possunt auferri: sicut recte dixit idem † Cicero: *Non est contra naturam, spoliare eum, si possis, qvem honestum est necare.* Inter jura autem est & hoc jus ex promisso qvæsitum: potest igitur & hoc in pœnam ei auferri. Respondeo, processurum hoc, si non tanqvam cum malefico actum esset; at * si qvando cum tali, qva talis est, actum est, simul de remittenda, qvod hanc rem attinet, pœna actum censeri debet. qvia semper, ut alibi diximus, ea sumenda est interpretatio, qvæ cavet ne actus in vanum recidat. †† L. 3. c. 20. §. 3. & §. 40. † Off. III. h. L. 3. c. 5. §. 1. Lib. II. c. XVI. §. 7. seqq.

***

Si qvando cum tali, qva talis, actum est) Terentius in Adelphis: Act. II. Sc. I. v. 34.

Leno sum, fateor: pernities communis adolescentium:
Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta injuria.

vide hac de re scriptorem de compositione pacis inter Principes & ordines imperii.

2. Non male apud Livium Nabis, cum tyrannidem ipsi objiceret Qvintius Flaminius; *De nomine hoc respondere possum, me, qvalescumq; sum, eundem esse, qvi fui, cum tu ipse mecum T. Qvinti societatem pepigisti.* Et mox: *Jam feceram hæc, qvalescumqve sunt, cum societatem mecum pepigistis.* Addit, *si qvid ego mutassem, mihi meæ inconstantiæ: cum vos mutetis, vobis vestræ ratio reddenda est.* Locus est non dissimilis in oratione Periclis ad cives suos apud Thucydidem: *τὰς πόλεις αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐστρατώσθημεν.* *Civitates socias liberas esse patiemur, si tales fuerunt, qvo tempore factum est fedus.* Lib. XXXIV. cap. XXXI.

IV. Deinde objici potest, qvod alibi diximus, eum, qvi metu causam dedit promisso, teneri liberare promissorem, qvia damnum dedit per injustitiam, id est per actum pugnantem & cum natura libertatis humanæ, & cum natura actus, qvi liber esse debuit. Hoc vero, sicut fatemur interdum locum habere, ita non ad omnia promissa prædonibus facta pertinet. nam ut, Lib. II. c. XI. §. 7. n. 3. c. 17. §. 17.

cui

cui promissum qvid est, ad liberandum promissorem teneatur, opus est, ipse metu injusto causam promisso dederit. Si qvis ergo, ut amicum vinculis eximeret, promiserit pretium, tenebitur: huic enim metus illatus non est, qvi ad contrahendum sponte venit.

† L. II. c. XI. §. 7. n. 2. V. Adde qvod &, qvi injusto metu coactus † promisit, teneri poterit, accedente jurisjurandi religione; nam inde, ut alibi diximus, †† homo non homini tantum, sed & Deo, obstringitur, adversus qvem metus exceptio non est. Verum tamen est, ex tali vinculo solo promittentis heredem non teneri, qvia in heredem transeunt, qvæ in humano sunt commercio ex primæva dominii lege. at in his non est jus illud Deo qvæsitum, qva tale. Iterum illud qvoq; ex superioribus ††† repetendum est, si qvis fidem juratam aut injuratam prædoni datam violet, eum eo nomine pœnam apud alias gentes non debiturum: qvia odio prædonum placuit gentibus, qvæ adversus eos etiam vitiose committuntur, dissimulare.

†† L. II. c. XIII. §. 15. & 17. L. III. c. I. §. 19.

††† L. III. c. 4. §. 10. §. 18. n. 6. c. 23. §. 2.

VI. Qvid dicemus de subditorum bellis adversus Reges aliasq; summas Potestates? His, etiamsi causam per se non injustam habeant, jus tamen pervim agendi deesse ostendimus alibi. Potest interdum & tanta esse aut causæ injustitia, aut resistendi improbitas, ut puniri graviter possit. Tamen si qvasi cum desertoribus aut rebellibus actum sit, pœna promisso opponi non potest, secundum ea, qvæ modo † diximus. Nam & servis fidem servandam veterum pietas existimavit, credito Lacedæmonios iram divinam expertos, qvod Tenarenses servos contra pacta occidissent. Et Diodorus Siculus notat fidem servis datam in fano Palicorum nunqvam à qvoqvam domino fuisse violatam. Metus autem illati exceptio & hic poterit elidi interposito jurejurando, sicut * M. Pomponius tribunus plebis jurejurando obstrictus servavit, qvod L. Manlio metu coactus promiserat.

Lib. I. c. IV. † h. c. §. 3. Æl. VI. 7. Lib. XI.

* * *

M. Pomponius tribunus plebis) *Juravit tribunus, nec fefellit, & causam accusationis remissæ concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere;* Seneca de Beneficiis III. c. 37.

VII. Sed hic, supra priores, specialem difficultatem facit jus legis constituendæ & jus supereminens dominii † in res subditorum, qvod civitati competit, & ejus nomine à summam potestatem habente exercetur. Id enim jus ad omnes spectat res subditorum, qvidni etiam ad jus ex promisso bellico natum? qvod si conceditur, videntur inanes fore omnes tales pactiones, ac proinde belli, nisi per victoriam, finiendi spes nulla. Sed notandum contra est, jus illud supereminens non promiscue competere, sed qvatenus communiter expedit in regimine non dominico, sed civili, etiam regio. Plerumqve autem communiter expedit, pacta talia servari, qvo ea permanent, qvæ de præsenti statu tuendo alibi †† dicta à nobis sunt. Adde, qvod, ubi

† L. II. c. XIV. §. VII.

†† Confer. L. 2. c. 14.

ubi hujus dominii usum res exigit, compensatio † tamen facienda est, ut infra latius explicabitur. † h. c. §. 15. seq.

VIII. 1. Præterea possunt pacta sanciri jurejurando, nec tantum à Rege aut Senatu, sed & ab ipsa Civitate, qvomodo in leges suas Lacedæmonios jurare fecit Lycurgus, Athenienses Solon, &, ne personarum mutatione jus jurisjurandi intercideret, repeti qvotannis jusjurandum. Id enim si fiat, omnino ne publicæ qvidem utilitatis causa recedendum à promisso erit: nam & de suo cedere civitas potuit, & verba possunt ita esse aperta, ut nullam exceptionem admittant. Valerius Maximus Athenas ita alloqvitur: *Lege legem, qvæ te jurejurando obstrictam tenet.* Romani hoc genus * leges sacratas appellabant, per qvas ipse Populus Romanus, ut Cicero pro Balbo explicat, religione obligabatur. Lib. V. c. 3.

***

Leges sacratas appellabant) Vide Manutium de Legibus.

2. Est ad hanc rem pertinens disputatio per se obscurior apud Livium libro tertio, ubi ex sententia multorum Juris interpretum ait tribunos † esse sacrosanctos, non etiam ædiles, judices, decemviros, qvorum tamen, si cui noceretur, id non jure fieret. Causa discriminis est, qvod ædiles atq; alii lege sola defendebantur: qvod autem postremum populus jussisset, id ratum erat, manente tamen lege nemini contra agere jus erat. at tribunos religio publica Populi Romani tuebatur, nam jusjurandum intercesserat, qvod ab his ipsis, qvi juraverant, salva religione tolli non poterat. Dionysius Halicarnassensis libro sexto: Βροῦτος ἐκκλησίαν συναγαγὼν συνεβούλευε τοῖς δημόταις ἱερὰν καὶ ἄσυλον, ἀποδεῖξαι τὴν ἀρχὴν νόμῳ τε καὶ ὅρκῳ βεβαιοῦντας αὐτῷ τὸ ἀσφαλὲς, ἐδόκει ταῦτα πᾶσι. *Brutus concione advocata auctor Qviritibus fuit, ut magistratum hunc non lege tantum, sed & jurejurando inviolabilem redderent, qvod omnibus placuit.* Hinc lex illa sacrata appellatur. Ideoq; improbatum fuit bonis* ctum Tiberii Gracchi, cum Octavio tribunatum abrogavit, dicens, tribunitiam potestatem à Populo habere sanctimoniam, non adversus populum. Ergo, ut diximus, jurejurando & Civitas & Rex obstringi poterunt, etiam in causa subditorum. † L. I. c. IV. §. 7. n. 6.

***

Factum Tiberii Gracchi) Vide id late narratum Plut. in ejus vita.

IX. Sed & tertio, qvi metum non † intulit, promissio valide fiet: nec scrutabimur, qvid aut qvatenus ejus intersit, qvæ juris Romani sunt subtilitates. Natura enim omnium hominum interest, ut hominibus aliis consulatur. Sic Philippo, * pace cum Romanis inita, jus sæviendi in Macedonas, qvi in bello ab eo defecerant, ademptum legimus. Liv. l. XXXIX. † L. II. c. XI. §. 7. n. 1.

***

Pace cum Romanis inita jus sæviendi in Macedonas, qvi in bello ab eo defecerant, ademptum legimus) Est simile exemplum apud Parutam lib. VI.

Lib. I. c. III. §. 17. & seq.

X. Sed &, qvemadmodum probavimus alibi, status mixtos interdum existere, sicut de statu puro in purum, ita & in mixtum transiri pactis potest: ita ut, subditi qvi fuerant, incipiant summum habere imperium, aut certe partem ejus, etiam cum libertate partis ejus vi tuendæ.

XI. 1. Bellum vero solenne, id est publicum utrinqve & indictum, sicut alia habet peculiaria in jure externo posita, ita & hoc, ut, qvæ in eo bello aut ejus finiendi causa promittuntur, adeo sint valida, ut ex causa metus injuste illati invito eo, cui promissa sunt, in irritum deduci non possint: qvia sicut alia multa, qvantumvis vitio non carentia, ex jure gentium pro justis habentur, * ita & metus, qvi tali bello utrinqve infertur. qvod ni id placuisset, bellis talibus, qvæ valde sunt freqventia, nec modus nec finis potuisset imponi: qvod tamen fieri interest humani generis. Et hoc potest intelligi jus illud esse bellicum, qvod cum hoste servandum ait Cicero, cui & alibi dictum, hostem in bello jura retinere, scilicet non tantum naturalia, sed & qvædam ex gentium consensu orta.

De Off. III. Verr. IV.

***

Ita & metus qvi tali bello utrimqve infertur) Vide dictum scriptorem de compositione pacis.

2. Neqve tamen hinc seqvitur, eum, qvi tale qvid bello injusto extorsit, salva pietate salvis viri boni officiis posse retinere, qvod accepit, aut etiam cogere alterum, ut stet pactis, sive juratis sive injuratis. Intus enim, & ipsâ rei naturâ id injustum manet: neqve interna hæc injustitia actus tolli potest, nisi ex novo & vere libero consensu.

XII. Ceterum, qvod metum dixi haberi pro justo, qvi bello solenni infertur, * de eo metu intelligi debet, qvem jus gentium non improbat. Nam si stupri inferendi metu extortum sit qvippiam, aut alio terrore contra datam fidem, verius erit, rem constitutam intra jus naturale: qvia jus gentium ad talem metum suam vim † non porrigit.

† Conf. h. L. c. IV. §. 19. n. 1. seq.

***

De eo metu intelligi debet, qvem jus gentium non improbat) Sic nihil prodest extorqventi promissio, qvam legato capto is extorsit; Mariana XXX.

XIII. 1. Servandam autem fidem etiam perfidis & nos in generali tractatione supra †† diximus, & idem docet Ambrosius: qvod haud dubie porrigendum ad hostes qvoqve perfidos, qvales Pœni, qvibus Romani fidem sancte servaverunt. *Senatus non eos, qvibus hoc præstabatur, aspexit*, ait in hoc argumento Valerius Maximus. Et Sallustius: *Bellis Punicis omnibus, cum sæpe Carthaginenses & in pace & per inducias multa nefanda facinora fecissent, nunqvam ipsi per occasionem talia fecere.*

†† Lib. II. c. XIII. §. 16. n. 1.

Liv. VI. c. 6.

2. Appianus de Lusitanis fœdifragis, qvos Sergius Galba, nova pactione deceptos, trucidaverat: ἀπιστίᾳ μὲν ἄρα ἀπιστίαν μετιὼν, οὐκ ἀξίως τῶν ῥωμαίων μι-

μιμούμενος βαρβάρους. *Perfidia perfidiam ultus contra Romanam dignitatem barbaros imitabatur.* Eoqve nomine idem Galba postea à Libano tribuno plebis accusatus est: qvam rem narrans Valerius Maximus, *Misericordia*, inqvit, *illam qvæstionem, non æqvitas, rexit:* (male editur *texit*) *qvoniam, qvæ innocentiæ tribui non poterat absolutio, respectui puerorum data est.* Cato in Originibus scripserat, nisi pueris & lachrymis usus esset, pœnas eum daturum fuisse.

Lib. VIII. c. 2. Cic. de Orat. Lib. 1. & aruto.

XIV. Sed simul sciendum est, duobus modis fieri posse, ut qvis à perfidia vacet, nec tamen id faciat, qvod promissum est; defectu scilicet conditionis, & per compensationem. Defectu conditionis non vere liberatur promissor, sed eventus ostendit, nullam esse obligationem, ut qvæ non nisi sub conditione contracta erat. Et huc referendus casus, si prior alter non implerit, qvod ex sua parte implere tenebatur. Nam unius ejusdemqve contractus capita singula alia aliis inesse videntur per modum conditionis, qvasi expressum esset, hæc ita faciam, si & alter faciat, qvæ promisit. Ideo Tullus Albanus respondens, *Deos testes facit, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant clades belli. Nec tenebitur pro socio*, ait Ulpianus, *qvi ideo renunciavit, qvia conditio qvædam, qva societas erat inita, ei non præstatur.* Hanc ob causam, qvoties alia mens est, solet diserte poni, ut, si contra hanc aut illam partem qvid fiat, cetera non eo †† minus rata maneant.

L. 14. si convenerit. D. pro socio.

†† L. 3. c. 20. §. 36. & 38. c. 21. §. 11.

XV. * Compensationis originem alibi † indicavimus, cum diximus, nos, si qvod nostrum est, aut qvod nobis debetur, conseqvi aliter non possumus ab eo, qvi nostrum habet, aut nobis debet, tantundem in re qvavis accipere posse: unde seqvitur, ut multo magis possimus id, qvod penes nos est, sive corporale est, sive incorporale, retinere. Ergo qvod promisimus, poterit non præstari, si non amplius valet, qvam res nostra, qvæ sine jure est penes alterum. * Seneca libro de beneficiis sexto: *Sic debitori suo creditor sæpe damnatur, ubi plus ex alia causa abstulit, qvam ex credito petit. Non tantum inter creditorem & debitorem judex sedet, qvi dicat, pecuniam credidisti? Qvid ergo? agellum, qvem non emeras, possides: æstimatione facta debitor discede, qvi creditor veneras.*

† h. c. § VII. & Lib. II. c. VII. §. 2. n. 1. L. 3. c. 1. §. 2. n. 2. & c. 6. §. 2. n. 1.

***

Compensationis originem alibi indicavimus) Tertullianus Scorpiaco: *Nulli comparatio invidiosa est, in qva aut gratiæ aut injuriæ communis est ratio.*

Seneca libro de Beneficiis) cap. 4.

XVI. Idem erit si ex alio contractu is, qvicum negotium est, plus aut tantundem debet, idqve ego aliter conseqvi non valeo. In foro qvidem, ut * idem Seneca ait, actiones qvædam separantur, nec confunditur formula: sed

† l. 1 D. & C. de Compensat. ibique Dd.

illa exempla, ut ibidem dicitur, certis † legibus continentur, qvas necesse est seqvi: lex legi non miscetur: eundum est, qva ducimur. Jus gentium ista discrimina non agnoscit, ubi scilicet alia juris sui obtinendi spes non est.

***

Idem Seneca) eodem libro capitibus 6. & 7.

XVII. Idem dicendum erit, si, qvi promissum urget, non contraxerit, sed damnum dederit. * Seneca ibidem: *Colonum suum non tenet, qvamvis tabellis manentibus, qvi segetem ejus proculcavit, qvi succidit arbusta, non, qvia recepit, qvod pepigerat, sed qvia, ne reciperetur, effecit.* Mox alia addit exempla: *Pecus abegisti, servum ejus occidisti.* *Deinde: *licet me comparare inter se, qvantum profuerit mihi qvisq; aut qvantum nocuerit; & tum pronunciare, utrum plus debeatur mihi, an debeam.*

***

Seneca ibidem) dicto cap. 4.

Deinde) dicto cap. 6.

XIIX. Postremo & qvod ex pœna debetur, ei, qvod promissum est, potest contribui, qvod eodem loco late explicatur. *Et beneficio gratia debetur, & injuriæ ultio; nec ego gratiam illi debeo, nec ille mihi pœnam: alter ab altero absolvimur.* mox: * *comparatione facta inter se beneficii & injuriæ videbo, an etiam ultra mihi debeatur.*

***

Comparatione facta) eodem cap. 6.

XIX. 1. Sed sicut, si qvid inter litigantes convenerit, ei, qvod promissum est, opponi lite manente non poterit, aut actio de qva lis erat, aut litis damna & impensæ; ita nec manente bello compensari poterit, aut id, unde ortum est bellum, aut qvicqvid bellico gentium jure fieri solet. Negotii enim natura, ne nihil actum sit, ostendit, convenisse sepositis belli controversiis. nam alioqvi nulla esset pactio, qvæ non posset eludi: nec forte male huc aptem, qvod * apud eundem, qvem jam laudavi aliqvoties, Senecam est: *Nullam excusationem receperunt (majores) ut homines scirent fidem utiq; præstandam. Satius enim erat, a paucis etiam justam excusationem non accipi, qvam ab omnibus aliqvam tentari.*

***

Apud eundem, qvem jam laudavi aliqvoties, Senecam est) Beneficiis VII. 15.

2. Qvæ ergo sunt, qvæ compensari cum eo, qvod promissum est, poterunt? nimirum, si qvid alter, qvamvis ex alio contractu inter bellum inito, debet: si damnum dedit intra induciarum tempora: si legatos violavit, aut aliud qvid fecit, qvod inter hostes jus gentium damnat.

3. Observandum tamen, ut inter easdem personas fiat compensatio, ac ne jus tertii cujusqvam lædatur; ita tamen, ut subditorum bona pro eo, qvod civitas debet, jure gentium obligata intelligantur, ut alibi diximus.

Libro III. c. II. §. 2. Philost. Lib III. c. 9.

4. Ad-

4. Addamus & hoc, generosi esse animi, stare federibus etiam post aliqvid injuriæ†acceptum: qvo nomine sapiens Indus Jarchus laudabat Regem, qvi læsus à vicino federato, οὐ παρέλυσε τοὺς ὅρκους, οὕτω βεβαίως ὁμωμοκέναι φήσας, ὡς μηδὲ ὁπότε ἠδεικεῖτο λυπεῖν αὐτὸν: *non discessit à jurata fide, ajens, tam sancte se jurasse, ut alteri ne post acceptam qvidem injuriam nociturus esset.* †L.3.c.20.§.38.

5. Qvæ vero de fide hostibus data incidere solent qvæstiones, ferme omnes solvi possunt, si adhibeantur regulæ supra traditæ, cum de vi, tum qvorumvis promissorum, tum speciali jurisjurandi, federis: ac sponsionum, & de regum jure ac obligatione, deqve ambiguis interpretandis dissertavimus. Tamen, ut & antedictorum usus sit manifestior, &, si qvid præterea controversi est, discutiatur, specialium qvæstionum freqventiores atqve illustriores attingere non pigebit. Lib.II.c.XI. XIII.XV.XVI

CAPUT XX.

De fide publica, qva bellum finitur, ubi de pacis pactione, de sorte, de certamine condicto, de arbitrio, deditione, obsidibus, pignoribus.

I. Fidei inter hostes divisio ad ordinem seqventium.

II. Pacem facere in regio statu esse regis.

III. Qvid si rex sit infans, furiosus, captivus, exsul?

IV. In procerum aut populi statu jus pacis facienda esse penes plures.

V. Qvomodo imperium aut pars imperii aut regni bona pacis causa valide alienentur.

VI. Qvatenus ex pace per regem facta populus aut successores teneantur.

VII. Res subditorem pace concedi posse ob utilitatem publicam, sed cum onere damni resarciendi.

IIX. Qvid de rebus jam bello amissis.

IX. Non distingvi hic inter qvæsita jure gentium & jure civili.

X. Utilitatem publicam apud externos pro probata haberi.

XI. Regula generalis in pace interpretanda.

XII. *In dubio credi conventum, ut res maneant, qvo sunt loco, qvod qvomodo accipiendum.*

XIII. *Qvid si convenerit, ut restituantur omnia in eum statum, quo ante bellum fuerant?*

XIV. *Tunc, qvi sui juris cum essent sponte se alicui subjecerunt, non reddi.*

XV. *Damna bello data remissa in dubio censeri:*

XVI. *Non etiam qvæ ante bellum privatis debebantur.*

XVII. *Pœnas etiam ante bellum publice debitas in dubio remissas censeri.*

XIIX. *Qvid de jure privatorum ad pœnas?*

XIX *Jus, qvod ante bellum publice obtendebatur, sed controversum erat, facile censeri remissum.*

XX. *Capta post pacem reddenda.*

XXI. *De pacto reddendarum rerum,*

qvæ bello captæ sunt regulæ qvædam.
XXII. De fructibus.
XXIII. De nominibus regionum.
XXIV. De relatione ad pactum antecedens: & de eo per qvem stetit.
XXV. De mora.
XXVI. In dubio interpretationem faciendam contra eum, qvi leges dedit.
XXVII. Distinguuntur, novam bello causam præbere, & pacem rumpere.
XXVIII. Qvomodo rumpatur pax faciendo contra id, qvod omni paci inest:
XXIX. Qvid si socii vim intulerint?
XXX. Qvid si subditi? & qvomodo eorum factum approbatum censeri debeat;
XXXI. Qvid si subditi alii militent?
XXXII. Qvid si subditis nocitum sit? ubi distinctio adhibetur.
XXXIII Qvid si sociis? ubi item distinguitur:
XXXIV. Qvomodo rumpatur pax faciendo contra id, qvod in pace dictum est.
XXXV. An facienda distinctio capitum pacis.
XXXVI. Qvid si pœna sit adjecta?
XXXVII. Qvid si necessitas obstiterit?
XXXVIII. Pacem manere si id velit is, qvi læsus est.
XXXIX. Qvomodo rumpatur pax faciendo contra id, qvod est de specialis natura cujusq; pacis.
XL. Amicitiæ nomine qvid veniat?
XLI. Subditos & exules recipere an contra amicitiam sit.
XLII. Sorte qvomodo bellum finiatur.
XLIII. Qvomodo condicto certamine, & an id licitum.
XLIV. An factum regum populos hic obliget.
XLV. Qvis victor censendus.
XLVI. Qvomodo per arbitrium finiatur bellum, & arbitrium hic intelligi sine provocatione.
XLVII. Arbitros in dubio intelligi adstrictos juri:
XLVIII. Arbitros de possessione pronuntiare non debere.
XLIX. Qvæ sit vis deditionis puræ.
L. Qvod officium victoris circa eos qvi sic se dedunt.
LI. De deditione conditionata.
LII. Obsides dari qvi possint & debeant.
LIII. Qvod jus in obsides.
LIV. An fugere obsidi liceat.
LV. An obses in aliam causam recte retineatur.
LVI. Mortuo eo, pro qvo qvis obses venit obsidem liberari.
LVII. Rege qvi obsidem dedit mortuo, an obses teneatur?
LVIII. Obsides interdum principaliter obligari: & alterum ex alterius facto non teneri.
LIX. Pignorum obligatio qvalis?
LX. Luendi jus qvando amittatur.

I.

INter hostes qvæ conveniunt, fide aut expressa, aut tacita constant. Fides expressa aut publica † est, aut privata. Publica aut summarum potestatum, aut inferiorum. Qvæ summarum est potestatum, aut bello finem imponit, aut

† L. II. c. XV. §. 1.

aut eo manente vim habet. In his, qvæ bellum finiunt, ſpectantur principalia & acceſſiones. Principalia ſunt ipſa, qvæ bellum finiunt, ſive actu ſuo, ut pactiones, ſive ex conſenſu ad aliud relato, aut ſortes, prælii exitus, arbitri pronuntiatio, qvorum illæ merè ſunt fortuitæ, alia duo caſum temperant cum viribus animi aut corporis, aut cum facultate judicante.

II. Pactiones inire, qvæ bellum finiant, eorum eſt, †† qvorum eſt bellum. rei enim ſuæ qvisqve moderator. Unde ſeqvitur, ut in bello utrinq; publico hoc eorum ſit, qvi ſummi imperii exercendi jus habent. * Regis igitur hoc erit in ſtatu vere regio, modo is rex etiam jus habeat non impeditum.

†† Vide Lib. II. c. XV. §. 3. n. 1.

Vide Lib. I. c. III. §. 24.

***

Regis igitur hoc erit) Mariana XXI. 1.

III 1. Nam rex, qvi ætatis eſt ejus, qvæ judicii maturitatem non habet, (qvod in regnis aliqvibus lege definitur, alibi probabilibus conjecturis eſtimandum) qvi imminutæ mentis eſt, pacem facere non poteſt. Idem dicendum eſt * de rege captivo, ſi modo regnum ex conſenſu populi ortum habet. non enim credibile eſt, à populo imperium delatum ea lege, ut & à non libero exerceri poſſit. Ergò & hoc caſu imperii * non qvidem jus totum, ſed exercitio & qvaſi tutela erit penes populum, aut eum, cui id populus commiſerit.

***

De rege captivo) Vide Guicciardinum lib. XVI. & lib. XIIX. non ſemel.

Non qvidem jus totum) Arumæus in Aureæ Bullæ Carol. IV. diſcurſu: *Rudolphus Palatinus metu in Angliam profugerat, Henricus Moguntinus à Trevirenſi vi erat ejectus. Electuram tamen eo non perdidêre.*

2. De his tamen, qvæ privatim ſua ſunt, ſi qvid pepigerit rex, etiam captivus, valebit, ad exemplum eorum, qvæ de privatis conventionibus dicemus. Qvod ſi exſul ſit Rex, * pacemne facere poterit? Sane, ſi conſtet, eum non obnoxium vivere: ceteroqvi parum à captivo ſors ejus diſtabit: nam ſunt & laxæ cuſtodiæ. Regulus ſententiam in Senatu dicere recuſavit, dicens qvamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe † ſe Senatorem.

Cic. de Off. II. † L. 3. c. 9. §. 5.

***

Pacemne facere poterit) Lucanus:

Vejos habitante Camillo
Illic Roma fuit.

Vide Chaſſanæum de Gloria Mundi, parte V. conſid. 89.

IV. 1. In procerum aut populi imperio jus paciſcendi erit penes majorem partem, illic conſilii publici, hic civium ſententiæ dicendæ jus ex more habentium, ſecundum ea, qvæ diximus alibi. Itaqve ſic pacta obligabunt etiam eos, qvi aliter ſenſerunt: Livius, *Ubi ſemel decretum erit, omnibus id, etiam qvibus ante diſplicuerit, pro bono atq; utili fedre defendandum.* Dionyſius Hali-

Lib. II. c. V. §. 17. L. XXXII.

Halicarnassensis, δίκαιον πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ πλειόνων κριθεῖσιν, *parendum his, quæ pars major censuerit.* Appianus, δεῖ πάντας τὸ κριθὲν ἀπροφασίστως ποιεῖν: *Omnes decreto obseqvi tenentur, nulla admissa excusatione.* Plinius: *quod pluribus placuisset, cunctis tenendum.* Qvos autem obligat pax, iisdem & volentibus prodest.

Lib.XI.

L.VI. Epist.13.

V. 1. Nunc de rebus pactioni subjectis videamus. Imperium aut omne aut ejus partem reges, qvales nunc sunt pleriqve, regnum habentes non in patrimonio, sed tanqvam in usufructu, † paciscendo alienare non valent. Imo, anteqvam regnum accipiant, qvo tempore populus adhuc ipsis superior est, lege publica tales actus in futurum plane irriti reddi possunt, ita ut nec ad id, qvod interest, obligationem pariant. Atqve id populos voluisse credibile est, ne alioqvi, si ad id, qvod interest, salva esset actio contrahenti, subditorum bona pro debito regis caperentur, ac sic de non alienando imperio vana esset cautio.

Vas.Cont. Ill. L. 1. c.4. ibi multos alleg. & c.5. vide supra Lib.11.c.6. §. 3. & seq. † cit. c. VI.§. XI. L. 1. c.3. §. 11. n. 1.

†††

Actus in futurum planè irriti reddi possunt) Conferantur de juramento Regis Hungariæ, qvod ante coronationem de non alienandis Coronæ bonis præstare tenetur, *cap. 33. de Jurejur.* item de jurejurando Episcoporum *cap. 5. de Reb. Eccles. non alienand.*

2. Ergo, ut imperium totum valide transeat, populi totius consensu opus est, qvi expediri potest per partium legatos, qvos Ordines vocant. Ut pars aliqva imperii valide alienetur, duplici opus est consensu, & corporis, & specialiter ejus †† partis, de qva agitur, ut qvæ invita à corpore, cui coaluit, avelli neqveat. Sed pars ipsa tamen valide in se imperium transcribet, sine populi consensu, in summa atq; alias inevitabili necessitate, qvia eam potestatem credibile est exceptam, cum societas civilis coita est.

†† L.2. c.6.§.4

3. At in regnis patrimonialibus, qvo minus rex regnum ††† alienet, nihil impedit. Fieri tamen potest, ut talis Rex partem aliqvam imperii alienare (a) non valeat, si nempe regnum sub onere ejus non dividendi in proprietatem acceperit. Bona vero, qvæ regni dicuntur, qvod attinet, possunt & hæc in patrimonium venire regis duobus modis, aut separabiliter, aut individue cum ipso regno. Si hoc modo, transcribi poterunt, sed non nisi cum regno: si illud, etiam seorsim.

††† L.1. c.3. §.12. (a) L.II.c.III. §.19. n. 2. Lib.II.c.14. §.10.

4. Qvi vero reges in patrimonio regnum non habent, his vix est, ut jus regni bona alienandi concessum videatur, nisi diserte id appareat ex primitiva lege aut more, cui contradictum nunqvam sit.

VI. Sed & qvatenus promisso regis populus ac simul successores obligentur, alibi diximus: nempe * qvatenus obligandi potestas sub imperio comprehensa est, qvod nec in infinitum protrahi, nec ad angustias nimias arctari debet, sed ita intelligi, ut valeat, qvod probabili ratione nititur. Plane aliud erit, si qvis rex simul subditorum dominus sit, neq; tam civile, qvam familiare imperium acceperit: ut qvi bello victos in servitutem redigunt: aut si in

Lib.II.c.XIV. §. 10. & seq. Vasq. d. c. 5. n. 9. Supra lib. III. c. 8.§.2. n.1.

in personam qvidem dominium non habeat, sed in res habeat, ut Pharao in terra Ægypti ex emto, & alii, qvi advenas in suum privatum receperunt. Nam hic jus præter regium accedens efficit, ut ex eo consistat, qvod alioqvi per se solo regio jure consistere non posset.

***

Qvatenus obligandi potestas sub imperio comprehensa est: qvod nec in infinitum protrahi, nec ad angustias nimias arctari debet) Vide Reinking. lib. 1. Classe III. c. 5. n. 30.

†††

Siqvis Rex simul sit subditorum dominus) Recte hic Grotius regnum patrimoniale separatum vult. Qvandoqvidem in dubitatum non credimus, propositum illud, qvod dicunt: nullum Regem esse, modò verè Rex sit, qvi non simul Dominus sit Reip. Differunt enim toto cœlo imperium Dominicum & Regium, uti notum est politicis. Præterea minimè confundit Grotius modum habendi imperium cum imperio ipso: qvia, uti dictum, nunqvam probari potest, imperium Dominicum & Regium esse idem, vel unum eundemqve habendi modum agnoscere, nisi velit aliqvis regnum proprié dictum cum dominatu confundere.

In personam qvidem dominium non habeat) Propriè in personam dominium dari, aliqvando videmus in Dominatu. Sic Muscovitæ confitentur, se Magni sui Ducis sive Imperatoris non tantum ratione bonorum, sed etiam vitæ esse, *add. Horn. Orb. Polit. part. 4. pag. 50.*

VII. 1. Disputari & hoc solet, qvid in res singulorum possint pacis causa statuere, qvi reges sunt, nec in res subditorum aliud jus habent, qvam regium. Alibi diximus,* res subditorum †† sub eminenti dominio esse civitatis, ita ut civitas, aut qvi civitatis vice fungitur, iis rebus uti, easqve etiam perdere & alienare possit, non tantum ex summa necessitate, qvæ privatis qvoq; jus aliqvod in aliena † concedit, sed ob publicam utilitatem. cui privatas cedere illi ipsi voluisse censendi sunt, qvi in civilem cœtum coierunt.

†† L. 2. c. 14. §. 7.

† L. 2. c. 2. §. 6. n. 4.

***

Res subditorum sub eminenti dominio esse civitatis) Gail. II. obs. 57.

2. Sed addendum est, id cum fit, civitatem teneri his, qvi suum amittunt sarcire damnum de publico, in qvod publicum nomen & ipse, qvi damnum passus est, si opus est, contribuet. Neqve hoc onere levabitur civitas, si nunc forte ei præstationi par non sit, sed qvandocumq; copia suppetit, exsereret sese qvasi sopita obligatio.

Vas. L. 1. c. 5. Rom. cons. 310 Syl. in verb. belli, 1. §. 13.

VIII. Neq; illud indistincte admitto, qvod dicit Ferdinandus Vasqvius, agnoscere civitatem non debere id damnum, qvod jam bello datum est, eo qvod jus belli talia permittat. Nam jus illud belli populos alios spectat, ut alibi exposuimus: partim & hostes inter se; non cives inter se, qvi, cum socii sint, æqvum est, ut communia habeant damna, qvæ societatis causa contingunt. Plane civili lege & hoc constitui poterit, ut rei bello amissæ causa nulla adversus civitatem actio sit, ut sua qvisq; acrius defendat.

L. 1. Cont. Ill. c. 4. in fine, Lib. 3. c. 6. §. 2. c. 10. §. 3. L. 52. jam dubb. §. qvidam. 4 D. pro socio.

IX. Sunt, qvi latum discrimen collocant inter ea, qvæ civium sunt ex gentium jure, & ea, qvæ eorundem sunt ex jure civili, ut in hæc jus laxius regi concedant, etiam auferendi sine causa & compensatione, in illa non item: Perverse, † nam dominium ex qvalicunq; causa ortum sit, suos semper effectus habet ex ipso jure naturali, ut scilicet auferri neqveant, nisi ex causis, qvæ aut dominio insunt suapte natura, aut ex dominorum facto ortum habent.

† L. 2. c. 14. §. 7. seq.

X. Sed hæc inspectio, ne, nisi ex publica utilitate res privatorum concedantur, regē spectat & subditos, ut illa de damno sarciendo civitatem & singulos. Nam externis, qvi cum rege contrahunt, sufficit factum regis, non tantum ob præsumtionem, qvam secum adfert dignitas personæ, verum etiam ob gentium jus, qvod bona subditorum obligari ex facto regis patitur.

Lib. III. c. 11.

XI. 1. Circa interpretandas pacis conventiones observandum est, qvod supra à nobis est traditum, qvo qvidq; plus habet favoris, eo laxius accipiendum: qvo longius abit, eo restrictius. Si jus naturæ merum spectamus, maximus favor in eo esse videtur, ut suum qvisq; consequatur, qvod Græci dicunt ἕκαστον ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ: & proinde videtur ambigue positorum interpretatio eo ducenda, ut, qvi justa arma habuit, id consequatur, ob qvæ arma sumsit, & damna sumtusq; recuperet: non item ut pœnæ nomine qvicqvam lucretur, id enim est odiosius.

Lib. II. c. 16. §. 11, 12.

2. Sed qvia ad pacem veniri vix solet injuriæ confessione, ideo ea sumenda est in pactis interpretatio, qvæ partes qvoad belli justitiam, qvam maxime æqvet: qvod fieri solet duobus maxime modis: aut* ut qvarum rerum turbata bello possessio est, ex formula juris antiqvi componatur: (qvæ verba sunt Menippi in oratione, qva de federum generibus differit) aut ut res maneant, qvo † sunt loco: qvod Græci dicunt ἔχειν τὰς ἃ ἔχουσι.

Liv. L. xxxiv. cap. LVI. † Ib. L. c. 16. §. 6.

* * *

Ut qvarum rerum turbata bello possessio est ex formula juris antiqvi componatur) Vide Parutam lib. V.

XII. 1. Ex his duobus posterius in dubio magis est, ut præsumatur, qvia facilius est, & nullam inducit mutationem. Hinc est illud, qvod à Tryphonino † notatum est, ut in pace illis demum captivis postliminium sit, de qvibus id in pactis erat comprehensum, ut recte emendare Fabrum diximus supra, & certis argumentis evicimus. Sic & transfugæ non reddentur, nisi convenerit. Nam * transfugas †† inre belli recipimus: id est per jus belli licet nobis admittere & nostris ascribere eum, qvi partes mutat. Res ceteræ tali pacto manent penes tenentem.

L. 12. in bello. D. de Captiv. † Supra hoc Lib. c. 9. §. 4. n. 1. L. qvanqvam. D. de acq. rer. dom. †† L. 3. c. 1. in fin.

Transfugas jure belli recipimus) In pace convenire & hoc solet, ne transfugæ recipiantur. Vide pacem Justiniani cum Chosroe apud Menandrum Protectorem.

Dec. T. Ul. conf. 74.

2. Illud autem tenere non civiliter, sed naturaliter sumitur: in bellis enim

nim ſufficit facti poſſeſſio, nec alia attenditur. Agros autem † diximus ita teneri, ſi munitionibus qvibusdam clauſi ſunt: nam temporariam inſeſſionem, ut per ſtativa, hic non ſpectari. Demoſthenes pro Cteſiphonte feſtinatum ait à Philippo, ut, qvæ poſſet, loca occuparet, gnarus, ut res erat, pacis confecto negotio, retenturum ſe, qvæ teneret. Incorporalia †† non tenentur, niſi per res, qvibus adhærent, ut ſervitutes prædiorum; aut per perſonas, qvarum ſunt, dum ne in ſolo, qvod hoſtium fuit, exercenda ſint.

† Supra libro III. c. 6. §. 4.

†† Supra libro III. c. VII. §. 4.

XIII. In altero illo paciſcendi genere, qvo reſtituitur poſſeſſio bello turbata, notandum eſt, ultimam, qvæ ante bellum fuit, poſſeſſionem reſpici, ita tamen, ut privatis dejectis interdicto aut vindicatione apud judicem experiri liceat.

XIV. At ſi qvis ſui juris populus ſponte ſe bellantium alteri ſubjecerit, ad eum reſtitutio non porrigetur, ut qvæ ad ea tantum pertineat, qvæ vi metuqi facta ſunt, aut alioqvi & dolo non niſi in hoſtem licito. Sic pace inter Græcos Thebani * Plataeam retinuerunt, dicentes, οὐ βίᾳ, ἀλλ' ὁμολογίᾳ αὐτῶν προσχωρησάντων καὶ οὐ προδόντων ἔχειν τὸ χωρίον, *habere ſe eum locum non vi, non proditione, ſed eorum, qvorum erat, libera voluntate.* Pariqve jure Niſæa penes Athenienſes manſit. Eadem diſtinctione adverſus Ætolos utebatur T. Qvinctius: *Captarum*, inqviens, *urbium illa lex. Theſſaliæ civitates ſua voluntate in ditionem noſtram venerunt.* Liv. l. XXXIII.

***

Plataeam retinuerunt) Locus hîc eſt apud Thucydidem V. Præceſſerat ſimilis lib. III. μὴ ἀποδοθῆναι τὴν Πλαταιᾶ, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων. *Ne reddenda ſit Plataea, cum ejus urbis homines ſponte acceſſerint.*

XV. Si nihil aliud convenerit, omni pace id actum cenſeri debet, ut qvæ bello data ſunt damna, eorum nomine actio non ſit, qvod de damnis etiam privatim acceptis intelligendum eſt: nam & hæc belli effecta ſunt. In dubio enim ita cenſentur contrahere voluiſſe bellantes, ut neuter injuſtitiæ damnaretur.

XVI. Non tamen & qvæ privatis deberi cœperunt, belli tempore condonata cenſeri debent: nam hæc non belli jure qvæſita ſunt, ſed bello tantum exigi vetita. Itaqve ſublato impedimento vim ſuam retinent. Jus vero, qvod ante bellum fuit, qvanqvam nemini facile ademtum cenſeri debet, (hanc enim ob cauſam maxime, ut ſua tenerentur, res publicæ civitatesq; conſtitutæ ſunt, ut recte ait Cicero) intelligendum id tamen de eo jure, qvod ex rerum inæqvalitate naſcitur. Dec. Conſ. 61. L. II. Of.

XVII. * De jure ad pœnas non æqve. nam id jus, qvatenus inter ipſos reges aut populos verſatur, remiſſum ideo cenſeri debet, ne pax non ſatis pax ſit, ſi veteres ad bellum cauſas relinqvat. Qvare & ignorata hic venient ſub verbis generalibus, ut de mercatoribus Romanis, qvos à Carthaginenſibus

mersos ignorabant Romani, narrante Appiano. κρατίσται διαλλαγαὶ, ἐν αἷς οὐδὲν ἔστιν ἔγκοτον οὐδὲ μνησίκακον, inqvit Dionysius Halicarnassensis: *optimæ conciliationes, qvæ iram & offensarum memoriam delent.* Isocrates Plataica: εἰρήνης οὔσης οὐ προσῆκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων: *In pace non decet ante peccata exsequi.*

***

De jure ad pœnas non æqve) Gail. de Arrestis c. XIV. n. 7.

XIIX. De privatorum jure ad pœnam non tanta est ratio, ut remissum censeatur: qvia sine bello judiciis expediri potest: Tamen cum hoc jus non ita nostrum sit, ut qvod ex inæqvalitate nascitur, & pœnæ semper aliqvid odii habeant, levis verborum conjectura sufficiet, ut hoc qvoqve donatum intelligatur.

XIX. Qvod vero diximus, jus, qvod ante bellum fuit, ademtum facile censeri non debere, id in privatorum jure firme tenendum est, in jure autem regum & populorum facilius est, ut condonatio aliqva intelligatur facta, si modo verba aut conjecturæ non improbabiles suppetant: maxime vero si jus, de qvo agitur, non liqvidum erat, sed in controversia positum. Benignum enim est, credere id actum, ut belli semina evellerentur. Idem, qvem modo laudavi, Dionysius Halicarnassensis: οὐκ ἀπόχρη τοῦτο μόνον ἡμᾶς σκοπεῖν ὅπως αὐτὴν παροῦσαν ἔχθραν διαλυσαίμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' ὥστε μηδ' αὖθίς ποτε πολεμήσωμεν ἔτι δεῖ παρασκευάσασθαι. οὐ γὰρ ἀναβολὰς ποιησόμενοι τῶν κακῶν συνηλύθαμεν, ἀλλ' ἀπαλλαγάς. *Non tam cogitandum est de sarcienda in præsens amicitia, qvam id curandum, ne bello iterum implicemur: neq; enim ad differenda, sed ad auferenda mala convenimus:* qvæ postrema verbotenus ferme desumta sunt ex Isocrate, oratione de Pace.

L. III.

XX. Qvæ post perfectas pactiones capta sunt, reddenda satis constat. sublatum enim jam erat belli jus.

Alc. V. Resp. 17.

XXI. At in pactionibus, qvæ sunt de reddendis his, qvæ bello capta sunt, primum latius interpretandæ, qvæ mutuæ sunt, qvam qvæ claudicant: deinde, qvæ de hominibus agunt, plus favoris habent, qvam qvæ de rebus: & inter eas, qvæ de rebus, hæ, qvæ de agris plus, qvam qvæ de rebus mobilibus: & qvæ de his, qvæ penes publicum sunt, plus, qvam qvæ penes privatos: & inter eas, qvæ penes privatos, plus illæ, qvæ reddi jubent lucrativo titulo possessa, qvam oneroso, ut qvæ emtionibus, qvæ dotibus tenentur.

Cic. de Off. II.

XXII. Cui pace res conceditur, ei & fructus conceduntur à tempore concessionis, non retro, qvod recte defendit Cæsar Augustus contra Sextum, Pompejum, qvi Peloponneso sibi concessa simul etiam tributa, qvæ pro exactis annis debebantur, sibi vindicabat.

App. civ. V.

XXIII. * Nomina regionum accipienda ex usu præsentis temporis, non tam vulgi, qvam peritorum. nam à peritis negotia talia tractari solent.

Nomi-

***

Nomina regionum accipienda ex usu præsentis temporis.) Vide Guicciardinum libro V.

XXIV. Habent & illæ regulæ freqventem usum, qvoties relatio sit ad pactum antecedens aut vetus, toties repetitas censeri qvalitates aut conditiones priore pacto expressas: & pro faciente habendum, qvi facere voluit, si per alterum, qvicum controversia est, stetit qvo minus fieret. Qvint. decl. ccXLIIX.

XXV. Qvod vero qvidam ajunt, moræ purgationem intra breve tempus admitti, * verum non est, nisi improvisa necessitas impedimento fuerit. Nam qvod canones nonnulli purgationi tali favent, mirum non est, cum eorum officium sit, Christianos ad ea permovere, qvæ caritati mutuæ conveniunt. At in hac qvæstione de pactis interpretandis non jam qværimus, qvid melius sit, imo nec qvid à qvoqve religio & pietas exposcat, sed ad qvid cogi possit, qvod totum versatur in eo jure, quod externum diximus.

***

Verum non est, nisi improvisa necessitas impedimento fuerit) Vide Albertum Argentinensem.

XXVI. In dubio autem sensu magis est, ut contra eum fiat interpretatio, * qvi conditiones elocutus est, qvod esse solet potentioris: (est ejus, qvi dat, non qvi petit, conditiones pacis dare, ait Annibal) sicut & contra venditorem fit interpretatio. Habet enim, qvod sibi imputet, qvi non apertius locutus est: alter autem, qvod plures sensus recipiebat, id suo jure accipere potuit in partem sibi utiliorem, unde alienum non est, qvod Aristoteles dixit: διὰ τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν, *Ubi utilitatis causa amicitia est, ibi ejus, qvi accipit, utilitas ejus, qvod debetur, mensura est.* h. L. c. 23, §. XI. L. Veteribus. 39. D. de Pact.

***

Qvi conditiones elocutus est) Plautus Persa: *Tua merx, tua indicatio est.* In hac re solet prior loqvi is, qvi plus valet: Ut vero petantur conditiones, loqvi prior solet, qvi est infirmior. Plutarchus Sulla: τῶν δεομένων ἐστὶ τὰ πρότερα λέγειν, τοῖς δὲ νικῶσιν ἐξαρκεῖ τὸ σιωπᾶν. *Eorum est prius loqvi, qvi opus habent pace. Victori satis est tacere.* Act. IV. Sc. IV. v. 37.

XXVII. Qvotidiani usus & illa disputatio est, qvando pax rupta censeatur: qvod Græci vocant πρόφασιν δημα. Non enim idem est novam bello causam præbere, & pacem rumpere: sed multum inter hæc interest, tum ad committendam pœnam à peccante, tum ad liberandam in ceteris fidem ejus, in qvem peccatum est. Rumpitur pax tribus modis, aut faciendo contra id, qvod omni paci inest, aut contra id, qvod in pace dictum est aperte, aut contra id, qvod ex pacis cujusqve natura debet intelligi.

XXIIX. Contra id, qvod omni paci inest, fiet, si vis bellica inferatur, nimirum ubi nulla nova subest causa: qvæ, si probabiliter adferri potest, satius

est, injustitiam sine perfidia, qvam cum perfidia admissam credi. Illud Thucydidis vix opus habet moneri: λύουσι τὰς σπονδὰς οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες,* *Pacem rumpunt, non qvi vim vi arcent, sed qvi priores vim inferunt.* Hoc posito, à qvibus & qvibus illata vis armata pacem solvat, videndum est.

***

Pacem rumpunt, non qvi vim vi arcent, sed qvi priores vim inferunt) Vide Ammianum Macellinum initio libri XXIX. qvi sic de Romanis: *Opera consulta retrocedentes, ne ferro violarent adversariorum qvenqvam primi, & judicarentur discissi federis rei, ultima trudente necessitate congressi sunt.* Armenii in oratione ad Chosroen apud Procopium Persicorum II. λύουσι μὲν γὰρ τὴν εἰρήνην οὐχ οἱ ἂν ἐν ὅπλοις γένοντο πρῶτοι, ἀλλ' οἱ ἂν ἐπιβουλεύοντες ἐν σπονδαῖς τοῖς πέλας ἁλοῖεν. *Rumpunt pacem, non qvi primi in armis sunt, sed qvi federis tempore deprehenduntur insidiati alteris.* Apud eundem Vandalicorum II. Mauri: λύουσι γὰρ τὰς σπονδὰς οὐχ ὅσοι ἀδικούμενοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τοὺς πέλας κατηγοροῦντες ἀφίστανται, ἀλλ' ὅσοι ὑποσπόνδους ἔχειν ἀξιοῦντές τινας, εἶτα βιάζονται. καὶ τὴν θεὸν πολέμιον σφίσι ποιοῦνται, οὐχ οἱ ἂν τὰ σφέτερα αὐτῶν κομιούμενοι ἐφ' ἑτέρους χωροῖεν, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἀλλοτρίων ἐπιβαλεύοντες εἰς κίνδυνον πολέμου καθίστανται. *Frangunt pacis federa, non qvi injuriis affecti, palamq́ id deqvesti ad alios se transferunt, sed qvi, qvos federatos habere volunt, violant, Deumq́ sibi faciunt hostem, non siqvi rebus suis secum sumptis ad alios transeant, sed si qvi aliena invadantes eorum dominos in belli pericula cogunt.*

XXIX. Qvi socii fuerunt, si qvid tale faciant, pacem rumpi video esse, qvi sentiant. Nec nego, ita conveniri posse, non proprie, ut ex alieno facto alius fiat pœnæ obnoxius, sed ut pax non videatur plene inita, sed sub conditione, partim potestativa, partim casuali. Verum hoc modo facta pax, ni manifeste appareat, credi non debet: est enim enorme, & communi pacem facientium voto non convenit. ergo qvi vim intulerunt, aliis non adjuvantibus pacis ruptæ tenebuntur, & in eos bellandi jus erit, non in alios: contra qvam Thebani aliqvando contra Lacedæmoniorum socios dixerunt.

Pauſ. IX.

XXX. Si qvid subditi per vim armatam faciunt sine jussu publico, videndum erit, an privatorum factum publice probatum dici possit: ad qvod tria reqviri, scientiam, puniendi potentiam, & neglectum, ex his, qvæ supra tractavimus, facile potest intelligi. *Scientiam* evincunt facta manifesta aut denuntiata. *Potentia* præsumitur, nisi defectio appareat. *neglectum* ostendit elapsum temporis spatium, qvale in qvaq; civitate ad crimina puniendi sumi solet: Et talis neglectus decreto idem valet, nec aliter accipiendum, qvod ait apud Josephum Agrippa, regem Parthum arbitraturum pacem rumpi, si subditi sui contra Romanos armati procedant.

Lib. II. c. XXI. § 2. & seq. c. XI. §. fin.

XXXI. Qværi sæpe solet, an & hoc locum habeat, cujus subditi non per

per se arma moveant, sed aliis bellum gerentibus militent? Certè Cerites apud Livium se purgant, suos non publico consilio militasse. Eademqve Rhodiensium fuit defensio. Et verius est, ut id qvoqve permittendum non sit, nisi probabilibus argumentis appareat actum aliud, ut nunc interdum fieri solet, exemplo veteri Ætolorum, qvibus pro jure erat * ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου, *ex omni præda prædam sumere*, cujus moris hanc vim esse ait * Polybius: κἂν ἕτεροί τινες πολεμῶσι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες Αἰτωλῶν φίλοι καὶ σύμμαχοι, μηδὲν ἧττον ἐξεῖναι τοῖς Αἰτωλοῖς ἄνευ κοινοῦ δόγματος καὶ παρ' ἀμφοτέρους πολεμοῦσι τὴν χώραν ἄγειν τῶν ἀμφοτέρων. *Etiamsi non ipsi, sed alii bellum gerant amici ipsorum aut socii, ut eo non minus Ætolis liceat, * citra publicum decretum utriq; parti militare, & utrinq; prædas agere.* Livius de iisdem: *Juventutem adversus suos socios, publica tantum auctoritate demta, militare sinunt, & contrariæ sæpe acies in utraqve parte Ætolica auxilia habent.* Olim Ethrusci negato Vejentibus auxilio, si qvi suæ juventutis voluntarii ad id bellum irent, non impediebant.

Lib. VII. Gell. VII. c. 3.

Polyb. lib. 17.

Liv. L. V.

***

Ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου, Plautus Truculento: *de præda prædam capio.*

Polybius) Vide eum & in Excerptis.

Citra publicum decretum) Idem de Hunnis Sabiris suo tempore narrat Agathias libro IV.

†††

Ut *nunc interdum fieri solet*) Vide locum *Philipp. Camerar. Oper. succisiv. cent. 1. cap. 94.* qvem citavimus ad *Lib. 2. cap. 25. §. 9. n. 1.*

XXXII. 1. Rursum pax rupta censeri debet, non modo si toti corpori civitatis, sed & si subditis vis armata inferatur, nimirum sine nova causa. Nam, ut omnes subditi tuti sint, pax initur: est enim pax actus civitatis pro toto & pro partibus. Imo & si causa nova subsit, per pacem licebit se suaq; defendere. Naturale enim hoc, ut ait Cassius, arma armis repellere: ideo abdicatum inter pares non est, ut facile credatur. ulcisci autem, aut ablata recuperare per vim, non licebit, nisi postqvam judicium erit negatum: Hæc enim res moram fert: illa non fert.

L. 1. §. vim vi. 27. D. de vi & vi arm.

2. At * si qvorum subditorum ita perpetuum sit maleficium ac juri naturæ contrarium, ut, qvod faciunt, id credendi sint omnino facere rectoribus suis improbantibus, & in eos judicium postulari non possit, qvales sunt, qvi piraticam exercent, ab his & res recuperare & ultionem exposcere licebit, tanqvam à deditis. At alios innocentes eo nomine armis impetere, id vero est contra pacem.

***

Si qvorum subditorum ita perpetuum sit maleficium) Ita Augustus judicavit contra Syllæum pro Herode. Josephus XVI. 16.

XXXIII. 1. * Sociis qvoq; vis armorum illata pacem rumpit: sed his demum,

Lib. II. c. XVI. §. 13.

mum, qvi in pace comprehenſi ſunt, ut oſtendimus, cum Saguntinam controverſiam examinavimus. Urgent hoc Corinthii in oratione, qvæ eſt apud Xenophontem hiſtoriæ Græcæ ſexto: *πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς ὠμόσαμεν, omnes nos vobis omnibus juravimus.* Qvod ſi ipſi ſocii non pepigerint, ſed alii pro ipſis, idem tamen ſtatuendum erit, poſtqvam ſatis conſtat, eos ſocios pacem ratam habuiſſe. nam qvamdiu adhuc incertum eſt, an ratam habere velint, hoſtium loco ſunt.

***

Sociis qvoq; vis armorum illata pacem rumpit) Thuanus lib. LXV. anno cIↃ IↃ LXXVIII. Eſt & qvod huc pertineat apud Haræum hoc, Tomo II. hiſtoriæ Brabanticæ in anno cIↃ IↃ LVI.

Cep.conſ.690 Dec.conſ. 531. 2. Aliorum ſociorum, ut & cognatorum & affinium, qvi nec ſubditi ſunt, nec in pace nominati, ſeparata cauſa eſt, nec ad pacem ruptam vis in eos trahi poteſt. neq; tamen ſeqvitur, ut & ſupra diximus, bellum eo nomine ſuſcipi non poſſe, ſed id bellum erit ex nova cauſa.

† L.II.c.I.§.2. n.7. XXXIV. Rumpitur & pax, ut diximus, faciendo contra id, qvod in pace dictum eſt: ſub faciendo autem comprehenditur & non facere, † qvod & cum oportet.

XXXV. Neq; admittam hic diſcrimen capitum pacis, qvæ majoris, qvæqve minoris momenti ſint. Satis enim magna, ut ſerventur, videri debent, qvæ pace comprehenſa ſunt. Bonitas tamen, maxime Chriſtiana, leviores culpas, accedente præſertim pœnitentia, facilius condonabit, ut illud locum habeat,

Sen.Ag.v.241. *Qvem pœnitet peccaſſe, pœne eſt innocens.*

Vide ſupra L. IV. c. X. §. 15. Lib. VII. Sed qvo magis paci caveatur, conſultum erit, * ut capitibus minoris momenti adjiciatur, ut, ſi qvid adverſus ea factum erit, pacem non rumpat: aut ut arbitri prius adeantur, qvam arma inferre liceat, qvod erat in fœdere Peloponneſiaco, memorante Thucydide.

***

Ut capitibus minoris momenti adjiciatur, ut, ſiqvid adverſus ea factum erit, pacem non rumpat) Vide egregium exemplum in pace Juſtiniani, Juſtinianum inter & Choſroen. Menander Protector eam habet.

XXXVI. Et plane ſentio id actum videri, * ſiqva ſpecialis pœna adjecta ſit: non qvod neſciam, poſſe ita contrahi, ut electio ſit ejus, cui facta eſt injuria, pœnam malit, an à transactione recedere, ſed qvod negotii natura hoc, qvod dixi, potius reqvirat. Illud qvidem conſtat, & jam ſupra † dictum à nobis eſt, & hiſtoriæ auctoritate probatum, pacem non rumpere, qvi pactis ſimpliciter factis poſterior non ſtat: neq; enim tenebatur, niſi ſub conditione.

† L. 3. c. 19. §. 14.

***

Si qva ſpecialis pœna adjecta ſit) Ut in Gotthorum pactis cum Francis. Vide Procopium Gotth. 1.

XXXVII.

XXXVII. Qvod si necessitas aliqva in causa sit, qvo minus pars una impleat id, qvod promissum est, puta si res perierit, aut ablata sit, aut factum, redditum sit aliqvo eventu impossibile, pax qvidem rupta non censebitur; nam, ut diximus, non solet illa pendere à conditione casuali. Sed alter optabit, an expectare malit, si qva spes sit impleri promissum serius posse, an æstimationem accipere, an mutuis præstationibus isti capiti respondentibus aut æqvum valentibus liberari.

XXXVIII. Certe etiam post læsam fidem integrum est innocenti pacem servare, sicut Scipio fecit post multa Carthaginensium perfida facta, qvia contra obligationem faciendo nemo se obligationi eximit: &, si additum est, ut tali facto pax rupta habeatur, adjectum id censeri debet in commodum innocentis duntaxat, si eo uti velit. Vide supra hoc Libro, c. 19. §. 19. XXI. §. XI.

XXXIX. Postremo diximus, pacem solvi faciendo id, qvod specialis pacis natura repudiat.

XL. 1. Si qvæ contra amicitiam sunt, rumpunt pacem, qvæ sub amicitiæ lege contracta est: qvod enim inter ceteros solius amicitiæ officium exigeret, hic etiam pacti jure præstandum est. Et huc, non vero ad qvamvis omnino pacem (est enim & fedus non amicitiæ causa, ut nos Pomponius docet) refero multa, qvæ de injuriis non armatis & contumelia à legum peritis dissertari solent, & præcipue illud Tullii: *Post reditum in gratiam, si qvid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentiæ, sed perfidiæ adsignatur.* Sed hic qvoq; detrahenda, qvantum fieri potest, facto invidia. L. 5. Postl. D. de Capt. §. 2. Pro Gabin.

2. Itaq; personæ, qvamvis conjunctæ aut subditæ, facta injuria, ipsi, qvi cum pax inita est, facta non censebitur, nisi aperte ad ipsius fugillationem facta sit, qvam naturalem æqvitatem in servis atrociter læsis sequuntur Leges Romanæ: & adulterium aut stuprum libidini potius, qvam inimicitiæ imputabitur: & invasio rei alienæ novæ potiq; cupiditatis reum faciet, qvam fidei læsæ.

3. Atroces sane minæ, nulla nova causa præcedente, cum amicitia pugnant: & huc referam arces in finibus structas non tuendi, sed nocendi causa, & insolitam copiarum conscriptionem, si justis satis indiciis appareat, in non alium hæc, qvam in eum, qvicum pax facta est, comparari. L. Injuria. 1. §. item. 3. D. de Injur. Inst. §. servis. 3. Eod. tit. Alex. II. Conf. n. 3.

XLI. 1. * Subditos singulos, qvi ex altera ditione in alteram migrare volunt, suscipere non est contra amicitiam. Neq; enim naturalis tantum, sed & favorabilis est ista libertas, ut (*a*) alibi diximus. Eodem loco pono perfugium exsulibus datum. † Nam in exsules, ut ex Euripide diximus alibi, nullum jus civitati. †† Perseus apud Livium (*b*) recte, *Qvid attinet cuiqvam exsilium patere, si nusqvam exuli futurus est locus?* Aristides Leuctrica secunda: δέχεσθαι τὰς ἱκετείας vocat κοινὸν ἅπασιν ἀνθρώποις: *commune jus hominum exsules recipere.* (*a*) L. II. c. V. §. 24. † L. II. c. 1. §. 16 †† L. 2. c. 5. §. 25 (*b*) L. & c. XLII.

***

Subditos singulos, qvi ex altera ditione in alteram migrare volunt, suscipere non est contra amicitiam) Solon: γενέσθαι πολίταις οὐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίαν τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. *Civium albo asscribi non sivit, nisi eos, qvi è sua patria in exsilium perpetuum rejecti essent, aut cum omni familia, artificii alicujus exercendi causa, Athenas migrassent.* Perseus apud Appianum in Excerptis Legationum n. 25. κοινῷ γε πάντων ἀνθρώπων νόμῳ, καθὰ καὶ ὑμεῖς τῶν ἑτέρων φεύγοντας ὑποδέχεσθε. *Feci hoc communi hominum jure qvomodo & vos alibi ejectos suscipitis.* Commune hoc jus pactis firmari aut adstringi solet. Vide pacem Antiochi apud Polybium Exc. Leg. Leg. n. 35. & apud Livium: pacem inter Romanos & Persas apud Menandrum Protectorem: Simlerum de Helvetiorum inter se pactis. *Aradii, regibus Syriæ inter se certantibus, obtinuere, ut fugientes suscipere possent, sed non emittere.* Testatur id Strabo XVI.

2. Plane * oppida aut magnos cœtus, qvi civitatis partem integrantem faciant, recipere non licet, ut alibi †† diximus: neqve magis eos, qvi ex sacramento, aut aliter, ministerium aut servitutem debent. De his autem, qvi belli sorte servi sunt, idem introductum gentium jure apud qvosdam populos supra memoravimus. Sed & de his, qvi exsules non acti pœnam justam effugiunt, dedendis egimus † alibi.

†† L. 2. c. 5. §. 24. n. 2. add. L. 2. c. 2. §. 16.

† L. II. c. XXI. §. 3. & seq.

***

Oppida aut magnos cœtus, qvi civitatis partem integrantem faciant, recipere non licet, ut alibi diximus.) Vide & Bizarum libro XII.

XLII. Sortis aleæ subjici belli exitus licite non semper potest, sed tum demum, qvoties de re agitur, in qvam plenum habemus dominium. Nam ad subditorum vitam, pudicitiam, & similia tuenda, civitas, &, ad bonum civitatis tuendum, rex arctius obligatur, qvam ut omittere possit eas rationes, qvæ ad sui & aliorum tutelam maxime sunt naturales. Attamen si vera æstimatione, qvi injusto bello impetitur, tanto sit inferior, ut resistendi nulla spes sit, videtur sortem offerre posse, ut certum periculum incerto evadat. hoc enim est de malis minimum.

L. 2. c. 23. §. 9.

L. 3. c. 23. §. 10.

XLIII. 1. Seqvitur valde agitata qvæstio de præliis, qvæ definito numero condicuntur belli finiendi causa, puta inter singulos utrinqve, ut Æneam & Turnum, Menelaum & Paridem; † inter binos utrimqve, ut inter Ætolos & Eleos; inter ternos utrimqve, ut inter Horatios Romanos & Curiatios Albanos; inter tricenos utrimqve, ut inter Lacedæmonios & Argivos.

† L. II. c. XVI. §. 7. Paus. V.

2. Si jus gentium externum tantum spectamus, non est dubitandum, qvin per idipsum talia certamina sint licita: hostium enim cædem id jus indiscrete permittit. Qvod si vera esset veterum Græcorum, Romanorum & aliarum gentium opinio, qvemqve vitæ suæ esse summo jure dominum, jam &

L. 2. c. 15. §. 16. n. 3. c. 17. §. 2. n. 1. c. 19. §. 5. n. 2. c. 21. §. XI. n. 2. L. 3. c. XI. §. 18. n. 1.

& interna justitia talibus præliis non deesset. Sed hanc sententiam cum ratione ac Dei præceptis pugnare aliqvoties jam diximus. in proximi caritatem peccare eum, qvi ob res, qvibus carere possumus, retinendas hominem occidit, alibi ostendimus & ratione, & sacrorum oraculorum auctoritate. Lib. II. c. XIX. §. 5. & XXI. §. 1. Lib. II. c. 1. §. XII. & seq. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. & ibi Cajet.

3. Addemus nunc, & in se, & in Deum peccare, qvi vitam, sibi à DEO pro magno beneficio concessam, tam vili æstimat. Si res bello digna agitur, ut multorum innocentium salus, pro ea totis viribus nitendum est. Condicto certamine uti, tanqvam testimonio bonæ causæ aut judicii divini instrumento, vanum est & à vera pietate alienum.

†††

Tanqvam testimonio piæ causæ) Videantur multa & prolixiora hoc punctum illustrantia apud *Johann. Georg. Godelmann. Tract. de Mag. & Venefic. Lib. 3. cap. 4. num. 22. & seqq.* in specie *num. 29.* ubi alios hunc processum ex merito condemnantes allegat.

4. Una res est, qvæ tale certamen justum ac pium potest reddere ex una duntaxat parte, si alioqvi omnino exspectandum sit, ut, qvi injustam causam fovet, victor sit futurus cum magna innocentium strage. nihil enim ei imputandum est, qvi mavult ea ratione certare, qvæ spem ipsi maxime probabilem ostentat. Cajet. d. l. Sed & hoc verum est, qvædam, qvæ non recte fiunt, ab aliis tamen recte non probari, sed permitti, ut graviora mala, qvæ aliter vitari non possunt, vitentur. qvomodo multis in locis tolerantur & improba fœnora, & impudicitiam professæ mulieres.

5. Qvid ergo supra diximus, cum de præveniendo bello ageretur, si duo, qvos inter de regno controversia est, parati sint inter se armis cernere, pati id posse populum, ut major calamitas, cetero qvi imminens, evitetur, idem &, cum de bello finiendo agitur, dicendum erit. * Qvomodo Assyrium regem Cyrus provocavit; & apud Dionysium Halicarnassensem Metius ait, non iniqvum fuisse, * ut ipsi principes populorum armis rem inter se disceptarent, si de ipsorum, non de Populorum, potentia aut dignitate controversia fuisset. Sic * Heraclium Imperatorem cum Cosroë filio Persarum Regis pugnasse singulari certamine legimus. Lib. II. c. XXIII. §. 10. Ægid. Regin disp 32. dub. 2. n. 18. Lib. III.

***

Qvomodo Assyrium Regem Cyrus provocavit) Et multo ante Hyllus Eurystheum. Vide Euripidem Heraclidis.

Ut ipsi principes populorum armis rem inter se disceptarent) Hoc Adrianopolitæ respondebant Mahumeti de ipso & Musa Zelebe. Leunclavius lib XI. Sic Cunibertus Longobardorum rex Alachin provocat; Paulus Warnafredi lib. V. Sic de Chersonis castro Pharnacus cum Sauromato pugnare volebat, ne multitudo ob ipsorum controversiam periculis objiceretur; narrat Constantinus Porphyrogenneta capite de Castro Chersonis. Vide exemplum singularis certaminis de Regno apud Pontanum historia Danica: & qvæ de pro-

vocationibus inter Carolum V. Imperatorem & Franciſcum Primum Galliæ regem, narrant Hiſtorici.

***

Heraclium) Vide Aymoinum libro IV. cap. 21. & Fredegarium cap. 64.

†††

Narrant Hiſtorici) Jungendus hic, qvi plures allegat, *Limn. in annotat. ad Capit. Carol. V. Proœm. pag. 79. num. 58. & ſeqq.* ubi hoc inter Carolum & Franciſcum duellandi propoſitum examinat, *add. Godelmann. l. c.* ubi in genere de duellis eorumqve inter Principes uſu tractat.

XLIV. Ceterum qvi ſic in prælii exitum conjiciunt controverſiam, ſibi qvidem jus, ſi qvod habent, adimere poſſunt, non & alteri, qvi non habet, dare, in illis qvidem regnis, qvæ in patrimonio non ſunt. Itaqve ut valeat pactio, & populi, &, ſi qvi jam nati jus ad ſucceſſionem habent, conſenſum neceſſe eſt accedere: in feudis non liberis etiam domini ſive ſenioris.

Add. L. 1. c. 16. §. 7. Lib. & c. III.

XLV. 1. Sæpe in talibus præliis qværi ſolet, * uter pro victore ſit habendus. Victi non poſſunt videri, niſi qvi aut omnes occubuerunt, aut in fugam dati ſunt. Sic * in fines ſe aut oppida recipere apud Livium victi ſigna.

***

Uter pro victore ſit habendus) Ennius:

Qvi vicit, non eſt victor, niſi victus fatetur.

Vide Scaligerum ad illud Feſti, *herbam do.*

In fines ſe aut oppida recipere apud Livium victi ſigna) Et apud Guicciardinum lib. 11.

2. Apud tres nobiles hiſtoricos, Herodotum, Thucydidem, Polybium tres proponuntur de victoria controverſiæ, qvorum primum ad conflictum certamen pertinet. Sed ſi qvis recte advertat, inveniet omnibus illis præliis

Herod. I. Thuc. I. Lib. XVI.

ſine vera victoria diſceſſum. Nam Argivi non fugati ab Othryade, ſed nocte ſuperveniente abierant, victores ſe rati & id ſuis renunciaturi. Neqve Corinthios fugaverant Corcyræi, ſed Corinthii, cum feliciter pugnaſſent, Athenienſium claſſem validam conſpicati, nullo cum Athenienſibus virium periculo facto, ceſſim ierant. Philippus vero Macedo Attali qvidem navem, à ſuis defertam, ceperat, at claſſem nihil minus qvam fugaverat: Itaqve, ut Polybius notat, magis pro victore ſe gerebat, qvam victorem ſe ſentiebat.

Add. L. 1. c. 19. §. 3. n. 2. Lib. XXIX. 21.

3. Illa vero, ſpolia legere, * cadavera ad ſepulturam concedere, prælio iterum laceſſere, qvæ & dictis locis & apud Livium aliqvoties reperias, ut ſigna poni victoriæ, per ſe nihil probant, niſi qvatenus cum aliis indiciis valent ad docendam hoſtium fugam. Et certe, qvi loco ceſſit in dubio magis eſt, ut fugiſſe credatur. At ubi victoriæ firma argumenta non ſunt, res manet eo loco, qvo ante prælium fuit: & aut ad bellum, aut ad novas pactiones veniendum eſt.

***

Cadavera ad ſepulturam concedere) Plutarchus Ageſilao: ὡς δ' ἔπεμψαν οἱ πολέμιοι νεκρῶν αἰτήσοντες, ἐκκεισάμ, καὶ τῷ νίκῃ ὅπως ἐκεῖ

ἐκβεβαιωσάμενος εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη. *Postqvã autem hostes misere, ut mortuos tollere liceret, concessit, eoq; modo victoriæ testimonium adeptus Delphos abiit.* Idem Nicia: καί τοι κατὰ νόμον τινὰ καὶ συνήθειαν οἱ νεκρῶν ὑποσπόνδων λαβόντες ἀναίρεσιν, ἀπολέγεσθαι τὴν νίκην καὶ τρόπαιον ἱστάναι τοὺς τούτων τυχόντας οὐκ ἔνθεσμον ἦν. *Qvanqvam more & instituto recepto, qvi mortuos deportandos concessu acceperant, censebantur à se abdicasse victoriam, & qvi id impetrassent, eis jus non erat trophæa figendi.*

XLVI. 1. Arbitrorum Proculus nos docet duo esse genera; unum ejusmodi, ut, sive æqvum sive iniqvum, parêre debeamus, qvod observatur, ait, cum ex compromisso ad arbitrum itum est; alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, cujus generis exemplum habemus in Celsi responso: *Si libertus*, inqvit, *ita juraverit dare se, qvot operas patronus arbitratus sit, non aliter ratum fore arbitrium patroni, qvam si æqvum arbitratus sit.* Sed hæc jurisjurandi interpretatio, ut Romanis legibus induci potuit, ita verborum simplicitati, per se spectatæ, non convenit. Illud tamen verum manet, utrovis modo arbitrum sumi posse, aut ut conciliatorem tantum, qvales Athenienses inter Rhodios & Demetrium fuisse legimus; aut ut cujus dicto parendum omnino sit. Et hoc est genus, de qvo nos hic agimus, & de quo nonnulla supra diximus, cum de cavendi belli rationibus loqveremur.

L. I. c. VII. §. 27. n. 2. c. III. §. XXI. n. 6. L. II. c. XXIII. §. 8. n. 1. L. societatem. 76. D. pro Soc. L. Si libertus. 30. D. de Op. Lib.

cit. Lib. II. c. XXIII. §. IIX. num. 2.

2. Qvanqvam vero etiam de talibus arbitris, in qvos compromissum est, lex civilis statuere possit, & alicubi statuerit, ut ab iis provocare & de injuria qveri liceat, * id tamen inter reges ac populos locum habere non potest. Nulla enim hic est potestas superior, qvæ promissi vinculum aut impediat aut solvat. Standum ergo omnino, sive æqvum sive iniqvum pronunciaverint, ita ut Plinii illud huc recte aptes: *summum qvisq; causæ suæ judicem facit, qvemcunq; eligit.* Aliud enim est de arbitri officio, aliud de compromittentium obligatione, qværere.

Præf. II. hist.

***

Id tamen inter reges & populos locum habere non potest) Mariana lib. XXIX, 15. Bembus libro IV. Paces per arbitrum factas habes aliqvam multas in Polonica historia Cromeri libris X. XVI. XIIX. XXI. XXIV. XXVII. XXIIX. Habes & in Danica Pontani libro II. confer, qvæ nos supra cit. libro II. c. XXIII. §. 8. per tot.

XLVII. 1. In arbitri officio spectandum, an electus sit in vicem judicis, an cum laxiore qvadam potestate, qvam arbitri qvasi propriam vult Seneca, cum dicit: *melior videtur conditio causæ bonæ, si ad judicem, qvam si ad arbitrum mittitur: qvia illum formula includit, & certos, qvos non excedat, terminos ponit, hujus libera & nullis adstricta vinculis religio & detrahere aliqvid potest & adjicere, & sententiam suam, non prout lex aut justitia svadet, sed prout humanitas & misericordia impulit, regere.* Aristoteles qvoqve

Lib. II. de Benef. c. 7.

Rhet. 1. c. 19.

ἐπιεικοῦς, id est æqvi & commodi hominis esse ait, εἰς δίαιταν μᾶλλον ἢ εἰς δίκην βούλεσθαι ἰέναι, *malle ire ad arbitrum qvam in jus*, rationem adjiciens, ὁ γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ. ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον. καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ: *Nam arbiter id, qvod æqvum est, respicit; judex legem: imo arbiter ejus rei causa repertus est ut valeret æqvitas.*

2. Qvo in loco æqvitas non proprie significat, ut alibi, partem illam justitiæ, qvæ legis sonum generalem ex mente auctoris adductius interpretatur, (nam hæc & judici commissa est) sed omne id, qvod rectius fit, qvam non fit, etiam extra justitiæ proprie dictæ regulas. Sed tales arbitri, sicut inter privatos & ejusdem imperii cives freqventes sunt, & specialiter Christianis commendantur ab Apostolo Paulo, I. Cor. VI. ita in dubio non debet tanta potestas concessa intelligi: in dubiis enim, qvod minimum est, seqvimur: præcipue vero id locum habet inter summam potestatem obtinentes, qvi, cum judicem communem non habeant, arbitrum censendi sunt adstrinxisse iis regulis, qvibus judicis officium adstringi solet.

XLVIII. Illud tamen observandum est, arbitros lectos à populis aut summis potestatibus * de principali negotio pronuntiare debere, non de possessione. nam possessoria judicia juris civilis sunt: Jure gentium possidendi jus dominium seqvitur. Ideo dum causa cognoscitur, nihil est innovandum, tum ne præjudicium fiat, tum qvia difficilis est recuperatio. Livius in historia disceptatorum inter populum Carthaginensem & Masinissam, *Legati*, inqvit, *jus possessionis non mutarunt.*

***

De principali negotio pronuntiare debere, non de possessione) Id Dux Sabaudiæ dicebat in controversia Saluciæ. Vide Serranum Henrico IV.

XLIX. 1. Alterius generis est arbitri sumtio, cum qvis ipsi hosti de se arbitrium permittit, qvæ est deditio † pura, subditum faciens eum, qvi se dedit, ei vero, cui fit deditio, summam deferens potestatem. ἐπιτρέπειν τὰ καθ' αὑτὸν dicunt Græci. Sic Ætolos in Senatu rogatos legimus, permitterentne de se arbitrium populo Romano. Consilium L. Cornelii Lentuli apud Appianum circa finem belli Punici secundi de re Carthaginensium hoc erat: *Permittant*, inqvit, *Carthaginenses se arbitrio nostro, ut victi solent, & multi ante hac fecerunt: videbimus deinde nos, & si qvid fuerimus largiti, habebunt nobis gratiam: neqve enim fedus dicere poterunt. permultum autem interest. Qvamdiu federa cum illis inimus, ut ea rumpant, semper aliqvid causabuntur tanqvam læsi adversus aliqvam federis partem. Nam qvia multa sunt dubiæ interpretationis, patet semper perplexandi materia. At ubi, ut deditis, abstulerimus arma, corpora ipsa acceperimus in potestatem, tum demum intelligent, nihil se habere proprium, dimittent animos, & qvodcumqve à nobis acceperint, id, tanqvam de alieno datum, libentibus animis accipient.*

† L. 1. c. 3. §. 8. n. 3. & 5. L. II. c. XV. §. 7. n. 2. c. 25. § 1. n. 2. L. 3. c. 5. §. 2. n. 1. c. 8. §. 4. n. 1. Livius Lib. XXXVII. Lib. XIV.

2. Sed

2. Sed hic qvoqve distingvendum est, qvod victus pati debeat, & qvid victor jure, qvid salvo omni officio facere possit, qvid deniqve eum maxime deceat. Victus post deditionem nihil non patiendum habet. qvippe jam subditus, &, si jus belli externum respicimus, eo in loco, ut ei nihil non eripi possit, etiam vita, † etiam libertas personalis, multo magis bona, non publica tantum, sed & singulorum. *Ætoli*, inqvit alio loco Livius, *permisso libero arbitrio, ne in corpora sæviretur, metuebant.* Citavimus alibi: *ubi omnia ei, qvi armis plus potest, dedita sunt, qvæ ex iis habere victor, qvibus mulctari eos velit, ipsius judicium atqve arbitrium est.* Eodem illud Livii pertinet: *Romanis mos vetustus erat, cum qvo nec federe nec æqvis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum tanqvam pacatum uti, qvam omnia divina humanaqve dedisset, obsides accepti, arma ademta, præsidia urbibus imposita forent.* Etiam occidi licite interdum †† deditos ostendimus.

† L. 3. c. 4. §. 3. seqq. it. capp. 5. 6. seqq. L. XXXVII. Lib. 3. c. 8. §. 4. Lib. V, 11.

†† Lib. 3. c. 4. §. 12. c. 24. §. 5. conf. h. L. c. 11. §. 15. seqq.

L. 1. At victor, ne qvid injuste faciat, spectare primum debet, ne qvem occidat, nisi id suo facinore meritum. sic & ne cui qvicqvam auferat, nisi in justam pœnam. * Intra hunc autem modum, † qvantum securitas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere semper honestum est, interdum, pro circumstantiis, etiam ex morum regula necessarium.

† L. 3. c. 11. §. 14. seq.

***

Intra hunc autem modum, qvantum securitas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere semper honestum est) Vide nobile exemplum Ferdinandi Legionensium Regis apud Marianam lib. XI. c. 15.

2. Diximus alibi, bellorum egregios fines, qvoties ignoscendo transigitur. Nicolaus Syracusanus apud Diodorum: παρέδωκαν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ὅπλων πιστεύσαντες τῇ τῶν κρατούντων εὐγνωμοσύνῃ, διόπερ οὐκ ἄξιον αὐτοὺς τῆς ἡμετέρας ψευσθῆναι φιλανθρωπίας: *tradiderunt se cum armis confisi clementiæ victoris: qvare indignum foret, eos decipi spe nostræ humanitatis.* Postea: τίς Ἑλλήνων τοὺς παραδόντας αὐτοὺς καὶ τῇ τῶν κρατούντων εὐγνωμοσύνῃ πιστεύσαντας ἀπαραιτήτου τιμωρίας ἠξίωσεν; *Qvis unqvam Græcorum eos, qvi se clementiæ victoris permitterent, indeprecabili supplicio puniendos censuit?* Et Cæsar Octavius apud Appianum L. Antonium, qvi se deditum venerat alloqvens, σπονδὰς μὲν τοθόμενος ἔτυχες ἂν ἠδικημένου καὶ νενικηκότος, ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τοὺς φίλους ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν στρατὸν, ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργὴν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν ἐξουσίαν ἣν σπενδόμενος ἂν ἔδωκας (male editur ἔδωκα) ὑπ' ἀνάγκης. συμπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν τὸ προσῆκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν. ὃ δὴ προτιμήσω. *Si ad federa paciscenda venisses, sensisses me & victorem & injuria affectum, nunc cum te & amicos & exercitum arbitrio nostro permittis, demis mihi iram, demis & eam potestatem, qvam in federe coactus esses concedere. Nam cum eo, qvod vos dignum est pati, simul jam & alterum spectandum est, qvid me facere par sit: atq; hoc præferam.*

L. 3. c. 15. in fine. Lib. 13.

3. Oc-

3. Occurrit sæpe in Romanis historiis locutio tradere se in fidem, tradere in fidem & clementiam. Sic apud Livium lib. XXXVII. *Legationes finitimas, tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit.* Lib. XLIV. *Paulo, ut se suaq; in fidem & clementiam populi Romani permitterent, contendente,* ubi de Rege Perseo sermo est. sciendum autem est, his verbis nihil aliud, qvam deditionem meram intelligi: * neq; fidei nomen his in locis aliud significare, qvam ipsam probitatem victoris, cui se victus committit.

***

Neq; fidei nomen his in locis aliud significare, qvam ipsam probitatem victoris, cui se victus permittit) Polybius: παρὰ ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό, τε εἰς τὴν πίστιν αὐτοὺς ἐγχειρίσαι καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὐτοῦ τῷ κρατοῦντι. *Apud Romanos idem valent, se in fidem alicujus committere, & victori de se statuendi liberam facere potestatem.* Græci dicunt, εἰς δίκην σφᾶς αὐτοὺς παραδιδόναι; ut Thucydides libro III. ait: καθ' αὐτῶν ἐπιτρέπειν ἐξουσίαν, ut Diodorus Siculus lib. XIV.

Liv. L. xxxvi. cap. XXVIII.

4. * Nobilis est apud Polybium & Livium historia de Phanea Ætolorum legato, qvi in oratione ad Manlium Consulem eo prolapsus est, ut diceret: διότι κέκριται τοῖς Αἰτώλοις σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίζειν εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. *Ætolos* (ita vertit Livius) *se suaq; fidei Populi Romani permittere.* Cumq; percunctanti Consuli iterum id affirmasset, postulasse Consulem, ut qvidam belli incentores sibi sine mora dederentur. Cum Phaneas excepisset, non in servitutem, sed in fidem tuam nos tradimus, & qvod imperaretur, non esse moris Græcorum, respondisse Consulem, nihil se curare, qvid Græci esset moris, se more Romano imperium habere in deditos suo decreto, & catenis vinciri legatos jussisse. In Græco est; περὶ τοῦ δέοντος καὶ καθήκοντος ποιεῖτε λόγον δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν. *De officio & decoro hic disputatis, cum jam vos fidei nostræ permiseritis?* Ex his verbis apparet, qvantum impune & non violato gentium jure facere possit is, in cujus fidem populus aliqvis se permisit. Neq; tamen hac potestate usus est Romanus Consul, sed & legatos dimisit, & Ætolorum concilio de integro deliberandi fecit potestatem. Sic populus Romanus Faliscis respondisse legitur, edoctum se, Faliscos se non potestati, sed fidei Romanorum commisisse: & de Campanis legimus, eos non federe, sed deditione in fidem venisse.

Val. L. VI. c. 4.

Liv. L. VIII. cap. II.

***

Nobilis est apud Polybium) in excerptis legationum num. 13.

5. Ad officium vero ejus, cui facta est deditio, non male retuleris Senecæ illud: *Clementia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed ex æqvo & bono judicat, & absolvere illi licet, &, qvanti vult, taxare litem.* Neq; referre existimo, an dedens se dicat, se dedere alterius sapientiæ, an moderationi, an misericordiæ, hæc enim omnia blandimenta sunt; res manet, ut victor arbiter fiat.

Lib. II. de Clem. 7.

LI. Sed

LI. Sed sunt tamen & deditiones conditionatæ, qvæ aut singulis consulunt, ut qvibus vita salva, aut corporum libertas, aut & qvædam bona excipiuntur; aut etiam universitati, qvarum nonnullæ etiam mixtum qvoddam imperium possunt induere, de qvo egimus alibi. Lib. I. c. III. §. 17.

LII. Accessiones pactionum sunt obsides & pignora. Obsides diximus dari † aut sua voluntate, aut ejus, qvi imperium habet. nam in summo civili imperio comprehenditur & jus in actiones subditorum, ut in bona. Sed civitas aut ejus rector tenebitur illud incommodum ei, qvi patitur, aut proximis repensare; & si plures sint, qvorum, qvis obses erat Reipublicæ, nihil intersit, danda opera videtur, ut sorte res dirimatur. In vasallum, nisi idem subditus sit, jus hoc feudi dominus non habet: neq; enim reverentia & obseqvium, qvæ debet, huc usq; pertingunt. † L. 2. c. 15. §. 16. n. 3. c. 21. §. 11. n. 2. L. 3. c. 2. §. 6. c. 4. §. 14. c. 11. §. 18. c. 23. §. 16.

LIII. Interfici obsidem posse diximus per jus gentium externum. non etiam interno jure, nisi par ipsius culpa accedat. Servi qvoq; non fiunt: imo & jure gentium bona habere & hæredibus relinqvere possunt, qvanqvam Romano jure cautum est, ut bona eorum in fiscum cogantur. L. Divus. 31. D. de Jure fisci.

LIV. An fugere obsidi liceat, qværitur? & constat non licere, si ab initio, aut postea qvo laxius haberetur, fidem dederit. Alioqvi videtur non is animus fuisse civitatis obligandi civem, ne aufugeret, sed hosti dandi facultatem, qvalis vellet, custodiæ. & sic defendi potest Clæliæ † factum. Sed etsi ipsa nihil peccaverat, * civitas tamen recipere & retinere obsidem non poterat. Sic Porsenna: *Si non dedatur obses, pro rupto se fedus habiturum.* Deinde: *Romani pignus pacis ex federe restituerunt.* † L. 3. c. 11. §. 18. n. 3. Liv. Lib. II.

* * *

Civitas tamen recipere & retinere obsidem non poterat) vide Plutarchum in Publicola hac de re. Aliud Virgilii,

Vinclis innaret Clælia ruptis,

vinculis federis ait Servius.

LV. Odiosa autem est obsidum obligatio, tum qvia libertati inimica, tum qvia ex facto alieno venit. Ideoq; stricta interpretatio hic locum habet. qvare in unam causam dati in aliam retineri non poterunt, qvod ita intellige, si aliud qvid sine obsidum accessione promissum sit. At si in alia causa fides jam violata sit, aut contractum debitum, jam poterit obses retineri, non ut obses, sed eo gentium jure, qvo subditi ex facto imperantium detineri possunt. κατ' ἀνδροληψίαν, qvod ipsum tamen, ne fiat, caveri poterit, adjecto pacto de reddendis obsidibus, ubi id, cujus nomine dati erunt, impletum erit. Vide supra L. 3. c. II. §. 3.

LVI. Qvi obses datus est tantum, ut alterum captivum aut obsidem redimat, eo mortuo liberatur. nam in illo, dum moritur, jus pignoris exstinctum est, ut in captivo redemto dixit Ulpianus. qvare, sicut in Ulpiani qvæstione pretium non debetur, qvod in personæ locum successit, ita nec hic per- L. si patre. 15. D. de Captiv.

sona manebit obligata, qvæ personæ vicaria facta est. Sic Demetrius à Senatu Romano non iniqve postulabat dimitti, ὡς Ἀντιόχου μὲν ἀντιδοθεὶς, Ἀντιόχου δὲ ἀποθανόντος, inqvit Appianus: Justinus ex Trogo: *Demetrius, qvi obses Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, senatum adiit, obsidemqve se* (malim legere *obsidem inqviens se*, ut cohæreat oratio) *vivo fratre venisse, qvo mortuo, cujus obses sit, ignorare.*

Syr. Lib. xxxiv.

LVII. Rege autem, qvi fœdus fecit, mortuo, an teneatur adhuc obses, pendet ab eo, qvod alibi tractavimus, an fœdus habendum sit personale, an reale, nam accessoria non possunt efficere, ut in principalium interpretatione à regula recedatur. ejus autem naturam & ipsa seqvi debent.

L. II. c. XVI. §. 16.

LIIX. Obiter hoc addendum est, obsides interdum ††† non accessionem esse obligationis, sed revera partem principalem; ut cum qvis ex contractu factum promittit non suum, & qvia, eo non præstito, tenetur ad id, qvod interest, †† ejus vice obsides obligantur; qvam fuisse videri sententiam Caudinæ sponsionis † diximus alibi. Non dura tantum, sed & iniqva est sententia existimantium, obsides etiam sine consensu suo alterum ex facto alterius posse obligari.

††† L. 3. c. 23. §. 16.

†† L. 3. c. 21. §. 30.

† L. II. c. XV. §. 16. n. 1. seq.

Alb. Gent. L. II c. 19.

LIX. Pignora qvædam communia habent cum obsidibus, qvædam propria. Commune, qvod & ex alio jam debito retinentur, nisi obstet data fides: Proprium, qvod, qvæ de iis est pactio, non tam stricte sumitur, qvam illa de obsidibus: neqve enim æqvale est odium. Res enim natæ sunt, ut teneantur, non & homines.

LX. Illud alibi qvoqve diximus, nullum tempus id efficere posse, ne luitio sit pignoris, si id præstetur, pro qvo pignus suppositum est. Nam qvi actus causam veterem & novam habet, non creditur ex nova procedere. Ideo patientia debitoris veteri contractui, non derelictioni, imputatur, nisi certæ conjecturæ aliam interpretationem exprimant: ut si qvis, luere cum vellet, impeditus id silentio transmisisset tanto tempore, qvod ad consensus conjecturam sufficere possit.

Lib. II. cap. IV. §. 17.

CAPUT XXI.

De fide manente bello, ubi de induciis, commeatu, captivorum redemtione.

I. Induciæ qvid sint, & an id tempus veniat pacis, an belli nomine.

II. Vocis origo.

III. Nova indictione post inducias non opus.

IV. Qvomodo computanda sint tempora induciis præfinita.

V. Qvando obligare incipiant.

VI. Qvid per inducias liceat.

VII. An retrocedere & reficere mœnia, & similia.

IIX. De locis occupandis distinctio.

IX. An redire possit, qvi vi majore retentus est, circa exitum induciarum.

X. De

X. De specialibus induciarum pactionibus, & quæ inde quæri solent.
XI. Induciarum pactionibus ab altera parte ruptis alteram bellum movere posse.
XII. Quid si pœna addita fuerit?
XIII. Privatorum facta quando inducias rumpant.
XIV. In jure commeandi extra inducias qualis sumenda interpretatio.
XV. Qui militum nomine veniant.
XVI. Ire, venire, abire, quomodo hic accipienda.
XVII. De extensione ad personas.
XIIX. Ad bona.
XIX. Comitis & gentis nomine qui veniant:
XX. An concessio juris commeandi morte extinguatur:
XXI. Quid si data sit donec qui dedit voluerit?
XXII. An securitas & extra territorium debeatur.
XXIII. Favor redemtionis captivorum:
XXIV. An lege interdici redemtio possit, distinctione explicatur.
XXV. Jus in captivum cedi posse:
XXVI. Posse ab uno pretium pluribus deberi:
XXVII. Conventio an rescindi possit, ob divitias captivi ignoratas.
XXIIX. Quæ bona capti captorem sequantur.
XXIX. An hæres pretium debeat distinctione explicatur.
XXX. An redire debeat, qui dimissus est, ut alterum liberet, eo mortuo.

I. 1.

SOlent & inter bellum à summis potestatibus concedi qvædam, ut cum Virgilio & Tacito loqvar, belli commercia, Homero συνημόσυναι, qvalia sunt induciæ, commeatus, captivorum redemtio. Induciæ sunt conventio, per qvam, bello manente, ad tempus bellicis actibus abstinendum est. Bello inqvam manente: nam, ut Cicero ait Philippica octava, inter bellum & pacem nihil est medium: & bellum status est nomen, qvi potest esse etiam cum operationes suas non exserit: Δοκεῖ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, ait Aristoteles: *fieri potest, ut virtute qvis sit præditus, & aut dormiat, aut vitam agat actione vacuam.* Idem alibi: οἱ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁλπῶς ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν. *non ipsam amicitiam dissolvunt locorum intervalla, sed usum ejus.* Andronicus Rhodius: τὴν ἕξειν ἐνδέχεται ὑπάρχουσαν μηδὲν ἀποτελεῖν: *Habitus esse potest ita, ut nihil operetur.* Eustratius ad sextum Nicomachiorum ἡ ἕξις πρὸς τὴν ἁπλῶς δύναμιν ἐντελέχεια λέγεται: πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν καὶ προαίρεσιν δύναμις, ὡς ἐν τῷ κοιμωμένῳ γεωμέτρῃ γεωμετρία. *Habitus, potentiæ simpliciter dictæ ratione habita, actus dicitur: ac, ipsi actioni sive exercitio comparatus, vocatur potentia, ut ars mensoria in dormiente mensore.*

Ann. XIV. & hist. III.
IIX. Nic.
L. I. c. I. §. 2.
IIX. Nic.

** Ut qvamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atq;*
Optimus est modulator: Es Alfenus vafer omni
** Abjecto instrumento artis clausaq; taberna*
Sutor erat.

Horatius 1. Sat. 3.

***

Ut quamvis tacet Hermogenes) Seneca de Beneficiis v, c. 21. *Est disertus etiam qui tacet.*

Abjecto instrumento artis clausaq́, taberna
Sutor erat.)

Seneca dicto jam loco: *Artifex est etiam, cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt.*

†††

Inducia sunt conventio) Optimè *Dn. Zigler.* conventionem super induciarum feriis ab ipsis feriis discernit. Obstat quidem, inter bellum & pacem nihil esse medium; E. sequi, quod inducix præter conventionem aliquam tempore belli factam nihil aliud denotent. Verumtamen omninò medium perspicimus, ipsas nimirum ferias induciarum, de quibus hac vice sumus locuti.

2. Sic ergo, ut & Gellius dixit, *non pax est inducia: bellum enim manet, pugna cessat.* Et in Panegyrico Latini Pacati legimus: *inducia bella sustendebant.* Quod eo dico, ut sciamus, si quid convenit, ut belli tempore valeat, id per inducias quoque valere, nisi manifeste appareat, non statum spectari, sed ipsas functiones. Contra, si quid de pace dictum erit, id induciarum tempore locum non habebit: quanquam Virgilius pacem sequestram dixit, Servius ad eum locum pacem temporalem, ut & Thucydidis Scholiastes ἐφολίδιον πρὸς ἕτος ἕνα πόλεμον λύσασαν, Varro pacem castrorum, paucorum dierum, quæ omnes sunt non definitiones, sed delineationes quædam, eæque figuratæ. Qualis & illa Varronis, qui cum inducias dixit bellorum ferias, potuerat & belli somnum dicere. Sic & ipsas forenses ferias pacem vocavit Papinius: & somnum Aristoteles vinculum sensuum, quo exemplo & inducias belli vinculum recte dixeris.

Ad Ter. Eun. Act. 1. Sc. 1.

3. In M. Varronis autem expositione, quam & Donatus sequitur, hoc recte reprehendit Gellius, quod paucos dies adjecit, ostendens, solere & in horas dari, addam ego, & in annos etiam viginti, triginta, quadraginta, etiam centum: quarum apud Livium exempla, quæ & illam Pauli Jurisconsulti definitionem redarguunt: *Inducia sunt, cum in breve & in præsens tempus convenit, ne invicem se lacessant.*

Lib. 1. c. 21.

4. Fieri tamen poterit, ut si appareat, alicujus conventionis rationem unicam & per se moventem insolidum fuisse cessationem actuum bellicorum, ut tunc, quod de pacis tempore dictum est, per inducias valeat, non ex vi, sed ex mentis certa collectione, de qua alibi egimus.

L. 19. Postliminii. §. 1. De de Captivis.

I. II. c. 16. §. 20.

II. Videtur autem induciarum nomen non ab eo, quod Gellius vult, inde uti jam, nec ab endoitu, id est introgressu, ut Opilius voluit, venisse, sed quod inde, id est à certo tempore, otium sit, quomodo ἐκεχειρίαν Græci vocant. Apparet enim etiam ex Gellio & Opilio, veteribus per t, non per c, literam scriptum hoc nomen, quod nunc pluraliter profertur, olim haud

Gell. XIX. c. IIX.

dubio

dubio etiam singulariter. Vetus scriptura fuit indoitia; nam otium tunc otium enunciabant à verbo oiti, qvod nunc uti dicimus,* sicut ex poina (nunc pœnam scribimus) fit punio, & ex Poino (qvi nunc Pœnus) fit Punicus. Sicut autem ex eo, qvod est ostia, ostiorum, factum est nomen * Ostia Ostiæ: sic ex indoitia indoitiorum, factum est indoitia, indoitiæ; deinde induitia, cujus, ut dixi, plurale nunc tantum in usu est; olim, ut Gellius monuit, etiam unitatis numero enunciabatur. non longe abit Donatus, cum inducias dictas vult, qvod in dies otium præbeant. Sunt ergo induciæ in bello otium, non pax: itaqve accurate loqvuntur historici, qvi narrant, sæpe pacem negatam, inducias datas. d. loco. Ad Ter. Evn. Liv. Plut. Justin.

***

Sicut ex poina (nunc pœnam scribimus) fit punio) vide Servium in X. Æneidos ad vocem *mœrorum.*

Ostia Ostiæ) Et ex ostrea, ostreorum, factum est ostrea, ostreæ.

III. Qvare nec nova indictione opus erit: nam, sublato impedimento temporali, ipso jure se exserit status belli, non mortuus, sed sopitus, ut dominium & patria potestas in eo, qvi à furore convaluit. Legimus tamen apud Livium, ex fecialium sententia finitis induciis indictum bellum: sed nimirum istis non necessariis cautionibus ostendere veteres Romani voluerunt, qvantopere pacem amarent, & qvam justis de causis in arma traherentur. Innuit hoc ipse Livius; *Cum Vejentibus nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat, induciaqve inde, non pax facta, qvarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant: missi tamen feciales, nec eorum, cum more patrum jurati repeterent res, verba sunt audita.* Angel. L. 27. si unus. §. 1. D. de Pactis. Mart. Laud. q. 29. Lib. IV.

IV. 1. Tempus induciis ascribi solet aut continuum, ut in centum dies, aut cum designatione termini, ut usqve calendas Martias. In priori ad momenta temporum facienda est numeratio: id enim naturæ convenit. nam qvæ fit ad civiles dies computatio, ex legibus aut populorum moribus venit. In altero genere dubitari solet, utrum ad qvem diem, aut mensem, aut annum dictum est duraturas inducias, in dies, mensis, annus exclusus an comprehensus intelligatur?

2. Certe in rebus naturalibus duo sunt terminorum genera, *intra rem*, ut cutis terminus est corporis; *extra rem*, ut flumen terminus est terræ. Ad utrumqve hunc modum, etiam qvæ voluntate constituuntur, termini constitui possunt. Magis autem naturale videtur, * ut terminus sumatur, qvi pars sit rei: πέρας λέγε) τὸ ἔσχατον ἑκάστου, *terminus dicitur, qvod ultimum cujusqve est*, inqvit Aristoteles: nec usus repugnat. *si qvis sic dixerit, ut intra diem mortis ejus aliqvid fiat, ipse qvoqve dies, qvo qvis mortuus est, numeratur.* Prædixerat Cæsari Spurina periculum, qvod non ultra Idus Martias proferretur. Interpellatus ipsis Idibus, dixit, * venisse qvidem, sed non præteriisse. Qvate L. 134. annicu-lus. D. de Verbor. Signif. Met. v. 17. L. 133. si qvis. D. de Verb sign. Svet. in Cæs. 5.

re multo magis sumenda est hæc interpretatio, ubi temporis productio favorem in se habet, ut in induciis, qvæ humano sangvini parcunt.

***

Ut terminus sumatur, qvi pars sit rei) Baldus de Statutis, in verbo usqve. Bartolus in L. Patronus 35. D. de Legatis III, & L. 12. Nuptæ. D. de Senatoribus. Archidiac. in c. 1. Ecclesias. XIII. q. 1. Hieron. de Monte, Libro de Finibus c. 23.

Venisse qvidem, sed non præterisse) Dion: παρεῖναι, οὐδέπω δὲ παρελήλυθέναι. Appianus: παρεῖναι μὲν εἰδὶ, ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν.

3. At vero, à qvo die mensura aliqva temporis incipere dicitur, is dies intra mensuram non erit: qvia ejus propositionis vis est discernere, non conjungere.

V. Illud obiter addam, inducias, & siqvid est simile, ipsos contrahentes statim obligare, ex qvo contractus absolutus est: at subditos utrinq; obligari incipere, ubi inducíæ acceperunt formam legis, cui inest exterior qvædam publicatio: qva facta, statim qvidem incipit habere vim obligandi subditos, sed ea vis, si publicatio uno tantum loco facta sit, non per omnem ditionem eodem momento se exserit, sed per tempus sufficiens ad perferendam ad singula loca notitiam. Qvare si qvid interea à subditis contra inducias factum sit, ipsi à pœnis immunes erunt. * neq; tamen eo minus contrahentes damnum resarcire debebunt.

Bart. L. Omnes populi. 9. de J. & J. Pan. c. 2. de Const. & ib. Fel. n. 7.

***

Neq; tamen eo minus contrahentes damnum resarcire debebunt) Ut de Scione apud Thucydidem IV. Defendi itaq; non potest, qvod ab Hispanis in Italia factum narrat Mariana XXIIX, 7.

VI. 1. Qvantum per inducias liceat, qvantum non liceat, ex ipsa definitione datur intelligi. Illiciti enim sunt omnes actus bellici, sive in personas, sive in res; id est, qvicqvid vi fit adversus hostem: id enim omne per inducíarum tempus fit contra jus gentium, ut in concione ad milites loqvitur L. Æmilius apud Livium.

2. Etiam qvæ res hostium casu aliqvo ad nos pervenerunt, ex reddendæ erunt, etiamsi ante nostræ fuissent: qvia qvod jus externum attinet, ex qvo hæc dijudicanda sunt, ipsorum sunt factæ; Et hoc est, qvod ait Paulus Jurisconsultus, induciarum tempore postliminium non esse, qvia postliminium reqvirit, ut antecedat jus bello capiendi: qvod per inducias non est.

3. Ire & redire ultro citroq;, sed eo paratu, qvi periculum nullum ostentet, licet. Notatum hoc * à Servio ad illud Maronis, *Mixtiq; impune Latini*, ubi & hoc narrat, obsessa urbe à Tarqvinio inter Porsennam & Romanos, factis induciis, cum ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressos hostium duces curuli certamine contendisse, & victores coronatos.

A Ser-

***

A Servio) ad XI. Æneidos.

VII. Interius recedere cum exercitu, qvod Philippum feciſſe legimus apud Livium, cum induciis non pugnat: nec reficere mœnia, nec militem conſcribere, * niſi qvid ſpecialius convenerit. Lib. XXXI. Frontinus L. II. c. 13.

***

Niſi qvid ſpecialius convenerit) ut apud Purutam lib. III.

IIX. 1. Corruptis hoſtium præſidiis loca invadere, qvæ ipſi tenebant, haud dubie contra inducias eſt. talis enim acqviſitio juſta eſſe non poteſt, niſi ex jure belli. Idem habendum, ſi qvi ſubditi deficere ad hoſtem velint. Exemplum eſt apud Livium, lib. XIII. *Coronæi & Haliartii, favore quodam inſito in reges, legatos in Macedoniam miſerunt præſidium petentes, qvo ſe adverſus impotentem ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint. Cui legationi reſponſum ab rege eſt, præſidium ſe, ob inducias cum Romanis factas, mittere non poſſe.* Apud Thucydidem libro qvarto Braſidas Mendam civitatem ab Athenienſibus ad Lacedæmonios deficientem induciarum tempore recipit: ſed additur excuſatio, qvia habebat, qvæ ipſe viciſſim Athenienſes criminaretur.

2. Derelicta ſane occupare licet, dum vere derelicta, id eſt eo animo, ne amplius ſint, qvorum fuerant; non ſi incuſtodita, ſive cuſtodia ante inducias, ſive factis induciis, omiſſa ſit. dominium enim manens injuſtam facit alterius poſſeſſionem. qvo refellitur Beliſarii adverſus Gothos cavillatio, qvi tali obtentu * loca præſidiis nudata per inducias invaſerat. Proc. II. Gotth.

***

Loca præſidiis nudata) Portum, Centum cellas, Albanum.

IX. 1. Qværitur, an qvi vi majore impeditus, qvo minus rederet, intra fines hoſticos deprehenditur, poſtqvam exierint induciæ, jus redeundi habeat? Si jus externum gentium reſpicimus, non dubito, qvin hic par ſit ei, qvi cum in pace veniſſet, bello repente exorto inter hoſtes fato ſuo deprehenditur, qvem captivum manere ad pacem usqve, ſupra notavimus; neqve juſtitia interna deeſt, qvatenus bona & actiones hoſtium pro debito civitatis obligantur, & in ſolutum capiuntur: nec magis hic, qvod qveratur, habet, qvam tot alii innocentes, in qvos bellorum mala recidunt. Lib. III. c. 9.

2. Nec, qvæ de commiſſi cauſa circa merces tractantur, adferri huc debent. nec, qvod apud Ciceronem eſt de Inventione ſecundo, de nave roſtrata vi ventorum in portum delata, qvam ex lege qvæſtor publicari volebat. Ibi enim vis major à pœna liberat; hic proprie de pœna non agitur, ſed de jure, qvod certo tantum tempore interqviescebat. Tamen, qvin talem remittere benignius, qvin & generoſius ſit, nullam habet dubitationem. L. 17. Cæſar. L. 16. Interdum. §. ſi propter. 8. D. de Publican. & Vectigalib.

X. Sunt & qvædam per inducias illicita, ob ſpecialem conventionis natu-

naturam: ut si tantum sepeliendorum hominum causa datæ sint induciæ, nihil erit immutandum: sic, * si obsessis datæ induciæ, tantum ne oppugnentur, jam auxilia & commeatus admittere non licebit. nam cum tales induciæ alteri partium prosint, non debent interim ejus, qvi dedit, causam duriorem facere. Interdum & convenit, ne commeare liceat. * Interdum personis cavetur, non & rebus: qvo casu, si ad res defendendas lædantur personæ, nihil contra inducias fiet: nam cum liceat res defendere, personarum securitas ad id, qvod principale est, non qvod in alicujus consequentiam venit, referenda est.

* * *

Si obsessis datæ induciæ tantum ne oppugnentur) ut à Totilia Neapolitanis apud Procopium.

Interdum personis cavetur, non & rebus) Vide c. significavit. XI. De Judæis. De induciis cum exceptione locorum exempla habes apud Procopium & Menandrum Protectorem.

Libro hoc. c. 19. §. 14. & 19. & c. 20. §. 38 Liv. L. 9. & 11.

XI. Si fides induciarum à parte altera rumpatur, qvin læso liberum sit, etiam sine indictione ad arma venire, frustra dubitatur. nam capita conventionis insunt conventioni per modum conditionis, ut paulo ante diximus. Reperias qvidem in historiis exempla eorum, qvi sustinuerint in finem induciarum: Sed & bellum illatum Hetruscis & aliis, qvod contra inducias fecissent, legas: qvæ diversitas argumento est, jus ita esse, ut dicimus, sed eo jure uti vel non uti, in arbitrio esse ejus, qvi læsus est.

XII. Illud constat, si pœna conventa poscitur & persolvitur ab eo, qvi contra fecit, jam bellandi jus non esse. Ideo enim pœna solvitur, ut cetera salva maneant. Et contra, si bellum moveatur, recessum à pœna censeri debet, qvando optio data est.

XIII. Privata tamen facta non rumpunt inducias, nisi publicus actus accedat, puta imperii aut ratihabitionis, qvæ etiam intelligitur accedere, si, qvi deliqverint, nec puniantur nec dedantur: si non reddantur res.

L. 2. c. 21. L. 3. c. 20. §. 30.

XIV. Jus commeandi extra inducias privilegium qvoddam est, qvare in ejus interpretatione sequenda sunt, qvæ de privilegiis traduntur. Est autem hoc privilegium neqve tertio noxium, neqve danti admodum grave: ideo intra verborum proprietatem laxa magis, qvam stricta interpretatio admittenda est, eoqve magis, si non petenti datum beneficium, sed ultro oblatum sit; multoqve magis, si, ultra privatam, publica qvædam utilitas in negotio vertatur. Rejicienda ergo stricta interpretatio, etiam qvam ferunt verba, nisi alioqvi absurdum aliqvod sequeretur, aut eo ducant probabiles admodum voluntatis conjecturæ. Contra vero etiam extra proprietatem laxior interpretatio locum habebit, ut simile absurdum vitetur, aut ex valde urgentibus conjecturis.

Vide supra L. II. c. 16. §. 12.

Can. in c. 7. eum in cunctis. §. cum vero. de Electione.

XV. Hinc

XV. Hinc colligimus, datum militibus commeatum non ad medios tantum, sed & summos duces porrigi: qvia verbi proprietas admittit eam significationem, qvamqvam est & alia strictior. Sic nomine clericorum venit episcopus. Etiam qvi in classibus sunt nautæ, milites intelliguntur, & omnes omnino, qvi sacramentum dixerunt. L. 1. §. 1. D. de Bon. Poss. ex test. mil.

XVI. 1. In itu cautum & de reditu censetur, † non hoc ex vi verbi, sed ut absurdum vitetur: neqve enim inutile esse beneficium debet. Et abitus tutus intelligendus, usqve dum eò pervenerit, ubi in tuto sit, unde * Alexandri fides accusata, qvi, qvibus abitum indulserat, eos in ipso itinere jussit interfici. †L. II. c. XVI. 5. Diod. Sic. Lib. XVII.

***

Alexandri fides accusata) Plutarchus: Καὶ τοῦτο τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτοῦ τὰ ἄλλα νομίμως καὶ βασιλικῶς πολεμήσαντος ὡς κηλὶς πρόσεστιν. *Hæc velut macula adhæsit bellicis actionibus regis cætera in bello agere & juste & regaliter soliti.* Simile factum Bajazetis contra Vidynenses in Servia habes apud Leunclavium lib. VI.

2. At cui abire datum, non & redire: sed nec, cui venire concessum est, mittere poterit: nec contra: sunt enim hæc diversa, nec extra verba exspatiari ratio cogit: ita tamen, ut error, etsi jus non det, à pœna certe, siqva adjecta est, relevet. Sed & cui venire permissum est, semel veniet, non iterum, nisi temporis adjectio aliam suppeditet conjecturam.

XVII. Patrem filius, uxor virum non seqvitur aliter, qvam in jure commorandi. nam morari solemus cum familia, peregrinari sine ea. Famulus tamen unus aut alter, etiamsi expressus non sit, comprehensus censebitur in eo, qvem sine tali comitatu ire indecorum foret. nam qvi aliqvid concedit, concedit, qvæ necessario seqvuntur. necessitas autem hic moraliter intelligenda est. L. penult. D. de Precario. Abbas c. 10. qvam sit. de Judæis.

XVIII. Similiter bona non qvævis comprehendentur, sed qvæ solita sunt ad iter assumi.

XIX. Expresso comitum nomine non sunt intelligendi hi, qvorum causa magis est odiosa, qvam ipsius, cui prospicitur. Tales sunt piratæ, latrones, transfugæ, desertores. Gentis expressum nomen in comitibus satis ostendit facultatem ad alios non porrigi.

XX. Jus commeandi cum veniat ex vi potestatis, in dubio non exstingvitur morte concedentis, secundum ea, qvæ alibi diximus de Regum & aliorum imperantium beneficiis. Lib. II. c. 14. §. 13. seq.

XXI. Disputari solet de eo, qvod dictum est in hunc modum, qvamdiu voluero. Et verior est sententia eorum, qvi existimant durare beneficium tale, etiam si novus volendi actus non intercedat, qvia durare in dubio præsumitur, qvod ad juris effectum sufficit; * non etiam, ubi is, qvi concessit,

Canon. in cap. si gratiosc. 5. de Refer. in VI.

desiit posse velle, qvod per mortem contingit. Persona enim sublata, collabitur etiam illa præsumtio durationis, sicut accidens interitu substantiæ.

***

Non etiam ubi is, qvi concessit, desiit posse velle, qvod per mortem contingit) L. 32. Lucius Titius De Donationibus, ita ut eam emendat vir magnus Antonius Faber, *Voluero* ponens pro *Volueris*. Adde L. 4. Locatio D. Locati: Cardinalem Tuschum pp. conclusion. 751. lit. p. Reinking. lib. II. classe II. c. 8. n. 30.

L. III. c. IV. §. 8. n. 2.

XXII. Commeandi autem securitas ei, cui data est, debetur etiam extra territorium concedentis: qvia datur contra jus belli, qvod per se territorio non includitur: ut alibi à nobis dictum est.

Matth. XXV. 36. 39.

XXIII. Captivorum redemtio multum habet favoris, maxime apud Christianos, qvibus lex divina hoc misericordiæ genus peculiariter commendat. *Captivorum redemtio, magnum atq; præclarum justitiæ munus est*: verba sunt Lactantii. Ambrosio captivos redimere, maxime ab hoste barbaro, præcipua & summa liberalitas vocatur. Idem defendit suum & Ecclesiæ factum, * qvod vasa Ecclesiæ, etiam initiata, confregerint ut captivi redimerentur. *Ornatus*, inqvit, *sacramentorum, redemtio captivorum est*. & multa alia in eandem sententiam.

Lib. VI.

L. II. Off. c. 28. L. II. c. 19. §. 3. n. 3. L. III. c. 5. §. 2. n. 3. 2. Sancimus, 21. C. de SS. Eccles.

***

Qvod vasa Ecclesiæ, etiam initiata, confregerint ut captivi redimerentur) Imitatus hoc Ambrosii factum Augustinus, narrante Possidio, qvi contra carnalem sensum qvorundam id factum dicit. Imitatus est & in eadem Africa Episcopus Deogratias, narrante Victore Uticensi lib. 1. Vas qvod Remigii fuerat datum ad redimendos à Nortmannis captivos narrat in Remigii vita Hincmarus. Simile factum Archiepiscopi Bremensis Rimberti laudat M. Adamus Bremensis Ecclesiasticæ historiæ cap. 32. Probat hoc Synodus universalis sexta, decreto relato in causam XII. qvæstione II. Qvæ adjungenda his, qvæ diximus supra hoc libro cap. V. §. 2. n. 3.

†h. L. c. 9. §. 4. n. 2 & in not. ad §. 5.

XXIV. 1. Qvibus adducor, ut non audeam indistincte † probare leges illas, qvæ captivos redimi vetant, qvales apud Romanos fuisse legimus: *Nulli civitati viliores captivi, qvam nostræ*, ait in Senatu Romano qvidam. Eadem civitas Livio dicitur minime in captivos jam inde antiqvitus indulgens. Nota est in hanc rem Horatii ode, ubi captivos redimere vocat conditiones fœdas, & exemplum perniciem trahens: flagitio additum damnum. Sed qvod Aristoteles in Laconum †† institutis reprehendit, idem in Romanorum culpari solet: nimis scilicet illa omnia directa ad res bellicas, qvasi in illis solis salus civitatis consisteret. Atqvi si rem humanitatis modo æstimamus, satius sæpe esset, jus, qvod bello petitur, amitti, * qvam plurimos homines, & qvidem cognatos aut populares, relinqvi in gravissimis ærumnis.

Livius Libro. XXII. Ibid.

††1. 3. c. 25. §. 1.

Qvam

***

Quam plurimos homines, & quidem cognatos aut populares, relinqui in gravissimis æruminis) De Mauritii Imperatoris ob tale factum seria admodum pœnitentia vide Zonaram.

2. Non videtur ergo lex talis justa, nisi appareat, opus tali rigore, ut majora aut plura mala, alioqui moraliter inevitabilia, caveantur. Nam in tali necessitate, cum ipsi captivi ex caritatis lege suam sortem patienter ferre debeant, potest hoc eis injungi, & aliis, neqvid contra faciant, præcipi, secundum ea, qvæ de cive ob bonum publicum dedendo scripsimus † alibi.

† L.II.c.xxv. §.3.n.4.

XXV. Non sunt qvidem moribus nostris servi, qvi bello capiuntur: non dubitem tamen, qvin jus exigendi pretium redemtionis à capto possit ab eo, qvi captum tenet, in alium transcribi: nam & incorporalia alienari natura patitur.

XXVI. Et potest idem pluribus debere pretium, si ab uno dimissus, pretio nondum soluto, captus sit ab alio: sunt etiam diversa hæc debita ex diversis causis.

XXVII. Conventio de pretio facta rescindi non potest, eo qvod captus intelligatur locupletior, qvam credebatur: qvia jure gentium externo, de qvo qværimus, nemo cogitur supplere, qvod in contractu minus æqvo pretio promisit, si dolus non intercessit, ut intelligi potest ex his, qvæ de contractibus supra †† à nobis explicata sunt.

†† L.II.c.12.§. 26.

XXIIX. Ex eo, qvod diximus, captivos nostros servos non esse, seqvitur, cessare illam acqvisitionem universalem; qvam accessionem esse dominii in personam, diximus alibi. Non alia ergo captori acqvirentur, qvam qvæ specialiter apprehenderit: qvare si qvid clam secum habet captivus, non erit acqvisitum, qvia nec possessum. Sicut Paulus Jurisconsultus contra Brutum & Manlium respondit, qvi fundum possessione cepit, thesaurum, qvem in fundo esse nesciat, non cepisse: qvia, qvi nescit, neqveat possidere. Cui consequens est, ut res eo modo celata ad redemtionis pretium solvendum prodesse possit, qvasi retento dominio.

L.III.c. VII. §. 4. L. Possideri. 3. §. Neratius. 3. D. de Acq. Poss.

XXIX. Qværi & hoc solet, an pretium conventum & ante mortem non solutum ab hærede debeatur? Expedita mihi videtur responsio, si in carcere mortuus est, non deberi: promisso enim inerat conditio, si liberaretur, mortuus autem non liberatur. Contra, si mortuus est, cum in libertate esset, deberi. Jam enim lucratus erat id, pro qvo promissum erat pretium.

2. Plane fateor & aliter conveniri posse, ut ab ipso contractus momento pure debeatur pretium, & captivus tantum retineatur, non jam ut jure belli captus, sed ut à se oppignoratus: Et contra, pactum iniri posse, ut procedat pretii solutio, si die præfinito, qvi captus sit, liber vivat. Sed hæc, ut minus naturalia, non præsumuntur acta, nisi manifestis documentis.

XXX. Proponitur & illud, an in carcerem redire debeat, qvi dimissus est sub pacto, ut faceret dimitti alterum, qvi factum morte prævenerit. Diximus alibi, factum tertii liberaliter promissum satis impleri, si nihil omittitur ex parte promissoris: at in onerosis obligari promissorem ad id, qvod tantundem valet. Sic ergo in proposita qvæstione non tenebitur qvidem, dimissus reddere se custodiæ; neqve enim id conventum fuit, neqve tacite actum intelligi patitur favor libertatis, neqve debebit lucrifacere libertatem: * sed ejus, qvod præstare non potest, æstimationem præstabit. Hoc enim naturali simplicitati congruentius, qvam qvæ in actione de præscriptis verbis & de condictione ob causam dati causa non secuta Romani juris interpretes tradunt.

L. II. c. XI. §. 22 & XV. §. 16. Hoc Libro c. XX. § 58.

L. 5. naturalis. §. 1. de Præsc. verb. L. ult. D. de Cond. ob caus. dat.

***

Sed ejus, qvod præstare non potest, æstimationem præstabit) id non fecit. Paulus Balionius ea lege dimissus, ut Carvajalium restitueret libertati, qvi Carvajalius, anteqvam liberaretur, mortuus fuit: qvo nomine reprehendit Balionium Mariana libro XXX. Sed facti speciem paullo aliter narrat Parta libro II.

CAPUT XXII.

De fide minorum potestatum in bello.

I. Ducum genera.
II. Qvatenus eorum pactio obliget summam potestatem:
III. Aut occasionem obligationi det.
IV. Qvid si factum qvid contra mandatum? ubi distinctiones adhibentur.
V. An tali casu pars altera obligetur.
VI. Qvid belli duces aut magistratus possint circa inferiores se, aut pro iisdem.
VII. Pacem facere ducum non esse.
VIII. An inducias dare, distingvitur.
IX. Qvæ securitas personarum, qvæ res ab ipsis concedi possint.
X. Strictè interpretanda talia pacta, & qvare?
XI. Qvomodo interpretanda deditio a duce accepta.
XII. Qvomodo cautio, si regi aut populo visum fuerit.
XIII. Qvomodo promissum de oppido tradendo.

I.

INter publicas conventiones Ulpianus & hanc speciem posuit, † *qvoties inter se duces belli qvædam paciscuntur.* Nos diximus post fidem datam à summis potestatibus, agendum & de ea, qvam dant minores inter se aut aliis: sive minores illi summis sint proximi, qvales sunt duces excellenter dicti, de qvibus illud Livii capiendum: *Nec ducem novimus, nisi cujus auspicio bellum geritur*: sive longius remoti, qvos sic distingvit Cæsar: *aliæ sunt legati partes, aliæ Imperatoris. Alter agere ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet.*

L. 5. conventionum. §. 1. D. de Pactis. † L. II. c. XV. §. 1. L. 3. c. 20. §. 1. Lib. IV. Comm. III.

II. Est

II. Est autem in horum promissis duplex inspectio. nam aut hoc qværitur: an summam potestatem obligent, aut an se ipsos. * Prior qvæstio definienda est ex eo, qvod alibi diximus, obligari nos & per eum, qvem voluntatis nostræ ministrum elegerimus, sive voluntas illa specialiter expressa est, sive ex ipsa præpositionis natura colligitur. Nam qvi dat facultatem, dat, qvantum in se est, qvæ ad facultatem sunt necessaria, qvod in materia morali intelligendum est morali modo. Duobus ergo modis potestates minores supremam suo facto obstringunt, faciendo id, qvod probabiliter ipsorum officio contineri censetur, aut etiam extra illud, ex speciali propositione nota publice, aut iis, qvorum res agitur. l. II. c. xi. §. 12.

***

Prior qvæstio definienda est ex eo, qvod alibi diximus) Vide Camdenum in anno cIↃ IↃ XCIV. in Comitiis Mirandæ in causa Haukinsi.

III. Sunt & alii modi, qvibus potestas summa obligatur antecedente ministrorum facto, sed non ita, ut id factum causa sit proprie dicta, sed ut occasio sit obligationis: idqve dupliciter, vel per consensum, vel per rem ipsam: Consensus apparet ratihabitione, non tantum expressa, sed & tacita, id est, ubi scivit (*a*) summa potestas, qvod actum erat, & fieri passa est, qvæ ad aliam causam referri probabiliter non possunt. qvod ipsum, qvomodo procedat, alibi tractavimus. Per rem hactenus obligantur, ne locupletiores (*b*) fiant aliena jactura, id est, ut aut contractum præstent, ex qvo commodum volunt consequi, aut de commodo discedant, de qva æqvitate itidem à nobis alibi dictum est. Et hactenus, nec ultra, recipi potest, qvod dicitur, valere, si qvid utiliter gestum est. Contra vero ab injustitia excusari non possunt, qvi, cum pacta improbent, tamen retinent, qvod sine pactis non haberent: Ut cum Senatus Romanus, narrante Valerio, factum Cn. Domitii neqve probare potuit, neqve rescindere voluit: qvalia multa in historiis occurrunt. (*a*) Lib. II. c. IV. §. 5. & c. XV. §. 17. (*b*) Lib. II. c. X. §. 1. L. 3. c. 24. §. 6. Lib. IX. 1.

IV. 1. Illud qvoqve ex supra à nobis dictis repetendum est, obligari eum, qvi præposuit, etiam si præpositus fecit contra mandata arcana, intra limites tamen publicæ functionis. Hanc æqvitatem recte secutus est Prætor Romanus in institoria actione: neqve enim omne, qvod cum institore geritur, obligat eum, qvi præposuit, sed ita, si ejus rei gratia, cui præpositus fuerit, contractum est. de qvo autem palam proscriptum fuit, ne cum eo contrahatur, is præpositi loco non habebitur: qvod si proscriptum qvidem sit, sed non pateat, tenetur qvi præposuit. conditio qvoqve præpositionis servanda est: nam si qvis sub certa lege vel interventu cujusdam personæ contrahi voluit, æqvissimum erit id servari, in qvo præpositus est. L. II. c. XI. §. 12. & 13. c. X. §. 2. n. 2. L. cuicunq; 5. §. 11. non tamen. D. Inst. act. L. sed si. 11. §. 2. de qvo. & §. perscribere. 3 & §. 4. proscriptum. Eod. Tit.

2. Cui consequens est, ut alii Reges aut Populi magis, alii minus ex ducum suorum contractibus teneri possint, si satis notæ sint ipsorum leges at.

atqve instituta. de his si non constat, sequendum est, qvod conjectura dictat, ut concessum intelligatur id, sine qvo satis commode, qvæ officii sunt, expediri non possunt.

†††

Sine qvo satis commodè, qvæ officii sunt, expediri non possunt) Optimè *Forstner. ad ad lib. 1. Tacit. pag. 59.* Romæ, inqvit, postqvam intervenientes SCto, populus bellum semel decrevisset, ejus administrandi potestas Consuli tradebatur: Senatus sibi pacis tantùm firmandæ jus reservabat, cetera in Imperatoris potestate erant; dimicare aut abstinere pugna, obsidere urbes, solvere obsidia, & qvæ sunt his similia. Itaqve Cæsarem Tranqvillus scribit, Regibus atqve provinciis per terrarum orbem aliis captivorum millia dono obtulisse, aliis citra Senatus populiqve autoritatem, qvò vellent, auxilia promisisse *Sveton. Jul. c. 28.* Qvod si Senatus consuli se ab Imperatoribus de singulis belli actibus voluisset, minore utiqve cura & industria ea curassent, qvæ ad victoriam faciebant; Qvod & rei benè gestæ gloriam & cladis infamiam cum Senatu habituri fuissent communem. Et cum nulla minus, qvàm qvâ putatur, viâ procedat bellum; *Thucyd. l.* & multa, qvæ nunc non apparent, ex intervallo bellum aperiat: *Liv. 28.* evidens est, neminem de emergentibus casibus commodius rectiusqve statuere posse, qvam qvi præsens negotiis interest: amittiqve rerum gerendarum occasiones, si hinc inde mittendo Senatus aut Principis exqviratur voluntas. Notare hoc deberent Cæsarei, qvi, qvod omne mandatum specialiter belli Ducibus in re gerendâ committere stategerunt, optimam sæpius occasionem aliqvid laudabiliter expediendi hactenus amiserunt & perdiderunt.

3. Mandati fines si excesserit minor potestas, tenebitur ipsa, si qvod promisit præstare non potest, ad æstimationem: nisi lex aliqva satis cognita id qvoqve impediat. Qvod si dolus accesserit, id est, si præ se tulerit jus majus, qvam habebat, jam tenebitur & de damno culpa dato, imo & ex crimine ad pœnam crimini respondentem. Ex priore causa bona obligantur, & si ea deficiant operæ, aut libertas corporis: ex posteriore qvoqve persona, aut bona, aut utrumqve, pro delicti qvantitate. Qvod autem de dolo diximus, procedet etiam si qvis testationem interposuerit, semetipsum obligari nolle, qvia & damni dati & pœnæ justæ debitum cum delicto non voluntario, sed naturali nexu cohærent. L. 2. c. 14. §. 3.

V. Qvia vero semper aut summa potestas obligatur, aut minister ejus, ideo & certum est, partem alteram obligari, nec dici posse claudicare contractum. Egimus de comparatione eorum, qvi medii sunt ad superiores.

VI. Videamus & qvid in inferiores possint: Nec puto dubitandum, qvin dux milites, magistratus oppidanos obligent intra eos actus, qvi solent abipsis imperari: alioqvi consensu opus esset. Contra, ducis aut magistratus pactum inferioribus proderit in mere utilibus omnino: id enim in potestate comprehensum satis est: in his, qvæ onus annexum habent, *intra ea*, qvæ imperari solent, omnino; *extra ea*, ita, si acceptaverint: qvæ congruunt his, qvæ de stipulatione pro tertio ex naturali jure alibi diximus. Generalia hæc illustriora facient subjectæ species. Ale. L. VII. Cons. 40.

VII.

VII. * De belli cauſis & conſeqventibus tranſigere ad belli ducem non pertinet, neqve enim belli gerendi pars eſt bellum finire: imo etſi cum maxima poteſtate præpoſitus fuerit, ea de belli ductu erit intelligenda. Ageſilai reſponſum ad Perſas fuit εἰρήνης τὴν πόλιν εἶναι κύριον; *de pace conſtituendâ jus eſſe civitati. Qvam pacem A. Albinus cum Jugurtha Rege Senatus injuſſu fecerat, Senatus reſcidit*, inqvit Salluſtius. Et apud Livium eſt: *qvi rata iſta pax erit, qvam non ex auctoritate Senatus, non juſſu Populi Romani, peregerimus?* Sic Caudina, † ſic Numantina ſponſio Populum Romanum, ut alibi expoſuimus, non obligavit. Et eatenus verum eſt illud Poſthumi, *ſi qvid eſt, in qvo obligari populus poteſt, in omnia poteſt*, nempe eorum, qvæ ad ductum belli non pertinent; qvod oſtendunt antecedentia, de deditione, de ſponſione relinqvendæ aut incendendæ urbis, de ſtatu mutando.

L. II. c. XI. §§§ XII. XIV. XIIX. L. 3 c. 23 §. 5. n. 1.

Jugurth. L. 37.

† L. II. c. XV. §. 16. n. 1. Ayal. de J. B. L. 1. c. 1. n. 9. ſeqq.

***

De belli cauſis & conſeqventibus tranſigere ad belli ducem non pertinet) Beliſarius Gotthis: ἡμᾶς γὰρ ἐσιόντι κύριοι τὰ βασιλέως πράγματα διοικῆσαι πεφύκασιν, *nos enim jus habemus ordinandi res imperatoris.*

VIII. * Inducias dare ducum eſt, nec ſummorum tantum, ſed & minorum, iis nempe, qvos oppugnant aut obſeſſos tenent, & ſe ſuasq; copias qvod attinet. Nam alios duces pares non obligant, qvod Fabii & Marcelli hiſtoria apud Livium declarat.

Lib. XXIV. Juſt. Lib. XI. Liv. L. XXX. Caſſ. de Juſt. & Jure. L. 1.

***

Inducias dare ducum eſt) Vide Parutam lib. V.

†††

Inducias dare Ducum eſt.) Accuratè hic *Dn. Zigler.* inducias in viginti qvadraginta aut centum annos contrahendas diſtinguit ab iis, brevioris qvæ ſunt temporis & hodie armiſticia vocari ſolent. Illas dare poteſt ſolus belli dominus; has verò Dux ejusdem rectè concedit. Sed de his plura videbis in *Diſſert. Paraphraſ. ad h. t. pertat.*

IX. 1. Homines, imperia, agros, bello qvæſita concedere itidem ducum non eſt. Hoc jure Syria Tigrani ademta, qvamqvam Lucullus dederat. De Sophonisba, qvæ bello capta erat, ait Scipio Senatus Populiqve Romani judicium atqve arbitrium eſſe; ideo à Maſaniſſa, qvo duce capta erat, libertatem ei dari non potuiſſe. In res alias, qvæ in præda ſunt, jus aliqvod concedi imperantibus † videmus, non tam ex vi poteſtatis, qvam cujusq; populi moribus: qva de re ſatis ſuperius à nobis dictum eſt.

† Lib. III. c. VI. §. 15.

2. At nondum qvæſita condonare omnino in ducum eſt poteſtate: qvia oppida pleraqve & homines ſæpe in bello dedunt ſe ſub conditionibus vitæ ſalvæ, aut & libertatis, aut & bonorum, de qvibus ſummæ poteſtatis arbitrium exqviri res plerumqve non patitur. Pari ratione jus hoc & ducibus non ſummis dandum eſt intra ea, qvæ ipſis agenda commiſſa ſunt. Maharbal Romanis qvibusdam, qvi ex prælio ad Thraſymenum evaſerant, ſatis longe abſente Annibale,

nibale, fidem dederat non tantum vitæ τῆς σωτηρίας, ut nimium concisce narrat Polybius; sed, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum: retinet eos Annibal hoc causatus ὅτι Μααρβὰς οὐκ εἴη κύριος ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης, διδοὺς τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ὑποσπόνδοις. * *In potestate Maharbalis non fuisse, se inconsulto fidem dare se dedentibus, qva ipsos illæsos aut indemnes præstaret.* Judicium de hoc facto Livii seqvitur: *Punica relligione servata fides ab Annibale est.*

***

In potestate Maharbalis non fuisse se inconsulto fidem dare se dedentibus) Non magis probabile erat in re simili effugium, qvod usus Bajazetes adversus Servios Cratovianos; narrante Leunclavio lib. VI.

3. Qvare & M. Tullium in Rabirii causa ut oratorem audire debemus, non ut judicem. Vult à Rabirio Saturninum jure cæsum, qvem Consul C. Marius data fide ex Capitolio abduxerat: *Fides*, ait, *qvi potuit sine Senatusconsulto dari?* & ita rem agit qvasi Marium solum fides ista obstringeret. Atqvi C. Marius ex Senatusconsulto potestatem acceperat operam dandi, ut imperium Populi Romani majestasqve conservaretur. * In ea potestate, qvæ Romanis moribus erat maxima, qvis neget comprehensum jus dandæ impunitatis, si eo modo omne periculum à Republica arceretur?

***

In ea potestate, qvæ Romanis moribus erat maxima) Vide Sallustium in bello Catilinario. Tullianæ huic cavillationi non dispar illa Consalvi in Ducem Valentinum Guicciardini libro VI.

X. Ceterum in his ducum pactis, qvia de re agunt aliena, qvatenus contractus natura patitur, adstringenda interpretatio, nempe ne aut ex ipsorum facto summa potestas plus, qvam vellet, obligetur, aut ipsi damnum subeant officium faciendo.

XI. Ita qvi in deditionem puram à duce accipitur, eo jure acceptus censetur, ut de eo victoris Populi aut Regis arbitrium sit. cujus exemplum est in Gentio Illyri, & Perseo Macedoniæ Rege, qvi se, ille Anicio, hic Paulo dediderunt.

XII. Sic adjecta cautio, *ita ratum sit, si populus Romanus censuisset*, qvam sæpe in sponsionibus invenias, efficiet, ut, ratihabitione non secuta, dux in nihil ipse teneatur, nisi si qva locupletior factus sit.

Liv. L. XXIV. XIII. Et qvi oppidum tradere promiserunt, possunt præsidium dimittere, ut fecisse Locrenses legimus.

CAPUT XXIII.

De fide privata in bello.

I. Re-

I. Refellitur sententia statuens privatos fide hosti data non obstringi.
II. Ostenditur obstringi eos etiam piratæ & latroni: & quatenus:
III. Minor hic non excipitur.
IV. Error an liberet:
V. Solvitur objectio sumta ex publica utilitate.
VI. Aptantur ante dicta ad fidem datam reditus in carcerem:
VII. In certum locum non redeundi: non militandi.
VIII. Non fugiendi.
IX. Captum alii se dare non posse.
X. An privati cogendi sint à suis potestatibus implere, quod promiserant.
XI. Qualis interpretatio in hujusmodi pactis adhibenda.
XII. Quomodo sumendæ voces vitæ, vestium, adventus, auxilii.
XIII. Rediisse ad hostem quis dicendus:
XIV. Justa auxilia quæ, in deditione, sub conditione facta.
XV. Quæ ad executionem pertinent conditionem non facere.
XVI. De talium pactorum obsidibus.

I.

CIceronis est illud satis tritum: *Etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda:* singuli, milites puta aut pagani: nihil enim ad fidem refert. Mirum est, inventos esse juris magistros, qvi docerent, pacta publice cum hostibus inita fidem adstringere, at qvæ à privatis fierent, non item. nam cum privati jura privata habeant, qvæ obligare possunt, & hostes capaces sint acqvirendi juris, qvid esse potest, qvod obligationem impediat? Adde, qvod, nisi id statuatur, datur cædibus occasio, libertati impedimentum: nam & illæ caveri sæpe, & hæc obtineri à captivis, fide privatorum sublata, non poterit. Bart. in L. 5. conventionū D. de pactis. Zas. in Apol. contra Eckiū.

II. Imo non hosti tantum illi, qvem jus gentium agnoscit, sed & latroni & piratæ data privatim fides obligat perinde, ut de fide publica supra † diximus. Id interest, qvod si metus injustus ab altero incussus impulerit ad promittendum, is, qvi promisit, petere restitutionem, aut, si alter nolit, sibi eam præstare potest. Qvod in metu procedente ex bello publico juris gentium locum non habet. Qvod si & jusjurandum accesserit, jam omnino, qvod promissum est, præstandum erit ab eo, qvi promisit, si perjurii crimen effugere volet. Sed tale perjurium, si in hostem publicum commissum sit, puniri ab hominibus solet: si in latrones aut piratas, dissimulari odio eorum, qvorum commodum agitur. Hoc libro, c. 19. §. 2. n. 2. † Supra L. II. c. 11. §. 7. & L. III. c. 4. §. 10. §. 18. n. 6. & c. 19. §. 5. Oldr. cons. 7. Covar. de Matrim. p. 11. c. 3. §. 4. n. 21.

III. In hac qvoq; privata fide minorem non excipiemus, qvi ejus status est, ut actum intelligat. Nam qvæ minoribus consulunt beneficia, ex jure sunt civili. Nos de jure gentium qværimus.

†††

Ex jure sunt civili.) Sed non tantum. Seqvitur enim Prætor *in l. 1. ff. de Minorib.* naturalem æqvitatem, considerateqve fragile & infirmum esse hujus ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumqve insidiis expositum, *Hahn. ad Wesenbec. P. de Minorib. num. 3.*

L.II.c.XI.§.6. IV. Et de errore alibi diximus, ita jus dare à contractu recedendi, si id, qvod per errorem creditũ fuit, ut in mente agentis vim habuerit conditionis.

V. 1. At qvousqve se extendat privatorum in paciscendo potestas, difficilior inspectio est? Qvod publicum est, à privato alienari non posse satis con-
c.XXII.§.VII. stat: nam si ne ducibus qvidem belli id permissum est, ut modo probavimus, multo minus privatis. Sed de ipsorum actionibus ac rebus qværi potest, qvia videmus, hæc qvoqve concedi hostibus non posse sine aliqvo damno partis. unde videri possunt talia pacta illicita cùm civibus, ob jus supereminens civitatis, tum conductis militibus, ob fidem sacramento datam.

2. Sed sciendum est, ea pacta: qvæ malum majus, aut certius, evitant, magis utilia, qvam damnosa etiam publico censeri debere, qvia minus malum induit rationem boni: χρὴ τὸ κακὸν ἁπλῶς τὸ μετριώτερον, ut ait qvidam
L.3. c.21.§.24. in fin. Punic. apud Appianum. Neqve vero fides sola, qva qvis potestatem ipsam sui & suarum rerum non abdicat, neqve utilitas publica sine legis auctoritate id efficere possunt, ut, qvod factum est, etiamsi contra officium factum esse detur, irritum sit & effectu juris omni careat.

3. Lex qvidem posset adimere subditis aut perpetuis aut temporariis hanc potestatem: Sed neqve lex hoc semper facit, parcit enim civibus:
Lib. I.cap.IV. §.7.n.2. & 3. neqve semper facere potest: nam leges humanæ, ut alibi diximus, vim obli-
L.II.c.XIV.§. 12.n.2. gandi tum demum habent, si latæ sint ad humanum modum, non si onus injungant, qvod à ratione & natura plane abhorreat. Et ideo leges & præcepta specialia, qvæ tale qvid aperte præ se ferunt, pro legibus haberi non debent: Generales autem leges interpretatione benigna ita accipiendæ sunt, ut casus summæ necessitatis excludant.

4. Qvod si actus, qvi lege aut præcepto interdictus erat, & valere vetitus, interdici æqvo jure potuit, jam irritus erit actus privati, sed puniri tamen idem poterit, ideo qvod promisit id, qvod sui juris non erat, maxime si juratus id fecerit.

VI. Promissio captivi de redeundo in carcerem merito toleratur. Neq; enim deteriorem reddit captivi conditionem: non ergo, ut qvidam exisOff.III. timant, gloriose tantum fecit M. Attilius Regulus, sed & qvod debebat: *Regulus*, inqvit Cicero, *non debuit conditiones pactionesq́, bellicas & hostiles perturbare perjurio.* Nec obstat illud:

Atqvi sciebat, qvæ sibi barbarus
Horat.lib.III. od. V. *Tortor pararet.*

Nam & hoc fieri posse jam scierat, cum promitteret. Sic & de decem ca-
Lib. VII. c.18. L.3.c.9.§.8. ptivis, ut qvidem ex antiqvis scriptionibus rem narrat Gellius, *octo, postliminium justum non esse sibi respondernnt, qvoniam * dejurio vincti forent.*

***

Dejurio vincti) id est capitis minores, ut Horatius de Regulo loqvitur.

VII. 1. Solent

VII. 1. Solent & promittere qvidam, ne in certum locum redeant, ne adverſus eum, qvi ipſos in poteſtate habet, militent. Prioris exemplum apud Thucydidem, ubi ſic Ithomenſes promittunt Lacedæmoniis, exituros ſe Peloponneſo, nec unqvam redituros. Poſterius nunc freqvens eſt. Vetus exemplum eſt apud Polybium, ubi dimittuntur ab Amilcare Numidæ, ſub lege, μηδένα φέρειν ὅπλον πολέμιον κατ' αὐτῶν, *Ne adverſus Carthaginenſes eorum qvisqvam arma hoſtilia ferret.* Simile pactum habet in Gotthicis * Procopius. Lib. I. Gotth. III.

***

Procopius) Gotth. II. de Herulis.

2. Hoc pactum qvidam irritum pronunciant, qvia fit contra officium, qvod patriæ debeatur. At non qvicqvid contra officium eſt, ſtatim & irritum eſt, ut & alibi & ſupra diximus. Deinde vero ne contra officium qvidem, libertatem ſibi parere id promittendo, qvod jam eſt in hoſtis manu. Nihilo enim deterior fit patriæ cauſa, cui is, qvi captus eſt, ni liberetur, jam periiſſe cenſendus eſt. c. XXII. §. IV.

IIX. Promittunt & nonnulli non fugere. tenet hoc eos. etiamſi vincti promiſerint, contra qvam qvidam ſentiunt. Nam & ſic ſolet aut vita ſervari, aut mitior obtineri cuſtodia. Si vero vinctus ſit poſtea, ita demum liber erit, ſi ideo promiſerit, ne vinciretur.

IX. Satis inepte qværitur: an qvi captus eſt, alii dedere ſe poſſit? nimis enim certum eſt, neminem ſua pactione jus alteri qvæſitum adimere poſſe. Eſt autem captori jus qvæſitum, aut ipſo belli jure, aut partim belli jure, partim conceſſu ejus, qvi bellum gerit, ſecundum ea, qvæ ſupra expoſuimus. Lib. III. cap. VI. §. 23. & ſeq.

X. Circa effectus pactorum egregia qvæſtio eſt, an privati, ſi in fide præſtanda negligentes ſint, à ſuis poteſtatibus cogendi ſint eam implere? Et cogendos verius eſt in bello duntaxat ſolenni, ob jus gentium, qvo bellum gerentes obſtringuntur alter alteri jus reddere, etiam de factis privatorum, ut puta, ſi à privatis violati eſſent hoſtium legati. Sic Cornelius Nepos, recitante Gellio, ſcripſerat, multis * in Senatu placuiſſe, ut ii de decem captivis, qvi redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur. Lib. VII. c. 18

***

In Senatu placuiſſe) Idem jam ante Senatus redire eos coëgerat, qvos Pyrrhus ſub conditione dimiſerat. Appianus Exc. Legat. num. 6.

XI. De interpretatione tenendæ regulæ jam aliqvoties memoratæ, ut à proprietate verborum non recedatur, niſi abſurdi vitandi cauſa, aut ex alia ſatis certa mentis conjectura: ut in dubio magis interpretemur verba contra eum, qvi legem dedit. Lib. II. c. XVI. §. 1. Hoc Lib. c. XX. §. 26.

XII. Vitam pactus non etiam ad libertatem jus habet. Veſtium nomine arma non veniunt: ſunt enim hæc diverſa. Veniſſe auxilium recte dici-

tur, si sit in conspectu, etiamsi nihil agat; nam ipsa præsentia suam vim habet.

XIII. At rediisse ad hostem non dicetur, qvi clam rediit, ut statim exiret: rediisse enim ita intelligi debet, ut in potestate hostium iterum sit. Contraria interpretatio veteratoria Ciceroni, stulte callida, qvæ fraudem in se & perjurium habeat. Eadem Gellio fraudulenta calliditas, à Censore ignominiis notata, qvi eam adhibuerant intestabiles & invisi.

De Off. III. L. IIX. cap. 19.

XIV. * Justa auxilia in pactis deditionis non faciendæ, si ea advenerint, intelligi debent talia, qvæ periculum cessare faciant.

***

Justa auxilia in pacto deditionis) Sunt ejus pacti exempla qvatuor in III. Gotthicorum Procopii. Aliud de Luca apud Agathiam lib. 1. De Castello Corsicæ apud Bizarum Historiæ Genuensis X. alio libro XIIX. & in bello in Mauros. Habet & Cromerus lib. XI.

XV. Notandum & hoc, si qvid de executionis modo convenit, id conditionem non injicere pacto, ut si dictum, certo loco solvi, qvi locus postea dominum mutaverit.

XVI. De obsidibus tenendum, qvod supra † diximus, plerumqve eos accessionem esse principalis actus: sed tamen conveniri etiam posse, ut disjunctiva sit obligatio, nimirum ut aut fiat aliqvid, aut obsides retineantur. Sed in dubio tenendum est illud, qvod maxime est naturale, id est, ut accessio tantum credantur.

† Hoc. Libro c. 20. §. 52. & 58.

CAPUT XXIV.

De fide tacita.

I. Tacite qvomodo fides interponatur.
II. Exemplum in eo, qvi in tutelam recipi à populo aut rege expetit:
III. Qvi colloqvium postulat aut admittit:
IV. Huic tamen, dum collocutori non noceat, integrum esse res suas promovere.
V. De mutis signis ex consvetudine aliqvid significantibus.
VI. De tacita approbatione sponsionis.
VII. Pœna qvando tacite remissa.

I.

Lege 51 pr. D. Locati.

SIlentio qvædam conveniri non male à Javoleno dictum est, qvod & in publicis, & in privatis, & in mixtis conventionibus usu venit. Causa hæc est, qvod consensus, qvalitercunqve indicatus & acceptatus, vim habet juris transferendi. Signa autem consensus sunt & alia præter voces & literas, ut non semel indicavimus. Qvædam natura insunt jam actui.

Lib. II. c. IV. §. 3. L. III. c. 1. §. 8. n. 1.

II. Exemplum sit in eo, qvi aut ab hostibus, aut ab externis veniens in alterius populi aut regis fidem se dat. nam hic qvin tacite se obliget, neqvid faciat adversus eum statum, in qvo præsidium petit, dubitari non debet. Qvare

re ſeqvendi non ſunt, qvi Zephyri factum à reprehenſione remotum ajunt: neqve enim fides ejus in regem, perfidiam in eos, ad qvos confugerat, excuſat. Idem de Sexto Tarqvinii filio, qvi ad Gabios ſe contulerat, dictum eſto. De Simone Virgilius: Liv. Lib. I.

Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes. Æneid. II.

III. Sed & qvi colloqvium † aut poſtulat, aut admittit, * tacite pollicetur, collocutoribus id innoxium fore. Hoſtibus per colloqvii ſpeciem violandis jus gentium violari pronunciat Livius: addit, colloqvium perfide violatum. nam *per fidem* mendoſe eo loco ſcribitur. Cn. Domitius eo, qvod Bituitum regem Arvernorum per colloqvii ſimulationem accerſitum, hoſpitioqve exceptum vinxit, hoc à Valerio Maximo judicium refert: *Nimia gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coëgit.* Qvamobrem mirari ſubit, cur ſcriptor libri octavi belli Gallici Cæſaris, ſive is Hirtius eſt, ſive Oppius, ſimile factum T. Labieni referens, adjecerit, *in fidelitatem ejus* (Comii ſcilicet) *ſine ulla perfidia judicavit comprimi poſſe;* niſi hoc Labieni magis, qvam ſcriptoris judicium eſt. †L. 2. c. 23. §. 7. n. 1 L. 3. c. 1. §. 18. Lib. XXXIIX. Lib. X. c. 6.

***

Tacite pollicetur collocutoribus id innoxium fore) Merito Agathias Ragnarum Hunnum culpat, qvod abeuntem à colloqvio Narſetem telo transfigere voluerit, Agath. lib. II.

†††

Collocutoribus id innoxium fore) Cautelas tamen optimè colloquto res adhibent, ne forte incauti opprimantur vel capiantur. Sic Ludovicus XI. Galliæ Rex, cum ſuo Eqvitum Magiſtro, qvo cum ſimulates exercebat, in colloqvium deſcenſurus pontem amni cuidam imponi juſſit; in eo medio cancellatæ velut feneſtræ factæ: ut conſpici inter ſe exaudiriqve colloqventes poſſent ac dextræ interjungi P. *Æmil.* 10. Ludovicus Sforzia Mediolani Dux cum Galliæ Rege non aliter congredi volebat, qvàm in fluminis cujusdam medio, ubi pons aut navibus aut alia ex materia ita ſtructus eſſet, ut inter utrumqve firmum ac robuſtum ex lignis vallum intercederet *Guicciard. II. Hiſt. add. Forſtner. ad l. 2. Annal. Tacit. pag. 156. & ſeqq.*

IV. At non ultra tacite illa voluntas trahenda eſt, qvam dixi. nam dum collocutores nihil patiantur, ſpecie colloqvii avertere hoſtem à belli conſiliis, ſua interim promovere, perfidia vacat, & dolis bonis annumeratur. qvare qvi deceptum ſpe pacis regem Perſeum arguebant, non tam juris & fidei, qvam animi excelſi & gloriæ bellicæ habebant rationem, ut ex his, qvæ de dolis bellicis diximus, ſatis poteſt intelligi. Ejusdem generis erat fraus illa, qva Aſdrubal ex Auſeranis ſaltibus exercitum ſervavit; & qva Scipio Africanus major ſitum caſtrorum Syphacis perdidicit, utrumqve narrante Livio. Qvorum exemplum imitatus * L. Sylla bello ſociali apud Eſerniam, ut apud Frontinum legimus. Liv. L. XLII. L. III. c. 1. §. 6. & ſeq. Liv. L. xxvi. & xxx. Lib. I. c. 5.

***

L. Sylla) Et Cæsar Dictator adversus Tencteros & Usipetes. Appianus Exc. Legat. n. 16.

V. Sunt & signa qvædam muta ex consvetudine significantia, ut olim vittæ & rami olivarum; apud Macedones hastarum erectio; apud Romanos* scuta capiti imposita, * signa supplicis deditionis, qvæ proinde obligant ad arma ponenda. Qvi vero deditionem accipere se significat, an obligetur, & qvatenus, ex his qvæ supra dicta sunt, petendum est. *Hodie vela candida tacitum habent signum petiti colloqvii: obligabunt ergo non minus, qvam si voce petitum esset.

Lib. III. c. IV. §. 12. & 11. §. 15.

***

Scuta capiti imposita) Appianus Civilium II.

Signa supplicis deditionis) Apud Persas manus post tergum complicatæ; Ammianus lib. XVIII. ad qvem locum notata Lindenbrogii vide. scuta & vexilla perversa apud Romanos; Notat idem Ammianus libro XXVI. Submittere vexilla; Latinus Pacatus Panegyrico. Apud Germanos & eorum exemplo alios, herbam porrigere; Plinius lib. XXII. qvi victi se dedunt inermes supplicant, ait Servius ad 1. Æneid.

Hodie vela candida tacitum habent signum petiti colloqvii) ignis succensus petiti colloqvii signum apud Septentrionis populos; meminit Johannes Magnus & alii. Plinius lib. XV, 30. de lauru: *Ipsa pacifera, ut qvam prætendi etiam inter armatos hostes qvietis sit indicium.*

VI. Sponsio à ducibus facta, qvatenus tacite approbata à populo aut rege censeri debeat, & hoc jam supra diximus, nimirum ubi & actus fuit cognitus, & aliqvid factum, aut non factum, cujus rei alia causa extra voluntatem fœderis probandi dari non possit.

Lib. 2. c. 25. §. 17. & L. 3. c. 22. §. 3.

VII. 1. * Pœnæ remissio ex sola dissimulatione non potest colligi: sed opus est, accedat actus talis, qvi aut amicitiam per se ostendat, ut fœdus amicitiæ causa; aut opinionem de tali virtute, cui merito antefacta condonari debeant, sive ea opinio verbis indicata est, sive rebus, qvæ ex more institutæ sint ad talem significationem.

***

Pœnæ remissio) Tractat Polybius servatus in Excerptis Legationum n. 22. an si remissa sit pœna iis, qvi facinus fecere, simul remissa sit mandatoribus. Non puto. Singulos enim tenent sua delicta.

CAPUT XXV.

Conclusio, cum monitis ad fidem & pacem.

I. Monita ad fidem servandam.
II. In bello pacem semper spectandam:
III. Et amplectendam etiam cum damno Christianis præsertim.
IV. Utile

IV. Utile id victis:
V. Et Victori:
VI. Et qvorum res dubiæ sunt.
VII. Pacem factam summa religione servandam.
VIII. Votum & finis operis.

I. 1.

ATq; hic finire me posse arbitror, non qvod omnia dicta sint, qvæ dici poterant, sed qvod dictum satis sit ad jacienda fundamenta, qvibus si qvis velit superstruere speciosiora opera, adeo me invidentem non habebit, ultro & gratiam referet. Tantum anteqvam dimitto lectorem, sicut, cum de bello suscipiendo agerem, monita † qvædam de bello, qvantum fieri potest, declinando adjeci, ita nunc qvoq; monita pauca addam, qvæ in bello & post bellum valeant ad fidei curam & pacis: & fidei qvidem tum propter alia, tum ne spes pacis adimatur. Fide enim non tantum respublica qvælibet continetur, ut Cicero dicit, sed & major illa gentium societas: hac sublata, ut vere Aristoteles, ἀνῄρηται ἡ πρὸς ἀλλήλους χρεία τῶν ἀνθρώπων, *tollitur, qvod inter homines est commercium.*

† L. 2. c. 24.

Off. III. Rhet. ad Theod. 1. c. 15. Epistola LXXXVIII.

2. Itaq; merito idem ille Cicero nefarium esse ait, fidem frangere, qvæ continet vitam: *Sanctissimum*, ut Seneca loqvitur, *humani pectoris bonum*: qvam tanto magis præstare debent summi hominum rectores, qvanto ceteris impunius peccant: Itaq; fide sublata * feris erunt similes, qvarum vim omnes exhorrent. Et justitia qvidem in ceteris suis partibus sæpe habet aliqvid obscuri: at fidei vinculum per se manifestum est, imo ideo qvoq; usurpatur, ut de negotiis omnis dematur obscuritas.

Cic. pro Q. Ros.

***

Feris erunt similes) Legati Justiniani apud Procopium Persicorum II. Chosroen sic alloqvuntur: εἰ μὴ πρὸς παρόντα σε, ὦ βασιλεῦ, οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, οὐκ ἄν ποτε ᾠόμεθα Χοσρόην τοῦ Καβάδου ἐς γῆν τὴν ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἥκειν. ἀτιμάσαντα μὲν τοὺς διομωμοσμένους σοὶ ἔναγχος ὅρκους, ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τῆς ἐς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας λυέχυρον. διαλύσαντα δὲ τὰς σπονδὰς, ὧν ἡ ἐλπὶς ἀποέλειπτο μόνη τοῖς διὰ τὴν ἐν πολέμῳ κακοπραγίαν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βιωτεύουσιν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τὸ τοιοῦτον εἴποι τὶς ἂν εἶναι, ἢ τῶν ἀνθρώπων τὴν διαίταν ἐς τὴν τῶν θηρίων μεταβεβλῆσθαι. ἐν γὰρ τῷ μηδαμῇ σπένδεσθαι, τὸ πολεμεῖν ἀπέραντα λελείψεται πάντας. πόλεμος δὲ, ὁ πέρας οὐκ ἔχων, ἐξοικίζειν τῆς φύσεως τοὺς αὐτῷ χρωμένους ἐς ἀεὶ πέφυκεν. *Nisi ad te præsentem, Rex, hæc haberetur oratio, nunqvam putassemus Chosroen Cabadæ filium cum armis intraturum in fines Romanos, contemptis primum juramentis juratis, qvod inter homines summum firmissimumq́, creditur veritatis & fidei pignus; ruptis præterea federibus, qvæ sola spes relinqvitur iis, qvi ob belli mala non in tuto vivunt: Qvid enim hoc aliud esse dicamus, qvam hominum vitam in ferarum vitam mutare? nam, sublatis federibus, seqvetur, ut omnes inter se æterna gerant bella. Bella autem sine fine hanc vim habent, ut homines perpetuo teneant naturæ suæ extorres.*

3. Qvo

3. Qvo magis Regum est religiose hanc colere, primum conscientiæ, deinde & famæ causa, qva stat regni auctoritas. Ne dubitent igitur, eos, qvi ipsis fallendi artes instillant, idipsum facere, qvod docent. Non potest diu prodesse doctrina, qvæ hominem hominibus insociabilem facit: adde & Deo invisum.

II. Deinde in tota belli administratione non potest securus & Deo fidens animus retineri, nisi semper in pacem prospectet. Verissime enim dictum à Sallustio: *Sapientes pacis causa bellum gerere:* Cui congruit Augustini sententia: *non pacem qværi, ut bellum exerceatur, sed bellum geri, ut pax acqviratur.* Ipse Aristoteles † non semel accusat gentes, qvæ bellicas actiones qvasi pro ultimo fine sibi proponerent. Ferinum qviddam vis est; qvæ in bello maxime eminet: qvo diligentius curandum est, ut humanitate temperetur, ne nimium feras imitando dediscamus hominem.

Oratione ad Cæs. Epist. I. ad Bonif. VII. Pol. II. & XIV.

† L. 3. c. 21. §. 24.

III. Pax ergo tuta satis haberi si potest, & malefactorum, & damnorum & sumtuum condonatione non male constat: præcipue inter Christianos, qvibus pacem suam Dominus legavit. Cujus optimus interpres nos vult, qvantum fieri potest, qvantum in nobis situm est, cum omnibus pacem qværere. Viri boni est, initia belli invitum suscipere, extrema non libenter perseqvi: ut apud Sallustium legimus.

Rom. XII, 18.

†††

Non malè constat) Malè vivit inqvit *Senec. Epist.* 15. qvem pœnitet victoriæ. Melius est enim ignoscere, qvam post victoriam pœnitere.

Plura non addimus, Tuæ benevolentiæ, Lector cordate, nos committentes. Promittimus, sicubi error à nobis commissus, sicubi contra fidem orthodoxam, sicubi contra veritatem qvid positum, melius edocti paratissimam correctionem. Vale interim & fruere.

IV. Satis qvidem hoc unum esse debet, sed & plerumqve utilitas humana eodem trahit; primum eos, qvi minus valent: qvia periculosum est longum cum valentiore certamen, &, ut in navi fit, jacturâ aliqvâ redimenda major calamitas, omissa ira ac spe fallacibus, ut recte Livius dixit, auctoribus. hunc sensum * Aristoteles sic enunciat: *κρεῖττον τοῖς κρείττοσι μέρος τὶ τῶν ὑπαρχόντων προέσθαι, ἢ πολέμῳ κρατηθέντας αὐτοὺς αὐτοῖς χρήμασιν ἀπολέσθαι. Satius est his, qvi plus pollent, aliqvid rerum suarum relinqvere, qvam bello victos cum rebus perire.*

L. 2. c. 15. §. 13. num. 1.

***

Aristoteles sic enunciat) Philo vero de constitutione principis hunc in modum: *εἰρήνη κἂν ᾖ σφόδρ' ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέρα πολέμου. Pax, qvamvis cum magno detrimento, bello utilior.*

V. Sed & eos, qvi validiores sunt: qvia bonis suis rebus, ut idem Livius non minus vere ait, ampla ac speciosa dantibus pax est; ac melior tutiorqve, qvam sperata victoria. Cogitandus enim Mars communis: *διεξιτέον*, ait Aristoteles, *τὰς μεταβολὰς τὰς ἐν πολέμῳ ὡς πολλαὶ καὶ παράλογοι γίνονται. Cogitandum*

dum in bello, qvam multæ qvamqve improvisæ mutationes accidere soleant. In oratione qvadam pro pace apud Diodorum culpantur οἱ τὸ μέγεθος τῶν ἐνημερημάτων προσφερόμενοι, ὥσπερ τῆς τύχης οὐκ ἐναλλὰξ εἰθισμένης βραβεύειν τὰ κατὰ πόλεμον προτερήματα. *qvi rerum gestarum à se magnitudinem extollunt, plane qvasi non is mos esset fortunæ belli prospera vicibus largiri.* * Et maxime metuenda desperantium † audacia, tanqvam acerrimi morientium belluarum morsus.

† L. 3. c. 12. §. 8. n. 1.

Et maxime metuenda desperantium audacia)

Δειναὶ γὰρ καὶ κοῖται ἀποιχομένοι λέοντος.

Qvippe timenda etiam morientis lustra leonis.

VI. Qvod si uterq; pares sibi videantur, id vero, Cæsare auctore, optimum tempus de pace agendi, dum sibi uterq; confidit. Bell. civ. 1.

VII. Pax autem facta qvalibuscumqve legibus servanda omnino, ob eam, qvam diximus, fidei sanctimoniam, soliciteqve cavenda non tantum perfidia, sed & qvidqvid animos exasperat. Nam, qvod de privatis amicitiis dixit Cicero, ad has publicas non minus recte aptes; qvæ cum omnes summa religione ac fide tuendæ, tum eæ maxime, qvæ ex inimicitiis revocatæ sunt in gratiam.

VIII. Inscribat hæc Deus (qvi solus hoc potest) cordibus eorum, qvorum res Christiana in manu est, & iisdem mentem divini humaniq; juris intelligentem duit, qvæq; semper cogitet, lectam se ministram ad regendos * homines, Deo carissimum animal.

***

Homines, Deo carissimum animal) Sic Chrysostomus sermone de Eleemosyna dixit: ἄνθρωπος τὸ περιπόθαστον ζῶον τῷ Θεῷ.

Ex vita S. LUDOVICI *Regis Francorum descripta à Joinvillio, cap. LXXXIX.*

QVi in magno erant Regis consilio, sæpe eum reprehendebant, qvod tantum laboris sumeret ad pacem inter externos reponendam; mendose eum facere, qvod non eos bellare sineret; aliqvando post fore, ut rectius transigatur. Respondebat Rex, non recte eos loqvi. Si, inqvit, Principes & dynastæ vicini regni mei viderent, me facile perpeti, ut bella inter se gererent, dicerent inter se: Rex Francorum dolo malo nos bellare patitur: atqve inde odium in me conciperent, & aliqvando me incursarent, unde malum regno meo evenire posset: Præterea fieri posset, ut & Dei iram in me accerserem, ut dicat Deus, benedictos esse, qvi operam dant, ut ad pacem & concordiam revocentur discordantes. Affirmare possum, & Burgundiones & Lotharingos, conspecta Regis bonitate & justitia, tam ejus fuisse amantes eiqve ob-

seqventes, ut causas controversiarum inter ipsos ortarum apud ipsum agerent. Vidi eos sæpe venientes modo Lutetiam, modo Remos, modo Melodunum, modo in loca alia, in qvibus Rex erat.

Ex vita ejusdem juxta Mandata S. LUDOVICI *Regis data filio ex Actis Collegii Rationalium in urbe Parisiensi.*

SIqva controversia aut actio in te moveatur, inqvire in veritatem tam contra te, qvam pro te. Si qvid alieni haberi te animadvertas, qvod aut te, aut majores tuos cepisse constet, fac illico restituatur. Cave bellum geras adversus Christianum qvemqvam, nisi ex multorum consilio, & ita, si bellum evitare non possis. Qvod si bellum habeas, abstine ab Ecclesiasticis & iis, qvi tibi nihil nocuere. Si inter subditos tuos bellum aut rixæ oriantur, fac eos ad concordiam reducas, qvamprimum fieri potest. Sæpe specta, qvid Bailivi, præpositi, & alii officiales tui faciant, & in eorum actus inqvire, ut si qvid corrigendum sit, id corrigas. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.

LIBRI

LIBRI PRIMI
CAPITA.

I. Quid Bellum, quid Jus?
II. An bellare unquam justum sit.
III. Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.
IV. De bello Subditorum in Superiores.
V. Qui bellum licite gerant.

LIBRI SECUNDI
CAPITA.

I. De belli causis, & primum de defensione sui & rerum.
II. De his, quæ hominibus communiter competunt.
III. De acquisitione originaria rerum: ubi de mari & fluminibus.
IV. De derelictione præsumta & eam secuta occupatione: & quid ab usucapione & præscriptione differat.
V. De acquisitione originaria juris in personas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in subditos: servos.
VI. De acquisitione derivativa facto hominis: ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.
VII. De acquisitione derivativa, quæ fit per legem: ubi de successionibus ab intestato.
IIX. De acquisitionibus, quæ vulgo dicuntur juris Gentium.
IX. Quando imperia vel dominia desinant.
X. De obligatione, quæ ex dominio oritur.
XI. De promissis.
XII. De contractibus.
XIII. De jure jurando.
XIV. De eorum, qui summum imperium habent, promissis & contractibus & juramentis.
XV. De federibus ac sponsionibus.
XVI. De interpretatione.
XVII. De damno per injuriam dato, & obligatione, quæ inde oritur.
XIIX. De legationum jure.
XIX. De jure sepulturæ.
XX. De pœnis.
XXI. De pœnarum communicatione.
XXII. De causis injustis.
XXIII. De causis dubiis.
XXIV. Monita de non temere etiam ex justis causis suscipiendo bello.
XXV. De causis belli pro aliis suscipiendi.
XXVI. De causis justis ut bellum geratur ab his, qui sub alieno imperio sunt.

LIBRI TERTII CAPITA.

I. *Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.*

II. *Quomodo jure gentium bona subditorum pro debito imperantium obligentur: ubi de represaliis.*

III. *De bello justo sive solemni jure gentium: ubi de indictione.*

IV. *De jure interficiendi hostes in bello solenni, & alia vi in corpus.*

V. *De rebus vastandis eripiendisq;.*

VI. *De jure acquirendi bello capta.*

VII. *De jure in captivos.*

IIX. *De imperio in victos.*

IX. *De postliminio.*

X. *Monita de his, quæ fiunt in bello injusto.*

XI. *Temperamentum circa jus interficiendi in bello justo.*

XII. *Temperamentum circa vastationem & similia.*

XIII. *Temperamentum circa res captas.*

XIV. *Temperamentum circa captos.*

XV. *Temperamentum circa acquisitionem imperii.*

XVI. *Temperamentum circa ea, quæ jure gentium postliminio carent.*

XVII. *De his, qui in bello medii sunt.*

XIIX. *De his, quæ in bello publico privatim fiunt.*

XIX. *De fide inter hostes.*

XX. *De fide publica, qua bellum finitur: ubi de pacis pactione, de sorte, de certamine condicto, de arbitrio, deditione, obsidibus, pignoribus.*

XXI. *De fide, manente bello: ubi de induciis, commeatu, captivorum redemtione.*

XXII. *De fide minorum potestatum in bello.*

XXIII. *De fide privata in bello.*

XXIV. *De fide tacita.*

XXV. *Conclusio cum monitis ad fidem & pacem.*

LOCI

LOCI
SCRIPTORUM
In hoc opere ſpecialiter explicati, aut examinati, aut emendati.

Ex ſacris Literis.

	Cap.	Verſ.	lib.	cap.	Par.	n.
	IV.	14.	1.	2.	5.	3.
		24.				4.
Geneſis.	IX.	5. 6.				2.
	XIV.	16. *ſeq.*	3.	16.	3.	1.
		20.	3.	6.	1.	1.
	XIIX.	23. *ſeq.*	3.	1.	4.	3.
	XX.	12.	3.	1.	7.	
	XXV.	6.	2.	7.	8.	3.
Exodus.	XXXI.	44.	2.	15.	9.	1.
	XXXIIX.		2.	11.	9.	
	XVII.		1.	2.	2.	1.
	XX.	2. *ſeq.*	2.	20.	45.	2.
		5.	2.	20.	39.	3.
		12. *ſeq.*	2.	20.	30.	2.
		17.	2.	*ibid.*	39.	3.
	XXI.	14.	2.	21.	5.	1.
	XXII.	2, 47.	1.	3.	2.	2.
		1, 9.	2.	1.	12.	2.
Leviticus.	XIIX.		2.	5.	13.	1.
Numer.	XIV.	30.	2.	13.	3.	5.
	XX, XXI.		2.	2.	13.	2.
Deut.	XIX.	19.	2.	20.	32.	2.
	XX.	10, 15.	1	2.	2.	2.
		11.	3.	3.	6.	3.
		19.	3.	12.	2.	2.
	XXII.	1.	2.	15.	9.	3.
		28.	1.	4.	7.	6.
	XXIII.	6.	2.	15.	9.	5.
Joſuæ.	IX.		2.	13.	4.	2.
Judic.	III.	15.	1.	4.	19.	4.
	XX.		2.	13.	5.	
1. Sam.	IIX.	2.	1.	4.	3.	
qui Lat.	X.	5. 20.	3.	9.	10.	1.
tinis.	XI.		3.	1.	17.	1.
1. Reg.	XIX.	18.	3.	9.	10.	1.
	XXV.		2.	13.	6.	
II. Reg.	III.	19.	3.	12.	2.	4.
qui Lat.	VI.	18. *ſeq.*	3.	1.	17.	1.
IV. Reg.	XIIX.		2.	18.	3.	2.
I. Paral.	XIX.	2.	1.	3.	20.	3.
	XXIII.		1.	4.	18.	
	XXVI.	32.	1.	3.	20.	3.
II. Paral.	XVI.	27.	2.	15.	9.	9.
	XIX.	2.	2.	15.	9.	7.
	XX.	37.	2.	15.	9.	7.
Pſalmi.	II.		1.	2.	7.	2.
Eſaias.	II.	4.	1.	2.	8.	1.
Jeremi.	XXXIIX.	5.	1.	3.	20.	3.
		26.	3.	1.	7.	
Ezech.	XVII.	15.	2.	13.	14.	
Eccleſ.	XII.	7.	2.	19.	2.	
Prover.	XVI.	4.	2.	20.	4.	2.

Novi Teſtamenti.

Matth.	V.	17.	1.	2.	8.	2.
		21. *ſeq.*	1.	2.	6.	3.
		23.	2.	13.	11.	2.
		38. *ſeq.*	1.	2.	8.	2.
		39.	1.	3.	3.	
	XI.	12.	1.	2.	7.	5.
	XXII.	20.	1.	4.	20.	
	XXIII.	21.	2.	13.	11.	1.
	XXIV.	51.	2.	13.	21.	
	XXVI.	25.	3.	1.	10.	2.
		52.	1.	3.	3.	
Marcus.	VI.	48.	3.	1.	8.	3.
	X.	19.	2.	20.	39.	3.
Lucas.	II.	1.	2.	22.	13.	

	Cap.	Verſ.	lib.	cap.	Par.	n.
	IX.	54.	2.	20.	48.	2.
	XIV.	23.	2.	20.	48.	3.
	XVII.	3.	2.	20.	10.	6.
	XXII.	30.	3.	1.	10.	2.
	XXIV.	28.	3.	1.	8.	3.
Johan.	II.	20.21.	3.	1.	10.	2.
	IV.	9.	2.	15.	9.	4.
	VIII.	7.	2.	20.	3.	2.
	XI.	11.	3.	1.	10.	2.
Acta.	I.	6.	3.	1.	10.	2.
Apoſt.	VIII.	27.	1.	1.	16.	4.
	X.	2.	1.	1.	16.	3.
	XVI.	3.	3.	1.	8.	3.
	XVII.	4.	1.	1.	16.	3.
Ad	I.	25.	2.	20.	47.	2.
Roman.	II.	8.	1.	2.	8.	11.
	III.	27.	1.	2.	6.	4.
	VII.	14.	1.	2.	6.	4.
	X.	5.	1.	1.	17.	4.
	XII.	17.	1.	1.	17.	12.
	XIII.	1.	1.	2.	7.	3.
		2.	1.	4.	4.	1.
		4.	1.	2.	7.	2.
		4.	1.	2.7.	8.11.12.	
	XIV.	23.	2.	23.	1.	
1.Cor.	VII.	21.	2.	5.	29.	2.
		25.	2.	5.	13.	2.
		36.	2.	5.	10.	3.
	XI.	14.	2.	12.	26.	2.
11.Cor.	X.	3.	1.	2.	8.	14.
	XI.	3.	2.	2.	2.	1.
	XII.	14.	2.	7.	5.	2.
Ad Gal.	III.	25.	1.	1.	17.	4.
	IV.	1.	2.	3.	6.	
	VI.	5.	2.	5.	29.	2.
Ad Eph.	II.	3.	2.	12.	26.	2.
	VI.	12.	1.	2.	8.	15.
Ad Col.	III.	22.	2.	5.	29.	2.
Ad Tim.	II.	1.2.3.	1.	2.	7.	1.

	Cap.	Verſ.	lib.	cap.	Par.	n.
At Tit.	II.	9.	2.	5.	29.	2.
Ad Heb.	VI.	17.	2.	13.	3.3.4.	
	VII.	13.	1.	2.	6.	4.
		19.	1.	1.	17.	4.
	VIII.	7.	*ib.*	*ib.*	*ib.*	*ib.*
	XI.	6.	2.	20.	46.	1.
		32.33.	1.	2.	2.	2.
Jacobus.	I.	15.	2.	20.	29.	1.
	IV.	1.	1.	2.	8.	16.
	V.	12.	2.	13.	21.	1.
1. Petr.	II.	12.	1.	4.	4.	6.
		16.	2.	5.	29.	2.
1. Johan.	II.	16.	2.	20.	29.	3.
	III.	16.	1.	2.	6.	2.
	V.	16.	2.	20.	7.	4.

Ex Theologis.

Synodus Nicæenſis can. XII. *l.1.c.2. §.10.n.7.*

Synodus Arelatenſis I.can. III. *l.1.c.2. §.10.n.11.*

Concilium Toletanum. *l.2.c.5.§.15.n.2.*

Leonis Epiſtola, *l.1.c.2.§.10.n.9.*

Auguſtinus quæſt. X. ſuper Joſue. *l.3. c.1.§.6.n.3.*

Auguſt. de libero arbit. *l.1.c.3.§.3.n.2.*

de mendacio. *l.3.c.1.§.7.*

de civitate Dei. *l.3.c.12.§.6.n.3.*

c. ſi quis ſervum XVII. q.4. *l.2.c.5. §.30.l.3.c.7.§.6.n.5.*

c. de Judæis diſt.45. *l.2.c.20.§.41.n.1.*

c.2. de Treuga & pace. *l.3.c.11.§.10.n.2. l.3.c.12.§.4.n.4.*

Adrianus quodlibet 2. *l.2.c.26.§.4.n.4.*

Dominic. Soto de juſtit. & jur. *l.2.c.25. §.1.n.1.*

Franciſcus Victoria relectione de Indis: & de jure belli.l.1.c.3.§.5.l.2.c.2.§.22. l.2.c.21.§.13.2.l.3.c.1.§.2.n.2.§.4.n.1.

Medina de reſtitut.q.10. *l.2.c.11.§.6.*

Ex jure.

Lex Solonis. l. 1. c. 3. l. 2. c. 1. §. 12.
Lex XII. Tabularum. l. 1. c. 3. §. 2. n. 2. l. 2.

Digestis. c. 1. §. 12.

De justitia & jure, l. 1. §. hujus studii. l. 3. c. 5.
l. ex hoc jure. l. 1. c. 2. §. 4.
De divisione rerum l. quadam. l. 2. c. 1. §. 9.
De pactis l. conventionum. l. 2. c. 15. §. 1.
De minoribus. l. in causæ cognitione l. 2. c. 12. §. 26.
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. 1. c. 2. §. 3. n. 2.
Ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. item. l. 2. c. 2. §. 6. n. 3.
De religiosis & sumtibus funerum. l. cum loca l. 3. c. 5. §. 2. n. 2. l. 3. c. 9. §. 13.
De conditione indebiti, l. Julianus. l. 3. c. 2. §. 5.
De lege Rhodia de jactu. l. 2. §. cum in eadem. 117. l. ἀξίωσις. l. 2. c. 22. §. 13.
Depositi l. bona fides. l. 2. c. 10. §. 1. n. 4. l. 2. c. 13. §. 15. n. 2.
De distractione pignorum. l. rescriptum. §. 1. l. 3. c. 2. §. 5.
II. De legatis & fideicommissis. l. cum ita legatum. §. in fideicommisso. l. 2. c. 2. §. 24.
Ad legem Falcidiam. l. pretia. l. 2. c. 12. §. 14.
De damno infecto. l. Fluminum. §. ult. & l. Proculus. l. 2. c. 21. §. 10.
De acquirenda rerum Dominio. l. quod in littore. l. 2. c. 1. §. 9.
l. in agris limitatis. l. 2. c. 3. §. 16.
l. transfugam. l. 3. c. 1. §. 21. l. 3. c. 6. §. 12.
De acquirenda vel amittenda possessione. l. 1. §. 1. l. 3. c. 6. §. 4.
Nequid in loco publico vel itinere fiat. l. littora. l. 2. c. 1. §. 9.
De diversis temporum præscript. l. si quisquam. l. 2. c. 4. §. 10.
De furtis. l. 1. l. 1. c. 1. §. 10.
De incendio, ruina, naufragio. l. quo naufragiū §. quod ait. l. 2. c. 2. §. 6. n. 3.
De sepulchro violato l. sepulchra. l. 3. c. 5. §. 3.
Ad legem Corneliam de sicariis l. furtum. l. 2. c. 1. §. 12. n. 3.
De pœnis l. aut facta. l. 2. c. 20. §. 35.
l. crimen. l. 2. c. 21. §. 14. n. 4.
De jure fisci. l. Imperatores. l. 2. c. 50. §. 2. n. 3.
De captivis & de postlimin. l. navibus. & segg. l. 3. c. 9. §. 11. 12.
l. postliminii §. in pace.
l. non dubito. l. 3. c. 9. §. 18. n. 2.
l. in bello. l. 3. c. 9. §. 18. n. 3.
l. postlimin. §. postliminio. l. 3. c. 9. §. 2. §. filius quoque. l. 3. c. 9. §. 10.
l. si captivum. l. 3. c. 9. §. 3.
l. hostes. l. 3. c. 3. §. 1.
l. si quid bello. l. 3. c. 9. §. 4.
De verborum significationibus. l. probrum. l. 1. c. 1. §. 10. n. 4.
De regulis juris, l. jus nostrum. l. 2. c. 12. §. 26. n. 2.

Codice.

De Judæis. l. nulli. l. 2. c. 20. §. 8.
De legibus. l. non dubium. l. 2. c. 5. §. 16. n. 2.
Quando Imperator inter pupillos cognoscat. l. 1. c. 3. §. 10. n. 1.
De postliminio reversis. l. ab hostibus. l. 3. c. 9. §. 15.
Ad legem Julium Majestatis. l. ult. l. 2. c. 20. §. 2. n. 2.
De emendatione propinquorum. l. 2. c. 20. §. 7.

Institutionibus.

De rerum divisione §. 1. l. 2. c. 1. §. 9.

Ex Jurisconsultis.

Bartholus in l. conventionum. D. de pactis. c.23.§.1.l.3.
in l. hostes. D. de captivis. c.22.§.13.l.2.
Zasius Apologia contra Eckium. c. 23. §. 1.
Didacus Covarruvias in Clem. si furiosus: de Homicidio parte. §. 10 n.1.l.2.
in c. peccatum. p.II. §. 10.l.2.c.20.§.44.
Ferdinandus Vasquius Menchacensis controversiarum illustrium. i. c. 9. l.3.c.10.§.5.
c. 13. l.2. c. 21. §.3.
c.25. l.2.c. 20. §.40. n.4.
c.46. l. 2.c.20.§. 27.
II. c.51. n. 34. l. 2.c. 14.§. 6.n.2.
III. c.3. l.3. c.14.§.7. n.23.
Menochius arbitrariarum quæstionum. l.3.c.11.§.18.n.2.
Joannes Bodinus de republ. l.1. c.9. l.2. c.14.§.1.l.2.c.14.§.12.n.6.
V. c. ult. l.2.c.16.§.16.n.4.
VI. c. ult. l.2. c. 20. §.33.
Guil. Barclajus adversus Monarchomachos. III. 8. l.1. c.4.§.7.n.4.
IV. 16. L.1. c. 4. §. 10.
VI. 23.24. l.1.c.4. §.7.n.4.
Franciscus Connanus commentariorum juris civilis.
lib. I.c.6.& V.c.1. l. 2.c.11.§.1.
lib. III.c.6. l. 2. c.8.§.19.

Ex Philosophis.

Plato, Gorgia. c.20 l. 2.§.42.
de legibus. IX. l.2. c.1.§.12.
XII. l.3.c.19. §.1.
Xenophon I. Socraticorum IV. l.2.c.5. §.12.n.3.
Aristoteles Nicomachiorum. v. 10. l.3. c.11. §.4.n.2.
15. l.2.c.19.§.5.
Politicorum IV. 4. l.1.c.3. §.6.
Problematum sectione XXIX. l.2. c.24.§.1.n.4.
M. Tullius Cicero de officiis I. l.2.c.2.
III. §.9.l.3.c.1.§.7.
Ad Atticum, XIII. 27. l.2.c.24. §.5.n.5.
L. Annæus Seneca de Beneficiis IV. l.2.c.16.§.27.n.3.
Plutarchus quæstionum Romanarum. CVIII. l.2.c.5.§.12.

Ex Historicis.

Polybius. l.2.c.21.§.4.n.5. l.3.c.11.§.8.
Livius V. l.2.c. 2. §.17.
XXXIV. l.2.c.15.§.4.
Appianus Civilibus. l.3. c.20. § 49.
Mithridatico. l.2.c.16.§.30.
Justinus ex Trogo. l.3.c.20.§.56.
Valerius Maximus. l.3.c.19.§.13.
Tacitus Historiarum. II. l.2.c.9.§.3.
Eucherius in historia martyrum Agaunensium. l.1.c.4.§.7.n.13.

Ex aliis.

Virgilius. l.2.c.18.§.2.
Scriptor ad Herennium. IV. l.3.c.11.§.7.
Philo de legibus specialibus. l.2.c.21. §.14.n.4.
Plinius VIII. *epistola ad Aristonem.* l.2. c.5.§.19.
Panegyricus dictus Constantino Constantii filio. l.3.c.11.§.7.
Festus Pompejus. l.3.c.9.§.3.
Dantes. l.2.c.22.§.13.

HUGONIS GROTII
COMMENTATIO IN EPISTOLAM
PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

Παῦλος δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ, *Paulus vinctus Christi Jesu*) Romæ agens sub militis, eadem catena vincti, custodia. Actor. XXIIX, 16. Genitivus hic causam significat, ut & infra 9. Ephes. III, 1. II. Tim. I, 8. pro qvo Ephes. IV, 1. δέσμιος ἐν κυρίῳ, *vinctus in Domino.*

Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, *& Timotheus frater*) Fratres vocabant se mutuo Christiani ob communem regenerationem. Timotheus perpetuus fere Pauli comes, ut videre est II. Tim. III, 10. etiam Romæ ipsi aderat Eph. I, 1. Col. I.

Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ, *Philemoni dilecto*) Philemon nomen est Græcum, qvo appellatus fuit & Poëta nobilis, & rerum naturalium scriptor qvidam Plinio memoratus. Videtur habitasse Ephesi, ubi Onesimus postea episcopatu functus est, ut & Ignatii literæ, & alii scriptores tradunt. Hunc Philemonem dilectum sive carissimum vocat Paulus, qvod eum interiore qvadam amicitia, ut virum valde pium, complecteretur.

Καὶ συνεργῷ ἡμῶν, *& adjutori nostro*) Id est, uni presbyterorum illorum, qvi Ephesi plures erant. Actor. XX, 17. omnes autem πρεσβυτέρους, atq; etiam πρεσβύτιδας, qvæ fœminis ad Christum vocandis dabant operam, Apostoli sui operis adjutores vocabant. Rom. XVI, 3. 9. Philipp. II, 25. Coloss. IV, 11.

2. Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, *& Appiæ dilectæ*) Appia nomen est Romanum, π mutatur in φ more Hebræo.

Καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, *& Archippo commilitoni nostro*) Evangelistæ munus hic obiisse videtur, modo Ephesi agens, modo Colossis. Col. IV, 17. ubi postea eum resedisse, ac sic Episcopum factum testatur Ambrosius. Tales ob molestiam muneris commilitones suos vocare Paulus solebat, ut videre est Philipp. II, 25.

Καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ, *& Ecclesiæ, qvæ in domo tua est*) ad Philemonem hoc referendum, cui præcipue inscribitur hæc epistola. In ejus domo complures erant Christiani. Etiam tres Ecclesiam faciunt, teste Tertulliano. Sic in Aqvilæ & Priscillæ domo qvi erant, Ecclesia dicuntur, Rom. XV, 15. I. Cor. XVI, 19. & qvi in Nymphæ domo, Col. IV, 15.

3. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Gratia vobis, & Pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.*) precatur illis favorem Dei, & Christi, & prospera omnia, qvæ Hebræi pacis nomine solent appellare. Utitur sæpe hac precatione Paulus, ut I. Cor. I, 3. II. Cor. I. 2. Gal. I, 3. Eph. I, 2. Col. I, 2. I. Thess. I, 1.

4. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, *Gratias ago Deo meo*) Gratias Deo debemus pro donis non tantùm in nos, sed & in alios collatis. Rom. I, 8. I. Cor. I, 4. Eph. I, 16.

Πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, *semper memoriam tui faciens in orationibus meis*) eadem verba habes dicto loco Ephes. I, 16. unde discas προσευχάς, *orationes*, hic dici omnes ad Deum allocutiones, etiam per quas non poscitur aliquid, sed gratiæ aguntur.

5. Ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, *audiens charitatem tuam & fidem*) Causam reddit suæ gratiarum actionis, qualem videbis & dictis locis. Rom. I, 8. I. Cor. I, 4. Eph. I, 16. Egregia hic biga nominatur dilectio & fides. Vide I. Cor. XIII. Gal. V, 6. Eph. VI, 23. I. Thess. III, 6. I. Tim. I, 14. VI, 11, II. Tim. I, 13. II, 22.

Ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον Ἰησοῦν, *quam habes in Dominum Jesum*) hoc ad fidem refertur.

Καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, *& erga omnes sanctos*) Hoc ad dilectionem. Sancti vocantur Christiani omnes, ut Ephes. I, 1. & alibi sæpe.

6. Ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, *ut communicatio fidei tuæ efficax fiat, in agnitione omnis boni operis, quod est in vobis in Christum Jesum*) Est primum hic trajectio. Nam verba illa εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, *in Christum Jesum*, pertinent ad id, quod præcessit τῆς πίστεώς σου, *fidei tuæ*. Deinde κοινωνία τῆς πίστεως, *communicatio fidei*, positum est pro ipsa fide, quæ Philemoni cum aliis illis Christianis erat communis. Et ἐν ἐπιγνώσει *in agnitione* hic παθητικῶς *passive* sumitur, habetque innotescendi significationem. Sensus enim est: eo spectabat tua ista dilectio, ut fides, quæ tibi cum aliis sanctis communis est, actuosa fieret, ac si cognosceretur per bona illa opera, quæ abs te aliisque procedunt. Ἐνεργὴς γένηται *efficax fiat*, hic dicitur eodem sensu quo πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη *fides, quæ per charitatem operatur*. Gal. V, 6. Inde sequitur ἐπίγνωσις, id est, patefactio ejusdem fidei. Ostenditur enim fides per opera, Jac. II, 8.

7. Χαρὰν γὰρ ἔσχομεν πολλὴν ἐπὶ τῇ σῇ ἀγάπῃ. *Gaudium enim magnum habemus & consolationem*) meritò, inquit, gratias Deo pro istis vestris virtutibus habemus, quia nobis maximum inde gaudium & in malis, quæ Evangelii causa toleramus, solatium provenit. Sic & II. Cor. VII, 4. 13. I. Thess. III, 7.

Ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, ἀδελφέ, *quia viscera sanctorum refocillata sunt per te, frater*) σπλάγχνα, *viscera* hic pro animo, ut Sirach. XXX, 7. XXXIII, 5. Itaque ἀναπέπαυται τὰ σπλάγχνα *refocillata sunt viscera*, & infra 20. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα, *refice mea viscera*, parem sensum habet cum illo ἀνέπαυσαν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, *refocillarunt meum spiritum*. I. Cor. XVI, 18. Pauperes, inquit, tranquillo sunt animo, eo quod experiendo didicerint, in tuis divitiis paratum esse suis necessitatibus subsidium.

8. Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν τὸ ἀνῆκον, *quapropter multam in Christo fiduciam habens præcipiendi quod tui officii est*) Apostolica functio

à Chri-

à Christo mihi injuncta hoc jus mihi dat, ut tibi Christianisq; aliis ea præcipere possim, qvæ officii vestri sunt. Παῤῥησίας *fiducia*, vox ex Græco sermone ad Syros venit latiore significatu, ita ut sæpe jus, auctoritatem significet.

9. Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, *propter charitatem magis obsecro*) malo ut amicum precari per necessitudinem amicitiæ nostræ.

Τοιοῦτος ὢν, *cum sim talis*) id est, ad preces descendo, cum talis sim, qvalem me esse nosti.

Ὡς Παῦλος, *nempe Paulus*) tot Ecclesiarum conditor.

Πρεσβύτης *senex*) jam & provecta ætate, cui multa concedunt, etiam ignoti.

Νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, *nunc autem & vinctus Jesu Christi*) id est, propter Christum vinctus, ut modo diximus. Magna debetur reverentia iis, qvi dura ferunt honestissimis de causis. Coloss. IV, 18. Ephes. IV, 1.

10. Παρακαλῶ σε, *obsecro te*) παρακαλῶ σε hic precandi, aut potius deprecandi habet significationem. Servi si qvid deliqvissent precatorem sibi parare solebant, ut notat ad Terentium Donatus. Similis est huic deprecatio Plinii pro Liberto Sabiniani epistola libri noni una & vicesima.

Περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, *pro filio meo, qvem genui in vinculis meis.*) qvem hic Romæ, dum vinctus sum, Christianum feci. Dei opus est regignere hominem. Sed tanta est ejus bonitas, ut in nominis sui consortium ministros suos admittat, I. Cor. IV, 15. Galat. IV, 19. Sic & σώζειν *salvare* dicuntur Apostoli, Rom. XI, 14. & alii, I. Cor. VII, 16.

Τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον, *qvi tibi aliqvando inutilis fuit*) deprecantium mos est rerum asperitatem verbis lenire. Onesimo non inutilis modo Philemoni fuerat, sed & damnum dederat. Conjuncta esse solent fuga ac furtum. Itaqve in Codice Justinianeo titulum de servis fugitivis seqvitur ille de furtis. Martialis:

A pedibus didicere manus peccare proterva:
Non miror furem, qvi fugitivus erat.

Et qvi servum vendebant, promittere solebant furem non esse, fugitivum non esse. L. cum in venditione, L. Lucius. §. ult. L. evicta re. §. ult. L. Si emtor. L. Si ita qvis. L. Qvia dicitur. D. de Emptionibus. L. qvoties D. si familia furtum fecisse dicatur. L. Et emptor. §. venditorem. D. de act. empt. Varro II. de re Rust. Seneca Controversia III. XI.

11. Νυνὶ δέ σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, *nunc autem & mihi & tibi utilis*) qvia Paulo utilis erat, erat & Philemoni. Communia enim sunt τὰ τῶν φίλων *amicorum*, alludit ad nomen Onesimi.

Ὃν ἀνέπεμψα, *qvem remisi*) nempe cum hac Epistola.

Σὺ δὲ αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ. *Tu autem illum, id est, mea viscera, suscipe*) προσλαμβάνειν varias habet significationes, omnes ad benevolentiam & beneficia pertinentes, ut apparet Actor. XIIX, 26. Rom. XIV,

1,3. XV, 7. Hic interpretes benigne in domum recipere, qvomodo Act. XXIIX, 2. τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, *mea viscera*, id est, ita mihi dilectum, qvomodo viscera nostra diligimus.

Sic apud Plautum: *meum corculum.*

13. Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, *qvem ego volebam mecum retinere.*) Est hic indicativus pro subjunctivo more Græco. Voluissem eum mecum retinere, nempe nisi obstitissent rationes aliæ, qvæ jam sequentur. De hoc loqvendi genere, vide qvæ diximus ad Matth. XXVI, 39.

Ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ *ut pro te mihi ministraret*) ut mihi præstaret, qvæ tu, si hic esses, præstiturus mihi omnia esses.

Ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου, *in vinculis Evangelii*) In his vinculis, qvæ Evangelii causa sustineo. Idem loqvendi genus, qvod habuimus sup. 9.

14. Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, *præter tuam autem sententiam nihil volui facere*) Nolui eo uti, nisi de ultro id volente.

Ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον, *uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Si eum Paulus retinuisset, non tam apparuisset voluntas Philemonis, qvam si eum ad se missum ipse ad Paulum remitteret. Seneca II. de Benef. IV. *Si vis scire an velim, effice, ut possim nolle.* Ἑκούσιον *voluntarium*, & ἀναγκαῖον *necessarium*, sive τὸ κατ' ἀνάγκην *ex necessitate* inter se opponuntur, ut I. Petr. V, 2. Sic libera voluntate aliqvid exeqvi, & ex necessitate, inter se opponit Paulus Jurisconsultus l. Atqvi natura §. Si libero. D. de negotiis gestis. Laus autem non debetur nisi liberis actionibus.

Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο, *forsitan enim ideo*) qvasi dicat, forte id Dei consilium fuit, cum eum fugere permisit. Confer. Gen. XLV, 5.

Ἐχωρίσθη, *discessit*) Vides & hic, qvod modo diximus, lenitate verbi mitigari id, qvod in re est asperum, ἐχωρίσθη dixit, profugit. Talia sunt, qvæ Græci εὐφημισμοὺς *honestas appellationes* vocant.

Πρὸς ὥραν, *ad horam*) id est ad modicum tempus. Idem loqvendi genus II. Cor. VII, 8. Gal. II, 5. I. Thes. II, 17.

Ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἔχῃς, *ut æternum illum recipias*) ut à me correctus perpetuo tibi sit utilis. Αἰώνιον *æternum* ita hic dictum, qvomodo apud Horatium *Serviet æternum.* Doctrina Evangelica non tollit statuum differentias, & imperia dominorum in servos, ut apparet I. Tim. VI, 1. 2. Tit. II, 9. I. Petr. II, 16. Eph. VI, 5. 6. Coloss. III. 22. Nulla ergo causa est, cur Christianus, qvi ut Dominus in servos habere imperium potest, non possit habere in subditos, ut princeps. Paria sunt in domo dominus, in regno rex. Seneca III. de beneficiis, 8. *Si servo, qvo minus in nomen meriti perveniat, necessitas obest, & patiendi ultima timor, idem istud obstabit & ei, qvi regem habet, & ei qvi ducem, qvoniam qvanqvam sub dispari titulo, varia in illos licent.* Ideoqve Petrus imperia regum & dominorum inter se æqvat. Nam & servos male meritos domini non adito magistratu

giſtratu torqvere, imo & occidere poterant. L. 1. D. de his qvi ſui, vel alieni juris ſunt. Inſtit. eod. tit. §. in poteſtate. Nec Romæ tantum id jus fuit, ſed & in Græcia. Vide Senecam Controverſia V, 35. Venit enim hoc ex jure gentium, ut nos docent dicta Juris loca. Hoc jure qvomodo domini uti deberent, ex qvo Chriſtiani facti ſunt, Paulus eos docuit, eadem dicturus regibus, ſi tam reges tunc fuiſſent Chriſtiani, qvam multi dominorum erant Chriſtiani. Et Nicodemus & Joſephus Arimathenſis ſenatores fuere, cum imperio, & puniendi poteſtate. Nam ſenatus tàm publicus populi, qvàm urbis Hieroſolymitanæ jus verberandi habebat, ut apparet Matth. X, 17. Actor. V, 40. II. Cor. XI, 24. imò & morte puniendi, ſi qvando Romani id permitterent, ſicut generalem permiſſum habebant Judæi occidendi alienigenam, qvi intra templi ſepta intraſſet. Hos tamen ſenatores, diſcipulos ſuos, Chriſtus nunqvam monet, ut ab eo munere deſiſterent. Et ſi id feciſſet, rupiſſet haud dubie legem, qvæ legitimo more ad tale munus vocatis imperabat, fungi eo munere, qvod longe ab ipſo abſuit, qvi dum vitam egit mortalem factus fuit ſub lege. Gal. IV. nec ullam ejus partem infregit ipſe, aut alios infringendi autor fuit.

16. οὐκέτι ὡς δοῦλον, *non jam ut ſervum*) Supple *tantum*, qvod ſeqventia oſtendunt. Sæpe apud omnes gentes, maximè verò apud Hebræos, hæc particula ſubauditur: deinde repetendum ex ſuperioribus προσλαβοῦ ſuſcipe.

Ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, *ſed ſupra ſervum*) pertinentem ad te non ſolo jure herili, ſed &

Ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, *fratrem dilectum*) nempe Chriſtianis omnibus.

Μάλιστα ἐμοὶ, *maxime mihi*) mihi qvi ejus operam fidelem ſum expertus:

Πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ, *qvanto autem magis tibi*) tibi multo carior, qvam mihi eſſe debet, qvia in tuo uſu ſemper futurus eſt, dum voles.

Καὶ ἐν σαρκὶ, *& in carne*) Corpus Oneſimi non tam ipſius eſt, qvam tuum eſt, κτήσει καὶ χρήσει, *poſſeſſione & uſu*. Apud Ariſtophanem Cario:

Τῷ σώματι γὰρ οὐκ ἐᾷ τὴν ψυχὴν
Κρατεῖν ὁ δεσπότης· ἀλλὰ τὴν εὐτυχίαν·
Domino dominium corporis non dat ſui
Fortuna, ſed ei, qvi ſuum pretio facit.

Solent permiſceri inter ſe σὰρξ *caro* & σῶμα *corpus*, ut apparet ex Hebræo, Soph. I, 17. Ezech. X, 12. & alibi, collatis verſionibus Græcis & Latinis.

17. Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν, *Si ergo me habes ſocium*) Si me habes pro amico, ac proinde rerum tuarum participe.

Παραλαβὲ αὐτὸν *ſuſcipe illum*) non modo pœnam, qvam jure tuo exigere poteras, ei condona, ſed & benigne eum excipe. In domum, in animum recepiſti, dixit in re plane ſimili Plinius in Epiſtola IX, 24.

ὡς ἐμὲ, *ſicut me*,) nam amicus Paulo cum eſſet Oneſimus, qvod ipſi præſtabatur, Paulo ipſi præſtari videbatur.

18. Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, *Si autem aliqvid nocuit tibi*) si qvid fugiens abstulit.

Ἢ ὀφείλει, *aut debet*) aut si ex rationibus tuis reliqvator erat. Nomen generis pro specie.

Τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει, *hoc mihi imputa*) in meis rationibus imputa. Me pro eo fac tuum nomen.

19. Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί, *Ego Paulus scripsi mea manu*) Ut certus sis, habes hic manum meam. Poteris me ubi voles convenire ex chirographo. Hoc est, qvod scribere cautionem vocat Scholiastes ad L. Titius D. qvæ res pignori. Adde l. lect. D. Si certum petatur. & L. Aurelius. §. qvidam D. de liber. leg.

Ἐγὼ ἀποτίσω, *Ego reddam*) hoc Latinè dicitur pecuniam constituere, de qvo titulus est in Digestis. Forma ipsa continetur his verbis, ἐγὼ ἀποτίσω, aut satisfaciam tibi, ut habet Novella CXV, 6. Qvæ inseri solet titulo Codicis, de pecunia constituta. Sic in l. Eum qvi, §. Julianus, Formula hæc legitur: *Scripsi secundum mandatum Seji, si qvid tibi debitum approbatum erit, me tibi cauturum & solaturum sine controversia.* Et alia, L. qvidam eodem titulo: *Decem, qvæ Lucius Titius ex arca tua mutua acceperat, salva ratione usurarum, habes penes me domine.* Constitui autem pecunia potest, etiam, qvæ naturaliter tantum debetur, L. 1. §. debitum. D. dicto titulo. Servi Dominis debere possunt, non qvidem civiliter, sed natura. L. stipulatur. §. adhiberi. cum lege seqvente. Sic & pro obligatione naturali recte fidejussor accipitur. L. fidejussor. §. fidejussor. D. de fidejussoribus.

Ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις, *ut non dicam tibi, qvod & te ipsum mihi debes*) Est σχῆμα παρασιωπήσεως sive reticentiæ, cum dicimus omittere nos velle, qvod maximè dicimus. Poteram dicere ait Paulus, te non tantum rerum tuarum, sed & tui ipsius mihi esse debitorem: nempe qvia Philemon absqve Paulo fuisset, mansisset in crassis tenebris vitiisqve, longè à spe salutis.

20. Ναὶ ἀδελφὲ, *ita frater*) Ναὶ hic est precantis, ut apud Hebræos.

Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ, *ego te fruar in Domino*) id est, liceat mihi gaudere de tuis in Christo profectibus. Syr. XXX, 2. ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὀνήσεται ἐπὶ αὐτῷ, *qvi castigat filium suum gaudebit in eo.* Ignatius ad Magnesios: διακόνου Σωτίονος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, *Diaconi Sotionis, qvo ego gaudeam.* Idem ad Ephesios: ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, *gaudeam vobis semper.*

Ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ, *refice viscera mea in Domino*) id est propter Christum fac me tranqvillum hac de re.

21. Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, *confidens in obedientia tua scripsi tibi*) Fiduciam mihi fecit, cognita illa tua, qvam Evangelio præstas obedientia. Ita ὑπακοὴ *obedientia* sumitur Rom. I, 5. XV, 18. XVI, 19. 26. II. Cor. VII, 15. X, 5, 6. I. Petr. I, 14. 22.

Εἰδὼς

Εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις, *sciens quoniam & super id, quod dico, facies*) pro certo habeo plus te facturum, qvam ego audeam poscere.

22. Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν, *simul autem & para mihi hospitium*) Hospitium para. Ita sumitur ξενία *hospitium*. Actor. VIII, 23. & apud Josephum & alios.

Ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν, *nam spero per orationes vestras me donatum iri vobis.*) spero fore ut ad preces vestras Deus me (id est adventum ad vos meum) vobis concedat. Sunt qvi spem hanc Pauli impletam putant, & liberatum eum à vinculis iviſſe in Asiam: rediiſſe Romam.

23. Ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς, *Salutant te Epaphras*) Nomen plenum est Ἐπαφρόδιτος Phil. II, 25. IV, 18. Contractum Ἐπαφρᾶς Col. I, 7. IV, 12. Cujus generis nomina in ᾶς contracta multa adduximus ad Lucæ initium.

Ὁ συναιχμάλωτός μου, *concaptivus meus*) Unus eorum, qvorum mentio Actor. XXVII.

Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *in Christo Jesu*) id est propter Jesum Christum, ut supra 20.

Μᾶρκος, *Marcus*) is cujus mentio Actor. XII, 12. 25. XV, 37. 39. Colos. IV, 10.

24. Δημᾶς, *Demas*) cui plenum nomen Demetrius. Nominatur Colos. IV, 14. II. Tim. IV, 10.

Λουκᾶς, *Lucas*) Medicus, qvi Evangelium & Acta nobis dedit. Vide Col. IV, 14. II. Tim. IV, 11.

Οἱ συνεργοί μου, *adjutores mei.*) Vide supra 1.

Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Gratia Domini nostri Jesu Christi*) Favor Christi.

Μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, *cum spiritu vestro*) id est, sit vobiscum: Eadem locutio Gal. VI, 18. Alibi pro eo dixit μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων ὑμῶν, *vobiscum, & cum omnibus vobis.*

Ἀμήν, *Amen*) Est vox, qvam Ecclesia respondebat lectis epistolis. Ideò omnibus Pauli epistolis cœpit adscribi. Vide qvæ ad Matthæum IV, 13.

FINIS.

HUGO

HUGO GROTIUS
DE
MARI LIBERO,
AD
PRINCIPES POPULOSQVE LIBEROS
ORBIS CHRISTIANI.

ERror eſt non minus vetus quam peſtilens, quo multi mortales, ii autem maxime, qui plurimum vi atque opibus valent, perſvadent ſibi, aut, quod verius puto, perſvadere conantur, juſtum atq; injuſtum non ſuapte natura, ſed hominum inani quadam opinione atque conſvetudine diſtingvi. Itaq; illi & leges & æqvitatis ſpeciem in hoc inventa exiſtimant, ut eorum qui in parendi conditione nati ſunt, diſſenſiones atque tumultus coërceantur: ipſis, vero qvi in ſumma fortuna ſunt collocati, jus omne ajunt ex voluntate, voluntatem ex utilitate metiendam. Hanc autem ſententiam abſurdam plane atq; naturæ contrariam auctoritatis ſibi nonnihil conciliaſſe haud adeo mirum eſt, cum ad morbum communem humani generis, quo ſicut vitia ita vitiorum patrocinia ſectamur, acceſſerint adulantium artes, qvibus omnis poteſtas obnoxia eſt. Sed contra extiterunt nullo non ſeculo viri liberi, ſapientes, religioſi, qvi falſam hanc perſvaſionem animis ſimplicium evellerent, ceteros autem ejus defenſores impudentiæ convincerent. Deum qvippe eſſe monſtrabant conditorem rectoremq; univerſi, imprimis autem humanæ naturæ parentem, qvam ideo, non uti cetera animantia, in ſpecies diverſas, variaq; diſcrimina ſegregaſſet, ſed unius eſſe generis, una etiam appellatione voluiſſet contineri, dediſſet inſuper originem eandem ſimilem membrorum compagem, vultus inter ſe obverſos, ſermonem qvoqve & alia communicandi inſtrumenta, ut intelligerent omnes naturalem inter ſe ſocietatem eſſe atqve cognationem. Hinc autem à ſe fundatæ aut domui aut civitati ſummum illum principem patremqve familiâs ſuas qvaſdam ſcripſiſſe leges, non in ære aut tabulis, ſed in ſenſibus animiſq; ſingulorum, ubi invitis etiam & averſantibus legendæ occurrerent, his legibus ſummos pariter atqve infimos teneri, in has non plus regibus licere, qvam plebi adverſus decreta decurionum, decurionibus contra præſidum edicta, præſidibus in regum ipſorum ſanctiones. Qvin illa ipſa populorum atqve urbium ſingularum jura ex illo fonte dimanare, inde ſanctimoniam ſuam atq; majeſtatem accipere. Sicut autem in ipſo homine alia ſunt, qvæ habet cum omnibus communia, alia, qvibus ab altero qviq; diſtingvitur: ita earum rerum qvas in uſum hominis produxiſſet natura, alias eam manere communes, alias cujuq; induſtria ac labore proprias fieri voluiſſe. De utrisqve autem datas leges, ut communibus qvidem ſine detrimento omnium omnes uterentur; de ceteris autem qvod cuique contigiſſet, eo contentus abſtineret alieno. Hæc ſi homo nullus neſcire poteſt, niſi homo eſſe deſierit, hæc ſi gentes viderunt qvibus ad verum

omne

omne cæcutientibus sola naturæ fax illuxit, quid vos sentire ac facere æquum est, principes populiq; Christiani ? Si quis durum putat ea à se exigi, quæ tam sancti nominis professio requirit, cujus minimum est ab injuriis abstinere, certe quid sui sit officii scire quisq; potest ex eo quod alteri præcipit. Nemo est vestrûm, qui non palam edicat rei quemque suæ esse moderatorem & arbitrum: qui non fluminibus locisque publicis cives omnes uti ex æquo & promiscue jubeat, qui non commeandi commercandique libertatem omni ope defendat. Sine his si parva illa societas, quam respublicam vocamus, constare non posse judicatur (& certe constare non potest) quamobrem non eadem illa ad sustinendam totius humani generis societatem atque concordiam erunt necessaria ? Si quis adversus hæc vim faciat, merito indignamini, exempla etiam pro flagitii magnitudine statuitis, non alia de causa, nisi quia, ubi ista passim licent, status imperii tranquillus esse non potest. Quod si rex in regem, populus in populum inique & violente agat, id nonne ad perturbandam magnæ illius civitatis quietem & ad summi custodis spectat injuriam ? Hoc interest, quod sicut magistratus minores de vulgo judicant, vos de magistratibus, ita omnium aliorum delicta cognoscenda vobis & punienda mandavit rex universi, vestra excepit sibi. Is autem quanquam supremam animadversionem sibi reservat, tardam, occultam, inevitabilem, nihilominus duos à se judices delegat, qui rebus humanis interfint, quos nocentium felicissimus non effugit, conscientiam cuiquam suam ; & famam sive existimationem alienam. Hæc tribunalia illis patent, quibus alia præclusa sunt : ad hæc infirmi provocant : in his vincuntur, qui vincunt viribus, qui licentiæ modum non statuunt, qui vili putant constare, quod emitur humano sanguine, qui injurias injuriis defendunt, quorum manifesta facinora necesse est & consentiente bonorum judicio damnari. & sui ipsorum animi sententia non absolvi. Ad utrumque hoc forum nos quoque novam causam asserimus : non hercule de stillicidiis aut tigno injuncto, quales esse privatorum solent, ac ne ex eo quidem genere, quod frequens est inter populos de agri jure in confinio hærentis, de amnis aut Insulæ possessione : sed de omni prope Oceano, de jure navigandi, de libertate commerciorum. Inter nos & Hispanos hæc controversa sunt : Sitne immensum & vastum mare regni unius nec maximi accessio : populone cuiquam jus sit volentes populos prohibere ne vendant, ne permutent, ne denique commeent inter sese : potueritne quisquam, quod suum nunquam fuit, elargiri, aut invenire, quod jam erat alienum : an jus aliquod tribuat manifesta longi temporis injuria. In hac disceptatione ipsis, qui inter Hispanos præcipui sunt divini atque humani juris magistri, calculum porrigimus, ipsius denique Hispaniæ propriis legibus imploramus. Id si nihil juvat, & eos, quos ratio certa convincet, cupiditas vetat desistere, vestram principes majestatem, vestram fidem, quotquot estis ubique gentes, appellamus. Non perplexam, non intricatam movemus quæstionem. Non de ambiguis in religione capitibus, quæ plurimum habere videntur obscuritatis, quæ tantis tam diu animis decertata, apud sapien-

tes hoc fere certum reliqverunt, nusqvam minus inveniri veritatem, qvam ubi cogitur assensus. Non de statu nostræ reipublicæ, & libertate armis haud parta, sed vindicata: de qva recte statuere ii demum possunt, qvi jura patria Belgarum, mores avitos, & institutum non in leges regnum, sed ex legibus principatum accurate cognoverint. In qva tamen qvæstione æqvis judicibus extremæ servitutis depulsa necessitas, subtilibus inqvisitionibus decreti tot nationum publica auctoritas, infensis etiam & malevolis adversariorum confessio nihil dubitandum reliqvit. Sed qvod hic proponimus, nihil cum istis commune habet. nullius indiget anxiæ disqvisitionis. non ex divini codicis pendet explicatione, cujus multa multi non capiunt, non ex unius populi scitis, qvæ ceteri meritò ignorant. Lex illa, è cujus præscripto judicandum est, inventu est non difficilis, utpote eadem apud omnes: & facilis intellectu, utpote nata cum singulis, singulorum mentibus insita. Jus autem, qvod petimus, tale est, qvod nec rex subditis negare debeat, neq; Christianus non Christianis. A natura enim oritur, qvæ ex æqvo omnium parens est, in omnes munifica, cujus imperium in eos extenditur, qvi gentibus imperant, & apud eos sanctissimum est, qvi in pietate plurimum profecerunt. Cognoscite hanc causam principes, cognoscite populi! si qvid iniqvum postulamus, scitis qvæ vestra, & è vobis eorum, qvi victoriores nobis estis, apud nos semper fuerit auctoritas. monete, parebimus. Qvin si qvid à nobis hac in re peccatum est, iram vestram, odium denique humani generis non deprecamur. Sin contra se res habet, qvid agendum sit, vestræ religioni & æqvitati relinqvimus. Olim inter populos humaniores summum nefas habebatur, armis eos impetere, qvi res suas arbitris permitterent. contra qvi tam æqvam conditionem recusarent, ii non ut unius, sed ut omnium hostes ope communi comprimebantur. Itaqve eam in rem videmus ista fœdera, judices constitutos. Reges ipsi validæqve gentes nihil æqve glorioſum, ac magnificum deputabant, qvam aliorum coërcere insolentiam, aliorum infirmitatem atqve innocentiam sublevare. Qvi si mos hodieqve obtineret, ut humanè nihil à se alienum homines arbitrarentur, profecto orbe non paulo pacatiore uteremur. refrigesceret enim multorum audacia, & qvi justitiam utilitatis causa nunc negligunt, injustitiam damno suo dedisserent. Sed hoc ut in causa isthac non frustra forte speramus, ita illud certo confidimus, bene rebus expensis existimaturos vos omnes imputari nobis non magis posse pacis moras, qvam belli causas: ac proinde, uti hactenus amici nobis faventes atqve benevoli fuistis, ita vos aut etiam magis in posterum fore, qvo nihil optatius iis potest contingere, qvi primam partem felicitatis putant benefacere, alteram bene audire.

HUGO

HUGONIS GROTII
MARE LIBERUM
SIVE
De Jure, qvod Batavis competit ad Indicana commercia,
DISSERTATIO.

Caput I.

Jure gentium qvibusvis ad qvosvis liberam esse navigationem.

PRopositum est nobis breviter ac dilucide demonstrare, jus esse Batavis, hoc est, Ordinum Federatorum Belgico Germaniæ subditis, ad Indos, ita uti navigant, navigare, cumqve ipsis commercia colere. Fundamentum struemus hanc juris Gentium, qvod primarium vocant, regulam certissimam, cujus perspicua atqve immutabilis est ratio: licere cuivis genti qvamvis alteram adire, cumqve ea negotiari. Deus hoc ipse per naturam loqvitur, cum ea cuncta qvibus vita indiget, omnibus locis suppeditari à natura non vult: artibus etiam aliis alias gentes dat excellere. Qvo ista? nisi qvod voluit mutua egestate & copia humanas foveri amicitias, ne singuli se putantes sibi ipsis sufficere, hoc ipso redderentur insociabiles? Nunc factum est, ut gens altera alterius suppleret inopiam, divinæ justitiæ instituto, ut eo modo (sicut Plinius dicit 1.) qvod genitum esset uspiam, apud omnes natum videretur. Poëtas itaqve canentes audimus: 1. Panegyr.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.

Item: 2. Virgil.

Excudent alii 2. & qvæ seqvuntur. Hoc igitur qvi tollunt, illam laudatissimam tollunt humani generis societatem, tollunt mutuas benefaciendi occasiones, naturam deniqve ipsam violant. Nam & ille, qvem Deus terris circumfudit Oceanus, undiqve & undiqve versus navigabilis, & ventorum flati aut extraordinarii flatus, non ab eadem semper, & à nulla non aliqvando regione spirantes, nonne significant satis concessum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? Hoc Seneca 3. summum Naturæ beneficium putat, qvod & vento gentes locis dissipatas miscuit, & sua omnia in regiones ita descripsit, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium. Hoc igitur jus ad cunctas gentes æqvaliter pertinet: qvod clarissimi Jurisconsulti 4. eo usqve producunt, ut negent ullam rempublicam aut Principem prohibere in universum posse, qvo minus alii ad subditos suos accedant, & cum illis negotientur. Hinc jus descendit hospitale sanctissimum: hinc qverelæ 5. 3. 3. 4. Nat. qv. 4. Inst. de rerum divis. §. 1. & L. nemo igitur. ff. eod. vide Gr. de jure belli lib. 1. c. 19. vid. L. mercatores C. de com. 5. Virg. 1. Æn.

Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.

1. 7. Æn. Et alibi 1.

- - - lituq; rogamus
Innocuum, & cunctis undamque auramq; patentem.

Et scimus bella quædam ex hac causa cœpisse, ut Megarensibus in Athenienses, Bononiensibus in Venetos. 2. Castellanis etiam in Americanos has justas potuisse belli causas esse. 3. & ceteris probabiliores Victoria. 4. putat, si peregrinari & degere apud illos prohiberentur, si arcerentur à participatione earum rerum, quæ jure gentium aut moribus communia sunt, si deniq; ad commercia non admitterentur. Cui simile est, quod in Mosis 5. historia & inde apud Augustinum 6. legimus, justa bella Israëlitas contra Amorræos gessisse, quia innoxius transitus denegabatur: qui *Jure Humanæ Societatis* æquissimo patere debebat. Et hoc nomine Hercules Orchomeniorum, Græci sub Agamemnone Mysorum Regi arma intulerunt. 7. quasi libera essent naturaliter itinera ut Baldus dixit: §. accusaturque à Germanis apud Tacitum 9. Romani, quod colloquia congressusque gentium arcerent, fluminaque & terras & cœlum quodammodo ipsum clauderent. Nec ullus titulus Christianis quondam in Sarracenos magis placuit, quam quod per illos terræ Judææ aditu arcerentur 10. Sequitur ex sententia Lusitanos, etiamsi domini essent earum regionum, ad quas Batavi proficiscuntur, injuriam tamen facturos, si aditum Batavis & mercatum præcluderent.

2. Diod. 11. Plut. Peric.
3. Sig. ult. de reb. Ital.
4. Vict. de Indis part. 2. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Adde Covarr. in c. peccatum §. 9. num. 4. ibi Quinta.
5. Num. c. 20.
6. Aug. l. 4. qu. 44. Supr. num. Et Est. c. ult. 23. 4. 2.
7. Sophocl. Trach.
8. 3. Cons. 293. 9. 4. Histor.
10. Alc. 7. Cons. 130. Covar. c. peccatum pag. 2. §. 9. Bart. ad L. 1. C. de Pagan.

Quanto igitur iniquius est volentes aliquos à volentium populorum commercio secludi, illorum opera, quorum in potestate nec populi isti sunt, nec illud ipsum, qua iter est; quando latrones etiam & piratas non alio magis nomine detestamur, quam quod illi hominum inter se commeatus obsident atque infestant?

Cap. II.

Lusitanos nullum habere jus dominii in eos Indos, ad quos Batavi navigant titulo inventionis.

NOn esse autem Lusitanos earum partium dominos, ad quas Batavi accedunt, puta lavæ, Taprobanæ, partis maximæ Moluccarum, certissimo argumento colligimus, quia domino nemo est ejus rei, quam nec ipse unquam nec alter ipsius nomine possedit. Habent insulæ istæ, quas dicimus, & semper habuerunt suos Reges, suam rempublicam, suas leges, sua jura: Lusitanis mercatus, ut aliis gentibus conceditur: itaque & tributa cum pendunt, & jus mercandi à Principibus exorant, dominos se non esse, sed ut externos advenire satis testantur: ne habitant quidem nisi precario. Et quanquam ad dominium titulus non sufficiat, quia & possessio requiritur, cum aliud sit rem habere, aliud jus ad rem consequendam, tamen ne titulum quidem dominii in eas

partes

partes Lusitanis ullum esse affirmo, qvem non ipsis eripuerit Doctorum, & qvidem Hispanorum sententia. Primum si dicent inventionis præmio eas terras sibi cessisse, nec jus, nec verum dicent. Invenire enim non illud est oculis usurpare, sed apprehendere, ut Gordiani epistola ostenditur 1. unde Grammatici invenire & occupare pro verbis ponunt idem significantibus: & tota Latinitas qvod adepti sumus, id demum invenisse nos dicit, cui oppositum est perdere. 2. Qvin & ipsa naturalis ratio, & legum diserta verba, 3. & eruditorum interpretatio manifestè ostendit, & ad titulum dominii parandum eam demum sufficere inventionem, qvæ cum possessione conjuncta est, ubi scilicet res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atqve custodia sepiuntur. 4. qvod in hac specie dici nullo modo potest. Nam præsidia illuc Lusitani nulla habent. Qvid qvod ne reperisse qvidem Indiam ullo modo dici possunt Lusitani, qvæ tot à seculis fuerat celeberrima. Jam ab Horatii tempore:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens 5.

Taprobanes pleraqve qvam exacte nobis Romani descripsere. 6. Jam vero & cæteras insulas ante Lusitanos non finitimi tantum Persæ & Arabes, sed Europæi etiam, præcipue Veneti noverant. Præterea inventio nihil juris tribuit, nisi in ea, qvæ ante inventionem nullius fuerant. 7. Atqvi Indi cum ad eos Lusitani venerunt, etsi partim idololatræ, partim Mahumetani erant, gravibusqve peccatis involuti, nihilominus publice atqve privatim rerum possessionumqve suarum dominium habuerunt, qvod illis sine justa causa eripi non potuit. 8. Ita certissimis rationibo post alios auctores maxime nominis concludit Hispanus Victoria. 9. *Non possunt*, inqvit, *Christiani seculares aut Ecclesiastici potestate civili privare infideles, eo duntaxat titulo, qvia infideles sunt, nisi ab eis alia injuria profecta sit:* Fides enim, ut recte inqvit Thomas. 10. non tollit jus naturale aut humanum, ex qvo dominia profecta sunt. Imo credere, infideles non esse rerum suarum dominos, hæreticum est: Et res ab illis possessas illis ob hoc ipsum eripere furtum est, & rapina, non minus, qvam si idem fiat Christianis. Recte igitur dicit Victoria 11. non magis ista ex causa Hispanis jus in Indos qvæsitum, qvam Indis fuisset in Hispanos, si qvi illorum priores in Hispaniam venissent. Neqve vero sunt Indi Orientis amentes & insensati, sed ingenioſi & solertes, ita ut ne hinc qvidem prætextus subjiciendi possit desumi, qvi tamen per se satis est manifestæ iniqvitatis. Jam olim Plutarchus φεύγειν πλεονεξίας fuisse dicit ἡμερώσαι τὸ βαρβαρικὸν, improbam scilicet alieni cupiditatem hoc sibi velum obtendere, qvod barbariem mansvefacit. Et nunc etiam color ille redigendi invitas gentes ad mores humaniores, qvi Græcis olim & Alexandro usurpatus est, à Theologis omnibus, præsertim Hispanis, improbus atqve impius censetur.

1. L. Si Barsatorem C. de fidejuss. Non. Marc. c. 4. in verbo occupare Vid. Conan. comm.
2. Juris Civil. l. 3. c. 3. infin. Vide Donell. de Jure Civil. l. 4. c. 10.
3. Inst. de rerum divis. §. illud qvæsitum est.
4. L. 3. §. Neratius in fine, ff. de acqv. poss.
5. Lib. I. ep. 1.
6. Vide Plin. Nat. Hist. L. 6. c. 22.
7. L. 3. ff. de acqvir. rerum dom.
8. Covarr. in c. peccatum §. 10. n. 2. & 4. & 5.
9. De potest. Civili, part. I. n. 9.
10. qvæst. 10. art. 12.
11. Vict. de Indis parte I. n. 4. 5. 6. 7. & n. 19.
12. Vide Vasq. in præf. n. 5.

Cap. III.

Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.

SEcundo si Pontificis Alexandri Sexti divisione utentur, ante omnia illud attendendum est, volueritne Pontifex contentiones tantùm Lusitanorum & Castellanorum dirimere, qvod potuit sane, ut lectus inter illos arbiter, si-
cut & ipsi Reges jam ante inter se ea de re fœdera qvædam pepigerant 1. & hoc si ita est, cum res inter alios acta sit, ad ceteras gentes non pertinebit: an verò prope singulos Mundi trientes duobus populis donare. Qvod etsi voluisset, & potuisset Pontifex, non tamen continuo sequeretur dominos eorum locorum esse Lusitanos, cum donatio dominum non faciat, sed secuta traditio: 2. qvare & huic causæ possessio deberet accedere. Tum vero si qvi jus ipsum sive divinum sive humanum scrutari volet, non autem ex commodo suo metiri, facile deprehendet donationem ejusmodi ut rei alienæ nullius esse momenti. Disputationem de potestate Pontificis, hoc est, Episcopi Romanæ Ecclesiæ, hic non aggrediar, nec qvicqvam ponam nisi ex hypothesi, hoc est, qvod confitentur homines inter eos eruditissimi, qvi plurimum Pontificiæ tribuunt auctoritati: maximè Hispani: qvi cum pro sua perspicacia facile vident Dominum Christum omne à se terrenum imperium abdicasse 3. mundi certe totius dominium, qva homo fuit, non habuisse, & si habuisset, nullis tamen argumentis astrui posse jus illud in Petrum, aut Romanam Ecclesiam Vicarii jure translatum: cum aliàs etiam certum sit, multa Christum habuisse, in qvæ Pontifex non successerit 4. intrepide affirmarunt (utar ipsorum verbis) Pontificem non esse dominum civilem aut temporalem totius orbis 5. Imo etiam si qvam talem potestatem in mundo haberet, eam tamen non rectè exerciturum, cum spirituali sua jurisdictione contentus esse debeat, secularibus autem Principibus eam concedere nullo modo posse. Tum verò si qvam habeat potestatem 6. eam habere, ut loqvuntur, in ordine ad spiritualia. Qvocirca nullam illi esse potestatem in populos infideles, ut qvi ad Ecclesiam non pertineant 7. Unde sequitur, ex sententia Cajetani 8. & Victoriæ & potioris partis tam Theologorum qvam Canonistarum 9. non esse idoneum titulum adversus Indos, vel qvia Papa dederit provincias illas tanqvam dominus absolute, vel qvia non recognoscunt dominum Papæ: atqve adeò ne Sarracenos qvidem isto titulo unqvam spoliatos.

1. Vide Osoriū.
2. Vide Instit. de rerum div. §. per tradit. 3. Luc. 12. 14. Joh. 18. 36.
4. Vict. de Indis p. 1. n. 25. Vict. 16. n. 27.
5. Vide Vasq. c. 1. controv. ill. Turr. crem. lib. 2. c. 1. 2. 3. Hugo 69. dist. cum ad Verum Bern. in 2. lib. adang. Vict. de Ind. p. 1. n. 27. Cov. in c. pec. §. 9. n. 7.
6. Matth. 20. 26. Joh. 6. 15. Matth. 17. 27.
7. Vict. ibid. n. 28. Cov. de loco 1. Cor. 5. in fine Thom. 2. 2. 12. 2. Ayala lib. 1. cap. 2. n. 29. Vict. ibid. n. 30. Cov. de loco.
8. Vide locum Cajetani infr.
9. Thom. 2. 2. qv. 66. art. 8. Silv. de infin. §. 7. Inn. in c. qvod super his de voto. Vict. n. 31. 40. d. num 31.

Cap. IV.

Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.

HIs igitur sublatis cum manifestum sit, qvod & Victoria scribit, 10. Hispanos ad terras remotiores illas navigantes nullum jus secum attulisse occupandi eas provincias, unus duntaxat titulus belli restat, qvi & ipse si justus esset, tamen ad dominium proficere non posset, nisi jure prædæ, hoc est post occupationem. Atqvit antum abest, ut Lusitani eas res occupaverint, ut cum

cum plerisq; gentibus, qvas Batavi acceſſerunt, bellum eo tempore nullum habebant. Et ſic igitur nullum jus illis qværi potuit: cum etiam ſi qvas ab Indis pertuliſſent injurias, eas longa pace & amicis commerciis remiſiſſe meritò cenſeatur. Qvanqvam ne fuit qvidem, qvod bello obtenderent. Nam qvi Barbaros bello perſeqvuntur, ut Americanos Hiſpani, duo ſolent prætexere, qvod ab illis commercio arceantur, aut qvod doctrinam veræ religionis illi nolint agnoſcere. Et commercia qvidem Luſitani ab Indis impetrarunt, ut hac in parte nihil habeant, qvod qveramtur. Alter vero 1. obtentus nihilo eſt juſtior, qvam ille Græcorum in Barbaros, qvo Boëtius 2. reſpexit:

An diſtant qvia diſſidentqve mores,
Injuſtas acies, & fera bella movent,
Alternisq; volunt perire telis?
Non eſt juſta ſatis ſevitiæ ratio.

1. Vide Vaſq. c.14.contr.illſ. Vict.p.2. de Indis num.10. 2.Met.4.lib.4. de Conſol.

Iſta autem & Thomæ & Concilii Toletani & Gregorii & Theologorum Canoniſtarum, Jurisprudentiumq; ferè omnium concluſio eſt 3. Qvantumcunq; fides annunciata ſit Barbaris (nam de his, qvi ſubditi ante fuerunt Chriſtianis Principibus, item de Apoſtatis alia eſt qvæſtio) probabiliter & ſufficienter, & ſi noluerint eam reſpicere, non tamen licere hâc ratione eos bello perſeqvi, & ſpoliare bonis ſuis 4. Operæ pretium eſt in hanc rem ipſa Cajetani verba deſcribere 5. *Qvidam,* ait, *infideles nec de jure nec de facto ſubſunt ſecundum temporalem jurisdictionem Principibus Chriſtianis, ut inveniuntur pagani, qvi nunqvam imperio Romano ſubditi fuerunt, terras habitantes, in qvibus Chriſtianum nunqvam fuit nomen. Horum namq; domini, qvamvis infideles, legitimi domini ſunt ſive regali ſive politico regimine gubernantur: nec ſunt propter infidelitatem à dominio ſuorum privati, qvum dominium ſit ex jure poſitivo, & infidelitas ex divino jure, qvod non tollit jus poſitivum, ut ſuperius in qvæſtione habitum eſt. Et de his nullam ſcio legem qvoad temporalia. Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec Eccleſia Romana poteſt movere bellum ad occupandas terras eorum, aut ſubjiciendos illos temporaliter: qvia nulla ſubeſt cauſa juſta belli, cum Jeſus Chriſtus Rex Regum, cui data eſt poteſtas in cœlo & in terra, miſerit ad capiendam poſſeſſionem mundi, non milites armata militia, ſed ſanctos prædicatores, ſicut oves inter lupos. Unde nec in teſtamento veteri, ubi armata manu poſſeſſio erat capiendæ, terræ infidelium inductum lego bellum alicui propter hoc, qvod non erant fideles: ſed qvia nolebant dare tranſitum, vel qvia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent ſua, divina largitate ſibi conceſſa. Unde* graviſſimè peccaremus, *ſi fidem Chriſti Jeſu per hanc viam ampliare contenderemus: nec eſſemus* legitimi Domini *illorum: ſed* magna latrocinia *committeremus, & teneremur ad reſtitutionem, utpote* injuſti debellatores aut occupatores. *Mittendi eſſent ad hos prædicatores boni viri, qvi verbo & exemplo converterent eos ad Deum: & non qvi eos opprimant, ſpolient, ſcandalizent, ſubjiciant, & duplo gehennæ filios*

3.2.2. q. 10. art.8.c. de Judæis diſt. 45.c. qvi ſincera. eadem diſt. Innoc.de loco Bartol. ad l. 1. C.de pag.Covarr.ad c.peccatum. p. 2.§. 9. & 10. Ayala de jure belli l. 1.c.2.n.28.arg 4.Maet.10. 23. 5.Ad Sum. Thom.2.2.q. 66..art.8.

filios faciant, more Phariſæorum. Et in hanc formam audimus ſæpe à Senatu in Hiſpania, & Theologis præcipue Dominicanis decretum fuiſſe, ſola verbi prædicatione, non bello, Americanos ad fidem traducendos: libertatem etiam, qvæ illis eo nomine erepta eſſet, reſtitui debere, qvod à Paulo tertio Pontifice, & Carolo V. Imperatore, Hiſpaniarum Rege comprobatum dicitur. Omittimus jam, Luſitanos in plerisqve partibus religionem nihil promovere, ne operam qvidem dare, cum ſoli lucro invigilent. Imò & illud ibi verum eſſe, qvod de Hiſpanis in America Hiſpanus ſcripſit, non miracula, non ſigna audiri, non exempla vitæ religioſæ, qvæ ad eandem fidem alios poſſent impellere, ſed multa ſcandala, multa facinora, multas impietates. Qvare cum & poſſeſſio & titulus deficiat poſſeſſionis, neqve res ditionesqve Indorum pro talibus haberi debeant qvaſi nullius ante fuiſſent, neqve cum illorum eſſent, ab aliis recte acqviri potuerint, ſeqvitur Indorum populos, de qvibus nos loqvimur, Luſitanorum proprios non eſſe, ſed liberos, & ſui juris: de qvo ipſi doctores Hiſpani non dubitant 1.

1. Vict. in fine para. 2. 1. relection. de Indis.

CAP. V.

Mare ad Indos aut jus eo navigandi non eſſe proprium Luſitanorum titulo occupationis.

Si ergo in populos terras qve & ditiones Luſitani jus nullum qvæſiverunt, videamus an mare & navigationem, aut mercaturam ſui juris facere potuerint. De mari autem prima fit conſideratio, qvod cum paſſim in jure aut nullius, aut commune, aut publicum Juris gentium dicatur, hæ voces, qvid ſignificent, ita commodiſſime explicabitur, ſi Poëtas ab Heſiodo omnes, & Philoſophos, & Jurisconſultos veteres imitati in tempora diſtingvamus, ea, qvæ tempore forte haud longo, certa tamen ratione & ſui natura diſcreta ſunt. Neqve nobis vitio verti debet, ſi in juris à natura procedentis explicatione, auctoritate, & verbis eorum utimur, qvos conſtat naturali judicio plurimum valuiſſe. Sciendum eſt igitur in primordiis vitæ humanæ aliud qvam nunc eſt dominium, aliud communionem fuiſſe. 2. Nam dominium nunc proprium qvid ſignificat, qvod ſcilicet ita eſt alicujus, ut alterius non ſit eodem modo. Commune autem dicimus, cujus proprietas inter plures conſortio qvodam aut conſenſu collata eſt excluſis aliis. Lingvarum paupertas coëgit voces easdem in re non eadem uſurpare. Et ſic iſta moris noſtri nomina ad jus illud priſtinum ſimilitudine qvadam & imagine referuntur. Commune igitur tunc non aliud fuit, qvam qvod ſimpliciter proprio opponitur: Dominium autem facultas non injuſta utendi re communi, qvem uſum Scholaſticis 3. viſum eſt facti non juris vocare, qvia qvi nunc in jure uſus vocatur, proprium eſt qviddam, aut ut illorum more loqvar, privativè ad alios dicitur. Jure primo Gentium, qvod & naturale interdum dicitur, & qvod Poëtæ alibi ætate aurea, alibi Saturni aut Juſtitiæ regno depingunt, nihil proprium fuit: qvod Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura.* Et Horatius: *Nam*

2. Vide Gloſ. & Caſtr. in l. ex hoc jure & c. jus nat. diſt. 1.

3. Vide Vaſq. controv. uſu freq. cap. 1. n. 10. c. exiit qvi ſeminat. de verb. ſig. in 6. clem. exivi de paradiſo de verb. ſign.

Nam propriæ *telluris* herum natura *nec illum,*
Nec me, nec quenquam ſtatuit.

Neqve enim potuit natura dominos diſtingvere. Hoc igitur ſignificatu res omnes eo tempore communes fuiſſe dicimus, idem innuentes, qvod Poëtæ, cum primos homines in medium qvæſiviſſe,& Juſtitiam caſto fœdere res medias tenuiſſe dicunt : qvod, ut clarius explicent,negant eo tempore campos limite partitos, aut commercia fuiſſe ulla.

promiſcua rura per agros
Præſtiterant cunctis communia *cuncta* videri 1.

1. Avienus in Arat.

Rectè additum eſt *videri,* propter translationem, ut diximus vocabuli.Communio autem iſta ad uſum referebatur;

- - - *pervium cunctis iter,*
Communis uſus *omnium rerum fuit.*

2. Seneca Octavia.

Cujus ratione dominium qvoddam erat, ſed univerſale,& indefinitum: Deus enim res omnes non huic aut illi dederat,ſed humano generi,atqve eo modo plures in ſolidum ejusdem rei domini eſſe non prohibebantur:qvod ſi hodierna ſignificatione ſumamus dominium, contra omnem eſt rationem. Hoc enim proprietatem includit, qvæ tunc erat penes neminem.

Aptiſſimè autem illud dictum eſt:

- - *omnia rerum*
Uſurpantis erant. 3

3. Avienus.

Adeam verò,qvæ nunc eſt,dominiorum diſtinctionem non impetu qvodam, ſed paulatim ventum videtur,initium ejus monſtrante natura. Cum enim res ſint nonnullæ,qvarum uſus in abuſu conſiſtit, aut qvia converſæ in ſubſtantiam utentis nullum poſtea uſum admittunt,aut qvia utendo fiunt ad uſum deteriores, in rebus prioris generis,ut cibo & potu, proprietas ſtatim qvædam, ab uſu non ſejuncta emicuit 4. Hoc enim eſt proprium eſſe,ita eſſe cujusqvam ut & alterius eſſe non poſſit ; qvod deinde ad res poſterioris generis, veſtes puta, & res mobiles alias aut ſe moventes ratione qvadam productum eſt. Qvod cum eſſet, ne res qvidem immobiles omnes, agri puta,indiviſæ manere potuerunt: qvanqvam enim horum uſus non ſimpliciter in abuſu conſiſtat, eorum tamen uſus abuſus cujusdam c[illegible]a comparatus eſt, ut arva & arbuſta cibi cauſa, paſcua etiam veſtium: omnium autem uſibus promiſcue ſufficere non poſſunt. Repertæ proprietati lex poſita eſt , qvæ naturam imitaretur. Sicut enim initio per applicationem corporalem uſus ille habebatur , unde proprietatem primum ortam diximus,ita ſimili applicatione res proprias cujusqve fieri placuit. Hæc eſt,qvæ dicitur occupatio,voce accommodatiſſima ad eas res, qvæ ante in medio poſitæ fuerant : qvo Seneca Tragicus alludit 5.

4. ff. de uſufr. earū rer. qvæ uſu conſ. Extrav. de verb. ſign. ad conditorem & qvia qvorundam Thom. 2. 278.

5. Sen. Thyeſt.

- - - in medio *eſt ſcelus*
Poſitum occupandi.

1. Sen. Ben. l. 7. c. 12. 2. Decl. 13. 3. De off. 1. Et Philosophus 1. *Equestria* omnium *Equitum Romanorum sunt: in illis tamen locus meus sit* proprius, *quem* occupavi. Hinc 2. Qvintilianus dicit, qvod omnibus nascitur, industriæ esse præmium; & Tullius: 3. factas esse veteri occupatione res eorum, qvi qvondam in vacua venerant. Occupatio autem hæc in rebus, qvæ possessioni renituntur, ut sunt feræ bestiæ, perpetua esse debet, in aliis sufficit, corpore cœptam possessionem animo retineri. Occupatio in mobilibus est apprehensio, in immobilibus instructio aut limitatio: unde Hermogenianus, cum dominia directa dicit, addit, agris terminos positos, ædificia collocata. 4. Hic rerum status à Poëtis indicatur.

4. L. ex hoc jure. ff. de Just. & jure.

Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inventum:

5. Virgil. 1. Georg.

Tum primum subiere domos 5.
Communemqve prius, *ceu lumina solis & auræ*
Cautus humum longo signavit limite *messor* 6.

6. Ovid. in Metamorphos.

Celebratur post hæc: ut Hermogenianus indicat, commercium, cujus gratia:

7. Ovid.

Fluctibus ignotis insultavere carinæ 7.

Eodem autem tempore & respublicæ institui cœperunt: atqve ita earum, qvæ à prima communione divulsa erant, duo facta sunt genera. Alia enim sunt publica, hoc est, populi propria, (qvæ est genuina istius vocis significatio) alia mere privata, hoc est, singulorum. Occupatio autem publica eodem modo fit, qvo privata. Seneca 8. *Fines Athenienſium, aut Campanorum vocamus, qvos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* Gens enim unaqvæqve:

8. De benef. 7. 4.

9. Seneca Octav.

Partita fines *regna constituit, novas*
Extruxit urbes 9.

10. Offic. 1.

Hoc modo dicit Cicero 10. agrum Arpinatem Arpinatum dici, Tusculanum Tusculanorum, *similiq́, est*, inqvit, *privatarum possessionum descriptio, ex qvo qvia suum cujuq́, sit, eorum, qvæ naturæ fuerant* communia, *qvod cuique obtigit, id qviq́, teneat.* Contra autem Thucydides 11. eam terram, qvæ in divisione populo nulli obvenit, ἀόριστον, hoc est, indefinitam, & limitibus nullis circumscriptam vocat 12. Ex his, qvæ hactenus dicta sunt, duo intelligi possunt. Prius est, eas res, qvæ occupari non possunt, aut occupatæ nunqvam sunt, nullius proprias esse posse: qvia omnis proprietas ab occasione cœperit. Alterum verò, eas res omnes, qvæ ita à natura comparatæ sunt, ut aliqvo utente nihilominus aliis qvibusvis ad usum promiscue sufficiant, ejus hodieq; conditionis esse, & perpetuo esse debere, cujus fuerunt, cum primum à natura proditæ sunt. Hoc Cicero voluit 13. *Ac latiſſime qvidem patens, hominibus inter ipſos omnibus inter omnia ſocietas hæc eſt, in qva omnium rerum, qvas ad communem uſum natura genuit, eſt ſervanda communitas.* Sunt autem omnes res hujus generis, in qvibus sine detrimento alterius alteri commodari potest. Hinc illud esse dicit Cicero; *Non prohibere aqva profluente.* Nam aqva profluens

11. Lib. 1.

12. Vide Duar. in tit. de rer. div. & qval.

13. Offic.

fluens qva talis non qva flumen eſt, inter communia omnium à Jurisconſultis refertur: & à Poëta 1.

Quid prohibet is aqvas? uſus communis *aquarum eſt.*
Nec ſolem proprium Natura, *nec* aëra *fecit,*
Nec tenues undas, *in* publica *munera veni.*

1. Ovid. lib. 6. Metamorph.

Dicit hæc non eſſe natura propria, ſicut Ulpianus 2. natura omnibus patere, tum qvia primum à natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt (ut loqvitur 3. Neratius) tum qvia, ut Cicero dicit, à natura ad uſum communem genita videntur. Publica autem vocat tralatitia ſignificatione, non qvæ ad populum aliqvem, ſed qvæ ad ſocietatem humanam pertinent, qvæ publica Jurisgentium in Legibus vocantur 4. hoc eſt, communia omnium, propria nullius. Hujus generis eſt Aër, duplici ratione, tum qvia occupari non poteſt, tum qvia uſum promiſcuum hominibus debet. Et eisdem de cauſis commune eſt omnium Maris Elementum, infinitum ſcilicet ita, ut poſſideri non qveat, & omnium uſibus accommodatum: ſive navigationem reſpicimus, ſive etiam piſcaturam. Cujus autem juris eſt mare, ejusdem ſunt, ſi qva mare aliis uſibus eripiendo ſua fecit, ut arenæ maris, qvarum pars terris continua littus dicitur 5. Recte igitur Cicero 6. *qvid tam* commune *qvam* mare *fluctuantibus*, littus *ejectis*? Etiam Virgilius auram, undam, littus cunctis patere dicit. Hæc igitur ſunt illa qvæ Romani vocant communia omnium jure naturali 7. aut qvod idem eſſe diximus, publica jurisgentium, ſicut & uſum eorum modo communem, modo publicum vocant. Qvanqvam verò etiam ea nullius eſſe, qvod ad proprietatem attinet, recte dicantur, multum tamen differunt ab his, qvæ nullius ſunt, & communi uſui attributa non ſunt, ut feræ, piſces, aves: nam iſta ſi qvis occupet, in jus proprium tranſire poſſunt, illa vero totius humanitatis conſenſu proprietati in perpetuum excepta ſunt propter uſum, qvi cum ſit omnium, non magis omnibus ab uno eripi poteſt, qvàm à te mihi qvod meum eſt. Hoc eſt, qvod Cicero dicit, inter prima eſſe Juſtitiæ munera, rebus communibus pro communibus uti. Scholaſtici dicerent eſſe communia alia affirmative, alia privative. Diſtinctio hæc non modo Jurisprudentibus uſitata eſt, ſed vulgi etiam confeſſionem exprimit: unde apud Athenæum convivator mare commune eſſe dicit, ad piſces capientium fieri. Et in Plautina Rudente ſervo dicenti, *Mare qvidem commune certo eſt omnibus*, aſſentit piſcator, addenti autem, *In mari inventum eſt, commune eſt*, recte occurrit:

Meum qvod rete atq; hami nacti ſunt, meum potiſſimum eſt.

2. L. Venditor. ff. com. præd.
3. L. qvod in littore ff. de acq. rer. dom. loco cit. Vide Comi. commun. civ. lib. 3. cap. 2. Donell. lib. 4. c. 2.
4. L. ult. de uſucap.
5. Ariſt. de rer. div.
6. loco citato.
7. Inſt. de rer. div. §. & qvidem naturali, & §. littorum. ff. de rer. div. l. 1. & l. 2. l. Ariſt. eod. tit. L. qvod in Littore. L. qvamvis. de acq. rer. dom. L. ſi qvis me de Injur. L. littora. Ne qvid in l. publ. cum L. ſeq.

Mare igitur proprium omnino alicujus fieri non poteſt, qvia natura commune hoc eſſe non permittit, ſed jubet, imo ne littus qvidem: 8. niſi qvod hæc addenda eſt interpretatio: ut ſi qvid earum rerum per naturam occupari poſſit, id eatenus occupantis fiat, qvatenus ea occupatione uſus ille promiſcuus non

8. Vide Don. l. 4. c. 2.

læditur. Qvod merito receptum est: nam cum ita se habet, cessat utraqve exceptio, per qvam evenisse diximus, ne omnia in jus proprium transcriberentur 1. Qvoniam igitur inædificatio species est occupationis, in littore licet ædificare 2. si id fieri potest sine ceterorum incommodo; ut Pomponius loqvitur, qvod ex Scævola explicabimus, nisi usus publicus, hoc est communis impediretur. Et qvi ædificaverit, soli dominus fiet: qvia id solum nec ullius proprium, nec ad usum communem necessarium fuit, est igitur occupantis: sed non diutius, qvam durat occupatio, qvia reluctari mare possessioni videtur, exemplo feræ, qvæ si in naturalem se libertatem receperit, non ultra captoris est, ita & littus postliminio mari cedit. Qvicqvid autem privatum fieri occupando, idem & publicum, hoc est populi proprium posse ostendimus 3. Sic littus Imperii Romani finibus inclusum, populi Romani esse Celsus existimat: qvod si ita est, minime mirandum est, eundem populum subditis suis occupandi littoris modum per Principem aut Prætorem potuisse concedere. Ceterum & hæc occupatio non minus qvam privata ita restringenda est, ne ulterius porrigatur, qvam uti salvus sit usus Jurisgentium. Nemo igitur potest à Populo Romano ad littus maris accedere prohiberi, & retia siccare, & alia facere, qvæ semel omnes homines in perpetuum sibi licere voluerunt. 4. Maris autem natura hoc differt à littore, qvod mare nisi exigua sui parte nec inædificari facile, nec includi potest: & ut posset, hoc ipsum tamen vix contingeret, sine usus promiscui impedimento. Si qvid tamen exiguum ita occupari potest, id occupanti conceditur, Hyperbole est igitur

Contracta pisces æqvora sentiunt
Jactis in altum molibus 5.

Nam Cellus jactas in mare pilas ejus esse dicit, qvi jecerit 6. Sed id non concedendum, si deterior maris usus eo modo futurus sit. Et Ulpianus eum, qvi molem in mare jacit, ita tuendum dicit, si nemo damnum sentiat 7. Nam si cui hæc res nocitura sit, Interdictum utiqve, ne qvid in loco publico fiat competiturum. Ut & Labeo, si qvid tale in mare struatur. Interdictum vult competere, Ne qvid in Mari, qvo portus, statio, iterve navigiis deterius sit, fiat. 8. Qvæ autem navigationis, eadem piscatus habenda est ratio, ut communis maneat omnibus. Neqve tamen peccabit, si qvis in maris diverticulo piscandi locum sibi palis circumsepiat, atqve ita privatum faciat: sicut Lucullus exciso apud Neapolim monte ad villam suam maria admisit 9. Et hujus generis, puto fuisse piscinas maritimas, qvcrum Varro & Columella meminerunt. Nec Martialis alio spectavit, cum de Formiano Apollinaris loqvitur 10.

Si qvando Nereus *sentit Æoli regnum.*
Ridet procellas tuta de suo *mensa.*

Et Ambros. 11. *Inducis mare intra prædia tua, ne desint belluæ.* Hinc apparere potest, qvæ mens Pauli fuerit, cum dicit, 12. si maris proprium jus ad aliqvem perti-

1. Inst. de rer. div. §. litt. I. riarum. §. 1. ff. de rer. div. l. fluminū. ff. de damno inf.
2. L. qvamvis de acq. rer. dom. L. in littore. Neqvid in l. publ. L. Arist. de rer. div. L. qvod in litt. de acq. rer. dom.
3. d. L. littora ne qvid in l. p. Don. L. 4. c. 2. & c. 9. ad L. qvamvis de acq. rer. dom. L. 2. in princ. & §. merito. & §. si qvis à Princ. Neqvid in loco publ.
4. L. Nemo igitur. ff. de rer. div. Vid. d. l. littora. ff. Neqvid in l. pub.
5. Horat.
6. d. l. littora.
7. L. 2. ne qvid in l. publ. §. Adv.
8. L. 1. §. si in mare. ff. de fluminibus.
9. Plin. lib. 10. c. 54.
10. Lib. 10. Epigr. 10.
11. De Nab. c 3.
12. L. sane si maris ff. de

pertineat. Uti possidetis interdictum ei competere. Esse qvidem hoc Interdictum ad privatas causas comparatum, non autem ad publicas, (in qvibus etiam ea comprehenduntur, qvæ jure gentium communi facere possumus) sed hic jam agi de jure fruendo, qvod ex causa privata contingat, non publica, sive communi. Nam teste Marciano, 1. qvicqvid occupatum est & occupari potuit, id jam non est jurisgentium, sicut est mare: exempli causa, si qvis Lucullum aut Apollinarem in privato suo, qvatenus diverticulum maris incluserant, piscari prohibuisset, dandum illis interdictum Paulus putavit, non solum iniuriarum actionem, ob causam scilicet privatæ possessionis 2. Imo in diverticulo maris, sicut in diverticulo fluminis, si locum talem occuparim, ibiqve piscatus sim, maxime si animum privatim possidendi plurium annorum continuatione testatus fuerim, alterum eodem jure uti prohibebo: ut ex Marciano colligimus, non aliter, qvam in lacu, qvi mei dominii est. Qvod verum qvam diu durat occupatio, qvemadmodum in littore antea diximus. Extra diverticulum idem non erit, ne scilicet communis usus impediatur 3. Ante ædes igitur meas aut prætorium ut piscari aliqvē prohibeant usurpatum qvidē est, sed nullo jure, adeo qvidem ut Ulpianus contemta ea usurpatione, si qvis prohibeatur, injuriarum dicat 4. agi posse. Hoc imperator Leo (cujus Legibus non utimur) contra juris rationem mutavit, voluitqve θεσίφυα, hoc est, vestibula maritima eorum esse propria, qvi oram habitarent, ibiqve eos jus piscandi habere 5. qvod tamen ita procedere voluit, ut septis qvibusdam remoratoriis, qvas ἐπογὰς Græci vocant, locus ille occuparetur: existimans nimirum, non fore ut qvis exiguam maris portionem alteri invideret, qvi ipse toto mari ad piscandum admitteretur. Certe ut qvis magnam maris partem, etiamsi possit, publicis utilitatibus eripiat, non tolerandæ est improbitatis: in qvam merito Vir sanctus 6. invehitur. Spatia Maris *sibi vindicant* jure mancipii, *piscumqve jura sicut vernaculorum conditione sibi servitii subjectæ commemorant. Iste, inqvit, sinus maris meus est: ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes.* Est igitur Mare in numero earum rerum, qvæ in commercio non sunt 7. hoc est, qvæ proprii juris fieri non possunt. Unde seqvitur, si proprie loqvamur, nullam Maris partem in territorio populi alicujus posse censeri. Qvod ipsum Placentinus sensisse videtur, cum dixit, Mare ita esse commune, ut in nullius dominio sit, nisi solius Dei: & Johannes Faber, cum mare asserit relictum in suo jure & esse primævo, qvo omnia erant communia 8. Alioqvin nihil different, qvæ sunt omnium communia ab his, qvæ publica proprie dicuntur, ut mare à flumine. Flumen populus occupare potuit, ut incluſum finibus suis, mare non potuit. Territoria autem sunt ex occupationibus populorum, ut privata dominia ex occupationibus singulorum. Vidit hoc Celsus, qvi clare satis distingvit inter littora 9. qvæ populus Romanus occupare potuit, ita tamen ut usui communi non noceretur, & mare, qvod pristinam natu-

1. L. nemo igitur ff. de rer. div.

2. L. si qvisqvam, de divers. & temp. præscr.

3. L. præscriptio ff. de us.

4. L. injuriarum. §. ult. ff. de injuriis, de l. injuriarum §. si qvis me.

5. Novella Leo 102. 103. 104. Vide Cujac. 14. obs. 1.

6. Ambros. lib. 5. Hex. c. 10.

7. Donell. lib. 4. c. 6.

8. Joh. Faber ad d. §. Littorum inst. de rer. div. adde D.D. ad L. ἀξίωσις ff. ad l. Rhodiā.

9. L. Littora. Ne qvid in loco publ.

ram retinuit. Nec ulla lex diverſum indicat 1. Qvæ vero leges à contrariæ ſententiæ auctoribus citantur, aut de inſulis loqvuntur, qvas clarum eſt occupari potuiſſe, aut de portu, qvi non communis eſt, ſed proprie publicus. Qvi vero dicunt mare aliqvod eſſe Imperii Romani, dictum ſuum ita interpretantur, ut dicant jus illud in mare ultra protectionem & jurisdictionem non procedere: qvod illi jus à proprietate diſtingvunt: nec forte ſatis animadvertunt id ipſum, qvod Populus Rom. claſſes præſidio navigantium diſponere potuit, & deprehenſos in mari piratas punire, non ex proprio ſed ex communi jure accidiſſe, qvod & aliæ liberæ gentes in mari habent. Illud interim fatemur, potuiſſe inter gentes aliqvas convenire, ut capti in maris hac vel illa parte, hujus aut illius reipublicæ judicium ſubirent, atqve ita ad commoditatem diſtingvendæ jurisdictionis in mari fines deſcribi, qvod ipſos qvidem eam ſibi legem ferentes obligat 2. at alios populos non item: neq; locum, cujus proprium facit, ſed in perſonas contrahentium jus conſtituit. Qvæ diſtinctio ut naturali rationi conſentanea eſt, ita Ulpiani reſponſo qvodam comprobatur, qvi rogatus an duorum prædiorum maritimorum dominus, alteri eorum, qvod venderet ſervitutem, potuiſſet imponere, ne inde in certo maris loco piſcari liceret, reſpondet; rem qvidem ipſam, mare ſcilicet ſervitute nulla affici potuiſſe, qvia per naturam hoc omnibus pateret, ſed cum bona fides contractus legem venditionis ſervari expoſceret, perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium per iſtam legem obligari. Verum eſt loqvi Jurisconſultum de prædiis privatis, & lege privata, ſed in territorio & lege populorum eadem hic eſt ratio, qvia populi reſpectu totius generis humani privatorum locum obtinent. Similiter in reditus, qvi in piſcationes maritimas conſtitui Regalium numero cenſentur, non rem, hoc eſt mare, aut piſcationem, ſed perſonas non obligant 3. Qvare ſubditi, in qvos legem ferendi poteſtas Reipublicæ aut principi ex conſenſu competit, ad onera iſta compelli forte poterunt: ſed exteris jus piſcandi ubiqve immune eſſe debet, ne ſervitus imponatur mari. qvod ſervire non poteſt. Non enim maris eadē qvæ fluminis ratio eſt 4. qvod cum ſit publicum, id eſt populi, jus etiam in eo piſcandi à populo aut Principe concedi aut locari poteſt, ita, ut ei qvi conduxit, etiam interdictum Veteres dederint, de loco publico fruendo, addita conditione, ſi is, cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locaverit 5. qvæ conditio in mari evenire non poteſt. Ceterum qvi ipſam piſcationem numerant inter Regalia, ne qvidem illum locum, qvem interpretabantur, ſatis inſpexerunt. Qvod iſerniam & Alvotum non latuit. Demonſtratum eſt 6 nec populo nec privato cuipiam jus aliqvod proprium in ipſum mare (nam diverticulum excipimus) competere poſſe, cum occupationem nec natura, nec uſus publici ratio permittat. Hujus autem rei cauſa inſtituta fuerat hæc diſputatio, ut apparet Luſitanos, mare, qvo ad Indos navigatur ſui juris non feciſſe. Nam utraqve ratio, qvæ pro-

1. Vide L. inſulæ ff. de judiciis. Vide L. Cæſar. ff. de publ. Gloſſ. in L. qvædam. de rer. div. & in d. L. littore & in §. 1. Inſt. de rer. div. Bal. in d. l. qvædam.

2. Bal. in c. in princ. in 2. col. Qvib. modo. feud. amitt. ad de L. unic. C. de Claſſ. lib. 11. & Aug. in l. fanc. ff. de inj. L. venditor fundi Com. præ l. adde L. caveri. eod. tit.

3. C. qvæ ſint Regalia, in Feudis.

4. Vide Bal. de præſcr. 4 4. parte 5. part. prima. qv. 6. n. 4.

5. d. l. injuriarum. 6. ff. qvis me verſ. conductor ff. de injur. ff. de loco public. fruendo.

6 ad d. l. Qvæ ſi nt Regalia.

prietatem impedit, in hac cauſa eſt, qvam in ceteris omnibus infinito efficacior. Qvod in aliis difficile videtur, in hac omnino fieri non poteſt: qvod in aliis iniqvum judicamus, in hac ſumme barbarum eſt, atqve in humanum. Non de mari interiore hic agimus, qvod terris undiq; inſuſum, alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit, de qvo tamen ſatis conſtat locutos Romanos Jurisconſultos, cum nobiles illas adverſus privatam avaritiam ſententias ediderunt: de Oceano qværitur, qvem immenſum, infinitum, rerum parentem, cœlo conterminum antiqvitas vocat: cujus perpetuo humore non fontes tantum & flumina & maria, ſed nubes, ſed ipſa qvodammodo ſidera paſci veteres crediderunt: qvi deniqve per reciprocas æſtuum vices terram hanc humani generis ſedem ambiens, neq; tueri, neq; includi poteſt, & poſſidet verius qvam poſſidetur. In hoc autem Oceano, nõ de ſinu aut fretu, nec de omni qvidem eo, qvod è littore conſpici poteſt controverſia eſt. Vindicant ſibi Luſitani qvicqvid duos Orbes interjacet, tantis ſpatiis diſcretos, ut plurimis ſeculis famam ſui non potuerint transmittere. Qvod ſi Caſtellanorum, qvi in eadem ſunt cauſa, portio accedat, parvo minus omnis Oceanus duobus populis mancipatus eſt, aliis tot gentibus ad Septentrionum redactis anguſtias: multumqve decepta eſt Natura, qvæ, cum elementum illud omnibus circumfudit, omnibus etiam ſuffecturum credidit. In tanto mari, ſi qvis uſu promiſcuo ſolum ſibi imperium & ditionem exciperet, tamen immodicæ dominationis affectator haberetur: ſi qvis piſcatu arceret alios, inſanæ cupiditatis notam non effugeret. At qvi etiam navigatum impedit, qvo nihil ipſi perit, de eo qvid ſtatuemus? ſi qvis ab igne, qvi totus ſuus eſt, ignem capere, lumen ſuo de lumine, alterum prohiberet, lege hunc humanæ ſocietatis reum peragerem: qvia vis ea eſt iſtius naturæ.

Ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit 1. 1. Ennius.

Qvidni enim, qvando ſine detrimento ſuo poteſt, alteri communicet, in iis, qvæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta? 2. Hæc ſunt, qvæ Philoſophi 3. non alienis tantum, ſed & ingratis præſtari volunt. Qvæ verò in rebus privatis invidia eſt, eadem in re communi non poteſt non eſſe immanitas. Improbiſſimum enim hoc eſt, qvod naturæ inſtituto, conſenſu gentium, meum non minus, qvam tuum eſt, id te ita intercipere, ut, ne uſum qvidem mihi concedas, qvo conceſſo nihilominus id tuum ſit, qvam antea fuit. Tùm verò etiam, qvi alienis incumbunt, aut communia intercipiunt, certa qvadam poſſeſſione ſe tuentur. Qvia enim prima, ut diximus, occupatio res proprias fecit, idcirco imaginem qvandam dominii præfert, qvamvis injuſta detentio. At Luſitani num ſicuti terras ſolemus, ſic mare illud impoſitis prædiis, ita undiqve cinxerunt, ut in ipſorum manu eſſet, qvos vellent excludere? An vero tantum hoc abeſt, ut ipſi etiam, cum adverſus alios populos mundum dividunt, non ullis limitibus aut natura, aut manu poſitis? ſed imaginaria qvadam

2. Cicer. de off. 1.
3. Sen. lib. 3. cap. 28.

dam linea ſe tueantur ? qvod ſi recipitur,& dimenſio talis ad poſſidendum valet, jamdudum nobis Geometræ terras , Aſtronomi etiam cœlum eriperent. Ubi hic igitur eſt iſta, ſine qva nulla dominia cœperunt , corporis ad corpus adjunctio ? Nimirum apparet in nulla re verius dici poſſe,qvod Doctores noſtri prodiderunt 1. Mare, cum ſit incomprehenſibile, non minus qvam aër, nullius populi bonis potuiſſe applicari. Si verò ante alios navigaſſe, & viam qvodammodo aperuiſſe, hoc vocant occupare, qvid eſſe poteſt magis ridiculum ? Nam cum nulla pars ſit maris , in qvam non aliqvis primus ingreſſus ſit,ſeqvetur omnem navigationem ab aliqvo eſſe occupatam. Ita undiqve excludimus. Qvin & illi,qvi terrarum orbem circumvecti ſunt,totum ſibi Oceanum acqviſiviſſe dicendi erunt. Sed nemo neſcit navem per mare tranſeuntem, non plus juris qvam veſtigii relinqvere. Verum etiam,qvod ſibi ſumunt, neminem ante ipſos eum Oceanum navigaſſe, id minimè verum eſt. Magna enim pars ejus, de qvo agitur maris, ambitu Mauritaniæ,jam olim navigata eſt: ulterior & in orientem vergens victoriis Magni Alexandri luſtrata eſt,usqve in Arabicum ſinum. 2. Olim autem hanc navigationem Gaditanis percognitam fuiſſe, multa argumenta ſunt.Cajo Cæſare Auguſti filio in Arabico ſinu res regente ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis agnita. Et qvod Cælius Antipater tradidit,vidiſſe ſe,qvi ex Hiſpania in Æthiopiam commercii gratia navigaſſet : Etiam Arabibus, ſi verum eſt, qvod Cornelius Nepos teſtatus eſt,Eudoxum qvendam ſua ætate cum Lathyrum Regem Alexandriæ fugeret,Arabico ſinu egreſſum Gades usqve pervectum. Pœnos autem, qvi re maritima plurimum valuerunt, eum Oceanum non ignoraſſe , longe clariſſimum eſt, cum Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, præternavigato ſcilicet promontorio, qvod nunc Bonæ Spei dicitur, (Vetus videtur nomen Heſperion ceras fuiſſe) omne id iter, ſitumqve littoris & inſularum ſcripto complexus ſit, teſtatusqve ad ultimum non mare ſibi, ſed commeatum defuiſſe. Ab Arabico autem ſinu ad Indiam,Indiciqve Oceani inſulas,& auream usqve Cherſoneſum,qvam eſſe Japanem credunt pleriqve, etiam re Romana florente navigari ſolitum, iter à Plinio 3. deſcriptum,legationes ab Indis ad Auguſtum,ad Claudium etiam ex Taprobane inſula, deinde geſta Trajani & tabulæ Ptolomæi ſatis oſtendunt. Jam ſuo tempore Strabo 4. Alexandrinorum mercatorum claſſem ex Arabico ſinu, ut Æthiopiæ ultima, ita & Indiæ,petiſſe teſtatur, cum olim paucis navibus id auderetur. Inde magna populo Romano vectigalia : Addit Plinius 5. impoſitis ſagittariorum cohortibus piratarum metu navigatum : ſolamqve Indiam qvingenties ſeſtertium,ſi Arabiam addas & Seres, millies annis omnibus Romano Imperio ademiſſe : & merces centuplicato venditas. Et hæc qvidem vetera ſatis arguunt primos non fuiſſe Luſitanos. In ſingulis autem ſui partibus Oceanus ille,& tunc cum eum Luſitani ingreſſi ſunt,& nunqvam-

1. Johann. Faber. ad §. littorum.

2. Ex Plin. l. 2. c. 69. & lib. 6. c. 31. & Mela lib. 3.

3. Plin. l. 6. c. 23.

4. Lib. 2. & 17.

5. Loc. cit. & 12. c. 19.

non

non cognitus fuit. Mauri enim, Æthiopes, Arabes, Perſæ, Indi eam maris partem, cujus ipſi ac accolæ ſunt, neſcire neutiqvam potuerunt. Mentiuntur ergò, qvi ſe mare illud inveniſſe jactant. Qvid igitur, dicet aliqvis, parumne videtur, qvod Luſitani intermiſſam multis fortè ſeculis navigationem primi reparârunt, &, qvod negari non poteſt, Europæis gentibus ignotam oſtenderunt, magno ſuo labore, ſumtu, periculo? Imo verò ſi in hoc incubuerunt, ut qvod ſoli reperiſſent id omnibus monſtrarent, qvis adeo eſt amens, qvi non plurimum ſe illis debere profiteatur? Eandem enim gratiam, laudemqve & gloriam immortalem illi promeruerint, qva omnes contenti fuerunt rerum magnarum inventores, qvotqvot ſcilicet non ſibi, ſed humano generi prodeſſe ſtuduerunt. Sin Luſitanis ſuus ante oculos qvæſtus fuit, lucrum, qvod ſemper maximum eſt in prævertendis negotiationibus, illis ſufficere debuit. Et ſcimus itinera prima proventus interdum qvater decuplos, aut etiam uberiores dediſſe: qvibus factum, ut inops diu populus ad repentinas divitias ſubito prorumperet, tanto luxus apparatu, qvantus vix beatiſſimis gentibus in ſupremo progreſſæ diu fortunæ faſtigio fuit. Si verò eidem in hoc præiverunt, ne qvisqvam ſeqveretur, gratiam non merentur, cum lucrum ſuum reſpexerint. Lucrum autem ſuum dicere non poſſunt, cum eripiant alienum. Neqve enim illud certum eſt, niſi iviſſent eo Luſitani, iturum fuiſſe neminem. Adventabant enim tempora, qvibus ut artes pene omnes, ita & terrarum & marium ſitus clarius in dies noſcebantur. Excitaſſent vetera, qvæ modo retulimus, exempla, & ſi non uno impetu omnia patuiſſent, at paulatim promota velis fuiſſent littora alio ſemper aliud monſtrante. Factum deniqve fuiſſet, qvod fieri potuiſſe Luſitani docuerunt, cum multi eſſent populi non minus flagrantes mercaturæ & rerum externarum ſtudio. Venetis, qvi multa jam Indiæ didicerant, cetera inqvirere promptum fuit. Gallorum Brittonum indefeſſa ſedulitas, Anglorum audacia cœpto non defuiſſet. Ipſi Batavi multo magis deſperata aggreſſi ſunt. Nulla igitur æqvitatis ratio, ne probabilis qvidem ulla ſententia à Luſitanis ſtat. Omnes enim, qvi mare volunt imperio alicujus ſubjici poſſe, id ei attribuunt, qvi proximus portus & circumjacentia littora in ditione habet 1. At Luſitani in illo immenſo littorum tractu paucis exceptis præſidiis nihil habent, qvod ſuum poſſunt dicere. Deinde verò etiam, qvi mari imperaret, nihil tamen poſſet ex uſu communi deminuere, ſicut populus Romanus arcere neminem potuit, qvo minus in littore Imperii Romani cuncta faceret, qvæ jure Gentium permittebantur 2. Et ſi qvicqvam eorum prohibere poſſet, puta piſcaturam, qva dici qvodammodo poteſt piſces exhauriri, ad navigationem non poſſet, per qvam mari nihil perit. Cui rei argumentum eſt longe certiſſimum, qvod ex Domorum ſententia ante retulimus, etiam in terra, qvæ cum populis, tum hominibus ſingulis in proprietatem attributa eſt: iter tamen, certe inerme & in-

1. Gloſſ. in c. ibi peric. §. porro ſuper verbo territo. De elect. in ſexto & ibi Can. Gloſſ. in. c. licet ff. de Feriis.

2. L. nemo igitur. ff. de rer. div. adde Alber. Gentilem de jure belli lib. 1. c. 19. ſub finem.

innoxium,nullius gentis hominibus juſte negari : ſicut & potum ex flumine. Ratio apparet, qvia cum unius rei naturaliter uſus eſſent diverſi, eum duntaxat gentes diviſiſſe inter ſe videntur,qvia ſine proprietate commode haberi non poteſt ; contra autem eum recepiſſe,per qvem domini conditio deterior non eſſet futura. Omnes igitur vident, eum, qvi alterum navigare prohibet nullo jure defendi,cum eundem etiam injuriarum teneri. Ulpianus dixerit 1. alii autem etiam interdictum utile prohibito competere exiſtimaverint.] 2. Et ſic Batavorum intentio communi jure nititur, cum fateantur omnes, permiſſum cuilibet in mari navigare etiam à nullo Principe impetrata licentia:qvod Legibus Hiſpanicis diſerte expreſſum eſt 3.

1. L. 2. §. ſi qvis in mar. ff. Ne qvid in l. publ. 2. Gloſſ. ad L. 3. ut in flum. publ.

3. Bal. in l. it. Papilli. 3. col. ff de rer. div. Roder. Zuar. Hiſpanus in conſ. 1. de uſu maris. 3. part. tit. 28. l. 10. 6. & 12.

CAP. VI.

Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.

DOnatio Pontificis Alexandri,qvæ à Luſitanis mare, aut jus navigandi ſolis ſibi vindicantibus,cum inventionis deficiat titulus, ſecundo loco adduci poteſt,ſatis ex iis, qvæ ante dicta ſunt vanitatis convincitur. Donatio enim nullum habet momentum in rebus extra commercium poſitis. Qvare cum mare aut jus in eo navigandi proprium nulli hominum eſſe poſſit, ſeqvitur,neqve dari à Pontifice,neqve à Luſitanis accipi potuiſſe. Præterea cum ſupra relatum ſit ex omnium ſani judicii hominum ſententia Papam non eſſe dominum temporalem totius orbis , ne Maris qvidem eſſe ſatis intelligitur: qvanqvam etſi id concederetur, tamen jus annexum Pontificatui in Regem aliqvem, aut populũ pro parte nulla transferri debuiſſet. Sicut nec imperator poſſet Imperii provincias in ſuos uſus convertere , aut pro ſuo arbitrio alienare. 4. Illud ſaltem nemo negaturus eſt, cui aliqvid ſit frontis, cum jus disponendi in temporalibus Pontifici nemo concedat, niſi forte qvantum ejus rerum ſpiritualium neceſſitas reqvirit, iſta autem, de qvibus nunc agimus mare ſcilicet & jus navigandi,lucrum & qvæſtum merum,non pietatis negotium reſpiciant, ſeqvi nullam hac in re fuiſſe illius poteſtatem. Qvid , qvod ne Principes qvidem,hoc eſt, domini temporales poſſunt ullo modo à navigatione aliqvem prohibere, cum ſi, qvod habent jus in mari, id ſit tantum jurisdictionis ac protectionis? Etiam illud notiſſimum eſt apud omnes, ad ea facienda, qvæ cum lege Naturæ pugnant, nullam eſſe Papæ auctoritatem. 5. Pugnat autem cum lege Naturæ,ut mare aut ejus uſum qvisqvam habeat ſibi proprium,ut jam ſatis demonſtravimus. Cum deniqve jus ſuum auferre alicui Papa minimè poſſit,qvæ erit facti iſtius defenſio, ſi tot populos immerentes,indemnatos,iñoxios ab eo, qvod ad ipſos non minus,qvam ad Hiſpanos pertinebat,uno verbo voluit excludere? Aut igitur dicendum eſt, nullam eſſe vim ejusmodi pronunciationis, aut,qvod non minus credibile eſt, eum Pontificis

4. Vict. loco tit. n. 26.

5. Sil. in verb. Papa. n. 16.

tificis animum fuiſſe, ut Caſtellanorum & Luſitanorum inter ſe certamini interceſſum voluerit, aliorum autem juri nihil diminutu..n.

CAP. VII.

Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo præſcriptionis aut conſuetudinis.

ULtimum iniqvitatis patrocinium in præſcriptione ſolet eſſe aut conſvetudine. Et huc igitur Luſitani ſe conferunt: ſed utrumqve illis præſidium certiſſima juris ratio præcludit. Nam præſcriptio à jure eſt civili, unde locum habere non poteſt inter Reges, aut inter populos liberos 1. multo autem minus ubi jus naturæ aut gentium reſiſtit, qvod jure civili ſemper validius eſt. Qvin & ipſa lex civilis præſcriptionem hic impedit 2. Uſucapi enim, aut præſcriptione acqviri prohibentur, qvæ in bonis eſſe non poſſunt, deinde qvæ poſſideri vel qvaſi poſſideri neqveunt, & qvorum alienatio prohibita eſt. Hæc autem omnia de mari & uſu maris vere dicuntur. Et cum publicæ res, hoc eſt populi alicujus nulla temporis poſſeſſione qværi poſſe dicantur, ſive ob rei naturam, ſive ob eorum privilegium adverſus qvos præſcriptio iſta procederet, qvanto juſtius humano generi, qvam uni populo id beneficium dandum fuit in rebus communibus? Et hoc eſt, qvod Papinianus ſcriptum reliqvit 3. præſcriptionem longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca juris gentium publica concedi non ſolere: ejusqve rei exemplum dat in littore, cujus pars impoſito ædificio occupata fuerat: nam eo diruto, & alterius ædificio in eodem loco poſtea exſtructo, exceptionem opponi non poſſe: qvod deinde ſimilitudine rei publicæ illuſtrat: nam & ſi qvis in fluminis diverticulo pluribus annis piſcatus ſit, poſtea, interrupta ſcilicet piſcatione, alterum eodem jure prohibere non poſſe. Apparet igitur Angelum & qvi cum Angelo dixerunt 4. Venetis & Januenſibus per præſcriptionem jus aliqvod in ſinum maris ſuo littori præjacentem acqviri potuiſſe, aut falli, aut fallere, qvod ſane Jurisconſultis nimium eſt freqvens, cum ſanctæ profeſſionis auctoritatem, non ad rationes & leges, ſed ad gratiam conferunt potentiorum. Nam Martiani qvidem reſponſum, de qvo & ante egimus, ſi recte cum Papiniani verbis comparetur, non aliam recipere poteſt interpretationem 5. qvam eam, qvæ & Joanni olim & Bartolo probata eſt, & nunc à doctis omnibus recipitur 6. ut ſcilicet jus prohibendi procedat qvamdiu durat occupatio: non autem ſi ea omiſſa ſit: omiſſa enim non prodeſt, nec ſi per mille annos fuiſſet continuata, ut recte animadvertit Caſtrenſis. Et qvamvis hoc voluiſſet Martianus, qvod minime credendus eſt cogitaſſe, in qvo loco occupatio conceditur, in eodem præſcriptionem concedi, tamen abſurdum erat, qvod de flumine publico dictum erat ad Mare commune, & qvod de diverticulo ad ſinum proferre, cum hæc præſcriptio uſum, qvæ eſt Juregentium communio, impeditura ſit, illa autem publico uſui non

1. Vaſq. c. 55.
2. Vide Don. l. 5. com. c. 22. & ſeqq. L. ſed Coſſ. ff. de cõtra empt. L. uſuc. ff. de uſucap. L. fine ff. eod. c. ſive poſſ. de Reg. jur. in 6. L. alienationis. ff. de verb. ſign. L. ſi fundum ff. de fund. d.
3. L. præſc. C. de oper. publ. L. dilig. C. de Aqvæd. L. via ff. de via publ. L. ult. ff. de uſucap.
4. Conſ. 286. Thema tale eſt: inter cetera capitula pacis.
5. L. ſi qvisqvã ff. de div. & temp. præſcr.
6. Duar. de uſuc. c. 3. Cuj. ad d. l. ult. de uſue. Donell. Com. l. 5. c. 22. in d. ult. n. 4. per L. qvod in litt. ff. de acqver. dom.

non admodum noceat. Alterum autem Angeli argumentum, qvod ex aqvæ-
ductu ſumitur, 1. eodem Caſtrenſi monſtrante, ut à qvæſtione alieniſſimum ab
omnibus merito exploditur. Falſum igitur eſt, talem præſcriptionem etiam
eo tempore gigni, cujus initium omnem memoriam excedat. Ubi enim lex
omnem omnino tollit præſcriptionem, ne iſtud qvidem tempus admittitur,
hoc eſt, ut Felinus loqvitur, 2. materia impræſcriptibilis tempore immemoriali,
non fit præſcriptibilis. Fatetur, hæc vera eſſe Balbus, 3. ſed Angeli ſententiam
receptam dicit hac ratione, qvia tempus extra memoriam poſitum, idem va-
lere creditur privilegio, cum titulo ampliſſimus ex tali tempore præſumatur.
Apparet hinc non aliud illos ſenſiſſe, qvam ſi pars aliqva reipublicæ, puta Im-
perii Romani, ſupra omnem memoriam uſa eſſet tali jure, ei dandam præſcri-
ptionem hoc colore, qvaſi Principis conceſſio præiiſſet. Qvare cum nemo
ſit dominus totius generis humani, qvi jus illud adverſus homines omnes ho-
mini, aut populi alicui potuiſſet concedere, ſublato illo colore, neceſſe eſt et-
iam præſcriptionem interimi. Et ſic ex illorum etiam ſententia, inter Reges
aut populos liberos prodeſſe, nihil poteſt lapſus infiniti temporis. Vaniſſi-
mum autem & illud eſt, qvod Angelus docuit, etiamſi ad dominium præſcri-
ptio proficere non poteſt, tamen dandam eſſe poſſidenti exceptionem. Nam
Papinianus diſertis verbis exceptionem negat, 4. & aliter non potuit ſentire,
cum ipſius ſeculo præſcriptio nihil eſſet aliud, qvam exceptio. Verum igitur
eſt, qvod & leges Hiſpanicæ exprimunt, 5. in his rebus, qvæ communi homi-
num uſui ſunt attributæ, nullo omnino temporis præſcriptionem procedere,
cujus definitionis illa præter ceteras ratio reddi poteſt, qvod, qvi re commu-
ni utitur, ut communi uti videtur, non autem jure proprio, & ita præſcribere
non magis, qvam fructuarius poteſt vitio poſſeſſionis. 6. Altera hæc etiam non
condemnenda eſt, qvod in præſcriptione temporis, cujus memoria non extat,
qvamvis titulus & bona fides præſumantur, tamen ſi reipſa appareat titulum,
omnino nullum dari poſſe, & ſic manifeſta ſit fides mala, qvæ in populo maxi-
ma, qvaſi uno corpore perpetua eſſe cenſetur, & ex duplici defectu præſcri-
ptio corruit. 7. Tertia verò, qvia res hæc eſt meræ facultatis, qvæ non præ-
ſcribitur, ut infra demonſtrabimus. Sed nullius eſt finis argutiarum. Inventi
ſunt, qvi in hoc argumento à præſcriptione conſvetudinem diſtingverent, ut
illa ſcilicet excluſi, ad hanc confugerent. Diſcrimen autem, qvod hic ſtatu-
unt, ſane ridiculum eſt: ex præſcriptione ajunt unius, qvod ab eo auſertur
alteri applicari, 8. ſed cum aliqvod jus ita alicui applicatur, ut alteri non aufe-
ratur, tum dici conſvetudinem: qvaſi verò cum jus navigandi, qvod commu-
niter ad omnes pertinet, excluſis aliis ab uno uſurpatur, non neceſſe ſit omni-
bus perire qvantum uni accedit. Errori huic anſam dederunt Pauli verba non
recte accepta, qvi cum de jure proprio maris ad aliqvem pertinente loqvere-
tur, 9. fieri hoc poſſe, dixit Accurſius, per privilegiũ aut conſvetudinem: qvod
addita-

1. Ex l. uſum aqvæ. C. de Aqvæd. lib. 11. conſ. cũ l. Dilig. eod. tit. & cum l. hoc jur. §. Ducto aqvæ ff. de Aqva qvot. & æſt.
2. Ad c. accedentes. de præſcription.
3. De præſcr. 4. part. 5. part. princip. q. 6. n. 8.
4. d. l. ultima.
5. Part. 3. tit. 29. l. 7. inc. Placa. Rod. Zuarius d. conſ. num. 4.
6. Fachin. l. 8. c. 26. & c. 33. Covarr. de præſcr. part. 2. §. 2. n. 8. & §. 8. n. 4. & 9.
7. Fach. l. 8. c. 28.
8. Aret. in rubr. ff. de rer. div. alleg. Balbus. de loc. n. 2. Vide Vaſq. contr. ill. cap. 29. num. 38.
9. Ad l. ſane.

additamentum ad Jurisconſulti textum nullo modo accedens, mali potius conjectoris eſſe videtur, qvam boni interpretis. Mens Pauli ſupra applicata eſt. Ceterum illi, ſi vel ſola Ulpiani verba, 1. qvæ paulo ante præcedunt, ſatis conſideraſſent, longe aliud dicturi erant. Fatetur enim, ut qvis ante ædes medias piſcari prohibeantur, eſſe qvidem uſurpatum: 2. hoc eſt receptum conſvetudine: ſed nullo jure, ideoq; injuriarum actionem prohibito non denegandam. Contemnit igitur hunc morem, & uſurpationem vocat, ut inter Chriſtianos Doctores Ambroſius. 3. Et merito. Qvid enim clarius, qvam non valere conſvetudinem, qvæ juri naturæ, aut gentium ex adverſo opponitur? 4. Conſvetudo enim ſpecies eſt juris poſitivi, qvod legi perpetuæ obrogare non poteſt. Eſt autem lex illa perpetua, ut mare omnibus uſu commune ſit. Qvod autem in præſcriptione dixim9, idem conſvetudine verum eſt, ſi qvis eorum, qvi diverſum tradiderunt, ſenſus excutiat, nō aliud reperturum, qvam conſvetudinem privilegio parari. Atqvi adverſus genus humanum concedendi privilegium nemo habet poteſtatem: qvare inter diverſas reſpublicas conſvetudo iſta vim non habet. Verum omnem hanc qvæſtionē diligentiſſimè tractavit Vaſqvius, 5. decus illud Hiſpaniæ, cujus nec in explorando jure ſubtilitatem, nec in docendo libertatem unqvam deſideres. Is igitur poſita Theſi Loca publica & jure gentium cōmunia præſcribi non poſſe qvam multis firmat auctoribus: exceptiones deinde ſubjungit ab Angelo & aliis confictas, qvas ſupra retulimus. Hæc autem examinaturus recte judicat iſtarum rerum veritatem pendere à vera juris, tam naturæ qvam gentium cognitione. Jus enim naturæ, cum à divina veniat providentia, eſſe immutabile. Hujus autem naturalis partem eſſe jus gentium primævum, qvod dicitur, diverſum à jure gentium ſecundario ſive poſitivo: qvorum poſterius mutari poteſt. Nam ſi qvi mores cū jure gentium primævo repugnent, hi non humani ſunt, ipſo judice, ſed *ferini*, corruptelæ & abuſus, non leges & uſus. Itaq; nullo tempore præſcribi potuerunt, nulla lata lege juſtificari, nullo multarum etiam gentium conſenſu, hoſpitio, & exercitatione ſtabiliri, qvod exemplis aliqvot, & Alphonſi Caſtrenſis Theologi Hiſpani teſtimonio confirmat 6. *Ex qvibus apparet*, inqvit, *qvam ſuſpecta ſit ſententia eorum, qvos ſupra retulimus, exiſtimantium, Genuenſes, aut etiam Venetos poſſe non injuria prohibere alios navigare per Gulfum aut pelagus ſui maris, qvaſi æqvora ipſa præſcripſerint. Id qvod non ſolum eſt contra leges: 7. ſed etiā eſt contra ipſum jus naturæ, aut gentium primævum, qvod mutari non poſſe diximus. Qvod ſi contra illud jus conſtat, qvia non ſolum maria aut æqvora eo jure communia erant, ſed etiam reliqvæ omnes res immobiles. Et licet ab eo jure poſtea receſſum fuerit ex parte, puta, qvoad dominium & proprietatem terrarum, qvarum dominium jure Naturæ commune, diſtinctum & inviſum, ſicq; ab illa communione ſegregatum fuit: 8. tamen diverſum fuit, & eſt in dominio maris, qvod ab origine Mundi, ad hodiernum usq; diem eſt, fuitq; ſemper in communi, nulla ex parte immutatum, ut eſt notum.*

1. In d. l. injur. §. ult.
2. Vide Gloſſ. eod. loco.
3. 1. de offic. 28. Gentil. l. 1. c. 19. ſub fin.
4. Auth. ut nulli jud. §. 1. c. cum tanto de conſvet.
5. Controv. ill. cap. 89. n. 12. & ſeqq.
6. De poteſt. leg. pœn. l. 2. c. 14. part.
7. All. L. qvod in litt. ff. de acqv. rer. dom. l. fin. in princ. ff. de uſuc. §. flumina, verb. omnib. de rer. div. l. ſi qvis qvā. ff. de rer. div. l. ſi qvis qvam. ff. de diverſis & temp. præſcr. l. ſane ſi maris. ff. de injuriis.
8. All. c. ex. ff. de juſt. & jure. §. jus gentiū. & §. jus autem gent. Inſt. de jure natur.

notum. Et quamvis ex Luſitanis magnam turbam ſæpe audiverim in hac eſſe opinione, ut eorum Rex ita præſcripſerit navigationem Indici Occidentalis (forte Orientalis) ejusdemque vaſtiſſimi Maris, ita ut reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & ex noſtrismet Hiſpanis vulgus in eadem opinione fere eſſe videtur, ut per vaſtiſſimum immenſumque pontum ad Indorum Regiones, quas potentiſſimi Reges noſtri ſubegerunt reliquis mortalium navigare, præterquam Hiſpanis jus minime ſit, quaſi ab eis id jus præſcriptum fuerit, tamen iſtorum omnium non minus Inſanæ ſunt opiniones, quam eorum, qui quoad Genuenſes & Venetos in eodem fere Somnio eſſe adſolent, quas ſententias Ineptire vel ex eo dilucidius apparet, quod iſtarum nationum ſingulæ contra ſeipſas nequeunt præſcribere: hoc eſt, non reſpublica Venetiarum contra ſemetipſam, non Regnum Hiſpanicum contra ſemetipſum, non Regnum Luſitanicum contra ſemetipſum 1. Eſſe enim debet differentia inter agentem & patientem. Contra reliquas vero nationes longe minus præſcribere poſſunt, quia jus præſcriptionum eſt mere civile, ut fuſe oſtendimus ſupra. Ergo tale jus ceſſat, cum agitur inter Principes vel populos, ſuperiorem non recognoſcentes in temporalibus. Jura enim mere civilia cujuscunque regionis, quoad exteros populos, nationes, vel etiam homines ſingulos, non magis ſunt in conſideratione, quam ſi re vera eſſet tale jus, aut nunquam fuiſſet, & ad jus commune gentium primævum vel ſecundarium recurrendum eſt, eoque utendum, quo jure talem maris præſcriptionem & uſurpationem admiſſam non fuiſſe, ſatis conſtat. Nam, & hodie uſus aquarum communis eſt, non ſecus quam erat ab origine Mundi. Ergo & in æquoribus & aquis nullum jus eſt aut eſſe poteſt humano generi, præterquam quoad uſum communem. Præterea de jure naturali & divino eſt illud præceptum, ut: Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Unde cum navigatio nemini poſſit eſſe nociva, niſi ipſi naviganti, par eſt ut nemini poſſit, aut debeat impediri, ne in re ſua natura libera, ſibique minime noxia navigantium libertatem impediat, & lædat contra dictum præceptum & contra regulam: præſertim cum omnia intelligantur eſſe permiſſa, quæ non reperiuntur expreſſim prohibita 2. Quinimo non ſolum contra jus naturale eſſet, velle impedire talem navigationem, ſed etiam tenemur contrarium facere, hoc eſt, prodeſſe iis quibus poſſumus, cum id ſine damno noſtro fieri poteſt. Quod cum multis auctoritatibus tam divinis quam humanis confirmaſſet, ſubjungit poſtea 3. Ex ſuperioribus etiam apparet ſuſpectam eſſe ſententiam Joannis Fabri, Angeli, Baldi, & Franciſci Balbi, quos ſupra retulimus, exiſtimantium loca juris gentium communia, etſi acquiri non poſſint præſcriptione, poſſe tamen acquiri conſuetudine, quod omnino falſum eſt; eaque traditio cæca & nubila eſt, omniqve rationis lumine carens, legemque verbis non rebus imponens 4. In exemplis enim de Mari Hiſpanorum, Luſitanorum, Venetorum, Genuenſium, & reliquorum, conſtat conſuetudine jus tale navigandi, & alios navigare prohibendi non magis acquiri quam præſcriptione 5. Utroq; enim caſu ut apparet, eadem eſt ratio. Et quia

1. All. l. ſequitur. §. ſi vtam ff. de uſucap. §. ſi itaq; inſt. de act. Ut dictis jur. & l. cum filio ubi multa per Bartol. & Jaſ. ff. de legat. 1. Part. t. in pr. qv. 3. & 4.

2. L. libertas. ff. de ſtatu hom. §. libert. Inſt. de jure perſ. l. t. & 2. ff. de homine l. exh. lib. t. §. qvæ onerandæ ff. Qvar. rer. act. nid. l. ſi qvando. §. ill. verb. aſtr. ingend. C. de inoffic. teſt. l. nec non §. qvod eis. ff. ex qvib. cauſ. ma. l. ſuper ſtatuas 3. C. de religioſis.

4. Contra lib. 2. cum vulgatis C. com. de leg.

5. illud. ff. ad l. Aqvil.

qvia per jura & rationes supra relatas id esset contra naturalem æqvitatem, nec ullam induceret utilitatem, sed solam læsionem, sicqve ut lege expressa introduci non possent, ita etiam nec lege tacita, qvalis est consvetudo 1. *Et tempore id non justificaretur, sed potius deterius & injurius indies fieret.* Ostendit deinde ex prima terrarum occupatione posse populo, ut venandi jus, ita piscandi in suo flumine competere, & postqvam illa semel ab antiqva communione separata sunt, ita ut particularem applicationem admittant, præscriptione temporis ejus, cujus initii memoria non extet, qvasi tacita populi concessione acqviri posse. Hoc autem per præscriptionem contingere, non per consvetudinem, qvia solius acqvirentis conditio melior fiat, reliqvorum verò deterior. Et cum tria enumerasset, qvæ reqviruntur, ut jus proprium in flumine piscandi præscribatur: *Qvid autem,* subdit, *qvoad mare? Et in eo magis est, qvod etiam concursus istorum trium non sufficeret ad acqvirendum jus. Ratio differentiæ inter mare ex una parte, & terram & flumina ex altera, qvia illo casu, ut olim, ita & hodie, & semper, tam qvoad piscandum, qvam qvoad navigandum mansit integrum jus gentium primævum, neq; unqvam fuit à communione hominum separatum, & alicui, vel aliqvibus applicatum. Posteriore autem casu, nempe in terra vel fluminibus aliud fuit, ut jam disseruimus. Sed qvare jus gentium secundarium, ut eam separationem qvoad terras & flumina facit, qvoad mare facere desiit? respondeo, qvia illo casu expediebat. Constat enim, qvod si multi venentur, aut piscentur in terra vel flumine, facile nemus feris, & flumen piscibus evacuatum redditur, id qvod in mari non est. Item fluminum navigatio facile deterior fit, & impeditur per ædificia, qvod in mari non est. Item per aqvæductus facile evacuatur flumen: non ita in mari.* 2. *ergo in utroqve non est par ratio. Nec ad rem pertinet, qvod supra diximus, communem esse usum aqvarum, fontium etiam & fluminum. Nam intelligitur qvoad bibendum & similia, qvæ fluminis dominium aut jus habenti, vel minime vel levissime nocent.* 3. *Minima enim in consideratione non sunt. Pro nostris sententiis facit, qvia iniqva nullo tempore præscribuntur, & ideo lex iniqva nullo tempore præscribitur, aut justificatur.* Mox: *Et qvæ sunt inpræscriptibilia ex legis dispositione, nec per mille annos præscriberentur:* qvod innumeris doctorum testimoniis fulcit. 4. Nemo jam non videt, ad usum rei comunis intercipiendum nullam qvantivis temporis usurpationem prodesse. Cui adjungendum est etiam eorum, qvi dissentiunt auctoritatem, huic qvæstioni non posse accommodari. Illi enim de Mediterraneo loqvuntur, nos de Oceano: illi de sinu, nos de immenso mari, qvæ in ratione occupationis plurimum differunt. Et qvibus illi indulgent præscriptionem; illi littora mari continua possident, ut Veneti & Januenses, qvod de Lusitanis dici non posse, modo patuit. Imo & si prodesse posset tempus, ut qvidem posse, putant in publicis, qvæ sunt populi, tamen non ea adsunt, qvæ necessario reqviruntur 5. Primum enim docent omnes desiderari, ut is, qvi præscribit hujusmodi actum

1. c. Erit. autem lex. 4. dist. l. 1. & 2. ff. de leg. L. de qvib. cum seq. ff. de leg. c. fin. de præscript.

2. Per tot. tit. ff. ne qvid in flum. pub.

3. L. Scio. ff. de minor. Vasq. lib. 1. de suc. resc. c. 7.

4. All. Balbum de præsc. 5. in pr. in qv. 11. illius. 5. qv. pr. Gl. in c. inter cet. 16. q. 3. Alph. de Castr. de potest. leg. pœn. lib. 2. c. 14. Bal. in fin. & ibi Ang. in omnes. C. de Præscr. 30. ann. &c.

5. d. loc. n. 38.

ctum, eum exercuerit non longo duntaxat tempore, sed memoriam excedente: deinde ut tanto tempore eundem actum nemo alius exercuerit, nisi concessione illius, vel clandestine: præterea ut alios uti volentes prohibuerit, scientibus qvidem & patientibus iis ad qvos ea res pertinebat: nam etsi exercuisset semper, & qvosdam exercere volentes prohibuisset semper, non tamen omnes; qvia alii fuerunt prohibiti, alii vero libere exercuerunt, id qvidem non sufficeret, ex Doctorum sententia. Apparet autem debere hæc omnia concurrere, tum qvia præscriptioni publicarum rerum lex inimica est, tum ut videatur præscribens jure suo non autem communi usus, idqve non interrupta possessione. Cum autem tempus postulatur, cujus initii non exstet memoria, non semper sufficit, ut optimi interpretes ostendunt, probare seculi lapsum; sed constare oportet famam rei à majoribus ad nos transmissam, ita ut nemo supersit, qvi contrarium viderit, aut audierit. Occasione rerum Africanarum in ulteriora primum Oceani inqvirere cœperunt regnante Joanne Lusitani 1. anno salutis millesimo qvadringentesimo septuagesimo: viginti post annis, sub Rege Emanuële promontorium Bonæ spei præternavigatum est, seriusqve multo ventum Malaccam, & insulas remotiores, ad qvas Batavi navigare cœperunt anno millesimo qvingentesimo nonagesimo qvinto, non dubie intra annum centesimum. Jam vero etiam eo qvod intercessit tempore aliorum usurpatio adversus alios etiam omnes impedivit præscriptionem. Castellani ab anno millesimo qvingentesimo decimo nono possessionem maris Lusitanis circa Moluccas ambiguam fecere. Galli etiam & Angli non clanculum, sed via aperta eo perruperunt. Præterea accolæ totius tractus Africani, aut Asiatici partem maris qvisqve sibi proximam piscando & navigando perpetuo usurparunt, nunqvam à Lusitanis prohibiti. Conclusum igitur sit, jus nullum esse Lusitanis, qvo aliam qvamvis gentem à navigatione Oceani ad Indos prohibeant.

1. Osorius lib. 1.

Cap. IIX.

Jure gentium inter qvosvis liberam esse mercaturam.

QVod si dicant Lusitani cum Indis commercia exercendi qvoddam proprium ad se pertinere, eisdem fere omnibus argumentis refellentur. Repetemus breviter & aptabimus. Jure Gentium hoc introductum est, ut cunctis hominibus inter se libera esset negotiandi facultas, qvæ à nemine posset adimi 2. Et hoc, sicut post dominorum distinctionem continuo necessarium fuit, ita originem videri potest antiqviorem habuisse. Subtiliter enim Aristoteles μεταβλητιτὴν dixit 3. ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας; hoc est, negotiatione suppeti id, qvod naturæ deest, qvo commode omnibus sufficiat. Oportet igitur communem esse jure gentium, non tantum privative, sed & positive, ut dicunt magistri, sive affirmative 4. Qvæ autem illo modo sunt juris gentium, mutari possunt: qvæ hoc modo, non possunt. Id ita intelligi potest.

2. Vide c. 1. L. ex hoc jure. ff. de just. & jure. & ibi Bart.
3. l. 1. de repub. c. 9.
4. Vide Cov. in c. peccatum §. 8.

poteſt. Dederat natura omnia omnibus. Sed cum à rerum multarum uſu, qvas vita deſiderat humana, locorum intervallo homines arcerentur, qvia, ut ſupra diximus, non omnia ubiqve proveniunt, opus fuit trajectione: nec adhuc tamen permutatio erat, ſed aliis viciſſim rebus apud alios repertis ſuo arbitrio utebantur: qvo fere modo apud Seres dicitur rebus in ſolitudine relictis ſola mutantium religione peragi commercium 1. Sed cum ſtatim res mobiles monſtrante neceſſitate, qvæ modo explicata eſt, in jus proprium tranſiiſſent, inventa eſt permutatio, qva qvod alteri deeſt ex eo, qvod alteri ſupereſt, ſuppleretur. Ita commercia victus gratia inventa ex Homero Plinius probat 2. Poſtqvam vero res etiam immobiles in dominos diſtingvi cœperunt, ſublata undiqve communio non inter homines locorum ſpatiis diſcretos tantum, verum etiam inter vicinos neceſſarium fecit commercium: qvod ut facilius procederet, nummus poſtea adinventus eſt, dictus ἀπὸ τοῦ νόμου, qvod inſtitutum ſit civile 3. Ipſa igitur ratio omnium contractuum univerſalis, ἡ μεταβλητικὴ, à natura eſt. Modi autem aliqvot ſingulares ipſumqve pretium, ἡ χρηματιστικὴ, ab inſtituto 4. qvæ vetuſtiores juris interpretes non ſatis diſtinxerunt. Fatentur tamen omnes proprietatem rerum ſaltem mobilium à jure gentium primario prodire, itemqve contractus omnes, qvibus pretium non accedit 5. Philoſophi 6. τὴν μεταβλητικὴν, qvam translationem vertere licebit, genera ſtatuunt duo: τὴν ἐμπορικὴν καὶ τὴν καπηλικήν: qvarum ἐμπορικὴ, qvæ ut vox ipſa indicat inter gentes diſſitas, ordine naturæ prior eſt, & ſic à Platone ponitur 7 Καπηλικὴ eadem videtur eſſe qvæ φορτάσις Ariſtoteli, tabernaria ſive ſtataria negotiatio inter cives. Idem Ariſtoteles 8. τὴν ἐμπορικὴν dividit in ναυκληρίαν & φορτηγίαν, qvarum hæc terreſtri itinere, illa maritimo merces devehit. Sordidior autem eſt καπηλικὴ, contra honeſtior ἐμπορικὴ, & maritima maxime, qvia multa multis impertit. 9. Unde navium exercitionem ad ſummam rempublicam pertinere dicit Ulpianus: inſtitorum non eundem eſſe uſum: qvia illa omnino ſecundum naturam neceſſaria eſt. Ariſtoteles 10. ἔστι γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων δεξαμενή, τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ μὲν πλείω, τὰ δ' ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους. *Eſt enim translatio rerum omnium cœpta ab initio, ab eo, qvod eſt ſecundum naturam, cum homines partim haberent plura, qvam ſufficerent, partim etiam pauciora.* Seneca 11. *qvæ emeris, vendere, gentium jus eſt.* Commercandi igitur libertas ex jure eſt primario gentium, qvod naturalem & perpetuam cauſam habet, ideoqve tolli non poteſt, & ſi poſſet, non tamen poſſet niſi omnium gentium conſenſu: tantum abeſt, ut ullo modo gens aliqva gentes duas inter ſe contrahere volentes juſte impediat.

1. Pompon. Mela lib. 3.

2. lib. 1. ff. de contrah. emp. lib. 33. c. 1.

3. d. l. 1. Ariſt. l. 5. de Morib. c. 8. & lib. 1. de Rep. c. 9.

4. Jus naturale diſt. l. Ariſt. d. cap. 9.

5. Caſtr. ex Cyno & aliis in d. L. ex hoc jure. n. 28.

6. Plato Soph.

7. Plato lib. de Rep. 2. qvi locis citatur. in L. 2. ff. de nundinis.

8. Ariſt. l. 1. de republ. c. 11.

9. Cicero offic. 1. Ariſt. de rep. c. 9.

10. d. loc.

11. de benef. cap. 8.

Cap. IX.

Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo occupationis.

PRimum inventio aut occupatio hic locum non habet, qvia jus mercandi non est aliqvid corporale, qvod possit apprehendi: neqve prodesset Lusitanis etiam primi hominum cum Indis habuissent commercia, qvod tamen non potest non esse falsissimum. Nam & cum initio populi diversa iere, aliqvos necesse est primos fuisse mercatores, qvos tamen jus nullum acqvisivisse certo est certius. Qvare si Lusitanis jus aliqvod competit, ut soli cum Indis negotientur, id exemplo ceterarum servitutum, ex concessione oriri debuit aut expressa aut tacita, hoc est præscriptione: neqve aliter potest.

Cap. X.

Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo donationis Pontificiæ.

1. Vide arg. c. 3. & c. 6.

COncessit nemo: nisi forte Pontifex, qvi non potuit 1. Nemo enim, qvod suum non est, concedere potest. At Pontifex, nisi totius Mundi temporalis sit Dominus, qvod negant sapientes, jus etiam commerciorum universale sui juris dicere non potest. Maxime vero cum res sit ad solum qvæstum accommodata, nihilqve ad spiritualem procurationem pertinens, extra qvam cessat, ut fatentur omnes, Pontificia potestas. Præterea si Pontifex solis illud Lusitanis jus tribuere vellet idemqve adimere hominibus ceteris, duplicem faceret injuriam: Primum Indis, qvos ut extra Ecclesiam positos Pontifici nulla ex parte subditos esse diximus. His igitur cum nihil, qvod ipsorum est, adimere possit Pontifex, etiam jus illud, qvod habent cum qvibuslibet negotiandi, adimere non potuit. Deinde aliis hominibus, omnibus Christianis & non Christianis, qvibus idem illud jus adimere non potuit sine causa indicta. Qvid qvod ne temporales qvidem Domini in suis imperiis prohibere possunt commerciorum libertatem, uti rationibus & auctoritatibus ante demonstratum est? Sicut & illud confitendum est, contra jus perpetuum naturæ gentiumqve, unde ista libertas originem sumsit in omne tempus duratura, nullam valere Pontificis auctoritatem.

Cap.

Cap. XI.

Mercaturam cum Indis non esse Lusitanorum propriam jure præscriptionis aut consvetudinis.

REstat præscriptio, seu consvetudinem mavis dicere 1. Sed nec hujus nec illius vim esse aliqvam inter liberas nationes, aut diversarum gentium Principes, nec adversus ea, qvæ primigenio jure introducta sunt, cum Vasqvio ostendimus. Qvare & hic, ut jus mercandi proprium fiat, qvod proprietatis naturam non recipit, nullo tempore efficitur. Itaqve nec titulus hic adfuisse potest, nec bona fides, qvæ cum manifesto desinit, præscriptio secundum Canones non jus dicetur, sed injuria. Qvin & ipsa mercandi qvasi possessio, non ex jure proprio contigisse videtur, sed ex jure communi, qvod ad omnes æqvaliter pertinet: sicut contra, qvod aliæ nationes cum Indis contrahere forte neglexerunt: id non Lusitanorum gratia feciſse existimandi sunt, sed qvia sibi expedire crediderunt: qvod nihil obstat, qvo minus, ubi svaserit utilitas, id facere possint, qvod antea non fecerint. Certissima enim illa regula à doctoribus traditur 2. in his, qvæ sunt arbitrii seu meræ facultatis, ita, ut per se actum tantum facultatis ejus, non autem jus novum operentur, nec præscriptionis nec consvetudinis titulo annos etiam mille valituros: qvod & affirmativè & negativè procedit, ut docet Vasqvius. Nec enim qvod libere feci, facere cogor, nec qvod non feci, omittere. Alioqvin qvid esset absurdius, qvam ex eo, qvod singuli non possumus cum singulis semper contrahere, salvum nobis in posterum non esse jus cum illis, si usus tulerit, contrahendi? Idem Vasqvius & illud rectissimè, ne infinito qvidem tempore effici, ut qvid necessitate potius, qvam sponte factum videatur. Probanda itaqve Lusitanis foret coactio, qvæ tamen ipsa cum hac in re juri naturæ sit contraria, & omni hominum generi noxia, jus facere non potest. 3. Deinde illa coactio durasse debuit per tempus, cujus initii non extet memoria: id verò tantum hinc abest, ut ne centum qvidem anni exierint, ex qvo tota fere negotiatio Indica penes Venetos fuit, per Alexandrinas trajectiones. 4. Debuit etiam talis esse coactio, cui restitum non sit. 5. At restiterunt Galli & Angli, aliiqve. Neqve sufficit aliqvos esse coactos, sed ut omnes coacti sint, reqviritur, cum per unum non coactum servetur in causa communi libertatis possessio. Arabes autem & Sinenses à seculis aliqvot ad hunc usqve diem perpetuo cum Indis negotiantur. Nihil prodest ista usurpatio.

1. Vide argum. c. 7.

2. Gloss. & Bart. in l. viâ. publ. ff. de via publ. Balb. in 4. part. 5. princ. q. 1. Panorm. in c. ex parte Alleus. de concess. præben. Doct. in l. qvi jure familiaritatis. ff. de acq. poss. & alleg. per Covarr. in c. possessor. part. 2. §. 4. in 6. contr. usu freq. c. 4. n. 10. & 12. d. n. 12.

3. Vasq. de loco n. 11.

4. Guicc. l. 19. histor.

5. Vide 5. c. 7. sub finem.

Cap. XII.

Nulla æqvitate niti Luſitanos in prohibendo commercio.

EX his,qvæ dicta ſunt, ſatis perſpicitur eorum cæca aviditas,qvi, ne qvenqvam in partem lucri admittant,illis rationibus conſcientiam ſuam placare ſtudent, qvas ipſi magiſtri Hiſpanorum,qvi in eadem ſunt cauſa manifeſtæ vanitatis,convincunt. 1. Omnes enim, qvi in rebus Indicis uſurpantur colores injuſtè captari, qvantum ipſis licet, ſatis innuunt, adduntqve nunqvam eam rem ſerio Theologorum examine probatam. Illa verò qverela, qvid eſt iniqvius, qvod dicunt Luſitani, qvæſtus ſuos exhauriri contra licentiam? Inter certiſſima enim Juris enunciata eſt, nec in dolo eum verſari, nec fraudem facere, ne damnum qvidem alteri dare videri, qvi jure ſuo utitur : qvod maximè verum eſt, ſi non, ut alteri noceatur, ſed rem ſuam augendi animo qvippiam fiat. Inſpici enim debet id, qvod principaliter agitur, non qvod extrinſecus in conſeqventiam venit. Imò,ſi propriè loqvimur cum Ulpiano, non ille damnum dat, ſed lucro, qvo adhuc alter utebatur eum prohibet. 2. Naturale autem eſt, & ſummo juri atqve etiam æqvitati conveniens, ut lucrum in medio poſitum ſuum qvisqve malit,qvam alterius, etiam qvi ante perceperat. 3. Qvi ferat qverentem opificem, qvod alter ejusdem artis exercitio ipſius commoda evertat? Batavorum autem cauſa eo eſt juſtior, qvia ipſorum hac in parte utilitas cum totius humani generis utilitate conjuncta eſt, qvam Luſitani everſum eunt. 4. Neqve hoc rectè dicetur ad æmulationem fieri, ut in re ſimili oſtendit Vaſqvius : aut enim planè hoc negandum eſt, aut aſſeverandum non ad bonam modo, verum etiam ad optimam æmulationem fieri, juxta Heſiodum; *ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν, Bona lis mortalibus hæc eſt.* Nam etiam ſi qvis pietate motus,inqvit ille,frumentum in ſumma penuria vilius venderet, impediretur improba duritie eorum hominum,qvi fæviente penuria ſuum carius fuerant vendituri. Verum eſt talibus modis minui aliorum reditus: nec id negamus, ait, *ſed minuuntur cum univerſorum hominum commodo : Et* utinam *omnium* Principum & Tyrannorum orbis *reditus ita minnerentur.* Qvid ergo tam iniqvum videri poteſt, qvam Hiſpanos vectigalem habere Terrarum Orbem, ut niſi ad illorum nutum nec emere liceat nec vendere? 4. In cunctis civitatibus dardanarios odio atqve etiam pœnis proſeqvimur: nec ullum tam nefarium vitæ genus videtur, qvam iſta annonæ flagellatio. 5. Merito qvidem. Naturæ enim faciunt injuriam, qvæ in commune fœcunda eſt: 6. neqve vero cenſeri debet in uſus paucorum reperta negotiatio, ſed ut,qvod alteri deeſt, alterius copia penſaretur, juſto tamen compendio omnibus propoſito, qvi laborem ac periculum transferendi in ſe ſuſcipiunt. Hoc ipſum igitur qvod in re

1. Vaſq. contr. illuſt. c. 10. n. 10. Vict. p. 1. de Indis rel. 1. n. 3. l. ſin autem. §. pen. de rei vind. l. nullus videtur. deneg Juris l. illud conſtat. Qvæ infr. credit. l. fluminum. §. ult. de damno infecto l. nemo damnum. de Reg. Jur. Bart. in l. 3. n. 5. ff. de flum. Caſtr. in l. ſi tibi. C. de ſervit. l. 1. §. denique de aq. & aq. pluv.

2. Vide Vaſq. contr. uſufr. cap. 4. n. 2. & ſeqq. l. Proculus de damno infecto.

3. Vaſq. d. l.

4. ibid. n. 5.

5. l. 1. c. de monop.

6. Cajet. ad ſumm. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. qvod ad tertium.

7. Ariſt. 1. de rep. c. 9.

in republica, id est, minore hominum conventu, grave & perniciosum judicatur, in magna illa humani generis societate ferendumne est? ut scilicet totius Mundi Monopolium faciant populi Hispani? Invehitur Ambrosius in eos, qvi maria claudunt 1. Augustinus in eos, qvi itinera obstruunt: Nazianzenus 2. in coëmtores suppressoresqve mercium: qvi ex inopia aliorum soli qvæstum faciunt, & ut ipse facundissimè loqvitur καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας. Qvin & divini sapientis sententia publicis diris devovetur sacerqve habetur, qvi alimenta supprimendo vexat annonam: ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος. Clament igitur Lusitani qvantum, & qvamdiu libebit: lucra nostra deciditis. Respondebunt Batavi: Imò nostris invigilamus. Hoc ne indignamini in partem nos venire ventorum & maris? Et qvis illa vobis lucra mansura promiserat? Salvum est vobis, qvo nos contenti sumus.

1. 5. Hex. c. 10 l. 4. q. 44. sup. Num.
2. In fun. Basilii.

Cap. XIII.

Batavis jus commercii Indicani qva pace, qva induciis, qva bello retinendum.

QVare cum & jus & æqvum postulet, libera nobis ita, ut cuiqvam esse Indiæ commercia, superest, ut sive cum Hispanis pax, sive induciæ fiunt, sive bellum manet, omnino eam, qvam à natura habemus libertatem, tueamur. Nam ad pacem qvod attinet, notum est, eam esse duûm generum: aut enim pari fœdere, aut impari coitur. Græci 3. istam vocant συνθήκην ἐξ ἴσου. hanc σπονδὰς ἐξ ἐπιταγμάτων. illa virorum est, hæc ingeniorum servilium. Demosthenes in oratione de libertate Rhodiorum: καί τοι χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας: *eos, qvi volunt esse liberi, oportet omnes conditiones, qvibus leges imponuntur, ita fugere, tanqvam, qvæ proximæ sunt servituti.* Tales autem sunt omnes, qvibus pars altera in jure suo imminuitur, juxta Isocratis definitionem τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον. Si enim, ut inqvit Cicero 4. suscipienda bella sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur, seqvitur eodem auctore, pacem esse vocandam, non pactionem servitutis, sed tranqvillam libertatem: qvippe cum & Philosophorum & Theologorum complurium 5. judicio pax & justitia nominibus magis qvam re differant, sitqve pax non qvaliscunqve, sed ordinata concordia. Induciæ autem, si fiunt, satis apparet ex ipsa induciarum natura, non debere medio earum tempore conditionem cujusqvam deteriorem fieri, cum ferme interdicti uti possidetis instar obtineant. Qvod si in bellum trudimur hostium iniqvitate, debet nobis causæ æqvitas spem ac fiduciam boni eventus addere. Nam ὑπὲρ ὧν ἂν ἐλαττῶνται μέχρι δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσι, περὶ ἢ τοῦ πλεονεκτεῖν οὐχ οὕτως: *pro his, in qvibus injuria afficiuntur omnes, qvantum omnino possunt, depugnant: at pro-*

3. Thucydides. Isocrat. Andocides.
4. Off. 1.
5. Polus Lucanus apud Stob. de just. Clem. Alex. Strom. 4. August. 15. de civit.

1. Demosthenes.

at propter alieni cupiditatem non item 1. qvod & Alexander Imperator ita expressit: τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων οὐκ ἀγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν, τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείσθαι ἔκτε τὴν ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤῥαλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνασθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. *Ejus, à qvo cepit injuria, provocatio maximè invidiosa est: at cum depelluntur aggressores, sicut bona conscientia fiduciam secum fert, ita, qvia de vindicanda, non de inferenda injuria laboratur, spes etiam adsunt optimæ.* Si ita necesse est, perge gens mari invictissima, nec tuam tantum, sed humani generis libertatem audacter propugna.

Nec te, qvod classis contentis remigat alis,
Terreat (invito *labitur illa mari.*)
Qvodve vehunt proræ centaurica saxa minantes,
Tigna cava & pictos experiare metus.
Frangit & attollit vires in milite causa,
Qvæ nisi justa subest, excutit arma pudor. 2.

2. Propertius ib. 4. eleg. 6.

Si justa multi, & ipse Augustinus 3. arma crediderunt eo nomine suscipi, qvod per terras alienas iter innoxium negaretur, qvanto illa erunt justiora, qvibus maris, qvod naturæ lege commune est, usus communis & innoxius postulatur? Si justè oppugnatæ sunt gentes, qvæ in suo loco commercia aliis interdicebant, qvid illæ, qvæ populos ad se nihil pertinentes per vim distinent, ac mutuos earum commeatus intercludunt? Si res ista in judicio agitaretur, dubitari non potest, qvæ à viro bono expectari deberet sententia, ait Prætor 4. *Qvo minus illi in flumine publico navem agere, ratem agere, qvove minus per ripam exonerare liceat, vim fieri veto.* De mari & littore in eandem formam dandum interdictum docent interpretes 5. exemplo Labeonis, qvi cum interdiceret Prætor 6. *Ne qvid in flumine publico ripave ejus facias, qvo portus statio iterve navigatio deterius sit, fiat:* simile dixit prædictum competere in mari: *ne qvid in mari inve littore facias, qvo portus, statio iterve navigatio deterius sit, fiat.* 7. Imò & post prohibitionem, si qvis scilicet in mari navigare prohibitus sit, aut non permissus rem suam vendere, aut re sua uti, injuriarum eo nomine competere actionem Ulpianus respondit 8. Theologi insuper & qvi tractant casus, qvos vocat, conscientiarum, concordes tradunt, eum qvi alterum vendere aut emere impediat, utilitatemve propriam publicæ ac communi præponat, aut ullo modo alterum in eo, qvod est juris communis, impediat, ad restitutionem teneri omnis damni viri boni arbitrio. Secundum hæc igitur vir bonus judicans, Batavis libertatem commerciorum adjudicaret, Lusitanos & ceteros, qvi eam libertatem impediunt, vetaret vim facere, & damna restituere juberet. Qvod autem in judicio obtineretur, id ubi judicium haberi non potest, justo bello vindicatur. Augustinus 9. *Iniqvitas partis adversæ justa ingerit bella.* Et Cicero 10. *cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, confugi-*

3. Vide 5. c. 1.
4. l. 1. ff. ut in flum. pub. nav. liceat.
5. Gloss. ibid.
6. l. 1. in pr. ff. de flum.
7. l. eadem. §. si qvid in mare.
8. l. 2. ff. Ne qvid in l. pub. §. si qvis. l. in injuriarum actio. & l. si qvis propr. ff. de injur. Silv. in verbo restitutio. part. 3. sub finem alleg. Gerar. Oldradū & Archid. arg. l. 2. ff. ad leg. Juliam de annona & l. annonam. de extraord. & ibi gloss.
9. De civ. lib. 4. Off. 1.
10. Var. 1. 17.

fugiendum ad posterius, si uti non licet priore. Et Rex Theodoricus: *veniendum nunc ad arma, cum locum apud adversarium justitia non potest reperire* 1. Et qvod propius est nostro argumento, Pomponius eum, qvi rem omnibus communem cum incommodo ceterorum usurpet, *manu prohibendum* respondit. Theologi qvoqve tradunt, sicuti pro rerum cujusqve defensione bellum recte suscipitur, ita non minus recte suscipi pro usu earum rerum, qvæ naturali jure debent esse communes. Qvare ei, qvi itinera præcludat, evectionemq; mercium impediat, etiam non expectata ulla publica auctoritate, via facti, ut loqvuntur, posse occurri. Qvæ cum ita sint, minimè verendum est, ne aut Deus eorum conatus secundet, qvi ab ipso institutum jus naturæ certissimum violant, aut homines ipsi eos inultos patiantur, qvi solo qvæstus sui respectu communem humani generis utilitatem oppugnant.

1. l. qvamvis qvod in littore. ff. de acqrer. dom. Henrich. Gorich. de bello justo, prop. 9.

Cum sub hoc tempus plurimæ Regis Hispaniarum literæ in manus nostras venissent, qvibus ipsius & Lusitanorum institutum manifeste detegitur, operæ pretium visum est ex iis, qvæ plerasqve eodem erant argumento, binas in Latinum sermonem translatas exhibere.

DOmine Martine Alphonse de Castro, Prorex amice, ego Rex multam tibi salutem mitto. Cum hisce literis perveniet ad te exemplum typis impressum Edicti, qvod faciendum curavi, qvo, ob rationes qvas expressas videbis, aliasqve meis rebus conducentes, prohibeo commercium omne externorum in ipsis partibus Indiæ aliisqve regionibus transmarinis. Qvandoqvidem res hæc est momenti atqve usus maximi, & qvæ effici summa cum industria debeat, impero tibi, ut simulatqve literas has & edictum acceperis publicationem ejus omni diligentia procures in omnibus locis ac partibus istius imperii, idqve ipsum, qvod edicto continetur, exqvaris sine ullius personæ exceptione, cujuscunqve qvalitatis, ætatis, conditionisve sit, citra omnem moram atqve excusationem, procedasqve ad impletionem mandati via meræ executionis, nullo admisso impedimento, appellatione, aut gravamine in contrarium: cujuscunqve materiæ, generis aut qvalitatis. Jubeo itaqve hoc ipsum impleri per eos ministros, ad qvos executio pertinet, iisqve significari, non modo eos, qvi contra fecerint malam operam mihi navaturos, sed eosdem me puniturum privatione officiorum in qvibus mihi commorari in istis partibus externos multos variarum nationum, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, qvorum pars major, qvantum intelligimus, eo venit per Persida & Turcarum imperium, non per hoc regnum, adversus qvos si ex hujus Edicti præscripto ac rigore procedatur, posse inde nonnullas difficultates sequi, si illi ad Mauros inimicos perfugiant, vicinisqve munitionum mearum dispositionem indicent, rationesqi monstrent, qvæ rebus mei, nocere possent, exsequi te hoc edictum volo, prout res & tempus ferent, atqve ea uti prudentia,

tia, qva illæ difficultates evitentur, curando ut omnes externos in poteſtate tua habeas eosq; cuſtodias pro cujusqve qvalitate, ita ut adverſus imperium noſtrum nihil valeant attentare, utqve ego omnino eum finem conſeqvar, qvem hoc Edicto mihi propoſui. Scriptæ Ulyſſipone, 28. Novembris Anno 1606. ſubſignatum erat, Rex. Inſcriptio, pro Rege; Ad Dominum Martinum Alfonſum de Caſtro Conſiliarium ſuum, & ſuum Proregem Indiæ.

Prorex amice Rex multam ſalutem tibi mitto. Etſi pro certo habeo tua præſentia, iisq; viribus, cum qvibus in partes auſtrinas conceſſiſti, perduelles Hollandos, qvi illic hærent, nec minus indigenas, qvi eis receptum præbent, ita caſtigatos fore, ut nec hi, nec illi tale qvicqvam in poſterum audeant: expediet tamen, ad res tuendas, ut juſtam claſſem, eiqve operi idoneam, cum tu Goam redibis, in iſtis Maris partibus relinqvas, ejusq; imperium & ſummam præfecturam mandes Andreæ Furtado Mendoſæ, aut ſi qvem ei muneri aptiorem judicabis, qvemadmodum pro tuo in me affectu confido, ea in re non aliud te reſpecturum, qvam qvod rebus meis erit utiliſſimum. Scriptæ Madriti 27. Jan. 1607. Signatum, Rex. Inſcriptio, Pro Rege; Ad Dn. Martinum Alfonſum de Caſtro ſuum Conſiliarium, & ſuum Proregem Indiæ.

CAPITA DISSERTATIONIS HUGONIS GROTII DE MARI LIBERO.

CAP. I. *Jure gentium qvibusvis ad qvosvis liberam eſſe navigationem.* pag. 11

CAP. II. *Luſitanos nullum habere jus dominii in eos Indos, ad qvos Batavi navigant titulo inventionis.* 12

CAP. III. *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.* 14

CAP. IV. *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.* 14

CAP. V. *Mare ad Indos, aut jus eo navigandi non eſſe proprium Luſitanorum titulo occupationis.* 16

CAP. VI. *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitan. tit. don. Pont.* 26

CAP. VII. *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo præſcriptionis, aut conſvetudinis.* 27

CAP. IIX. *Jure gentium inter qvosvis liberam eſſe mercaturam.* 32

CAP. IX. *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum tit occupationis.* 34

CAP. X. *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitan. tit. don. Pont.* 34

CAP. XI. *Mercaturam cum Indis non eſſe Luſit. propriam jure præſcr. aut conſv.* 35

CAP. XII. *Nulla æqvitate niti Luſitanos in prohibendo commercio.* 36

CAP. XIII. *Batavis jus commercii Indicani, qva pace, qva induciis, qva bello retinendum.* 37

HUGO-

HUGONIS GROTII
de ſtudiis inſtituendis
EPISTOLA
AD
BENJAMINVM MAVRERIVM,
illuſtrem Legatum Regis Galliæ.

ILluſtris Domine, dum tempus aucupor, qvo ad vos transcurram, præſtiturus id, qvod in me receperam nuper, effluere dies ſentio, aliisq; ſuper alia ingruentibus negotiis, qvorum cumulum auxit longa mea ab hac urbe nuper ablentia, ſpem qvoq; ipſam, propediem vos videndi, magis magisq; abſumi. Qvare tædere me cœpit tam incertæ procraſtinationis. Et, qvanqvam præſens præſente atq; etiam conſcio, ſi id daretur, principe ingeniorum Heinſio, rectius exponere potuiſſem omnia conſilii mei momenta, measq; cogitationes cum veſtris conferendo, ex iisdem concentum aliqvem exſtruere; tamen committendum mihi non exiſtimavi, ut mea mora tibi aliqvid detraheret interuſurium temporis, cujus qvam maximè ſervandi cauſa omnis hæc inſtituebatur deliberatio. Malim ergo, cum alterum neceſſe eſſet, minus ſolvere, qvam diutius debere. Literis igitur coñiſi id, qvod ſermone potius peragendum fuit: qvanqvam etſi, qvod peccaverint literæ, id poterit aliqvando ſermone emendari. Erat qvidem res ſolicite excuſanda, Tibi, viro tanti ac tali, conſilium aliqvod dare, præſertim in monſtranda ſtudiorum ratione: ſed hunc mihi laborem tua auctoritas condonabit; cui non obedire gravius ſit crimen, qvam obediendo interdum aliqvid aberrare. In hac ergo conſultatione tria ego conſidero: Ætatem tuam, Vir ampliſſime, deinde m[illegible], poſtremo occupationes. Qvibus longa ſuperſunt vitæ ſpatia, qvi negotiorum ipſi ſunt arbitri, qvi privatæ vitæ ſolatium atqve ornamentum duntaxat qværunt à literis; hos amœno ambitu per omnia diſciplinarum vireta ſuſpenſo gradu deduci, nihil prohibet. Tua jam provecta ætas, & in magna dignitate tempus ſæpe ſub domino, arctiore gyro includunt diligentiæ tuæ curſus, jubentqve te compendia potius itinerum, qvam amœna ſectari. Sapienter itaqve feceris, ſi ſæpe in mentem revoces; Legatum te eſſe, eoqve dirigas omnem ſtudiorum tuorum rationem; uſurus potius literis, qvam fruiturus. Qvare, cum Philoſophia omnis divi-

consistere sit in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, regum, nationum, denique belli jure & pacis. Hujus juris principia qvomodo ex morali sapientia petenda sint, monstrare poterunt Platonis & Ciceronis de Legibus libri. Sed Platonis summas aliqvas legisse sufficerit. Neqve pœnitebit, ex Scholasticis Thomam Aqvinatem, si non perlegere, saltem inspicere secunda parte, secundæ partis libri, qvem summam Theologiæ inscripsit. Præsertim ubi de justitia agit, ac de legibus. Usum propius monstrabunt Pandectæ, libro primo atqve ultimo; & codex Justinianeus, libro primo & tribus postremis. Nostri temporis Jurisconsulti pauci juris gentium ac publici controversias attigere; eoqve magis eminent, qvi id fecere Valqvius, Hotomannus, Gentilis. His ergo disciplinis imbutus bene animus, mirum, qvos deinde ex Historiarum lectione fructus sit consecuturus. Cognitis enim præceptis communibus, atqve ipso genere Qvæstionum; facillimum est exempla suis sedibus collocare, sive ad hoc memoria sufficiat, seu brevis annotationis subsidium desideret. Historiarum autem lectioni omnino prætermittenda est universalis qvædam tum orbis terrarum, tum temporum omnium delineatio, & qvi res præcipuas brevius pertractarunt: qvales sunt Justinus, Florus & Livii summator. Ceterum in legendis historiis malim te ductum animi, qvam anxias leges sequi. Nullæ sunt, qvæ non magnas habeant utilitates; & melius hærent, qvæ libenter legimus. In universum tamen, non incipere ab antiqvissimis, sed ab his, qvæ nostris temporibus nostræqve notitiæ propius cohærent, ac paulatim deinde in remotiora eniti, magis è re arbitror. In Romana historia obliviscendum non est, plus ferme frugis è Græcis auctoribus, qvam è Romanis hauriri; qvia mores omnes ritusqve publicos exteri diligentius observant, traduntqve. Sed de his colloqvendi occasio nobis non deerit, rectiusqve hoc filum abrumpam, qvam ut, nimis operose studia tua figurando, in ipsa studia peccem; qvibus nihil fas est decedere, nisi qvod Regis Christianissimi & nostræ Reipubl. negotiis datur. Deus te, illustrissime Domine, utriusqve gentis bono, incolumem diu servet; &, ut generoso proposito tuo prosperi adsint successus, duo tibi præstet bonæ mentis auxilia, firmam valetudinem, & constantem fortunam. Roterodami XII. Maji, CIↃ IↃC XV.

EXCERPTUM EX EPISTOLA
HUGONIS GROTII AD N. N.

AD Juris studium nunc qvoqve te adhortor, in qvo si id tantum agis, ut rem facias, paucis delibatis compendiis, statim ad forenses scriptores tibi convolandum erit. Sin hic qvoqve percoctam sapientiam & nomen eximium optas, non aliunde juris Qviritum cognitionem speres, qvam ex Cujacio, qvi solus sufficerit. Adeo ille omnia illius studii arcana pervidit, & qvibus è fontibus cuncta fluerent. Vigelium non, ut edisces aut sæpe lectites, svadeo, sed ut habeas sicut indices habemus, ad qvos recurrere interdum solet hæsitans memoria. Scholasticæ illæ disputationes parum prosunt ad sapientiam, ad parandum foro & subitaneo certamini ingenium nonnihil, qvasi militiæ togatæ prolusiones. Has, qvoqve ut duplex sit utilitas, occupari velim in iis Juris Romani partibus, qvas usus nostri seculi comprobavit, qvalis præcipue est illa de Contractibus. Ante omnia Institutionibus Latinis optimam Græcum interpretem conjunge Theophilum; deinde ad lectionem Pandectæ & Codicis & postremarum Constitutionum progredere, qvo magis ea leges, eo major tibi lux affulgebit, interpositâ, ut dixi, Cujacianorum operum lectione, ad qvæ etiam confugias svadeo, qvoties in alicujus loci intellectu hæsitas, digitum tibi intendente ad hoc Gothofredo in margine editi à se Corporis. Constitutiones illas, qvas vulgus NOVELLAS vocat, Græcè scriptas Græcè lege, addita latina interpretatione vetere non spernanda.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM AC VERBORUM,
quæ in hoc opere continentur.

Prior numerus librum, alter capitum, tertius paragraphum, reliqvus verò ſubdiviſionem paragr. niſi & interpoſitum ſit, tunc enim §. ipſum, Not. Annot. Annotata, Prol. Prolegomena denotat.

A.

Abdicari regnum an poſſit 2.7.26
Abdicari regnum an poſſit, & per id nocere filio. vide Regnum. Cum rege qui regnum abdicavit ſubditis bellum gerere licet tanquam cum privato 1.9 4
Abdicatio jus eſt Græcis uſitatum 2.7.7
Abdicato filio an quid debeatur 2.7.7
Abjecta habentur pro derelictis, ſed cum exceptione 2.4.4
Abii Scythæ 2.1.2
Abitus tutus quomodo ſumatur 321.16
Abrahamus bello adjuvit extraneos à fide 2.15.9.6
Abrahamus res hoſtiles ſibi acquiſitas judicat & dedicat 3.6.1.1
Abrahami filii ex Cethura non habuerunt partem hereditatis 2.7.8.3
Abrahamus uxorem vocat ſororem 3.1.7
Abrahami bellum pro Lotho 2.24.5
Cum rege Sodom laudatur 1.2.2
Teſtamentum quale, ſi ſine liberis deceſſiſſet 2.6.14
Abſentes an partem prædæ ferant 3.6.17.5
Abſentiũ jus præſentibus accreſcit 2.5.20
Abſolvere cur ſatius quam condemnare 2.23.5.1
Abſolutio à juramento, unde vim habeat, 2.12.20.8
Abſtinentiæ in ſolo peccatorum exempla 3.17.2
Abſurda nemo credendus eſt velle 2.16.28
Abſurdus intellectus, vitandus 2.16.2.& 5.& 6
Abuſus rei neceſſarius utentem obligat ad reſtitutionem pretii 3.17.1
Acceptandi animum pro infantibus & amentibus lex ſupplet, non Nat. ſed Civ. 2.11.14
Acceptilatio non tollit neceſſitatem ſolvendi ejus quod jure naturali debetur per ſe 1.1.10.5
Acceptatio requiritur, ut promiſſio jus tranſferat 2.11.14
Acceptationis vim in promiſſis præcedens rogatio habere intelligitur 2.11.14
Acceptatio an innoteſcere promiſſori debeat 2.11.15
Acceptatio pro altero facta quid operetur 2.11.18
Acceptatio an præcedere alienationem poſſit 2.6.2
Acceſſionis jus quale 2.8.11.& ſeqq.
Acceſſionum jus ob prævalentiam non eſt naturale. 2.8.2

Accipi plus poteſt quam quod noſtrum eſt, ſed ſub onere reſtituendi quod excedit 3.1.4.1.
Accuſare an Chriſtiano conveniat 2.20. 15. & 16.
Accuſare filio patrem patriæ proditorem an liceat? 2.18.4.
Accuſatio capitalis fit in quibusdam locis per publicè ad id conſtitutos, & quare 2.20.15. licita non eſt Chriſtiano ex opinione veterum 2.20.10.
Accuſatione injuſta qui damnum dedit, in quantum teneatur 2.17.16.
Accuſatores ex officio publico conſtitui melius 2.20.15.
Achæi dolis abſtinebant 3.1.20.3.
Achelous amnis domitus ab Hercule 2.3.16.
Achilles culpatur, quod amicis captivorum ſanguine libarit 3.11.16.
Acquiri bello non poſſunt quæ penes hoſtes ſunt, ſed non hoſtium 3.6.5. & 26.1.
Acquiruntur bello quoad jus externum, quæ hoſtis noſter bello acquiſiverat 3.6.7.1.
Acquiri incorporalia bello utrum poſſint 2.5.2. Res liberorum parentibus Jure Naturali 2.5.2.
Acquiſita bello, non niſi eadem vi male dicuntur poſſideri 3.9.4. de rebus nec dum actu acquiſitis lex poteſt imperare 3.6.22.
Acquiſitio naturalis in bello 3.6 1.1.2.
Acquiſitio rerum originaria 2.3.1.
Acquiſitiones impropriè dictæ juris gentium 2.8.1.
Actio injuriæ an Chriſtiano conveniat 2.20.10.1.2.
Actionum injuſtarum gradus 2.20.29.1.3.
Actionum forenſium & belli iidem fontes 2.1.2.1.
Actor, ut bellum vitetur, re dubia potius cedere debet 2.23.11.
Actus homini inevitabiles an puniri poſſint 2.20.19.
Actus qui humanam ſocietatem non ſpectant, puniendi non ſunt 2.20.20.
Actus ex more communes, nemini prohibendi 2.3.22.
Actus mere interni an punibiles inter homines, etſi ſecuta confeſſio 2.20.18.
Actus imperfecti an puniantur jure gentium 2.20.39.
Actus contra conſcientiam illiciti 2.23.2.
Actus publici & privati in bello publico 3.6.10.
Actus beneficî 2.12.2.
Actus diremtorii 2.12.3.
Actus permutatorii 2.12.3.
Actus communicatorii 2.12.4.
Actus compoſiti ſive mixti 2.12. & 5.
Actus poſitivi & negativi quantum differant 2.15.1.2.
Actus communes à dividuis diſtinguendi circa reſtitutionem 3.10.4.
Actus contra juramentum factus quando ſit vitioſus tantum, quando & irritus 2.13.19.
Actus res eſt 1.3.11.
Actus humani quotuplices 2.12.1.
Actus bonæ fidei ad Jus Gentium non pertinent 2.16.11.
Actus contractuum nomine qui veniant 2.12.7. Externi non poſſunt ſignum eſſe internorum ſequentium 2.11.20. Interni non ſunt congruentes ſocie-

ſocietati humanæ 2.6.1. Juris efficacia iis non tribuenda 2.4.3. quomodo & quatenus in æſtimationem veniant 2.20.18. Juris ſtricti non pertinent ad Jus Gent. 2. 16. 11. Mixti quotuplices 2.12.5. & 6.

Actus præcedanei 2. 12. 9. Simplices 2.12.2. Vitioſi inevitabiles naturæ humanæ, & qui non directè ſpectant ſocietatem humanam aut hominem alium, puniri nequeunt 2. 20. 19. & 20. Quomodo conſiderentur in pœnis, & ex quibus circumſtantiis 2. 20. 30.

Actus cujusque naturaliter ſunt cuique homini ut ſuum 2.17.2. Ideo in eos quisque par jus habet ac in res ſuas 2. 11. 1. Non tamen plene ſunt in noſtra poteſtate, ſed à ſuperioribus noſtris dependent 2.13.20. Regum diſtinguendi in regios & privatos 2.14.1 Privati communem legum regulam ſequuntur 2. 14. 2. etiam oppidi ejus in quo vivunt 2. 14. 5. Regii eo loco habendi, quaſi communitas feciſſet 2.14.1. *An* fiant irriti ex eo quod parentes habeant. vide Rex. De actu qui tenetur, tenetur etiam de his quæ ex vi actus ſeqvuntur 2.17.2.

Actuum humanorum qui aliis hominibus ſunt utiles plura genera 2.12.1. *Actuum* beneficorum hæc natura, ut non credendi ſint quenquam ad magnum ſuum incommodum obligare 2.16.27.

Addictorum ſervitus 2.5.30.

Ἀδέσποτα 2.8.7.

Adjuvans tenetur de damno 2.17.6.

Adminiſtratores regni an jus & imperium ſummum habeant 1.3.11.

Admiralitatis natura, vide Societas navalis 2.12.25.

Admiralitatis contractus 2.12.4.

Adonia à regno exheredatus 2.7.25.

Adoptatus ex conjectura voluntaria ſuccedit 2.7.8.1.

Adoptionis vox modo laxiorem, modo ſtrictiorem ſenſum admittit 2. 16. 9.

Adoptivi non ſuccedunt in regnis à populo delatis 2. 7. 16. vid. Succeſſor.

Adſcripti glebæ 2.5.30.

Adulter & adultera ad quam reſtitutionem teneantur 2.17.15.

Adulterium etiam accuſari in concubina poteſt 2. 5. 15. committi cum alienigena, Judæi non credunt 2. 19. 1. nec cum Tyranni uxore, aliqui *ibid.* Committit adulterium Lege Evangelica qui uxorem non adulteram repudiat, aut divortio dimiſſam ducit 2. 5. 9. *Ad* injuſtitiam pertinet quod fit ex libidine, & injuſtitiam continet prope maximam 2. 20. 30. ut puniatur morte, lex vetus Noæ data 1.2.5.

Adulter & adultera divortio potius dimittitur à Chriſtiano, quam punitur 3. 20. 10. ſi occidatur permiſſu legis, occidentem homicidii reum facit coram DEO 2. 20. 17. in quantum teneatur conjugi & liberis 2. 17. 15.

Advocatie jus 13.21.3.

Ædes cómburere quando nefas in bello 3. 12. 2. qui comburunt, ad quid teneantur justitia interna 3. 18. 6. qui diruunt in bello præter necessitatem, ad quid teneantur 3. 18. 6. pestilentes esse, profitendum cum venduntur. 2. 12. 9. v. Damna.

Ædium vitia emtori nota & indicari nil attinet ibid.

Ædificare in littore an liceat & quatenus 2. 2. 15. 2.

Ædificatio in mari aut littore 2. 3. 9. 2.

Ægyptiorum polygamia 2. 5. 9.

Æqualitas exigendi in contractu qualis requiratur, & quare 2. 12. 11. 1.

Æqualitas in contractibus requisita quotuplex 2. 12. 8.

Æqualitas rei in contractibus qualis 2. 12. 12. 1.

Æquitas in arbitrio qualis intelligatur 3. 20. 47.

Æquivocatio quando fieri possit absque peccato 3. 1. 10. *vide* Locutio ambigua.

Æs & aurum diduci possunt 2. 8. 21.

Æs alienum civitatis facit quo minus uni alterive ex civitate liceat discedere. 2. 5. 24. donavit Cæsar Dyrrachinis, & quo jure 3. 8. 4. remisit Alexander Thessalis quod ipsi Thebanis debuerant, & quo jure. *ibid.*

Æstimatio rei fit ex eo, quanti omnibus valeret, & quare. 2. 12. 14. furto ablatæ quomodo fiat 2. 17. 16

Ætas est quid personale 2. 7. 18. 2

Æolorum mos 3. 20. 31

Afrorum mos circa prædam 36. 24. 3

Affectus qui ad vitandum malum oriuntur, minus mali quam qui ad consequendas voluptates 2. 20. 31.

Agamemnonis juramentum de re illicita 2. 13. 6.

Agendi impunitas non reddit justam actionem, quoad justitiam etiam internam 2. 5. 20.

Agit injustè à quo etiam principium est actionis 2. 26. 4. qui quod imperatur injustum esse putat, etiam non sit, agere non debet 2. 26. 3.

Ager potest vendi mensura nominata, non tamen ad mensuram 2. 8. 12.

Ager arcifinius 2. 3. 16. immetatus 2. 2. 3. *Annot.* inundatus vel piscando retinetur in possessione 2. 8. 10.

Ager privatus magis est ut arcifinius non credatur 2. 8. 12.

Agros vastare in bello quando nefas. 3. 12. 2. & 3. 12. 4.

Agri divisi, sive assignati sive limitati: mensura comprehensi, arcifinii sive occupatorii 2. 3. 16. 1.

Agri capti quando intelligantur 3. 6. 4.

Agri capti publici fiunt 3. 6. 11. 1.

Agri capti: de his Hebræorum, Lacedæmoniorum, & Romanorum mos & consuetudo 3. 6. 11. 2.

Agri privati in dubio non censetur arcifinii 28. 12. 1.

Agri postliminio recipiuntur. 3. 9. 13. 1.

Agricolæ in bello à cædibus immunes esse debent 3. 11. 11. eorumque boves, vide Bos.

Agricolis parcendum 3. 11. 11. 1.

Ad Agriculturam damnati, vide scripti glebæ.

Ager Bœotus secundum fines qui ante bellum erant intelligendus 2. 16. 6.

Agesilai dictum 3. 1. 6. 2.

Ἀγὴ 2. 21. 14. 2.

Agnatica successio linealis. 2. 7. 23.

Alapa toleranda Lege Evangelica. vide Injuria.

Alapam occidendo alterum arcere an liceat jure naturæ, an Evangelico. 2.1. 10.1.

Alendi liberi, etiam vulgo quæsiti: etiam ex incestis, quod jus Romanum sprevit 2.7.4.2.

Alexander latro & prædo dictus 2.1.1.3. culpatur, quod captorum sanguine litaverit amicis 3.11.16. quod quibus aditum tutum promisit, in via jussit interficere. 3.21.16. quod in oppido quodam puberes omnes jussit interfici 3.11.16. expeditiones injustas in Persas Branchidasque suscipit 2.21.8. Porrò Regnum relinquit 3.15.5. cum Scythis de fortitudine, non imperio, certat, libertatemque iis relinquit 3. 14.9.2.

Alexandri successores pleno proprietatis jure num successerint 1.3.12.

Alexandrum quid impulerit ad bellum cum Dario Rege 2.22.1.

Alexandrinæ merces 2.12.16.

Algerienses prædones 3.8.19.2.

Aliena res occupari potest, ubi suam non potest quis consequi vel capere ad evitandum periculum 22.10.& 3.1.2.2.

Aliena res ad debiti consecutionem accipi quando possit 27.2.1.2.

Alienam rem accipere pro debito non licet, ubi debitum per judicium consequi datur *ibid.*

Alienam rem restituere unde & quatenus teneamur 2.10.1.2. an etsi quis emerit? vid. Emtio.

Alienam rem reddens, præmium inventionis non rectè petit 2.10.1.5.

Alienæ rei si quis dominium ignoret, an eam pauperibus dare teneatur I. N. 2.20.11.

Alieni abstinentia est ex jure naturali- Prol.p.2.

Alieno uti quomodo liceat 2.2.6.1.7.11.

Alieno qui utitur in necessitate, tenetur ad restitutionem 2.1.9.

Alieno debito nemo obligatur naturaliter nisi heres 2.14.10.& l.2.21.19.& nb. 3.2.1.1.

Alienandi sua jus naturale 2.6.13.

Alienari res potest etiam sub conditione. Et possessione retenta. vide Possessio 2.6.14. Et revocabiliter 2.6.14.

Alienatio requirit actum utentis ratione 2.3.6. Imperii quando valida, si à Rege solo fiat 2.6.3. & lib.3.20.5. Populi ex quo jure, & unde procedat 1.3. 12. Quid alienetur in alienatione populi. *ibid.* Regni facta à Rege, qui id in patrimonio non habet, nulla. 1.4. 10.& 2.14.12. ut nec partis ejus, *ibid.* nisi populus aut corpus totum consentiat 2.6.4.& l.3.20.5. Regalis patrimonii nulla, quæ fit à Rege usufructuario 1.4.10.& lib. 2.14.12. tacita in successionibus ab intestato 2.9.1.

Alienati imperii exempla 1.3.123.6.

Alienatio requirit actum externum, & acceptionem 1.6.1.2.

Alienationis requisita quædam mere sunt juris civilis 2.6.1.

Alimenta an liberis debeantur, & quo sensu 2.7.4.1.3. an iis tantum, qui sunt primi gradus? *ibid.*

Alimenta præstare tenetur homicida injustè occisi liberis & uxori 2.17.13. servis Dominus pro operibus 3.14.6. quanta Romæ singulis mensibus dabantur. *ibid.* ob alimenta præstita ab alio dominium non admittitur 2.8.22.

Ex alimentis jus naſcitur ſolo domino. *ibid.* Pro iis obligantur ſervorum eorum liberi, qui pro debito ſuæ civitatis ſervi facti ſunt 3.14.8.
ἀληθορκεῖν 2.13 13.
Alii prodeſſe licitum & honeſtum 1.5.2. per alium facere quis poteſt I.N. quod per ſemet ipſum 3.6.9. qui facit, quod etſi ſibi liceat, alteri tamen non licet, peccat, ſi eum cogat 3.1.21.
Allodialia regna quam ſucceſſionem ſequantur 2.7.20.1.
Alluvio cuius naturaliter 2.8.11.13.
Alluvio quando cedat proximorum prædiorum dominis 2.8.12.1. & 13. & 15.
Alluvionis jus, quale à J.Civ.Rom. proditur, an ſit naturale 2.8.8. & 16. in ſola imperii conceſſione non meſt. 2.8.15. privatis prodeſt, ſi certo conſtat agrum eſſe arcifinium 2.8.8. Vaſallis quibus profit 2.8.15.
Alvei mutatio an fines immutet 2.3.16. 1.17.
Alveus ſiccatus, cujus naturaliter 2.8.9.
Alveus ſiccatus privatis quando cedat. vid. Flumen 2.8.13 15.
Alvei ſiccati cujus jure gentium 2.8.8.
Ἀμάρτια quid 3.11.4.2.
Ambigua vox quomodo interpretanda 2.16.6. vide Interpretatio.
Ambitio generoſius vitium 2.2.2.
Amens promittendo non obligatur 2.11. 5.4.
Amenti falſum dicere, non eſt mendacium 3.1.12.1.
Amentes populi, an dominium habeant 2.22.10.
Americanarum gentium communio in bonis 2.2.2.
Amici qui ſint in jure poſtliminii 3.9.2.1.
Amicitia non ex ſola indigentia naſcitur, ſed ex ipſa natura 2.1.9.3.
Amicitiæ conventio in pace quid operetur 3.20.40.
Amicitia regis in legato lædi poteſt 2.18.5.
Amicitiam ejus nemo ambit, cui videtur jus & fidem eſſe vilia. Proleg. pag.6.
Amici Regis quale jus habuerint apud Rom. 1.3.21.
Amicos defendere nemo cogitur, habenda tamen ratio amicitiæ 2.25.5. veniam meretur, etiam ubi eſt injuſtum 3.11.6.
Amicorum cauſa bellum rectè ſuſcipitur 2.25.5.
Amiſſum quando quid cenſeatur 2.4.5. repetere dominus non tenetur, ſed poſſeſſor reſtituere 2.10.1.
Amitam uxorem ducere num liceat 2.5.14.
Ammonitæ nec federati, nec perpetui hoſtes Hebræorum 2.15.9.5.
Ἀμφιβολία apud Rhetores 2.16.4.1.
Amymonum poteſtas apud Cnidios 2.3.8.
Animalium mactatio num & ante diluvium uſitata 2.20.9.
Animantia muta alunt ſobolem 2.7.4.2.
Animantibus, quæ ruri inſerviunt, parcendum 3.12.4.4.
Ἀνδραποδισμὸς quid 3.2.3.1.
Angariatus ſequi quo ſenſu à Chriſto jubeatur 1.2.8.5.
Angliæ regni ſucceſſio 2.7.30.3.
Angliæ jus circa prædationes quæ contra legem fiunt 2.17.20.2.
Animus vitiat actiones ſua natura licitas. 2.15.9.9.

Anni centum tres ferme ætates 2.4.7.
Annibalem Romani quo jure dedi sibi postularint 2.21.4.
Antigonus ridet aliquem sibi librum de justitia adferentem. Proleg.p.1.
Antiochus 2.4.25. & 7.8.8.
Antiochus an Jus habuerit in Hebræos 1.4.7.5.
ἀντεγκοπαφὴ figura 2.13.3.3.
Antonius an vera belli civilis cum Octavio causa fuerit 2.22.1.
Non *apparere*, & non esse, tantundem valent quoad eum cui non apparet 2.10.11.
Anthropophagi 2.19.2.1.
Aodis factum quale 1.4.19.4.
ἀφθαρσία quid 2.2.2.1.
ἀπωλόπης quid *ibid.*
ἀπροσρέπτον 2.20.39.3.
Apostolorum Judicatio qualis 2.22.14.1.
Appellare à subditis interdum non licet 2.4.13.
Appellari ut ab aliquo nulla ratione possit, Jus est solius imperii summi 2.4.13.
Appellationis exemptio an à subdito acquiri possit 2.4.13.
Appetitus bonum desiderat, sive verum s. imaginarium 2.20.29. mali quoque declinandi studium in se comprehendit *ibid.*
Aptitudo, Juris species, quid 1.1.7. & lib. 2.17.2.2.
Aptitudo moralis non facit nasci obligationem restitutionis 2.17.2.2.
Aptitudo, & propriè debitum, bene distinguenda, ubi concurrunt 2.7.3. 4.1. & lib.2.17.2.2.
Aptitudo ad rem, distinguenda à Jure propriè dicto ad rem 2.17.3. non enim Jus dat dominium 2.17.2. sed occasionem tantum ad Jus 2.20.2.
Aqua profluens quænam sit 2.2.12.
Aquam & terram dare 2.5.31. & in Annot. ad eundem §.
Aquas corrumpere in bello an liceat 3.4.17.
Ara Misericordiæ apud Athenienses 2.21.5.2.
Aratori bovi parcendum 3.12.4.4.
Aratus Sicyonius 2.4.8. & 1.3.16.6.
Arbiter de bello lectus, de possessione pronunciare non debet 3.20.48.
Arbitri officium quod 3.20.47.
Arbitri reges vel judices *ibid.*
Arbitri compromissarii pacis 3.20.45. provocare num de iis liceat, si iniquè statuerint 3.20.46. eorum exempla 2.23.8. Annot. ad Arbitros provocare, facit, ne res metu censeatur derelicta 2.4.6.
Arbitrorum genera 3.20.46.
Arbor scientiæ boni & mali, cujus rei symbolum 2.1.2.2.
Arbor vitæ, cujus rei symbolum *ibid.*
Arbores frugiferas in bello nefas est exscindere 3.12.2. non, si jaculatores impediant 3.13.2. Annot.
Arcifinii agri, sive occupatorii 2.3.16.1.
ἀρχιτεκτονικὴ Aristoteli quæ 1.3.6.2.
Argumentis paribus pars utra præferenda 2.23.5.
Argumenta, qualia in judicandis moralibus 2.23.3.4.
Arma apud Rom. postliminio cur non recepta 3.9.14.2.
Arma hostis alicuius subministrare hostis est 3.1.5.2.

Arma

Arma adimi possunt populis subactis etiam jure mixti imperii. 3.8.3. postlimio non redeunt 3.9.14.

Armis hostium an ad decipiendum uti licitum 3.15

Armis hostium uti licitum 3.1.8.4

Armorum vox quid significet 2.16.5

Arragonica successio 2.7.36

Arrogatio 2.5.26

Artes gentium antiquissimæ 2.2.2 sensum modo latum, modo strictum admittunt 3.16.9

Artium vocabula quomodo accipienda & quis debeat interpretari 2.16.3

Aruspices post baptismum acceptum artem suam cogebantur deserere 1.2.9

Arx quid 2.16.3

Arx structa à vicino, qui pactione nulla prohibetur, non dat jus ad bellum, etiam cum damnum dare possit 2.22.5 rumpit pacem sub lege amicitiæ initam 3.20.40

Arcem ne quis in confinio pati debeat, quale fœdus 2.15.6

Asie mos circa prædam 3.6.14.3

Asmonæi. vide Macabæi 2.15.9

Assecurationis contractus natura 2.12.23

Assertio à promissione multum distat 3.1.18.1.

Assertio mera futuri quid, & quam vim habeat 2.11.2

Assyrorum jura quibus prosint, quibus non 2.21.5.

Athenienses Corinthios an vicerint, secundum Polyb. 3.20.45. victoriis quomodo usi sint 3.15.8

Athenienſium Resp. mixta ex Aristocratia & Democratia 1.3.20. an eadem manserit, postquam in eam variæ gentes susceptæ 2.9.3.

Atlantici populi 2.9.4

Atrocitatem facinoris quæ habere dicuntur 2.26.3

Atticorum leges multæ ex legibus Mosaicis. 1.2.5. Lex de ἐπικλήρους 2.5.11.

Atticum jus de captivis redemtis 3.9. 10.3.

Auctores belli injusti ab aliis discernendi 3.11.5.1.

Auctor injustitiæ majori pœna dignus, quam qui ipsum sequitur 3.11.5

Auctorum depravata & sinistra quandoque de rebus judicia 1.3.5

Auctoritas ab imperio differt 1.3.10

Auctoritatem nostram quibus impertimur, ea nostra facimus 1.4.4

Aucupia naturâ cuique licita, sed legem à terra accipiunt 2.2.3.& 5.

Aves quorum sint 2.2.5. quamdiu nullius sint 2.8

Augusti Octavii bellum contra Antonium injustum 2.3.5.

Augustinum scholæ quædam solum sequendum sibi proposuere, & perperam 3.1.17

Aurigæ Circenses S. Cœna prohibiti 1.2.9. Not.

Avus aviaque quando nepotum curam agere teneantur 2.7.6

Auxilia ab una parte, promissa intelliguntur sumptu petentis 1.16.12.3.

Auxilium mittere quis excusetur 2.16. 17.1.

Auxilium venisse quando dicatur 3.23.12

Auxilium amicis præstandum, si facilè & sine incommodo possit 2.25.5. in bello ut præstetur, cujus generis fœdus 2.15.6. cujus impendiis debeatur, 2.16.12. debitum ex jure propriè dicto qui non præstat, ei cui sit injuria, damni

mni dati tenetur 2.7.8. 2.21.1. fœderatis quibus præstandum, si bellum inter se ipsi getant 2.15.13. hosti quoquo modo præstitum, causam dat ad bellum justum 3.1.5. sed ut de novo indici oporteat 3.3.10. veniam meretur, si ex officio sit præstitum 3.11.6. promissum quo casu fœderato promissor mittere non teneatur 2.16.27.

Auxilium in pacto non faciendæ deditionis si advenerit, quale intelligatur 2.23.14. sociis novis contra veteres an præstari possit, qui in fœdere caverunt ut utriusque populi socii ab utroque populo sint tuti 2.16.13. In auxiliis præstandis non socius vetustior, sed justior causa præstatur. 2.25.4.

B.

B *Annitos* occidere. num etiam interna justitia & coram DEO sit justum 2.20.17.

Barbaros prædationibus vexare, laudatum Aristoteli, & quare 2.15.5.

Barbari male à Græcis pro hostibus habiti 2.22.10. nisi si qui belluis, quam hominibus, similiores sunt 2.20.40.

Barclaji sententia de jure resistendi, quod sit penes populum, vel majorem ejus partem 1.4.7.4.

Belgæ agros vastari non permittunt in bello, sed sub tributo eos præstant tutos, & quamobrem 3.12.14.

Belisarii cavillatio adversus Gothos de locis minus custoditis 3.21.8.

Bellandi pro alio justæ causæ 2.25.1.1.

Bellandi jus inferioribus potestatibus quibusdam concessum 1.3.4.2. & 5.1.

Bellantium extra territorium quæ capiuntur, an jure belli acquirantur 3.6.26.1.

Bellare quidam lege vetantur 1.5.4.

Bellum à natura, quo sensu 1.2.1.5.

Bellum juris gentium, quo sensu 1.2.4.1.

Bellum an vetetur lege quæ data est Noæ 1.2.5.2. an vetetur lege Evangelica 1.2.6.1. & 7.1. & 8.1.

Bellum actionis nomen non est, sed status 1.1.2. & lib.3 21.1.

Bellum Christiani aliqui planè improbaverunt, & quare 1.2.9. evitari quibus modis possit 2.23.7. & *sequent.* finiri quibus modis possit 3.20.1. male geritur, nisi intra juris & fidei modum. Proleg. pag. 5. honestum non est, nisi summa necessitas & vera charitas id efficiat honestum 2.25.9. incipit naturaliter, ubi judicia deficiunt. Proleg. pag. 5. 2.1.2. suscipi non debet objecta quævis 2.20.38. nec ob inchoata solum, nisi certo casu. 2.20.39. non nisi ad juris consecutionem. Proleg. p.5. 2.1.1.

Bellum civile prædam plerumque militi omnem promiscue concedit, & quare 3.6.24. In bellis civilibus quare occisi captivi. vide Captivus. Capta capientium non fiunt. vide Capta. An in bellis civilibus sit jus legationis 2.18.2. *Defensivum* vid. Defendere.

Bellum injustum non nisi injustos prodit effectus, etiamsi sit solenne. 3.10.3. Nec à latrocinio differt, quoad jus internum 3.16.1. Ad bella injusta nemo obligatur 2.15.13. & 2.25.4.

Ut justum sit I. G. quid requiratur 3.3.5. *Justum* esse non potest, nisi quod ob injuriam sit susceptum 2.1.1. sive eam quæ sit contra jus gentium, sive eam quæ contra jus naturæ 2.20.40. *privatum* publico reipsa priusest 1.1.2. *Injustum* ex quibus causis dicatur 1.2.8 per tot. aliquando idem est, ac non solenne, ut *justum* solenne 1.3.4.1. Justum dicitur interdum quoad effectus externos 1.3.4. & l. 2. 17. 19. & l. 2. 23. 13. & l. 3. 3. 1. nec fit injustum, etiamsi ex animo gerentis vitium accedat 2.22.17. Justum est quod Reges suscipiunt in eos qui nec se, nec suos, sed I.N. aut G. violant 2.20.40.

Bello justo quantum quis consequatur I.N. 3.20.11. Ex bello etiam justo magistratus subditis tenetur, quatenus damno eos affecit, quod provideri poterat 2.24.7.

Bellum solenne injustum esse potest, quoad justitiam internam 2.1.1. & 2.23.13.

Belli solennis effectus alius est licentiæ, alius dominii 3.4.4.

Bellis si quæ sunt *causæ* tantum ad pœnam ab aliis sumendam, injustitiæ suspicionem præbent, nisi ob scelus manifestum & atrocissimum 2.20.43. Itaque non temerè suscipiendum, etiam cum justa punitio 2.24.2. maximè contra eum cui pares vires sunt 2.24.7.

Belli causa quibusdam ipsum bellum, id quod injustissimum 2.22.2.

*Belli causæ, justificæ, claræ evidentesque esse debent, & quæ palam possint proponi 2.26.4. cur publicè proponantur? 3.1.5. His, si quæ bella destituuntur, latrocinia sunt 2.22.3. Omnes autem qui bella suscipiunt, credi volunt, sibi tales causas esse 3.9.4. Itaque periculosum, de iis inter duos pronunciare 3.4.4. Suasoriæ causæ solæ absque justificis latrocinium ex bello faciunt 2.22.3. etiam conjunctæ justificæ bellum ab injustitia non vindicant, quantum ad eum qui suscipit, si ob solas svasorias ineatur 2.22.17.

Belli Punici secundi causa 2.22.1. quo sensu fuerit justa 2.17.19.

Belli præsentis injusta videtur dici ab auctore 1.2.8.

Belli dux. vide Dux belli. *Belli potestas* regi concessa, de potestate externi belli intelligitur 1.4.13. *Societas* an cum infidelibus licitè ineatur 2.15.9.

Ex bello multa mala etiam in innocentes veniunt 2.23.6.

Belli definitio 1.1.2.1.

Belli vocis origo 1.1.2.2.

Bellum an justum aliquod jure naturæ 1.2.1.1.2.

Bellum aliud privatum: aliud publicum: aliud mixtum 1.3.1.5.

Bellum privatum an licitum post constituta judicia, & quibus casibus 1.3.2.1. privatum aliquod lege Mosis permissum 1.3.2.2. an cum Evangelio pugnet 1.3.3.1. Ambrosii & Augustini dicta contra illud 1.3.3.2.

Bellum *justum* ac solemne quid 3.3.1.1.

Bellum ex edicto 3.3.5.

Bellum Cn. Manlii in Galatas an justum 1.3.5.4. Caji Cæsaris in Germanos an justum 1.3.5.4. Octavii & Decimi an justa bella; Cassii quoque bellum an justum 1.3.5.5.

Bellum publicum, ſolemne vel minus ſolemne 1.3.4.1.
Bellum ſolemne idem aliquando, ac illud quod à magiſtratu publico geritur 1.3.5.
Bellum gerere reſervatum habenti ſummum imperium 1.3.5.3.
Bellum quando & quatenus ab inferioribus poteſtatibus geri poſſit 1.3.4. an tale bellum publicum dicendum 1.3.5.1. & an geri poſſit ab illis ex conjectura voluntatis ſuperioris 1.3.5.3.
An *Bellum civile* ſit pejus tyrannide 1.4.19.3.
Bellum pro ſociis, & pro amicis 2.25.4.5.
Bellum ſuſcipi poteſt pro quibusvis hominibus 2.2.5.6.
Bellum an licitum pro ſubditis & alienis 2.35.7.8.
Bellum geri poteſt per homines improbos 2.26.5. & lib.3.1.22.
Bellum an licitum in eos, qui in naturam delinquunt 2.20.40.1.
Bellum an lictum, ut cogantur aliqui fieri Chriſtiani. vid. Religio. 2.20.48.1.
ad *Bellum injuſtum* obligatur nemo 1.3.23. & 2.11.8. & 2.13.7. & 2.2.15.13.1.
Bellum pro ſolo offenſivo quando ſumendum 2.16.13.3.
Bellum non licitum ob partem aut nimiam potentiam vicini tantum 2.1.17.1.
Bellum juſtum aliunde vitium habere poteſt 2.22.17.1.
Bellum an utrinque juſtum detur 2.23.13.
dari poteſt quoad ſubditos 2.26.4.
Bellum omittendum ſæpe noſtri & noſtrorum cauſa 2.24.4.1. quid hoc caſu faciendum. vid. Sors & Duellum.
Bellum ob pœnam ſuſcipere, debet eſſe validioris multo 2.24.7.
Bellum ſuſcipiendum ex neceſſitate aut occaſione 2.24.8. & 9.
Bellum pacis cauſa gerendum 1.1.1.3. 25.2. Vulgò tamen contra tit. 2.22.4. & præſertim hodie. Proleg. p. 6. & 3.15.2. & 3.25.2.
Bellum ſtatim geri poteſt ut indictum eſt 3.3.13.
Bellum injuſtum qui geſſit, rectè ad impenſas ſolvendas cogitur 3.1.3.
Bellum pacis cauſa 3.15.2.1.
Belli cauſæ juſtificæ debent publicari 2.26.4.5.
Belli efficientes cauſæ, principales, adjuvantes, inſtrumentales 1.5.1.
Belli cauſa juſta, injuria ſola 2.1 1.4. defenſio vitæ 2.1.3. cauſæ Belli ſuaſoriæ, & juſtificæ, & principia illius 2.1.1.1.2.
Belli injuſti effectus injuſti 3.10.3.
Belli vindicta modum excedere non debet 3.11.1.2.
Belli non juſti cauſæ poſſunt eſſe probabiles 3.11.6.1.
Belli jure quinam occidi poſſint. *vide* Occidere & Occidi.
Belli denunciandi formulæ 3.3.7.
Belli indictio 3.3.7.1. 6.2.3. 5.1. an neceſſaria ſit 3.3.6. circa Belli indictionem inſtituta civilia 3.3.8.
Bello non indicto an capta capientium fiant 3.3.12.
Bello capta jure gentium acquiruntur 3.6.2.1.3.
Bello capta cujus iure ipſo gentium fiant 3.6.2. & 7.

Bello capta singulorum fieri, frequens sententia 3.6.8.9.
Bellorum civilium crudelitas 3.7.5.3.
Bello injusto capta an restituenda ab eo qui cepit 3.10.3.5.& an restituenda ab eo qui detinet 3.10.6.1.
Bello injusto capta cum restituuntur, an quid detrahi possit 3.10.6.2.
Bello injusto capta, si consumta sint, bonæ fidei possessor non restituit. 3.10.6.2.
Bello civili res quomodo *acquirantur* 3.6.27.
Bello non solemni res quomodo acquirantur 3.6.27.
Bello quæsita quædam Regis propriè fiunt 1.3.12.3.
Bello injusto extortum secuta pace an repeti possit 2.17.19.
ex Bello irregularitas 2.24.10.
in Bello quæ capi & non capi possunt 3.13.2.3.4.
Bellorum principia 2.7.1.
Bellorum mala 2.24.10.1.
Bellorum pro alienis subditis susceptorum exempla 2.25.8. & eod. lib. cap. 20. 40.2.
Bella publica sine causa, injusta 2.1.13.
Bella pro aliis per naturam licita & probata 1.5.2.1.
Bello an peti possint persecutores Christianismi 2.20.49.2.
Bella sine ullis causis, feritas 2.22.2.
Bella ex causis fvaforias, non justificis, prædatoria 2.22.3.
Bella an suscipienda ob delicta in Deum 2.20.44.1.
Bella pro subditis justa: & an necessario suscipienda 2.25.1.2.
Bella ob leves causas vitiosa 2.24.1.2.
Bella justa ante Mosem 1.2.2.1.
Bella justa Mosis extra causas à Deo jussas *ibid.*
Bella improba Hebræorum postremis temporibus 1.2.8.16.
Bella ob legatos violatos 2.18.11. denuncianda sunt & quomodo 3.3.14. ob sepeliendos mortuos 2.19.5.5. ob pœnam 2.20.38.1.
Beneficia principis an durent post ejus mortem 2.14.13
Beneficia principum an semper revocari possint, & quæ non possint *ibid.*
Beneficia Regum quotuplicia *ibid.*
Beneficia quædam ignotis tribuenda 2.15.9.3.
Beneficia etiam malis debent Christiani 2.15.10.1.
in Beneficiis conferendis gradus observandi. vid. Dilectionis Lex. *ibid.*
Beneficium dejeratum huic aut illi an contra juramentum rectè præstetur 2.13.7. etiam à servis potest proficisci 3.14.6. In beneficii negatione nulla est injuria 2.2.23. Ex beneficio damnum sentire neminem oportet I.N. 2.12.13. nec credendum est quenquam eo se voluisse obligari 2.16 27. Beneficio vicem rependere naturaliter nos obligari, quo sensu dicatur 2.14.6. Beneficiorum ordo naturalis quis 2.7.9. Beneficii actus quotuplices 2.12.2.
Benjaminitarum cum cæteris Israëlitis controversia 2.13.5.
Beujaminitis matrimonia quo jure negarint Hebræi 2.2.22. cum rapere permiserunt, an facti sint perjuri? 2.13.5.
Bestiæ dominus an ex facto bestiæ teneatur 2.21.21.
in Bestias pœna propriè non cadit 2.21.11.

Bestiis quo sensu justitia tribuatur 1.1.11. In Bestiis quo sensu justitia tribuatur 1.1.11. In Bestiis quo jure puniatur concubitus cum eis. vide Concubitus.

Bonum publicum privato præhabendum 1.4.4.4.

Bona avita in successione distingvuntur à noviter quæsitis 2.7.9.1.& 10.quibus naturaliter relicta censeantur 2.7.9. 10. 11.

Bona noviter quæsita naturaliter creduntur proximo relicta 2.7.10.12.

Bona legatorum an possint pro debito capi 2.18.9.

Bona subditorum ex facto superiorum obligantur ex jure gentium 3.22.1.3.

Bona jure civili, aut jure gentium quæsita æque alienantur in pace 2.14.8.3. 20.9.

Bona & jura non amittuntur ipso facto, nisi lex aliqua factum velit habere pro re judicata 2.21.4. imaginabilia falsa sunt 2.20. 29. *Bona* regni quibus casibus alienari possint vel non possint 3.20.5. subditorum alienari & perdi possunt à Rege jure supereminentis dominii. vide Dominium.

Bona cur obligentur pro delicto imperantis aut civitatis 3.2.2. ut trarseant cum oneribus, cum dominio rerum est introductum 3.2.1.

Bona vera extra virtutes sunt aut delectantia aut utilia 2.20.29.

in Bono profectum Deo debemus, ut nec libertatem ejus nobis valeamus eripere 2.13.7.

Bonorum electio quibus regulis ineatur 3.12.2.

Bos arator injustè violatur in bello 3.12.2.

Βλαυτικὴ quæ Aristoteli 1.3.6.2.

Brabantorum lex contra liberos ex secundis nuptiis 2.7.8.2.

Brasidæ dictum cavillatorium 2.16.6.

Brenni bellum cum Fano Apollinis 3.12. 7. causa belli 2.22.3.

Butinum 3.6.12.

C.

Ædes etiam justa ab antiquis Hebræis, Græcis, & Christianis punita 2.24.10. vide Occidere.

Cælibatu laudabilior conjugio 3.4.1. non nisi excellentibus ingeniis convenit 2.2.21.

Cæsar Jul. bello injusto petit Arioviſtum 3.3.10. laudatur ob spretas in se injurias 2.24.3. piratas cruci quo jure affixerit, cum tamen privatus esset 2.20.8.

Caini vox post comminationem divinam 1.2.5.

Calani corium 3.15.7.

Cambium quid 2.12.3.4.

Cananæis se dedentibus parcere potuerunt Israëlitæ 2.13.4.1.

Canones quid constituant circa populationes 3.12.4.4.

Canones de servis quomodo intelligendi 3.7.6.5.

Capere bello quomodo sit contra caritatem 3.13.4.1.

Capere homines in bello quatenus liceat 3.14.1.1.

Capienda non sunt bona innocentum, si ex debitoribus principalibus nostrũ consequi possumus 3.13.4.3.

Capiendi Jus esse potest sine acquisitione 3.13.1.

Capita rerum, auctores belli 3.11.5.1. & §. 6.1.

Capitalia quædam delicta post Evangelium prædicatum 1.2.7.13.
Capitales cognitiones cur defugerint Christiani 1.2.9.4.
Capitatio exteris imponi nequit, quæ civibus ex cauſ. Reip. eſt impoſita 2.2.14.
Capta acquiri capientibus, non ſolius belli eſt effectus 1.3.5. Sic enim I. G. dominus fit rei alienæ, qui, cum ſuam aut ſibi debitam conſequi non poteſt, eam ſumit loco illius 2.7.2. idque ipſo facto 3.2.7. & cap. 6.1. Sed hoc jus non primarium eſt, ſed ſecundarium 3.3.6. naturale jus quo ſenſu quidam dixerint 3.6.2. vocatur alio nomine compenſatio 3.19.15.
Capta in bello ſolenni quo ſenſu dicantur 3.6.3. quando acquirantur J. C. Gent. Europæ, *ibid.* acquiruntur eo modo, quo res quæ ſunt nullius 3.6.2. & 8. vide Rapere. etiam incorporalia 3.6.26. & c. 7. 4. & c. 8. 1. an etiam ſingulis I. G. ut ſtatuunt interpretes Jur. Rom. 3.6.8. ſingulis quando acquirantur 3.6.12. acquiruntur, cum ſuo ſumtu militant, & quo jure 3.3.24. quid interno jure ipſis acquiratur 3.18.2.
Capta bello civili non acquiruntur, quoad juſtitiam etiam externam 3.6.27. in bello juſto, quatenus delictum excedunt 3. 2.7. & c. 13. 1. vide Pœna: & ad pœnam civis unius aut magiſtratus ſuscepto 3.13.2. aut à prædonibus geſto 3. 3. 2. Itaque hæ res redduntur, non donantur 3. 9. 16. nec acquiruntur capta bello non ſolenni, ſed compenſantur cum debito, vide Compenſatio.
Capta, nec ſingulis acquiruntur, quæ ut publici miniſtri ceperunt 3. 16. 14. & 3.6.21.
Capta non compenſari cum primario debito, quo ſenſu dicantur 31.3.3.
Captæ civitates populi & id genus olim patrimonialia regum fiebant 1.3.12. Annot.
Captus in bello injuſto an licite fugiat & 3.7.6.
Capti quando poſſint interfici 3.21.16.1.
Captio Romanorum adverſus Carthaginenſes 2.16.15.
Captionum exempla 2.16.5,6.
Captivus bello quando quis cenſeatur 3.6.3. dedere ſe alii quàm à quo captus eſt an poſſit 3.23.11.3.3.11. Fugitivus à domino finito bello vindicari poteſt, etiamſi ad ſuos fugerit. 3.7.6. Cur occidantur potiſſimum in bellis civilibus? 3.7.5. non occidendi ſecundum Jus naturale 3.11.3. niſi crimen Morte dignum ante vel poſt commiſerunt 3. 11. 16. Permutati aut pretio dimitti Jure poteſt, ubi ſervitus non eſt in uſu 3.14.9. pretium huiusmodi unde definiatur *ibid.* vide Rédemptio.
Captivi, quo Jure cum vix utrimque juſtum bellum eſſe queat.
quatenus tales etiam Juſtitia interna fiant: ubi id per externam licet 3.14.1.
Servi non fiunt apud Chriſtianos & quare 3.7.9.
Captivus & tamen non ſervus, ubi ſervitus in uſu 3.14.2.
Captivi duces cuius ſint 3.7.9. Not. 2. occiſi die triumphi apud Roman. 3. 4.12.

4.12. Reges pacem facere non possunt si regnum habuerint ex consensu populi 3.20.3. non tamen Jus imperii penes populum, sed tutela eius. *ibid.*
Captivos ob delictum carcere circa Pascha liberare, unde 1.2.9.
Captivus idem pluribus pretium debere potest 3.21.26.
Captivus an redire debeat, mortuo eo, quem redimere debebat 3.21.30.
Captivi promissum de reditu in carcerem valet 3.23.6.
Captivi res, nisi apprehensæ, non acquiruntur 3.21.28.
Captivi quorum in potestate nunc sint 3.7.9.2.
Captivi occidi belli Jure possunt 3.4.1.
Captivi an quovis tempore occidi possint *ibid.*
De Captivis & rebus cum specialiter conveniri debeat 3.9.4.3.
Captivorum redemtino. permutatio. 3.14.9.1.
Captivorum redemtio quam favorabilis 3.21.23.
Captivorum posteri, servi 3.7.5.2.
Captivorum redemptionem quæ vetant leges, an *justæ* 3.21.24.
Captivorum bona Romano Jure fisco cedunt, si heres nullus sit 3.9.10.4.
Captus alii se dedere non potest 3.23.9.
Captus in bello *justo* an licite fugiat 3.14.7.
Capta actu bellico quorum sint 3.6.14.1.
Capta bello quatenus conscientia pura acquirantur aut retineantur 3.13 1.2.
Capta bello iniusto non fiunt capientium Jure interno 3.16.1.
Capta bello injusto, prioribus dominis reddita 3.16.2.
Capta post pacem initam reddenda 3.20.10.
Capti bello servi fiunt etiam citra delictum 3.7.1.2.
Capti censentur, qui intra præsidia ducti sunt *ibid.*
Capti gratis dimissi 3.14.9.2.
Capti quibus acquirantur 3.7.5.4.
Captorum bello liberi & posteri an servi: & quatenus 3.7.2. & §.5.2.
Captis parcendum in bello 3.11.13.1.3. exceptiones, quæ vulgò contra adferuntur 3.11.16.1.5.
Captis quid faciendum, ubi servitus in usu non est 3.14.9.
Captivitatis Jus etiam injuria dicitur 3.7.6.4.
Captivitatis Jus non est Jus gentium universale 3.7.8.
Captivitatis Jus quale his temporibus 3.7.9.1.
Capuæ civitatis interitus 2.9.6.
Carceris æstimatio non fit in libero homine, ob id, quod in eum est conjectus 2.17.14. quæ carceris evitandi causa injustè fiunt, excusabilia 2.20.29. de in carcerem redeundo promissio an sit *justa* 2.23.7.
Caritas nos obligat sæpè ut clarè loquamur 3.1.10.3.
Caritas multa vetat quæ ex Jure strictè sumto fieri possunt 3.1.4.2.
Caritas vetat sæpè quod Jus permittit *ibid.*
Carnifex quomodo de Justitia sententiæ instruendus 2.26.4.9.
Carnifices munere suo abstinent tanquam periculoso 2.26.4. Not. de Justitia sententiæ instruendi, & qvare *ibid.*

ibid. Sanctiores Tyrannis 2. 25. 9. & iis qui mercedis ſolius reſpectu militant *ibid.*
Caro imbecillam corporis conditionem ſignificat 1. 2 8. 14.
Caroli M. electio 2. 9. 11.
Carthago cives an urbem ſignificet 2. 16. 15.
Caſtellæ regni ſucceſſio 2. 7. 21. 1. & ſ. 30. 3.
Caſtigatio utilis ei qui caſtigatur 2. 20. 7. 2.
Caſtigationes pro ætatis aut qualitatis alterius ratione neceſſariæ nil pugnant cum L. Evangelica 2. 20. 19
Caſus improviſi conductorem non liberant 2. 12. 18.
Catonis Cenſorii dolus 3. 1. 13. 2.
Catonis ſententia Cæſari ſe opponentis culpatur 2. 34. 6.
Caudina ſponſio 2. 15. 16. & lib. 3. 20. 58. & cap. 22. 7. Quod cauſas habet magis honeſtas, quod magis utiles, potius eo quod non habet 2 16. 19.
Cauſæ injuſtæ, & ſvaſoriæ, & exempla utriusque 2. 1. 1. & cap. 22. 1.
Cauſæ impellentes quæ peccatum excuſant 2. 20. 29. 1.
Cauſæ abſtrahentes à peccato quæ 2. 20. 30.
Cauſæ diſpenſandi intrinſecæ & extrinſecæ 2. 20. 25. & 26.
Cauſæ ſubnaſcentes in bello 3. 1. 3. & cap. 13. 3. 1.
Cautio innoxia adverſus metus incertos 2. 1. 17.
Cecropis lex de una uxore ducenda 2. 5. 9.
Celare quid ſit in contractibus 2. 12. 9.
Cepiſſe bello rem quando quis dicatur 3. 6. 3.
Ceres cur legifera dicatur 2. 2. 2.
Certamen ſingulare an permittendum ad bellum vitandum 2. 23. 10.
Certamen ſiugulare. vide Duellum.
Certamina certo numero an licita 3. 20. 43. 1. 5.
Certus non eſt certiorandus 2. 12. 9. 3.
Chirographi redditio, remiſſio debiti 2. 4. 4.
Chirographi Theſſalorum controverſia 3. 8. 4. 2. & cap. 9. 9. 1.
Chriſtus non eſt tantum interpres legis per Moſem datæ 1. 2. 6. 3.
Chriſti facta non omnia nos ad imitationem obligant 1. 3. 3. 8.
Chriſti paſſio non ex lege ſed ex pacto quaſi 1. 2. 3.
Chriſtiani non reſtiterunt malis Imperatoribus: etiam cum prætextus eſſet probabilis reſiſtendi 1. 4. 5.
Chriſtiani jurarunt per tres creatas cum reſpectu ad Deum 2 13. 11. 2.
Chriſtiani etiam ſine armis militent 2. 26. 5. 2.
Chriſtiani tenentur auxilio eſſe Chriſtianis periclitantibus ob Religionem 2. 15. 12.
Chriſtiani cogi non debent etiam ad juſtum bellum 2. 26. 5. humanitatem majorem debent quam alii 3. 12. 4. præſtare coguntur omnibus hominibus ea quæ Hebræi circumciſis 2. 11. 20. Veteres ſæpe etiam conſilia divina pro præceptis amplexi ſunt 1. 2. 9. Chriſtus fabulis utitur, ut audientes eum non audiant, quo ſenſu 3. 1. 10. legem impleviſſe quomodo intelligatur

tur 1.1.7. vim an exercuerint ad propagandam Ecclesiam, ejiciendo vendentes è templo 2.22.14.
Christianis an resistere superioribus permittatur in summa necessitate 1.4.5. & cap.4.7.8. veteres etiam in summa necessitate non restiterunt, cum possent 1.4.7.9. & 14.
Christianorum fœdus inter se: ejus obligatio 2.15.12.
Christianorum veterum sententia de juramento 2.13.21. 1.4.6.
Christianorum mos circa captos 3.7.9.2.
Christianos an deceat ex præda quæstum facere 3.18.4
Cibus quibus caro humana est, justè bello petuntur 2.20.40. In defectu ciborum, cur quod quisque habet, in commune cogatur conferre 2.2.6. Lex de cibis vetitis apud Hebræos exceptionem habet summæ necessitatis 1.4.7.
Cicatricum æstimatio non fit in homine libero 2.17.14.
Circūci di Christiani an potuerint 3.1.8.3.
Circumcisio ad quos populos pertinuerit 1.1.16.5. olim multis populis cur necessaria 1.1.16.3. ab extraneis sponte susceptа, & quare 1.1.16.6.
Circumstantiæ etiam minimæ in moralibus variant materiam 2.23.1.
Citatio in locis non tutis 3.3.14.
Citatio in repressaliis 3.2.7.3.
Civis eorum capi potest, qui nostrum civem injuria detinent 3.2.3.5.
Civis innocens an justè dedi possit, ut excidium vitetur 2.25.3.1.4.
Civium & servorum differentia 3.8.2.
Cives Romani quo sensu dicantur qui in orbe Romano vivunt 2.9.11.2.
Cives quando jus damni repetendi habeant in Magistratus 2.17.1.
Cives an abscedere à civitate possint 2.5.24.1.3.
Cives etiam singuli exactam à magistratu diligentiam exigere possunt lege concedente. vide Magistrat.
Cives civitatem indemnem quomodo præstent 2.5.24.2.
Civitas quomodo dividatur, & quo effectu 2.9.10.
Civitas bello victa an desinat civitas esse 3.8.2.
Civitatis res belli jure acquiruntur 3.8.4.1.2.
Civitas injusta non desinit civitas esse 3.3.2.1.2.
Civitas injusta à piratarum cœtu quid distet 3.3.2.1.
Civitas quid. Prol.p.6.l.1.1.14. & c.3.7.l.2. 5.23. dividi in plures civitates potest. vide Dividere. Semel divisa facit, ne idem sit populus etiam cum restituatur 3.9.9. Eadem etsi non iidem homines aut ejusdem dignitatis 2.9.3. & c.21.8. Etsi modò regio, modò populari imperio regatur 2.9.8. & c.16.16. interire quo casu possit, & magna familia fieri 3.8.2. interit corporis interitu aut speciei 2.9.3. item cum fit alterius ditionis 1.3.7. Non interit ob injustitiam communiter admissam 3.3.2. subjectum est summæ potestatis 1.3.7. Vitiosa, quamdiu maneat civitas 3.3.2.
Civitatis corpus quale & quid propter producat 2.9.3. finis. Proleg. p.6 Forma alia consociatio juris & imperii quam spectat Jurisconsl. alia relatio partium inter se earum quæ regunt & reguntur quàm spectat politicus 2.9.3. & c.21.8. jus non amittitur ipso facto, sed decreto aliquo aut judicio 2.2.4.
Spiritus & vita quid 2.9.3.

Civitatis Jus in cives 2.5.24.2
Civitates federatæ imperio distinctæ 1.3.7.2.
Civitates immortales quo sensu 2.9.3.1.2.
Civitates desciscentes recipere, contra amicitiam est 3.20.41.2.
Civitatis Jus in magistratus quale 2.17.3.
Clam ne quid geratur in bello, ad jus nil pertinet 3.3.11.
Classis quid 2.16.3.
Clarigatio 3.3.7.1.
Clausula, ut cætera tamen rata maneant 3.20.35.
Clausula, si populus velit, quid operetur 3.22.12.
Clemens Alexandrinus pro pœnis & militia 1.2.10.1.
Clementia in bello 3.11.7.1.5.
Clementia liberum arbitrium quando habeat puniendi vel non puniendi 2.20.23. locum quotiens habere debet 2.20.22. vim legis non nisi in probabilibus causis imminuere debet 2.20.24. vide Dilectio. apta per se frangendis & conciliandis animis 3.12.8.
Clementis constitutiones quando scriptæ 1.2.9. Not.
Clerici bello arcentur, & quatenus 1.5.4.
Clericis interdicta est militia 1.2.10.4.
à Clericis vitæ eximia puritas & major quam ab aliis requisita 1.2.9.
Clero olim exclusi qui post baptismum militassent, aut magistratum gessissent 1.2.10.10.
Cliæliæ factum defenditur 3.11.18. quomodo 3.20.54.
Coacti non semper excusantur. 2.26.3. ad bellum sunt inter infortunatos. vide Infortunati, itaque non juste occidantur, quantum ad justitiam internam 3.11.3.
Coemptio an licita 2.2.24. vide Monopolium.
Cœtus proborum hominum, & qui latere non quærunt nisi cogantur, suspecti esse non debent 2.20.49.
Cogendus ad religionem Christianam nemo 2.20.49.2.
Cogens & coactum requirit distinctas personas 2.14.2.
Cogere alium, ad id quod ei non licet, non est concessum 3.1.21. nec quisquam ita se cogi patiatur 2.26.3. par parem potest tantum ex I. N. 2.14.6. non potest nisi ad id quod debet jure stricto 2.25.3. superioris num semper sit? 1.3.17.
Cogere pugnat cum statu inferioris 1.3.17.1. & lib. 2.14.6.2.
Cogitationis pœnam nemo subit, quomodo intelligendum 2.20.18. & lib. 2.20.29. Voces latum & strictum significatum habere possunt 2.16.9.
Cognatica successio linealis: & ejus fundamentum 2.7.22.1.
Collegio destructo an res maneant eorum qui aliis supersunt 2.9.4.
Colloquium postulans ad quid obligetur 3.24.3.
Colloquio durante res suas promovere licet ibid.
Colloquii usus ad vitandum bellum 2.23.7.
Colloquium qui petit, tacitè pollicetur collocutoribus innoxium id fore 3.24.3. præmittendum antequam in bellum erumpatur 2.23.7. qui co loquuntur sibi invicem judicandi libertatem debent. I.N. 3.1.13.

Collybium quid 1.12 3.
Coloniæ naturaliter non ſubſunt civitati matrici 2.9.10.
Corsam alere naturaliter turpe quo ſenſu dicatur à Paulo 3.12.26.
Comites legatorum an ſint inviolabiles 2.18.8.
Comitia ordinum non ubique demonſtrant Regem eſſe abſolutum 1.3 10.
Commeandi jus qualem interpretationem recipiat 3.21.14.
Commeandi ſecuritas etiam extra territorium dantis porrigitur 3.21.22.
Commeandi Jus 3.21.14.
Commeatus an ad bona extendatur 3.21.18.
Commeatus morte dantis an extinguatur 3.21.20.
in Commeatu comites qui 3.21.19.
Commodatarius ad quid teneatur 2.12. 13.1.
Comminatio nemini Jus dat 2.13.3.4.
Commiſſiones. vide Dimicationes.
Commercia impedire nemini jus eſt, 2.2. 13. ſolent in fœderibus ſtabiliri, & quare 2.15.5. an prohiberi juſtè poſſint ab iis qui bellum inter ſe gerunt, ita ut neutrius partis ſubditis uti iis liceat, aut etiam aliorum ſubditis in hanc vel illam partem 3.15.p.Not 3.
Commercia belli 3.21.1.
Commerciorum libertas 2.2.13.5.
Commodatio quid 2.12.2. gratuita natura ſua 2.12.20. an injuſtum, ſi pro eo merces exigatur 2.12.11. & 2.12.20.
Commodatarius rem commodatam reſarcire tenetur ſi petierit, & quare 2.12.13.
Commodator quando intra prædictum tempus rem repetere poſſit 2.16.17.1.
Commodo Imperatore vix quisquam ſceleratior 1.4.5.
Commodum ut ſequatur eum quem incommodum, quomodo accipiendum 2.6.16.
Communio an durare poſſit 2.2.2.1.
Communio quibus ex cauſis ceſſaverit 2.2.2.2.
Commuuio quomodo introducta, quæque jura dederit 1.2.1. & lib. 2. 2.2. duplex eſt, vel ex ſimplicitate, vel ex charitate 2.2.2.
Communia diſtinguuntur à publicis populi 2.3.9. In diviſione civitatis qualia maneant 2.9.10. judicantur non tantum attributricè juſtitia 1.1.8. præferenda privatis etiam ex lege dilectionis, & ejus ordine 1.8.8.
Communibus durante communione bonorum non minus huic quam alteri licebat uti, ſervata quadam æqualitate 2.10.1.
Comparatio finium bonorum malorumque quas normas habeat 2.24.5.
Compenſari non poteſt id quod bello cauſam dedit, aut jure gentium factum eſt 3.19.19.1.
Compenſatio debetur ſubditis, quorum bona pace alienata ſunt 3.20.7.2.
Compenſatio quid 2.7.2. & 3.19.18. inter perſonas easdem fieri debet 3.19.19. promiſſi jurati cum eo, quod ante juris erat controverſi an valeat, ſi promiſſio facta eſt, poſt motam controverſiam 2.13.20.
Compenſatione non eſt lædendum jus tertii 3.19.19.3.
Compenſatur cum promiſſo res injuſta detenta 3.19.15.

Compensatur cum promisso debitum ibid.
Compensatur cum promisso damnum datum, & pœna 3.19.19.2.
Compromissarius arbiter. vide Arbiter. qui concedit aliquid, concedit etiam ea, quæ necessario sequuntur 3.21.17.
Compromissi usus ad bellum vitandum 2.23.8.
Concessio immunitatis à vectigalibus & tributis quomodo intelligenda 2.16. 27.1.
Concessum an morte concessoris intereat 3.21.20.
in Conciliis Christianis unde alii aliis præcesserint 2.5.21.
Concubinatus quidam species matrimonii naturalis 2.5.15.1.
Concubinatus an omnis vitiosus lege N. aut G. aut Div. 2.1.15. non est prohibitus nisi L. Evangelica 1.2.6.
Concubitus cum bestiis quomodo etiam in ipsis bestiis puniuntur 2.25.11. Incesti morte puniendi ex lege veteri Noæ data 1.2.5. Innuptos L. N. repugnare non satis constat 2.20.42. Serviles nec lege nec certa custodia erant constricti 3.7.5. Conditiones 2.1.2.
Concupiscere in Decalogo quid 2.20. 39. 3.
Condicere 3.3.7.1.
Conditio non impleta liberat fidem 3.19.14.1.
Conditio casualis 3.20.29. impleri diserte debet 2.15.17. oblatio conditionis quomodo à promissione differat 2. 16. 32. proponi debet à potentiore 2.20 26.
Conditiones contra eum, qui elocutus est, potius interpretandæ 3.20.26.
Conditio, si res maneant eodem loco, quando tacitè insit 2.16.25.2.
Conditionem deferentis an accipientis verba plus valeant 2.16.32.
Confiscatio bonorum patrimonialium liberis incommoda quidem, sed propriè pœna non est 2.21.9.
Confiscatione singuli sua bona amittunt 2.21.7.
Conjecturæ ad interpretationes 2.16 20.1
Conjecturæ extendentes ibid.2.
Conjecturæ restringentes 2.16.12.
Conjecturæ extendentes non temerè admittendæ, cum obligant 2.16.28. favorabiles, quæ pro certitudine imperii adversus controvertentem faciunt 2.4.8. Restringentes, quando procedant 2.16.22.
Conjecturæ unde sumantur, & ex quibus locis 2.16.5. sumtæ ex ratione movente, ubi & quando locum habeant 2.16.8. conjecturis opus quando sit 2.16.4.
Conjunctorum locus ad interpretationem 2.16.7.
Conjugium, vide Matrimonium.
Consensum requisitum qui adhibent, tenentur de damno 2.17.6. & 2.21.1.
Consensum in id intelligitur, sine quo id, quod officii est, geri commodè non potest 3.22.4.
Consensus unde appareat 3.22.3. gignit jus in rem 2.5.1. & personam 2.5.8. qualitercunque etiam indicatus & acceptatus vim habet transferendi juris 3.24.1. interponi potest etiam per ministrum 2.11.18. populi unde intelligatur 2.6.9. tacitus. vide Tacitus consensus.

Consensus solus inducit obligationem 2.6.1.2. & 3.2.2.1.
Consensus populi in rebus modicis sequi facilius præsumitur 2.6.11.
Conservatio sui 1.2.1.
Consilia & præcepta interdum indistincte efferuntur 1.2.9.4.
Consilia sapientum quantum valeant 2.23.3.4.
Consiliarii Regum quomodo obligentur ex bello injusto 3.10.4.
Consilium divinum sæpe pro præcepto amplexi sunt Christiani Vett. vide Christianus. qui dat, tenetur damni dati, & quomodo 2.17.7. & 2.21.1.
Consita an solo cedant 2.8.22.
Constans & pertinax studium in partes suas supplicium & mortem non meretur 3.4.13. & 3.11.16.
Constantiæ debitum quale 2.11.3.
Constantinopolim an cum translatione sedis imperatoriæ, simul imperium sit translatum 2.9.11.
Constantinopolitani nullum jus ad eligendum Imperatorem habuerunt, quod non penderet à populo Romano 2.9.11.2.
Constituens non semper superior constituto 1.3.8.13.
Consuetudo quomodo introducatur 2.4.5.2.
Consuetudo pro consensu populi in jure concedendarum jurisdictionum 2.6.10.
Consuetudo horum temporum de mobilibus bello captis 3.9.15.
Consuetudo hodierna de recipiendis deditis 3.11.14.2.
Consuetudo ad æquitatem naturalem, omnis trahenda est, quantum fieri potest 2.26.6. Interpres legum optima. 1.4.5. Introduci potest à subditis contra Imperantem, eo non repugnante. 2.4.5. juris effectum ut habeat quantum temporis requiratur 2.4.5. natura altera esse, quo sensu dicatur 2.12.26.
Consultatio est de finibus interjectis 2.24.5. In consultatione comparatio finium fieri debet. ib. vide Comparatio.
Consumens nummos furtivos ad restitutionem tenetur 2.10.2.2.
Consortia impiorum vitare, sapiens monitum 3.15.9.10.
ad Contrahendum nemo metu impellendus 2.12.10.
Contractus quid 2.12.7.
Contractuum divisio 2.12.2.3.
Contractus innominati qui, & unde dicti 2.12.3.3.
Contractu populi facto cum liber esset, Rex postea factus tenetur 2.14.12.2.
Contractus vergens ad perniciem publicam an obliget 2.14.12.4.
Contractus Regum secum ferentes alienationem pecuniæ populi, regni, partis regni, patrimonii regalis, an valeant 2.14.12.5.
Contractus Regis, an actionem pariant 2.14.6.2. & §§. 4.5.9.
Contractus Regis subditis jus cogendi non dant 2.14.6.2. & 2.2.
Contractus Regum an leges dicendæ 2.14.9.1.
Contractus & leges misceri possunt. *ibid.*
Contractus perfectus sine scriptura 2.16.30.
Contractus Regum & populorum an interpretandi ex Jure Romano 2.16.31.

Contractus quænam vocetur omnes 2. 12. 7. æqualitatem omnes natura requirunt 2. 12. 18. diremptoriis. ibid. & 1. 12. 3. feudales sunt actus mixti 1. 12. 5. Inæquales obligant ex I. G. voluntario 2. 19. 6. sed ita, ut qui plus stipulatus est, teneatur ex officio probi hominis 1. 10. 5. Innominati non minus naturales quam cæteri. 2. 12. 3. Nominati cur à I. C. distinguantur à diremptoriis. ibid. & 2. 16. 30. cum rege initi an sint personales. Cætera vide in text. & in Pacta Regum.

Contractus Regum de regno quales sint, si regnum in patrimonio non habeant 2. 14. 2.

qui Contractui dolo, aut vi, aut metu injusto causam dedit, tenetur alterum in integrum restituere 2. 17. 7.

Contractui extrinseca non sunt indicanda 2. 12. 9. 2.

in Contractibus vitium rei indicandum, & quare 2. 12. 9. 12.

de Contractibus leges Romanorum & Hebræorum 2. 12. 13. 2.

Contractibus invasorum sive tyrannorum populi non tenentur 2. 14. 14.

Contractuum natura repudiat ambiguas locutiones 3. 1. 10. 3.

Contraria uno tempore nemo potuit voluisse 2. 16. 4. ad contraria non datur facultas moralis 2. 23. 13.

Controversiæ quæ non teneantur I. C. 1. 1. 1. de bellis ex L. Civ. non definiuntur 2. 7. 1. Regum populorumque nunc Martem ferè habent arbitrum. Prol. p. 1. fœderatorum quatuor sunt genera rum 1. 3. 21.

Contubernium matrimonio oppositum 2. 5. 15.

Contumeliam ferre magni animi est 2. 1. 10. ob eam actio non instituenda I. Evangelica 2. 20. 10.

Contumelia rumpitur pax amicitiæ causa inita 3. 10. 40. Ex ea nihil mali ad nos pervenit 1. 1. 8.

Contumelia quo sensu ab injuria distinguatur 1. 2. §. 7.

Conventio de redemptione an rescindi possit ob læsionem 3. 21. 27.

Conventionum divisio in publicas, & privatas 2. 15. 1. & 3. 20. 1.

Conventionum publicarum divisio 2. 15. 2.

Conventiones. vide Contractus, & Fœdera

Conventus quosdam Christianorũ utile esset haberi, ubi per eos, quorum id non interest, controversiæ definiantur 2. 23. 8.

Convictus cum impiis & contumacibus quatenus sit illicitus qualis prohibeatur 2. 15. 9. 10. & §. 10. 3.

Convitia immania jus dant etiam captivum interficiendi aut deditum 3. 11. 16.

Cornelius mansit Centurio post baptismum 1. 2. 7. 9.

Cornelia lex pro hæretibus eorum, qui postliminio redierunt 3. 9. 10. 4.

Corpus ad servitutem obligari potest 2. 15. 16. 4.

Corpus naturale idem quamdiu dicatur 2. 9. 3. 1.

Corpus ex terra ortum terræ debetur 2. 19. 2. 2.

Corpus humanum bestiis dari miserandum 2. 19. 2. 4.

Corpus naturaliter homini cuivis suum est 2. 17. 2. Obligare pro debito num possit.

possit. vide Debitum proprium.
Corporis quæ sunt ea per primariam ejus personam possunt expediri 2. 9. 11.
Corpora hominum debent dissolvi extra conspectum 2.19.2.5.
Corcyrensis controversia inter Atheniensis & Corinthios 2.16.13.3.
Corraria quid 3.6.12.2.
Corrumpere rem alienam quibus casibus liceat 3.12.1. hostium an liceat, & quatenus 3.5.1.
Creatum mundum esse à Deo, etiam credatur civiliter prodest 2.20.45.
Credens pecuniam patri ad alendum filium, actionem habet in filium 2.10. 2. 3.
Creditor tenetur de perceptis fructibus supra usuram 2.10. 4.
Creditor, qui rem alienam pignori sibi ab eo datam, cujus ea res non erat, vendit, Domino non tenetur, nisi in quantum creditum excedit 2.10.2. Mutuum à debitore tanquam non debitore sumens, tenetur ad illius restitutionem. ibid. Opulentus qui debitorem inopem omnibus bonis exuit, non quidem injustus est, sed peccat contra charitatem Christianã 3.14.4.
de Credito Jus non dabatur apud quosdam populos 2.18.10.
Crepundia feris alligata, ad quid proficiant 2.8.3.
Crimina cujus generis sint quæ obstringunt posteritatem 2. 21.14. in iis, qui quocunque modo participant, tenentur de damno 2.17. 6. adde Peccata & Scelera.
Culpa sine dolo sufficit ad restitutionis obligationem 3.10, 5.2.
Culpa media inter injuriam & infortunium 3.11.4.1.
Culpam leviorem bonitas Christiani condonabit 2. 20. 35. ex culpa quomodo quis obligetur 2.17.1. non obligatur cujus sententia à meliore parte victa est 2. 21.7.
Cultus idolorum falsorumque deorum Deus verus etiam in filiis peccantium punire solet 2.21. 14.
Curatores regni summum imperium habere possunt 1.3.11.2.
Curæ Clericis interdictæ 1.2 10.10.
Cyri & Arsicæ controversiæ 1. 7. 28.
Cyrus 2. 4. 14. quo sensu juste ad certamen singulare provocavit Regem Assyriorum 3. 20.43.

D.

Damnatos inter se committere, ut de vita pugnent injustum 2.1.15.
Damnum quid, & unde dictum 2.17.2.1.
Damnum contra honorem & famam datum 2.17.22.
Damnum faciendo quomodo detur 2.17.6.7.
Damnum non faciendo quomodo detur 2.17.8.9.
Damnum quando obliget 2.21.1. obligat interdum eum, qui delicto non tenetur. ibid. qui id etiam non per se dedit 2.17. 6. nisi is, qui sub authoritate aliquid facit, id alias sine authoritate fuit facturus 2.17.10. quod si imperio eum impulit, tenebitur in solidum 2.17.11.
Damni directe dati & in consequentiam, distinctio 2.21.10.1.
Damni causa qui dicantur 2.17.10.

Damni dati conſequentia quæ cenſeantur 2.17.11.
Damna in dubio pace remiſſa cenſentur 3.20.15.
Damnum datum ob cauſam turpem retineri poteſt 2.10.11. datum ob rem honeſtam, ſed alioqui debitam, an retineri poſſit. ibid. datum ei, qui nec Judæus eſt, nec Judæis fœderatus, dicunt non obligare Judæi 2.15.5. datum inducias tempore ſubditis, priusquam publicarentur, obligat contrahentes ad reſarciendum 3.21 5. datum etiam dividitur in quibusdam caſibus 2.17.21. datum in bello venit in æſtimationem: ubi de acquiſitionis juſtitia interna quæritur 3.13.2. obligat interdum privatos ad reſtitutionem, etiam ubi juſtum eſt bellum 3.18.6. datum culpa obligat ad reſtitutionem I.N. Prol. pag. 2. & 2. 17.1. datum paucis ob debitum univerſitatis obligat cæteros ad reſtituendum. vide Pœna. datum ſubditis à militibus ob ſtipendia non ſoluta regem obligat 2.17.11.
Date omni petenti, num ſit præceptum univerſale 1.3.3.
David Adoniam cum regno privarit quod ei nativitatis jure debebatur 2.3.25. bellum gerit contra Ammonitas 1.2.2.
David quomodo & quatenus Sauli reſtitit 1.4.7.4.6.
David res acquirit jure belli 3.6.7.1.
David à juramento illicito implendo abſtinet 2.13.6.
Davidis delictum, quo jure Deus in populo puniverit 2.21.17.
Debendi vox diverſas habet ſignificationes 2.7.3. & 4.11.
Deberi pœna quo ſenſu dicatur 2.20.2. ſervo num poſſit à Domino 3.14.6.
Debitum non ex juſtitia cauſam juſtam bello non dat 2.22.16.1.
Debita an remiſſa pace præſumantur 3.20.36.
Debita omnia naſcuntur ex charitate, vide Dilectio. vel ex honeſtate, id eſt, cum res nonniſi in honeſte poteſt omitti 2.7.4. & 3.3.6. vel ex juſtitia. ibid.
Debito univerſitatis an ſinguli obligentur, & quatenus 2.5.17.
Debitorem carceri eximens creditori tenetur 3.1.5.3.
Debitum alienum naturaliter neminem obligat. v. heres &c. 3.2.1. Charitatis & quæ ei ſunt ſimilia à ſuperiore poſſunt exigi proprio quodam jure 2.25.3. adde dilectio.
Debitum civitatis ſubditos I.N. non obligat 3.2.5. ſi univerſitas habeat bona 3.2.1. obligat à I.G. 3.2.2. & 3.2.5. etiam ſingulos 2.2.3. quantum ad bona & jura, rarò ad vitam 3.2.6. ita, ut iſta capientium fiant, etiam juſtitia interna, 3.13.1. peccante tamen contra charitatem, qui id agit cum à primario debitore debitum facilè poſſit conſequi. 3.13.4. tenentur porrò ſingulis iterum, qui culpa ſua ejusmodi debito cauſam dedere 3.2.7. non deſinunt hæc debita, cum alia reip. forma introducitur 2.9.8. conſtantiæ. vide Conſtantiæ debitum.
Debitū defuncti cur ad hæredem transeat, non pœna 2.21.19. non tranſit, ſi quod

quod ex officio pietatis gratiæ aut fidei debuit 2.12.17.
Debita personalia obligant bona ejus 2.14.10. regis, qualia ad successorem non pertineant 3.14.12.
Debitum Justitiæ oritur vel ex lege 2.1. 2. & 2.17.1. vel ex maleficio ibid. quod vocatur debitum pœnæ 3.13.1. vel ex pactione 2.17.1. Omnia hæc debita jus dant naturaliter in eum, qui debet 2. 20.2. quod & bello licet persequi, ubi id aliter consequi non possumus 2.1.2. sed ut necesse sit bellum prius indici 3.3.6. & obligant naturaliter etiam cum à Judice secus sit pronunciatum. 3.2.5. aut debitor in pœnam creditoris sit liberatus 2.14.6. debita sua legatus ut solvat, per ejus loci judicem, in quo est, adigi non potest, ut ideò alia ratione cum eo sit agendum, & quali 2.18.9. remissa censentur cum redditur Chirographum 2.4.4. Universitatis, vel Civitatis pro debito corpus an possit obligari 3.2.3.
Decalogi prima quatuor præcepta continent omnia veræ religionis membra 2.20.45.
Decemvirorum Romæ juramentum de re illicita 2.13.6.
Decent non ea omnia quæ licent 3.4.2.
Decima de præda consecrata 3.6.1.1.
Decreta sua Deus non mutat 2.13.3. vide Deus.
Dedere & donare non sunt ejusdem modi, contra quam putavit Cicero 2.21.4. Innocentem quid sit, & quo Jure sit concessa. ibid. An & is cogatur ad quem post facinus commissum fuit. ibid. Ob famen aliasve similes necessitates excusabile 2.6.5. jure nat. urbes subdito non licet sine publico consilio 3.1.21.
Deditus nec receptus an civis maneat 2.21.4.7.
Dediti sine conditione an occidi possint 3.4.12.
Deditio conditionata, & ejus effectus 2.15.7.2.
Deditio dat sponte, quod vis ereptura esset 3.8.4. quamdiu admittebatur à Romanis 3.11.13. repudiare potest jure belli quo sensu 3.4.11. non repudianda 3.11.14. sequitur cognitionem causæ, quæ semper & necessario debet antecedere 2.21.4. I. Nat. ad quid obliget eum, cui fit ex justitia interna 3.20.51. Spontanea tollit jus postliminii 3.9.8. Induciarum tempore non valet 3.21.8.
Dediti quando possunt interfici 3.11.16.1.
Dediti recipiendi 3.11.14
Deditis pure quid faciendum sit, statuendum à rege, aut à populo 3.21.11.
Deditorum oppida incendi possunt jure belli 3.5.1.
Deditio pura 3.20.49.1. & 2.5.31.
Deditio antequam murum aries percusserit 3.11.14.2
Defectio subditorum efficit, ut in magistratu potentia puniendi eos non possit præsumi 3.20.30. vide Rebelles. Ad hostem invalida tempore induciarum 3.21.8. Spontanea ob tempora difficilia quomodo excusetur 3.11.4. adde Dedere.
Defendere innocentem an teneamur, & quando 2.25.3.1. & cap.4.8.2.
Defendens se non opus habet denuntiane Jure naturæ 3.3.6.
Defensio an ius det in tertium qui non invadit 2.1.4.

Defenſio rerum an Jus det occidendi 2. 1. 11.

Defenſio licita in aggreſſoris adjutores 3.1.3. & 1.3.1.5.3.

Defenſio ut neceſſaria habeatur neceſſe eſt, ut aliter vitæ periculum nequeat evitari 2.1.3. & 2. 1. 5. & certò conſtet de potentia & animo alterius 2, 22. 5. & tunc licita etiam cum periculo innocentis 2.1.4. & 3.1.2.

Defenſio pro ultione ſæpè ponitur à Chriſtianis 1.2. 3. aliorum qui bellum ſunt promeriti injuſta 2. 1. 18. non eſt neceſſaria, cum non niſi morte invaſoris poſſit fieri 2. 25. 7. ſubditorum etiam in bello injuſto aliquo caſu juſta eſſe poteſt 2.26.5. adde Pœna. Sui in bello favorabilior, quam illatio belli 2. 16. 10. Indictione an indigeat. videBellum defenſivum. à quibusdam Chriſtianis habita pro illicita 1.3.3. licita, ut ſit & juſta, J.N. neceſſariam eſſe oportet 2.22.5. id quod eſſe deſinit, ſimul atque judex poteſt adiri 2.1.16. In vera defenſione homo non occiditur 2.1.4.

Defenſio ſui aliquo caſu licita etiam cum vitæ periculum aliter evitari non poteſt 2.1.12. cum interfectione an licita ſit jure divino 2. 1. 10. contra armatum aggreſſorem licita 1.3.2. & furioſum aut inſanum 2. 1. 3. non verò contra magiſtratum in cauſa religionis 1. 4. 7.

Defenſionis actus pacem non rumpit 3.20.36. & 38.

Defenſio in bellis publicis quæ, & qualis, 2.1.16. in his, qui bello cauſam dederunt, non licita 2. 1. 18.

Deflorator virginis ad quid teneatur 2.17.15.

Defunctis gratia redditur in liberis 2.7. 9. 2.

Dejectus dicitur qui vetitus eſt accedere 2.16.12.1.

Dejicere, quid interdum ſignificet 2. 16. 12. & 2. 16.20.

Delatio, oblatio conditionis ante acceptationem non obligat 2.16.32.

Deliberati & indeliberati actus diſtinctio 3.11. 4. 2.3.

ſuper Deliberationibus politicis regulæ 2.24.5.

Deliberationum fines & media inter ſe comparanda, & quomodo *ibid.*

Delicta quomodo contractibus comparentur 2.20. 2.2. 3.

Delicta gignunt jus in rem 2. 5. 1. & jus dant ad pœnam 2.20.2. omnia an neceſſariò & ex J.N. punienda 2. 20. 4. & 2. 20. 21. puniuntur non ea tantum quæ directè alios lædunt, ſed & quæ per conſequentiam 2.20.44. Aliena J. N. non obligant ad pœnam 2. 21. 12. poſſunt tamen liberis delinquentium honores & id genus alia juſte denegari 2. 21. 11. & 2. 21.16. Per ignorantiam commiſſa facilè remittenda, quamvis culpa non omnino careant 2.20. 26. & 2. 20. 43. Ignorata eo tempore, cum pax iniretur, an poſt contra pactum excuſabiliter puniri queant 3. 20. 17. Inchoata contra pietatem an puniri debeant 2.20.39. Contra vitam hominis an extra judicium ſeverè debeant puniri. *ibid.* per infirmitatem difficulter ſuperabilem commiſſa non difficulter remittenda 2, 20. 26. quæ lædunt

Lædunt perſonam Principis facilè condonanda 2. 24. 3. contra ſocietatem humanam à cujusque civitatis rectore puniri juſte queunt 2. 21. 3. Delicta majorum poſteros luere creditum nonniſi de graviſſimis criminibus 2. 13. 1. à multis commiſſa, etſi digna quæ morte puniantur, morte tamen non puniri æquum eſt 3. 11. 17. Regis, populum verè ſubditum non obligant ad pœnam 2. 21. 17. populum luiſſe, quando legitur, an ex eo concludi poſſit datam in regem poteſtatem. *ibid.* Subditorum obligant civitatem aut regem, ſi ſciverunt nec puniverunt, cum & poſſent & deberent 2. 21. 2. unde hæc culpa præſumatur 3. 20. 30.

Delinquentes naturaliter ſe faciunt ſubjectos omnibus hominibus 2. 20. 3. & in eo ſtatu ſunt, ut puniri poſſint 2. 20. 22. etiam à quovis, qui eis non eſt ſubditus 1. 3. 21. abſolvendi ſunt in dubio 2. 23. 5. reſiſtendi jus non habent publicis miniſtris capere eos volentibus, metu, ne plus æquo puniantur 2. 1. 18.

Delinquentes privatim in aliam civitatem rectoremve ejus, is, apud quem agit, dedere tenetur, aut punire 2. 21. 5. nemo gratis delinquit, ſive malus eſt 2. 20. 29. Conſuetudo delinquendi quomodo ſpectetur in judicio 2. 20. 35. reliqua vide in voce Peccata.

Delphi orbis umbilicus 2. 22. 13.

pro Deplorato nemo temere habendus 2. 20. 17.

Denunciatio honeſta etiam ubi non neceſſaria 3. 3. 6. 3.

Denuntiatio in quibus bellis neceſſaria 3. 3. 6. 2.

Denunciatio pura & conditionata 3. 3. 7. 1.

Denunciatio ad proximum præſidium 3. 3. 7. 2.

Denunciatio cur requiratur 3. 3. 11.

Denunciatione an opus, ubi legati violati ſunt 3. 3. 14.

Depoſitarius ad quid teneatur 2. 12. 13. 1.

Depoſitarius rem ſi perierit non reſtituit, & quare 2. 12. 13.

Depoſitum prædoni reddendum, ſi dominus non appareat 2. 13. 15. 2.

Depoſitum eſt ſpecies mandati 2. 12. 2. depoſitario interdum juſtè non redditur, ſi is non ſit Dominus 2. 16. 26. interdum etiam cum ſit Dominus. *ib.* Res furto aut vi alicui ablata & tertio depoſita, cui reſtituenda ſi Dominus adpareat 2. 10. 1. ſi non. vide text.

Depoſito mercedem ſtipulari an injuſtum 2. 12. 11.

Depoſita bona poſt publicationem fiſco non priori domino reddenda, & quare 2. 10. 1. 4.

Depoſitam apud ſe rem ſuam nemo reddere tenetur *ibid.*

Derelictione regna amittuntur 2. 4. 11.

Derelictum quid cenſetur, ſpe recuperandi amiſſa 2. 4. 5. 1.

Derelictum redit in ſtatum ſuum naturalem 2. 3. 19. ad derelicti præſumtionem ſufficit tempus excedens hominis memoriam 2. 4. 7. ad derelicti regni vel imperii præſumtionem non requiritur L. Civ. definitum tempus 3. 4. 12.

pro Derelicto habere non cenſetur is qui rem tractat negligentius 1. 4. 9. ne pro derelicto res habeatur quid agendum cum.

cum ob vim majorem deſeritur. vide Arbiter. an pro dereliſtis cenſenda, quæ induciarum tempore ſunt incuſtodita 3. 21. 8.
Deſertores Jus legationis non habent 2.18. 2.2.
Deſperatio hoſti eripitur, rebus ſervatis 3.12.8.1.
Deſpoliatio quid 3.6. 24.7.
Deum negare, & negare eum rerum humanarum curam agere, moraliter idem valent 2.20. 46.
Deus promittendo obligatur 2. 11. 4. 1.
Deus in juramento teſtis & ultor 2.13.10.
Deus probavit jus prædæ 2.6.1.2.
Deus nocentibus parcit innocentum cauſa 3.1. 4.3.
Deus quo jure efficiat, ut peccata poſteris noceant 2.21.14. 1.3.
Deus quo ſenſu dicatur mutare conſilium, & pœnitentia duci 2.13. 3.4. quando dicatur improprie nos fallere. *ibid.*
Deus populo cladem immittit, ob Regum facta 2.21.17.
Deus αὐτοφυὴς quo ſenſu 2.20.4.2.
Deus propter ſe omnia feciſſe quo ſenſu dicatur *ibid.*
Deus an non poſſit agere: niſi ob finem 2.20. 4.2.
Deus cognoſci ex natura quomodo poſſit 2. 20. 45. coli nimium non poteſt. Proleg. p. 9. dominium pleniſſimum habet, ut in res noſtras, ita & in vitam 2.20.40. & 2.21.14. majusque illud eſt, quam hominum in beſtias 3.4.9. Igitur, quæ ex eo jure agit, nobis in exemplum non trahenda 3.1.4. Efficere quædam non poſſe, quo ſenſu dictus 1.1.10.
de *Deo* notiones quædam minus evidentes 2.20. 47. perperam ſentientibus, an juſte bellum inferatur ex hac ſola cauſa 2. 22. 9. quæ ſunt contra mandatum divinum in iis non eſt Magiſtratui parendum 2. 20. 3.
Dei jus in homines 3.1. 4.3.
Dei lenitas in novo fidere 2.20.11. 1.
Dei factum circa liberos peccantium cur hominibus non imitandum 2. 21. 14.1.3.
Deo mendacium non convenit 3.1. 15.1.
Deo magis quam hominibus obediendum agnoſcunt & Philoſophi 1.4.1.3. & 2.26. 3.1.
Dextræ datio in quibusdam locis vicem tenet jurisjurandi & quare 2.13.22.
Diagoras Mælius quare ſit punitus 2. 20. 46.
Dicere mihi non neceſſe eſt id omne quod alteri eſt utile audire 2.12.9.
Dictatoria poteſtas imperiumque an mutaverit Remp. quotiens eſt introductum 1.3.8.
Dictatoris poteſtas aliquando ſumma 1.3. 11. 1.
ad eum *Diem*, excluſivè, an incluſivè intelligendum 3. 21.4.
Dierum vox in federibus quomodo intelligenda 2.16.5.
Dignitas regis læditur in legato 2.18.5.
Diis aſſcripta quæ Juris ſunt gentium 2.19.12.
Διαταγματα 1.1.9.2.
Διαστικὴ quæ Ariſtoteli 1.3.6.2.
Dilectionis lex diſtinguitur à lege Evangelica 2.1.10. ad Jus N. pertinet 2. 1. 9. propriè tamen jus non dat ei cui hinc aliquid debetur 2. 12. 17. & 2. 17. 9. itaque

itaque nec debitum hujusmodi armis exigere licet 2. 22. 16. potest tamen à subditis Magistratus deposcere proprio quodam jure. vide Debitum. An obliget omnes homines æqualiter 1. 2. 8. non obligat in gratiam nocentis 2. 1. 16. præcipit multa, quæ non tantum laudabilia sunt, sed etiam omitti sine culpa nequeunt 2. 1. 9. & 2. 25. 3. Vetat multa quæ ex jure stricto licita. 2. 1. 10. & 3. 13. 4. ut capere res subditorum pro debito Magistratus 3. 13. 4. res coëmere quæ pluris vendantur etiam pretio haud iniquo pro tempore 2. 12. 16. non indicare merces plures in via esse, quo tuas carius vendas 2. 12. 9. persequi rem suam cum cæde alterius 3. 2. 6.

Diligendorum gradus 1. 2. 8 10.

Diligere proximum juxta se, quomodo intelligendum 1. 3. 3. lex Christi de diligendis singulis, quam habeat exceptionem 1. 2. 8. & 2. 15. 10.

Dimicatio singularis quibus casibus licita 3. 1. 15.

Dimicationes sine fructu illicitæ 3. 11. 19.

Dimidium navium de integris intelligendum 2. 16. 5.

Direptio prædæ qualis 3. 6. 18.

Direptionis concedendæ aut negandæ rationes 3. 6. 18. 2.

Direptiones quæ vitandæ Christianis 3. 12. 8. 4.

Disciplina militaris Romana 3. 18. 1. 2.

Disciplina militaris an ea severitate custodire possit, ut in itinere, in castris, & similibus, miles ne minimum quidem auferat 3. 17. 2. servatur provisione rerum necessariarum & bene solutis stipendiis. ibid. disciplinæ militaris leges 3. 17. 2.

Dispensandi in lege pœnali causæ quæ 2. 20. 25. 26.

Dispensatio distinguitur ab æquitate 2. 20. 27.

Dissimulatio an licita 3. 1. 7.

Divisio rerum ad bellum vitandum 2. 1. 2. 5. & 2. 8. 1.

Divisio rerum prima causa efficiens proprietatis 2. 2. 1. regni aut populi quibus modis fiat 2. 9. 18. an per eam jus populi aut Imperii amittatur. ibid. reliqua vide Imperium.

Divitiæ supervacuæ nullum bonum in se continent 2. 20. 5.

Divortia olim licita, Christianis prohibita 2. 5. 9. 2.

Divortio amissam mulierem, qua conditione alius possit ducere 2. 5. 9.

Do ut des 2. 12. 3. 1.

Dogmata nova non sunt metuenda, si nil habeant quod honestati & obedientiæ erga Magistratum adversatur 2. 20. 49.

Dolo in bello licet uti, qui perfidia caret 3. 5. 4. non uti generosum est, non etiam necessarium 3. 1. 20. Christiani imprimis uti non debent, quantum fieri potest *ibid.*

Dolore alieno satiari contra jus est naturale 2. 20. 5.

Dolor non dat Jus occidendi 3. 11. 16. 5.

Dolus quotupliciter dividatur 3. 1. 7. malus interdum dicitur quod æquitati est contrarium *ibid.*

Dolus bonus quis 3. 1. 6. 3.

Dolus an ex genere semper malorum 3. 1. 6. 4.

Dolus in bello an licitus, & quis 3.1.6.1.2.
Doli mali vox 2.10.2.1.
Dolo contrahens ad quam reſtitutionem teneatur 2.17.17.
Dolo res hoſtium capere licet 3.6.12.2.
Dolis abſtinere generoſum 3.1.20.1.
Domanii fructus diſtinguendi à domanio 2.6.12.
Domanium. vide Patrimonium populi.
Dominatio paucorum ad regnum accedit 3.15.8.
Dominium externum 3.6.2.1.
Dominium naturaliter & per alium acquiritur 3.6.9.1.
Dominium furioſi unde 2.3.6.
Dominium infantis unde *ibid.*
Dominium conditionatum 2.3.16.1.
Dominium quid & quotuplex 1.1.5. non amittitur ob alimentum præſtitum ab eo qui non eſt Dominus. *vide* Alimentum. nec Jure Naturali ob delictum per ſe 2. §. 20. nec ob poſſeſſionem amiſſam licet ex poſſeſſione incipiat 2. 8. 3. Dominium antevertere poteſt lex Civilis, quod jure Naturali licitum eſt. 2.2.5. ut auferatur alicui ſine probabili cauſa injuria eſt 2.7.1. & 2.14.8. non aufertur per adjectam conditionem 2.3.19. ex quibus cauſis alicui auferri poſſit 3.20.9. Jure Naturali iis tantum datur, qui utuntur ratione 2. 3.6. furioſis aut infantibus datur. *ibid.* & 2.5.2. quando deſinat 2.9.1. per tot diſtinguitur ab imperio 2.3.4. exceptionem habet neceſſitatis ſummæ 2. 2.6. adde Neceſſitas. & utilitatis innoxiæ. *vide* Utilitas fines & effectus ſuos ſemper habet, ſive ex Civ. Jure ſive Gentium ſeu Naturali oriatur 2.10.1. & 3.20.9. Idem eſt cum proprietate 2.2.1. quare introductum 2.10.2. ſi introductum non eſſet, an quis alteri iniuriam inferre potuiſſet in bonis 1.2.1. non minuitur per adjectam conditionem 2.3.19. natum unde primum ſit, & quomodo proceſſerit 2.2.1. non naſcitur ex ſolo actu animi, *ibid.* nec ex aptitudine ad rem 2.17.2. nec ex intellectus perfectione 2.22.10. nec ex virtute ſola mentis aut religioſa. *ibid.* produci poteſt ex ſolâ leg. Civili 2.8.5. & 2.8.21. & 2.8.1. ſequitur jus poſſidendi ex jure Gentium 3. 20.48. transferri etiam poteſt in aliquem, nec dum occupata poſſeſſione 2.7.5. & 2.7.25. ut totum vel ex parte tantùm transferatur juris Naturalis eſt 2.6.1. an transferatur in eum qui rem alienam loco ſuæ ſibi debitæ cepit 2.7.2.
Dominii actus primus & ſecundus, 2.3.6. vis 2.9.1. ex dominio nemo jus habet præter dominium 2.10.11.
Dominium captarum rerum in bello ſolemni non eſt ſine omni conditione 3.9.6. ſtare poteſt cum interna obligatione reſtituendi ſi bellum fuerit injuſtum 3.10.5. Civile quid 1.3.8.6. & 6.1. bello comparari poteſt 2.3.8.6. Eminens quid 1.1.6. & 1.3.6. comprehendit cives & res eorum 1.4.6. & 3.20.7. imperii ſumma pars eſt 1.3.6. in res ſubditorum civitati competit J. Gentium 3.19.7. ut ex eo alienare res eorum liceat illi & perdere 3.20.7. & factum ſolum ſufficiat ad rem transferendam 3.20.10. utilitatis publicæ cauſa introductum eſt 2.21.11. igitur non

non competit, nisi quatenus communiter expedit 2.14.7. & 2.14.8. & 3.20.10. in regimine non dominico, sed civili aut regio 3.19.7. supereminenti dominio beneficia subditis liberaliter concessa possunt auferri 2.14.13. falsum ipsis dici 3.1.15. Jus ipsis quæsitum auferri 3.14.7. quæ autem singulis auferuntur sic, eorum compensatio fieri debet ex communi 2.14.7. modi ejus 3.20.7.2 adde vocabulum Pœna. Generale manere potest, etsi in partes sit distributum 2.3.19.

Dominium rerum, quæ pondere, mensura, & numero constant, quando transeat 3.10.12.

Dominium externum sine interno 3.7.6.1.3.

Dominia quomodo intereant sublato subjecto 2.9.1. & 2.1.3. & 1.4.1.

Dominica potestas quid 1.1.5.

Dominus rei præferendus ei qui depositi, & quare 2.10.14.

Dominus qui denunciavit ne servo crederetur, tenetur de peculio aut in rem verso 2.10.2.2.

Dominus qui in culpa non est naturaliter ad nihil tenetur 2.17.21. legitimus quibus modis fiat 3.6.18. Not. 2. qui cum possidente contrahit ut cum domino, dominium amittit 2.4.4. etiam servo injuriam facere potest 2.5.28.

Domini vocabulum non admittebant humaniores ex priscis 3.14.5.

Domino cognito rem non reddere contra Jus Naturale est 2.16.26. deficiente res redit in statum suum naturalem 2.3.19. & 2.9.1.

Dominum rei, quam possidet, ignorans, nemini tenetur 2.10.11.

Domini rerum, quæ de navi jactæ sunt, partem ab aliis repetunt 2.10.9.2.

Domos incendere inhumanum 3.12.2.2.

Domuncula seu Tuguriolum momentaneum in littore occupato ponere licet transeunti 2.2.15. Domus est pusilla Resp. 3.14.3. de domo constituere jus est solius mariti 2.5.8.

Dona & per internuntios absentibus mitti possunt 2.6.2.Not.2. & 2.11.17.

Donare quid significet 2.16.5. in bello quibus liceat 3.22.9. regna & urbes licet 1.3.12. duci belli non licet, si jam sint quæsita, si verò nec dum quæsita, licet 3.22.9.

Donare pro transigere 2.16.5.

Donatio an acceptari possit mortuo donatore 2.11.17.

Donatio accepta an vim habeat mortuo donatore antequam resciviset acceptam 2.11.17. quæ causam expressam non habet, naturaliter non est irrita 2.11.21. ejus qui Jure Civili non tenetur interpretanda ex dicto 2.16.11. inter otiosa refertur 2.16.12. prodiga habet effectum juris 2.12.9. regis jure mixto imperantis, in quantum procedat 2.14.12. in *Donatione* omnia verba donantis strictius accipienda 2.16.12.

Donationes à magistris militum factæ 3.6.17.6.

Δωροφόροι servi unde 3.14.5.3.

Druidum officium apud Gallos 2.23.8.

in *Dubio* bello lex probabilem rationem habere censetur 2.14.12.12. flumen occupasse populus censetur 2.8.11. pacis

ri. pacis leges quædam 3.20.21. de sensu scripti alicujus quorsum respiciendum 1.2.9. sequimur quod minimum est 3.20.47. & quod tutissimum 2.23.5. & 2.26.4. successioni vicariæ locus esse censetur 2.7.30. quæ plus valeant 2.16.29. in dubiis judicium actu & experientia comparatur 2.23.3.

in Dubio bello pax præferenda 2.23.6.

Dubitatio unde in moralibus 2.23.1.

Dubitare quis potest contemplativè, non activè 2.26.4.1.

Dubitans subditus an rectè militet 2.26.1.4.8.

Dubitans de Jure quid facere debeat 2.23.3.4.

Dubitans quomodo ad judicandum dirigi possit 2.23.2.2. & 2.23.5.1.

Duellum. vide Dimicatio singularis.

Duellum seu certamen singulare unde natum 2.20.8. nil detrahit juri quod est alterius 3.20.44. finem bello an possit imponere 3.28.43. non repudiandum, si parati sint certare, ubi alioqui totus populus gravissimis malis se implicaturus erat 2.23.10. & 3.20.43. peccant autem certantes contra justitiam internam, uno casu excepto 3.20.43.

Dux propriè quis 3.22.1.

Dux milites quatenus obliget 3.22.6.

Dux de belli causis transigere non potest 3.22.7. inducias dare potest 3.22.8.

Dux homines, imperia, agros jam acquisita concedere non potest 3.22.9.1.2.

Dux condonare potest nondum quæsita: etiam qui summus dux non est. *ibid.*

Ducis belli jus eximium in præda 3.6.17.3.

Duces belli dispensatores prædæ apud Romanos 3.6.15.

Duces Romani quomodo se gesserint circa prædam 3.6.16.1.2.

Duces belli quidam de præda nihil decerpserunt 3.6.16.1. & §. 17.4.

Duces belli quomodo obligentur ex bello injusto 3.10.4.

Duces belli duorum generum 3.22.1. minores an obligare possunt summum, & quatenus 3.8.2. pacem inire an possint. vide Pax.

Ducum pacta quam recipiant interpretationem 3.22.11.

Duratio rei naturam non mutat 1.3.11.

E.

ECclesia jus an habeat in infideles 2.22.14.1.

Edictum 3.3.7.

Educatio liberorum quare à quibusdam ad jus naturale referatur 2.7.4.

qui Edunt carnem humanam, cum iis justum bellum est. vide Cibus.

Effectus ut non sequatur, satis est unicam deesse causarum 2.16.20. Universalis causa requirit universalem 1.1.12.

Egestatis evitandæ causa quæ injuste fiunt maximè sunt excusabilia 2.20.29

Ἐκδίκων quid apud Paulum Apostolum 1.3.3.6.

ἐλεημοσύνη quid 2.15.5.3.

Eleazari factum 3.4.18.2.

Electio non semper infert subditorum libertatem civilem 1.3.10.

Electorum Regum est jus temporarium 2.16.10. Electus Imperator per legiones quo imperavit jure vid. R. Imp.

Eleutherocilices 1.3 11.
Eligens indignum, reipublicæ tenetur 2.17.3.
Emendatio peccantis quotuplex 2.20.8.
Emendi jus res ad vitam neceſſarias nemini negari poteſt 2.2.19.
Emens rem alienam, reſtituere eam venditori non poteſt 2.10.10
Ementi pignus à creditore, tenetur qui oppignoravit, etiam ſi res ſit aliena 2.10.22.f.
Emphyteuſis ſine ſcriptura à Rege facta non valet 2.14.5.
Emptio venditio quid ſit naturaliter 2.13.3. metu expreſſa poteſt Jure Naturali reſcindi 2.12.10. ſine certo pretio à Rege facta non valet 2.10.9. Rei alienæ quatenus obliget emptorem. b. f. ibid. In Emptione venditione dominium etiam ſine traditione transfertur 2.12.15.
Emptori rei alienæ quatenus obligetur dominus 2.10.9.
Emi pluris res poteſt in gratiam alterius 2.12.14.
Emptor rei captæ bello injuſto an quid impendii deducat 3.16.3.
Εναργοφανέα 2.16.4.1.
Ενεχυρασμοι 3.2.1.2.
Εντολαί 1.1.9.2.
Epicurei cur ex bene moratis civitatibus ejecti 2.10.46.
Επιείκεια 2.16.26.1.
Επιεικείας fontes & regulæ ibid.
Επμαχία 2.15.6.2.
Επορκεῖν 2.13.13.
Epiſcoporum conſilia circa bella 2.23.4.2.
Epiſcopus qua talis jus non habet regendi humano more 2.22.14.
Εποχαί 2.3.20.1.
Equi & Equæ quæ poſtliminio apud Romanos recepta 3.9 14.1.
Equus Scythicus 2.5.15. Equorum vectigal 2.2.14.
Eraſmus Chriſtianis arma interdicit Proleg. p.6.
Errans hoſti obligatur ex pacto 3.23.4.
Errantes in partem Chriſtianæ religionis an puniendi 2.20.50.
Error an irritum actum faciat 2.11.6.1.
Error quotiens liberet fide 3.23.4. circa pretium reſarciendus ſi poſtea de eo conſtet 2.12.12.
Eſſeni non jurabant 2.13.21.4.5.
Eſſeni gladiis armati incedunt 1.3.3.
Eſſenorum communio in bonis 2.2.2.
Evangelii præcepta an contineantur in Jure naturali 1.2.6.1.2.
Ευορκεῖν 2.13.13.
Exactiones odioſæ 3.2.1.
Εξαίρετον 3.6.17.3.
Excellentia ſuper alios quatenus à virtute & utilitate ſejungitur, bonum eſt imaginabile 2.20.29.
Exceptionem habens Jus habet ad pecuniam redactam ex bonis ſuis venditis 2.10.2.f.
Excurſus inutiles in bello, id eſt ii qui tantum virium oſtentationem habent, injuſtæ ſunt 3.11.19.
Executionis ad modum quod pertinet, conditionem non facit 3.23.15.
Exercitoria actio unde 2.11.12.13.
Exercitores an teneantur in ſolidum ex facto magiſtri 2.11.13.
Exercitus quid 2.16.3. juſtus. ibid.
Exercitus inſolida conſcriptio ſi juſtis indiciis appareat non fieri ſe tuendi gra-

gratia, rumpit pacem 3.20.40. cautio ne exercitus aliquo ducatur, quomodo intelligenda 2.16.25.
Exheredato filio an quid debeatur 2.7.7.
Exheredatus tacite cenſetur, qui grave crimen commiſit in Patrem, niſi adſint condonatæ culpæ indicia 2.7.25.
Exhereditari filius à Patre in totum an poſſit 17.4. quando poſſit 2.7.2. ne in regnum ſuccedat 2.7.25.
Exilium fidejuſſoris damnati ex fidejuſſione propriè pœna non eſt 2.21.11.
Ἕξις 2.9.3.1.
Exiſtimatio æquiparatur vitæ 1.2.5. *vide* Fama.
Exitus liber cum itinere libero intelligendus 2.16.5.
Explioratores graviter puniendi cauſa 3.4.18.3.
Expugnationes urbium & direptiones violentas Chriſtiani permittere non debent 3.12.8.
Exſules non tenentur imperiis civitatis 2.5.25.
Exteri quomodo de rebus bello captis judicare debeant 3.6.25.
Exteris quomodo Jus naſcatur ex lege civili 2.8.26.
Exterorum res retinentur pro jure noſtro, aut civis noſtri 3.2.3.5. & §.5.2.
Externi teſtari non prohibentur Jure Naturali 2.6.14.2.
Externi Juris qualis efficacia 3.7.7.
Externum dominium ſine interno 3.7.6.1.3.
Externi qui habendi 2.18.2. olim habiti pro hoſtibus 2.6.14. quod ne fieret poſtea fœderibus eſt cautum 2.15.5. an teneantur legibus loci ejus in quo degunt 2.2.5. & 2.11.5. an pro hoſtibus habendi, ſi in loco hoſtili deprehendantur 3.4.7.
Extorſio violenta acceptio eſt vitioſa ex qua jus ei naſcitur cui extorquetur 2.10.12.
Extrinſeca contractui non ſunt indicanda 2.12.9.2.
Exules pœnæ metu dedendi ſunt 3.20.41. in exules alibi nullum jus eſt civitati 2.5.25. & 3.20.41. penes Reges exules manet jus regni etiamſi poſſeſſionem amiſerint 2.16.17. Exules ejus ſuſcipere cum quo pax initur, an pacem violet 3.20.41.
Exulibus pulſis ſedibus ſuis habitatio non deneganda ſub certa conditione 2.2.16. nec tranſitus negandus ad quærendas ſedes aliàs 2.2.13.
Ezechias 2.1.18.

F.

FAbiorum deditionem Galli quo jure poſtularint 2.21.4.
Faciendi cujus quis alii Jus dat ejus ipſe auctor eſſe cenſetur 1.3.9.
Facinus. *vide* Scelus.
Facio ut facias 2.12.3.15.
Facio ut des *ibid.*
Facinoroſi an ſepeliendi 2.19.4.
Factum alienum Jure Naturali neminem obligat niſi ſucceſſorem bonorum 3.2.1. vel Delictum qui promiſit naturaliter non obligatur ſi facere ex ſua parte nil omiſerit 2.11.22. & 3.21.30. illicitum promiſſum an valeat. *vide* Illicitum. Singulorum non obligat communitatem civilem 2.21.2. utile nullum parit juris effectum.
ex Facto obligatur quisque vel ad repa-

rationem vel ad pœnam 2.20.1. ſub factis comprehenduntur etiam non facta, quatenus conjecturam faciunt voluntatis 2.8.10.
Facultas, Juris ſpecies, quid & quotuplex 1.1.4 5.
Facultas eminens, quid 1.1.6.
merx *Facultatis* quæ ſunt, an tempore amittantur 2.4.15.
Facultatem qui dat, dat quantum in ſe eſt ea quæ ad facultatem ſunt neceſſaria 3.22.2.
Fallere hoſtem quibus modis liceat 3.1.8. ſuos quomodo liceat 3.1.13
Fallendi artes qui inſtillant, fugiendi principibus 3.25.1.
Falſum dicere concedit Plato imperium habentibus & quare 3.1.15. quatenus non ſit illicitum 3.1.12. & ſeqq. adde Mendax.
Falſum dicere amenti. & infanti, non eſt mentiri, ſtricte ſumta voce 3.1.12.
Fama naturaliter homini ſuum 2.17.2. adde Exiſtimatio ob famam facta deditio excuſabilis 2.24.6. *Not.2.*
Familiæ fundamentũ eſt matrimonium 2.20.30.
Fato ſuo deprehenſi in bello 3.6.12. dicuntur infortunati. *vide* Infortunatus, etiam ſervi fiunt 3.7.1. jus habent poſtliminii in pace 3.9.4. inter eos referuntur coacti ad bellum 3.11.3.
Fato fieri qui dicantur 3.6.12.1.
Favor in promiſſis 2.16.10.
Favorabilia in dubio realia 2.16.16. 1.3.
Favorabilia quomodo interpretanda 2.16.12.1.2.
Favorabilia extendenda ad proprietatem verborum tàm artificialem quàm vulgarem 2.7.30. & 2.16.12. & 3.20.12. ſunt quæ æqualitatem in ſe habent 2.16.20. quæ utilitatem ſpectant communem. *ibid.* fœdera realia 2.16.16. promiſſa media 2.16.10.
Fecialium uſus Romæ 2.23.4.
Fecialium collegium quare Romæ inſtitutum 2.23.4. & 2.23.8.
Federatus an defendendus contra federatum 2.15.13.1. & 2.25.4.1.
Fedus quando renovatum cenſeatur 2.15.14.
Fedus an duret parte violata 2.15.15.
Fedus antiquius quando præferendum 2.15.13.3.
Fedus cum populo reale 2.16.16.1.
Fedus cum Rege non ſemper perſonale 2.16.16.2.
Fedus Jus dat Regi qui regno pulſus eſt 2.16.17.
Fedus cum populo, aut juſto rege, invaſori ſive tyranno non prodeſt 2.16.18.
Fedus inæquale proprie jurisdictionem non dat 1.3.21. 2.3.
Fedus inæquale quod 1.3.21.1.
Fedus à ſponſione quod differat 2.15.3.
Federe inæquali qui tenetur populus, libet eſſe non deſinit 1.3.21. 1.3. & 2.18.2.2.
Federe inæquali qui tenetur rex poteſt ſummum imperium retinere 1.3.21.3.
in *Federe* ſuperior quis dicatur 1.3.21. 2.8.
Federis rumpendi materia odioſa 2.16. 13.1.

Federa quædam idem ſtatuunt, quod jus naturæ, & quare 2.15.5.1.3.
Federis princeps imperium in quibus rebus habeat 1.3.21.8.
Federis inæqualis pericula unde 1. 3. 21. 10.
Federa inæqualia contrahuntur etiam ubi bellum non fuit 2.15.7.4.
Federa an contrahi poſſint cum his, qui alieni ſunt à vera Religione, quæ, & quatenus Jure naturæ, Jure Hebræo, Jure Evangelico 2.15. 8. & cap. 9.1. & cap. 10. 1.
Federa cum quibusdam populis vetita lege Hebræa 2.13.42.
Federa quæ favorabilia, quæ odioſa, 2.16.16.3.
Federa æqualia, tum pacis, tum ſocietatis 2.15.6. 2.
Federa inæqualia 2.15.7.
Federa æqualia de commerciis 2.15.6.2.
Federa perſonalia 2.16.16.1.3.
Federa realia *ibid.*
Federa faciendi Jus pars eſt ſummæ poteſtatis 1.3.6. in regno ad regem pertinet 2.15.3. facta cum libero populo an maneant mutato ſtatu ejus populi 2. 16.16. fieri neceſſe erat inter eos qui nihil ante contraxiſſent, quibus id conſtitueretur quod eſt Juris Gentium 2. 15.5. federa qui frangit, iræ divinæ obſtringitur 2.15.3. liberat alterum obligatione ſed cum exceptione 2.15.5.
Federa quæ jungunt arctiſſime duas civitates, an impediant quo minus ſtatus perfectæ civitatis retineatur 1.3.7.
Federum finis pax eſt aut ſocietas 2.15.6. fundamentum non eſt jusjurandum 2.16.16. ſpecies variæ 2.15.6. *& ſeq.*
Federibus ſtare etiam poſt acceptam aliquam injuriam animi eſt generoſi 3.19.19. ex iis etiam aliquem ex injuſta cauſa juraſſe, veniam meretur pœnæ 3.11.6.
In Federibus omnibus præſumitur ratio habita prudentiæ ac pietatis ejus cum quo agitur 2.15.6.
Federa inæqualia imperium minuunt, vel. non. 2.15.7. ut eos hoſtes habeamus quos pars altera 2.15.7. ne injuſſu alterius bellum geratur, quomodo intelligendum 2.16.14.
Federatus utrisque cui auxilium præſtare debeat ſi bellum inter ſe gerant, 2.15.13.
Federati inæquales an Jus legandi habeant 2.18.2.2.
Federum diviſio 2.15.4.5.
Federum inæqualium diviſio 2.15.7.1.
Federum diſtinctio circa jus poſtliminii 3.9.18.3.
Femina an promittendo obligetur. *vide* Promiſſio.
Feminæ occiduntur impune in bello 2.4. 9. ſexu tamen vindicari debent ab injuriâ 3.11.9.
Feminæ captivæ: Hebræorum lex pro illis 3.4.19.2.
Feminæ ſuccedunt in regnis patrimonialibus. 2.7.11.1.
Feminæ quomodo obnoxiæ bellico juri 3.11.9.1.3.
Feminis parcendum *ibid.*
Feræ quorum ſint? lex, quæ eas regi addicit, non injuſta 2.2.5.
Feræ in ſylvis privatis non ſunt nullius 2.8.2.3.4.
Feræ ſunt Principum in Germania 2.8.5.

Feræ

Feræ quamdiu nullius fint dicendæ 2.8. 2. feras nullius eſſe non ſimpliciter eſt ex Jure Naturali ſicut putat Jus Civile Rom. 2. 8. 11.
Feras an dominus amittat ſi aufugerint 2 8. 3.
Ferrum quid ſignificet 2.16.5. & 2.16.20.
Ferruminatio non facit confuſionem 2.8. 21.
Feuda Franca, ſive libera 1.3.23.2.
Feuda longæva poſſeſſione acquiruntur 2.4.10.3.
Feuda acquiri poſſunt longo tempore quæ deferuntur ex inveſtitura primaria 2.4.10. deferuntur vel ex jure proximi poſſeſſoris, vel ex inveſtitura primaria. *ibid.* hæreditate adiri poſſunt, ſeparatim ab aliorum bonorum hereditate 2.7.19.
Feudale jus tantum Germanis uſitatum 1.3. 23.
Feudale jus in perſonam, & in rem 1.3. 23. 1. 2.3.
Feudalis obligatio non tollit ſummum imperium 1.2. 23.2.
Feudalia regna qua ſucceſſione deferantur 2.7.20.21.
Feudalis rei conceſſio beneficium eſt 2.12. 5.
Feudorum Regiorum tacita conditio, ſi bellum juſtum fuerit 1. 3. 23.
Feudorum judicatio non ſemper facienda ex Lege Longobardica 2.7.11. non pertinet ad Eccleſiam 2.22.14. *Annot.* 4.
Feudum ligium 1.3.23. 2.
Fidejuſſor obligatur ex ſolo conſenſu, etiam ſine cauſa, in id quod fidejuſſit 3.2. 2. fidejuſſionis periculum eſt miſerabile 3.13.4.
Fides in bello 3. 19. 1.
Fides prædoni, & tyranno debetur 3.19. 2.1. 2.
Fides perfido an ſervanda 3.19.13.
Fides compenſando quomodo liberetur 3. 19.15.
Fides tacita quæ 3.24.1.4.5.
Fides quæ vim habeat juramenti 2.13.22.
Fides apud Paulum quid ſignificet 2.23. 2. fidem credendi Evangelio quod Deus quibusdam negat fit ex cauſis incognitis 2. 20. 48. per fidem debellaſſe regna, quo ſenſu quædam dicantur 1.2.2.
Fides ſi frangatur à Rege ut tunc Regno cedat, hæc conditio non deſtruit ſummum Imperium 1.3.16. fundamentum eſt juſtitiæ 2. 11. 1. promiſſa dat jus ei cui promittitur 3. 19. 1. ſervanda hoſtibus quibusvis, & quare 3.19.13. perfidis 3.13.16. & 3. 19. 13. privatis 3.19.2. poteſt tamen his etiam non ſervari Jure Gentium voluntario 3. 19.5. ſervis etiam ſervanda 3. 19. 6. tyrannis 3. 19. 2. an ut ſerviant cogi poſſint à ſuperioribus privati, ſi quam hoſti dederunt 3.23.11. quibus caſibus poſſit absque iniuſtitia non ſervari 3. 19. 14. *& ſequent.* an ex jure ſupereminentis dominii poſſit non ſervari quæ ſubditis eſt data 3. 19. 7.
Fides expreſſa 3.20.1.
Principales pro Jurejurando.
Publica quotuplex 3.20.1. tacita. *ibid.*
in Fide eſſe quid? 1.3.21.3.
bona Fide rem alienam qui emit, pretium an repetat 2.10.10.
Fidei bellicæ partitio 3.20.

Fidei alicujus se permittere. *vide* dedere. qui se fidei civitatis aut Regis permittit qualiter obligatur. *vide* Tutela.
bonæ Fidei & stricti juris discrimen an valeat inter populos diversos 2.16.11.
bonæ Fidei possessor non tenetur de re quæ periit 2.10.3.
bonæ Fidei possessor, si rem alii donaverit, an teneatur 2.10.7.4. Si rem vendiderit, an & quando teneatur 2.10.8.
bonæ Fidei possessor an naturaliter fructus suos faciat 2.8.23.
bonæ Fidei possessor ad rei restitutionem tenetur 2.10.1.3.
malæ Fidei possessor quale jus tempore acquirat 3.7.6.2.
malæ Fidei possessor an speciem perdat 2.8.20.
bonæ Fidei possessor rectè impendia repetit, & quæ 2.8.23.
malæ Fidei possessor impendia repetit 2.8.24.
Fidei commissum familiæ relictum quem ordinem sequatur 2.7.24.
Fideicommisso obnoxia longævo tempore acquiruntur 2.4.10.3.
Fidejubens & solvens pro aliquo contemplatione tertii actionem habet in eum qui liberatus est 2.10.2.2.
Fidejussio qualis actus 2.12.6.
Fidejussor ad mortem obligari non potest, ad exilium potest 2.21.11.2.3.
Fidejussoris obligatio, immediatè unde 2.21.11.1.
Filia fratris majoris an præferenda fratri minori in regni successione 2.7.31.
Filius an debeat accusare patrem proditorem 2.18.4.7. & cap. 26.3.2.
Filius à patre rege in regno exheredari an possit 2.7.25.
Filius natus patre jam rege an præferendus ante nato 2.7.28.
Filius instrumentum Patris 1.5.3. Patrem non sequitur nisi in jure commorandi 3.21.17. postliminio non redit in potestatem parentis Jure Civili, & quare 3.9.10.
Filio abdicato & exheredato an quid debeatur 2.7.7.
Filii naturales an succedant patri, & adoptari possint 2.7.8.2.
Finis est semper bonum aliquod aut declinatio mali 2.24.5. ejus necessitas jus dat in moralibus 2.5.24. finem rei non reperire in moralibus pro impossibili habetur 2.16.1. quæ ad finem ducunt in morali materia æstimationem intrinsecam accipiunt 3.1.2.
Finitivus status Rhetorum 2.16.3.
Finium præferendorum studium reprehenditur. *vide* Imperii fines.
Fisco cedere bona captivi non capta Juris est Civ. Rom. 3.9.10. bona naufragorum, est planè iniustum 2.7.1. & bona obsidis 3.20.53.
Flacci dolus 3.1.13.2.
Flumen totum interdum ripam alteram sequitur 2.3.17.1. & §. 18.1.
Flumen idem quo sensu 2.9.3.2.
Flumen quod mutavit alveum an idem sit 2.3.17. naturalis terminus est regionis 2.3.16. obstructione fluminis qui tenetur, tenetur etiam de damno eam secuto 2.17.12.
Flumina quomodo occupentur 2.3.10.1.
Flumina non sunt nullius ideo quod singulos dominos non habeant 2.2.4. sunt populi 2.2.12. occupari quomodo potuerint 2.3.7.

Fluminis cursu mutato an imperii fines mutentur 2.3.16.17.
Fluvialia incrementa, *vide* Alluvio.
Fœnus Juri Naturali repugnare non satis constat 2.10.42. locationi est adfine 2.13.20. *Annot.* 1. sumitur in malam partem 2.13.21. *Annot.* 1. ad fœnera improba quomodo & quare Leges Civiles soleant connivere 3.6.4. adversus fœnebre malum reges sibi juris remediis consuluere 3.14.2.
Fœnus nauticum 2.12.5.
Fontes venenis inficere an liceat hosti 3.4.11. an alio modo corrumpere 2.4.17.
Formæ in moralibus solent habere interjectum aliquod, quod modo ad hoc modò ad illud extremum propius accedit 2.23.1.
Fortuna & injuria quomodo distinguantur 2.21.5.
Funeraria actio cujus naturæ 2.10.9.2.
Franci divisi in Orientales & Occidentales 2.9.11.
Francici juris successio in regnis 2.7.21.
Francorum imperium distinctum à Romano 2.9.11.3.
Francorum regni divisio in orientale & occidentale *ibid.*
Francorum regum successio olim aliquatenus à populi voluntate pependit 2.9.11.3.
Francorum Jus de postliminio extra bellum publicum 3.9.29.2.
Francorum jus circa servos 3.7.8.
Francorum mos ad bellum vitandum 2.23.9.
Francorum moderatio in bello circa res sacras 3.12.6.3.
Francorum mos circa prædam 3.6.16.2.
Frater minor an præferatur fratris majoris filio 2.7.31.
Fratris filius an patruo regis præferendus in successione 2.7.32.
Fratris filiam uxorem ducere non est prohibitum 2.5.14. in fraudem quæ fiunt, quo pertineant 2.16.20.
Fraudantes vectigalia ad quid teneantur 2.17.16.
Fretum maris potest occupari 2.3.8.
Fructus ut uni populo vendantur pactio an licita 2.2.24.
Fructus qui restituendi 2.10.4.6.
Fructus industriales rei non debentur 2.10.4.
Fructus consumti an restituendi 2.10.5.
Fructus in pace qui concessi intelliguntur 3.20.22.
Fructus cum re restituendi 2.10.1.5.
Fructus restituendi ex damno dato 2.17.4.
Fructus duplices industriæ & rei 2.10.4. qui eum impedit recipere qui percipiendi eos jus habet, tenetur damni dati, etiamsi ipse nihil percepit 2.11.4. ut suos faciat possessor. *b. f.* non est ex Jure Naturali 2.8.22. *vide* Possessor *b. f.* quare teneatur destituere *ibid.*
Fructuum dominus est naturaliter qui dominus est rei 2.10.4. In penuria frumenti, civis etiam vi cogi potest, ut quod habet conferat in medium 2.22.3.
Fuga an sit ignominiosa nobili præsertim qua vitam servare studet, quam vi armata se servare posse confidit 2.1.20. ficta, dolus est non injustus 3.1.8. fugam hostium quo jure Dux falso mili-

militibus ſuis poſſit nunciare 3.1. 14. fugere num liceat captivo, bello injuſto. *vide* Captivus.
Functionem res, numero, & menſura conſtantes quomodo recipiant 2. 10. 13.
Fur ad quid teneatur 2.17.16.
Fur apud Lycios fiebat ſervus 2.5.32. *Annot. 2.* nocturnus quo jure poſſit occidi 2.1.12.
Furem fugientem cum re noſtra juſte occidi falſo quidam tradidere 2.1. 13. lex quæ furem impune dicit interfici non dat Jus interficiendi eum 2.1.14.
Furis nocturni & diurni diſtinctio quo jure utatur 2.1.12.1.
Furioſus promittendo non obligatur 2.11.5.
Furtum contra Jus naturale 1.1.10.4.
Furtum Jure Naturali prohibitum quo ſenſu 1.1.10. punitum quomodo ſit à Græcis & Judæis 2.20.32. non ſemper committitur ereptione rei alienæ 1.1. 10. & 2.21.6. non committit is qui bello injuſto captus res ſuas domino ſubducit 3.7.6. ſubductio vaſorum, facta Ægyptiis ab Hebræis an furtum fuerit 2.7.2. *Annot. 1.*
Furtum de paſcuo quam de domo quare acrius puniatur 2.29.34.
Furiari apud Spartanos licuit & Ægyptios 3.4.2. de futuris 3. loquendi gradus obſervandi. 2.11.1.

G.

GAbaonitarum controverſia 2.13.4.2.
Gabaonitis an Joſua juſtè potuerit non ſervare promiſſa, ob mendacium ipſorum 2.13.4.
Galli ſunt Franci occidentales 2.9.21. an juſtè à Romanis locum ſedis conſtituendæ petierint 2.2.17.
Gallis Hercules juſtè bellum infert, quia carnes humanas epulabantur 2.20.40.
Gallicum Jus de præda maritima 3.6. 24.8.
Galliæ Jus circa prædationes quæ contra legem publicam fiunt 2.17.20.2.
Gallis Senonibus an Rom. juſtè aurum negârint, quod dare ipſis polliciti erant, qui in Capitolio remanſerunt 2.15.2.
Gelricum Jus de inſula & alluvione 2.8.14.
Generatio parit Jus in rem 2.5.1. & perſonam 2.5.8.
Genero cum ſocru matrimonium eſt illicitum 2.5.13.
Generis nomen ſæpè adhæret ſpeciei 2.16.9.
Germani una uxore contenti antiquitus 2.5.9.4.
Germani ſunt Franci Orientales 2.9.11. eorum luſus de libertate 2.5.27. reges precarii 1.3.20.
Germania non fuit pars Rom. Imperii 2.9.11.1.
Germanica inſtituta vigent in Europa 2.8.1.
Germanorum veterum latrocinia 3.3. 2.3.
Gigantum ætas 2.2.2.
Gladio bella pro gloria quomodo gerenda 2.24.10. minus acerbe gerenda 3.11.6.
Gladium accipiens gladio peribit, quo ſenſu dictum 1.3.3.7.

Gladios gesserunt Apostoli quidam 1.3.3.4.
τροφαι Aristoteli quid 2.16.26.1.
Gothorum moderatio in bello circa res sacras 3.12.6.3.
Tib. Gracchus Octavio male tribunatum abrogat 3.19.8.2.
Gradus in Levitico prohibiti an & nunc matrimonia impediant 2.5.19.1.
Gradus qui in Levitico per interpretationem prohibiti censeantur 2.5.13.4.
Græci aliquando plures uxores habuere 2.5.9.4.
Græcorum mos circa prædam 3.6.14.2.
Græcorum mos bellorum causas certamini committere duorum 2.23.10.
Gratia mortuis quomodo reddatur 2.7.9.2.
ex Gratia quod debetur, armis peti juste nequit 2.22.16. adde Beneficium.
Gratiam referre prius quam beneficium conferre 2.7.9.2.
Gravia supra modum eximenda à verborum universitate 2.16.27.1.
Gravida cur supplicio non adficiatur, antequam enixa est 2.21.14.
H. Grotius fœdera reprobat cum Turca contra Christianos, & Christianos adhortatur ad bellum Turcicum 2.15.12. belli præsentis causas videtur statuere injustas 1.2.8. queritur de ejectione sua ex patria *Proleg.* p. 6. sequitur priscorum in judicando & eligendo libertatem. *Proleg.* p. 9.
Gubernandi tres formæ 1.3.8.9.

H.

Habitatio an concedenda externis, & quibus legibus 2.2.16.1.
Habitatio & convictus familiaris, cum iis qui alieni sunt à vera religione, an prohibitus lege Evangelica 2.15.10.
Hæres non tenetur ex vi sola juramenti facti à defuncto 2.13.17.1.
Hæres an de pœna teneatur 2.21.19.
Hæreticus Augustino quis 2.20.50.3.
Harmonica proportio an in pœnis locum habeat 2.20.33.
Hasta sanguinea 3.3.8.
Hastarum erectio 3.24.5.
Hebræi jussi sacra gentium abolere 3.5.1.6.
Hebræis an licuerit beneficia dare extraneis, aut ab iis accipere 2.15.9.3.
Hebræorum lex pro fœminis captivis 3.4.19.2.
Hebræorum mos de agris captis 3.6.11. 2. de corona victi Regis 3.6.24.4.
Hebræorum Jus circa servos 3.7.8.
Hebræorum lex. *vide* Lex.
Hebræorum Jus in liberos 2.5.5.7.
Hebræorum lex de arboribus in bello 3.12.2.2. pro servis 3.14.6.5.
Hebræorum leges in contractibus 2.12. 13.2.
Hebræorum sententia distinguens ea quæ natura honesta sunt 2.14.6.1.
Hebræus deficiens à religione sua, à quolibet alio Hebræo potest interfici 2.20.9. Hebræi odio habent omnes peregrinos, & quare 2.15.9. Jus ad bellum an ex eo tantum habuerint quod terram Canaan deberent occupare 1.2.7. *vide* Judæus.
Heraclius Imperator certamine singulari pugnat cum Cosroæ filio 3.20.43.
Hercules Acheloum domat 2.13.16. laudatur quod exsciderit Tyrannos, & quare 2.20.40.

Hereditas in quibus caufis obligetur pro defuncto 2. 21. 19. etiam re recufari poteſt 2.4.4. recte relinquitur liberis, quibuscunque, etiam naturalibus 2.7.4. ſequitur liberos naturaliter 2 7. 5. an filios magis quàm filias 2.7.4. n. 1. hereditatis quæ reſtitui juſſa, fructus non reſtituitur Jure Civili 1.3.2. hereditates quædam diverſæ ab hereditate bonorum 2.7.19.

Heres perſonam refert defuncti 2.9.12. in bonis tantum, non in meritis 2.21.19. tenetur ex facto alieno, defuncti ſcil. 3.2.1. ex jureiurando ejus ſi non perſonæ jus naſcitur, ſed Deo fides obſtringitur 2.13.17. non ſi vi expreſſum ſit 3.19.5. an ex mandato teneatur defuncto facto. *vide* Mandatum. heres regni patrimonialis in quantum teneatur coheredibus 2.7.13.

in Heredem transeunt earum rerum onera quæ in humano ſunt commercio 2.13.17. ex primæva lege Dominii 3.19.5. *vide* Debita an filius à Patre in totum poſſit exheredari. *vide* Exheredari.

Hæreticus quis ſit propriè 2.20.50.

Hæretici ut vocant, id eſt, qui in quibusdam diſſentiunt articulis, an juſtè bello poſſint impugnari 2.20.50.

Herodis Magni liberorum controverſia 2.7.28.

Hieroſolyma quo ſenſu dicatur in orbis medio ſita 2.22.13.

Hiſpanicum Jus de prædis terreſtribus & maritimis 3.6.24.8.

Hiſpanicum Jus de poſtliminio, de Comitatibus & arcibus 3.9.13.2. de navibus, quas piratæ ceperunt 3.9.17.

Hiſtoriæ non quæ tantùm juſtè, ſed quæ iniquè, impotenter, iracundè factæ ſunt, memorant 2.18.7.

Hiſtriones S. Cœna olim prohibiti 1.2. 9. N. 1.

Hollandiæ Jus circa prædationes piraticas quæ contra legem fiunt 2.17.20.1.

Hollandiæ mos circa obligationes exercitorum 2.11.13.

Hollandicum Jus de agris inundaris 2. 8.12.2. circa inſulas, & alveos ſiccatos 2.8.10.2.

Hollandorum Jus de exigendis octo nummis in centum, an cum jure divino pugnet 2.12.22.

Homicida qualiscunque impurus habebatur apud Græcos 3. 4. 5. injuſtus quis 2. 17. 13. in quantum teneatur occiſi parentibus & uxori & liberis 2.17.13. juſtus eſſe poteſt & tamen peccare in charitatem *ibid.*

Homicida quid reſtituere teneatur 2.17.13.

Homicidas occidere ut liceat, unde ortum habeat 1.2.5.3.

Homo ad quæ Jus habeat 2.17.2.1.

Homo homini inſtrumentum 1.5.3. & 3.6.9.1.

Homicidas primis temporibus capitis ſupplicio affici Deus prohibuit, & quare 1.2.5.

Homicidii voce non quamvis hominis cædem intelligimus 1.2.5.

Homini homine non eſt prodige utendum 2.24.10. homo hominem ut adjuvet Juris Naturalis eſt 2.20.8. an ad hoc quis ita teneatur ut emittere id juſtè nequeat 2.25.7. homo hominem ut tueatur Juris eſt Naturalis 1.5.2. & 2.25.6.

2.25.6. homines in quibusdam casibus jus gentium æquavit rebus 3.6.3. & 3.6.12. & 3.7.5. Natura omnium hominum interest, ut aliis hominibus consulatur 3.19.9.
Hominum reddendorum pactum de vivis intelligendum 2.16.5.
Honestatis generale præceptum in Evangelio 1.2.8.4.
Honestum quid & quotuplex 1.2.1.4.
Honestum vel in puncto consistit, vel admittit quandam laxitatem 1.2.1.
Honor quid 2.1.10. adversus honorem quibus modis damnum detur. & in quantum ex eo quisque teneatur 2.17.22. naturaliter homini suum 2.17.2. honoris recuperandi gratia lædere alium an liceat 2.1.10.
Honoribus arcentur nocentum liberi 2.21.16.
Horatiorum & Curiatiorum duellum an fuerit justum 3.20.43.
Hospites pellere barbarum est 2.2.16. *vide* Exules.
Hospitii jus fœderibus iniri solet, & quare 2.15.5.
Hostis est qui facit quod placet hosti 3.17.3.
Hostis Jure Gentium externo pro nullo habetur 3.10.1. itaque ex eo in hostem omnia licent 3.4.3. an privatim possit interfici, & quo jure in territorio alieno & pacato 3.4.8. potest Jure Gentium sed Civili Jure sæpe impedimentum injicitur 3.6.27.
ex Hostibus Romani juste & prudenter faciunt amicos 3.15.3.
Hostis quid antiquis 2.15.5.2. & 3.1.1.1.
Hostis occisio, indistincta quo sensu licita 3.4.2. & 2.3.5.
Hostis an offendi possit in solo pacato 3.4.8.2.
Hosti subministrans res an pro hoste habendus 3.1.5.1.3.
Hosti mentiri licere qui senserint 3.1.6.1. 2. & 17.1.
Hostem spoliare an liceat. *vide* Spoliare 3.5.1.
res ad Hostem missæ quando & quatenus intercipi possint 3.1.5.1. & 3.
Hostes sepeliendi 2.19.3.1. & 2.
apud Hostes esse possunt qui non hostili sint animo 3.11.3.1. & 2.
Hostes qui 3.3.1.1. & 2.15.5.2.
Hostes sunt & qui pro parte summum imperium habent 3.3.4.
Hostes fiunt etiam qui inæqualiter fœderati sunt *ibid.*
Hostium subditi, hostes 3.3.9. & 3.4.6.
Hostium subditi ubique offenduntur jure belli 3.4.8.1.

I.

Iacobus Patriarcha probat jus acquirendi bello 3.6.11.
Jacobus fœdus init cum Idololatria, 2.15.9.
Jacobi filii ex ancillis ab ipso adoptati in jus succedendi 3.7.8.2.
Idem morali æstimatione censetur tantundem 2.7.2.
Idem Populus censetur etiam post multos annos. *vide* Populus.
Idola hostium evertere aut diruere an liceat iis qui eadem religione tenentur 3.5.2.
Idolorum cultores an hoc nomine bello possint impugnari 2.20.47. qui puniri possint. *ibid.* natura vani esse: quo sensu dicantur 2.12.26.

Idololatras quos morte puniat lex Hebræa 2.20.47.2.4.
Idololatriæ ſpecies & gradus 2.20.9.5.
Jehu factum quale 1.4.19.4.
Jephthis controverſia cum Ammonitis 2.4.2.1.
Ignoſcere an liceat interdum 2.20.21. an liceat poſita lege pœnali 2.20.24.
Ignorantia quæ delictum minuat 2.20.43. & 2.26.1.
Illicita eximenda à verborum univerſalitate 2.16.17.1.
Illicita non obligant 2.16.26. illicitum factum non ſemper caret effectu Juris 2.11.9.
Illiciti facti promiſſio non valet, & quare 2.11.8. etiam jurata 2.13.6. verba quæ illiciti quid continent, quomodo interpretanda 2.16.26.
Illyrii prædari ſoliti, triumphati 3.3.2.3.
in Imaginibus gentiles arbitrabantur habitare aut Dei Spiritum, aut bonos Angelos, aut vim aſtrorum 3.5.2.
Immemoriale tempus. *vide* Tempus immemoriale 2.4.7.
Immunitas rerum ad agriculturam pertinentium 3.13.4.4.
Immunitas conceſſio quibus caſibus definat 2.16.27.
Impediens aliquem à petendo munere quando teneatur 2.17.3.
Impendens in rem alienam receptu difficilem ſumptus ſervat 2.10.9.
Impenſorum loco juſtè retinentur quæ durante bello capta ſunt ab iis qui juſtum bellum geſſerunt 3.13.3.
Imperare non ſemper involvit ſubditos 1.3.21. imperandi jus non ſemper ſubditorum arbitrio relinquitur 1.3.8.
Imperandi & parendi ordo inſervit noſtro bono etiam tum cum patimur injurias ab Imperante 1.4.4. Imperantes in univerſum cenſendi quærere tranquillitatem publicam, & quare. *ibid.* an utile eſſet, ut unus aliquis toti mundo imperaret 2.21.13.
Imperator Romanus an in ea omnia jus nunc habeat quæ quondam fuere populi Romani 2.22.13. Electio ejus facta à legionib9 an per ſe rata fuerit 2.9.11. princeps fœderis electus contra Turcam 2.15.12. Imperatores Romani cur Epiſcoporum conſilio uſi ſint 2.23.4.
Imperator Romanus an imperium habeat in omnes 2.22.13.
Imperator Romanus qua talis, unde Jus ſuum habeat, Vicarium ei quis dare poſſit 2.9.11.4.
Imp. Germaniæ qua talis, unde. *vide*
Imperium acquiri quatenus poſſit 3.15.1.
Imperium in victos accipi rectè ad ſui tutelam 3.15.2.1.
Imperium bello acquiritur 3.8.1.
Imperium ut in Rege Imperante alio eſt bello acquiritur 3.8.4.1.2.
Imperium alienari poteſt à Rege conſenſu populi 2.6.3.
Imperium Romanum diſtinctum ab Imperio Francorum, & regno Langobardorum 2.9.11.3. à Germania magna 2.9.11.1.
Imperium & majeſtatem conſervare, quid? 1.3.2.2.
Imperium acquiritur non niſi ex Conſenſu aut ex pœna 2.22.13. & Jure Naturali tamen non ultra quam fert debiti modus & periculi neceſſitas 3.15.1. alienari poteſt 1.3.12. & 2.6.3. ut alienetur

netur quibus opus ſit 2. 6. 3. & ſeq. & 3. 20. 6. alienari non poteſt ex moribus Germanorum 1. 3. 13. non amittitur delinquendo, niſi lex id ſtatuat 2. 1. 9. arcifinium credendum eſt in dubio 2. 4. 8. in certo eſſe humanæ intereſt ſocietatis. *ibid.* in corpore non eſt diviſibiliter in plura corpora 2. 6. 6. dari à Deo, utile eſt ut credatur 1. 3. 8. derelinquitur aliquando, & quare 2. 4. 8. definit derelictione 2. 9. 1 diſtinguitur interdum à dominio 2. 3. 4. tale imperium continet jus eminens 2. 3. 19. dividi poteſt ut pars ſit penes populum, reliqua penes Regem 1. 3 17. quibus caſibus 1. 3. 21. à victore in ſecuritatem ſuam 3. 19. 9. cum dividitur, utrique parti certi fines conſtituendi. qui cognoſci queant 1. 3. 9. & 1. 3. 17. diviſum an cenſeatur, ſi Rex irrita fore permiſerit, in quæ Senatus non conſentiet 1. 3. 18.

Imperii diviſi exempla 1. 3. 20. male imperantis an recidat ad populum. *vide* Tyrannus. Imperantis inſtitutum non ſemper eſt Tyrannicum 1 3. 8. an omne inſtitutum ſit ejus gratia cui imperatur. *ibid.* proprietatis pleno jure poteſt haberi 1. 3. 11. & quomodo §. *ſeq.* hocque Imperium patrimoniale dicitur 1. 3. 12. & 3. 8. 2. opponitur ei quod defertur voluntate populi 3. 13. 13. 14. quod per Regem exercetur non definit imperium eſſe populi 2. 16. 16. quod eſt in Rege, ut in capite, in populo manet ut in toto 2. 9. 8. res pia eſt, etiam cum ab Imperio tenetur 1. 2. 7. vi partum ex voluntate & tacita poteſt jus accipere 2. 4. 14. victis relinquere æquum. *vide* Victus.

Imperii forma qualiscunque fingatur, nunquam periculis aut damnis caret. *vide* Status Materia prima & ſecundaria 2. 3. 4. onus magnum 2. 4. 5.

Imperium herile, quod ad utilitatem regentis inſtituitur, quo jure haberi poſſit 3. 8 2. mixtum idem eſt ac diviſum 1. 3. 20. vel ſtatus mixtus 3. 19. 10. & eſt cum ſervitus miſcetur cum perſonali libertate 3. 8. 3. Summum res eſt nobiliſſima 2. 4. 12. primum eſt quod producit ſocietas civilis 2. 9. 3. tantum Juri Naturali ſubjacet 2. 4. 12. quibus modis acquiratur 2. 4 11. non amittitur ab iis qui acta ſua à minoribus Magiſtratibus volunt confirmari 1. 3. 18. continet jus ut in bona ſic in actiones ſubditorum 3. 20. 52. & poteſtatem eos judicandi 2. 25 8. habetur vel jure temporario, vel uſufructuario, vel proprietatis 1. 3. 11. habentes in quos bellare poſſint 1. 4. 1. penes populum an ſemper ſit 1. 3. 8. an à populo omni conſtituatur. *ibid.* redit ad populum in regnis electivis mortuo Rege, in hereditariis extincta familia 2. 9. 8. Imperii ſummi exempla & teſtimonia per omnes Rerumpublic. formas 1. 3. 8. ſigna quæ 2. 25. 8. Imperii ſummitas diſtinguenda ab habendi plenitudine 1. 3. 14. & 2. 6. 7. temporarium 1. 3. 8. uſufructuarium Regi invito nequit auferri 2. 8. 3.

Imperii pars non poteſt recedere à corpore niſi in extrema neceſſitate. 2. 6. 5. tunc enim valide imperium alterius in ſe recipit 3. 20. 5. ſocietatem

eatem continentis reverentia æquiparatur vitæ 1.2.5.

Imperii termini qui. *vide* Termini. transſatio jus dat & poteſtatem obligandi cœtum 2.14.11.

Imperii Romani nunc non ſunt omnia quæ olim fuerunt 2.22.13.2.

Imperii ſummi jus tam populo, quam Regi longa poſſeſſione acquiritur 2.4.11.

Imperii ſubjecta perſonæ & territorium 2.3.4.1.

Imperii pars pignori dari non poteſt 2.6.9.

Imperii proprii exempla 1.3.11.3.4.

Imperii ſummi partitio quomodo fiat 1.3.17.1.2.

Imperii vox improprie ſumta pro ductu, & pro poſtulato 1.3.21.8.

Imperio partito ſinguli imperantes pro ſua parte jus belli habent 1.4.13.

Imperia magna difficulter cuſtodiuntur 2.22.13.1. & 3.5.7.2.

Imperia ſucceſſiva non ſemper ſumma 1.3.10.5.

Imperia non ſumma plene haberi, & in patrimonio eſſe poſſunt 1.3.14.

Imperia electiva quædam ſumma 1.3.10.5.

Imperia quædam in patrimonio, & alienabilia 1.3.14.

Imperia quomodo intereant ſublato ſubjecto 2.9.1.5.1.

Imperia prophanorum ſponte non ſubeunda 2.15.10.4.

Impietatis authores jure gentium puniibiles 2.20.47.2.4. & §.50.3. & §.51.1.

Impium DEUS facit ad diem malum, quomodo intelligendum 2.20.4.

Impoſſibile dupliciter quid dicitur 2.19.9. ad omninò impoſſibile nemo obligatur 2.13.8.

Impoſſibilitas facti promiſſi excuſat, ne pax rumpatur 3.20.37.

Inachidarum Regnum Argis 1.3.8.

Inæqualitas in contractu naturaliter jus dat minus habenti 2.12.8. locum facit ad reſcindendi aut reformandi contractum Jure Naturali 2.13.16. non ſi in eum conſenſum eſt, Jure Gentium 2.12.26. & 2.13.16. aut juramentum interceſſerit 2.13.6.

Inæqualitas, quæ ineſt contractui, jure gentium non reſarcitur 2.12.26.1.

Incarcerans alterum injuſte ad quid teneatur 1.17.14.16.

in Incendio ædes vicinas quo jure liceat diruere 2.2.6. in Incendio puniendo multorum etiam ſunt ſpectandæ calamitates 2.20.30.

Inceſtum jure gentium 2.5.12.3.

Incorporalia cum perſona acquiruntur 3.7.4. & cap.8.4.2.

Indefinita pro univerſali quando ſumenda 2.16.12.1.

Indi plures uxores habebant 2.5.9.4.

Indictum bellum principali, ſimul indictum ſubditis & ſociis 3.3.9.

Indictio belli 3.3.5. & 6. & 7.

Indictio belli utrinque facta 3.3.7.3.

Indictio ſpecialis requiritur, ſi ſocii per ſe, & apud ſe bello impetantur 3.3.10.

Indictio belli ad quos reſpiciat 3.3.9. in quem finem inſtituatur 3.3.11. quotuplex 3.3.7. an neceſſario poſt inducias 3.21.3. ruptis ab altera parte induciis 3.2.11. quando Jure Naturali aut Gentium neceſſaria vel non 3.3.6. an ſtatim

ám poſt indictionem bellum poſſit inferri 3.3.13. an hoſtium ſociis ſeparatim bellum indici debeat, ſi cum iis ſolum bellum inſtituatur.

Indigentia naturalis menſura ejus 3.3.10. quod res quæque valere debet 2.12.14.

Indirectè licent quædam, quæ directè non licent 3.1.4.1.

Indis illata bella improbantur 2.22.9. quod indicatum & ſufficienter adverſus eum pro vero habetur, qui indicavit 2.4.3.

Induciæ quid: & unde dictæ 3.21.2. quando incipiant obligare 3.21.5. ad certum finem; & earum effectus 3.21. 6. & 13.

Induciæ à ducibus dantur 3.23.8.

Induciæ per annos centum etiam eſſe poſſunt 3.21.1. dantur etiam rebus tantum, non etiam perſonis, & contra 2.21.10. opponuntur paci 3.21.1. & §.2. non rumpuntur à privatis, niſi publica authoritas eis acceſſerit 3.21. 12. vim omnem prohibent 3.21.6. Induciarum tempus an includat nominatum terminum 3.21.4. Induciarum tempore ſi quid convenit idem valet ac quod belli tempore 3.21.1. Induciarum tempore non eſt poſtliminium 3.9.8. ultro deficientes ſuſcipere non licet, nec relictos occupare 3.21.8. In Induciis quæ Perſonis tantum dantur res defendere etiam cum cæde perſonarum licet 3.2.10.

Induciarum tempus an veniat ſub belli an pacis nomine 3.21.2.

Induciarum tempus quomodo computandum 3.21.4.

Induciis finitis nova indictione non opus 3.21.3. earum tempore quid liceat 3.21.6.11. an deficientes & relictos recipere liceat 3.21.8.1.

Induciis elapſis, qui ſine culpa penes hoſtem reperitur an capi poſſit 3.21.9.

Induciis ab altera parte ruptis indictione non opus 3.21.11.

Inermes per loca munita mittere, quibus tranſitus negari non poteſt, uſitatum 2.2.13.

Inermibus parcendum 3.11.10.

Infans promittendo non obligatur 2.11.5.

Infantes occiduntur jure belli, quo ſenſu 3.4.9. quo ſenſu non occidi debeant jure belli 3.1.9.

Infantis dominium unde 2.3.6.

Infantium promiſſa acceptandi animum jus ſupplet 2.11.14.

Infantium dominium quale 2.3.6. & 2.5.2.2.

Infantibus parcendum 3.11.9.12.

Infeudatio eſt alienatio 2.6.9.

Infeudationes regnorum irritæ ſine conſenſu populi *ibid.*

Infortunati in bello qui, *vide* Fatum. 3.11.3.

Infortunium quid 3.11.4.

Infortunium & injuria quo diſtent 2.21.5.1. & 3.11.3.1.

Infortunii & injuriæ diſtinctio 3.11.3. 1.4.

Ingrati non puniuntur 2.20.20.1.2.

Ingratis pœna alicubi dicta 2.25.3. N.4.

Inhoneſti facti promiſſio an valeat. *vide* Illicitum.

Inimici qui Judæis 1.2.6. inimicis beneſaciendum 2.20.10.

Inimici ſepeliendi 2.19.3.
Injuria quando alteri in perſona alterius facta cenſeatur 3.20.40.2.
Injuria quid 3.11.4. Chriſtiano qualis non repellenda, & an omnis 1.2.5. quæ in perſonam noſtram committitur ſpernenda 2.24.3.
Injuriæ vindicta Jure Naturali cui conceſſa, cui infertur 1.4.2. ſed prohibita eſt lege ſocietatis. *ibid.* & ſummis tantum poteſtatibus inter ſe conceſſa, ita ut hæc libertas nemini temere cenſeatur abdicata 2.16.13. neglecta à ſummo Magiſtratu, an licita minoribus 1.3.4. nimia ſi ſit, fit injuſta 3.11.1.
Injuriam non facio cum utor meo jure 2.1.12. facienti non reſiſtit, an dicatur univerſaliter 1.3.3. levem judicio perſequi Lege Evangelica prohibitum 1.2.8.1.2.3. ſubditis factam non oportet trahere ad injuriam Magiſtratus, niſi manifeſte hoc appareat 3.20.40.
ab Injuria imperantium ſubditos defendere alienos etiam vi & bello utrum liceat 2.25.8. populus populum ab injuria defendere non tenetur ſi manifeſtum ſit periculum 2.25.7. quia injuria me affecit & ipſe mihi Naturale jus dat adverſus ſe in infinitum 2.1.10.
Injuriæ maximæ fiunt ex cupiditate excellendi *Prol.* p. 9
Injuriæ, culpæ, & infortunii discrimen 3.11.4.1.5.6.
Injuriæ quædam ferendæ, & quales 1.2.8.7.
Injuſtè nemo agit niſi qui ſcit ſe agere 3.23.13. quædam iniuſta non ſunt, & tamen cum caritate pugnant 2.12.9. & 2.12.16.
Injuſtitia admiſſa communiter etiam à civitate non facit ne ſit juſta ſocietas 3.3.2. eo major quo majus alteri damnum infertur 2.20.30. committi poteſt in bello juſto 3.11.1.1.
Injuſtum quid 1.1.3.1.
Injuſti judices, teſtes, accuſatores, ad quid teneantur 2.17.16.
Innocens interdum non injuſte occidi poteſt 2.1.4.
Innocens civis ut ſe hoſti dedat cum petenti etiam à civitate cogi poteſt 2.25.3.
Innocenti inſultans Princeps non ideò ſtatim Princeps eſſe deſinit 2.1.9.
Innocentem an teneamur defendere, & quando 2.25.2. & §.3.1.
Inobedientia interdum minus malum, adeoque boni vicem obtinet 2.26.4.
ob Inopiam publicam peregrini ſemel admiſſi rectè expelluntur 2.2.19.
in Inopia ſeu defectu cibariorum, quo jure quod quisque habet conferre cogitur 2.2.6.
Inſignia regia non ſemper demonſtrant regiam poteſtatem 1.3.10.
Inſignia regiæ poteſtatis conceduntur principibus populi liberi 1.3.10.3.
Inſtitoria actio unde 2.11.13.12.
ex Inſtitoris actu cur teneatur qui eum præpoſuit 2.10.2.
Inſtrumenta ruris pignori capi vetita 3.12.4.4.
Inſtrumentum etiam homo eſt & quale 1.5.3.
Inſula quomodo diſtinguatur ab alluvione 2.8.14.
Inſulæ cujus 2.8.14.1. & §.9.3.
in Inſulis vacuis ceſſat judicium 1.3.2.

Intentio mala per se ad restitutionem non obligat 2. 22. 17. 3.
Interesse mercatorum an sit justum & quatenus 2. 12. 27.
Internecino bello pax qualiscunque præferenda 2. 24. 6. *vide* Bellum.
Interpretatio ea sumenda est, quæ cavet ne actus in vanum recidat 3. 19. 3. interpretationis mensura quæ sit 2. 16. 1. regulæ in conditionibus pacis si dubia oriuntur 3. 20. 21. *& sequent.* in pactis inter privatos tempore belli 3. 23. 12. leges generales interpretatione benigna, ita accipiendæ sunt, ut casus summæ necessitatis excludant 3. 23. 6. in lege quæ non ex æquitate naturali sed majoris mali evitandi causa lata est, ea non est sumenda interpretatio quæ peccato obnoxium faciat actum 3. 7. 6.
Interpretationis fontes 2. 16. 1. 1.
Interfectio. *vide* Occisio.
Interim pro interdum 2. 17. 6.
Interpretandi regulæ 2. 16. 2.
Invasio alieni, si de pace rumpenda agatur, censetur magna esse cupiditas 3. 20. 40.
Invasor imperii populum obligare nequit 2. 14. 14.
Invasorem obligant actus ejus imperii 1. 4. 15. invasorem bello petere an liceat populo cui cum subditis invasoris fœdus est, volente verò Rege 2. 16. 18.
Invasorem occidere non licet, si ei fides data sit, aut pactum intervenerit 1. 4. 16.
Invasor imperii præceptis suis quatenus obliget 1. 4. 15. quomodo possit interfici belli jure 1. 4. 16. & ex lege antecedente 1. 4. 17. & ex authoritate jus imperandi habentis 1. 4. 18. cur extra casus exceptos interfici à privato non possit 1. 4. 19. 1.
qui Invenit rem alienam ad quid teneatur domino 2. 10. 1. an sit dominum ignoret rem teneatur dare pauperibus. *vide* Aliena res.
Inventionis titulus locum non habet in his quæ jam possidentur 2. 22. 19.
Involuntarium ex voluntario habendum pro voluntario 2. 17. 18.
Inundati agri cujus Jure Romano 2. 8. 8. 10. & 1. 11. 1.
Inundationis duæ species 2. 8. 8.
Inundatione dominium naturaliter non amittitur 2. 8. 10. 1.
Inundatus ager quando derelictus habeatur 2. 8. 10. 3.
Joannis Baptistæ & Christi doctrina quatenus eadem 1. 2. 7. 5.
Joca 3. 1. 17.
Josephus Judæus in Legis expositione Romanis blanditur 3. 5. 1. 6.
Josephi Patriarchæ dolus 3. 1. 15. 2.
monopolium 2. 12. 16.
Ira quid 2. 20. 5. 1. & 3. 11. 4. 2.
Ira in Deo quatenus 2. 13. 1. 3.
Ira homini cum bestiis communis 2. 20. 5. quod ex ira committitur magis excusabile quàm quod ex voluptate 2. 20. 31.
Iracundi sunt in quibus bilis prævalet 2. 20. 31.
Iracundiam accendit recens nec dum sedatus dolor *ibid.*
Irregularitas ex bello 2. 24. 10.
Irreligiosi etiam in falsos Deos justè puniuntur, bello impugnantur 2. 20. 51.

Irriti actus quinam jure naturæ 2.5.10.1.
Irriti actus à lege civili non fiunt, nisi eorum qui subsunt 2.5.14.2.3.
Irritum facere diversum est à prohibere 1.5.16. quæ actum irritum faciunt odiosa sunt 2.16.10. irritum facere, quid Rex antecedenter potest non etiam consequenter 2.14.3. ut quod consequenter irritum reddatur, quid requiratur *ibid.*
Iter res est 1.3.11.
Itus quomodo reditum comprehendat 3.21.16.
qui Jubet tenetur do damno facto ab eo quem jussit 2.17.6.& 2.21.1. id quod jubet an id quod promittit in dubio præferendum 2.16.29.
Judæi. *vide* Hebræi.
Judæorum opinio de necessitate restitutionis 3.10.3.
Judex quasi pater 2.20.2.1.
Judex justè judicasse dicitur dupliciter, aut cum judicaverit ut decet, aut cum ex animi sententia 2.23.13. ubi expectari non potest sine certo periculo aut damno, cessare judicium intelligitur 1.3.2. idem intelligitur. ubi rejicit judicium *ibid.*
Judicandi libertas homini ab homine quomodo debeatur 3.1.11.1.
Judicare an possit de regni successione, sive Rex, sive populus 2.7.27.
Judicia in subditos cuiq; potestati 2.25.8.
Judices cur electi qui essent prudentissimi 2.20.9. plures ad vindicationem mali quare instituti 2.20.8.
Judicis authoritas non idem valet in exteros quod in subditos 3.2.4.
Judicium zeli 2.20.9.5.
Judicium respicit meritum personarum non jus promiscuum 3.4.8. activum 2.23.3.& 2.26.4. animi ad quid homini datum 2.23.2. numquam acquiescit in medio sed alterum eligit 2.23.3. capitale ex dilectione innocentium natum 1.2.8. coactivum humanum 3.7.6.& 3.10.1. dicitur jus quoad effectus quosdam *vide* infra. Commune populi, singuli ad se rapere non debent 1.4.19. maxime in re controversa ubi possessionem sequi debent 1.4.20. Contemplativum 2.26.4.
Injustum, nec rem, nec rei æstimationem immutat 2.1.10. qui injusto judicio damnum dedit, in quantum teneatur 2.17.16.
Judicii cessatio momentanea aut continua 1.3.2.15.
Judicii cessatio jure aut facto *ibid.*
Judicia criminalia quare instituta 2.20.14.15.
Judicia capitalia an permissa Christianis, non sunt affectanda 2.20.14.& 16.
Judicia apud Hebræos quædam regiæ potestati exempta 1.3.20.2.
Judicia periculosa 2.20.16. publica non à natura sed à facto 1.3.1.
Jurans non daturum se potest repetitionem erepti omittere 2.13.5.
Jurans prædoni datum non rectè repetit 2.13.15.3.
Jurans redire ad hostem, si clam redeat non satisfacit 2.13.15.3.
Jurans tenetur ex animo jurare, & reimplere quod juravit 2.13.2.& 1.13.2.
Jurans quando Deo tantum obligetur, quando & homini 2.13.14.

Jurans non tenetur, si is cui juratum est eum liberet 2.13.18.
Jurans implere debet contractum cui inest inæqualitas 2.13.16.2.
Jurantis verba quomodo accipienda 2.13.2. & 3.1.2.
Jurare volens obligatur, etsi obligare se nolit 2.13.2.
Jurans deliberato animo se non obligandi, tamen obligatur 2.13.3.
Juravit Paulus 2.3.11.1.
Juramentum per sceptrum, salutem, & similia 2.13.11.1.
Juramentum per salutem Principis, & majestatem Imperatoris 2.13.11.2.
Juramentum per Deos falsos an obliget 2.13.12.1.
Juramentum piratæ aut tyranno præstitum obligat 2.13.15.2, & 3.19.2.1.3.1.
Juramentum metu extortum obligat: & quatenus 2.13.14.1.2.1.
Juramentum militare Romanorum militum 1.2.10.4. & 2.13.11.2.
Juramentum de præda non intervertenda 3.6.21.3.
Juramentum perjuro datum an obliget 2.13.16.1.
Juramentum per res creatas an licitum, & quo sensu 2.13.11.1. & §.12.
Juramentum de re impossibili nihil operatur 2.13.8. de re pro tempore impossibili quid operetur 2.13.9.
Juramentum impediens majus bonum morale non valet 2.13.7.1.
Juramentum violatum. *vide* Perjurium 2.13.1.2.
Juramentum quomodo ex lege actui invalido validitatem conferat 2.13.20.4.
Juramentum de re illicita non valet 2.13.6.
Juramentum non extendendum ultra consuetam significationem 2.13.5.
Juramentum Regis irritum esse potest ob actum ipsius præcedentem 2.14.3.
Juramentum dolo elicitum quam vim habeat 2.13.4.1.
Juramentum non intelligendum sub conditione tacita 2.13.3.3.
Juramentum à priscis sic non concipiebatur ut expresse per Deum jurarent 2.13.11. per cœlum, terram & similia an Christiano licitum, *ibid.* per falsos Deos à Christiano licitè fieri contendit Duarenus 2.13.22. ab incredulo per falsos Deos conceptum an quis debeat accipere 2.13.12. dissolvi an queat lege humana 2.13.20. an superiorum actu. *ibid.* cum ab ecclesia dissolvitur, quomodo defendatur. *ibid.* in quibus casibus actus contra juramentum valeat 2.13.19. exceptiones omnes excludit quæ ex inæqualitate rei actum rescindunt 2.13.16. aut ex persona ejus qua cum agimus peti possunt 2.13.14. & 2.14.3. & 3.1.19. omne quidam improbatur 2.13.21. an improbetur lege Evangelica 1.2.9. irritum reddi potest, antecedenter à privato & Rege 2.14.3. consequenter vero nonnisi respectu superioris 2.13.20. & 2.14.3. omne obligat naturaliter eum, qui jurat 2.13.2. etsi is qui jurat se non velit obligari. *ibid.* aut jus non det ei cui juratur 2.13.15. & 2.14.3. si quis non putans se jurare verba protulit jurantia non obligatur 2.13.2. Regem non obligat ex sententia Bodini 2.14.1. sed falsa 2.14.3. non obligat, cum impedit majus bonum morale.

rale 2.13.7. repeti quot annis solet, ne mutatione personarum vis ejus intercidat 3.19.8. servandum prædoni 3.23.2. qui prædoni non servat, pœnam apud alias gentes non meretur, & quare 3.19.5. justè prædoni non servari statuit Cicero 2.13.15. vim suam amittit mutata qualitate, cujus respectu quis juravit 2.13.18. duplex, assertivum & promissivum 3.1.19. adde, promissio jurata non est fundamentum fœderum 2.16.16.

Juramenti forma 2.13.10.

Juramenti effectus 2.13.3. *& seqq.*

Juramenti efficacia quatenus pendeat à superiore 2.13.20.

Juramenti vis & interpretatio 2.13.1.2.3. & lib.3. cap.1. §.19.

Juramenti violati pœna ad posteros maneat 2.13.1.2.

Juramenti obligatio ex animo deliberato 2.13.31.

Juramento promissum non potest retineri ob peccatum alterius antecedens 2.13.20.3.& 3.19.3.1.

Juramento convenit maxima simplicitas 2.13.4.1.

Juramento testis & ultor Deus 2.13.10.

absolutio à Juramento unde vim habeat 2.13.20.2.

circa Juramenta quid possunt superiores 2.13.20.1.4.

Juramento promissum compensari non potest cum eo quod ante erat controversum 2.13.20.3.& 3.19.19.1.2.

Juramento fallere viros ut talis pueros 3.1.19. in jurejurando negotium cum Deo est 2.13.15. an ex jureiurando hæredes etiam obligentur 2.13.17. promissum non potest retineri ob peccatum alterius antecedens. *vide* Promissio jurata

leges Romanæ circa Juramenta quid statuant 2.13.20.4.

Juramenta à Christo quæ prohibita 2.13.21.

Juramenta Regum 2.13.19.& 2.14.3.

Jura acquiri an possint bello solemni 3.8.4. adde Capere. acquiri nequeunt, quæ sunt inalienabilia 3.7.4. introducta sunt natura exigente & necessitate 3.2.2. multa sunt, quæ tantum exterius judicium spectant, animo autem religionis vinculum non injiciunt 3.7.6.

Jurare liquido quid 2.13.3.

Juratum pactum fortius non jurato 2.16.29.2.

Jurisdictiones summa inferiores concedi jure hereditario possunt populi consensu 2.6.10.

Juris naturæ dictata alia magis alia minus manifesta 2.20.43.1.

Juri naturæ non pugnant quædam quæ vetita sunt lege divina 2.20.42.

Jure gentium bona subditorum obligantur ex facto superiorum 3.2.2.1.2.

Juris gentium dicuntur multa, quæ communia sunt populis sine mutua obligatione 2.3.3.1.& 3.1.8.2.

Juris derelicti signa ex factis & non factis 2.4.4.1.& §.5.1.

Jura quædam ad summum imperium pertinent separabiliter aut communicabiliter 2.4.13.1.

Juris naturæ quædam sunt quæ non ubique observantur 2.5.12.3.

Juris gentium multa impropriè dicuntur 2.8.1.2.

Juris quæsiti jure naturali ab jure civili distinctio repudianda 2.14.8.
Juris capax non est nisi naturæ præceptis utens generalibus 1.1.11. consultis Rom. parum credendum in decisione juris publici. *vide* Gentium 3.6.8. dictio non est nisi apud superiorem 2.7.27. effectus interni. *Proleg.* p.4. executio in magna communitate difficilis 2.20.4. nemo plus juris in alium transferre potest quam ipse habet 3.16.1.
Juris etiam alieni quis vindex naturaliter 1.5.2. & 2.25.1.
Juris fecialis origo 3.4.1.1.
Juris externi efficacia qualis 3.7.7.
Juris ignorantia aut excusabilis, aut inexcusabilis 3.11.4.5.
Jura quædam realia quo sensu dicantur 1.1.4.
Juris societas aliqua cum prædone 2.13.2 3.& 3.19. 2.3.& 3.3.2.1.
Jurisjurandi effectus est præcidere controversias 2.13.13. forma semper eadem, & qualis 2.13.10. fundamentum quod 2.20.45. obligatio personam tantum obstringere potest, promissio etiam ipsum hæredem 2.16.16. verba quomodo intelligenda 2.13.5.
Jusjurandum. *vide* Juramentum.
Jusjurandum à civitate factum & repetitum 3.19.8.1.
Jus pro eo quod justum est 1.1.3 1.
Jus pro qualitate sumtum, quid sit? 1.4.1.
Jus pro lege 1.1.9.1.
Jus pro lege ad aliarum à justitia virtutum materiam pertinet 1.1.9.1.
Jus naturale 1.1.10.1. quid, & quomodo differat à divino voluntario 1.1.15.1.
Jus voluntarium, ἢ ἐν τάξει 1.1.9.2.
Jus naturale à Deo immutabile, & quare? 1.1.10.5. est aliquid consequens actum humanum 1.1.10.4. sumitur aliquando pro eo quod est honestum 1.1.10.3. videtur mutari propter materiæ mutationem 1.1.10.6. esse aliquid juris naturalis probatur à priori & à posteriori, quomodo 1.1.12.1. juris naturalis reductivè quæ sint 1.1.10.3. ejus juris permissivè tantum quæ sunt, & præcipi, & vetari à Deo possunt 1.2.5.7.
Jus naturæ pro certo statu 1.1.10.7.
Jus naturæ & gentium quomodo à Romanis Jurisconsultis sumatur, & an rectè 1.1.11.
Jus rectorium & æquatorium 1.1.3.
Jus non est in brutis animantibus, de illis impropriè quo sensu dicatur 1.1.11.1.
Jus voluntarium humanum, vel divinum 1.1.13.
Jus voluntarium humanum civile, civili latius, civili arctius 1.1.14.1.
Jus voluntarium divinum 1.1.13. aut est unius populi, aut omnium 1.1.15.12.
Jus voluntarium divinum omnibus populis commune triplex 1.1.15.2.
Jus gladii quid in sacris & prophanis literis 1.2.7.2.
Jus divinum Hebraicum alios populos non obligat 1.2.16.1.2.
Jus Hebræum quoad nos abrogatum, non rectè dicitur 1.1.16.7. quem usum nunc habeat, & quem in permissis 1.2.17.1.3. nihil continet juri naturæ contrarium 1.1.17.2.
Jus Gentium quid? & quomodo probatur 1.1.14.1. non est commune omnibus populis 1.1.17.1.

Jus,& usus juris distinguenda 1. 3. 2. 4.
Jus supereminens Regis,aut civitatis,an liberet à fide subditis data 3. 19. 7.
Jus Gentium externum vetus 3. 1. 18. 1. & §. 19. 1.
Jus externum quale 3. 4. 2. 2. & lib. 3. 10. 1. 3.
Jus pro jure externo 3. 4. 2. 2.
Jus Regum & populorum quando pace remissum censeatur 3. 20. 15.
Jus gentium circa inæqualitatem in contractibus 2. 12. 26. 1.
Jus internum ab externo distinctum 2. 12. 11. 2. & 3. 7. 6. 1. 3. & cap. 10. 1. 3. & §. 3. 1.
Jus exterorum supereminenti dominio non subest 2. 14. 7. 8.
Jus Naturæ moribus obliteratur 1. 2. 7. 1. & 2. 15. 5 1.
Jus Gentium de bello captis 3 6. 2. 1. 4.
Jus pignoris, retentionis, servitutis an bello acquiratur, & quomodo 3. 6. 26. 1.
Jus captivitatis etiam injuria dicitur 3. 7. 6. 4.
Jus Gentium vetat permissa jure naturæ, & permittit vetita 3. 4. 15. 1.
Jus Gentium apud populos quosdam 3. 4. 19. 1.
Jus Gentum impropriè quod multi populi usurpant sine mutua obligatione 3. 1. 8. 2. & 2. 3. 5. 1.
Jus sæpe remittendum ut bellum vitetur 2. 24. 1. 1. 2. 1. 3. 4. 1.
Jus luendi pignoris an tempore amittatur 2. 4. 15. & 3. 20. 6.
Jus Hospitii. *vide* Hospitii jus. humanum constituere quod præter, non contra naturam potest 2. 3. 6. non obligat in summa necessitate 2. 18. 4. *vide* Necessitas.
Jus Mundiburgii 1. 3. 21. in *Prolegomena.*
Jus necessitatis 2. 2. 10. Personale 1. 1. 4. in personam ex quibus rebus 2. 5. 8. numeratur inter res 2. 10. 1. præcipui acquiri potest cum hereditate, etiam cum bonorum hæreditas non aditur 2. 7. 19.
Jus prehensionis non directè inter socios 1. 3. 21.
Jus precarii 1. 3. 12. & 2. 21. 11. jus protectionis 1. 3. 21.
Jus quo sensu dicatur id quod placet validiori. *Proleg.* pag. 4. dicere sibi ipsi vetitum 2. 7. 2. aliquando dicitur id quod fit impunè 3. 11. 18. sed impropriè 2. 5. 18. aliquando id quod est injustum 1. 4. 3. dictum in latissimo significatu quid. *vide* Jus strictum. distinctum à justitia 3. 10. 1. exteris quamdiu datur manet civitas. *vide* Lex. non ex eo metiendum quod est optimum, sed ex voluntate ejus unde oritur 1. 3. 3. & 1. 3. 17. opponitur armis. *Proleg.* pag. 1. justitiæ 3. 4. 2.
Jus ortum à Jove cur dicatur. *Proleg.* pag. 30. an metu injuriæ accipiendæ sit sancitum. *Proleg.* pag. 7. an utilitatis tantum gratia, quod Carneades putavit. *Proleg.* pag. 2. subditis quæsitum an Rex auferre possit 2. 14. 7. quæsitum in Regem per promissionem & similia, quo casu justè ipsis auferatur 2. 14. 8. legitimo modo partum ne cui auferatur sine causa, juris naturalis est. *ibid.* cur in populo aut rectore ejus insuper quidam habeant. *Proleg.* p. 5.

Jus Advocatiæ 1.3.21.
Jus belli pro eo quod naturaliter æquum eſt, & conſuetum à mitius viventibus 3.11.13. & 3.11.15. pro eo quod ſit impune, per ſe tamen non omni culpa caret 3.4.5. eſt inter diverſos populos non ejusdem civitatis membra 3.20.8. ſpectatur non tantum ex principio ſed & ex cauſis ſubnaſcentibus 3.1.3. Certum moraliter quid dicatur 2.7.2.
Civile quid 1.1.14. favet his, quî parere neceſſe habent, ſed non iis quæ atrocitatem habent facinoris 2.26.3. oritur vel ex obligatione vel ex conſenſu. *Proleg.* pag.4. ad quos non pertineat 1.1.1. aliud quod inter ejusdem tantum populi partes valet 2.13.16. aliud quod civile dicitur plurimarum gentium 1.1.14. & 2.3.5. & 2.8.1. hoc impropriè etiam Jus Gentium vocatur. *vide* Jus Gentium. mutari poteſt 2.8.1. etiam à ſingulis 2.3.5. jus quæſitum ex lege Civili non magis, quàm quod ex Jure Naturali ſine cauſa alicui auferri poteſt 2.14.8.
Commercii. *vide* Commercii jus ex conſenſu in perſonam unde 2.5.8.
Jus Divinum duplex 1.1.15. quomodo differat à naturali 1.1.10. unde ortum, & cur homo ei ſubditus. *Proleg.* pag.3. perfectius alio nomine Lex Evangelica vocatur 1.3.3. Eo omnes gentes tenentur 1.1.15. & omnes Reges 1.3.16. quoad effectus quosdam 3.7.6. externum. Eminens 2.3.19. Externum. *vide* in textu: quod quaſi ex fidejuſſione pro civitate 3.13.1. non tam latè patet quàm id quod ex delicto 3.14.2.
Jus Gentium quid 1.1.14. unde *Prolegomena* pag.4. aliud naturale, aliud voluntarium 1.2.4. & 2.8.1. & 2.1.2.26. & 3.1.8. propriè dicitur, quod habet vim pacti inter gentes, & quod pertinet ad ſocietatem 2.8.1. minus propriè dicitur quod multis quidem commune eſt, non tamen humanæ ſocietatis vinculum conſtituit 2.8.26. dicitur jus civile plurimarum gentium. *ibid.* Jus Gentium dicitur id quod ſingulis gentibus placuit, ſine mutua obligatione, & quod mutuam obligationem continet 3.1.8. unde probatur. *Proleg.* pag.8. 1.1.14. qui violat jus divinum, violare cur dicatur 2.20.44. puniri poteſt à quovis Rege aut Magiſtratu 2.20.40. & 2.21.3. etiamſi deditus ſit aut captivus 3.11.6.
Jus Naturale an ſit aliquod. *Proleg.* pag. 2. quid ſit 1.1.10. & 2.20.5. unde ſit. *Proleg.* pag.2. non confundendum cum Jure Civili plurimorum gentium 2.20.41. quæ ei ſint contraria. *Proleg.* pag.3. dicitur aliquando conſuetudo cui ratio naturalis ineſt 3.7.5. dicitur & divinum, quo ſenſu 1.1.10. & 1.1.15. quomodo à Jure Gentium diſtinguatur. *Proleg.* pag.8. non omnia irrita facit quæ ei repugnat 2.5.10. quando irritum quid reddat. *ibid.* minui poteſt à Deo per leges 2.1.10. imo contrarium quid poni 1.2.5. mutari nequit, res tamen mutantur 1.1.10. obliteratum quaſi ex parte apud multos populos 3.3.2. obligat omnes Reges 1.3.16. contractus innominatos à nominatis non diſtinguit 2.12.3.

2.11.3. religionis discrimen ignorat 2.15.8. aliud novum est, aliud sequitur introductum dominium 2.8.1. hoc antecedit legem civilem. *ibid.* de iis agit quæ voluntatis humanæ actum consequuntur 1.1.10. qui Jus Naturale immaniter violat à quovis Rege aut eo qui par jus habet puniri potest 2.20.40. naturaliter etiam à quovis homine 3.19.3. Juris Naturalis communionem habent omnes homines, etiam tyranni & piratæ 3.19.2. aliquod esse unde concludatur 1.1.12. quædam manifesta, quædam minus sunt 2.20.43. quædam Juris Naturalis præcipientis 2.3.5. quod requirit non tantum id quod dictat justitia expletrix, sed & quod aliæ virtutes 2.1.9. quædam permittentis id est ea quæ societas humana propriè non requirit 2.3.5. an quæ hujus juris sunt etiam à Deo permittantur, qui ipsa est natura 2.1.10. Consensu communi aut Jure Gentium possunt impediri 2.3.10. lege etiam civili 2.3.5. quædam propriè sunt, quædam reductivè 1.1.10. principium est facultas moralis, cum sufficiente voluntate 2.5.10. quæ Juris Naturalis non sunt tamen servari iis in locis ubi obtinent, Naturale est 2.11.5. Jure Naturali ut quid sit illicitum, satis est, si repugnat non naturæ in genere, sed humanæ 2.5.12. de Jure Naturali cum quæritur, hoc agitur an quid fieri possit non injustè 1.1.3. & 1.2.1.

Jus Scriptum, non scriptum. *Prolegomena* pag. 5.

Jus strictum usurpare non licet, nisi multo majus sit bonum quo tendit nostra actio, quam malum, quod in omne futurum metuitur 3.1.4. Sui remissio refertur inter odiosa 2.16.12. in ejus Juris remissione quomodo intelligenda remittentis verba. *ibid.* juris sui naturaliter quisque vindex 1.5.1. imo & alieni 1.5.2. & 2.25.1. Temporarii effectus tamen sunt temporarii 2.6.10. vitæ & necis alteri in se dare, solo consensu nemo potest 3.11.18. in cives neminem Christianum decet magno conamine desiderare. *vide* Jud. capitale quatenus lex civilis habere dicatur 2.1.14. In servos unde videatur originem ducere 3.4.10. interna justitia dominus non habet 2.5.28. & 3.14.2. nisi aliquo casu, & in quantum ei exercere liceat 3.14.3. Voluntarium duplex est, humanum vel divinum 1.1.13. utilitatis innoxiæ 2.2.14.

Jus publicum circa quæ versetur *Proleg.* pag. 1. Rectorium 1.1.3. in rem 2.5.1. originarie ex tribus causis *ibid.* Rhadamanteum 2.20.1. Romanorum in socios quale 1.3.21.

Justiniani consilium de Samaritanis & Judæis vi ad religionem Christianam adigendis improbatur 2.20.48.

Justitia expletrix 1.1.8.1.

Justitia attributrix, Δανεμητική. *ibid.*

Justitia attributrix an tantum circa res communes, expletrix circa res singulorum versetur 1.1.8.2.

Justitia definita ab Hierace exactio pœnæ 2.20.1. à Pythagoricis dicta, τὸ ἀντιπεπονθὸς 2.20.32. exercenda solo metu pœnæ, secundum Epicurum, & quare.

quare 2.20.44. In piratarum cœtu exercita an cœtum eum civitatem constituat 3.3.2. hominis virtus est, qua est homo 2.26.4. in medio non consistit, ut putavit Aristotele *Proleg.* pag.9. pudoris comes est 3.10.1. vim præcipue in bellis magnam habet. *Proleg.* pag. 6.

Justitia adsignatrix aptitudinem spectat 2.17.2. & 2.20.2. *vide* Aptitudo, an locum toties habeat quoties proportione Geometrica sit opus 1.1.8. hoc est quotiens inter terminos plures duobus æqualitas constituitur 2.20.2. spectat, ut alteri quid accedat 2.20.2.

Justitia Gubernatrix 2.20.24. & 2.20.27. obligat imperantem ad curam pro inferioribus 2.24.7.

Justum aliud est ex æquo inter se viventium, aliud ejus qui regit & regitur, qua tales sunt 1.1.3.

Justum, id est, solemne 1.3.4.1. & 3.3.1.1.

L.

LAbor injunctus an sit pœna. *vide* Pœna.

Lacedæmone nepos ex filio majore filio minori natu in regno prælatus 2.7.30.3.

Lacedæmone filius rege patre natus præferebatur ante nato 2.7.29.

Lacedæmonii dolum in bello pluris quàm vim faciebant 3.1.6.2.

Lacedæmoniorum mos de agris captis 3.6.11.2.

Laconum jus in Messenam 2.4.2.1.

Λάφυρα 3.6.14.4.

Lamech homicidii impunitatem sibi persuadet 1.2.5.

Laniстæ sacra cœna olim prohibiti 1.2.9. *Annot.*

Latrocinari olim licitum & quare 2.15.5. apud Germanos & Græcos sine infamia fuit 3.3.2. ex latrociniis tenentur Magistratus, si ea remedia neglexerint adhibere quæ poterant 2.17.20.

Latroni fides servata 3.19.2.2.

Latrones jus legationis non habent 2.18.2.3.

Latrones qui 3.3.1. civitatem non faciunt *vid.* Piratæ, qui ita invaluere, ut formidabiles se fecerint, recte recipi ac defendi à quovis possunt, quoad pœnam 2.21.5. si quid prædando cepere, ejus domini non fiunt 3.3.2. publici qui 2.1.1. restituere non tenentur quod vi aut metu expresserunt, si jusjurandum interceserit 2.17.19. societates legitime fieri possunt 3.3.3. qui laudat tenetur damni dati & quomodo 2.17.7. & 2.21.1.

Legatio apud inimicos præsidium habet Juris Gent. 2.18.6.

Legationes assiduæ rejici possunt 2.18.3.2.

Legationis jus quid contineat 2.18.3. est inter eundem populum in bellis civilibus 2.18.8. cur institutum 2.18.4. introductum à Jure Gent. voluntario 2.18.1.

Legatus municipalis non regitur Jure Gentium sed civili 2.18.2. à pignorationibus subditorum pro civitate excipitur 3.2.7. provincialis non regitur Jure Gentium sed civili 2.18.2. puniri an possit ex omnibus causis quæ sunt contra Jus Gentium 2.18.4. an si quid commiserit contra statum

Reipub. *ibid.* ex nulla etiam necessaria causa puniri potest ab eo, ad quem mittitur 2. 18. 4. sed per eum à quo mittitur pœna exigi aut bello peti. *ibid.* rationem reddere factorum suorum nemini cogitur nisi à quo mittitur. *ibid.* à subditorum numero excipitur Jure Gentium 3.2.7.

Legatus an jurisdictionem habeat 2. 18. 8. 2.

Legatus, si quid debeat, quomodo compellandus 2. 18. 9.

Legati mittentem obligant etiam contra arcana mandata 2. 11. 12.

Legatus quando sponte domum redire possit 2. 16. 25. 2.

Legati qui jure gentium utantur 2. 18. 2. 1.

Legati in bellis civilibus quo jure sint 2. 18. 2. 3.

Legati an admittendi 2. 18. 3. 1.

Legati ob quas causas possint non recipi 2. 18. 3. 1.

Legati quo casu mutabiles 2. 18. 3. 2.

Legati referunt personam mittentis 2. 18. 4. 5.

Legati jure civili loci ubi sunt non tenentur 2. 18. 4. 5.

Legati habentur quasi essent extra territorium *ibid.*

Legati delictum per quem puniendum 2. 18. 4. 5. 7.

Legati per modum defensionis occidi aut repelli possunt 2. 18. 4. 7.

Legati an subjaceant juri talionis 2. 8. 7. 1.

Legati domus an pro asylo 2. 18. 8. 2.

Legati capacitas jus quoddam est, quod qui impedit damni dati tenetur 2. 17. 3. legata integra solvere, sine detractione falcidiæ naturaliter quemque obligari, quo sensu dicatur 2. 14. 6

Legatorum violatio durante bello compensari potest 3. 19. 19. lex de legatis non violandis pertinet ad legati personam, etiamsi is qui misit pœnam meruerit 2. 18. 7. populus quod per legatos partium integrantium fecit, ipse fecisse intelligitur 2. 6. 9.

Legatorum jus 2. 18. 1. 1. & §. 3. 1.

Legatorum jus an valeat apud eos ad quos non mittuntur 2. 18. 5.

Legatorum jus valet in bello 2. 18. 6.

Legatorum comites an inviolabiles 2. 18. 8. 1.

Legatorum bona an possint pro debito capi 2. 18. 9.

ob Legatos violatos bella 2. 18. 11.

Lex quid 1. 1. 9. 1. 2.

Lex Mosis dupliciter sumitur 1. 2. 6. 4.

Lex Mosis judiciaria quando & quomodo sublata 1. 2. 8. 7.

Lex Mosis. *vide* Jus Hebræum.

Lex Mosis non habet prius & posterius 2. 5. 13. 5.

Lex non semper irritum facit quod vetat 2. 5. 16. 13. 4.

Lex imperfecta Ulpiano quæ 2. 5. 16. 1.

Lex de sabbato & de decimis quomodo ad Christianos pertineat 1. 1. 17. 5.

Lex idem potest quod consensus expressus 3. 13. 1. 2.

Lex in præsumtione facti non existentis fundata, an obliget 2. 11. 6. 2.

Lex Romana de læsis ultra dimidium pretii 2. 12. 12. 2.

Lex occidi aliquem permittens an conscientiam liberet, & quando 2. 1. 14. 1.

Lex, quæ feras, pisces, aves regi addicit, non injusta 2. 3. 5.

Lex juſta quæ vetat quod jure naturæ licet. *ibid.*
Lex de uſucapione an pertineat ad ſummum imperium, aut ejus partes 2.4.12.1.
Lex dicitur commune pactum populi 2.11.1. & quo ſenſu dicatur regina divinarum humanarumque rerum 2.20.44. eſt in civitate ut mens in corpore, qua ſublata interit 3.3.2. facit ut quod per ſe laudabile tantum eſt incipiat deberi 1.2.1. iniqua quomodo tollat 2.12.11. obligat, & ad quid 1.1.9. ſic obligat ut inde jus ſuum cuique oriatur 2.17.2. ut obliget extra jus naturæ venit ex voluntate ferentis eam 1.1.15. ut quem obliget, quid requiratur 2.4.12. obligat, etiamſi cauſa particulariter ceſſet 2.20.27. legis autorem ut partem civitatis 2.4.12. & 2.20.24. Principem per reflectionem 2.4.12. non vero pœnalis. *vide* Lex pœnalis. ex lege tamen nemini jus adverſus Principem 2.14.9. obligat ſubditos omnes. *ibid.* non obligat, ſi palam abſurda ſit, aut ſtulta, aut de re illicitâ 2.14.12. nec eum cui à Magiſtratu permittitur aut imperatur id, quod niſi ſolutus facere non poteſt 2.4.4. nec eos quibus data non eſt 1.1.15. lex quæ fundatur in præſumptione facti non obligat, ſi factum aliter ſe habeat 2.11.6. tolli non debet, niſi probabili de cauſa 2.20.24. tollendi eam aut mutandi jus habet auctor ejus 2.4.12. & 2.20.24. tollendo eam ſive ex juſta, ſive injuſta cauſa, aut revocando, Rex nemini facit injuriam 2.14.9.

Lex civilis multarum nationum 2.8.15. *vide* Jus Civile multarum gentium. Leges civiles nihil agunt contra legem naturæ 2.5.19. interdum juri auxilium ſuum tantum negant 2.12.12. 19. vitæ & necis non habent ex quovis delicto 2.1.14. in promiſſionum materia quid efficiant 2.11.5. & 2.11.7. qui legibus civilibus ſubjecti ſunt, in quibus caſibus eos æquitatem oporteat conſulere 2.12.12. qui ſubjecti non ſunt, id ſequi debent quod æquum eſt, *ibid.* adde Jus Civile.

Lex commiſſoria 1.3.16.
Dei de puniendo in filiis parentum delicto, cur ultra abnepotes non extendatur 2.11.14.
Lex humana quando obliget 3.23.6. à voluntate pendet in origine & duratione 2.20.24. ſi quæ prohibita humana tantum lege fiant, non ſunt irrita, niſi lex hoc addiderit 2.5.14. Injuſta etiam interdum non niſi malo publico tollitur 1.4.5.
Lex Moſaica duo comprehendit τὸ πνευματικὸν & τὴν ἐντολὴν σαρκικὴν 2.20.39. conſideratur dupliciter 1.2.6. imperfecta reſpectu legis Evangelicæ 1.1.17. impleta à Chriſto quo ſenſu dicatur 1.2.7. an ſit eadem cum lege naturæ. *Proleg.* p. 10. obligat etiam Chriſtianos in iis quæ moraliter honeſta ſunt 2.11.20. non obligat peregrinos & alios quam Judæos 1.1.16. ad quid profit iis quos non obligat 1.1.17. quando Iſraëlitas obligare deſierit 1.1.16. ſapientiſſima eſt 2.21.5. & legum omnium exemplar perfectiſſimum

simum 2.20.32. est ἄνευ προσωπολη-ψίας 2.20.33. legem Mosaicam an Christus tantum sit interpretatus 1.2.6. sublatum esse non opus est à Christianis probari 1.1.16. leges illæ tantum à Christo sunt latæ, quæ alias gentes ab Hebræis distinguebant 2.5.13. legem Hebræam transgredientibus pœna fuit mors violenta, & similia 2.20.11.

Lex Naturæ pro lege Consuetudinis generalis 3.7.5. circa naturæ leges par est eos excusari, quibus aut ratiocinationis imbecillitas, aut prava educatio obstat 2.20.43.

Lex Pœnalis non obligat actus principis etiam privatos 2.14.2.

Lex Regni 1.3.16. *Annot.*

Lex Romana non est sine nimio personarum & qualitatum ad factum non pertinentium respectu 2.20.33. *vide* Jus Rom.

Legis dispensatio ex quibus causis fiat 2.20.27. an in iis tantum procedat quæ lex tacite videtur excipere. *ibid.* non omnis referenda ad ἐπιείκειαν. *ibid.* ad sustinendam legis efficaciam satis est ratio universalis sine repugnantia rationis contrariæ 2.20.26. ignorantia inevitabilis excusat 2.20.43. qui ob ejusmodi ignorantiam legem non observat non agit injustè 2.23.13. conjuncta cum negligentia minuit delictum 2.20.43. ratio differt ab ejus mente 2.6.8.11. cesset peculialiter in facto de quo agitur, etiam pœna per eam expressa mitigari potest 2.20.26.

Leges feruntur cum sensu imbecillitatis humanæ 1.4.7. quæ contra feruntur, pro nullis habendæ, si sint speciales 3.23.6. sunt vel permittentes, vel prohibentes silent in bello, & quales. *Proleg.* pag.5.1.2.7. id respiciunt quod plerumque accidit 1.4.4.

Legis ratio particulariter cessans casum à lege non eximit 1.3.5.3.

Legis dispensatio Regem non obligat 2.14.13.1.

cessatio Legis in particulari dispositio est ad dispensationem 2.20.26.

Legis conditor an se obliget, & quatenus 2.4.12.1. & cap.20.24.1.

Lex Hebræa an prohibeat divortia & matrimonia plurium uxorum 2.5.9.1.3

in Lege pœnali dispensandi causæ quæ 2.20.24.3.

Leges pœnales aut coactivæ locum non habent circa actus Regum 2.14.1. & 2.2.2.

Leges Romanæ de contractib9 2.12.12.2.

Leges Romanorum pœnales in quo iniquæ 2.20.33.

Leges quæ obligent 3.23.5.3.

Leges à Christianis ferri possent similes Hebraicis, nisi trium causarum aliqua obstet 1.1.17.5.

Leges & contractus misceri possunt 2.14.9.

Leges non omnes obligant 2.14.12.2. & 3.23.5.3.

Leges quæ validiores si casu confligant 2.16.29.1.

Leges interficere aliquos permittentes quando jus interdum dent, quando solam impunitatem 2.20.17.

Leges an obligent summam potestatem 2.4.12.1. & 2.20.24.1.

Leges quasi pacta 2.11.1.3.

Leges

Leges civiles quædam planè injustæ 2.7.1. & 2.14.12. 2. & 3.23. 5.3.
Leges humanæ quædam præcipere possunt cum mortis periculo observanda 1.4.7. 2.3. humanius sunt interpretandæ *ibid.*
Leges quædam etiam divinæ, tacitam habent exceptionem summæ necessitatis 1.4.7. 1.3.
Leges respiciunt id quod plerumque 1.4.4.3.
Leges ferri possunt de tempore quo famum imperium admittatur 2.4.12.2
Leges de re promissa quæ obligant 2.4.4.2.
Leges injustæ, quæ propinquos nocentium innocentes interfici jubent 2.21. 15.1. & 12.1.
Leges civiles de promissis minorum 2.11.5.2.
Leges quædam DEI tacitam habent summæ necessitatis exceptionem 1.4.7. quædam datæ à Deo generi humano, vel in prima creatione, vel in restauratione 1.2.5. & 3.5.3. Lex divina vocatur interdum Jus Gentium moratiorum 2.11.1. adde Decalogus. Dilectionis. *vide* Dilectionis Lex. Evangelica, jus divinum voluntarium perfectius 1.3.3. paulatim ad mores seculi interpretari cœpit, cum primum esset strictius 2.1.13. Excalceationis 1.3.20.
Leges sacratæ quæ 3.19.8. Scriptæ, ad sensum æquitatis naturalis trahendæ 2.2.6. non scriptæ, scriptorum vinculis non tenentur. *ibid.*
Legitima an lege humana tolli possit, & quatenus 2.7.4.3.
Legum finis & efficacia 2.12.12.2.
Legum diversitas circa venditionem & emtionem 2.12.15.1.
Legum condendarum jus pars est summæ potestatis 1.3.6.
Λεία 3.6.20.2.
Lenitas in errantes circa divina 2.20. 50. & 1.2.5.
Liber homo postliminio quomodo redeat 3.9.5.
Liber homo postliminio sua recuperat: an & alienata? 3.9.6.1.2.
Liber fit populus, cum quo rex ejus tanquam cum libero sciens contraxit 2.4.4. aut tanquam legibus suis solutum longo tempore agere passus est 2.4.14. Populus liber factus in quibusdam obligatur per Regem, qui libertatem proxime antecessit 2.14.12. Regis & populi liberi eadem est ratio 1.3.21.
Liberam fore Carthaginem quomodo interpretandum 2.16.15.
Liberi filiarum alendi 2.7.4.3.
Liberi pignorari ac vendi à parentibus quando possint 2.5.5. Jus ipsorum in liberos 2.5.7.
Liberi ex quibusdam matrimoniis impediuntur succedere 2.7.8.1.3.
Liberi ob parentum delicta non puniendi 2.21.13.1.3.
Liberi in materia favorabili 2.7.30. etiam sub matris sunt imperio 2.5.2. maternam sequuntur conditionem. Jure Gentium 3.7.5. parentibus observantiam ac pietatem debent 2.5.3. & 2.5.6. quo iure Deus innocent liberos immatura morte soleat afficere 2.21.14.

2.21.14. liberorum res an Jure Naturali acquirantur parentibus. *vide* Acquirantur.
Liberis an debeantur alimenta, & quo ſenſu 2.7.4.1. an alendi vulgò quæſiti, & ex inceſto nati 2.7.4.2.3.
Liberos cogendi jus 2.5.2.3.4.
Liberorum cum parentibus matrimonia contra jus naturæ 2.5.12.2.3.
Liberorum ſervitus 2.5.90.
Libertas quando juſta belli cauſa 2.22.11.& 2.4.14.1.2.
Libertas quo ſenſu naturalis 2.22.11. & 3.7.1.1.
Libertas an pax placeat, gravis interdum deliberatio 2.24.6.1.2.& 1.4.19.2.
Libertati præferenda vita populi totius 2.24.6.2.3.
Libertas populi quid ſignificet 1.3.12. 1.2.
Libertas ſubditorum obligatur ex facto ſuperiorum 3.2.2.1.
Libertas bellandi non præſumitur abdicata 2.16.13.2.
Libertas dicitur dupliciter κατ' ἐξουσίαν καὶ κατ' ἐναντιότητα 2.22.11. opponitur Regibus 1.3.13. victis meritò aliqua relinquitur, etiamſi imperium ipſis aufertur 1.15.10. reſtituenda cum injuſtè erepta eſt, etiam ab his qui eam juſta ratione ab ereptoribus capiunt 3.16.4. Servo data pro oculo & dente excuſo 3.14.4. debetur ſervo poſt longas operas & valde magnos labores 3.14.6. libertatis nomen inanis umbra 1.3.21. libertatem uni penitus tradere populus num poſſit 1.3.8. pro libertate pugnare, etiam cum injuſtè fiat, veniam meretur 3.11.6. libertate vita potior. *vide* Vita.
Libertas civilis 1.3.12. eſt jus regendæ per ſe Reip. 2.24.6. ſine ſummo imperio intelligi non poteſt 1.3.2. Non juſta 1.3.4. *Not.* Naturalis facit ne quis cogatur abſq; culpa 2.17.17. pars ejus retineri poteſt, non retenta parte Imperii 1.4.14. tacita ut à quibusdam vocatur non ſemper retinetur à populo in Reges delinquentes 1.3.8.
Licere pro jure externo 2.12.26.1. & 3.4.22. & cap. 10.1. & ff.2.1.2.
Licere, vox ambigua quas ſignificationes habeat 3.4.2.1.2.
Licere quædam dicuntur, quæ rectius aliter fiunt 3.4.2.1. & cap.10.1.1.2.1.
Licere quædam dicuntur, ob impunitatem 3.4.2.2. & c.10.1.3.
Licere oppoſitum ei quod decet, aut oportet 3.4.2.2. & c. 10.1.2.2.1.
Licere accipitur dupliciter, vel ſenſu exteriore vel interiore 3.10.1. quot modis dicatur 3.4.2. interdum dicitur, ubi nullum contra proditum eſt remedium 2.12.26. quædam indirectè licent quæ directè non licent 2.15.11. quantum liceat in bello partim nude ſpectatur, partim ex promiſſo antecedente 3.19.1.
Limen & limes idem 3.9.1.
Limitati agri 2.3.16.1. & 2.8.12.1.
Liquida per ſe non terminantur 2.2.3.
Lis poteſt utrinque eſſe ſine peccato 2.23.13.3.
Literæ Marcæ 3.2.4.
per Literas inter abſentes pacta nuda quo jure judicentur. *vide Pacta.*

Literis belli denũciatio fieri potest 3.3.14
Literati excepti à pignorationibus subditorum pro civitate Jure Civili 3. 2. 7.
Lites Christiani quidam planè improbarunt 1.2.9. omnes an *Lege* Evangelica prohibitæ 1. 2. 8. damnum etiam injustum ferre prius oportet, quam litigare 2. 1. 13. lites juris controversi ex utraque parte non sunt improbæ 2. 23. 13.
Litigare Christianis quo sensu vetitum 3.2.8.4. & 2.24. 2.4.
Littus quorum 2. 3. 9. 2.
Loca in solo pacato posita quo casu rectè occupentur à bellante 2.2. 10. 1.
Locans pluribus operam an à singulis mercedem in solidum exigere possit 2.12.19.
Locatio conductio facta à Rege sine expressa mercede an valeat 2.14. 5. in locatione conductione, casus, qui usum impedivit, damno sunt conductoris 2.13.18.
Locationis & conductionis natura 2.12.18.
Locator tertio rem locans, conductori tenetur de eo quod percipit *ibid.*
Locator operæ ad quid teneatur 2.12.19.
Locator jus habet exigendæ pecuniæ promissæ, etiamsi nihil conductor utilitatis ex ea re perceperit 2.12.18.
Locupletatus ex re aliena, eatenus ad restitutionem tenetur, & quare 2. 10. 2.1. & 2.
Locus incultus non censetur occupatus, nisi quoad imperium 2.2.17. sive sacer, sive profanus, postliminio receptus cujus sit 3. 9. 13. qui contrahit in loco, legibus ejus loci subjicitur 2.12.5. quo loco in conventibus fœdere debent qui populo olim libero imperant 2. 9. 8.
Locutio de futuro nostræ potestatis quotuplex 2. 11. 2.3.
Locutionis ambiguæ usurpatio quando licita 3.1. 10. 13.
Lucrum alter alteri potest prævertere, maxime si causa subsit 2. 2. 24. ex re aliena restitui oportere. Juris est Natur. *Proleg.* pag. 2. 2. 10. 2. ob lucrum cessans per solutionem tardiorem res pluris vendi potest 2. 12. 14. & ex pecunia mutuo data merces justè exigi 2. 12. 21. Cui lucrum speratum sed non debitum decedit, de damno agere non potest 2. 2. 13.
Ludovici & Galeatii controversia de Mediolano. 2.7.19.

M.

MAccabæi bello adjuverunt extraneos Asmonæi 2.15.9.6.
Maccabæorum resistentia qualis 1. 4. 7. 5.
Maccabæi fœdus ineunt cum Romanis & *Lacedæmoniis* 2.15.9. fratrum innocentium necem Sabbatho ulciscuntur 2. 20. 8. Maccabæorum arma, quomodo defendi possunt 1.4.7.
Macedonum lex quædam injusta 2. 21. 15.
Magistratus inferiores summum imperium habenti juste resistere non possunt 1.4.6.1.5.
Magistratus Christiani Pauli tempore 1.2.7.1.2.
Magistratus Hebræi non restiterunt malis Regibus 1.4.6.3.4.

Magi-

Magiſtratus ex quibus damnis teneatur 2.17.20.1.
Magiſtratus an teneatur, eo quod à nautis cautionem non exegerint. *ibid.*
Magiſtratus oppidanos quatenus obliget 3.22.6.
Magiſtratus naturaliter jus habet belligerandi 1.3.4. non eſt in ſtatu Deo aut legi Evangelicæ contrario 1.2.7. Miniſter eſt iræ divinæ 1.2.8. bonus ad militiam uſurpare poteſt voluntatem non bonam modo aliorum, ſed & malam 2.26.5. minor bella gerere num poſſit 1.3.4. an contra majorem, ſi injuſtè agat 1.4.6. adde neceſſitas, ei contra majorem parendum non eſt, etiam cum bona imperare videatur. *ibid.* Naturalis & perpetuus eſt vir bonus 2.20.9. Magiſtratus non obligat, ubi imperium ſummum eſt penes populum 2.15.3. obligatur populo interdum, & ex quibus cauſis 2.17.20. Cui Magiſtratus collatio mandata eſt, tenetur eligere eos qui digni ſunt 2.17.3. Magiſtratum ſuſcipere Clericis prohibitum, & quare, *vide* Clericus. nemo multo conamine debet affectare, & quamobrem 2.20.16. à Magiſtratu Reſp. vel ſinguli etiam exactam requirere poſſunt diligentiam, ſi lex id jubeat 2.17.2.
Magi poſt baptismum artem ſuam cogebantur deſerere 1.2.9.
Maharbalis factum 3.22.9.2.
Mahumetiſtarum opinio de neceſſitate reſtitutionis 3.10.3.
Majeſtas pro dignitate imperantis ſumitur 1.3.21.2. quid ſit *ibid.*
Majeſtas cur tot legibus munita 1.4.2. major ex nobilitate generis 2.7.16. fœdus, ut majeſtas alicujus comiter colatur, quale 2.15.7. in majeſtatis controverſia, quis vocabulum ejus interpretari debeat 2.16.3. contra majeſtatis legem peccat, qui injuſſu Principis alteri bellum facit 1.3.4.
Majoratuum jura tempore amittuntur 2.4.10.3.
Majoratuum ſucceſſio in regno Caſtellæ 2.7.22.1.
Malefici atroces qui nullius civitatis partes ſunt, à quovis puniri poſſunt 3.19.3.
Maleficium quid 2.17.1. quæ quaſi ex maleficio 2.1.2.
Malorum opera uti aliquando cogimur 2.17.20. uti licet, ſed conſiſtit hoc jus intra interficiendi alterius licentiam 3.4.18.
Malum declinare eſt ex appetitu naturali & honeſto 2.20.29. malum non eſt faciendum ut inde eveniat bonum hoc in iis locum habet, quæ ſemper mala ſunt 3.1.6. qui malum facit, malum ferat 2.20.1. quantum quisque mali fecit, tantum eum pati, naturaliter juſtum 1.2.4. quæ ad declinandum malum male fiunt, maxime ſunt excuſabilia 2.20.29. malum minus, ubi electio nequit evadere, rationem boni induit 2.23.2.
Mandantis morte an pereat mandatum 2.11.16.
cum Mandatario qui contrahit, etiam ſi mandatarius mandatum excedat, obligatur 2.11.12.
Mandatario mandatum excedens quando nos obliget *ibid.*

*M*andatarius à ſumptibus factis indemnis præſtari debet & quare 2.12.13. in quantum teneatur ex culpa & dolo 3.22.4. obligat mandatorem etiam cum mandatum excedit 2.11.12. obligatus contra mandatori 3.22.2.
Mandator ad quid teneatur 2.12.13.1.
Mandatum an impleri poſſit per æquipollens 2.16.21.
Mandatum excedens, & ſic cum alio contrahens, ad quid obligetur 3.22. 4.1.3.
Mandatum generale & ſpeciale in bello 3.18.1.4.
Mandatum quid 2.12.2. contra mandatum Principis arcanum agens legatus, Principem obligat, ſed ſe Principi. *vide* Legatus, & 3.22.4. mandati actio an detur in heredem 2.11.17.
Mandata publica, quæ nautis dantur adverſus piratas 2.17.20.1.
Manliana Imperia 3.18.1.
Manlii bellum in Gallogræcos quale 3.3.10.
L. Manlius trib. pleb. jureiurando etiam in re injuſta obſtringit 3.19.6.
*M*anubiæ quid 3.6.16.1.
*M*anumiſſio interdū committi ſine peccato nequit 3.14.6.4.5.
*M*anumiſſio Jure Gentium voluntario introducta, & quare 3.14.6. facta ab holte nobis nihil detrahit 3.9.11.
*M*anus mortua 2.5.30. manibus initium ſit poſſidendi res mobiles 2.8.6.
*M. M*arcelli moderatio in victoriis 3.12. 7.2.
*M*archionatus facilius teſtamento relinquitur quam alia ditio, & quare 1.3.14.
*M*are commune cum dicitur an intelligi debeat Civ. Rom. 3.9.11. continet terram 2.2.3. ſorum mundi. *ibid.* per contractum ne ab altera parte navigetur, pars altera non occupat 2.3.15. ſinus & pars maris occupari poteſt 2.3.8. quomodo & quamdiu duret iſta occupatio 2.3.11. maris imperium non dominium occupatur 2.3.13. mare nec à privatis, nec à populo poſſideri poteſt 2.2.3. Romanorum, Græcorum, Sinopenſium quo ſenſu dicatur 2.3.18. in mari ceſſat judicium 1.3.2.
*M*ares feminis præferuntur in regnis à populo delatis 2.7.17.
*M*are an proprium fieri poſſit. an terra contineatur 2.2.3.1.2.
*M*are non diviſum 2.2.3.2.3.
*M*are in fundum admiſſum 2.3.10.2.
*M*are occupatione omiſſa ad naturam redit 2.3.11. navigandi jus in Mari 2.3.12. imperium in *M*ari quorum ſit 2.3.13.
*M*ariandyni 3.14.5.
*M*aris pars quatenus occupari poſſit 2.3.8.10.1.
*M*aritale imperium 1.3.8.
*M*aritus caput uxoris quo ſenſu 2.5.8. jus habet naturaliter in corpus uxoris 2.5.9. jus habet reſcindendi factum juramentum ab uxore ſua ex L. Hebræa 2.13.20. cui lex permittit uxorem adulteram occidere, an ſi occidat juſtus ſit coram Deo 2.20.17. ne maritus pro uxore 3.2.1.
*M*arius præ armorum ſtrepitu leges non audit *Proleg.* pag. 1.
*M*aſculina pro communibus 2.16.9.
Mater quomodo magis certa patre 2.7.8.1.

*M*athathias quo jure Judæam Græcis ritibus se polluentem occiderit 2. 20. 9.
Matrimonium cur institutum naturaliter 2.7. 6. exterorum Judæi pro nullo habent 3.19.2. familiæ fundamentum est 2.20.30. non justum etiam inter cives 1. 3. 4. *Not.* promissum ab eo qui conjugem jam habet, an & quatenus valeat Jure Naturali 2.11.8. contrahere 3.4. 2. ad quos gradus liceat 2. 5. 12. *& seqq.* an cum infideli liceat ex lege Evangelica 2.15.10. cum pluribus lege Evangelica non licet 1. 2. 6.
Matrimonium quid sit ex jure naturæ 2.5.8.9.
Matrimonium an irritum deficiente consensu parentum 2.5.10.1.13.
Matrimonium irritum cum alterius viventis conjuge 2.5.11.
Matrimonium ad morgengabicam 2. 7.8.3.
Matrimonium apud veteres Romanos postliminio non restituebatur 3.9.9.2.
Matrimonii petitio injusta belli causa 2.22.7. & 2.1.21.2.
Matrimonii contrahendi libertas nemini debet adimi, nisi præcesserit delictum 2.2.22. vicinis negari non debet 2.2.21. leges quæ exteris matrimonia negant, quid negent. *ibid.*
Matrimonii fides æquiparatur vitæ 1.2.5.
Matrimonii jura ex lege Christiana 2. 5. 9. 2. 3.
Matrimonia non ineunda cum prophanis 2.15.10.4.3.
Matrimonia quædam talia sunt ex lege, ut liberi ad hæreditatem non admittantur 2.7.8.3.
*M*atrimonia plurium uxorum olim licita 2.5.9.4.1.
Matrimonia cum propinquis sanguine, aut affinitate, unde, & quatenus illicita 2.5.12.1.13.1.
Matrimonia parentum cum liberis, & liberorum cum parentibus contra jus naturæ: & unde illicita 2.5.12.2.5.
Matrimonia an licita in gradibus expressis in Levitico 2.5.13.3.
Matrimonia fratrum & sororum quo jure vetita, & unde illicita 2.5.13.6.
Matrimonium contrahendorum libertas quibus & quatenus debeatur 2.2.21.1.2.
*M*axillam obvertere Hebræis quid 1.2. 8. 8.
*M*aximus natu in regnis à populo delatis præfertur inter pares sexu 2.7.18.1.
Medici falsa interdum loqui possunt 3.1.15.
Medii in bello quando fiant hostes 3.1.5. & 3.17.3. ad quid teneantur *ibid.*
Membra naturaliter homini suum 2.17.2. in membra sua homini jus nullum nisi corporis servandi gratia 2.21.11.
Membri conservandi causa intersectio licita 2.1.6.
Mendacium prohibitum 3. 1. 9. 1. & §. 10. 3.
Mendacium qui auctores certis casibus admittant 3.1.9.2.3.4.
Mendacium dicere & mentiri apud Gellium quomodo distinguantur 3.1.10.1.
Mendacium à Deo alienum 3.1.15.1.
Mendacium stricte dictum quid 3.1.11.1.
Mendacium an committatur respectu tertii, ad quem sermo non dirigitur 3.1.13.1.2.

Mendacium dicitur multipliciter 3.1.10. quid ſit 3.1.8.
Mendacium alii laudant alii vituperant 3.1.9.
ad *Mendacium* confugere, nota eſt infirmitatis 3.1.15.
Mendaciorum inculpatorum exempla. *ibid.*
Mendacii, qua illicitum naturaliter, quid materiale 3.1.10.1. quid formale 3.1.11.1.
de *Mendacio* & æquivocatione Scholaſticorum ſententia 3.1.17.3.
Mendacium pro vita 3.1.16.
Menſura ejus quod res valent 2.12.14.
Mentiri apud volentem an liceat 3.1.14.1
Mentiri hoſti licere qui ſenſerint 3.1.17.1.
Mentiri & occultare verum, diſtincta 3.1.7. *Annotat. 1.* quando liceat 3.1.13. & 3.1.14. Cur non mentiatur qui falſum dicit, quod verum eſſe putat 3.1.10.
Mentitur qui dicit quod falſum putat, licet verum ſit 3.1.10.1.
Mercatores in bello ab injuriis vindicari debent 3.12.12. laborum & expenſarum rationem habere poſſunt in conſtituendis rerum pretiis 2.12.14.
Mercatura apud Hollandos pridem maximè viguit 2.11.13.
Mercenarii 2.5.30.
Merces excepta à pignerationibus ſubditorum pro civitate 3.2.7. exoticas olim Belgæ non emebant 2.2.20.
ad Meretricium civiles leges quomodo & quare ſoleant connivere 3.5.4.
Meritum ex libera voluntate 2.21.12.
Meritum omne eſt perſonale 2.21.12.
univerſitatis quale 2.21.8.
ob Meritum pœna remitti debet 2.20.26.
Metus à tertio illatus an actum vitiet 2.11.7.3.
Metus alterius an tollat jus tranſire volentis 2.2.13.4.
Metus à vicino an juſta belli cauſa 2.22.5.1. & 2.1.17.
Metus ſolus non ſufficit ad jus interficiendi alterum 2.1.5.1.2.
Metus exceptio non liberat à religione jurisjurandi 3.19.4.5.
Metus qui pro juſto habeantur in bello publico 3.19.12.
Metus perpetuo durare non cenſetur 2.5.6. Incertus non eſt ſufficiens ad cædem cauſa 2.21.13. adverſus hos metus quale petendum ſi præſidium 2.1.17. injuſtus quidã eſt quoad juſtitiam internam quem tamen Jus Gentium non improbat 3.19.12. ut is, qui infertur bello ſolemni utrinque 2.17.19. & quare 3.19.11. an ut metus aliis injiciatur ſenes fœminæ & impuberes juſte poſſint occidi 3.11.16. in contractu injectus an demi debeat 2.11.10.
Metus exceptio jurejurando eliditur 3.19.6. & 3.23.2. ad bellum ſolemne non pertinet, ſi eo pax ſit inducta 3.19.11. & 3.23.2. quod metu belli juſti exprimitur, non admittit reſtitutionem 2.17.19.
Metu expreſſum à Latrone & Pirata poteſt repeti, niſi jusjurandum acceſſerit, *ibid.* quod ſit metu, magis excuſabile, quam quod ob voluptatem 2.20.31. aut ſi nolit ille, alter ſe ipſum poteſt reſtituere 3.23.2. an etſi jurata fuerit promiſſio 2.13.14. an hoc caſu Rex ſeipſum poſſit reſtituere, ut Bo-

Bodinus censuit 2.14.1. & 2.14.3. qui ipse in causa fuit ut metu ad promissum cogeretur jus amittit restitutionis 2.17.19. ex metu plurimæ nascuntur injuriæ. 2.1.5.
Metu promittens an teneatur 2.11.7.
Metu quid faciens absolutè velle dicendus 2.11.7.2.
Metu causam dans contractui quando ad restitutionem teneatur 2.13.14.1.
Metum inferens tenetur ad restitutionem 2.11.7.2.
Meum vi possum repetere etiam cum periculo innocentium 3.1.4. plus quam meum accipere possum, si meum consequi nequeo. *ibid.* sed sub onere restituendi ejus quod plus est. *vide* Debitum. pro meo quod consequi non possum, aliud æquivalens juste possum capere 3.1.2. Nostrum. *Vide Not.*
Migratio in locum alium, populum non immutat 2.9.7. migratio subditorum in terram ejus qui cum pax inita eam non dissolvit 3.20.41.
Miles quid in largissimo significatu 3.21.15.
Milites fieri possunt natura omnes subditi 1.4.4. scribere licet tempore induciarum 3.21.4. qui suo sumptu militant quantum justitiæ interna capere possunt ex prædâ 3.18.2. an si qui partis ejus hostibus, cum qua nobis pax est, militant, pax censeatur rupta 3.20.31.
Miles de incendiis & raptu sine jussu publico, an teneatur 3.14.6.
Milites Christiani sub Juliano 1.2.10.11. sub Diocletiano 1.2.10.11.8.
Militis Christiani officium 1.2.10.12.
Milites Judæi externis militabant 1.2.7.5.
Militi quæ ex præda cederent apud Romanos 3.6.24.5.
Milites ab Ecclesia non excommunicati 1.2.10.2.
Milites quomodo tenentur ex bello injusto 3.10.4.
Militibus datus commeatus prodest & duci 3.21.1.5.
Militum nomine qui veniant. *ibid.*
Militare propter prædam, aut stipendium præcipuè non licet 2.25.10.
Militia mercenaria sine delectu causæ improbatur *ibid.*
Militia pœnitentibus olim interdicta, & quare 1.2.10.9. est interdicta clericis. *ib.* eam Ecclesia vetus probat 1.2.10.11.
Militiæ repetitio qualis damnata Synodo Nicænsi 1.2.10.7.8.
Militiam concedit Origenes interdum Christianis 1.2.9.2.
Militiam & capitalia supplicia concedit illis Tertullianus. *ibid.*
Militiam ob quas causas Judæi detrectaverint 1.2.9.3. quas ob causas olim etiam Christiani eam detrectaverint *ibid.*
Minervæ calculus 2.5.18.
ex Ministrorum facto aliquem obligari si quid utiliter sit gestum quo sensu accipiendum 3.22.3. obligatur summa potestas etiam cum minister fecit contra mandatum arcanum 3.22.4. sine sua culpa, ut quis obligetur non est Juris Gentium 2.17.20.2.
Minor annis hosti obligatur 3.21.3.
Minor an promittendo obligetur 2.11.5.2.
Minorum beneficia sunt ex Jure Gentium non Civ. 2.23.3.

Minoris imperium quare sit invisum. *Proleg.* pag. 5
Miraculosam potestatem primæ Ecclesiæ cur Deus dederit, eandemq; postea sustulerit 1.2.8.
Misericordia Dei an nos doceat suppliciis capitalibus non uti 2.20.10. quæ peccata præcipuè respiciat 2.20.11. prætermissio puniri non debet 2.20.20. quod ex misericordia debetur, id armis juste deposci nequit 2.22.16.
Misericordia digni qui bello capiuntur 3.14.2.1.
Misericordiæ ara apud Athenienses 2.21.5.2.
Missilia quomodo fiant capientium 3.6.22.
Mobiles res quando fiant singulorum capientium 3.6.12.
Mobilia generaliter postliminio non recipiuntur 3.9.14.1.
Moderatio in belli jure circa personas 3.11.7.1.
Moderatio in bello ad quid etiam civiliter prosit 3.12.8.
Modus in pœna unde petendus 2.20.28.
Modi habendi imperium qui 1.3.11.1.
Mœnia urbis sive muri, cum diruuntur, an intereat jus civitatis 2.9.7. reficere muros licet tempore induciarum 3.21.7. ne quis locus muris cingatur, quomodo intelligendum 2.16.20. fœdus de diruendis muris quale 2.15.7.
Monachi à cæde liberi esse debent 3.11.10.
Monomachia bellum finiri an liceat 3.20.43.1.2 4.
Monomachiæ de regno quis effectus 3.20.44.& 45 1.
Monopolia quæ licita, quæ contra jus, & quæ contra caritatem 2.12.16.
Monopolium. *vide* Coëmtio 2.2.24.
Morari in territorio alieno an licitum 2.2.15.
Moræ purgatio in pace an admittenda 3.20.35.
Moralia non consistunt in pacto 1.2.8.
Moralium incertitudo unde 2.23.1.
Morandi jus per aliquod tempus inter utilitates innoxias 2.2.15.
Morbi contagiosi an propriè sint pœnæ qui nominantur in libro Moysis 2.20.1.
Mori Hebræis dimitti vocatur 2.19. 5.3.
Mores generales in aliqua parte mundi non faciunt jus naturæ 2.20.41.
Mors deportationem quando comprehendat 2.16.9.
Mors pro vera religione quanti faciendа 1.4.7.15.
Mors quid significet 2.16.9. in materia favorabili 2.7.30. ejus qui acceptare promissum debent non transfert jus ad ipsius heredes 2.11.16. mandantis tollit præsumtionem, quod mandatum implere voluerit 2.11.17. Scelerati, quo sensu ipsi melior sit vita 1.20.7. universitatis quid 2.21.7.
quæ Mortis vitandæ causa injustè fiunt, levius punienda 2.20.29.
Mortem pro aliis oppetere lege Evangelica præceptum 1.2.6. ad mortem damnare an liceat, etiam ex iis delictis quæ in lege Mosaica morte non puniuntur. *vide* Supplicium. Mortem meritos committere in pugnam contra officium est boni Magistratus 2.1.15.

mortem inferre ſibi utrum liceat 2. 19. 5. qui ſibi intulere, prohibentur ſepultura. *ibid.* quare, cum tamen inde non lædantur 2. 20. 44. quidam eo malitiæ proceſſere, ut non niſi morte emendentur 2. 20. 12. & 2. 20. 13.

Mortem pati potius quam alium occidas, quando liceat, quando non 2. 1. 8. 9. 1.

Mortem æternam aggreſſoris an quis ſua morte cavere debeat 1. 3. 3. 3.

Mortis caſus expreſſio quando extendatur ad caſum non nati 2. 16. 20. 3.

Mortuorum corpora male tractare, contra jus eſt Gentium 2. 19. 2. & 3 5. 3.

Moſes bellum infert Amalecitis 1. 2. 5. Amorrhitis ob tranſitum prohibitum 2. 2. 13.

Muli qui apud Romanos poſtliminio recepti 3. 9. 14. 1.

Mulier. *vide* Femina.

Mulieres Jure Civili plurimum, Gent. non tenentur ex debito civitatis 2. 3. 7. jure belli poſſunt occidi 3. 4. 9. occidi non debent niſi virilia officia uſurpent, aut quod peculiariter vindicandum committunt 3. 11. 9. quæ priora mutant, niſi ad ingens bonum ea odioſa ſunt 2. 16. 10.

Mulierum imperia Romanis incognita 2. 9. 11. 2.

Multitudini etiam in delicto parcendum 3. 11. 19.

Mundiburgii Jus 1. 3. 21. 1.

Murenæ controverſia cum Mithridate 2. 16. 30.

Muri faciendi prohibitio quando ad aggeres extendatur 2. 16. 20. 3.

Mutii Scævolæ factum 3. 4. 18. 1.

Mutilatio membri quod eſt è præcipuis, vitæ æquiparatur 2. 4. 6. etiam intentata, jus dat occidendi eum, qui intentat 2. 1. 6. mutilationem Indi ſupra talionem puniunt, & quo Jure 2. 20. 32. qui Mutilavit aliquem in quantum teneatur 2. 17. 14.

Mutilator quid reſtituere teneatur 2. 17. 14.

Mutuum quid 2. 12. 2. non omne uſuratium 2. 12. 21. commodato affine 2. 12. 10. *Not.* 1. an illicitum pro uſu pecuniæ mercedem exigere *vide* Uſura.

Mutuum gratuitum quo ſenſu. *ibid.*

Mutuam accipiens pecuniam à debitore meo, mihi tenetur 2. 10. 2. 9.

N.

NAbidis controverſia cum Romanis 2. 16. 28 1.

Nabidis reſponſum cum tyrannis ei objiceretur 3. 19. 3.

Νὴ τὸν quid 2. 13. 21. 2.

Νὴ quid ſignificet 2. 13. 21. 2.

Νὴ τὸν, ὃν δ', quid ſignificet 2. 13. 21. 2. 3.

nondum Nati an jus ſuum amittant, & quomodo 2. 4. 10. 1. 2. leges poſſunt eorum jus conſervare 2. 4. 10. 3.

Natura jus dat ad id omne ſine quo obtineri non poteſt quod imperat 2. 5. 5. ſub natura interdum comprehenduntur mores naturali rationi conſentanei 2. 19. 1.

Naturale, vox, pro ſolite fieri 2. 12. 26. 2.

Naturales filii ſuccedunt patri, niſi lex impediat: & adoptari poſſunt 2. 7. 8. 2. non ſuccedunt in regnis à populo delatis 2. 7. 16.

Naturalia pro certo ſtatu 2. 8. 5.

Naturæ prima & conſequentia quæ? 1.2.1.1.
Naturalis æquitas ſatis habet, ut pro ſuis partibus ſinguli conveniantur 2.11.13. Circumvenire naturaliter quid 2.12.26
Naturaliter licita an omnia etiam apud Deum licita 2.1.10.1.
Naufragio, quando res cenſeantur amiſſæ 2.4.5.
Naufragorum bona confiſcare injuſtum 2.7.1.1.
Navigandi libertas pactis imminui poteſt 2.3.12. & §.15. 1.2.
Navis, quæ apud Romanos poſtliminio recepta 3.9.14.1.
Navis ſi cui nocuit, an dominus teneatur 2.17.21.1.
Navis in qua innocentes ſunt an peti tormentis poſſit 3.1.4.1.
Navis roſtrata vi ventorum delata in portum 3.21.9.
Naves alienæ quomodo in neceſſitate capi poſſint 2.2.10. amicorum in prædam non veniunt, ob res hoſtiles, quas vehunt 3.1.5. *Not.* 3.3.3.6. *Not.* 1.
Naves captæ quando jure belli cenſeantur 3.6.3.2.
Naves nunc nullæ poſtliminio redeunt 3.9.15.
Navium expugnatio & captura ad quos pertinet ſecundum variarum Gentium mores 3.6.24.
Navigaturi inſtituuntur certis mandatis à poteſtate publica, ad perſequendos piratas 3.20.14.
Navigatio inermis & innoxia nullibi impediri poteſt 2.3.12. pactum, ne quis ultra certos terminos, & certum numerum navium naviget, an occupationem maris demonſtret 2.3.15.
Societas navalis 2.12.25.
Neceſſaria ad finem licitum licita 3.1.2.1.
Neceſſitas excepta in lege dominii 2.2.6.1.2.
Neceſſitas jus non dat, ſi ſit evitabilis 2.2.7. & 3.17.1.
Neceſſitas quod jus det in pacatos 3.17.1.
Neceſſitas non excuſat, niſi ſumma 1.4.7. quæ excuſat, ea non plane vitio caret, ſed pertinet ad culpabilia 3.11.4. ejus exempla 2.6.5. *Not.* 1.3.11.1. *Not.* 2. ſumma, generalis legum acceptio 2.2.6. humanarum 1.4.7. & multarum etiam divinarum 1.4.7. & 2.5.4. Jus dat etiam minoribus Magiſtratibus defendi ſe, contra injuriam majorum 1.4.7. ſuſcipiendi belli non expectato majorum conſenſu 1.3.4. res reducit ad merum Jus Natur. 2.5.6. & 3.17.1. permittit res alterius occupare, ſed ſub onere reſtitutionis 3.1.5. perdere 2.2.6. ſed ſub onere reſarciendi damni 3.12.1. quando valeat hoc jus 2.2.7. Jus non dat alienandi imperii partem, ſine ejus conſenſu 2.6.9.
Neceſſitate factum pacem non rumpit 3.20.37.
Neceſſitate pari poſſeſſor præferendus 2.2.8.
in *Neceſſitate* non ultra ſumendum quam exigit 3.17.1.
Neglectus puniendi punibilis 2.21.2.5.
Negotiorum geſtorum actio tantum eſt ex Jure Civili 2.10.9.
Negotium alienum gerens ſui lucri cauſa, repetit impenſas, in quantum alter eſt locupletior 1.10.9.2.

Nepos ex filio priore an filio posteriori præferendus in regno 2.7.30.1.
Nepos ex filio, an filio præferendus 2. 7.30.1.2.
Nepos minor ex filio an præferatur nepoti majori ex filia in regni successione 2.7.34.
Neptis ex primogenito an filium alterum excludat 2.7.35.
Nepotes alendi 2.7.4.4.
Nescio, quomodo quidam interpretentur 3.1.7. nescientis non agere, caret effectu 2.4.5.
Nexorum servitus 2.5.30.
Ninus primus imperium ampliavit 3.8.1.2.
Nocentes dedendi aut puniendi 2.21.4. 1.3.
Nocentes dedendi obligatio, unde 2.21. 4.3.7.
Nocere homini homo non debet, nisi boni alicujus consequendi gratia 2.20.4. hoc enim Jure Naturæ 2.20.5.
per Naturam innocens quisque nocentem puniri potest 2.20.3.& 8.7. an nocentes omnes puniendi. *vide* Delinquens. Deus sub multis nocentibus aliquando & innocentes punit, sed inde nobis exemplum capere non licet 3.1.4.
Nocumentum quod ex occasione peccati, non ob peccatum sentitur, pœna propriè non est 2.21.11.1.
Nocentibus parcendum ob multos innocentes 3.1.4.3.
Nocentibus sæpè parcendum innocentum causa 3.11.9.1.
Nomina regionum in pace quomodo accipienda 3.20.23.
Nostrum quibus ex causis quid dicatur 2.2.1.
Nostrum aliquid dupliciter. *ibid.* nostra etiam sunt quæ sub certa lege, ut ne vendere ea liceat, sint nostra 2.2.19. nostra esse desinunt, si scientes ab alio teneri, ei non contradicimus 2.4.5. non desinunt, nisi facto nostro aut lege 2.8.1.
Nobis potius quam aliis justè consulimus, ubi par malum imminet 1.3.3.
Nothus etiam succedere potest in regno patrimoniali 2.7.12. non in eo quod consensu populi delatum est, & quare 2.7.16.
Notitia de Deo, quæ & qualis data hominibus naturaliter 2.20.45.
Notitia de Deo quod inconspicuus 2. 20.45.1.
Notitia de Deo uno *ibid.*
Notitia de Deo ut omniscio. *ibid.* & ut creatore 2.20.45.2.
Notitiæ activæ de Deo 2.20.45.3.
Notitiæ de Deo quomodo probentur. *ibid.*
Notitiæ de Deo quæ maxime universales 2.20.46.1.
Notitiæ de Deo, quæ obliteratæ 2. 20. 47.1.
Notitiæ de Deo quæ & quales 2.20.45.1.
cum Noverca conjugium illicitum 2.5. 13.
Noxa caput sequitur 2.5.32. Noxæ deditio est ex Jure Civili, non Nat. 2.17.21.
quæ nulla sunt nullum habent effectum Juris 1.4.10.
Noxales actiones ex quo jure 2.17.20.2.
Numantina sponsio 2. 15. 16.
Nummus mercis loco 2.12.3. *Not.*

Nuptias repetere an liceat 3.4.2. alienas attentare, ſcelus graviſſimum 2.20.39. adverſus nuptias inceſtas lex vetus Noæ data 1.2.5.
Nutus interdum ſignum voluntatis ſufficiens 2.11.11.

O.

OBduratio cordis, facta à Deo qualis pœna 2.20.4.
Obedientia ſæpe illicita 2.26.3.1. & 1.4.1.3.
Obedientia debetur Magiſtratui 1.2.7. ex jure ſocietatis 1.5.2. etiam malo 1.4.4. niſi quid contra juſtitiam & pietatem imperent 2.26.3. debetur parentibus infinita ſed ſui generis. *Proleg.* pag.3.
Obligari naturaliter quis quot modis dicatur 2.14.6.1.
Obligari civiliter quis quot modis dicatur 2.14.6.2.
Obligatur nemo ad bellum injuſtum 2.15.13.1.
Obligemur quomodo per alium 2.11.12.
Obligatur valide prædoni is, cui metus incuſſus non eſt 3.19.4.
Obligatio ex facto miniſtrorum, cujus ſit juris 2.17.20.2.
Obligationis ſine coactione exempla 2.18.10.
Obligatio ex culpa qualis 2.17.1.
Obligatio cadit in actum aut facultatem: & quomodo hæc differant 1.3.16.1.2.
Obligatio feudalis non tollit ſummum imperium; *vide* Feudalis obligatio 1.3.23.2.
Obligatio ex dominio qualis 2.10.1.
Obligatio ex rebus exſtantibus, & non exſtantibus 2.10.1.2. & 2.1.
Obligatio interdum eſt in nobis ita, ut alteri jus nullum quæratur 2.11.3.1
Obligatio nat. quotuplex ex mente J.C. Rom.2.14.6. Civilis quotuplex, *ib.* ex culpa qualis 2.17.1. & *ſeqq.* ex dominio 2.10.1. & *ſeqq.* ex facto alieno 2.17.20. adde factum ex rebus 2.10.1. obligatio poteſt eſſe in nobis, & nullum Jus in eo cui obligamur 2.11.3. nos cogendi 2.18.10. Summæ poteſtatis per minores quibus caſibus valeat 3.22.2. ad pœnam unde oriatur 2.21.12. quod fit animo non deliberato obligare non poteſt 2.11.4. ex actibus mere internis ut jus aut obligatio naſcatur inter homines, naturæ humanæ nō eſt congruum 2.20.18. ſub imperio eminenti comprehenditur poteſtas obligandi ſubditos 3.20.6. non tamen infinita ejusmodi poteſtas requiritur ad imperium rectè exercendum 2.14.11. an hæc poteſtas, ſive Jus ad naturam negotiorum geſtorum exigendum ſit. *ibid.* obligandi ſe Jus cœtus in alium transferre poteſt, vel expreſſè, vel per conſequentiam 2.14.11. an quis per alium obligari poſſit à ſe actioni præpoſitum contra voluntatem ſuam 2.11.12. an per invaſorem aut tyrannum populus aut Rex obligentur. *vide* Contractus. an à Rege nunc regnante ſucceſſor poſſit obligari 2.7.27. an per obligationem ab univerſitate factam partes univerſitatis obligentur 2.5.17. Verba obligationis is interpretari debet, cui eſt promiſſum 2.16.1. contra obligationem agendo, nemo ſeſe obligationi eximit 3.20.38.
ad Obligationem requiritur animi deliberatio 2.11.4.1.3.

Obſes an teneatur, mortuo qui miſit 3.20.57.
Obſes qui fugit, recipi à civitate non poteſt 3.20.54.
Obſes datus pro altero, ſi is mortuus ſit liberatur 3.20.56.
Obſes an ex alia cauſa poſſit retineri 3.20.55.
Obſidi fugere an liceat 3.20.54.
Obſides an occidi poſſint Jure belli 3.11.14.
Obſides an occidi poſſint Jure interno 3.11.18.1.2. & 3.4.1.4.
Obſides ſervi non ſunt 3.20.53.
Obſides acceſſio plerumque actus principalis 3.23.16. non tamen ſemper 3.20.58. bona habere & de hereditate ſua disponere poſſunt. *vide* Teſtamentum. nam ut bona ipſorum fiſco cadant, juris eſt Rom. 3.20.53. dantur aut ſua voluntate, aut ejus qui imperium habet, & quo Jure hoc poſtremum 3.20.52. occidi non poſſunt Jur. Gent. niſi ex proprio quodam delicto 3.20.53. quo reſpectu olim occiſi 3.11.18. à pignoribus quomodo differant 3.20.59.
Obſides cum aufugiunt, civitati ipſorum recipere eos non licet 3.20.54. quid debeatur obſidibus à civitate aut Rege à quo mittuntur 3.20.52.
Obſidum bona cui cedant 3.20.53.
Obſidum obligatio odioſa 3.20.55. eorum obligatio interdum principalis 3.20.58. & 3.23.16.
Obſidum alter an ex facto alterius teneatur 3.20.58.
Obſtinata reſiſtentia non ſufficit ad jus internum occidendi. *vide* Reſiſtentia obſtinata 3.11.16.1.
Occidere hoſtem, jus belli dicitur 3.4.5.1.
mortem pati potius quam alium Occidas quando liceat, & quando non 2.1.8.1. & 9.1.
Occidere quis injuſtè poteſt aliquem etiam in juſto bello, quoad juſtitiam internam 3.11.1. qui occidit in bello non fit impurus 3.4.5. ſi teneatur Sacramento militari 3.18.1. ex propoſito neminem licet, niſi is capital. commiſerit 2.5.28. licet ut ſervetur vita aut pudicitia 2.1.12.3.11.2. & res noſtra ſi aliter ſervari nequeat 3.11.2. idque Jure Nat. 2.1.11. etiam in bello 3.11.7. non tamen ſi re iſta facilè poſſumus carere 3.20.43. ubi non quidem contra juſtitiam ſtrictè dictam peccatur 2.1.11. ſed contra charitatem 3.11.2. occidere ita, ut alter copiam ſui defendendi habeat, non debetur ei, qui mori meruit 3.4.15. non occidere ſi quem licet, is gladio an veneno interficiatur, nihil intereſt Jure Naturali ſed Jure Gent. *ibid.*
Occidere num liceat qui arma contra non tulerunt 3.4.6. aliquem ſi Deus præcipiat, an tunc homicidium fiat, quid licitum 1.1.10. à privato poteſt qui in legem quid peccat, quæ peccantem jubet interfici 1.4.18.
Occidere ſe an unquam liceat 2.19.5.4.
Occidere ſupplices an liceat 3.4.11. & 3.14.15.
Occidere obſides an liceat 3.4.14. & 3.11.18.
Occidendi deditos aut captos an juſta cauſa talio aut reſiſtendi pertinacia 3.4.13. & 3.14.16.1.& 2.
Occidi poſſunt Jure belli, qui intra hoſtium fines ſunt 3.4.6.1.

Occidi an poſſint, qui ante bellum aliquo venerunt 3.4.7.
Occiduntur ſenes belli Jure 3.4.9.2.
Occiduntur captivi belli Jure 3.4.9.2.
Occiduntur infantes belli Jure *ibid.*
Occiduntur mulieres belli Jure *ibid.*
Occiſio quando licita Jure interno in bello juſto 3.11.2.1.
Occaſio quatenus licita in repreſſaliis 3.2.6.
Occiſio hoſtis indiſtinctè quo ſenſu licita 3.4.3.
Occiſio extra propoſitum, ſive indirectè, quando licita 3.1.4.1.
Occiſio pro vitæ defenſione quomodo vitioſa 2.1.8.9.1.
Occiſio, ne fugere cogamur: pro tuenda exiſtimatione & pro rebus an licita 2.1.10.3.
Occupabilia ſua natura non ſunt dominia in perſonam aut populum 2.9.1.
Occupandi Jus in ſtatu rerum communium 2.2.2.1.
Occupare facinus an liceat 2.1.5.
Occupatio poſt omiſſam communionem 2.2.2.5.
Occupatio non eſt niſi in re terminata 2.2.3.2.
Occupatio alia per univerſitatem, alia per fundos 2.2.4.
Occupatio imperii 2.3.4.1.2.
Occupatio dominii *ibid.*
Occupatio an ſit Jur. Gent. ut Rom. Juriſconſulti dicunt 2.7.1. fieri poteſt etiam ſine ſublatione dominii 2.2.10. eſt tamen prima cauſa efficiens proprietatis 2.2.2. loci in pacato quando juſta 2.2.10. & 3.18.2. non valet tempore induciarum, ſive perſuaſis iis qui tenent, ſive ultro non defendentibus 3.21.8. In non *Occupantis* judicia ceſſare non cenſentur 1.3.2. occupatum eſſe in odioſis quid ſignificet 2.16.2.
Odium in promiſſis 2.16.12.3.
Odio carentia quomodo intelligenda 2.16.12.1.
Odioſa quomodo interpretanda 2.16.12.3.
Odioſa in dubio perſonalia 2.16.16.3.
Odioſa quænam eſſe dicantur 2.16.20. non quicquid eſt contra *Officium* ſtatim eſt irritum 3.23.8. ad officium aliquod Jus proprium civis non habet 2.17.3. qui quod ex officio facere tenebantur niſi pecunia accepta non faciunt, tenentur læſos reſtituere in integrum 2.17.17.
Οἰκονομία 3.1.8.3.
Οἰκουμένη 2.22.13.
Olivarum rami & ſimilia ſupplicum ſigna num obligent 3.24.5.
Odioſum, quo altera tantum pars aut plus altera oneratur 2.16.10.
Onus vitandum in verbis interpretandis 2.16.12.3.
Onus promiſſis adjici quando poſſit 2.11.19.
Onera regia dignitatis à Rege alienari non poſſunt 2.6.11.
Onera ex fœdere tranſitoria aut manentia 2.15.7.3.
Opera & pecunia quot modis inter ſe comparentur 2.12.24.1.2.
Opera vix gratis præſtatur 3.6.23. an propriè ſit pœna 2.20.1. cum ratione & modo ſervis imperanda 3.14.5.
Operas qui promiſit, quibus ex cauſis excuſetur 2.16.27.2.

Opificibus parcendum in bello 3.11.12.
Oportet & licet ſæpe opponuntur 3.4.2.
in Oppugnatione urbis Hebræi partem liberam relinquebant, quo confugere cuique licebat 3.11.14.
Oppidum tradere qui promiſit, poteſt præſidium dimittere 3.12.13.
Opulentia fere cauſa bellorum 2.2.8.
οὐ ἕ quid 2.13.21.2.3.
Orbis pro Romano dictus 2.22.13.1.
Orbi toti an unum imperium expediat 2.22.13.1.2.& 3.15.7.
Ordinare 1.3.21.
Ordo in conſeſſu æqualium dignitate habetur ex ætate 2.5.21.
Ordo eorum qui damnum dederunt in debito reſtitutionis 2.17.6.12.
Ordo qui ſervandus inter ſocios 2.5.21.
Ordo conſidendi inter Reges Chriſtianos *ibid.*
Ordo inter eos qui partes in re dispares habent 2.5.22.
Ordinum conventus populum referunt 1.3.10.3. &2.6.9.
Ordinum conventus alibi alios uſus habet 1.3.10.4.
Ordinatio divina eſſe regia poteſtas quo ſenſu dicatur 1.2.7.3.& 1.4.4.1.
Oriens ſuetus regibus 1.3.20.
Otioſis pœna dicta 2.25.3. *Annotata 4.*
Ornamenta corrumpere in bello iniqvum 3.12.5.
Otryades an vicerit Argivos 3.20.45.

P.

PAcatorum quod officium circa bellantes 3.17.3.
Pacta quæ pactis aliis prævaleant, ſi caſu collidantur 2.16.29.1.
Pacta, quibus imperii mixtura ſit 1.3.17. & 3.19.10.
Pacta nuda an obligent juſte naturæ, & gentium 2.11.1.2.
Pacta in mari, in vacua inſula, aut inter diverſarum civitatum cives per literas facta, reguntur jure naturæ, & gentium 2.11.5.3.
Pacta regum quo jure regantur *ibid.*
Pacta errantium 2.11.6.
Pacta ut obligent, non ex lege tantum eſt, ſed ex voluntate 2.11.1. ut ſervent ur Jure Naturali convenit. *Prol.*p.3.
Pacta errantis quomodo queant convaleſcere 2.11.20. quomodo dijudicanda 2.11.6. & 3.23.4. jurata, non juratis præferenda 2.16.29. quomodo intelligi debeant, *ibid.* Magiſtratuum, cives tamen in oneroſis obligant, non etiam in iis, quæ alias imperantur 3.22.6. Regum privata diſcernuntur à publicis 2.15.1. privata quo jure judicentur 2.11.5. & 2.14.6. adde 2.16.11. *vide* Contractus.
Pacta publica ſolo jure naturali reguntur 2.11.5. & 2.14.1. §.5. §.6. vim habent etiamſi nihil adhuc ex iis ſit præſtitum 2.11.1.
Pacta in prima delatione imperii cum Rege facta, ſi ab eo violentur regem faciunt privatum 1.4.12. Specialia potiora generalibus 2.16.29. vetantia potiora jubentibus 2.16.29.
à Pactis poſterior discedens non eſt perfidus 3.19.14.
Pactis bellum finire quibus liceat 3.20.2. populus de jure ſibi propriè competenti, in gratiam ejus cujus intereſt poteſt decedere 2.3.15. de ſtatu puro in mixtum tranſire poteſt 3.19.10. ex pactis retinere aliquid cum pactum impro-

improbatur, injuſtum eſt 3.22.3.
Pactorum perſonalium & realium diſcrimen 2.16.16.1.3.
Pactorum Jus Naturale non mutatum Jure Gentium voluntario, niſi in quæſtione de inæqualitate rerum 2.12.26.
Pactum ut quid belli tempore valeat, valet etiam cum ſint induciæ. *vide* Induciæ. ut res maneant eo loco, quo ſunt, quomodo intelligendum 3.20.12. ut res turbatæ ex antiquo Jure componantur, quomodo intelligendum 3.20.13. an ad eos quoque pertineat, qui ſe ſponte parti alicui ſubjecere 3.20.14. dubius hujuscemodi pacti intellectus contra quem explicandus 3.20.26. cum quædam præſtari nequeunt quæ ex hoc pacto præſtari debent, quid agendum 3.20.37.
Paganus an hoſtem licitè occidat 3.18.1.1.
Panem in ſtationes hoſtium injicere licet ne fame premi videamur 3.1.8. in ſumma inopia cum quis alteri furripit, furtum non committit 2.2.6.
Papa ſuſtinet perſonam Populi Rom. 1.3.13. ſub titulo eccleſiæ univerſalis an bella poſſit inferre 2.22.14.
Par pari referre Juris Gentium quo ſenſu 2.20.8.
Pares ſententiæ nihil agunt 2.5.18.
παράδειγμα 2.20.9.1.
Parcere Stoicorum nihil differt ab ignoſcere vulgi 2.20.29.
Parentes alendi 2.7.5.1.
Parentes liberos pignorare ac vendere quando poſſint 2.5.5.
Parentes dii quidam inter homines. *Proleg.* pag. 2. Magiſtratus naturales ſunt 2.20.30. Utrique jus habent in liberos Jure Naturali 2.5.1. non regendi tantum eos ſed & coërcendi 2.5.4. etiam oppignorandi 2.5.5. & 2.5.29.
Parentibus debetur reverentia. *vide* Reverentia. in iis quæ ſunt contra jus divinum aut humanum non obtemperandum 2.26.3. in eos qui in parentes impii ſunt, juſtum bellum eſt 2.20.40.
Parentum jus in liberos ſecundum tempus diſtinguitur 2.5.2.3.6.
Parentum cum liberis matrimonia contra Jus naturæ 2.5.12.2.5.
Parere quomodo dicantur, qui potioribꝰ tenentur inæquali fœdere 1.3.21. Chriſtiani quomodo debeant Magiſtratui 1.4.4. ſubditi an debeant in dubio, juſtumne an injuſtum ſit, quod imperatur 2.26.4. parendi & imperandi ordinem Deus adprobavit 1.4.4.
Pars major Jus habet univerſitatis 2.5.17.
Participes delicti qui 2.21.1.2.2.
Partus an ventrem ſequatur, & quo Jure 2.8.18.
Partus matrem naturaliter non magis quam patrem ſequitur 2.5.29.1.
Pater Jus ſuum in filium alienare an poſſit 2.5.5.26.1.
Pater non æque certus de prole ſua eſſe poteſt ac mater 2.7.8. tenetur ex delictis filiorum, ſi in poteſtate eos habet 2.21.2. non tamen ſi in ipſo nihil vitii ſit *ibid.*
Paterfamilias quid ſignificet 3.14.5.1.2.
Patientia quæ punibilis in rectore, aut republica 2.21.2.2.4.
Patientia interdum in Jus tranſit 1.3.21. obligat magiſtratum ex delictis ſingulorum 2.21.2.

ad Patientiam Christi exemplo invitamur 1.4.7.15.
Patrimonium populi rex alienare non potest 2.6.11. illius pars, id est, dominii à rege oppignorari cur possit 2.6.13.
Patria potestas quid 1.1.5.
pro Patria civis etiam innocens se tenetur hosti dedere & mori 2.25.3.
Patris imperium naturaliter præfertur imperio matris 2.5.1.
Patrocinium non tollit libertatem ejus, cui patrocinamur 1.3.21.
Patronatus Jus per hereditatem adiri potest, etiam cum bonorum hereditas non aditur 2.7.19.
Patruelium conjugia vetita 2.5.14.
Paucorum dominatio. *vide* Dominatio.
Paulus Apostolus non improbat præsidium militare 1.2.7.11.
Pax quid 3.20.32. dicitur de pluribus 3.21.1. an amicitiæ tantum causa sit 3.20.40. bello favorabilior 2.16.10. ideoque ei præferenda 2.23.6. etiam qualiscunque 3.25.3.
Pax Christianis qualis fuerit in primitiva Ecclesia 1.2.9. ut ab aliquo cum aliis juste ineatur, summam requiritur ut is habeat potestatem 1.3.6. & 3.20.1. itaque nec duci eam inire concessum est, etiam cum summo jure bello præest 3.22.7. quibus rationibus iniri possit, inter eos qui ambo justam belli causam habuisse volunt videri 3.20.11. pacis ineundi jus cui competat in imperio procerum aut populi 3.20.4. Rege adhuc pupillo aut mentis non compote 3.29.3. quodnam optimum sit tempus 2.25.6.
Pax an libertas præferēda 2.24.6. prodest iis volentibus quos & obligat 3.20.4.
Pax religiose servanda 3.25.17.
Pax utilis validioribus, invalidioribus, & paribus 3.25.5.
Pax rupta quando censeatur 3.20.27.
Pax rumpitur ob eo, qui ex veteri causa vim infert 3.20.28.
Pax alienans bona imperii, regni, coronæ 3.20.5.2.3.
Pax, qua imperium, aut pars imperii alienatur 3.20.5.
Pacis causa an bona subditorum valide alienentur 3.20.7.8.
Pacis conventionum interpretationes 3.20.9.
in Pacis conditionibus, utile fuerit adjecisse, ne etiam in minoribus capitibus rupta censeatur, nec rupta, nisi arbitro prius adito 3.20.36. si in iis hæc sit, ut possessio bello turbata restituatur, qualis spectanda sit possessio. *vide* Pactum.
Pacis capita ad distinguenda in majora & minora 3.20.35.
Pace non reddi civitates liberas, quæ sponte subjecerunt 3.20.14.
Face Regis an teneantur successores & populus 3.20.6.
Pacem servare qui vult postquam ab adversario rupta est, potest 3.20.38.
Pacem facere cujus sit 3.20.24.
Pacem major pars faciens obligat universitatem 3.20.4.
Pacem vix habemus confessione injuriæ 3.20.11. in validos quid admonere possit 3.25.4. quid validiores 3.25.5.
an Pacem facere possit Rex aut minor, aut captivus, aut exul 3.20.3.
Pactiones de rebus reddendis, quæ magis minusque favorabiles 3.20.21.

Parlamentum. *vide* Comitia Ordinum.
Peccandi facilitas cauſa non minuendæ pœnæ 2. 20. 7. 1.
Peccare agnatum humanæ naturæ 2. 20. 19. qui peccavit naturaliter in eo ſtatu ut puniri poſſit. *vide* Delinquens. peccandi cauſam qui dat, peccat etiam ipſe 3. 1. 21. ideo nec ex alieno delicto punitur 2. 21. 1. duo invitamenta ſunt, conſuetudo & facilitas 2. 20. 34.
Peccatum eſſe non poteſt, niſi quod liberè fit 2. 20. 19. quod per legis ignorantiam committitur etiam contra legis verba levius puniri poteſt 2. 20. 26. an quod ex generali imbecillitate humana committitur ritè peccatum nominari debeat 2. 20. 19. inevitabile humanæ naturæ non punitur. *ibid.* nō aut id, quod huic tantum, aut illi inevitabile 2. 20. 19. non punitur quod paucis cognitum 2. 20. 22. remittere omnibus, quo ſenſu jubeatur à Chriſto 2. 20. 10. remitti debent, ob acceptum beneficium 2. 20. 22.
Peccatum ad mortem 2. 20. 7. 3.
Peccata quæ facile condonanda 2. 20. 16.
Peccata quæ excuſabiliora 2. 20. 30. 2. & §. 31. 2.
Peccatis ignoſcere ſive pœnam meritam remittere an liceat 2. 20. 21.
Peculatus non eſt, niſi in re publica ſacra aut religioſa 3. 6. 21.
Peculatus committitur circa prædam 3. 6. 21. 3.
Peculiſim quid 3. 14. 6. 2.
Peculium quatenus domini, quatenus ſervi *ibid.*
Pecunia communis menſura 2. 12. 17. & 2. 17. 22.
Pecuniæ quanti æſtimanda 2. 12. 17.
Pecunia ſterilis quo ſenſu 2. 12. 20. 1.
Pecunia functionem quomodo recipiat naturaliter 2. 12. 17. eadem cur nunc plus, nunc minus valeat. *ibid.* pecunia rependi poteſt damnum adverſus honorem & famam datam, & quare 2. 17. 22.
Pedibus fit initium poſſeſſionis in rebus immobilibus 2. 8. 6.
Paneſtarum ſervitus apud Theſſalos 2. 5. 30.
Pœnitentibus militia olim interdicta, & quare 1. 2. 10. 9.
Penſitatio non repugnat cum ſummo imperio 1. 3. 22.
Percuſſorem immittere an liceat in bello 3. 4. 18.
Percuſſores duplici generis. *ibid.* an liceat immittere hoſti Jure Gentium. *ibid.*
Perdere rem alienam. *vide* Corrumpere.
Perduellium liberi juſte arcentur honoribus 2. 21. 16.
Peregrini. *vide* Exteri.
Peregrini tenentur legibus loci in quo contrahunt 2. 11. 5. 2.
Perfidia aliena uti licet in bello 3. 4. 5.
Perfidiæ uſus in defectores, piratas, latrones, Jure Gentium diſſimulatur 3. 4. 18. 6.
Perfidorum opera qualium uti contra Jus Gentium 3. 4. 18. 4. 5.
Periculum non cenſetur in moralibus, in quod quis ſua ſponte ſe injicit 1. 3. 3. periculi pretium in contractu aſſecurationis unde æſtimandum 2. 12. 23. periculi ſummi vitandi cauſa modum præſcribit, imperandi populo ſubacto 3. 15. 1. quæ vitandi ejus cauſa injuſtè

juſtè fiunt, maximè excuſabilia 2.20. 29.
quod Perit, domino perire naturale 2. 8. 16.
Perjurii pœna poſteritatem contingit 2, 13, 1. 2.
Perjurii voluntas punitur *ibid.*
Perjurium an committatur ab eo qui in falſos Deos jurat 2. 3. 22. hoc ipſum verus Deus punit & quare 2. 13. 22. Perjurium Deus etiam in filiis punire ſolet 2, 21, 14. Perjuris pœnam imminere omnes homines credidere 2, 13. 1.
Perjurus in piratam aut latronem non punitur 3. 19. 5. 1.
Permiſſa alia dicuntur ex vi libertatis naturalis, alia per beneficium laxata lege 2. 2. 23.
Permiſſio legalis quid 1. 1. 9. aut plena eſt, aut minor 1. 1. 17. id quod permitti, an id, quod jubet in dubio præferendum 2. 16. 29.
Permiſſio quotuplex 1. 1. 17. 1.
Permiſſio ex more diſtinguitur à permiſſione ex beneficio 2. 2. 23.
Permiſſio an legis ſit actus 1. 1. 9. 1.
Permittere ſe arbitrio aliorum quid ſit 2. 10. 49.
Permutatio, contractus antiquiſſimus 2. 12. 3. 3.
in Permutatoriis, quod altera pars amplius promittit, non debet donatum cenſeri 2. 12. 11.
Perſæ immerito puniuntur ab Alexandro ob illatum olim Græciæ bellum 2. 21. 8. Perſarum Jus filium aut matrem capiendi in matrimonium 2. 5. 12. Jus filios aut propinquos delinquentium interficiendi iniquum 2. 21. 15. vitam anteriorem in delicti æſtimatione ponendi & quare 2. 20. 30. in Perſas male Ariſtoteles dixit, naturaliter Jus belli eſſe 2. 20. 40. Perſæ multas uxores habebant 2. 7. 9. 4. Perſarum opinio de Deo 3. 5. 2. 6. Perſarum mos in judiciis criminum 2. 20. 30. 3. Perſarum lex quædam injuſta 2. 21. 15. Perſarum Jus in liberos 2. 5. 7. Perſecutio difficilis præſumi facit derelictionem 2. 8 3. Perſei Macedonis controverſia cum Romanis 2. 16. 16. 2. Perſeo cur Macedones prætulerint Demetrium minorem in delatione regni 2. 5. 16. Perſepolis injuſto incendio vaſtata 2. 21. 8. jus Perſequendi eum, qui rectorem alicujus civitatis aut eam ipſam læſit, nulla alia civitas apud quam nocens degit, rectorve ejus debet impedire 2. 21. 3. perſequi res eas quæ non ſunt in bonis, quisque ſine damno poteſt omittere 3. 13. 2. Perſonarum aptitudo ad cauſas peccandi impellentes, & abſtrahentes 2. 20. 31. Petenti dare, quo ſenſu Chriſtus præcipiat 1. 2. 8. 6. Petri factum gladio utentis cur improbatum? 1. 3. 3 7. 7. Phaneæ legati Ætolorum Oratio 3. 20. 50. Philippus injuſtè Thraciæ Reges regno expellit 2. 1. 1. Philippus poſterior 2. 4. 2. an vicerit capta Attali nave 3. 20. 45.

Phineas quo jure deficientem à lege Hebræa privatus ipſe occiderit 2.20.9.
Picturas corrumpere in bello injuſtum 3.12.5.
Pietate ſublata tollitur Juſtitia 2.20.44.
Pignorationes Jure civili vetitæ 3.2.12.
Pignorationes introductæ ad exemplum onerum 3.2.7. diſtinguuntur ab obſidibus & in quibus 3.20.59. pignus rei alienæ & à creditore venditæ domino reſtituendum 2.10.2. valida etiam cum ea res datur quæ mihi eſt oppignorata 2.6.13. valida etiam quæ fit ab alio pro meo debito 3.2.1. invalida cum pars oppignoretur à toto ea non conſentiente 2.6.9. pignoris luitione fit, tempus nullum poteſt efficere, ſi præſtatur id pro quo pignus eſt oppoſitum 3.20.19. Jus pignoris luendi non amittitur per præſumptam derelictionem 2.4.15 luitio rei quæ eſt ex patrimonio populi aut Regis ex cauſa pignoris oppoſita quædam eſt tributi ſpecies 2.6.13. pignoris retentio non injuſta eſt ex alio & ſuperveniente debito 3.20.59. ut pignus retineri poſſit Jure Gentium non requiritur ut quis antea id à Judice aut Magiſtratu petat 3.2.7.
Pignus accipiens ad quid teneatur 2.12.13.1.
Pignoris datio qualis actus 2.12.6.
Pignorum conventio quam interpretationem recipiat 3.20.59.
Pii inter Judæos non circumciſi 1.1.16. 12.8. *Annot.*
Pilagium quid 3.6.24.7.
Pipini factum 1.4.18.1.
Piratæ qui 3.3.1. civitatem non faciunt 2.18.2. etſi forte juſtitiam quandam inter ſe ſervent 3.3.2. defendi à quovis poſſunt, ſi ita invaluêre ut formidabiles ſe fecerint, quoad pœnam 2.21.5. reſtituere non tenentur quod metu expreſſere, ſi jusiurandum intervenerit 2.17.29.
Piratæ non triumphantur 3.3.2.3.
Piratæ quæ capiunt non mutant dominium 3.9.16.
Piratæ datum repeti poteſt 2.17.19.1.
Piratæ Jus legationis non habent 2.18.1.3.
Piratis jusjurandum eſt ſervandum 2.13.15.
ex Piratica tenentur Magiſtratus, ſi non ea adhibuerunt remedia quæ poſſent ac deberent 2.17.20.
Piſcandi Jus in mari, quorum ſit 2.3.9.1. & ff. 10.1.
Piſcandi Jus in diverticulo fluminis occupari poteſt 2.3.10.2.
Piſcatio cuivis licita, ſed impediri poteſt ab eo, qui fluminis imperium habet 2.2.5. ea quæ in mari fit longo tempore fuit communis 2.3.9. Piſcatione dominium agri inundati ſervari poteſt 2.18.10.
Piſces quorum ſint 2.2.5.
Piſces in ſtagno privato non ſunt nullius 2.8.2.
Plantata ſolo naturaliter non cedunt 2.8.22.
Plebs in Ariſtocratico regimine exſors omnis poteſtatis civilis 1.3.8.6.
Pœnæ definitio 2.20.1.1.
Pœna juſta nulla niſi ob culpā 2.20.1 2.3.
Pœna deberi quo ſenſu dicatur 2.20.2.2.
Pœna exigi debet propter quid 2.20.4. & ff. 6.2.

Pœna divina qualis, & an ob finem 2.20.4.2.

Pœna quo ſenſu ad naturâ contractuum dicatur accedere 2.20.2. cur à Papiniano æſtimatio dicta 2.20.28. omnis habet quod charitati repugnet 2.20.22. an determinetur à natura 2.8.20. an ob delictum univerſitatis ſemper poſſit exigi 3.17.2. ob delictum univerſitatis non exigendum à ſingulis qui in id non conſenſere, Jure Naturali 2.21.18. & 1.18.4. à paucis exactum ob delictum tale obligat reliquos ad reſarciendum damnum 2.20.7. & 10. exigi poteſt etiamſi non omnes fines concurrant 2.12.13. potuit etiam ante legem pœnalem 2.20.22. An ſemper exigenda ob quemvis actum vitioſum 2.20.4. & 2.20.18. & ſeqq. non ſemper exigenda, etiam poſt poſitam legem pœnalem 2.20.21. in quibus vitioſis actibus non ſit exigenda 2.20.18. & ſeqq. non exigenda quam bonum publicum non vult exigi 2.20.23. punit tamen nonnunquam Deus nocentium liberos, & quo jure, *vide* liberi.

Pœna mitigari ſemper debet, niſi adſint graves & urgentes cauſæ 2.20.36. ſemper mitigari debet, ſi comparata ad factum dura ſit 2.20.25. ſi delictum ſit ex infirmitate animi difficulter ſuperabili perfectum etiam contra legis verba 2.20.26. ſi ſpes ſit melioris vitæ, *ibid.* Modum pœnæ ſine injuria non licet excedere 3.12.1. & 3.12.1. adeo ut qui excedit, vi poſſit inhiberi 2.1.18. & 2.2.6. modus iſte unde metiendus 2.20.29. an extendi poſſit ad majus nocumentum, quam datum ſit 2.20.13. remitti ex quibus cauſis poſſit 2.20.25. & ff.26. an ex iis tantum quæ per modum tacitæ exceptionis legi inſunt Jur. Gent. 2.20.28. libenter remittenda ob delictum, quod in nos commiſſum 2.24.3. remiſſa iis qui delicta perpetrarunt, an mandanti cenſeatur remiſſa 3.24.7. tacite remiſſa quotiens cenſeatur, *ibid.* an omnis ex toto veniat ad partes 2.20.2. quæ à Chriſto ſublata, quæ non 2.20.10. Coactiva 1.3.20. emendatoria quando licita 2.20.20. juſta ut ſit, opus ut delictum antecedat 2.20.1. & is ipſe deliquerit qui punitur 2.21.8. ut tanta pœna dignus cenſeatur apud judicem æquum 3.11.2. fidejuſſorum & ſimilium propria pœna non eſt 2.21.11. parentum liberis non aufert, quæ à rerum natura ad ipſos erant perventura 2.21.10.

Pœna cum benefactis compentur 2.20.22.1.

Pœna poteſt eſſe citra legem pœnalem 2.20.22.1.

Pœna an ſemper prærequirat jurisdictionem 2.20.40.4.

Pœna an transeat in eos qui non deliquerunt 2.21.12.13.

Pœna accepta aufert jus belli movendi 2.21.12.

modus in Pœna unde petendus 2.20.28.29.

Pœna proprie dicta in beſtias non cadit 2.21.11.1.

Pœna an delictum excedere poſſit 2.20.32.2.

Pœna remittenda, ne ad bellum veniatur 2.24. 2.1.
Pœna maxime remittenda ab eo, qui læsus est, etiam rege 2.24.3.2.
Pœna pace remissa quæ censeatur 3. 20. 17.
Pœnæ privatæ permissio 2. 20. §. 5. & 2. 20. 10. 2.
Pœnæ exactio an Evangelio permissa 2.20.10. 1.2.
Pœnæ improprie, irregularitates 2.20 1.1.
Pœnæ exactio ad quam justitiæ speciem spectet 2.20.2.2.
in *Pœnis* æqualitas primo ac per se quæ spectetur 2 20.2.3.
Pœnæ in mari 2. 20.8. 5.
finis *Pœnæ* 2. 20. 4. 1. 3. & § 6. 2.
Pœnæ omittendæ causæ 2. 20. 22. 1. & §. 26. 1.
Pœnæ quomodo ab aliis in alios transcant 2. 21. 1. 2. & 2.4.
Pœnæ civitatum distinctæ à pœnis singulorum 2.21. 7. 2.
Pœnæ obligatio in universitate quamdiu duret 2.21. 8.1.
Pœnæ remissio quibus signis intelligatur 3.24.7.
Pœnæ minuendæ aut non minuendæ causæ 3.10.30.31.
Pœnæ mensura 2.20. 28. 33.
Poenæ jus remissum, ubi actum est cum tyranno, quasi tali, aut cum prædone 3.19. 3.
Poenam qui sumit sustinet aliquo modo personam superioris 2. 24. 2. ut quis possit sumere, jus ad puniendum habere debet 2.20.2. id omnibus Magistratibus Jure Gentium datum certis casibus. *vide* Jus Gentium. hinc & contra eos præsumitur, nisi diversum appareat 3.20.30. non est tamen proprius effectus jurisdictionis civilis 2.20.40. §.44. unde oriatur 2.20.2. & 2. 20. 40. Id jus naturaliter quisque habet, qui nihil simile commisit 2.20. 3 |& 2. 21. 3. an valeat post constituta nunc judicia 1. 3. 1. restrictum est 1.3.2. ad proximos affectus & summam potestatem 1.4.5.& 2.20.40. valet adhuc ubi judicia sunt nulla 2.20.8. ubi nulla civilis societas 2. 20. 40. hinc ubi valet non civitas esse, sed dissoluta multitudo præsumitur 1.4.2. poenam sumere de improbo, privatis intutum est, etiam ubi licet 2. 20. 14.
in *Poena* duo spectantur, id ob quod, & cujus ergo 2.20.28. spectatur proportio arithmetica 2. 20.33. non hoc primo spectatur ut magis nocentes gravius, minus nocentes levius puniantur 2.20.2. persona, quomodo consideretur, quæ puniri debet 2.20.31.
Poenarum partitio: fines 2.20.6.
Poenale pactum aut lex, fortior non poenali 2.16. 29.1.
Poenalia quando ad heredes transeant 2.21.20.
Poenalia sunt odiosa 2.16. 10. ad Regem actus non pertinent 2.14.2.
Poena legatorum 2.18.4. Regem qui absolutum habent imperium 1.3.16. & 1. 3.20. ob delicta impunita ad res Magistratuum non subditorum 3. 18. 2. coetibus aut functionibus arceri propriè non est poena 2.20.11.
Poenitentia concessa in iis, quæ ex voluntate profecta 2.14.14. vera si tempus & copia suppetit, requirit, ut is

qui damnum dedit id refarciat 3.10.3. eorum qualis esse debeat, qui injusta bella intulere. *ibid.* pœnitentia ductis, non semper omnem pœnam remittit Deus 2.20.11. an iis à Magistratu Christiano danda sit impunitas. *ibid.* ab iis qui pœnitentiam agebant, olim vita puritatis eximiæ requirebatur 1.2.9. hinc Clericis & similibus adnumerati 3.11.10.

Pœnitentibus an pœna omnis condonanda 2.20.12.

Πόλεμος unde dictum 1.1.2.2.

Pollicitatio quid, & quem effectum habeat 2.11.3.

Πολιτικὴ ars quæ Aristoteli 1.3.6.2.

Politici scriptores magis spectant quotidianam administrationem quam Jus imperii 1.3.19.

Polygamia naturaliter licita 2.5.9. cur prohibita lege Evangelica 2.5.11.

Pompejus bellum *Piratarum* finit pactionibus 3.19.2.

Pompejus templum Hierosolymorum ingressus contra legem 3.5.2.7.

Pontifex Romanus coronat Imperatorem, quâ Romanus est Imperator 2.9.11.4.

Pontifex Romanus pronunciavit electionem factam à populo Romano 2.9.11.2.4.

Pontifex Romanus vacante Imperio feudorum investituras quo jure tribuat *ibid.*

Pontius Samnis 2.1.18.

Populus potest jus se regendi totum alienare 1.3.8.3. eorum exempla qui se aliis subjecerunt *ibid.*

Populus liber facto Magistratuum sine mandato non obligatur 1.5.16.1.

Populus Romanus Jus Imperatorem eligendi semper retinuit 2.9.11.

Populus Romanus idem qui olim 2.9.11.1.

Populus regimine mutato tenetur de debito ante contracto 2.9.8.1.

Populus liber factus sedet eo loco quo ante rex aut princeps *ibid.*

Populus idem sub Monarchico, Aristocratico, Democratico regimine 2.9.8.1.

Populus migrans idem 2.9.7.

Populus idem quamdiu *ibid.*

Populus quomodo intereat 2.9.3.3. & §. 4.1. §.6.1.

Populus subditus an ob Regis delictum puniri possit 2.21.17.1.

Populus quibus modis dividatur, intereat, uniatur. *vide* Civitas. idem manet etiam post annos mille 2.9.3. etiamsi in alium locum sedem suam transtulit 2.9.7. alios populos sub se habere potest, & in eos jure absoluto imperare 1.3.8. redactus ad paucos, qui poculum facere nequeunt, id Jus tantum retinet, quod erat privatorum 2.9.4. tenetur partibus suis conservare id cujus gratia in societatem civilem ventum est 2.6.9.

ultra *Posse* nemo obligatur, *vide* Impossibile

Populi ob regum peccata puniti, quare 1.3.8.16.

Populi pars alienari non potest nisi & ipsa consentiat 2.6.4. nec ipsa potest recedere à populo, nisi ex summa necessitate 2.6.6.

Populi consensus circa alienanda imperia quomodo intelligatur 2.6.8.

Populi teſtimonium de Jure ſucceſſionis quid valeat 2.7.27.2.
Populi minor pars populum non obligat 2.15.3.2.
Populi an poſtliminio à regibus recipiantur 3.9.12.
Populo deſtructo an res maneat eorum qui populo ſuperſunt 2.9.4.
Populatio inutilis ubi hoſtis aliunde ali poteſt 3.12.4.
Populatio quibus ex cauſis inhibenda 3.12.1.3.
Populatio quæ utilis; & quæ inutilis. *ib.*
Populatio plerumque fit ex odio 3.12.1. juſta ea eſt quæ ad pacem hoſtem cogit. *ib.* ex quibus etiam politicis cauſis ea abſtinendum 3.12.8. Milites populantes an juſtè etiam coram Deo poſſint interfici, ſi id permiſſum lege humana 2.20.17.
Populatione abſtinendum ubi ſpes eſt celeris victoriæ 3.12.3.1.
Populatione inhibita conciliantur hoſtium animi 3.12.8.1.2.
in *Populationibus* inhibendis Belgarum & Indorum mos 3.12.4.1.2.
Poſſeſſio per alium acquiritur 3.6.9.
Poſſeſſio in re dubia imperii ſequenda privato 1.4.20.
Poſſeſſio ferarum per inſtrumenta quomodo quæratur 2.8.4.
Poſſeſſio longæva inter reges & populos 2.4.2.
Poſſeſſio non acquiritur jaculi immiſſione 2.8.3.4.
Poſſeſſio rei alienæ juſta quæ in bello fit ex neceſſitate. *vide* Occupatio. deſultoria nil efficit ad Jus Proprietatis 2.4.9. ut ad dominium jus faciat corporalis requiritur 2.8.3. facti ſufficit in bello 3.20.12. longi temporis allegari ſolet etiam inter populos diverſos aut Reges 2.4.2. videtur valere, non tantum ex conjecturis ſed & Jure Gentium voluntario 2.4.9. & 2.19.6.
Poſſeſſionis longæ favor circa imperia 2.4.7. & 8.2.3.
Poſſeſſionis immemorialis quæ vis jure gentium 2.4.9.
Poſſeſſor neceſſitate pari præferendus 2.2.8.
Poſſeſſor malæ fidei quale Jus acquirat 3.7.6.2.
Poſſeſſor bonæ fidei rem poſſeſſam tenetur reſtituere 2.10.1. etiam cum fructibus 2.10.4. etſi caſu aliquo conſumpſerit 1.5.1. reſtituere non tenetur, ſi perierit 2.10.3. quid ſi vendiderit 2.10.8. retinere rem poſſeſſam poteſt ob impendia & utilem operam non reſtitutam 2.8.13.
Poſſeſſor malæ fidei impendia & utilem operam imputare poteſt 2.8.24. tenetur ultra rei rationem etiam ex facto 2.10.3.
In re controverſa privatus poſſeſſionem ſequatur 1.4.20.
Poſſidentis jus 2.2.8.
Poſſidentis melior conditio in re dubia 2.23.11.1.
Poſſidere nequit qui neſcit 3.21.28. igitur nec infantes Jure Naturali poſſident 2.11.14.
Poſſidere poteſt etiam res alienata per ſolam alienationem non traditionem 2.6.14.
qui *Poſſidetur* ſibi nihil poteſt poſſidere 3.8.4.
Poſteri captivorum ſervi 3.7.2.

Posteriora prioribus derogant 2.16.4.1.
Posteriora fortiora prioribus 2.16.29.1.
Posthumus si mortuus fuerit, quomodo intelligendum si non fuerit natus 2.16.20.
Postliminium Jure Gentium est & quare 3.9.4. durat etiam hodie quibusdam casibus. 3.9.19 evanuit inter Christianos & Mahometistas. *ibid.* non est aqud eos quibuscum pax nobis est partes tamen nostras non seqvuntur. 3.9.2. in pace tantum captis fato suo competit. *vide* fatum. & iis, qui pactis comprehenduntur 3.9.4. & 3.20.12.
Postliminii res sunt pro uon captis. 3.16.1. postliminio non omnes res redeunt. 3.9.6. res rediisse quando censeatur. 3.6.3.
Postliminium quid. & illius vocis origo. 3.9.1.
Postliminium apud socios, & amicos. 3.9.2.1.
Postliminium in bello & pace. 3.9.4.1.2
Postliminii species. 3.9.4.
Postliminium an dediti habeant. 3.9.8.
Postliminium extra bellum unde ortum: & apud quos locũ habeat 3.9.18.
Postliminii non est jus durantibus induciis. 3.9.8.
Postliminio quæ dicantur recepta. 3.9.3.
Pace qui postliminio redeant, qui non. 3.9.4.1.3.
qui postliminio rediit, jura in eum restituuntur 3.9.6. & §.10.3.
Postliminio an aliquando populi se suaque recipiant 3.9.9.
civitas Postliminio quomodo redeat. *ib.*
Potestas regia, patria, herilis 1.1.6.
Potestas civilis in quibus rebus consistat 1.3.6.1.
Potestas summa quæ 1.3.7.1. illius subjectum 1.3.7.3. non est semper penes populum 1.3.8.1.3.
Potestas summa temporaria aliqua 1.3.8.12.
Potestas civilis humana ordinatio Petro, Paulo divina: quo sensu 1.4.7.3.
Potestas regia quo sensu bono nostro inservire à Paulo dicatur 1.4.4. & 1.7.3.
Potestas patria quædam ex jure civili 2.5.7.
Potestas summa per Consensum aut res quomodo obligetur ex pacto minorum potestatum 3.22.3. & ex eo quod contra arcana mandata factum est 3.22.4.1.
Potestas est Jus stricte dictum 1.1.5. estq; duplex, vel in se, vel in alios. *ibid.* item vel vulgaris vel eminens 1.1.6.
Civilis quæ 1.1.14. & 1.3.6.
Qui non est suæ potestatis nil in potestate habet 3.8.4.
Quod est in potestate, oppositum ei, quod est in fide 1.3.21. quæ in alia potestate est, non est civitas 1.3.7.
Potestates minores quibus modis summam obligent 3.22.2.
Πρᾴσιν αὐτεῖν 3.14.6.4.
Præceptum Christi de non resistendo, quem sensum habeat 1.3.3.1.5.
Præcepta Evangelii an contineantur in Jure naturali. *vide* Evangelii præcepta.
Præceptorum ordo secundæ tabulæ in Decal. 2.20.30.2.
Præda: Græcorum, Asiæ, Afrorum, Francorum & Romanorum mos circa eam 3.6.14.1.4.

Præda

Præda militibus interdum data, & quibus ex cauſis 3.6.17.1.2.
Præda eadem in diverſos uſus diſtributa 3.6.20.1.
Præda in ſolutum concedi ſolet *ibid.*
Præda militi dari quando cœperit apud Romanos 3.6.24.5.
de *Præda* lex civil. ſtatuere poteſt 3.6.22.
Præda interdum ſubditis conceditur 2.6.24.1. ſocii aliquando partem habent in ea 3.6.24.2.
Præda quomodo fiat capientium Jure Gent. 3.6.2. concedi poteſt, etiam ante ejus acquiſitionem 3.6.22.
Prædæ decima conſecrata 3.6.1.1.
Prædæ jus probavit Deus 3.6.1.2.
Prædæ nomine urbes & agri veniunt in piis cauſis 3.6.20.1.
Prædæ genera 3.6.20.2.
Prædæ diviſio quot modis facta 3.6.17.1.2.
Prædæ pars data iis qui non militarent 3.6.19.
Prædæ pars data miſerabilibus perſonis 3.6.22.1.
Prædam cogere, Jure Naturali licet 3.6.1. lege charitatis non licet, niſi faciat ad notabile momentum 3.18.4. dare militibus ambitioſum apud Romanos 3.6.17. dividere quibus conceſſum 3.6.14. quomodo apud Roman. Duci conceſſam 3.6.21. quomodo dividi oporteat militibus 3.6.17. Exercere in barbaros cur laudatum Ariſtoteli 2.15.5. Ex præda Duci quid debeatur 3.6.17.
Prædari vetitum manente periculo 3.6.24.6.
Prædandi licentia olim inter populos diverſos 2.15.5.2.
Prædictio divina an Jus det 2.22.15. etiam cum *Prædone* nobis quædam eſt ſocietas, contra quam putavit Cicero 2.15.13. an quod *Prædoni* jurato promiſſum eſt, momento poſſit repeti 2.13.15. & 5.20.
Prædoni fides debetur 3.19.2.2. & 3.1.
Prædones duces facti 3.3.4.
Præhenſionis Jus ſocius in ſocium directè non habet 1.3.1.
Prælia extra ordinem inita, quo ſenſu injuſta 3.18.1. ſupervacua, id eſt, quæ ad virium tantum oſtendationem faciunt, injuſta 3.11.19.
Præmium cum duo ſimul ad metam venerunt cui debeatur 2.16.19. eſt quid favorabile *ibid.*
Præmium cui debeatur, ſi duo ſimul impleverint conditionem 2.16.19.
Præſcriptio locum non habet in agris aut locis poſtliminio acceptis 3.9.
Præſcriptor mala fide quo jure Dominus maneat 3.7.6.
Præſentem reipublicæ ſtatum tueri civis boni eſt 2.4.8.3.
Præſidiorum impoſitio quibus caſibus laudata 3.15.5.
Præſumitur in dubio pax inita hoc ſenſu, ut res maneant in ſtatu, in quo poſtremo erant 3.20.11.12.
Præſumtio in acceptatione promiſſorum qualis 2.11.5. in contractibus permutatoriis ea non eſt, quaſi donatum ſit, quod plus promiſſum eſt, quam par erat 2.12.11. facti in lege unde colligenda 2.11.6. præſumitur populus id voluiſſe quod maxime expedit 2.7.13.
Precarium Jus vel imperium 1.3.11.
Pretia rerum unde 2.12.14.1.

Pretium inæquale ſive minus juſto Jure Gentium nemo cogitur ſupplere 3. 21.27. quia pro æquali habetur, & quare 2. 12.26. ad quid quisque ex eo teneatur Jure Naturali 2.12.12. ut naturaliter fit juſtum, unde cenſeri debeat 2. 12. 14. in conſtituendis rerum pretiis quæ ſit juſta menſura. *vide* neceſſitas. laborum & expenſarum ratio haberi poteſt 2.12.14.

Prævenire facinus meditantem an liceat. *vide* Occupare.

Primi vox quid ſignificet 2.16.19.

Princeps. *vide* Rex. poteſtas ſumma.

Princeps noviter factus ſedet eo loco, quo ante populus 2.9.8.

Princeps an legibus ſit ſubjectus 2.4.12. obligatur per legatum, etiam arcana mandata ſupergreſſum 2.11.12. privatus ſit, ſi imperium pro derelicto habeat 1. 4. 9. perturbari poteſt & è regno ejici, ſi in leges populi liberi cui præeſt peccet 1.4.8. Rex ſummo cum Imperio fieri poteſt, ſi populus partem ſuam Imperii derelinquat 2.4.11.

Principale pro forma eſt in moralibus 3.3.2.

Principatus non ſemper regno opponitur 1.3.10.

Principes populi liberi vi reprimi poſſunt 1.4.8.

Privata 1.3.6. privatis bellum gerere contra quos liceat 1. 4. 1. defendere ſe contra Magiſtratus licet in ultima neceſſitate 1. 4. 7.

Privatus non debet ad ſe rapere judicium quod eſt populi 1. 4. 19. 2.

Privatus ſe obligans hoſti an contra rempublicam faciat 3.23.5.

Privati an cogendi à ſuperioribus implere, quod hoſti promiſerunt 3.23.10.

Privati pactis cum hoſte obligantur: & quo ſenſu etiam piratis & latronibus obligentur 3.23.4.

Privatæ interſectionis exempla 2.20.9.5.

Privatis Chriſtianis an liceat punire maleficos 2.20.16.

Privati quatenus capta ſua faciant 3. 18. 1. 3.

Privati de bello captis, quando hoſti, quando civitati teneantur 3.18.2.2.

Privatorum pacta cum hoſtibus quæ irrita 3.23.5.4.

Privata cauſa cum publica in bello conjungi poteſt 1.5.1.

Privilegia quomodo interpretanda 2. 18.4.4.

Privilegia quæ late interpretanda 3. 21. 14.

Probatio optima in moralibus à fine 2.7.2.

Proditores olim inſepulti abjecti 2 19.5.

Prodigis pœna olim irrogata 2. 25. 3. *Annot.4.*

Prohibere qui debet nec prohibet, damni tenetur 2.17.8. & 2.12.1.

Prohibita non ſemper etiam irrita 2.5. 16.1.

Prohibitio in dubio potior juſſione 2.16.29. vim ſuam exerit per pœnam 2.5.16. quæ pœnam adjunctam habet potior ea quæ non habet 2.16.29.

Promiſſio non omnis tollit ſummum imperium 13.16.1.

Promiſſio ut valeat acceptanda 2.11.14. illius acceptatio quomodo fiat: & an innoteſcere debeat promiſſori, ut perfectam vim habeat promiſſio 2.11.15.

Promiſſio an revocabilis ante acceptationem: & mortuo ante acceptationem promiſſario 2.11 16.
Promiſſio an revocari poſſit mortuo internuntio: item mortuo tabellario 2.11.17.
Promiſſio per miniſtrum facta quando revocabilis 2.11.17.1.
Promiſſio facti alieni quid operetur 2. 11. 12.
Promiſſio requirit uſum rationis in promittente 2.11.5.
Promiſſio in errore fundata quando dicatur, & quid operetur 2.11.6.
Promiſſio rei illicitæ non valet 2.11.8.1.
Promiſſio facti, quod nunc in poteſtate promittentis non eſt, quid valeat 2.11.& 2.
Promiſſio ex metu 2.11.7.
Promiſſio ob cauſam ante debitam an obliget 2.11.10.
Promiſſio perfecta quid, & quam vim habeat 2.11.4.1.
Promiſſio eſt alienatio 2.11.4. ut acceptari ſemper poſſit, eſt ex Jure Civili 2.11. 14. omnis conditionem tacitam continet 1.13.3. an eam, *ſi res, quo loco ſunt, manebunt* 2.16.25. ut impleatur Juris Naturalis eſt *Prol.* pag. 2. & lib.2.11.4. Connanus negat 2.11.1. Jus dat ei, cui promittitur 1.3.16.& 2.11.4. an id jus ad hæredem transeat 2.11.16. obligat propter ſocietatem naturalem 3.19.1. an ſolus promittentis actus faciat ut obliget 2.11.14 quando non obliget 2.16.27. & promittentem tamen perfidum non reddat 3.19.4. an omnis non obliget quæ promiſſori nocet 2.16.27. ut non obliget Jus Civ. poteſt efficere 2.11.7. vim accipit ſi res promiſſa ſit in jure promittentis 2.11.8. ſi non eſt, promiſſio cenſetur eſſe conditionata. *ibid.*
Promiſſio ex animo deliberato, ſed non eo ut Jus alteri concedat, quatenus obliget 2.11.4. non deliberato, an Jus det alteri. *ibid.* ad bellum defenſivum favorabilis 2.16.10. Conditionata 2.11. 1. & 6. Errans. *vide* Pactum. Expreſſa 3.1.18. fœminæ ut ſit, irrita non eſt Jure Naturali 2.11.5. Imperfecta quæ ſit, quodque jus det 2.11.3. Jurata obligat promiſſorem etiam nocentem, ſi ut tali, ei ſit juratum 2.13.20. & 3.19.3. alias Deo per quem juratum eſt 2.13. 14. *Annot.* 1.3.19.5. *vide* Jusjurandum, quotiens promiſſorem non obliget 2.13.6. *& ſeqq.*

an in Promiſſis, quæ hoſti fiunt falſiloquium admittatur 3.1.18.& 3.19.1. Liberalis 2.16.11. ejus qui lege Civ. non tenetur interpretanda ex dicto. *ibid.* is cui metu promiſſum eſt, ut liberare promittentem teneatur, opus, ipſe metu injuſto cauſam promiſſo dederit 3.19.4. Non militandi adverſus certam partem an obliget 3.23.8. minoris valet Jure Gentium ſi actum intelligat 3.23 3. ut ſit irrita non eſt ex Jure Naturali 2.11.5. ad Pacem eſt favorabilis 2.16. 10.
Privati an valeat, ſi ſit contra utilitatem publicam. *vide* Publica utilitas. aut contra officium 3.13.6. Regis, facta aliis, quatenus populum obliget 3 20.6. ſine cauſa facta an

ēum obliget. *ibid.* de aliquibus ad imperandi modum pertinentibus non facit, quo minus summum habeat imperium 1.3.17. facta subditorum ipsi obligat 2.14.6. tacita 3.1.18. eorum, qui in civitatem coivêre. *Proleg.* pag. 3.
Venditoris non adimit ei omnem facultatem moralem in rem 2. 12. 15.
Juris ex promisso capaces sunt naturaliter qui ad rationis usum pervenere 3.19.1. Jure Gentium etiam infantes & amentes 2. 11. 14.
Promissio novum Jus confert 3.1.18.1.
Promissio de non fugiendo à victo facta valet 3.23.8.
Promissio de non redeundo in certum locum, & de non militando, hosti facta valet 3.23.7.
Promissionis materia qualis esse debeat 2.11.8.1.
Promissionis vis 2.11.1. 3.4.
Promissioni onus adjici quando possit 2.11.19.
Promissiones causam expressam non habentes naturaliter valent 2.11.21.
Promissum ob causam turpem an præstandum 2. 11. 8. 1. 9.
Promissi onus in commodum tertii adjunctum, quid operetur 2.11.19.
Promissa multa, quæ natura valent; lex civilis irrita facit 2.11.8.3.
Promissa, quæ plus nocent promittenti quam alteri prosunt, an præstanda 2.11.1.1. & cap. 16. 27. 2.
Promissa favorabilia, odiosa, mixta vel media 2.16.10.
Promissa Regum. *vide* Reges.
Promittendi modus quis 2. 11. 11.
Promittens metu an teneatur 2.11.7.
Promittere captivus an possit, se non pugnaturum contra hostem patriæ, ut liberetur 3.23.8.
Prophetarum dicta de pace sub Evangelio quem sensum habeant 1.2.8.1.
Proportio Arithmetica & Geometrica an propriè distinguant justitiam expletricem & attributricem 1.1.8.2.
Proportio Harmonica Bodini nulla 2. 20. 33.
Propositi, impetus, & casus distinctio 3.11.4.6.
Propria fiunt occupatione quæ in prima divisione divisa non sunt 2.2.3.
Proprietas non acquiritur solo actu animi 2.2.2. cessat in ultima necessitate 2.2.6. vice ejus cum adhuc erat communio usus universalis fuit 2.2.2.
Proprietatis exordium 2.2.1.2.5.
Proprium servus an habere possit 3.14.6.
Proselytus 1.1.16.
Προσήγματα 2. 15. 7.1.
Protectionis Jus non aufert aut minuit summum imperium ei, in quo est 1.3.21.
Protestatio de jure facit, ne res ob metum non recuperandi censeatur derelicta 2. 4. 6.
Πρόσορα maris quorum sint 2.3.10.1.
Providentia divina remedium adversus metus incertos 2.1.17.
Provinciæ Romanæ non sunt civitates 1.3.7. populi in provinciæ formam redacti quale Jus habuerint 2.9.6.
Provisi & improvisi distinctio 3.11.4.5.
Provocatio non datur ab arbitris lectis inter summas potestates 3.20.46.2.
Provocatio differt ab appellatione 2.4.13. per supplicationem. *ibid.* ut ab aliquo

quo nulla ratione possit provocari cum persona subditi repugnat. *ibid.*
Prudentia virtus imperantis 2.26.4.
Proximus quis in lege Hebræa: & quis in lege Evangelica 1.2.8.10.
Proximus quis in materia favorabili 2.7.30.
Proximi nomine venit etiam qui per repræsentationem consequitur jus gradus superioris 2.7.30.2.
Ψευδεσθαι in sacris literis quid 2.13.3.4.
Ψευδορκεῖν 2.13.13.2.
Publica utilitas ad alienanda, &c. *vide* Vtilitas publica.
Publicum quid 1.3.5. sumitur interdum pro eo quod est commune 2.2.12. frequentius autem distinguitur 2.3.9. alienari à privato non potest 2.23.5. non fiunt singulorum capientium in bello sed publico cedunt 3.6.24. subditi qui quid contra inducias faciunt eo tempore antequam publicantur, non tenentur 3.21.5.
Pudicitia vitæ æquiparatur 2.1.7. etiam in hoste servari debet Jure Gentium 3.4.19.
Pudicitiæ conservandæ causa interfectio licita 2.1.7.
Pudor quid, ubi de jure agitur 3.10.1.2.
Pueri, id est, servi 3.14.5.3.
Pueri ob ætatem in bello liberi à cæde 3.11.9. ratione uti quando incipiant 2.11.5. pueris nemo mentitur, & quare 3.1.12.
Pugnæ inutiles serio præcavendæ 3.11.19.
Pugnare in hostem qui miles non sit, quo jure vetetur 3.18.1.1.
Punctum in moralibus non invenitur sine quadam latitudine 2.1.5.
Punici belli secundi controversia 2.17.19.
Puniri an possint qui in falsos Deos impiè agunt 2.20.51.
Punitio exemplaris 2.20.9.1.
Puniunt sæpe potentiores non quia æqvum est, sed quia hoc ipsis expedit 3.7.6.
Pupillus ex com̃odato tenetur in quantum locupletior 2.10.2.2.
Pupillus capax dominii ex Jure Gentium. *vide* dominium. in tutorem jus habet exigendi exactam diligentiam 2.17.2.
Pythagoræ Philosophia ab Hebræis 2.13.21. *Not.* 5. Pythagoræi imitatores Essenorum 2.26.4. arborem frugiferam vetant exscindere 13.12.2.
Pythagoristæ 2.2.2. *Not.* 4.

Q.

QVæstus ex sola temporum infelicitate indignus homini Christiano 3.18.4.
Quintii Consulis salubre mendacium 3.1.14.2.
Quiritari unde dictum 2.1.2.1.
Quiritus, sive Byzantini 2.9.11.

R.

RAbirii factum 3.22.9.2.
Rami olivarum 3.24.5.
Rapere hosti omnia licet Jure Gentium 3.5.1. quæ bellum alere possunt Justit. Intern. sed sub onere restituendi quod plus est 3.18.2. quæ subditis hostium eripiuntur hosti erepta censentur 3.6.2. res aliis injustæ ereptæ restituendæ etiam ab iis qui eas istis justo modo eripuerunt 3.16.1. an cum interfectione ereptoris possit repeti 2.1.11.

2.1.11. vi ereptam, an is, cui erepta eſt, ab eo, qui ipſam emit, pecunia redimrre cogatur, an gratis poſſit accipere 3.16.3. adverſus rapinas violentas lex vetus naturæ data 1.2.5.
Raptor in quantum teneatur naturaliter 2.17.16. ex facto militum, qui res amicorum rapuerunt in quantum Reges ſive Magiſtratus teneantur 2.17.20.
Ratam rem haberi, obligatio qualis 2.15.3.3.
Ratihabitione ſumma poteſtas quomodo obligetur 3.22.4.1.
Ratio Juris fundamentum 1.1.11.1.
Ratio adæquata quæ 2.16.20.2.
Ratio ſæpe conſideranda ſecundum potentiam, non ſecundum exiſtentiam 2.16.25.1.
Ratio legis non plane idem cum mente 2.16.8.
Ratio adæquata quæ, & quid operetur *ibid.*
Ratio recta 1.2.1. non omnem vim prohibet. *ibid.* rationis uſum qui habent eis libera debet utilium eſſe & inutilium electio 2.22.11. ratione omnino deſtituti populi dominium non habent, ſed tales non inveniuntur 2.20.10.
Rationis identitas quando inducat extenſivam interpretattonem 2.16.20.2.
Razis mors 2.19.5.4.
Rebellibus ſubditis fides ſervanda, ſi ut talibus ipſis data ſit 3.19.6.
Recepti 3.9.3. receptos in prælio hoſtes interficere injuſtum eſt 3.18.1.
quiReceptum præſtat tenetur de damno facto 2.17.6.
Rectoris officium magis circa totum quam circa partes verſatur 2.25.2. ad Rectorem regula non pertinet, qua laudabilius dicitur occidi quam occidere 2.1.8. à Rectore populi aliqui juſtitiam non vehementer exigunt, & quare *Proleg.* pag. 5.
Rectores aliorum in crimen ex duabus rebus maxime veniunt patientia & receptu 2.21.2.
Recuperatio juſta belli cauſa 2.1.2.
Recuperatorũ munus apud Rom. 1.3.21.
Redempti ex captivitate redemptori quomodo tenentur 3.9.10.2.
Redempti ſervire coguntur redemptori donec pretium reſtituant, lege Attica & Romana 3.9.10. *Annot.*
Redemptio captivorum belli commercium 3.21.1. redemptionis pretium quantum apud Græcos & vulgò 3.14.9. pro caſu debeatur mortuo captivo. 3.21.29. an in alium jus exigendi ejus poſſit transferri 2.21.25. an ad ejusmodi pretium captivus pecunia uti poſſit, quam etiam ſecum habuit 3.21.28.
Rediiſſe ad hoſtem quis dicendus 3.23.13.
Redimi captivos & ſervos factos æqvum 3.21.24.
Regimen non omne ejus cauſa qui regitur 1.3.8.14.
Regiones non aptius diſtinguuntur quam eo quod non facile transiri poteſt 2.3.17. Regionum nomina quomodo accipienda in dubio de conditionibus pacis 3.20.23.
Regnum. *vide* Imperium.
Regnum quomodo dividatur, & quo effectu 2.9.10.

Regnum patrimoniale, ſi ſit individuum, debetur maximo natu 2.7.23.
Regnum à populo delatum eſt, hæreditas ſeparata à cætera hereditate 2.7.19.
Regnum abdicari an poſſit pro liberis 2.7.26. pro derelicto ex quibus cauſis habeatur. *ibid.* hereditarium non illud tantum dicitur quod eſt in patrimonio, ſed & illud quod conſenſu populi ad aliquem delatum eſt, ut ſit ejus ſummo jure 2.7.12.& §.17.
Laonicum 1.3.20
Patrimoniale quando fiat 3.3.1. differt ab aliis patrimonialibus bonis 2.7.15. dividi poteſt cum Jure hereditatis adiri debet 2.7.12. niſi aliud expreſſe cautum ſit 2.7.13. in regnis patrimonialibus *Rex* alienare poteſt imperium 3.20.5.
Regni & principatus voces ſignificatu proprio & improprio 1.3.10.1.2.
Regni pleni ſive abſoluti exempla 1.3.8.8.
Regni à populo delati ſucceſſor non tenetur ad onera hereditaria 1.3.8.8.
Regni curatores. *vide* Tutores *Regni*.
Regna quæ *Regem* unum habent, non verè unita 2.9.9.
Regna media inter abſolutum & Laconicum 1.3.20.1.
Regna à populo delata in dubio individua 2.7.14.
Regna à populo delata non deferuntur ad eos, qui à primo rege non deſcendunt 2.7.15. non veniunt ad naturales nec ad adoptivos 2.7.16.
Regna à populo delata ad mares veniunt potius quam ad feminas 2.7.17.
Regna quomodo deferantur per ſucceſſionem ab inteſtato 2.7.10.2.& §.11.2.
Regna patrimonialia pervenire poſſunt ad eos, qui à primo *Rege* non deſcendunt 2.7.12.
Regnum Italiæ 2.9.11.4.3.
Regulæ de eo quod licet in bello 3.1.2. 3.4.
Regula, ſecundum naturam eſſe, ut quem ſeqvuntur incommoda & commoda ſequantur, quomodo intelligenda 2.8.16.
Regulæ ſuper deliberationibus politicis 2.24.5.1.4.
Regulus in carcerem quare debuerit redire 2.13.14. an redeundo glorioſe tantum fecerit 3.23.7. Senatorem ſe negat 3.20.3.
Relatum in referente 3.20.24.
Religio quo ſenſu Juris gentium 2.20.45. 3.& §.46.3.
Religio Chriſtiana, qua talis proprie, naturalibus argumentis non nititur 2.20.48.1.2.
Religio habet ſuos ſpeciales effectus in ſocietate humana 2.20.44.
Avita victis niſi perſuaſis non eripienda 3.15.11. an juſta vi induci poſſit 2.20.40. Exemplum Chriſti venditores è templo ejicientis, quomodo accipiendum 2.22.14. docentes eam juſte nequeunt puniri 2.20.49.
Falſa ſi exerceatur ſevere in Paganis & Deus aliquo modo remuneratur 2.20.51. an ob eam bello peti quis poſſit 2.20.44.
Naturalibus & primæva in quibus conſiſtat 2.20.45. & 48. Sua cuique optima videtur 2.20.47. unde nec ob id cuiquam vis eſt inferenda etſi falſa eſſe, poſſit demonſtrari 2.20.50.

Vera omniumque ætatum communis quibus partibus absolvatur 2. 20. 45.
eam ne victi impediant, victori providere liceat 3. 15. 11.
Religionis curam, quare Aristoteles præcipuam esse in Repub. voluerit 2. 20. 44. cujus neglectus puniri possit 2. 20. 45.
Religioni, si quæ indirecte nocent, ad ea committenda non Jus quodvis sufficit 2. 15. 11. quæ contra religionem errantur excusabilia, & quare 2. 20. 39.
Religionis publicæ status apud Hebræos à Rege pendebat 1. 4. 6. 3. 4.
Religionis jus ad societatem humanam 2. 20. 44. 3.
Religionem multi affectu non judicio sequuntur 2. 20. 44. 3.
Religiosa belli jure destruuntur 3. 5. 2. 4.
Religiosa loca hostibus religiosa non sunt 3. 5. 2. 6.
Religiosis locis parcendum in bello 3. 12. 7.
Renunciare. *vide* Abdicare.
Renunciatio de regno an noceat liberis natis, & an nascituris 2. 7. 26. Ad reparationem damni, ut jus sit, requiritur Jus proprium 2. 17. 9.
non Repetere aliud quam dare 2. 13. 5.
Repetitio rerum 3. 3. 7. repeti nequeunt Jure Gentium quæ bello solenni sunt erepta 2. 17. 19. si res bello repetuntur post indictionem ejus tempus postulatur 3. 3. 13.
Repræsentatio apud Hebræos 2. 7. 6.
Repræsentationis jus unde *ibid.*
Repræsentatio Germanis sero cognita 2. 7. 30. 1.
Repræsentatio in dubio admittenda. *ib.*
Repræsentatio non surrogat in privilegium, quod sexus aut ætatis erat proprium 2. 7. 18 & 2. 30. 2.
Repressaliæ quid 3. 2. 4.
Repressaliæ rectius reprensaliæ 3. 2. 1. *Not.* 3. earum jus 2. 7. 2. & 3. 2. 4.
Repressaliarum facultas impetrari à principe solet 3. 2. 7. 2.
in Repressaliis citatio *ibid.*
Repressaliis qui culpa sua causam dederunt, tenentur eos, qui damnum passi sunt, indemnes præstare 3. 2. 7. 4.
Repressaliis obnoxii qui sint 3. 2. 5. 2
Repressaliis non subsunt legati & res eorum 3. 2. 7. 2.
Repressaliis eximi lege civili solent mulieres, infantes, res studiosorum, aut ad nundinas missæ *ibid.*
Repressaliarum jura alia sunt juris gentium, alia juris civilis 3. 2. 7. 2. 3.
Repugnantia casus emergendis cum voluntate quomodo intelligenda 2. 16. 26.
Res repetita quid significet 3. 3. 7. 1.
Res rapere quid veteribus Latinis 3. 4. 1. 1.
Res reddere pro quavis satisfactione *ibid.*
Res possunt capi, etiam in compensationem debiti in bello subnascentis 3. 1. 3. & c. 13. 3. 1.
Res hostium perdere quousque liceat justitia interna 3. 12. 1.
Res amicorum, quæ reperiuntur in navibus hostium, an belli jure acquirantur 3. 6. 5. 6.
Res & modus circa imperium distinguuntur 1. 3. 11. 1.
Res non perductæ intra præsidia dominium non mutant 3. 6. 3. & c. 9. 16. 1.

Res non obligat nisi aliena 2.10.12. aliena possidentem ad id obligat, ut eam domino reddat 2.10.1. Captivi alienata à Domino, an repeti postliminio queat à possessoribus 3.9.6. Civium bello amissas, civitas tenetur restaurare, si ob delictum civitatis captæ fuerint 3.20.8. an res civium quæ gentium Jure habent, eis sine causa & compensatione possint auferri Jure supereminentis dominii 3.20.9. Quæ hostium non sunt etiamsi intra præsidium eorum venerint, ipsorum non fiunt 3.6.5. & 26. Incorporales quomodo tenentur in bello, *vide* incorporalia. mobiles captæ quando intelligantur 3.6.3. alio modo à singulis capiuntur, alio ab universis 3.6.17. postliminio non accipiuntur 3.9.14. Singulorum non solum expletrice justitia dijudicantur 1.1.8. Subditorum hostium acquiri non possunt pœnæ nomine, ut crimen sit alienum 3.13.2. concedi possunt à Magistratu Jure supereminentis dominii ad recuperandam pacem, sed sub damni restituendi conditione 3.20.7. obligantur Jure Gentium ex facto Regis aut sumi Magistratus 3.20.20. quæ usu pereunt, earum rerum ususfructus non est, est tamen id jus æstimabile 2.12.20 utiles ad bellum, postliminio recuperantur etiam mobiles 3.9.14.

Rebus ad bellum non facientibus parcendum 3.14.5.

Rerum defensio an Jus det occidendi 2.1.11.

Rerum servandarum causa vis per Evangelium an & quatenus licita 2.1.13.

Rescissoria actio ex postliminio apud Romanos 3.9.10.3.

Resistere an liceat superiori in summa necessitate 1.4.7.2.4.

Resistendi Jus promiscuum iis qui faciunt injuriam est à natura 1.2.1. & 1.4.2. Sublatum per societatem civilem 1.4.2. & §. 14.7. lex de non resistendo Magistratui pendet ab iis, qui se primum in societatem civilem consociarunt 1.4.7.

Resistentia obstinata non sufficit ad Jus internum occidendi resistentem 3.11. 16.1.

Resistentia aliqua in delatione imperii reservari interdum solet 1.4.12.

Respublica non tenetur ex facto subditi 2.22.2.1.

Respublica sine injuria geri non potest, vulgata vox *Proleg.* pag.1.

Reipub. forma, *vide* Status.

Reipublicæ bonum an nostri tantum causa desideremus 2.1.9.2.

Reipublicæ forma mutata apud victos, & an recte 3.15.8.

Restituere qui teneantur faciendo, aut non faciendo 2.17.6.

Restitutio non debetur ex bello justo ob vitiosam intentionem 2.22.17.3.

Restitutio rerum captarum in bello in Jure dubio quomodo temperanda 3.16.6.

Restitutio quas actiones producat in foro 2.1.2. rerum captarum in justo bello, an ab iis possit exigi qui eas justo titulo possident 3.10.6. & quamdiu 3.16.5. damni in justo bello illati à quo fieri debeat 3.10.4. earum rerum, quas necessitas communes nobis fe-

bis fecit, fieri debet neceſſitate ſublata 2.2.9. promiſſa in conditionibus pacis, ſi qua neceſſitate fieri nequeat, an proptetea pax cenſeatur rupta, aut quid agendum 3.20.37. non pertinent ad eos qui ſe ſponte parti alicui ſubjecere durante bello 3.20.14. ut reſtitui quid debeat, ſine dolo culpa ſola ſufficit 3.10.5.

Reſtitutio in integrum non eſt ex Jure Naturali 2.11.5. ſed Civili 2.14.1. an ad Regem pertineat qua talis. *ibid.* pertinet ad actus ejus privatos, ſi velit 2.14.2.&5.

Reſtitutio eorum, quæ hoſti injuſte tenenti erepta ſunt 3.16.1.1.

Reſtitutionem qui debeant in ſolidum vel ex parte 2.17.11.1.&3.10.4.

Reſtitutionis obligatio ex bello injuſto 3.16.3.4.

Reſtitutum debitum ex quo Jure oriatur 2.17.8.9.

Reſurrectionis ſpes an cauſa ſepeliendi 2.19.2.3.

Retentio rei promiſſæ ex parte ejus cui promiſſa eſt, ſufficit ad ſignificandum conſenſum 2.11.20.

Reverentia debetur parentibus maxima in iis rebus quæ ad totam pertinent familiam 2.5.10. Reverentiæ officium non facit, ut actus ſit nullus, qui ei repugnat *ibid.*

Revocatio promiſſionis. *vide* Promiſſio.

Reum judici eximens, crimen committit 3.1.5.3.

Rex unus eſſe poteſt plurium regnorum diſtinctorum 1.3.7.2.

Rex an ſe adverſus contractum reſtituere poſſit 2.14.2.2. an juramento teneatur 2.14.3.

Rex actus ſuos privatos à lege poteſt eximere 2.14.2.2.

Rex ſubdito ſuum auferens debet compenſationem facere ex communi 2.14.7.

Rex populum aut ſucceſſores non obligat in infinitum 2.14.12.1.6. & quatenus obliget *ibid.*

Rex ſtipendia non ſolvens tenetur vicinis de damnis datis 3.17.2.3.4.

Rex minor an pacem facere poſſit 3.20.3.

Rex captivus an pacem facere poſſit. *ib.*

Rex exul an pacem facere poſſit. *ibid.*

Rex privatus fit vi legis commiſſoriæ 1.4.12.

Rex partem populi alienare non poteſt 2.6.4.

Rex hoſtis totius populi regnum amittit: & quomodo hoc capiendum 1.4.11.

Rex regno pulſus jus habet ex fœdere 2.16.7.

Rex ſubditis Jus ſuum auferre poteſt in pœnam: & ex vi dominii ſupereminentis 2.14.7.

Rex imperium derelinquens privatus fit 1.4.9.

Rex quid in fœderibus ſignificet 2.16.18. Imperans non videtur uni populo in exitium ejus ferri animo hoſtili 1.4.11. an vi pelli aut ſupplicio affici poſſit, & à quo 1.4.8. poteſt, ſi regnum alii tradere moliatur 1.4.10. Abſolvens 1.3.8. Electitius ſimilis uſufructuario 1.4.9. Impius etiam amandus 1.2.7. Injuſtus non facit, ut nulla ſit Reſp.

sit Resp. 3.3.2. limitata potestate imperans damni tenetur, si jus subdito sine causa auferat. *vide* Subditus. tenetur populo ad exercendum per se summum imperium 2.6.9. Precario non habet Jus summi imperii 1.3.11. Pupillus si quos fecit contractus, an possit rescindere per restitutionis beneficium 2.14.1. Jus habet, sed non ejus usum 1.3.24. pacem contractu facere non potest 3.20.2. *vide* Pax.

Rex usufructuarius 2.6.3. quæ in Regis personam committuntur, facile ac libenter debet condonare 2.24.3 vita ante omnium aliorum defenditur 3.4.15.

Rex regno ejectus an Jus legandi habeat 2.18.2.2.

Rex temere bellum suscipiens ad restitutionem subditis tenetur 2.24.7.

jus Regis apud Samuelem 1.4.3.

Regis persona inviolabilis 1.4.7.6.7.

Regi regnum alienanti quatenus resistere liceat 1.4.14.

Regi nihil inhonestum esse quod sit utile vulgo dicitur *Proleg.* pag. 1.

Regi curæ esse debet Regum salus 3.4.1.5.

Regem occidere subdito non licet 3.1.21.

Reges possunt esse Christiani: & servire Christo debent, qua reges sunt 1.2.7. 1.2.

Reges quidam non subsunt populo etiam universim sumpto 1.3.8.8.

Reges impropriè dicti 1.3.8.11.

Reges non omnes constituuntur à populo 1.3.8.13.

Reges Persarum summum imperium habebant, quædam tamen facere juste non poterant 1.3.16.3.

Reges Æthiopum, summi, adstricti promissis 1.3.16.4.

Reges Hebræi summum imperium habebant 1.3.20.1.

Reges Orientis, Persæ, Ægyptii, Syri, Asiatici summum imperium habebant *ibid.*

Reges veteres Germaniæ & Galliæ non habebant summum imperium, *ibid*

Reges Romani cum populo partiti summum imperium 1.3.20.5.

Reges Ægyptii summi, adstricti promissis 1.3.16.3.

Reges, cum acta quædam sua ab aliis expendi volunt, aut etiam rescindi, non eo partiuntur summum imperium. 1.3.18.

Reges creduntur in dubio velle sequi successionem, qualis in usu est in suis locis 1.7.11.2.

Reges medii deberent cogere bellantes, ad accipiendam æquam pacem 2.23. 8.4.

Reges minores in actibus publicis cum effectu obligantur 2.14.1.2.

Reges etiam cum homini non obstringuntur, Deo obstringuntur 2.14.3.

Reges tenentur ex promisso, etiam causa non expressa 2.14.4.

Reges ex contractibus naturaliter, an & civiliter obligentur 2.14.6.

Reges an ex militum, aut nautarum facto teneantur 2.17.20.1.2.

Reges quomodo obligentur ex bello injusto 3.18.4.

Regum fides pro juramento 2.13.22.1.

Regum judex solus Deus 1.3.8.15.

inter Regem & populum mutua subjectio non est ordinarie 1.3.9.1. & 3.8.14.

Regum actus non sunt irriti contradictione parentum 2.5, 6.1.
Regum memoria damnata 1.3. 16.3.
Regum actus privati legibus communibus civitatis reguntur 2.14.1.2.
Regum non plene regnantium actus possunt irriti fieri per legem populi 2.14. 2.1.
Regum cura generalis pro societate humana 2.20. 44.1.
Regibus captis an parcendum 3.11.7.2.3.
Regum res fiunt Regis victoris 3.6.24.4.
Ripa privatis quando cedat 2.8.13.
Ripæ cujus, Jure Romano 2.8.8. cujus naturaliter 2.8.9. 10. 13.
Roma quondam communis patria 3. 15. 3.
Romani cur stipulationibus plus tribuant, quam pactis 2. 11. 4.2.
Romani asperi in victoria 3.11.7.4.
Romani cives Antonini constitutione effecti quid juris habuerint 2.9.11.
dictatores quale imperium habuerint 1.3'11.
Romanus. *vide* Populus & Imperium.
Romani veteres dolis abstinebant 3.1. 20. 3.
Romani imperii quæ fuerunt, cujus nunc sint 2.9. 11.1.
Romani sibi vindicant, quæ hostis ipsorum aliis eripuerat 3.6. 7. 2.3.
Romani duri in captivos, populares 3. 21.24.1. eorum instituta ad res bellicas directa. *ibid.*
imperium Romanum à posterioribus Scriptoribus Romania vocatum 2.22. 3. divisum in Orientale & Occidentale idem manfit 1.3.17. quæ ejus quondam fuere, cujus nunc sint 2.9. 11.
Romani Imperatoris eligendi Jus ad quem pertinuerit. *ibid.* electio facta à legionibus an rata fuerit per se. *ibid.* *vide* Imp. Roman.
Reges Romani an absolute imperaverint 1.3.20.
Romanorum Jus in liberos 2.5.11.
Romanorum controversia cum Latinis, & alia de durat ione fœderis 2.16.16.4.
Romanorum Jus de postliminio 3.9.10. 1.2. 4.
Romanorum mos de agris captis 3.6.11.2. circa prædam 3. 6.14.4.
Romanorum Imperat. item Germanorum, unde 2.9.11.4.3.
Romanorum Jus de captivis redemptis 3 9.11. & 3.10.2.
Romanorum Jus pro iis, qui postliminio redierunt 3.9.10.3.
status Romanorum tempore interregni, & primorum Coss. ex Democratia & Aristocratia mixtus 1.3.20.
Sub Consulibus popularis 1.3.19. & 1. 3. 20.
Sub Augusto herilis 1.3.8.
Romanorũ lex circa res captas 3.13.4.4.
Romanorum mos circa Reges captos 3.11.7.2.3.
Ruben exheredatus à Jure primogenituræ 3.7. 2.5.

S.

SAbbathum cur institutum 2.20.45. & 3.14.5. qui violasset capite puniebatur, & quare 2.20.45.
Sabbathi lex exceptionem habet summæ necessitatis 1.4.7.
Sabbathi lex pro servis 3.14.5.1.
Sabbathi lex cujus rei symbolum 2.20. 45.12.

Sabbathi violati pœna cur capitalis. *ibid.*
Sacerdotibus & eorum aſſeclis parcendum in bello 3. 11. 10. 1.
Sacramentum militare poſt Conſtantinum 1. 2. 10. 4. & 2. 13. 11. 3.
Sacra corrumpi an poſſint Jure belli 3. 5. 2. 1. 3.
Sacra quo ſenſu publica 3. 5. 2. 2.
Sacra in deditione comprehenduntur 3. 5. 2. 1. & 1. 3. 8. 3.
Sacra hoſti ſacra an ſint 3. 5. 2. 4.
Sacra populi voluntate profana facta 3. 5. 2. 3. 5. & c. 12. 7. 2.
Sacra ſunt res Deo dedicatæ 3. 5. 2. à fine ſic dicuntur, revera autem publica ſunt. *ibid.* non eripiuntur uſibus humanis. *ibid.* neceſſitate & uſu poſtulante in profanos uſus converti poſſunt. *ibid.* & plane alienari 2. 19. 3. capiuntur 3. 5. 2. capta fiunt profana. *ibid.* deduntur. *ibid.* vaſtantur licite quoad Jus Gentium abſolutum. *ibid.* injuſtum, id tamen quoad juſtitiam internam 3. 12. 6.
leges de Sacris pertinent ad curam Civitatis 1. 3. 6. & 3. 12. 2.
de rebus Sacris Rex apud Hebræos nequit judicare 1. 3. 20.
Sacramentum militare non amplius obligat Duce capto aut capite deminuto 2. 13. 18. Sacramenti militaris formula apud Rom. mutata, & quando 1. 2. 9.
Sacra Scriptura. *vide* Scriptura.
Sacrificia humana etiam bello puniri poſſunt 2. 20. 47.
Sacrilegia Deus etiam in filiis punire ſolet 2. 21. 14.
Sacrilegi abjecti inſepulti 2. 19. 5.
Sacris parcendum in bello 3. 11. 6.
Sagmina 3. 3. 8.
Saguntina controverſia inter Romanos & Carthaginienſes 2. 16. 13.
Samſon quo jure malum malo reddiderit 2. 20. 8.
Samſonis mors 2. 19. 5. 4.
Sanari qui procibet ægrotum tenetur, quaſi vulneraſſet 2. 21. 1. *Not.* 7.
Sanctio in dubio potior permiſſione 2. 16. 29.
de Sanguine non effundendo interdictum quomodo accipiendum 1. 2. 5.
Sapiens natura magiſtratus, quo ſenſu 2. 20. 9. 2.
Satisfactio offerenda ab eo qui deliquit antequam juſtum bellum gerere poſſit 2. 1. 18. 2.
Saul an in impietate mortuus 2. 19. 5. 4.
Scelus peſſimi exempli pœna omninò adficiendum 2. 20. 23. qui ad ſcelus aliquod aliquem impulere pretio, aut vi alia, de damno tenentur in ſolidum 2. 17. 11. an ob cogitatum ſcelus quis puniri poſſit 2. 20. 18.
aliud eſt Sceleratus populus, aliud ii, qui cum populus non ſint ſceleris cauſa coëunt 3. 3. 2.
Sceptrum Regium olim pro jurejurando 2. 13. 21.
Sciens, præſens & tacens quando conſentire credatur 2. 4. 5. 1.
Scientia quando præſumatur 2. 21. 2. 6.
Scientia cum puniri jubetur, ſumitur pro patientia 2. 21. 2. præſumitur in iis rebus, quæ ſunt conſpicua & frequentia. *ibid.* Magiſtratus in ſceleribus ſubditorum unde appareat 3. 20. 30.

qui Scit & prohibere poteſt ac debet, delinquit, niſi prohibet 2.21.2.
Scholaſticorum ſententia de mendacio & æquivocatione 3.1.17.3.
Scortari in quibusdam gentibus licitum 3.4.2.
Scriptura in dubio ad monumentum contractus adhibita cenſetur 2.16.10.
Scripturæ & picturæ eadem ratio 2.8.21.1.
Sacræ Scripturæ ſenſus in dubio unde non incommode diſcatur 1.2.9. & 1.4.5. & 1.4.7.
de Scripti ſenſu cum quæritur, quid ſit ſpectandum 1.2.9.
Scripti & ſententiæ locus apud Rhetores 2.16.42.
Σκυθισμὸς 2.15.5.1.
Σκῦλα 3.6.24.4.
Securitas plena nunquam in vita humana 2.1.17. Securitoti ſuæ victor merito conſulit etiam juſtitia interna 3.15.5.
Sedis mutandæ amor, injuſta belli cauſa 2.22.8.
Semipravi 3.11.4.6.
Senatus Romanus aliquo tempore partitus ſummum imperium cum populo 1.3.20.6.
Senes excipiuntur bellicis calamitatibus 3.11.9.
Sententia Jus proprie non dat 3.2.5.1.
Sententiæ quæ dividendæ aut conjungendæ 2.5.17.
Sententiæ quomodo numerandæ inter eos qui dispares partes in re habent 2.5.22.
Sententiæ judiciariæ vim habent contractus 2.21.20. etiam injuſtæ à ſubdito vi impediri non debent, & quare 3.2.5. non ab extero *ibid.*
Sententiarum pari numero reus abſolvitur & poſſeſſor vincit 2.5.18.
in ferendis Sententiis jus abſentium præſentibus accreſcit 2.5.2.
Sepeliendi Jus quale 2.19.1.5.
Sepeliendi mos unde ortus 2.19.2.1.4.
Sepeliendi hoſtes & inimici 2.19.3.1.2.3.
ob Sepeliendos mortuos bello 2.19.3.6
Sepultura an debeatur his, qui ſe occiderunt 3.19.5.1.3.
Sepultura jus eſt ex Jure Gentium voluntario 2.19.1. cur inſtitutum 2.19.2. debetur etiam hoſtibus 2.19.3.
Sepulturam prohibere furor dicitur 2.19.3.4.
Sepulturam concedere an ſit nota victoriæ 3.20.45. negare, cauſa juſta belli 2.19.5. unica pœna regum abſolutorum 1.3.16.
Sergius Paulus in magiſtratu manet factus Chriſtianus 1.2.7.10.
Sermo inſtrumentum ſocietatis. *Prol.* p.2. ambiguus ex circumſtantiis vel licitus eſt, vel non eſt 3.1.1. *vide* Colloquium.
Sermonem cogere, mutare, pars mixti imperii 3.8.3.
Servitus ex voluntate 2.5.26.27.
Servitus neutiquam pugnat cum Jure naturali 2.5.27.2.
Servitus ex pœna 2.5.32.
Servitus perfecta, & imperfecta quæ 2.5.27.1. & 30.1.
Servitus quo ſenſu contra naturam dicatur 3.7.1.1.
Servitus annorum ſeptem 2.5.30. ob redemptionem ex captivitate quando Jure Rom. deſinat 3.9.10. oritur pacto aut ex delicto juſto 3.7.1. à Deo aliquando in beneficium hominibus conce-

conceditur 2.24.6. præfertur internecioni populi. *ibid.* eorum qui bello capiuntur, continet perpetuam obligationem operarum pro alimentis 3.14.2. eorum qui in ſervitutem ſe dediderunt qualis, & quale jus dominis dederint. *ibid.* Civilis jure victoriæ imperari poteſt 1.3.8. & 3.8.1. ex quibus cauſis libertati etiam ab ipſo populo anteponatur 1.3.8. quo caſu deſinat 2.9.1. fit cum populus in provinciæ formam redigitur 2.21.7. Perſonalis 2.13.4. Imperfecta 2.5.30. Perfecta eſt, quæ debet operas perpetuas pro victu 2.5.27. Pœnalis duplex ſingulorum & univerſitatis 2.5.32. ſingulorum perſonam non egreditur, Jure Naturali 2.5.22. Jure Gentium etiam in filios derivatur, & qua ratione 3.14.8. Univerſitatis eſt perpetua 2.3.32.

Servitutis plures gradus 3.14.6. inſtrumenta reges 3.15.9.

in *Servitutem* privatam licet cuique ſe addicere 1.3.8 & 3.7.11. parentes filios vendere poſſunt, aliquo caſu 3.14.8.

Servitus an mari poſſit imponi 2.3.15. prædiorum jus eſt perſonale 1.1.4.

Servitutis imperfectæ genera 2.5.30.

Servitutis bellicæ cauſa 3.7.5.1.

Servus mercedem laboris ſui an ſumere poſſit 3.7.6.4.

Servus reſiſtere an licite poſſit domino 3.7.7.

Servus cognoſci debet ut poſtliminio recipiatur 3.9.11.1.

Servus inſtrumentum domini 1.5.3. membrum minus dignum familiæ 1.3.7. ſubjecto ſimilis quo ſenſu dicatur 3.14.3. efficere ea non cogitur quæ ſunt contra Jus divinum & humanum 2.26.3. fugere an poſſit, ſi immanis Domini ſit ſævitia 2.5.29. quorſum pertineat Apoſtolorum monitum, ne fugiant 3.7.6. in ſui venditionem hoc caſu proclamare poterat apud Græcos, apud Latinos ad ſtatuas confugere 3.14.6.

Servus natura 1.3.8 nemo eſt 3.7.1. nemo tamen jus habet, ne unquam ſerviat 2.22.11. injuſtum bellum quod aliquibus infertur quaſi natura ſervi ſint 2.22.14.

Servus recipitur, etiamſi animum res noſtras ſequendi non habeat 3.9.11.1.

Servus mercenario comparatur 3.14.2.2.

in *Servum* quidvis licet 2.7.3.1.

Servi fratres noſtri 3.14.2.3.

Servi naturaliter Philoſophis qui 2.22.12.

Servi ad operas urgendi moderate 3.14.5.1.

Servi quo caſu fugere poſſint 2.5.29.2. & 3.7.6.1. & 1.4.7.1.

Servi transfugæ recipiuntur poſtliminio 3.9.11.1.

Servi quando poſtliminio recipiantur 3.9.11.3.

Servi etiam manumiſſi poſtliminio recipiuntur *ibid.*

Servi etiam vocabulo olim humaniores abſtinebant 3.14.5.

Servi redemti quod Jus apud Romanos *ibid.* & 10.2.

Servi dicuntur populi ſubjecti 1.3.12.1.

Servi pro dominis bellant 1.5.3.

Servi res fiunt domini 3.7.3.2.

Servis *Romæ* licebat ad ſtatuas confugere 3.14.6.4.

Servo Dominus quæ præstare debeat 3.14.5.1.3.
in Servo vis deliberatrix plena non est 2.26.4.
in Servum Jure Gentium omnia licent 3.7.3. non etiam justitia interna. *vide* Jus vitæ & necis.
Servi quo casu fiant liberi 2.9.1.
Servorum nati matrem sequuntur 3.7.2.
Servorum deliberatrix facultas imperfecta 2.26.4.2.
Servorum filii an naturaliter servi, & quatenus 2.5.29.
Servorum filii qui & quatenus domino teneantur 3.14.8.
Servis injuria si quæ infertur non statim domino censetur illata 3.20.40.
ex Servis servi nascuntur Jure Gentium 3.7.2. & quare 3.7.5.
in Servos lenitas adhibenda 3.14.4. Jus vitæ & necis in eos quale 3.14.3.
in Servos Jus vitæ ac necis dominorum quale 2.5.28. & 3.7.3. & 3.14.3.1.
Servos Romana lex bello arcebat 1.5.4.
circa Servos Francorum Jus & Hebræorum 3.7.8.
Severitas laudabilis Dei, Mosis, Christi, & Apostolorum 1.2.8.11.
Severus Septimius 1.4.5.
Sexus est quid personale 2.7.18.2.
Sexus privilegium majus quam ætatis in regnorum successione 2.7.18.1.
Sexus privilegium est, ubi Jus æquale 2.7.30. & 2.7.35.
Siculæ Successionis controversia 2.7.30.2.
Signa voluntatis 2.4.3.
Signa animi quæ. *ibid.* & 2.16.1. certitudinem habent probabilem, non mathematicam 2.4.3. deliberati animi plura præter stipulationem esse possunt 2.11.4. muta quædam obligant 3.24.5. voluntatis sufficientia. *vide* Voluntas.
Signis hostium uti licitum 3.1.8.4.
Significatio impropria quando admittenda 2.16.12.2.
Significatio strictior, laxior, & media 2.16.9.10.20.
Silanum Senatus consultum 1.2.9.4.
Silens non semper præsumitur consentire 2.4.5. aut velle 2.15.17.
Silentium non liberum nihil operatur 2.5.3.
Silentium quando consensum probet 2.15.17.1.
Silentium quale requiratur ad præsumendum consensum ejus partis, quæ alienari debet 2.6.8. quale & ad præsumendam derelictionem 2.4.5. obligat, si in ea re fit, quam quis aperire Jure aliquo tenetur 2.21.1.
Silentio an conveniri quædam possint 3.24.1.
Simulatio quid 3.1.8. an semper injusta, adeoque è vita tollenda, ut putavit Cicero 3.1.7.
Simulatio quæ licita 3.1.7.
Singularium certaminum origo 2.20.8.5.
Singulatim licet quod gregatim non licet 2.5.24.2.
Singuli quando punibiles ex facto universitatis 2.21.8.2.
Societas quid 2.12.4. quotuplex 1.1.4. quomodo à civitate differat 1.3.21. boni non mali causa contrahitur 2.25.4. jus dat in personam 2.5.8. an nobis nulla

nulla ſit cum privatis aut prædonibus, ut putavit Cicero 3. 19. 2. *vide* Prædo. an cum tyranno. *ibid.* an cum infidelibus fœdere contrahi poſſit 2. 15. 9. bellica injuſta, quæ nullo cauſæ diſcrimine initur 2. 25. 9. *vide* Fœdus.

Societas Civilis utilitatis cauſa cœpit. *Proleg.* pag. 4. proprii commodi cauſa ab unoquoque initur 1. 2. 1. & 2. 25. 3. naturalis quæ dicatur 3. 19. 1. inita fuiſſet etiam ſi nulla re indiguiſſemus. *Proleg.* pag. 4. ejus vis pridem in multis gentibus extincta 3. 9. 10. maxime naturalis eſt conjugium 2. 8. 5. navalis 2. 12. 4. unde utilitatis portio æſtimanda, quæ ex ea ad partem unamquamque pervenire debet *ibid.* §. 25.

Societas publica qualis 2. 5. 17. ejus effectus, ut pars minor majorem ſequatur. *ibid.* an morte finiatur 2. 16. 16.

Societas à civitate in quo differat 1. 3. 21. 7.

Societas civilis ab humano inſtituto cœpit 1. 4. 7. 3.

Societas cum quibus illicita Hebræis 2. 15. 9. 1. 5.

Societas cum profanis quæ, & quatenus periculoſa, & quomodo periculis occurri poſſit 2. 15. 10. 2.

Societas negotiatoria an iniri poſſit, ut alter damni immunis ſit 2. 12. 24. 3.

Societas, ubi opera & pecunia inter ſe comparantur *ibid. Not.* 2.

Societas, ex qua alter nihil lucri ſperat, non valet 2. 12. 24. 3.

Societas bonorum univerſorum qualis. *ibid.*

Societas navalis. *vide* Admiralitas.

Societatem morte finiri, non eſt Juris naturalis aut gentium 2. 16. 16. 4.

Societatis belicæ diviſio 2. 15. 6. 2.

Societatis appetitus homini proprius. *Proleg.* pag. 2. Jus cum quibuscunque an amittatur derelictione 2. 4. 15. reſpectus minor apud naturam quam propriæ ſalutis 2. 1. 4. Cujus gratia in ſocietatem coitum eſt, id populus partibus ſuis tenetur conſervare 2. 6. 3.

in Societate partes æquales quomodo intelligendæ 2. 12. 24. 1.

Socius ſocium cogere poteſt, ut ſtet fœderi 1. 3. 21. 5.

Socius quis in bello 3. 17. 3. *Not.* 3. defendere ſocium quibus cauſis non cogatur. *vide* Auxilium.

Socii ſociis Jus reddere debent, ſi ſubditi ſui accuſentur. *Not.* 4. *ibid.*

Socii defendendi, quando 2. 25. 3.

Socii qui ſint in Jure poſtliminii 3. 9. 2. 1.

Socii quando partem habeant in præda 3. 6. 24. 2.

Sociis illata vis quando pacem rumpat 3. 20. 33.

Socii in bello injuſto de damnis tenentur, interdum & puniri poſſunt 3. 1. 3.

Socii Romanorum quales fuerint 3. 3. 4.

in Solitudine ceſſat judicium 1. 3. 2.

Sociis hoſtium bellum an ſit indicendum 3. 3. 9. ejus cum quo pax inita, rebellantibus an rupta pax cenſeatur 3. 20. 29. in ſociis, qui in pace comprehenſi ſunt, pax rumpitur ſi impetantur 3. 20. 32. hoſtium quo jure pœna exerceatur 3. 1. 3.

Sociorum Jus proxime accedit ad Jus ſubditorum 2. 25. 4. ad quos eorum pax inita pertineat 3. 20. 33.

Sociorum controverſiæ judicari quomodo ſoleant 1.3.21.4.6.
Sociorum à ſociis oppreſſorum exempla 1.3.21.10.
Sociorum plurium quis præferendus 2.15.13.1.3.
Sociorum nomine an futuri veniant 2.16.13.1.2.
Socios in fœdere non nominatos adjuvare non eſt contra fœdus. *ib. Not.* 2.3.
Sollicitare ſubditos alienos non licet 3.1.21.
Solo cedere plantata, conſita & ædificata non eſt Juris Naturalis 2.8.22.
Solum incultum an concedendum externis 2.2.17.
Solutio ut in certum tempus differatur, Jus eſt æſtimabile 2.12.20. cum differtur, lucri creſcantis ratio haberi poteſt 2.12.14. minus ſolvit, qui tempore minus ſolvit 2.12.20.
Sorores duas ducere olim licitum 2.5.14.2.
Sorte amplius quando aliquid licite exigi poſſit 2.12.21.
Sorte bellum finiri poteſt 2.23.8. quibus caſibus 3.20.42.
Sortis uſus ad bella vitanda 2.23.10.
Spartæ. *vide* Lacedæmon.
Specialia efficaciora generalibus 2.16.29.1.
Species pars ſubſtantiæ 2.8.19.2.
Species populi quomodo tollatur 2.9.6.
Species, id eſt, formæ plures unius rei artificialis 2.9.8.2.
Species interit, ſublata aut omni aut perfecta juris communis 2.9.6.
Specificatione an res acquirantur 2.8.19.21.
Specificationis Jus Naturale quale ſit 2.8.19.
Spes lucri quando veniat in reſtitutionem 2.17.5.3.
Spiritus, id eſt, forma 2.9.3.1.
Spolia hoſti detracta quorum ſint 3.6.12.2.
Spoliare hoſtem licet Jure gentium 3.5.1.
Σπονδαὶ quid 2.15.6.1.
Sponſio quid 2.15.3.1.
Sponſio quotuplex 2.15.17. ad nihil obligat eum, qui ſummum habet imperium 2.15.16. niſi tacitè 3.24.6. vel ex notitia & ſilentio 2.15.17. publica quæ 2.15.3. quomodo à fœdere differat. *ibid.* & 2.15.16.
Sponſio an ex notitia & ſilentio Regem aut populum obliget 2.15.17.1.
Sponſionis Candinæ & Numantinæ controverſia 2.15.16.1.2.
Sponſionis Luctatianæ controverſia 2.15.17.2.
Sponſionum quot ſint materiæ 2.15.15.
ſponſoris periculum miſerabile 3.13.4.
de Statione non deſerenda lex, quomodo accipienda 1.4.7.
Sponſores ad quid teneantur ſi improbetur ſponſio 2.15.16.3.
Sponſores tenentur in id quod intereſt 2.15.3.3.
Sponſorum bona ad id quod intereſt obligata 2.15.16.3.
Spurius. *vide* Nothus.
Statu liberorum ſervitus 2.5.30.
Status miſcetur aliquando. *vide* Im. diviſio Optimatum 2.24.6. popularis. *ibid.* qualiscunque fingatur ſua habet incommoda 1.3.8. pactis mutari poteſt 3.19.10. mutato ſtatu caput non

non corpus mutatur 2. 16. 16. Reip. præsentem statum tueri boni viri est 2. 4. 8.
Stephani lapidatio, quo jure instituta 2. 20. 9.
Sterilitas locatori utrum obsit an conductori 2. 2. 18.
Stipendium accipere licitum militi 2. 25. 10. benè solutum, militem modestum efficit 3. 17. 2. ob stipendium non solutum Rex tenetur militi & subditis, quibus ea occasione damnum datum *ibid.* fœdus de solvendo stipendio, quale sit 2. 15. 7.
Stipulari pro tertio naturaliter licet, & quo effectu 2. 11. 18. 1. *Romanæ leges* circa stipulationem aut acceptationem pro tertio 2. 11. 18. 2.
Stipulatio signum animi deliberati lege Civili 2. 11. 4.
Stoicarum disputationum magna pars circa voces consumitur 2. 20. 23.
Stratoclis lex de placitis Demetrii 2. 26. 3.
Studiosis literarum parcendum in bello 3. 11. 10. 2.
Stupra cum fœminis hostium, quo jure permissa sunt, quo non 3. 4. 19.
Stupra an contra jus gentium in bello 3. 4. 19 1.
Stuprata per vim non clamans 2. 14. 4.
Sua homini quæ 2. 17. 2. 1.
Svasor sceleris tenetur damni dati 2. 17. 7. etiam si alii non defuturi erant, qui idem suasissent 2. 17. 10.
Subditi instrumenta sunt imperantium 1. 5. 3. & quasi partes, liberi quibus casibus fiunt. *vide* Liber. non obligantur ex contractu Magistratuum ante ejus publicationem 3. 21. 5. & 3. 23. 6. non tenentur ex delicto civitatis, in qua commorantur 3. 2. 7.
Subditi injuriam potius tolerare debent, quam vi imperanti resistere 1. 4. 1. obedire non debent Magistratui, si quid Juri Naturali aut divino adversum statuat *ibid.*
Subditi hosti militantes an pacem rumpat 3. 20. 31.
Subditus cogi potest, ut obses eat, & quomodo 3. 20. 52.
Subditus dubitans an recte militet 2. 26. 5. & 5. 4. 1. 4.
Subditi alieni an bello defendi possint 2. 25. 8. 1. eos sollicitare non licet 3. 1. 21.
Subditi, quando juste bellum gerant 2. 26. 2. 1.
Subditi qui *ibid. Not.* 1.
Subditi hostium ubique offenduntur Jure belli 3. 4. 6. 8. 1.
Subditi reddendi superioribus, si bello injusto abstracti sint 3. 14. 4.
Subditi quomodo fiant participes delicti superiorum 2. 21. 7.
Subditi an semper se in libertatem vindicare possint 2. 4. 14.
Subditi bellare possunt in magistratus summæ potestatis jussu 1. 4. 1. 2.
Subditi resistere imperantibus prohibentur ex ipsa natura civilis societatis 1. 4. 2. 1. eorum resistentia est vetita jure Hebræo, & jure Evangelico 1. 4. 3. 4.
Subditi pro imperantibus bellant 1. 5. 3.
Subditis illata vis pacem rumpit 3. 20. 32.
Subditis alterius, qui piratæ sint, vis illata, pacem non rumpit *ibid.*
Subditis bellantibus promissa an teneant 3. 19. 16.

Subditis dubitantibus tributa potius imperanda, quam opera militaria 2.26.5.
Subditis interdum præda conceditur 3.6.24.
Subditorum bona obligantur Jure Gentium pro debito civitatis 3.19.19. & 3.13.1. Jus, si Rex sine causa auferat, tenebitur de damno 2.14.8.
Subditis bellare non licet, si sciant bellum esse injustum etiam cum hoc ipsis indicatur 2.26.3. bellare contra magistratum, nullo jure licet 1.4.2. *& seqq.* 3.19.6. in extrema necessitate licet eis se ab injuria defendere lege Nat. & Hebræa, vix Evangelica 1.4.7. etiam bellare quatenus Magistratus in certa pacta in prima Imperii delatione inita peccat 1.4.8. bella pro subditis gerere vitamq; eorum defendere civitas & Rex tenetur 2.25.1. magis, quam ut eas rationes possit omittere, quæ ad ipsorum tutelam maxime sunt naturales 3.20.42. Pro ipsis gerere contra ipsorum improbum Magistratum etiam privatis licet, si imperio ejus Magistratus, non sunt subditi 1.4.1. etiamsi daretur subditos in summa necessitate contra imperantem se defendere non debere 2.25.8. non tamen gerenda hujusmodi bella nisi id, sine omnium aut plurium subditorum incommodo fieri possit 2.25.2. cogere imperantem non licet 2.14.6.
Subditorum facultas deliberatrix imperfecta 2.26.4.2.
Subditorum ratione an bellum utrinque justum 2.26.4.3.
Subditorum defensio an aliqua justa in bello injusto 2.26.6.1.
Sub litorum libertas obligatur ex facto superiorum 3.2.2.1.2.
Subditorum factum an pacem rumpat 3.20.30.
Subditorum innocentium res in pœnam non recte capiuntur 3.13.2.
Subditos suscipere migrantes, non est contra pacem, quæ amicitiam complectitur 3.20.41.
Subjectio civilis ex pœna 2.5.32.
Subjectio civilis 3.8.1.1.
Subject.o herilis *ibid.*
Subjectio mixta *ibid.*
Subjectio populi perfecta & imperfecta 2.5.31.
Subjectio jus est in personam. *vide* Lex. 2.5.26. quotuplex. *ibid.* fit vel ex consensu. *ibid.* vel ex delicto 2.5.32.
Christianorum, quia subsunt Magistratui, quanta 1.4.4.
Privata 2.5.8. quid contineat 2.5.27.
publica quæ 2.5.31. continet necessitatem non resistendi 1.4.4. vocatur & civilis 3.8.1. an subjicere se liceat lege Evangelica Magistratui infideli 2.15.10.
Subordinationis natura & effectus 1.4.6.1.2.
Substantiæ vox pro more perpetuo 2.12.26.3.
Successio titulum veterem continuat 1.3.10.5.
Successio linealis in regnis quæ 2.7.21.23.
Successio cognatica linealis 2.7.22.
Successio linealis nullis gradibus terminatur *ibid. Not.* 1.

Successio regnorum in Africæ partibus quibusdam 2.7.24.
Successio in regnis patrimonialibus 2.7.11.
Successio ab intestato unde 2.7.3.
Successio cur magis descendat quam ascendat 2.7.5.2.
Successio non semper infert summum & absolutum imperium 1.3.10. nam ab omnibus constitui potest, qui ejus habent potestatem 2.7.24. & sic etiam à populo & quare ab eo soleat institui 2.7.19. non est sub Jure imperii 2.7.27. in bona ab intestato quid 2.7.10. oritur ex Jure Gentium voluntario 2.19.6. natura quoque ei favet 2.7.30. fratrum 2.7.9. eorum qui summum habent imperium, si de eorum voluntate non expressa extant judicia 2.7.11. Linealis cur instituta 2.7.22. opposita hereditariæ 2.7.33. qualis 2.7.22. duplex cognatica & agnatica 2.7.23. agnatica cur instituta *ibid.* in successione lineali spes semel parta jus facit 2.7.28. itaque nec peccatum Patris filio nocere potest 2.7.26. in regno ex consensu populi delato quæ velit observari generaliter 2.7.14. *& segq.* quæ in sexu ætate & qualitate 2.7.18. est quasi ea quæ fit ab intestato 2.7.26. Regi jus dat temporarium 2.6.10. imperium ad eum, non ab eo, qui decessit, sed à populo defert 2.14.11. tantum defertur quantum prima electio tribuerat 1.3.10. in regno allodiali opponitur ei quæ fit ex lege 2.7.20. patrimoniali an ætatis prærogativam admittat & quando 2.7.33. de successionis in imperio controversia quis judicare possit 2.7.27. an in successione liberi ante adoptionem regni nati postponantur iis qui post nati 2.7.28.
Successionis ab intestato post liberos duo præcipui fontes 2.7.9. 1.3. & 11.1.
Successionem quisque elegisse creditur, quæ in more patriæ est 2.7.11.2.
Successionum leges diversæ 2.7.11.1.
Succedens in regno patrimoniali individuo debet aliis hæredibus id ipsum repensare 2.7.13.
Successor in fœderibus quid significet 2.16.18. an obligetur per constituta antecessorum, & an ea ipsi mutare non liceat 1.3.7. regni tantum qui 2.14.10. mixto jure qui. *ibid.* Jure hereditario non succedunt in ætatis privilegium 2.7.30. quid accipiant per ejusmodi hereditatem 2.14.10. an fœdera etiam ad successores pertineant 2.16.16.
Successores Regum quando & quatenus teneantur 2.14.11.
Suffetes Carthaginiensium 1.3.10.
Sulla quo jure proscriptorum liberos ad nullos honores admiserit 2.21.16. leges ejus quare Cicero servandas censuerit, cum inæquales sint 1.4.15.
Sulpitius 2.4.2.
Συμπλοκὴ quid 2.12.4.
Superior an & quomodo in subditum mendacium committat 3.1.15.
Superior non is semper, cujus utilitati regimen inservit 1.3.8.14.
Superior quid possit circa juramentum 2.13.20.1.3.
Superior subditum cogere potest ad ea, quæ non ex justitia, sed ex alia virtute debentur 2.25.3.4.

Superioris præceptum, quando excuſet 2.26.4. quando non 2.26.3.4.4.8.
Superficies an ſolo cedat 2.8.21.
Superſtitioſus num dicendus, Deum nimium colere *Prol.* pag. 9.
Supplices ut defendantur eſt ex Jure Gentium 3.2.3. hoc jus ad eos tantum pertinet, qui immerito odio laborant 2.21.5. qui fortuna tales ſunt, non culpa ſua 3.2.3.
Supplices dum cauſa cognoſcitur defendendi 2.21.6.
Supplicia capitalia antiquiſſima & in quibus criminibus 1.2.5.6. non ſolum Hebræis ea conceſſa. *ibid. Not.* 9. 10.
Supplicia naturaliter unusquisque de nocente ſumere poteſt 2.10.9. hoc jus Nat. manſit in quibusdam. *ibid.* ad propinquos damnatorum injuſte extenduntur 2.21.13. capitalia an prohibita lege Evangelica 1.2.7. & 2.20.10. an Magiſtratus Chriſtianus juſte poſſit exercere 2.20.12. prohiberi non poſſunt niſi cum ſumma ſcelerum permiſſione 1.2.7. prohibita dicuntur in iis delictis quæ à Moſe capite non puniuntur 2.11.14. prohibita ſi eo fine inſtituantur, quaſi melius ſit ſonti mori, quam vivere 2.20.7.
Supplicis cruciatus quo jure addantur 2.20.31. ſupplicio adficiendis quare tempus aliquod indulgeatur antequam puniantur 2.20.12. Cur teſtes primi olim accedere debebant, cum quis lapidibus eſſet obruendus 2.26.4. affecti Reges 3.11.7. *Annot.* 2. affectis ſepultura negata 2.19.4.
Supplicibus parcendum 3.11.15.
Supplicum Jus quibus debeatur 2.21.5. 1.4.
Supplicum defenſorum & non defenſorum exempla 2.21.5.3.5.
Supplicum Jus in bello quale 3.11.3.1.
Supplices an belli jure occidantur 3.4.11.
Supplicum cauſa ex quo jure cognoſcenda 2.21.6.2.
Suum naturaliter quid 2.17.2. quisque abdicare poteſt Jure Naturali 2.4.4. ut quisque conſequatur, Jus eſt favorabile 3.20.11. nemo temere credendus eſt jactare 3.20.5. ſuo minus ſumere an pugnet cum juſtitia. *Proleg.* pag. 9. In dubio ad eam partem magis inclinandum, quæ alteri, quem quæ ſibi conſulit 3.1.4.
Synedrii poteſtas apud Hebræos 1.3.20.
Syrtes an cuiquam propriæ 2.2.3.2.

T.

TAcitus conſenſus populi quis 2.6.10. 11. jus dat ad alienandas minores ejus jurisdictiones 2.6.10. tacita voluntas poteſt imperium vi partum juſtum efficere 2.4.14. non omnia quæ Tacentur etiam celantur 2.12.9.
Tale natura eſſe, quomodo quid dicatur 3.7.1.
Talio pro ſe id eſt ob vulnus non niſi per judicem exigi poterat 1.2.8. & 2.20.8. quæ in bellis ſic vocatur plerumque injuſta 3.4.13. juſta non eſt cum poſtulatur ex odio 2.20.10.
Talio non tranſit perſonam 3.11.16.2.
Talionis poſtulatio Hebræis quo ſenſu licita 2.20.10.7.
Talionis uſus qui apud Hebræos & Romanos *ibid.*
Talionem in judicio exigere Hebræis indultum 1.2.8.7.

Tarquinii factum in Gabiis an juſtum fuerit 3.24.2.
Telum quid Jure Romano 2.1.12.2.
Templa vaſtare injuſtum Jure Naturali, etſi ab iis fiat qui in quibusdam circa religionem diſſentiunt 3.12.8. licet vaſtare Jure belli 3.5.2. an Jure talionis liceat 3.12.7.
Templum Hieroſolymorum intravit Pompejus, incendit Titus 3.5.2.5.
Templi Hieroſolymitani religio 3.5 2.4.
Templa gentium à Judæis incenſa. *ibid.*
Templis parcendum 3.12.6.1.2.5.1.
Tempus immemoriale in dubio ſufficit ad derelictionis præſumtionem 2.4.7.
Tempus immemoriale à centenario differt *ibid.*
Tempus quod poſſeſſori Jus dat dominii in quæſtione de imperio derelicto, unde numerandum 2.4.12. memoriam excedens infinitum eſt moraliter 2.4.7. temporis duratio naturam rei non mutat 1.3.11.
Tempus ad pœnitentiam dandum his qui ſupplicio afficiuntur 2.20 12.1.
Temporis quæ vis ad præſumendam derelictionem 2.4.6.
Teneri bello quæ intelligantur 3.20.12.2.
Termini ſacra ſine ſanguine 3.15.7.1.
à Termini ſacris Numa quare ſanguinem abeſſe voluit 3.15.7.
Terminorum duo genera 2.21.4.3.
Terminus naturaliter is eſt, qui pars eſt rei 3.21.4. à quo, non eſt intra menſuram naturaliter ut alter. *ibid* imperiorum termini naturales qui 2.3.16. quare conſtituantur 2.3.17. promoveri injuſte poſſunt etiam in juſto bello 3.15.2. non ſemper promovendi, quotiens etiam juſte poſſunt promoveri 3.15.7.
Terra continetur à mari 2.2.3. terram & aquam dedere quid 2.5.31. *Annot.* 1.
Terræ hoſtili quare parcendum 3.12.1.2. 2.1.3.1.4.1.5.1.8.1.2.
Territorium unde dictum 3.6.4.
Territorii pars populo vacua alienari poteſt 2.6.7.
Terror non ſufficit ad Jus internum occidendi 3.11.16.3.
Tertio, qui metum non incuſſit, facta promiſſio tenet 3.19.3.
Teſtamentum ſolemnitate aliqua defectum quem effectum habeat 3.7.6.2.
Teſtamentum Caroli Magni de regno quale 1.3.13.
Teſtamenti factione an prohibeantur obſides 3.20.53. nullum eſſe quo Jure dicitur id, quod ſolemnitatibus quibusdam caret 3.7.6. an ex tali ſalva pietate quid poſſit capi. *ibid.* quaſi teſtamentum, cujus faciendi jus ſervis dabatur 3.14.6.
Teſtamenti factio eſt Juris Naturalis: quo ſenſu 2.6.14.1.
Teſtamenta de regnis patrimonialibus 1.3.12.5.6.
Teſtamenta de regnis non patrimonialibus, non valent niſi ex populi conſenſu 1.3.13.1.
in Teſtamentis clauſula derogatoria quantum valeat 1.3.18.2.
Teſtari non prohibentur externi Jure Naturali 2.6.14.2.
Teſtari quem impediens quando, & cui teneatur 2.17.3.

Teſtatoris libertatem qui impedit damni dati tenetur *ibid.*
Teſtimonium ſervus niſi tortus dicere non poterat apud *Rom.* 1. 2. 9. *Annot.* qui teſtimonio injuſto damnum dat, in quantum tenetur 2. 17. 16.
Thebæorum martyrum hiſtoria 1. 2. 10. 11. 1. 4. 7. 10.
Thebanorum bella cum Lacedæmoniis 2. 1. 8. lex de vendendis liberis 2. 5. 5.
Theodoti Ætoli factum 3. 4. 18. 1.
Theſaurus in multis regnis Regi cedit 2. 8. 7.
Theſaurus Jure Naturali eſt ejus qui invenit. *ibid.* hodie Principum ſunt quaſi Gentium Jure *ibid.*
Theſauri cujus, & de iis leges variæ. *ibid.*
Theſmophoria cur Cereris ſacra dicantur 2. 2. 2.
Tibarenorum generoſitas 3. 1. 20. 3.
Τιμᾶν pro benefacere 2. 13. 7. 2.
Τιμωρία quid 2. 20. 6. 1.
Timothei ducis moderatio 3. 12. 2. 2.
Titus templum incendit 3. 5. 2. 5.
Tradere ſe in fidem, quid 3. 20. 50. 3.
Traditio non requiritur naturaliter ad perficiendam alienationem 2. 6. 1. 2.
Traditio naturaliter ad translationem dominii non requiritur 2. 8. 25.
Traditio ad translationem dominij in quibus caſibus etiam Jure Civili non requiratur *ibid.*
Trajani dictum ad Præfectum prætorio exponitur 1. 4. 6. 5.
Transeundi Jus per alios fines 2. 2. 13. 1.
Transeundum qua ſit 2. 2. 13. 1. 5.
Transitus non debetur injuſtum bellum moventi 2. 2. 13. 4.
Transfugæ Jure Romano poſtliminium non habent 3. 9. 10. 1.
Transfugæ ſervi poſtliminio recipiuntur 3. 9. 11. 2.
Transfugæ ab his à quibus transfugerunt occidi ſolent 3. 11. 16. 1.
Transfugæ belli Jure recipiuntur 3. 20. 12.
Transfugæ in dubio non reddendi 3. 20. 12. 1.
Transfugas admittere licet 3. 1. 22.
Tranſitus per noſtram terram quibus & quamobrem negari non debeat 2. 2. 13. quibus rationibus tutior reddatur *ibid.* in tranſitu conceſſo vis omnis abeſſe debet 3. 17. 2.
Transmiſſio linealis differt à repræſentatione 2. 7. 22 1.
Tribuni ſacroſancti quomodo facti 3. 19. 8. 2.
Tributa ſolvere honeſtum 1. 2. 7. retro debita an peti poſſint ab eo qui pacto quodam ſucceſſit in Jus ejus cui debebantur 3. 20. 22. juſte imponuntur devictis gentibus, tam ad ſecuritatem quam ad reſtitutionem ſumptuum 3. 15. 6. ſubditis cum ob dubium de belli juſtitia bellare nolunt 2. 26. 5.
Tributariæ Medorum nationes an ejus conditionis manſerint translato ad alios imperio 2. 16. 16. 4.
Tributorum finis quis 1. 2. 7. 12.
Tributorum indictio ad victoris utilitatem 3. 6. 15.
Tuendi ſeſe juſtus modus etiam in juſto bello difficulter tenetur, aut cognoſcitur 2. 4. 4.
Tullii Hoſtilii dolus 3. 1. 14. 2.
contra Turcam an ſit fœdus ineundum 2. 15. 12.
ob Turpem cauſam qui quid accipit non tenetur ad reſtitutionem 2. 10. 12.

qui ſeſe in Tutelam alicujus dat, tacite obligatur, ne quid faciat contra eum ſtatum 3.24.2. Pactum militaris operæ pro Tutela quale 2.12.5.
Turris Babylonica 2.2.2.
Tutelam natura occupanti & idoneo concedit 2.22.12. regni aliam requirit regnum patrimoniale, aliam non patrimoniale 1.3.15.
In Tutelam receptus nihil debet agere noxium ſtatui ejus, à quo receptus eſt 3.24.2.
Tutor qui Jus etiam inceſtum pupilli defendit non agit injuſte 2.23.13. Regni, an, Rege pupillo aut captivo, ſummum habeat imperium 1.3.11.
Tutores à quo dandi in regnis patrimonialibus & non patrimonialibus 1.3.15.
Tyrannus titulo. *vide* Invaſor.
Tyrannus judiciorum Jus, ut nec aliarum rerum, non habet 2.25.8. an obliget populum aut verum Regem per contractus. *vide* Contractus. obligat iis actionibus quæ ad imperium pertinent, & quatenus 1.4.15.
Tyranni imperium ferendum 1.3.8.
Tyranno an Jusjurandum ſervandum. *vide* Jusjurandum.
Tyranno fides debetur 3.19.2. & 1.3.2.
Tyrannum vi dejicere aut occidere num liceat privatis 1.4.16.
Tyrannorum liberi injuſtè afficiuntur pœnis, metu ne ſimiles evadant aut cædem ſuorum vindicent 2.21.13. an in uxores eorum adulterium committatur 3.19.2.
Tyrannicum imperium & id quod imperantis cauſa inſtitutum ſibi invicem oppoſita 1.3.8. tyrannici imperii deſtructio ſeditioſa eſſe poteſt 1.4.19. nam & in tyrannide multæ bonæ leges eſſe poſſunt 3.3.2. an ut tyrannide liberetur, patriæ bellum poſſit inferri 1.14.19.
Tyrannicè imperans princeps an ſubditis ipſo facto ſubjiciatur 1.3.9. an ab iis imperio dimoveri poſſit 1.3.8. non deſinit eſſe Princeps, contra quam aliqui putarunt 2.1.9.

V.

VAdes 2.21.11.2.
quæ non Valent ab initio, non ſemper ex poſtfacto valere nequeunt 2.4.12.
Valerii Levini dolus 3.1.17.1.
Validiorum omnia eſſe male dicitur 2.22.3.
Vandalicæ ſucceſſionis controverſia 2.7.30.2.
Vaniloquentia interdicta Chriſtianis 3.1.2.
Vaſallus, qui non idem ſubditus, cogi non poteſt ut eat obſes 3.20.52.
Vaſallus an obſes dari poſſit à domino feudi *ibid.*
Vaſallorum Jus circa alluviones 2.8.15.2.
Vaſtatio. *vide* Populatio.
Vaticinia accipienda, vel ſub conditione, vel ſimpliciter 1.7.8. ad bellum Jus nullum dant, niſi expreſſum adſit mandatum Dei 2.22.15. intelligi nequeunt donec ad tempus impletionis 2.22.15 *Annot.2.*
Vaticiniorum veterum explicatio magnum olim malum concitavit 2.22.15.
Vatum nomen qui ſibi falſo induunt recte puniuntur 2.20.51. *Annot.1.*

Vectigal mari imponi an possit 2.3.14.
Vectigalia pro transitu mercium imponi quæ possint 2.2.14.1.
Vectigalia ex quibus causis constitui possit 2.2.14. ut constitui possint, requiritur, summa potentia ut sit præditus is qui constituit 1.3.6. qui fraudat, in quantum teneatur 2.17.16.
Vectigalium immunitas qualis quæ in fœdere comprehenditur 2.15.6. si conceditur, eorum non intelligitur quæ summa exigit necessitas 2.16.27.
Vela candida 3.24.5.
Velle censeor, quod in alterius voluntate posui 1.2.11.18. Deus velle ea, quomodo dicatur, quæ tamen non efficit 3.1.8. nemo sibi male vult 1.4.4.
Venatio an tantum sit Juris Gentium 2.8.2. cujus licita sit, sed legem accipit à terra 2.2.5. cur Principibus propriè adsignata 2.8.5.
Venantes rusticos morte punire iniustũ 4.1.14. *Annot.* 1.
Vendendi libertas an alicui debeatur 2.2.20.
qui Vendit, obligat se ad omnia ea quæ venditione non sunt naturalia 2.20.2.
vendi pluris quam emptum quotiens quid possit 2.12.14.
Vendita res nec tradita cujus sit periculum 2.2.15. si cujus latitantis bona vendita sunt, is admittitur ad pecuniam ex iis redactam 2.10.2.
Venditio captivi an vim habeat si in locum pacatum vendatur, & an ei jus sit postliminii 3.9.2. quid si ad suos venditione ervenerit. *ibid.* §. 5. frumenti prohiberi solet in summa penuria 2.2.19.
Venditio potest dominium transferre ante traditionem 2.12.15.1
Venena qui struere compertus est, an possit interfici 2.1.5.
Veneno interficere jure gentium vetitum 3.4.15.
Veneno inficere tela an liceat 3.4.16.
Veneno inficere aquas an liceat 3.4.17.
ad Venerem proni sunt, in quibus sanguis prævalet 2.20.31.
Venia digna quæ 3.11.4.4.7.
Veniam dare an liceat 2.20.31.
Venire, & mittere, diversa 3.21.16.
Venire cui permissum, an quem secum ducere possit 3.21.17.
Verba intelligenda secundum materiam subjectam 2.16.24.
Verba ex proprietate in dubio sumenda 2.16.2.
Verberibus adfecti Reges, sed absque infamia 1.3.20. servi non nimium adficiendi 3.14.4.
Verborum obligatio interna ex mente 2.16.1.1.2.
Verborum obligatio externa secundum interpretationem probabilem. *ibid.*
Veriloquium quo sensu ad justitiam à quibusdam referatur 3.1.11. non ita necessarium ad justitiam ut magnanimum 3.1.20. bello tolli fortasse aliquatenus potuit 3.19.1.
Veritas, id est, locutio aperta 2.13.3.2.
Veritas justitiæ pars 3.1.11.2.
Vestis apud *Romanos* postliminio non recepta 3.9.14.2.
Vitium nomine arma non veniunt 3.23.12.
Vetans fortius quam jubens, quare 2.16.29.1.

Veteribus

Veteribus est dictum, quid significet in verbis Christi 1.2.6.
Via publica an alluvionem impediat 2.8.17.
Victi clementer habendi 3.15.12.
Victi victoribus permixti 3.15.3.
Victis eripere nihil nisi quod pacem impedit, laudabile 3.15.2.1.
Victis relictum suum imperium 3.15.7.
Victis imperium relinquere generosorum est 3.15.4.
Victis imperium relinqui solet locis quibusdam detentis 3.15.5.
Victis imperii pars relicta 3.15.9. permissæ suæ leges, & magistratus 3.15.10. sua religio permissa *ibid.* §. 11.
Victor curare debet, ut religio vera libere prædicetur *ibid.*
Victor quis dicendus 3.20.45.
Victoria unde censenda. *ibid.* victoriæ Jus an justitiæ interna non extendi possit ultra modum debiti, & periculi necessitatem 3.15.1. victoriam non vult furari Alexander 3.1.20. post eam res eorum qui victi sunt vastare injustum 3.12.2.
Victoris officium in eos qui se dedunt 3.20.49.2.
Victus quis 3.20.15. victi bello solemni Jure Gentium nihil non habent patiendum 3.20.49. legationis jus amittunt 2.18.2. Romani nihil adimere solebant præter injuriæ licentiam 3.15.2. & 3.20.50.
Vi resistere summis Magistratibus licitum piumque non est 3.7.7. non utendum in Rep. etiamsi justa sit 1.4.9.
Vim qui infert sæpe injustè occiditur 2.1.9. etiam nec dum præsentem prævenire licet magistratui 2.1.16. per vim jus suum consequi quò sensu Juris Nat. esse dicatur ante positas leges 1.1.10.
Vindex sanguinis apud Hebræos 2.20.8.6. & 1.2.5.4.
Vindex sui juris quisque naturalis 1.5.1.
Vindicatio. *vide* Ultio.
Vindicatio 2.1.2. rei nostræ cum cæde alterius nisi ejus rei, ex qua vita pendet, quæque judicio recuperari nequit, lege Evangelica illicita 2.1.13.
Vindicta bonum est imaginabile 2.20.29. concessa potestati publ. Jure defensionis 2.1.16. injusta Nat. & Evang. 1.3.1. & 2.20.5. quatenus tantum animum dolentis exsatiat 2.20.10. quo sensu Deus vindicando scelera impiorum ridere dicatur 2.20.4. justa ex Jure Naturali, quo sensu 2.20.8. ea est quæ fit magni boni publici causa 1.2.8. etiam justa non semper concessa leg. Evang. 2.20.10. ea quæ sumitur in posteris nocentum, an exemplo Dei possit defendi 2.21.8.
Vindictæ privatæ exempla 2.8.3. ad Vindictam quisque promptior, quò ratione minus valet 2.20.5.
Vindicantis animus non debet in malo acquiescere, quo sensu 2.20.4. de non Violandis legatis lex non pertinet ad eos, ad quos non mittuntur 2.18.5.
Vir bonus naturaliter perpetuus Magistratus 2.20.9.
Virginalis pudor æquiparatur vitæ 1.2.5. & 2.1.7. an qui violare eum cupit possit occidi, ut defendatur 2.1.7.
Virginem vi corruptam corruptor non tenetur ducere Jure Naturali 2.7.15. vi corruptam cur credi vult in agro non in urbe 2.1.12.

Viriati moderatio 3.12.4.3.
Virtutis actus, quos Jus Hebræorum exigit, exiguntur & nunc à Christianis 1.1.17.5.
Vis ac terror, propria bellorum 3.1.6. justa, quæ jus alterius non violat 1.2.1. ubi justa est punitio 3.1.2. major liberat à pœna 3.21.9.
Vis injusta naturaliter quæ 1.2.1.6.
Vis justa naturaliter quae 1.2.1.7.
Vis justa testimoniis probatur 1.2.1.5.7.
Vis justa in bestiis, quo sensu 1.2.1.5.3.2.
Vis pœnae ergo licita 3.1.2.3.
Vi, hominibus armatis, coactisve, quid significet 2.16.20.4.
Vita fundamentum est omnium bonorum temporalium & aeternorum 2.24.6. anterior, ut cum delicto veniat in aestimationem, quatenus naturaliter sit aequum 2.10.30. hominis Christiani pluris esse debet, quam res sua 3.2.6. innocentis rectè servatur per mendacium 3.1.16.
Vita in statu innocentiae 2.2.2.1.2.
Vita populi præferenda libertati 2.24.6.2.
Vita an obligari possit 3.2.6.
Vita tota reorũ an examinanda 2.20.30.4
Vitam valide obligari, antiquorum sententia 2.15.16.4.
Vitæ tuendæ causa mentiri an liceat 3.1.16
Vitæ æstimatio non fit in homine libero 2.17.13. Jus plenum nemo habet in se 3.2.6. ita ut eam sibi adimere possit, aut hoc fine pro alio obligare 2.21.11. sua enim cuique est, sed non ad perdendum 2.17.2. suæ quemque esse summum dominium, gentium est opini 3.2.6. & 3.20.43.
Vitæ pactio libertatem non comprehendit 3.23.12.
Vitam servare si nequeam aliter, licet mihi eam impetentem arcere vi quacunque 1.2.3. etiamsi sit innocens 3.1.2. in vitam nostram Deus plus juris habet, quam nos ipsi 1.3.3. Jus etiam habet sine intuitu culpæ 2.21.14. vitam multitudinis innocentis suae unius quisque tenetur praeferre 2.25.3.
Vitia quae ex corporis mixtura originem trahunt facillimè remittenda 2.20.31. non omne quod fit vitiose caret effectu juris 2.11.9.
Vitia qualia impunita esse debeant 2.20.18.20.1.
Vitiositas actus ab effectu discernenda 2.17.22.
Vitium rei in contractibus indicandum, & quare 2.12.9.1.
Vittae 3.24.5.
Vlcisci quid significet Augustino 2.1.2. *vide* Vindicare.
Vltio an juri naturæ conveniat 2.20.5. 1.3.
Vltio an licita Jure naturæ & gentium 2.20.8.2.3.
Vltio an Christianis permissa 2.20.10.1.5.
Vltionis restrictio unde 2.20.8.4.
Vnio populorum, aut regnorum, quid operetur 2.9.9.
Vniversitas obligat singulos 2.5.17.
Vniversitas manet etiam cum singuli intereunt 2.5.1. Jure Gentium voluntario 3.2.2. *vide* Debitum non qua singuli, sed qua pars sunt universitatis 3.2.1. ut tamen singuli bona sua ex delicto ejus amittunt in quod non consensere, injustum 2.21.7.
Vniversitatis debito singuli an obligentur, & quatenus 2.14.7.

Vniverſitatis res cui acquirantur in bello 3. 8. 4. de univerſitate quædam dicuntur primo, quædam non niſi derivatione à ſingulis 2. 21. 8.
Voces an naturalia ſigna 3. 1. 8. 1.
Voces naturaliter nihil ſignificant 3. 1. 8. voces multæ aliam latam, aliam ſtrictam habent ſignificationem 2. 16. 9. Omnes ambiguitatem admittunt 3. 1. 17. repertæ ſunt ad ſignificandum, cum obligatione mutua 3. 1. 8. Vocum ambiguarum is ſenſus ſumendus qui vitio caret 2. 16. 6. ſenſus improprius ſumendus, cum aut abſurdum alias ſequeretur, aut pactum redderetur inutile 2. 16. 12. in pactis populariter ſumendus 2. 16. 2.
de Vocibus meris disputatio cavenda 2. 20. 23.
Volenti mentiendo an injuria fiat 3. 1. 14. 1.
Voluiſſe in dubio quisque cenſetur quod eſt æquiſſimum 2. 7. 3.
Voluntas defuncti pro lege 2. 7. 3.
Voluntas quæ punibilis 2. 20. 18.
Voluntas Dei nominatur, ubi cauſæ non apparent 2. 20. 48. 1.
Voluntas jure mutabilis 2. 11. 2.
Voluntas unde colligatur 2. 16. 26. naturaliter ſufficit ad obligationem 2. 11. 1. etiam ſine cauſa obligationis 2. 16. 20. accipientis poteſt traditionem antecedere 2. 6. 2. in contractibus ex utraque parte requiritur æqualis 2. 12. 10.
Voluntas in dubio creditur ſibi eſſe conſentiens 2. 16. 7. hominum, poteſt eſſe menſura ejus, quod res quæque valet 2. 12. 15. *vide* Pretium. malefaciendi, ſi per externa ſigna de ea conſtiterit, puniri poteſt 2. 20. 39. mandantis in dubio cenſetur, ut ſervetur mandatum 2. 11. 17. Pejerandi etiam occulta punitur à Deo 2. 13. 1. populi quæ præſumatur. *vide* Præſumtio ejus qui nunc eſt quando non pro alia quam primæva populi voluntate accipiatur 2. 7. 17. Regis, ſe in integrum reſtituere cupientis unde præſumatur, vel cognoſcatur 2. 14. 2.
Voluntatis conjectura ceſſat, cum cauſa alia apparet 2. 4. 5. an ad bellum ſuſcipiendum ſufficiat minori Magiſtratui 1. 3. 5. defectus originarius unde queat intelligi 2. 16. 22. internuncius differt à Tabellario 2. 11. 17. ratio in Teſtamento quomodo judicari debeat 2. 16. 26. ſigna ſufficientia quæ 2. 11. 11. quomodo voluntas ex iis dijudicanda 2. 16. 26.
Voluntatem domini rem ſuam ad aliam transferre cupientis ſervari Jure Naturali æquum eſt 2. 11. 1. ut mutet animus humanus, non potentiam modo habet, ſed & Jus 2. 11. 2.
Voluntate ceſſante non manet dominiũ 2. 9. 1. noſtra etiam per alium obligamur 2. 11. 12. quod ex voluntate profectum, in eo pœnitere licet 2. 4. 14.
Voluptatis deſiderio quæ non rectè fiunt, minus excuſabilia, quam quæ ex metu aut ira 2. 20. 31.
Vrbes quædam à Deo excidio damnatæ; quare 3. 12. 2. 4.
Vrbes à Salomone Hiromo datæ quales 1. 3. 12. 3.
Vrbium matricum Jus in colonias apud Græcos 1. 3. 21. 1.
Vſucapio locum non habet inter duos populos aut reges 2. 4. 1. imò 8. 2. 9. 1.
Vſura in bonam partem accipitur 2. 13. 21. non illicita Jure Naturali, ſed lege Evangelica 2. 12. 30. non eſt cum quis mercedem

cedem pacisci tur pro periculo amissionis pecuniæ ejus, quam mutuo dedit 2.12.21. Leges humanæ de usuris latæ quid efficiant 2.12.22.
Vsuræ quo jure vetitæ 2.12.20.1.3.
Vsuræ vetitæ lege Hebræa, *ibid. Not.3.*
Vsuræ Christianis illicitæ, *ibid.*
Vsuræ crimen quibus casibus non admittatur 2.12.21.
circa Vsuras legum civilium efficacia 2.12.22. Hollandicum jus circa ipsas *ibid.*
Vsus autoritas in explicandis legibus 1.2.9.1.
Vsus rerum naturalis 2.2.2.1.
Vsus rei in abusu consistens æstimabilis extra rem 2.12.20.2.
Vsus 2.3.3.
Vsusfructus proprie ita dictus non est earum rerum, quæ usu pereunt, jus tamen utendi iis est æstimabile 3.12.20.
Vsufructuarius si suum jus extraneo concedit, nihil agit 1.4.10.
Vti opera oblata licet, etsi offerenti illicita 3.21.22. & 2.26.5.1.
Vtile factum. *vide* Factum utile. non mihi statim licet per vim imponere id, quod alteri est utile 2.22.12. quod minus utile non statim est illicitum 2.5.12.
Vtilitas sola, non est justa belli causa 2.22.6. & 2.22.13. nec cædis 3.11.16. nec corruptionis rerum quæ sunt alterius, nisi iustitia accedat. Innoxia dat jus contra proprietatem singulorum 2.2.11. Privata ut cedat publicæ videntur voluisse qui cœtus civiles instituere 3.20.7.
Vtilitas Publica jus dat in bona privatorum 3.20.7. non dat jus alienandæ partis imperii sine consensu ejus 2.6.8. si in quibusdas casibus spectanda quibus eam spectare jus sit 3.20.10.
Servi subest utilitati Domini 3.14.6.
Vtilitas publica alienando bona subditorum pacis causa, quo sensu requiratur 3.20.7.1. & 10.1.
Vtilitas belligeranti ex abstinentia populationum 3.12.8.1.
Vtilitatis innoxiæ jus 2.2.11.
Vtiliter quod gestum est, valet, quomodo intelligendum 3.22.3.
Vxor in corpus mariti Jus habet ex lege Evangelica 2.5.9.2.
Vxor rem vindicat emtam pecunia sua, quam repetere potuisset 2.10.2.2.
Vxor pars familiæ maritalis 2.5.8.3. & 12.1. virum non sequitur, nisi in jure commorandi 3.21.17. *vide* Domus.
Vxores, an plures habere licitum sit: qui plures habuerint qui una contenti & an licitum sit eas deserere 2.5.9.1.2.4.
Vxoria bona vendendi jus, non à natura est 2.5.18. ne uxor pro marito 3.2.1.
Withernamium Jus 3.2.4.

X.

Xerxis & Arbatazanis controversia 2.7.29.
Συμμαχία 2.15.6.2.

Y.

Υπαλλήλισμὸς 1.4.6.2.
Υπερβολὴ figura qualis 3.1.13.1.
Υπόκρισις 2.13.21.1.

Z.

Zelandorum jus circa alluviones 2.8.15.1.
Zeli judicium 2.20.9.5.
Zizania finenda ad messem 3.1.4.2.
Zopyrus perfidia non caret, obsidem Regi suo præstitam 3.24.2.

FINIS.

17521

Coll. Compl. St. Th.

dezynf. 19 64